FLORA CROATICA

EXHIBENS

STIRPES PHANEROGAMAS
ET VASCULARES CRYPTOGAMAS

QUAE IN CROATIA SLAVONIA ET DALMATIA SPONTE CRESCUNT
NEC NON ILLAS QUAE FREQUENTISSIME COLUNTUR.

AUCTORIBUS

DR. JOSEPHO CALASANTIO SCHLOSSER EQUITE DE KLEKOVSKI

Consiliario locumtenentiali Reg. et Protomedico regnorum Croatiae et Slavoniae, Equite Ord. Coronae ferreae clas. III., Academiae Scientiarum et Artium Slavorum meridionalium et Societatis oeconomicae croatico-slavonicae Commembro ordinario, Societatis vero eruditae medicorum Styriae, zoologico-botanicae Viennensis, nec non complurium aliarum Societatum literatarum Sodali honorario et correspondente,

ET

LUDOVICO NOB. DE FARKAŠ-VUKOTINOVIĆ

Ordinario Commembro Academiae Scientiarum et Artium Slavorum meridionalium, caes. reg. Instituti geologici Viennensis, caes. Russicae Universitatis Cracoviensis et reg. Societatis Historiae naturalis Pestiensis prout et oeconomicarum Societatum Viennensis, Carnioliae, Styriae et Salzburgensis membro correspondente, naturalis Societatis Bavaricae „Pollichia“ honorario, Societatum vero oeconomicae croatico-slavonicae et zoologico-botanicae Viennensis Commembro ordinario, Societatis literariae „Matica ilirska et dalmatinska“ Commembro fundatorio etc. etc.

SUMPTIBUS ET AUSPICIIS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM
SLAVORUM MERIDIONALIUM.

Zagrabiae 1869.

Apud Fr. Župan (Albrecht et Fiedler).

Typis Antonii Jakić.

Praefatio.

Dum anno 1836 sociis viribus Florae croaticae operam navare cepissemus, non intendebamus in hac prorsus nova ac in patria nostra parum culta scientia tam alta petere; sed collectis et connotatis potius speciminibus eorumque locis natalibus praeparare materiam, ex qua in posterum uberiores fructus haurire liceret.

Amoenis attamen his studiis occupati, gustu scientiae inducti, nec non adhortationibus amicorum Botanices in- et extra patriam animati, repetitum in Croatiam australiorem et partes maritimas suscepimus iter, insuper principales plagas Comitatuum in Regnis Croatiae et Slavoniae visitavimus, taliterque citra spem observavimus, quod collecta et connotata in tantum excreverint numerum, ut in systematicum ordinem redigi debuerint.

Cum summa gratitudine commemorare juvabit, nos in laboribus nostris per piae memoriae illustrem Banum C. Jellačić egregie sucolatos fuisse suppeditatis in praeconceptum finem ex fundis publicis subsidiis.

Post decursum complurium annorum vulgavimus inprimis „Syllabum Florae croaticae“ — jam plurimis cognitam enumerationem plantarum in Croatia et Slavonia sponte provenientium, cum descriptione rariorum aut prorsus novarum specierum et varietatum.

Edito hoc syllabo, imperfecto caeteroquin, exsurrexit in nobis desiderium perficere opus ceptum et primam de Croatia scribere Floram.

Quid nomine Croatiae veniat sensu nostro, breviter dicemus. Procul ab omni combinatione politica Floram Croatiae extendimus per totam regionem civilem et militarem Regni imprimis Croatiae stricte sumpti: Comitatus utpote Zagrabiensem, Varasdinensem, Crisiensem et Fluminensem; — Regimina item Likanum, Otočanum, Ogulinense, Sluinense, primum et secundum Banale, Varasdinensi - Crisiense et Varasdinensi-St.Georgiense; numeramus porro horsum Regnum Slavoniae cum comitatibus Požegano, Veroviticensi et Syrmiensi, prout et Regimina confiniaria Gradiškanum, Brodense et Petervaradinense.

In recinctum Florae Croatiae incidit etiam Flora stricte dalmatica. Natura etenim vires suas productivas solo et climati conformare sveverat, neque politicis adhaeret limitibus. Videmus etenim copiosas in oris nostris maritimis crescere plantas, quae etiam in Dalmatia proveniunt; transitus proinde vegetationis descendens parte ex una de summis montibus Velebit in decliviora Dalmatiae et vice versa adscendens ex limitaneis collibus, rupibusve in apices montis Sveto-brdo (Monte santo) trans limites Croatiae nullam admittit divisionem terrorii floriferi.

Nos itaque plurimum abbreviationis causa uno nomine vocamus: F l o r a m C r o a t i a e ac illam definimus limitibus: Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae civilis et militaris.

Supererit adhuc, dum dii faverint, partes Bosnae et Croatiae turcicae, quae naturalem prorsus cum modo dicto territorio Florae nostrae exhibent nexum, pervestigare, taliterque suo tempore juste ampliare Floram Croatiae.

Situs Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae perquam aptus obtutu climatis sui et fertilis gleba in procreandis graminibus, herbis et arboribus, copiosum reddit indicem plan-

tarum, e quibus plures vix alibi invenies. Dives autem hoc in genere patria nostra, — modico hoc studio nondum exhausta, — ulteriorem suppeditabit eamqe uberem materiam indagandi; certe non sine lucro, quia multa adhuc latere, nobisve ignota mansisse bene novimus.

Divitiarum Florae croaticae rationem inprimis in situ geographico invenire licebit. Clima prorsus temperatum est. Inter omnes provincias moderni Imperii Austriaci territorium Florae croaticae maxime accedit ad meridiem. Dum una in parte Dalmatia sub sole ardente plantas callidae regionis profert, pars septemtrionalis Croatiae, quae Stiriae et Carnioliae montosae adjacet, vegetationem temperatioris zonae profert, quo taliter copia generum et specierum increscit.

Planities circa Dravum et Savum praecipue in Slavonia decliviore proprium remonstrant characterem, prout valles intra montes Croatiae sitae sua peculiaria habent genera. Certum est, etiam culturam multum in vegetationem influere; quo ex obtutu exstirpatio sylvarum et dumetorum inutilium magni facienda est. Plures ex eo sponte provenientes plantas perire constat, dum in obversum alias hinc inde novas excrescere sine dubio affirmari licebit.

Non est e re hodie, ubi quaevis scientia suam uberius tractat materiam, superficiem territorii et structuram hujus geologicam ex asse adumbrare; hoc in genere igitur ea, quae horsum spectare credimus, solummodo in synopsi dicemus.

Primigenae indolis lapides veluti: g r a n i t u m et g n e i s s u m cum s c h i s t o m i c a c e o prostant in montibus Moslavanis, qui tractum in Croatia decliviore versus Slavoniam decurrentem occupant. Montes hi depressi, rotundati densa sylva tecti vegetationem habent minus considerabilem. Ejusdem indolis lapides refert catena montium pone Kutjevo et Velika, atque Papug in Slavonia, ubi copiosae accedunt quantitates s c h i s t i ex t a l c o, albi, grisei, viridis et rosei coloris splendorisve margaritacei.

perquisita et descripta est. Nos opera ipsorum assumpsimus — laude in illos plena recidente — ac illa in finem nostrum convertimus, citato penes quamvis plantam auctore et fonte, quod etiam respectu reliquorum auctorum ut valeat, volumus, quorum operibus usi sumus.

Juvit nos porro in enumeratione plantarum Slavonicarum opus: „Pauli Kitaibelii additamenta ad floram Hungaricam" editum per: clariss. et zelosissimum Augustum Kanitz I. U. Drem. et insuper opus ejusdem auctoris in consortio cum clarissimis viris Stephano Schulzer de Müggenburg et Josepho A. Knapp: „Die bisher bekannten Pflanzen Slavoniens". Quibus his summas agimus gratias.

Dum has notationes nostras in systema reductas typis vulgandas decrevissemus, majoris facilitatis et claritatis causa methodo analytica uti statuimus, illamque primo unice ad detegendas species applicandam censebamus; labore autem peracto in eo convenimus, operi nostro praemittendam esse clavim analyticam et generum et familiarum, et quidem eum in finem, ut opere hoc eo facilius uti possent etiam tyrones botanophili.

Quibus praemissis restat adhuc debita cum gratitudine commemorare Inclytam Academiam scientiarum et artium jugoslavicam, quae pro eminenti vocatione et cura, qua fertur in promovendas artes et scientias, opus nostrum sub suam sumpsit protectionem et aere suo imprimendum statuit.

Fructus tandem laboris nostri optimo animo exerati piis manibus ad aram charae patriae collocantes benevolum Lectorem exoramus: ut pro modulitate virium nostrarum et pro magnitudine benevolentiae suae mite de nobis ferat judicium, memor proverbii: **Omne initium est durum.**

Tabella I.

exhibens clavim analyticam ad determinandas Classes. Ordines et Familias

Florae Regnorum Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae.

1 Plantae organis sexus, veluti antheris et stigmatibus veris, jam oculo ut plurimum inermi distinguendis praeditae, seu PL. PHANEROGAMAE 1

Pl. organis sexus, veluti antheris stigmatibusque veris penitus destitutae et nonnisi sporis sporangiisque provisae, seu PL. CRYPTOGAMAE 231

2 Plantae floribus aut omnibus perfectis, i. e. antheris et stigmatibus provisis, seu FL. HERMAPHRODITIS, aut saltem floribus utriusque sexus, etsi diclinibus, tamen in uno eodemque individuo provenientibus, seu FL. MONOICIS, provisae 3

Pl. floribus imperfectis, et quidem floribus organis sexus in uno individuo tantum masculis, in alio autem tantum femineis provisis, i. e. PL. DIOICAE 187

3 Plantae cotyledonibus ut plurimum binis, rarius pluribus verticillatis, rarissime autem in plantis aphyllis plane nullis germinantes; caule vero (licet interdum brevissimo) fasciculis vasorum in contextu celluloso concentrice dispositis medulamque includentibus, simulque e productionibus ejusdem medullae radiantibus formato corticeque vero obducto constantes; foliis autem venis reticularibus inter se anastomasantibus percursis simplicibus aut vario modo compositis, integris aut diverse dissectis, rarius integerrimis gaudentes, seu PL. DICOTYLEDONEAE 4

Pl. cotyledone unica, aut potius cotyledonibus alternis (sed nec unquam oppositis aut verticillatis) germinantes; caule vero destitutae, sed constantes trunco (culmo et scapo) tam medulla centrali radiisque medullaribus, quam cortice vero omnino carente; foliis venis nervisque parallele percursis rarissimeque (et hoc nonnisi in nonnilis plantis aquaticis) inter se anastomosantibus, semper et omnino simplicibus et ut plurimum simul et integerrimis provisae; organis denique sexus masculi plerumque numero ternario simplici aut illo multiplicato, i. e. 3, 6,

12, rarissime 2, 4 aut plane 8, aut in plantis aquaticis anthera unica gaudentes, seu PL. MONOCOTYLEDONEAE . . 213

4 Plantae floribus completis, i. e. floribus calyce corollaque distinctis gaudentes, seu PL. PLEROSANTHAE 5

Pl. floribus incompletis, i. e. floribus calyce corollaque destitutis, et tantum perigonio simplici, rarius duplici, sed omnino ejusdem generis et saepissime etiam ejusdem formae provisae, vel floribus plane nudis instructae, seu PL. MONOCHLAMIDEAE . . 137

5 Plantae floribus completis polypetalis, i. e. petalis corollae distinctis, nec inter se cohaerentibus aut coalitis, sed penitus et omnino liberis, seu PL. CHORISTOPETALAE s. POLYPETALAE 6

Pl. floribus completis monopetalis, i. e. petalis plus minusve inter se concretis aut plane ex integro coalitis, seu PL. MONOPETALAE s. GAMOPETALAE v. SYNPETALAE 88

I. Pl. Phanerogamae Dicotyledoneae Polypetalae.

6 Ovario libero, nec cum calyce connato, nec illi adnato, i. e. ovario supero, calyce autem et corolla inferis 7

Ovario infero, i. e. calyce ovario imposito aut illi adnato vel cum illo exacte connato, hinc calyce corollaque superis 69

7 Ovariis pluribus sejunctis, singulis styliferis, vel pluribus in fructum lobatum connatis, lobis singulis styliferis aut stigmatibus sessilibus coronatis 8

Ovario nonnisi unico, stylo aut stigmate unico pluribusve proviso 14

8 Numerus staminum antherarumque illi petalorum aequalis, aut illo petalorum duplo major 9

Numerus staminum antherarumque non stat in proportione cum numero petalorum et est plerumque his multo major 12

9 Petalis basi fovea nectarifera squamula obtecta provisis, aut poro nectarifero instructis; carpidiis numerosis in receptaculo columnari, demum corolla multo longiori, spicatis. Vide 13.

Petalis absque omni fovea nectarifera simulque omni squamula ad unguem illorum destitutis; carpidiis in receptaculo deplano aggregatis 10

10 Loco calycis bractea una aut binae, quarum superior 3-laciniata calycem aemulatur; petalis staminibusque senis. Vide 219.

Floribus calyce vero provisis, cujus dentium numerus illum petalorum semper adaequat, i. e. petala tot, quot dentes aut lalaciniae calycis 11

11 Ovariis basi squama hypogyna fultis; carpellis capsularibus 1-valvis, 2- aut pluri-spermis; foliis exstipulatis sessilibus, plerumque carnosis . . . . F. IV. CRASSULACEAE DC.
Squamis hypogynis nullis; carpellis monospermis; valvis a basi ad apicem usque cum stylo solutis. Vide 54.

12 Staminibus omnibus liberis, nec unquam inter se coalitis . . . 13
Staminibus monadelphis, i. e. filamentis illorum in tubum unicum connatis. Vide 26.

13 Calyce 3—6-sepalo (interdum caduco); petalis 3 v. 5 aut pluribus, saepe diminutis et nectariformibus, (rarius nullis); staminibus hypogynis liberis indefinitis, (rarissime tantum 8--10), ovariis omnibus styligeris; foliis exstipulatis. F. V. RANUNCULACEAE JUSS.
Calyce 4—5-fido laciniis saepe duplicatis exterioribus alternantibus; corolla 4—5-petala regularis et una cum staminibus calyci inserta; stylis lateralibus; foliis alternis stipulatis. F. III. ROSACEAE JUSS.

14 Corolla irregulari, i. e. aut calcarata, aut petalis difformibus composita 15
Corolla exacte regulari, nec calcarata 25

15 Corolla evidenter calcarata 16
Corolla non calcarata, sed petalis difformibus composita; staminibus 4, 7, 8, 10 aut plane pluribus 19

16 Staminibus ad summum decem 17
Staminibus pluribus quam 10, s. indefinitis. Vide 13.

17 Staminibus hypogynis 6 in phalanges 2 oppositas connatis, rarius liberis; calyce 2-sepalo; corolla 2-labiata, 4-petala, petalis liberis connatisve; capsula siliquosa bivalvi F. XI. FUMARICEAE DC.
Staminibus nonnisi 3 aut 5; antheris conniventibus 18

18 Calyce 5-sepalo; corolla 5-petala; capsula 1-loculari, 3-valvi; foliis stipulatis . . . . F. XV. VIOLARIEAE DC.
Calyce 2-sepalo; corolla 3--4-petala petalo superiore fornicato, inferiore calcarato et laterali bifido; capsula 5-valvi elastice dehiscente; foliis exstipulatis F. XXXVI. BALSAMINEAE A. RICH.

19 Corolla papilionacea; stamina 10, rarius tantum 5 monadelpha aut diadelpha, rarissime omnia libera; fructus legumen v. lomentum; folia alternantia stipulata 20
Corolla non papilionacea, sed aliter conformata 21

20 Staminibus aut omnibus in unum fasciculum coalitis, i. e. stam.

monadelphis, aut 9 in fasciculum coalitis, decimo libero, i. e. stam. diadelphis . . . . F. I. PAPILIONACEAE JUSS.
Staminibus 5 aut 10 omnibus liberis, plerisque inaequalibus et declinatis cum petalis insertis. (Frutices non raro arborescentes, aut plane arbores.) . . . . . . F. II. CAESALPINEAE R. BR.
21 Stylis 3—4 brevibus, aut stigmatibus 3—4 sessilibus . . . 22
Stylo aut stigmate nonnisi unico; capsula regulari, clausa . . 23
22 Calyce 4—5—6-partito regulari persistente; petalis tot, quot calycis laciniis, integris fissisve; capsula tri- aut hexagona apice aperta; staminibus 10-24; foliis alternis F. VII. RESEDACEAE DC.
Calyce 5-partito, supra calcarato; petalis difformibus valde inaequalibus; staminibus 8; carpellis 3 non dehiscentibus. Vide 54.
Caluce 2-sepalo caduco; corolla 4-petala. 2 exteriora majora saepe 3-loba; staminibus 4. Vide 33.
Calyce 5-sepalo, 2 interioribus majoribus, saepe petaloideis; corolla 3—4-petala; staminibus 8 monadelphis. Vide 92.
33 Foliis compositis, digitatis aut pinnatis 24
Foliis omnino simplicibus; staminibus definite 8 inferne monadelphis, superne in 2 phalanges oppositas divisis; corolla 3—4-petala tubo stamineo adnata. Vide 123.
24 Staminibus 10, rarius 8. Suffrutices aut herbae foliis pinnatis. V. 52.
Staminibus 7, (rarissime 8) deorsum conniventibus, introrsumque inflexis; capsula glochidata 2—3-valvi, 1-, rarius 2-sperma. [Arbores cultae foliis digitatis.) F. XXXII. HIPPOCASTANEAE DC.
25 Staminibus numerosis, i. e. ad minimum 20 et pluribus . . . 26
Staminibus nonnisi 10, aut multo paucioribus 31
Staminibus 4; calyce 2-sepalo; corolla 4-petala petalis 2 exterioribus majoribus saepe 3-lobis. Vide 33.
26 Filamentis staminum in tubum unicum connatis, monadelphis; calyce 3-, 4-, 5-fido, saepe duplici, aestivatione valvato; petalis numero laciniarum calycis aequali; ovario pluri-loculari; capsula orbiculari, pluriloculari, non raro in carpidia monosperma soluta; foliis alternis stipulatis . . . . F. XXVIII. MALVACEAE R. BR.
Filamentis aut omnibus liberis, aut basi in plures fasciculos connatis, saltem nunquam monadelphis 27
27 Petalis numerosis sensim in stamina abeuntibus; calyce 4—6-sepalo; staminibus indefinitis toro ovarium obducenti adnatis; stigmate multiradiato aut repando; fructu baccaeformi. (Plantæ aquaticae foliis coriaceis.) . . . . F. IX. NYMPHAEACEAE DC.

Petalis nonnisi 4—5; stigmatibus nec radiatis, nec repandis; herbae, frutices arboresve terrestres 28

28 Staminibus basi in plures fasciculos connatis, i. e. polyadelphis; calyce 4—5-sepalo, aut 4—5-partito; petalis 4—5 hypogynis aestivatione contortis. (Herbae aut suffrutices foliis oppositis simplicibus.) . . . . F. XXX. HYPERICINEAE DC.

Staminibus (saltem in nostratis) omnino liberis, saltem nec unquam basi in phalanges coalitis 29

29 Calyce monosepalo; staminibus nonnisi 20 una cum corolla 5-petala calyci insertis 30

Calyce 2—5-sepalo; staminibus hypogynis nec unquam calyci insertis 31

30 Calyce 5-dentato intus lamina nectarifera obducto; stylo unico, stigmate simplici; fructu drupaceo. (Frutices et arbores foliis alternis stipulatis.) . . . . . . F. XX. AMYGDALEAE JUSS.

Calyce 4—5-partito, saepius quasi duplici, laciniis difformibus majoribus cum minoribus alternantibus, rarius conformibus, et hoc in casu fructu baccente foliisque pinnatis. Vide 13.

31 Calyce 5-sepalo; corolla 5-petala 32

Calyce nonnisi 2—4-sepalo caduco; corolla 4-petala , . . . 33

32 Sepalis 2 exterioribus minoribus interdum evanidis, 3 interioribus aestivatione contortis; petalis caducis aestivatione contortis, sed directione sepalis contraria; capsula pluriloculari. (Herbae aut suffrutices.) . . . . F. XIV. CISTINEAE DUNAL.

Sepalis omnibus conformibus; capsula coriacea abortu 1-locularis indehiscens. (Arbores foliis simplicibus alternis stipulatis.)
F. XXIX. TILIACEAE JUSS.

33 Calyce 4-sepalo; corolla 4-petala; fructu baccante. (Frutices foliis simplicibus, stipulis spinosis.) . F. XIII. CAPPARIDEAE JUSS.

Calyce nonnisi 2-sepalo caduco; corolla 4-petala; fructu capsulari. (Herbae lactescententes succo albo aut croseo.)
F. X. PAPAVERACEAE DC.

34 Corolla 3- aut 4-, rarius 2-petala 35

Corolla 5- aut plane pluripetala 43

35 Stigmatibus penicellatis; caulibus nodosis; stipulis vaginantibus; calyce 3-sepalo et corolla 3-petala, s. perigonio 6-phyllo. V. 151

Nec stigmatibus penicellatis, nec caulibus nodosis, nec stipulis vaginantibus . . . . , . . . 36

36 Stylo unico, aut stigmate unico sessili 37

Stylis 2; capsula in dentes aut valvulas magis minusve profunde dehiscente. Vide 66.

Stylis 3, quovis bifido. (Plantae unisexuales, monoicae saepe lactescentes, aut fruticuli sempervirentes. Vide 151.

Stylis 3—4 indivisis, aut stigmatibus 4 sessilibus 40

37 Staminibus nonnisi 4 aut 6 38

Staminibus saltem 8 39

38 Calyce 4-sepalo; corolla 4-petala petalis unguiculatis; staminibus 6 hypogynis tetradynamis, i. e. 4 longioribus et 2 brevioribus; fructu siliquoso, siliculoso aut nucumentaceo

F. XII. CRUCIFERAE JUSS.

Calyce 3—4- vel 6-sepalo, petalis totidem ac sepalis exunguiculatis; staminibus 6 aequilongis. Vide 49.

Calyce 1-sepalo 5-dentato aut 4-partito (Frutices). Vide 47.

39. Herbae foliis simplicibus, plerumque sempervirentibus, rarius plane nullis. Vide 122.

Fruticuli fruticesve foliis compositis. Vide 52.

40 Calyce 4—5-sepalo; capsula 1-loculari, vel bacca 4-loculari polysperma 41

Calyce 1-sepalo, 3—4—5-partito; capsula 3—4-, aut exacte 8-loculari 42

41 Bacca 4-loculari pleiosperma. Vide 218.

Capsula 1-locularis 4-valvis aut apice dentibus 8 dehiscens. Vid. 65.

42 Calycis laciniis indivisis, integerrimis patalis, 3—4—5, ovatis: staminibus 3, 6 aut 8; capsula 3—4-valvi, apice deplana, polysperma. (Herbae aequaticae aut paludosae pygmaeae foliis exstipulatis.) . . . . . . F. XXVI. ELATINEAE CAMBESS.

Calycis laciniis 2—3-fidis: capsula 8-valvi, 8-loculari, loculis monaspermis. Vide 60.

43 Stylo unico cum stigmate 1 pluribusve, aut stigmate sessili et unico 44

Stylis stigmatibusve 2—3 aut pluribus 55

44 Fructibus binis conjugatis lateque alatis, demum in carpella 2 nucumentacea secedentibus. (Arbores fruticesve arborescentes foliis oppositis exstipulatis; floribus corymbosis aut paniculato-racemosis viridulis . . . . . . F. XXXI. ACERINEAE DC.

Fructibus omnino apteris 45

45 Foliis simplicibus, indivisis, rarius plane nullis 45

Foliis compositis, incisis lobatisve 51

46 Staminibus petalisque 4 vel 5. (Frutices non raro arborescentes 47

Staminibus 6—12 48

47 Fructibus drupaceis, drupis 2—4-locularibus, loculis monospermis; laciniis calycis aestivatione valvatis; staminibus petalis oppositis F. XVIII. RHAMNEAE R. BR.

Fructibus capsularibus, capsulis membranaceis, calyce (demum aucto) cinctis, 3—4—5-locularibus; laciniis calycis aestivatione imbricatis; staminibus petalis alternis F. XVII. CELASTRINEAE R.BR.

48 Staminibus una cum petalis tubo calycino insertis; calyce tubuloso 8—12- dentato dentibus 4—6 erectis petalisque alternis, exterioribus 4—6 patulis, petalis oppositis. (Herbae foliis exstipulatis deciduis.) . . . . . F. XXI. LYTHRARIEAE JUSS.

Staminibus petalisque hypogynis, receptaculo insertis 49

49 Calyce 3-, 4- aut 6-sepalo, sepalis duplici serie alternatim dispositis; petalis basi parapetalis aut glandulis nectariferis auctis. (Frutices spinescentes foliis simplicibus, aut herbae foliis biternatis.) . . . . F. VI. BERBERIDEAE VENT.

Calyce 5-sepalo, rarius 5—6-partito; corolla 5-, rarius 6-petala; parapetalis glandulisque hypogynis nullis 50

50 Foliis coriaceis sempervirentibus, rarius plane nullis; staminibus 10, filamentis complanatis. Vide 125.

Foliis deciduis lineari-lanceolatis indivisis (tripartitisve); staminibus 10—12, antheris glandula terminatis. Vide 52.

51 Filamentis distinctis, i. e. omnibus liberis 52

Filamentis connatis 54

52 Pericarpio sicco capsuliformi; foliis pinnatis 3-partitisve . . . 53

Pericarpio baccato, bacca 1—2-sperma; petalis 4—5 calycis dentibus alternis et disco glanduloso extus insertis. (Frutices scandentes foliis alternis stipulatis, lobatis digitatisve.) F. XXXIII. AMPELIDEAE HUMB.

53 Calyce 4—6-partito, aut 4—6-fido; petalis numero laciniarum calycis aequalibus illisque alternis et una cum staminibus ante discum insertis; stylo simplici. (Folia sparsa exstipulata punctis pellucidis impressa . . . . F. XXXIX. RUTACEAE JUSS.

Calyce 5-sepalo; petalis receptaculo insertis; stylo brevissimo, stigmate hemisphaerico 5-radiato. (Folia opposita stipulata, non punctata . . . . . . F. XXXVIII. ZYGOPHYLLEAE R. BR.

54 Filamentis nonnisi basi coalitis, monadelphis; pericarpio sicco capsuliformi e carpellis 5, rarius 3, monospermis composito. (Plantae saltem nostrates herbaceae.) F. XXXV. GERANIACEAE DC.

Filamentis latis a basi apicem usque connatis apiceque bifidis, pericarpio drupaceo, drupa nucleo 5-sulco. (Arbores foliis alternis bipinnatis.) . . . . F. XXXIV. MELIACEAE JUSS.

55 Stylis nomisi duobus 56

Stylis stigmatibusve 3 vel plane pluribus 57

56 Stylis persistentibus, ideo capsula quasi bicorni aut birostri intra stylos foramine vel a basi apicem usque dehiscente, foliis stipulatis. Vide 87.

Stylis filiformibus marcescentibus et deciduis; foliis oppositis verticillatisque. Vide 66.

57 Floribus hermaphroditis 58

Floribus polygamis aut diclinibus; calyx minutus; petala segmentis calycis numero aequalia, calyci inserta, aestivatione valvata; fructus indehiscens. (Frutices arboresve foliis alternis exstipulatis.)
F. XIX. TEREBINTHACEAE DC.

58 Seminibus calvis 59

Seminibus comosis. (Frutices foliis minimis imbricatim ramis adpressis; stylis 3, stigmatibus superne dilatatis.)
F. VIII. TAMARISCINEAE DESV.

59 Foliis simplicibus indivisisque 60

Foliis incisis, lobatis compositisve 67

60 Filamentis distinctis, omnibus liberis 61

Filamentis hypogynis 5, basi in annullum coalitis interjectis dentibus petalis oppositis, aut 4 omnino liberis; petalis aestivatione contortis; interdum unguibus inter se vel cum staminibus cohaerentibus. (Folia simplicia exstipulata.) F. XXVII. LINEAE DC.

61 Plantae scapo nudo aut 1—2-folio 62

Plantae caule folioso 63

62 Calyce 5-sepalo aut profunde 5-partito; corolla 5-petala, interdum parapetalis nectariformibus aucta. (Herbae palustres foliis junioribus circinatim ab apice ad basim involutis.)
F. XVI. DROSERACEAE DC.

Calyce monosepalo 5-dentato; floribus in capitula congestis. V. 113.

63 Stylis indivisis vel stigmatibus estylosis sessilibus 64

Stylo quovis 3-fido. (Plantae plerumque succo acri lactescente scatentes.) Vide 151.

64 Calyce 4—5-sepalo, aut 4—5-dentato, rarius 5-partito . . . 65

Calyce nonnisi 2—3-sepalo aut profunde 2—3-fido, demum cir-

cumscisse deciduo; petalis exiguis virentibus saepius calycis laciniis adnatis; capsula circumscissa aut 3-valvi.

F. XXII. PORTULACEAE JUSS.

65 Corolla hypogyna petalis unguiculatis; fructus capsularis polyspermus dentibus aut valvis dehiscens, rarius bacca unilocularis 66

Corolla parvula (saepius nulla) fauci calycis inserta; fructus nucumentaceus vel utricularis indehiscens et monospermus, rarius capsula membranacea 3-valvis, apice dehiscens, polysperma. (Herbae stipulatae stipulis scariosis, floribus glomeratis in spicam capitulumve digestis.) . F. XXIII. PARONYCHIEAE ST. HILL.

66 Calyce 1-sepalo apice 4—5-dentato; petalis cum staminibus carpophoro insertis; staminibus numero petalorum duplis alterne illorum unguibus adnatis, rarius petalorum numerum aequantibus et cum his alternantibus. . . . F. XXIV. SILENEAE DC.

Calyce 4—5-sepalo; staminibus una cum petalis annullo glandularum perigyno insertis. . . . . . . F. XXV. ALSINEAE DC.

67 Stylis aut stigmatibus estylosis 5; caule herbaceo 68

Stylis nonnisi 3 v. plane 2; frutices foliis pinnatis. Vide 47.

68 Stylis 5 filiformibus; petalis 5 hypogynis basi non raro cohaerentibus; staminibus 10 basi monadelphis inaequalibus; foliis ternatis . . . . F. XXXVII. OXALIDEAE DC.

Stigmatibus 5 sessilibus estylosis; ovariis rostratis; foliis non ternatis. Vide 54.

69 Fruticuli parasitici in diversis arboribus provenientes, foliis sempervirentibus; floribus potissimum diclinibus, rarius hermaphroditis; corolla 4-petala (v. 4-partita); bacca monosperma

F. LIII. LORANTHEAE DON.

Plantae (arbores, frutices aut herbae) terrestres aut aquaticae, nec unquam parasiticae 70

70 Plantae carnosae articulatae ramis compressis, ramulis (articulis) complanatis ovatis obovatisve fasciculato-spinosis; foliis nonnisi rudimentariis subulatis cito marcescentibus et deciduis; petalis numerosis, bi- multiseriatis; staminibus indifinitis; stylo unico stigmatibus plurimis . . . . F. XLI. CACTEAE DC.

Plantae, et si interdum succulentae et subcarnosae, tamen nunquam articulatae, sed potius aliter conformatae et foliosae . . 71

71 Arbores fruticesve 72

Plantæ (saltem nostrates) caule herbaceo 80

72 Staminibus nonnisi 4, 5 aut 10 73

Staminibus saltem 20 aut indefinitis 76

73 Margine (obsolete) 4—5-dentato; corolla 5 - 10-petala, petalis ante discum hypogynum insertis; ovario bi-pluriloculari, loculis 1-ovulatis 74

Calyce 3—4—5—7-fido aut 3—4—5—7-partito 75

74 Corolla 5—10-petala; staminibus 5—10; bacca 5—10-loculari. (Frutex fibrillis radiciformibus scandens.) F. LI. ARALIACEAE JUSS.

Corolla nonnisi 4-petala; staminibus 4; drupa putamine biloculari. F. LII. CORNEAE DC.

75 Fructu baccato, bacca calyce marscescente coronata. (Frutices foliis alternis fasciculatisve palmatilobis.) F. XL. GROSSULARIEAE.

Fructu drupaceo, nuculis 2—4-locularibus, loculis monospermis. (Frutices aut arbusculae foliis simplicibus indivisis stipulatis; floribus axillaribus solitariis fasciculatisve.) Vide 47.

76 Foliis alternis stipulatis 77

Foliis oppositis exstipulatis 78

77 Stylis nonnisi 2—5; calyce tubo urceolato aut campanulato. (Arbores fruticesve fructu carnoso 5—4—1-lobulari, loculis 2—1-spermis.) . . . . F. XLVI. POMACEAE LINDL.

Stylis plurimis; calyce tubo ventricoso fauce constricto. (Frutices aut suffrutices aculeati foliis impari-pinnatis; fructu baccam spuriam referente constante ex acheniis compluribus calyci tubo inclusis.) Vide 13.

78 Calyce colorato subcarnoso, limbo 5—7-fido; bacca corticata, calyce persistente coronata. (Arbuscula ramulis spinescentibus; floribus subsessilibus coccineis. . . F. XLIII. GRANATEAE DON.

Calyce herbaceo, limbo 4—10-partito; floribus albis, rarius incarnatis aut sulfureis 79

79 Fructu baccante, bacca 2—3-loculari; tubo calycis subgloboso, limbo 5-partito. (Frutex foliis integerrimis glanduloso-punctatis.) F. XLIV. MYRTEAE JUSS.

Fructu capsulari, capsula 4—10-loculari; tubo calycis turbinato, limbo 4—10-partito. (Frutices foliis serrato-denticulatis impunctatis.) . . . . .F. XLV. PHILADELPHEAE DC.

80 Petalis nonnisi 2 vel 3 81

Petalis 4, 5, 6 v. adhuc pluribus 82

81 Petalis, calycibus, ipsisque staminibus nonnisi binis. Vide 84.

Petalis sepalisque, aut calyce monophyllo, laciniis calycinis 3. (Pl. endogeneae pseudo-plerosanthae.) Vide 215.

82 Stylo nullo, stigmatibus 4—5-sessilibus 83
Stylis, licet interdum brevissimis, tamen evidentibus et quidem 1—2, vel plane pluribus 84
83 Floribus hermaphroditis; tubo calycis carnoso, limbi 5-partiti laciniis filiformibus inaequalibus; petalis linearibus fauci calycis insertis; stigmatibus 4—5 in centro apicis ovarii sessilibus. (Herbae succulentae foliis exstipulatis papulosis.)
F. XLII. MESEMBRYANTHEMEAE FNZL.
Floribus unisexualibus; laciniis limbi calycis 4-partiti valde caducis; petalis laciniis calycis alternis ad faucem tubi insertis; staminibus papulosis aut penicilliformibus. (Plantae aquaticae foliis pinnatisectis.) . . . . F. XLVIII. HALORAGEAE R. BR.
84 Petalis 4, rarius tantum 2; calyce tubuloso 4-fido, rarius 2-fido; stylus 1 stigmate capitato v. fisso coronatus; capsula 4-valvis, 2—4 locularis, rarius nucumentacea et indehiscens. (Herbae foliis exstipulatis.) . . . . . . F. XLVII. ONAGRARIEAE JUSS.
Petalis laciniisque calycinis 5 aut pluribus, rarius calyce 2-v.5-sepalo 85
85 Staminibus 5 caducis, aestivatione incurvis; stylis 2, singulo basi in discum epigynum dimidium apicis ovarii occupantem dilatato; limbo calycis 5-dentato aut obsoleto; fructu e mericarpiis 2 composito. (Pl. foliis saepissime divisis v. compositis; floribus umbellatis.) . . . . F. L. UMBELLIFERAE JUSS.
Staminibus 8, 10, 15 aut pluribus, rarissime tantum 3 . . . 87
86 Calyce 5-sepalo aut profunde 5-partito 87
Calyce nonnisi 2-sepalo aut 2-fido. Vide 64.
87 Staminibus 8 vel 10; stylis 2 persistentibus ideoque capsula quasi 2-corni aut 2-rostri et intra stylos foramine, vel a basi ad apicem dehiscente. (Herbae foliis alternis exstipulatis simplicibusque.) . . . . F. XLIX. SAXIFRAGEAE VENT.
Staminibus 10; stylis 2—3 filiformibus demum marcescentibus et caducis; foliis oppositis aut verticillatis. Vide 66.

II. Pl. Phanerogamae Dicotyledoneae Gamopetalae s. Synpetalae.

88 Ovario supero, i. e. in basi calycis libero, nec cum illo connato aut cohaerente; corolla infera 89
Ovario infero, i. e. calyce corollaque ovario impositis, aut ovario calyci adnato 127

89 Ovariis 5, singulo basi squama hypogyna fulto; carpellis 5; foliis exstipulatis carnosis. Vide 11.

Ovariis 4, singulo uniovulato, disco hypogyno insidentibus; stylo unico mediante disco cum ovariis cohaerente et inter illa exeunte 90

Ovario solitario, (rarius 2), cujus apici stylus unicus aut 2—5, vel stigmata 1—2 v. plura absque stylo insident 91

90 Staminibus 4 didynamis, rariús tantum 2; calyce tubuloso, plerumque bilabiato; corolla irregulari, potissimum 2-, rarius 1-labiata. (Pl. foliis oppositis exstipulatis; caule plerumque tetragono, ramis oppositis.) . . . . . F. LV. LABIATAE JUSS.

Staminibus 5 aequilongis; calyce plerumque campanulato, rarissime tubuloso; corolla regulari 5-fida, rarius laciniis quidquam inaequalibus. (Herbae foliis alternis exstipulatis.) .
F. LIV. BORAGINEAE JUSS.

91 Corolla irregulari, i. e. bilabiata, personata vel papilionacea, rarius rotata laciniis inaequalibus 92

Corolla regulari i. e. limbo illius in lacinias aequales et conformes diviso 100

92 Corolla ringenti-pseudo-papilionacea, 3 4-petala, hypogyna et cum tubo stamineo plus minus connata; calyce 5-sepalo, sepalis 2 inferioribus majoribus saepius petaloideis; staminibus 8, monadelphis; capsula compressa . . . F. LVI. POLYGALEAE JUSS

Corolla papilionacea, staminibus 10 diadelphis, rarius monadelphis et rarissime plane liberis. Vide 20.

Corolla non papilionacea, nec staminibus diadelphis 93

93 Floribus in anthodio communi in capitulum aggregatis. Vide 107.

Floribus nec unquam in anthodio communi aggregatis . . . 94

94 Staminibus numerosis, saepius indefinitis. Vide 13.

Staminibus nonnisi 3, sepalis 2; stigmate 1, 3-fido. Vide 64.

Staminibus 2, 4 vel 5 95

95 Capsula 1-loculari, 2-valvi, rarius evalvi; staminibus 5 in corolla rotata, aut 4 didynamis, vel tantum 2 in corolla personata aut bilabiata 96

Capsula 1-loculari 5-valvi; staminibus 5 in corolla subbilabiata didynamis cum impari. Vide 116.

Capsula 2- vel pluri-loculari, aut bacca 4-loculari 97

96 Staminibus 4 didynamis in corolla ringente inferne glanduloso-

carnosa; placentis parietalibus. (Pl. parasiticae in radicibus aliarum plantarum; foliis ad squamas reductis.)
F. LXXV. OROBANCHEAE JUSS.

Staminibus nonnisi 2 basi corollae bilabiatae calcaratae insertis; placenta centrali. (Pl. aquaticae aut paludosae foliis veris viridibus.) . . . . . F. LXXVI. LENTIBULARIEAE RICH.

97 Staminibus 5 in corolla rotata, aut 4 didynamis, aut 2 in corolla personata vel bilabiata aut rotata laciniis inaequalibus . 98

Staminibus 5 in corolla tubuloso-campanulata laciniis limbi inaequalibus. Vide 118.

98 Seminibus placentae centrali affixis 99

Seminibus fundo loculi insidentibus; corolla subbilabiata limbo 5-lobo; pericarpio drupaceo pyrenas 4 monospermas continente, vel in nuculas 4 secedente. (Pl. foliis digitatis laciniatisve.)
F. LXXII. VERBENACEAE JUSS.

99 Calyce pleiosepalo sepalis inaequalibus; corolla 1-labiata. (Pl. foliis oppositis spinulosis; floribus spicatis bractea foliacea dentato-spinosa fultis.) . . . F. LXXIII. ACANTHACEAE JUSS.

Calyce 4—5-fido, aut 4—5-partito; corolla personata, urceolata, vel rotata laciniis inaequalibus; staminibus tubo corollae insertis. (Pl. foliis inermibus.) . F. LXXIV. SCROPHULARINEAE R. BR.

100 Staminibus nonnisi 1, 2 v. 4 101

Staminibus exacte 5 109

Staminibus 8 aut pluribus 120

101 Staminibus 4 didynamis 102

Staminibus 1—2, rarius 4, sed hoc in casu omnino aequilongis, et non didynamis 103

102 Ovariis sub anthesi coalitis, demum in fructu in nuculos 4 secedentibus; fructu saepius drupaceo aut baccaeformi. Vide 90.

Ovario semper unico; seminibus (nuculis) capsula inclusis. V. 99.

103 Frutices arboresve 104

Plantae caule herbaceo, rarius basi suffruticuloso 106

104 Staminibus nonnisi 2; stylo et stigmate 1; foliis deciduis inermibus 105

Staminibus stigmatibusque 4; calyce 4—5-dentato; corolla 4--5-partita; drupa 4—5-pyrena. (Frutex arborescens foliis alternis spinoso-dentatis sempervirentibus.) F. LXII. AQUIFOLIACEAE DC.

105 Corollae limbo 4-fido aestivatione valvato (rarius corolla nulla aut 5-petala, petalis per paria filamento connexis); staminibus

2 corollae insertis (vel nudis); fructu capsulari vel drupaceo putamine osseo. (Folia alterna simplicia vel impari-pinnata 3-4-6-juga.) . . . . F. LXIII. OLEACEAE LINDL.

Corollae limbo 5—8-fido laciniis aestivatione spiraliter contortis; staminibus 2 corollae insertis; fructu baccaeformi. (Folia opposita impari-pinnata 3-juga.) . . F. LXIV. JASMINEAE R. BR.

106 Caule herbaceo folioso, vel saltem foliis radicalibus 107

Caule tenui filiformi aphyllo, volubili, parasitico. V. 114.

107 Floribus in anthodio communi in capitulum densum aggregatis; stylo 1, stigmate 1, bifido; fructu utriculari non dehiscente. F. LXXX. GLOBULARIEAE DC.

Floribus nec in anthodio communi, nec in capitula aggregatis 108

108 Staminibus corollam 4-fidam scariosam multum excedentibus et ex illa prominulis, tubo illius plus minusve cylindrico, laciniis limbi reflexis. (Pl. fructu capsulari circumscisse dehiscente; rarius nucumentaceo et indehiscente.) F. LXXVIII. PLANTAGINEAE JUSS.

Nec staminibus prominulis, nec corollis scariosis. Vide 116.

109 Ovariis 2 jam in flore plus minusve distinctis 110

Ovario sub anthesi unico, ovulis 4 indistinctis, demum sub fructu maturescente in 4 nuculas basi calycis aperti insidentes secedente. Vide 90.

Ovario nec fructificante, nec maturescente diviso, exacte unico, fructuque semper capsulari 112

110 Stylo in stigmata 2 capitata aut peltata dilatato; fructu folliculoso, folliculis binis 111

Stylo apice acuto, subulato; quovis ovario binodoso; seminibus in aperto calyce nudis. Vide 90.

111 Corolla hypocrateriformi aut campanulata, aestivatione oblique contorta; filamentis liberis; polline granuloso. F. LXVI. APOCYNEAE R. BR.

Corolla rotata, aestivatione imbricata, rarius valvata; filamentis plerumque in tubum foliolis quinis liberis vel connatim pistillumque includentem coalitis; polline in molleculas coalescente glandulis stigmatis affixas . . F. LXV. ASCLEPIADEAE R. BR.

112 Stylis stigmatibusque 4—5, rarius stylo unico 5-partito et 5-stigmatico 113

Stylo aut stigmate nonnisi 1 vel 2 vel 3 114

113 Calyce 5-sepalo; (corolla 5-petala, petalis basi coalitis; staminibus 5, basi in annullum connatis) stylis 5; capsula 10-loculari. Vide 60.
Calyce monosepalo 5-dentato plicato; fructu utriculari monospermo et indehiscente, aut capsulari et apice 5-valvi. (Pl. foliis simplicibus integerrimis, floribus in capitula terminalia congestis, rarius in spicas dispositis et 3-bracteatis.)
F. LXXIX. PLUMBAGINEAE JUSS.
114 Caule tenui filiformi et omnino aphyllo; capsula 2-loculari loculis 1—2-spermis. (Herbae parasiticae volubiles.)
F. LXX. CUSCUTEAE PRESL.
Caule aut scapo saltem basi folioso 115
115 Foliis aut omnibus basilaribus et scapo aphyllo, aut caule folioso foliisque exacte oppositis aut verticillatis 116
Foliis caulinis alternis, rarius geminis 117
116 Staminibus laciniis corollae oppositis; stylo unico et indiviso; capsula ab apice valvis 5, vel transverse et circumscisse dehiscens. . . . . . . F. LXXVII. PRIMULACEAE VENT.
Staminibus lobis corollae alternis; stylis 2 interdum omnino connatis, sed stigmatibus semper 2; capsula 1—2-loculari bivalvi valvis margine placentiferis. . . F. LXVII. GENTIANEAE Juss.
117 Stylo 1, stigmate simplici et integerrimo, vel apice quidquam emarginato; seminibus plurimis 118
Stylo 1, sed 2—3-stigmatico aut stigmatibus 1—3 estylosis; seminibus nonnisi 2—4 119
118 Lobis corollae omnino conformibus et aequalibus, aestivatione plicatis vel imbricatis; antheris introrsis in apice filamenti acuti sitis apiceque saepissime conniventibus connatisve. (Foliis superioribus floralibusque saepe geminis.) . F. LXXI. SOLANEAE JUSS.
Lobis corollae paulisper inaequalibus; antheris basi exappendiculatis, secus barbatis filamentisque apice compressis transverse affixis, nec conniventibus. Vide 99.
119 Stylo 1 non raro 2-fido et 2-stigmatico; staminibus fundo corollae insertis. (Pl. saepe volubiles foliis alternis simplicibus exstipulatis.) . . . . , . F. LXIX. CONVOLVULACEAE JUSS.
Stylo 1 trifido et 3-stigmatico; staminibus tubo corollae insertis. (Pl. foliis pinnatis.) F. LXXVIII. POLEMONIACEAE LINDL.
120 Frutices arborescentes aut verae arbores 121

Plantae herbaceae, suffruticosae, aut fruticuli exigui foliis sempervirentibus 122

121 Floribus hermaphroditis; calycis limbo 5-fido aut subintegro; fructu sicco capsulari 1—2-spermo, 3-valvi a basi dehiscente.

F. LX. STYRACEAE RICH.

Floribus polygamis; calycis limbo 3—4- vel 6-lobo, fructu baccato, bacca succulenta aut subsicca oligosperma.

F. LXI. EBENACEAE CL. RICH.

122 Plantae aphyllae foliis ad squamas reductis; calyce 5-sepalo persistente; staminibus 10, 5 e sinu glandularum hypogynarum, basin ovarii ambientium egredientibus et 5 cum glandulis alternantibus.

F. LVII. MONOTROPAEAE NUTT.

Plantae foliis veris provisae . . . , ... 123

123 Corolla subirregulari; staminibus 8 monadelphis, superne liberis vel apice in phalanges 2 oppositas aequales connatis. V. 92.

Corolla omnino regulari; staminibus liberis, non coalitis . . 124

124 Caulibus suffruticulosis, foliis sempervirentibus, integerrimis . 125

Caule omnino herbaceo, nec basi lignescente 226

125 Stamina ante corollam disco hypogyno inserta; corolla 4— 5-fida vel partita; ovarium multiloculare; seminibus apteris.

F. LIX. ERICINEAE DESV.

Disco hypogyno nullo; corolla pseudo 5-petala; capsula 5-loculari, rimis 5 dehiscente; filamentis apice nutantibus; seminibus minutissimis arillo tubuloso inclusis illoque multo minoribus.

F. LVIII. PYROLACEAE LINDL.

126 Staminibus 6—10 corollae insertis; foliis oppositis. Vide 116.

Staminibus 12—20 aut indefinitis, non raro basi inter se ipsique corollae adnatis, hinc corolla pseudomonopetala. Vide 8.

127 Staminibus corollae insertis 128

Staminibus aut receptaculo, aut ipsi ovario insertis 135

128 Floribus in anthodio communi in capitula congestis 129

Floribus nec in anthodio communi, nec in capitulis aggregatis 130

129 Staminibus 5, antheris in tubulum inter se connatis, quo stylus transit; stylo 1 basi fovea nectarifera cincto, stigmatibus 2; fructu (achenio) sicco indehiscente.

F. LXXXII. COMPOSITEAE ADNS.

Staminibus 4, antheris liberis; stylo 1, stigmate 1, simplici, fovea nectarifera nulla; fructu indehiscente; foliis oppositis.

F. LXXXI. DIPSACEAE DC.

130 Staminibus nonnisi 1—2—4—5, sed omnibus fertilibus . . 131
Staminibus 7, 8, 10, 12 vel indefinitis, quibusdam interdum sterilibus 133

131 Laciniis corollae stellatae summo calycis tubo insertae 4--5--6-fidae aestivatione valvatis; stylo, saepe bifido, stigmatibus 2; staminibus corollae laciniis numero aequalibus iisque alternis; fructu nucumentaceo, rarius drupaceo, saepius didymo. (Pl. caulibus tetragonis, foliis sessilibus verticillatis.)
F. LXXXIV. RUBIACEAE JUSS.
Laciniis (lobis) corollae aestivatione imbricatis; stylo simplici vel stigmatibus 3 sessilibus 132

132 Fructu sicco, capsulari, vel nucumentaceo 1-spermo; staminibus 1—3; corolla tubuloso-campanulata vel infundibuliformi. (Pl. herbaceae foliis oppositis.) . . F. LXXXV. VALERIANEAE DC.
Fructu baccato, bacca saepius didyma; ovario 3—5-loculari; calycis limbo 3-fido, vel 5-dentato, rarius 5-partito.
F. LXXXIII. CAPRIFOLIACEAE JUSS.

133 Caule herbaceo, nec unquam fruticoso 134
Frutices arborescentes foliis alternis; floribus breviter racemosis albis. Vide 121

134 Stylo 1 indivisio; staminibus 5 fertilibus et 5 sterilibus, capsula 5-valvi; foliis alternis. Vide 116.
Stylo simplici vel ad basin usque 4—6-partito; calyce 2—3-phyllo; staminibus fertilibus 10—15. Vide 64.
Stylis 4—5 distinctis; calycis semisuperi limbo 3-fido corolla rotata dimidio breviore; bacca herbacea succosa viridi 4—5-sperma. (Adoxa L.) Vide 132.

135 Stylo 1, indiviso; calyce 4—5-dentato; corolla urceolata aut breviter campanulata 4—5-fida; staminibus 8--10; bacca 4--5 loculari. (Fruticuli foliis plerumque sempervirentibus alternis.)
F. LXXXVIII. VACCINEAE DC.
Stylo 3—5-partito; staminibus nonnisi 5 136

136 Staminibus omnino liberis; calyce profunde 5- et stylo 3-partito; fructu capsulari; floribus hermaphroditis. (Pl. foliis alternis exstipulatis.) . F. LXXXVII. CAMPANULACEAE BARTL.
Staminibus basi coalitis 3-adelphis; calyce 5 dentato; corolla 5-fida aut 5-partita; fructu carnoso; floribus plerumque unisexualibus. (Pl. scandentes cirrhis spiralibus, excep. Ecbalion.)
F. LXXXVI. CUCURBITACEAE JUSS.

III. Pl. Phanerogamae Dicotyledoneae Monochlamydeae.

137 Floribus, si non omnibus, saltem masculis amentaceis, femineis saepe solitariis aut glomerulatis. (Frutices aut arbores.) . . . 138
Floribus nec masculis, nec femineis amentaceis 141
138 Fructu simplici, nec unquam in strobilos aggregato, nec foliis acerosis 139
Fructu aggregato in strobilos aut baccas; amentis flor. masc. e bracteis squamiformibus aut peltatis formatis; antheris bracteis adnatis vel filamentis axillaribus connatis insidentibus; floribus femineis perinde amentaceis, sed non raro 3—2, aut plane solitariis. (Folia acerosa, rarius squamosa aut plane nulla.)
F. CV. CONIFERAE JUSS.
139 Fructu drupaceo, drupa nuda, involucro penitus destituta, extus plus minusve carnosa, putamine 2—4-valvi; stigmatibus 2 lanceolatis elongatis. (Arbores foliis pinnatis.)
F. CVII. JUGLANDEAE DC.
Fructu sicco; foliis simplicibus 140
140 Ovario infero; perigonio masculo nullo aut 4—6-fido; staminibus aut bracteis, aut perigonio insertis; perigonio femineo ovario adnato, limbo denticulato, saepe evanescente; nuce abortu 1-loculari, 1-sperma . . . . F. CVI. CUPULIFERAE RICH.
Ovario aut supero et libero, aut perigonio demum adhaerente, semisupero, 2-loculari loculis 1-ovulatis; perigoniis floris masculi 3 indivisis vel 4-partitis pedicello insidentibus; perigonio floris feminei nullo; stigmatibus 2 filiformibus; fructu indehiscente. (Arbores foliis alternis.) . . . . F. CIV. BETULINEAE RICH.
141 Arbores fruticesve, s. plantae lignescentes 142
Plantae caule herbaceo, nec unquam frutescentes 151
142 Floribus unisexualibus 143
Floribus hermaphroditis, rarius polygamis 146
143 Fruticulus aut arbuscula foliis coriaceis sempervirentibus; capsula 3-corni, 3-cocca. Vide 151.
Foliis omni anno deciduis 144
144 Staminibus 8 disco hypogyno insertis; fructu bialato. V. 44.
Staminibus 5; ovario cum perigonio (calyce) connato. V. 85.
Staminibus nonnisi 3—4, rarius 5, sed ovario supero et omnino libero 145

145 Floribus polygamis; perigonio (calyce) 4—5-fido laciniis aestivatione valvatis cito deciduis; stylo 1. Vide 47.
Floribus monoicis; perigonio floris masculi 4—5-fido; stylis 2. Vide 211.

146 Ovario supero et omnino libero 147
Ovario infero aut cum calyce connato 150

147 Stylo unico cum stigmate unico aut pluribus 148
Stylis 2; perigonio campanulato 4—5-dentato; staminibus 4, 5—12; nux ala cincta. Vide 211.

148 Stamibus nonnisi 4—5 fauci perigonii insertis ejusque laciniis numero aequalibus et alternis, vel duplis. (Folia exstipulata argenteo- vel brunneo-lepidota.) . . F. XCV. ELEAGNEAE R. Br.
Staminibas 5 ante lacinias (petala) perigonii insertis; perigonii exterioris (calycis) margine minimo, saepius plane obsoleto. (Frutices scandentes.) Vide 52.
Staminibus exacte 8 aut 10 149

149 Stylo minimo aut nullo; stigmate simplici; staminibus 8—10 fauci tubove perigonii insertis, limbo perigonii 4-, rarius 5-fido. (Fruticuli (rarissimae herbae) foliis exstipulatis.)
F. FCIII. THYMELEAE DC.
Stylo 2-fido, stigmatibus 2; stamina 8 disco hypogyno inserta. (Arbores foliis oppositis.) Vide 44.

150 Staminibus 4; drupa putamine biloculari; foliis indivisis. V. 75.
Staminibus 8 aut 10; perigonio (calyce) ovario exacte adnato, limbo obsoleto. Vide 121.

151 Perigonii verticillo duplici 3-, 5-, 6-partito, rarius 3-, 5- v. 6-phyllo; persistente, aestivatione imbricato; floribus hermaphroditis; staminibus basi perigonii insertis; fructu indehiscente. (Pl. caulibus nodosis et articulatis, foliis alternis simplicibus, petiolis vaginantibus ochreis insertis.). F. XCIX. POLYGONEAE JUSS.
Perigonio duplici sepaloideo et pseudo-petaloideo, exteriore (pseudo-calyce) 4—6-fido aestivatione imbricato, rarius nullo, interiore (pseudo-corolla) 5-phyllo hypogyno aestivatione convoluto, interdum nullo; floribus unisexualibus; staminibus in centro floris aut subovarii rudimento insertis, filamentis liberis vel varie connatis; ovario libero sessili vel stipitato; stigmatibus divisis; capsula 2—3-cocca. (Pl. saepius lactescentes, rarius frutices foliis coriaceis sempervirentibus.) . . F. CII. EUPHORBIACEAE JUSS.

Perigonio omnino simplici et quidem aut petaloideo, aut sepaloideo; caulibus enodis et non lactescentibus ochreisque nullis . 152
152 Ovariis pluribus liberis aut cum perigonio connatis, singulis styligeris, aut stigmate sessili coronatis et in fructu in totidem carpella divisis 153
Ovario unico stylo stigmateve sessili proviso, quovis unico aut pluribus 154
153 Staminibus 5 aut numerosis; foliis exstipulatis, interdum autem basi in vaginam amplexicaulem dilatatis. Vide 13.
Staminibus 4, rarius abortu paucioribus, nonunquam autem indefinitis; tubo perigonii apice contracto ovaria libera fovente; stigmate capitato, penicelliformi barbatove; nuce in perigonio saepe indurato inclusa; foliis omnino exstipulatis.
F. XLVIII. SANGUISORBEAE LINDL.
154 Floribus unisexualibus 155
Floribus hermaphroditis aut polygamis 162
155 Plantae aphyllae chloroticae carnosae in arborum fruticumve radicibus parasiticae, perigonio carnoso 1-phyllo, antheris 8.
F. CX. CYTINEAE A. ROGR.
Plantae foliis viridibus provisae et nec unquam parasiticae . 156
156 Perigonio nonnisi 1—3-phyllo, 3-partito aut 3-dentato . . . 157
Perigonio 4-phyllo, 4-partito aut 4-dentato 159
Perigonio 5-phyllo, 5-partito aut 5-dentato 161
Perigonio exacte 12-phyllo, phyllis linearibus truncatis bispinulosis; antheris 12—16 sessilibus perigonio paullo longioribus; ovario 1-loculari; stylo subulato. (Herbae aquaticae foliis compositis.) . . . . F. XCVI. CERATOPHYLLEAE GRAY.
157 Perigonio 1—2-phyllo vel loco illius bracteis 2 hyalinis, sub flore nudo; stamine 1; ovario 1 quadrangulari, angulis 2 magis approximatis; stylis 2 subulatis. (Herbae aquaticae foliis simplicibus.)
F. CI. CALLITRICHINEAE LK.
Perigonio 3-phyllo aut 3-partito 158
158 Staminibus 9—12. (Plantae lactescentes.) Vide 151.
Staminibus nonnisi 3 aut 5 hypogynis; floribus glomeratis spicatisve. (Herbae annuae foliis exstipulatis.) Vide 161.
Staminibus 3; perigonium floris masculi 3-, feminei 5-partitum. (Frutices arborescentes foliis palmatis.) Vide 211.
159 Staminibus numerosis, indefinitis; perigonio cum ovario connato; foliis stipulatis. Vide 153.

Staminibus 8. (Herbae aequaticae foliis compositis. Vide 83.
Staminibus 4, floribus racemosis aut in glomerulos congestis . 160
160 Stylo 1, simplici vel 2-, 3-, 4-partito; floribus in axillis foliorum aggregatis; foliis exstipulatis. Vide 181.
Stylo 1 vel stigmate 1 sessili, aut stylis 2, staminibus 4; foliis stipulatis stipulis liberis caducis. Vide 211.
161 Floribus masculis in capitula involucrata congestis; perigonio floris masculi 1-phyllo, 5-dentato, fl. feminei plane nullo; staminibus 5; stylo 1; stigmatibus 2 elongatis; fructu involucro indurato incluso. . . . . . . F. XCVII. AMBROSIACEAE LK.
Floribus nec involucratis, nec in capitula congestis, sed saepius glomerulatis et plerumque in spicas dispositis; perigonio floris masculi et feminei plerumque 5-, rarissime 3-partito; staminibus 3—5; stylis 3 vel pluribus; fructu indehiscente, rarius capsulari. (Herbae annuae exstipulatae spicis terminalibus, basi femineis, apice masculis.) . . F. XC. AMARANTHACEAE JUSS.
162 Perigonio monophyllo carnoso integro rimaque aperto, sed excavationi racheos immerso; staminibus 1—2; caule aphyllo articulato. Vide 181.
Perigonio aliter conformato; caulibus foliosis, non articulatis . 163
163 Ovario infero aut cum perigonio connato 164
Ovario supero et perigonio non adnato, sed omnino libero . . 170
164 Staminibus 6 aut 12 apici ovarii insertis liberis vel cum stylo et stigmate connatis; perigonium coloratum indivisum et oblique truncatum et in ligulam protractum basique ventricosum vel campanulatum 3—4-fidum. F. CIX. ARISTOLOCHIEAE JUSS.
Stamine nonnisi 1, perigonii margine ad basin lobi anterioris inserto; stylo filiformi sulco antherae recepto. (Herbae aquaticae foliis linearibus verticillatis.) . F. CXI. HIPPURIDEAE LK.
Staminibus 4, 5, 8 aut 10; (rarius abortu paucioribus) . . 165
165 Perigonio petaloideo 1—5-phyllo aut 1—5-lobo 166
Perigonio sepaloideo nonnisi 4—5-fido 168
166 Staminibus 5; stylis 2 deciduis; floribus umbellatis, dentibus perigonii exterioris (calycis) obsoletis. Vide 85.
Staminibus 8; stylis 2 persistentibus, ideo capsula quasi birostri. Vide 87.
Staminibus nonnisi 4. Vide 130.
167 Stylo unico et simplici 168

Stylis 2—3 169

168 Stigmate penicelliformi multipartito e laciniis filiformibus elongatis composito; perigonio basi bracteis 2—3 cincto, apice coarctato, limbo 4-partito. Vide 153.

Stigmate indiviso; perigonio 3—4—5-fido intus colorato, aestivatione valvato; fructu nucumentaceo. (Pl. ramis inarticulatis, foliis sparsis integerrimis.) F. CVIII. SANTALACEAE R. BR.

169 Perigonio tubuloso 5-fido; staminibus 10 vel abortu paucioribus; styli 2; utriculus membranaceus perigonii tubo indurato inclusus. (Pl. foliis subulatis.) Vide 180.

Perigonio non tubuloso, 5-partito; staminibus 5 annullo carnoso insertis; stigmatibus 2—3 dilatatis. Vide 181.

170 Perigonio 2-phyllo minimo vel plane nullo et loco illius bracteae 2 oppositae hyalinae. Vide 156.

Perigonio ternario, i. e. 3-dentato, vel 3-partito, vel 3-phyllo. Vide 92.

Perigonio quaternario vel quinario, 4—5-dentato, vel 4—5-partito vel 4—5-phyllo 171

Perigonio hexanario vel duodenario 184

Perigonio octonario vel decanario 185

171 Stylis 1—3, aut stigmatibus totidem absque stylo 172

Stylis 4—5 vel 8—10, aut totidem stigmatibus absque stylis 182

172 Stylis 3, sed quovis bifido in ovario stipitato. (Pl. succo acri lacteo scatentes.) Vide 151.

Stylis 1—2, rarius 3, sed hoc in casu indivisis et integerrimis, (nec in plantis lactescentibus) 173

173 Perigonio quaternario 174

Perigonio quinario 179

174 Stigmate capitato penicelliformi; floribus polygamis; staminibus 4. Vide 211.

Stigmate non penicilliformi; floribus omnibus hermaphroditis . 175

175 Perigonio basin usque 4-partito 176

Perigonio tubuloso, limbo tantum 4-fido 178

176 Perigonio petaloideo 177

Perigonio sepaloideo; fructu siliquoso aut lomentaceo. Vide 38.

177 Perigonio (corolla) regulari patente, albo; staminibus 4. V. 218.

Perigonio (corolla) irregulari, calcarato; staminibus 6; fructu capsulari. Vide 17.

178 Staminibus 8 tubo perigonii insertis; foliis simplicibus linearibus. Vide 149.
Staminibus 5—6. Vide 181.
Staminibus nonnisi 1—4 anullo faucis perigonii insertis. V. 153.
179 Capsula 4—5-sperma 1-locularis, 5-valvis, perigonio campanulato petaloideo; stylo simplici subulato. Vide 116.
Fructu monospermo in perigonio persistente incluso; stylis stigmatibusve 1, 2, 3 180
180 Stylis 2, stigmatibus capitatis, vel stylo 1, sed stigmate emarginato; staminibus 10, rarius 5 vel 2, ante annullum faucis perigonii insertis. (Pl. foliis oppositis basique connatis, subulatis, exstipulatis.) . . . . F. XCI. SCLERANTHEAE
Foliis saltem caulinis superioribus alternis 181
181 Staminibus 10, de his 5 sterilibus; stylo brevissimo cum stigmatibus 2 obtusis. Vide 65.
Staminibus 5, omnibus fertilibus, rarius tantum 1, fundo perigonii insertis illiusque laciniis oppositis; stylus simplex, vel 2-, 3-, 4-partitus stigmatibus indivisis; ovarium 1-loculare, 1-ovulatum ovulo fundo ovarii affixo. (Pl. foliis alternis exstipulatis.)
F. XCII. CHENOPODIEAE VENT.
182 Staminibus stylisque 4; foliis basi in vaginam connatis. V. 66.
Staminibus 8—10 vel plane 20 183
183 Staminibus per paria inter lacinias limbi perigonii insertis; stylis 5 subulatis. (Herbae teneræ foliis compositis; radice tuberosa. Vide 132.
Staminibus fundo perigonii insertis; stylis 8—10 indivisis; bacca vera 8—10-locularis loculis 1-spermis. (Pl. foliis alternis integerrimis, floribus purpurascentibus.)
F. LXXXIX. PHYTOLACEAE R. BR.
184 Perigonio 12-dentato, dentibus 6 alternatim brevioribus reflexis. Vide 48.
Perigonio 6-partito aut 6-phyllo. Vide 217.
185 Perigonio 8-partito laciniis 4 alternatim majoribus et 4 minoribus; staminibus 1—4. Vide 153.
Perigonio 8—10-phyllo 186
186 Stylo unico cum stigmate simplici; staminibus 10. Vide 122.
Stylis 4; stigmatibus 3, 6 vel 8. Vide 42.

IV. Pl. Phanerogamae Unisexuales Dioicae.

187 Floribus in costa folii provenientibus nudis, vel sub foliolo parvulo nidulantibus; perigonio ad basin usque 6-partito; antheris 3; stylo 1, stigmate capitato; bacca 3 loculari. Vide 218.
Floribus nunquam foliis insidentibus aut ex illis egredientibus . 188
188 Arbores fruticesve, v. fruticuli parasitici 189
Plantae caule herbaceo 201
189 Fruticuli parasitici in diversis arboribus provenientes foliis coriaceis, sempervirentibus. Vide 69.
Arbores et frutices terrestres, et non parasitici 190
190 Floribus masculis et femineis, aut saltem masculis amentaceis . 191
Floribus nec masculis, nec femineis amentaceis 192
191 Foliis acerosis sempervirentibus, rarius plane nullis. Vide 138.
Foliis veris, herbaceis, nec unquam acerosis, nec semper virentibus; floribus masculis et femineis amantaceis, perigonio nullo, sed genitalibus basi glandulis 1—2 fultis; staminibus 2—3, rarius pluribus; stylo 1, stigmatibus 2, saepe bifidis; capsula 2-valvi . . . . F. CIII. SALICINEAE RICH.
192 Floribus completis, i. e. calyce corollaque, licet interdum minima et squamiformi, provisis 193
Floribus incompletis, i. e. aut calyce, aut corolla destitutis vel perigonio provisis, aut plane nudis 196
193 Corolla polypetala 194
Corolla monopetala et una cum calyce 4—6-partita; stamina 8—16; stylus 1; breviter 4-partitus. Vide 121.
194 Ovario supero et omnino libero 195
Ovario infero, calyce corollaque superis; staminibus 5; stylis 2—4; bacca polysperma; foliis lobatis. Vide 75.
195 Corolla papilionacea; fructu leguminoso; foliis pinnatis. V. 20.
Corolla 4—5-petala, petalis minimis non raro squamiformibus; drupa 2—4 pyrena; foliis simplicibus. Vide 47.
196 Foliis pinnatis 197
Foliis simplicibus, vel plus minusve laciniatis 198
197 Foliis oppositis 3—6-jugis; staminibus 2; stylo 1; nuce planocompressa. Vide 105.
Foliis alternis; staminibus 5; stigmatibus 3; drupa monosperma. Vide 57.

198 Ovariis in receptaculo communi aggregatis et perigoniis demum canescentibus in fructum succulentum edulem mutatis; arbores aut frutices arborescentes foliis stipulatis. Vide 211.
Ovariis nec in receptaculo communi aggregatis, nec carnosis . 199
199 Perigonio floris masculi et feminei 6-partito laciniis tribus latioribus; staminibus 6; stigmatibus 3. Vide 218.
Perigonio floris masculi et feminei 4—5-partito; staminibus in floribus masculis biserialibus, 6 exterioribus simplicibus, 6 interioribus in medio glandulis 2 biappendiculatis, sed ovario nullo, in fl. femineis staminibus 4 sterilibus, stigmate autem 1. (Arbores foliis coriaceis sempervirentibus.) F. XCIV. LAURINEAE DC.
Perigonio floris masculi 2—3-partito, fl. feminei tubuloso aut urceolato 200
200 Perigonio infero masculo 2-partito, staminibus 4, fl. feminei tubuloso apice 2-fido. Vide 148.
Perigonio supero, floris masculi 3-fido, staminibus 3, fl. feminei urceolato, stigmatibus 3. Vide 168.
201 Floribus completis, i. e. calyce corollaque provisis 202
Floribus incompletis, i. e. calyce aut corolla destitutis, aut simplici perigonio provisis 206
202 Corollis polypetalis 203
Corollis monopetalis 205
203 Corolla 3-petala regulari, (rarius perigonio simplici, 3-partito) calyce 3-sepalo vel 3-partito herbaceo; staminibus 3 vel 9, vel 12; ovario infero. (Pl. aquaticae endogeneae pseudo-plerosanthae.) F. CXII. HYDROCHARIDEAE R. BR.
Corolla 5-petala 204
204 Calyce tubuloso 5-dentato, omnino libero; petalis 5 longe unguiculatis; foliis oppositis. Vide 66.
Calyce ovato aut planiusculo 5-fido, omnino libero; petalis brevissime unguiculatis; foliis alternis. Vide 13.
Calyce ovato cum ovario arcte connato, margine obsolete 5-dendentato, petalis lanceolatis. Vide 85.
205 Staminibus 4 omnino liberis, discretis corollaeque insertis; stylo unico; foliis oppositis. Vide 132.
Staminibus 5, basi coalitis 3-adelphis receptaculo insertis; stylis 3; foliis alternis. Vide 136.
206 Perigonio florum masculorum et femineorum 6-partito aut 6-phyllo 207
Perigonio nonnisi 3—5-phyllo, vel 3—5 partito vel plane nullo 209

207 Floribus axillaribus solitariis; fructu baccato 208
Floribus verticillatis in racemos terminales dispositis; fructu nucumentaceo, nuce 3-gona. Vide 151.

208 Ovario supero et perigonio infero; foliis setaceis, rameis ad squamas reductis. Vide 218.
Ovario infero, perigonio autem supero. (Pl. foliis cordatis; caule scandente.) . . . . F. CXVI. DIOSCORIDEAE R. BR.

209 Plantae involucro sive perigonio herbaceo 210
Plantae involucro seu perigonio glumaceo. (Gramina floribus spicatis, spicis terminalibus.) Vide 230.

210 Plantae terrestres 211
Plantae aquaticae submersae 212

211 Plantae, (herbae, frutices aut arbores), foliis stipulatis, stipulis liberis; staminibus imo perigonii insertis ejusque laciniis numero aequalibus illisque oppositis; ovario 1—2—3-loculari; stylis 1—2. . . . . F. C. URTICEAE JUSS.
Herbae foliis alternis exstipulatis; perigonio floris masculi 4-partito; feminei 2—3-fido; staminibus stylisque 4. Vide 181.

212 Plantae acaules foliis pedunculisque radicalibus; perigonio floris utriusque 3-partito. Vide 203.
Plantae caule ramoso folioso; foliis alternis dentatis, floribus axillaribus. Vide 229.

V. Pl. Phanerogamae Endogeneae s. Monocotyledoneae.

213 Perigonio herbaceo aut petaloideo, rarius plane nullo . . . 214
Perigonio glumaceo, (gramina) 230

214 Perigonio supero i. e. ovario imposito aut cum illo connato . 215
Ovario supero et omnino libero 217

215 Stylo staminibusque liberis; perigonio regulari petaloideo 6-partito; capsula 3-valvi, valvis septigeris 216
Stylo cum staminibus connato; perigonio irregulari subringente petaloideo 6-partito; capsula rimis longitudinalibus dehiscente.
F. CXV. ORCHIDEAE JUSS.

216 Staminibus 6, antheris introrsis. (Herbae foliis radicalibus linearibus vaginantibus.) . . F. CXIII AMARYLLIDEAE R. BR.
Staminibus nonnisi 3, antheris extrorsum dehiscentibus. (Herbae

foliis radicalibus distichis ensiformibus, caulinis (si adsunt) alternis vaginantibus.) . . . . F. CXIV. IRIDEAE JUSS.

217. Perigonio duplici, exteriore herbaceo seu sepaloideo, et interiore petaloideo, aut utroque conformi 218

Perigonio simplici, aut petaloideo aut herbaceo, interdum plane nullo 220

218 Perigonio exteriore 3-partito aut 3-phyllo sepaloideo, interiore 3-phyllo corollino; fructu sicco 119

Perigonio conformi petaloideo, utroque 4-6-phyllo v. 4-8-partito; staminibus 4-8; stylis 1-4; bacca 3-4-loculari. (Pl. terrestres.) F. CXXII. SMILACEAE R. BR.

219 Ovariis capsulisque pleiospermis; staminibus 9 hypogynis, 3 interioribus. (Plantae aquaticae scapo umbelligero.) F. CXVII. BUTOMEAE RICH.

Ovariis 1—2-ovulatis, carpellis monospermis indehiscentibus; staminibus 6, vel indefinitis. (Pl. paludosae aut lacustres foliis radicalibus aggregatis petiolis, basi vaginantibus. F. CXIX. ALISMACEAE RICH.

220 Herbulae aquaticae natantes aphyllae, caule in formam folii dilatato articulato, plura folia unum ex altero egrediens aemulante; perigonio monophyllo compresso; staminibus 1—2; stylo brevi, stigmate obtuso. . . . . F. CXXIV. LEMNACEAE LK.

Plantae terestres, et si aquaticae, tunc aliter conformatae . . 221

221 Ovariis pluribus omnino disjunctis, quovis styligero aut stigmate sessili coronato, rarius ovariis in unicum coalitis, sed maturitate ab axi centrali secedentibus, stylis 3—6 222

Ovario unico solitario stylo 1 vel stigmate 1 sessili coronato . 224

222 Staminibus 6 223

Staminibus nonnisi 1—4; perigonio 4-fido aut plane nullo; carpellis nucumentaceis vel drupaceis. (Pl. aquaticae.) F. CXX. POTAMEAE JUSS.

223 Ovario 1—2-ovulato; perigonio sepaloideo; floribus in spicam congestis. Vide 219.

Ovario multi-ovulato; perigonio corollino 6-phyllo, aut 6-fido; stylis 3 disjunctis; fructu introrsum dehiscente. (Pl. foliis basi vaginantibus.). . . . . . F. CXVIII. COLCHICACEAE DC.

224 Perigonio petaloideo 6-dentato, 6-fido, 6-partito, 6-phyllo, aut tantum 4-partito 225

Perigonio sepaloideo, 6-phyllo, phyllis membranaceis aut saltem margine membranaceo-scariosis 227

225 Fructu capsulari dehiscente; ovario 3-loculari 226
Fructu baccato, bacca succulenta non dehiscente; ovario 2-3-4-loculari; antheris introrsis. Vide 218.
226 Antheris extrosis, staminibus receptaculo vel perigonio insertis; valvis capsulae 3-locularis medio septigeris; stigmatibus 3, aut stylo triquetro. . . . . F. CXXI. LILIACEAE DC.
Antheris extrorsis; capsula marginibus valvularum introflexis 3-loculari, loculis demum secedentibus introrsumque dehiscentibus. Vide 223.
227 Floribus hermaphroditis in cymas dispositis aut in capitula congestis; perigonio sepaloideo 6-phyllo phyllis margine scarioso membranaceis; stylo 1, stigmatibus 3 filiformibus.
F. CXXVII. JUNCACEAE BARTL.
Floribus unisexualibus (monoicis vel dioicis), rarius hermaphroditis et hoc in casu floribus in spadice carnoso dense congestis 228
228 Ovario bi-pluriovulato; floribus in spadice carnoso dense congestis unisexualibus et nudis, aut hermaphroditis et perigonio 4—6-phyllo provisis. . . . . . F. CXXV. AROIDEAE JUSS.
Ovario uniloculari et uniovulato; floribus omnibus unisexualibus 229
229 Floribus plane nudis, i. e. perigonio penitus destitutis, stamine unico sessili. (Herbae aquaticae sub aqua viventes.)
F. CXXIV. NAJADEAE LK.
Perigonio e squamis vel setis 3 pluribusve formato; staminibus 2—3 liberis vel connatis, vel potius antheris 2—3 pluribusve filamento simplici insidentibus. (Herbae floribus in spicas cylindraceas vel globosas densissime congestis.)
F. CXXVI. TYPHACEAE JUSS.
230 Antheris apice integris; vaginis foliorum non fissis; seminibus a pericarpio omnino liberis; perigonio 1—2-valvi (glumaceo), sed gluma interiore rachi adnata aut in urceolum transformata; stylo 1, stigmata 2—3, nuce 3-angulari vel compressa; floribus imbricatis in spicas compositas simplicesve aut in capitula congestis; culmis enodis . . F. CXXVIII. CYPERACEAE JUSS.
Antheris basi apiceque non minus et vaginis foliorum fissis; seminibus (caryopside) pericarpio adnatis (rarissime liberis); perigonio (glumis glumellisque, aut bracteis et bracteolis) 1—2- vel plurivalvis; valvis intimis florique proximis paleaceis hypogynis binis, rarius ternis et rarissime nullis; culmis nodis folia gerentibus instructis, (rarissime enodis.) F. CXXIX. GRAMINEAE JUSS.

VI. Pl. Endogeneae Cryptogamae.

s. acotyledoneae vasculares.

231 Plantae caudice aut scapo herbaceo, nec unquam frutescente aut arborescente, nec lactigerae 232
Frutex non raro arborescens aut plane arbuscula foliis palmatifidis succo lacteo scatentibus fructuque carnoso pyriformi. V. 211.

232 Plantae foliis veris (licet interdum squamiformibus) provisae et articulatae 233
Plantae aphyllae stipite ramisque articulatis tubulosis verticillatisque 237

233 Sporangiis indusio annulloque spirali destitutis et in axillis foliorum sessilibus, vel in spicas simplices, vel stipitem terminantes dispositis 234
Sporangiis ut plurimum indusiatis, aut in dorso, aut margine frondium congestis, aut in sacculis nuciformibus inclusis et ex axillis rhizomatis provenientibus 235

234 Sporangiis in axillis foliorum (stipitum) sessilibus, aut foliis ad bracteolas diminutis, in spicas congestis et in valvas dehiscentibus. (Plantae terrestres aut arboribus insidentes stipitibus foliatis, saepe reptantibus, foliis parvis squamiformibus acutisque.)
F. CXXX. LYCOPODIACEAE DC.
Sporangiis disjunctis pedicellatis, a basi ad gibberem dorsalem in valvas duas subregulariter dehiscentibus, in spicas subpaniculatas dispositis. . . . . F. CXXXI. OSMUNDEAE R. BR.

235 Sporangiis in dorso aut margine frondis congestis 236
Sporangiis in sacculis nuciformibus rhizomati insidentibus, sessilibus pedunculatisve. (Pl. aquaticae.) F. CXXXIV. MARSILEAE R.BR.

236 Sporangiis marginalibus, i. e. margine frondium appensis, bivalvibus sporasque circa columellam recolligentibus.
F. CXXXII. HYMENOPHYLLEAE W.
Sporangiis hypophyllis, annullo articulato cinctis frondibusque circinatim vernantibus. . F. CXXXIII. POLYPODIACEAE R. BR.

237 Fructificatione verticillata, vertillis in spicam conicam terminanalem dispositis. (Herbae terrestres aut paludosae stipitibus vaginatis vaginisque membranaceis provisae.)
F. CXXXV. EQUISETACEAE DC.
Fructificatione sparsa ad nodos stipitum situata duplicis generis. (Herbae aquaticae submersae aut in illa fluitantes.)
F. CXXXVI. CHARACEAE RICH.

Tabella II.

exhibens clavim analyticam ad determinanda Genera

Florae Regnorum Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae.

I. Plantae Exogeneae Plerosanthae Choristopetalae.

a) Pl. Choristopetalae Eleuterogynae.

Fam. I. **Papilionaceae DC. Leptirnice.**

Calyx 5-dentatus, 5-fidus v. bilabiatus; corolla irregularis papilionacea; stamina 10 monadelpha v. diadelpa; ovarium liberum placenta laterali; folia alterna stipulata. *Vide p. 4.*

1 Fructu leguminoso 1-loculari, 2-valvi, v. septis transversalibus mollibus in loculos diviso, aut sutura alterutra introflexa biloculari 2
Fructu locumentaceo aut utriculiformi, plerumque elongato et in loculos articulosve transversim diviso et saepe in articulos transversim secedente, rarius abbreviato nuculiformi non dehiscente 37
2 Staminibus monadelphis, i. e. omnibus decem in unum tubum connatis 3
Staminibus diadelphis, i. e. novem in tubum connatis et decimo libero 10
3 Floribus verticillatis v. verticillato-racemosis; calyce profunde bilabiato; legumine toroso septis transversalibus squamosis intercepto. (Folia 5—7-digitata.) . . . . . G. 6. LUPINUS L.
Floribus et leguminibus aliter conformatis, nec foliis digitatis, sed pinnatis, ternatis simplicibusve 4
4 Calyce, demum inflato legumen compressum includente. (Folia lyrata v. imparipinnata.) . . . . G. 8. ANTHYLLIS L.
Calyce nec ventricoso, nec inflato, legumini adpresso 5
5 Calyce unilabiato, labio superiori obsoleto, inferiori summo apice 5-dentato. (Frutex virgatus junceus subaphyllus.)
G. 1. SPARTHIANTHUS LK.
Calyce bilabiato aut campanulato v. tubuloso 5-fido aut 5-dentato 6
6 Calyce exacte bilabiato; legumine cylindrico aut compresso . . 6

Calyce regulari campanulato v. tubuloso, 5-dentato v. lineari-5-fido 9

7 Foliis ternatis 8

Foliis omnino simplicibus; calycis labio superiori bifido, inferiori 3-dentato; vexillo angusto, deflexo. . . . G. 3. GENISTA L.

8 Carina corollae recta organa sexus perfecte includente; stigmate capitato pilisque obvoluto; legumine campanulato. G. 4. CYTISUS L.

Carina pendula et laxa organa sexus imperfecte circumdante, imo illa exserente; stylo sub stigmate nudo clavato, incrassato, demum spiraliter circumflexo. . . . . . G. 2. SPARTIUM L.

9 Legumine elongato teretiusculo toruloso oblique striato; floribus racemosis. (Folia imparipinnata multijuga, sed racemo breviora.) G. 21. GALEGA L.

Legumine abbreviato turgido; floribus axillaribus, v. in racemum dispositis, bracteatis. (Folia, saltem inferiora, ternata.) G. ONONIS L.

Legumine abbreviato compresso et reniformi, margine denticulato; floribus luteis. (Foliis imparipinnatis, infimis duobus stipulas suplentibus.) . . . . G. 10. HYMENOCARPUS SAV.

10 Foliis ternatis . . . . , ... 11

Foliis pinnatis simplicibusve, interdum ad stipulas reductis . . 22

11 Legumine abbreviato, nuculaeformi, 1—3-spermo 12

Legumine elongato, stricto, falcato, cochleato aut circinato, plurispermo 14

12 Stipulis membranaceis aut coriaceis, parvis, foliolis dissimilibus 13

Stipulis foliaceis magnis foliolis subaequalibus. Vide 21.

13 Corolla decidua libera 5-petala, staminibus non adnata; legumine exserto; floribus racemosis. . . . G. 13. MELILOTUS L.

Corolla persistente marcescente 5-petala, sed staminibus plus minus adnata; legumine non exserto; floribus in capitula aut spicas densas congestis. . . . . G. 14. TRIFOLIUM L.

Corolla decidua libera 4-petala; legumine 1-spermo, rostrato, evalvi; floribus in capitula involucrata congestis. Vide 36.

14 Carina una cum stylo et staminibus spiraliter contorta; ovario basi vaginula cincto; legumine isthmis laxe cellulosis subseptato. G. 33. PHASEOLUS L.

Carina stricta, non contorta 15

15 Calyce campanulato basi, gibbo 3-partito laciniis magnis foliaceis, inferiore apice 3-fida. (Fruticulus 3-4-pollicaris glaberrimus.)
G. 5. CHAMAECYTISUS VIS.
Calyce tubuloso aut bilabiato, 5-fido aut 5-dentato 16
16 Stipulis membranaceis subscariosis parvis, foliolis omnino dissimilibus 17
Stipulis foliaceis magnis foliolisque veris conformibus 19
17 Floribus longe pedunculatis 18
Floribus in axillis foliorum sessilibus solitariis aut in umbellam congestis; legumine uniloculari lineari, compresso, rostrato.
G. 12. TRIGONELLA L.
18 Leguminibus falcatis, cochleatis, circinatis contortisve; carina obtusa; stylo glabro. . . . . G. 11. MEDICAGO L.
Leguminibus strictis elongatis, complanatis. Vide 7.
19 Carina rostrata et adscendente 20
Carina obtusa porrectaque 21
20 Legumine cylindrico aut subcompresso, omnino aptero; stylo subulato . . . . G. 17. LOTUS L.
Legumine tetraptero; stylo flexuoso; superne incrassato et stigmato attenuato canaliculato vel subbilabiato cavoque terminata.
G. 18. TETRAGONOLOBUS SCOP.
21 Alis corollae antice cohaerentibus, medio bulla transversali inflata oblonga provisis; legumine exacte uniloculari turgido oligospermo.
G. 15. DORYCNIUM T.
Alis corollae liberis, margine superiori praeter dentem baseos cavum impressione longitudinali antice marginatis; legumine septulis papyraceis transversis diviso. . . G. 16. BONJEANEA RCHB.
22 Foliis abrupte s. pari-pinnatis, bijugis, simplicibus, v. plane ad bracteas reductis 23
Foliis imparipinnatis 29
23 Calyce oblique truncato sinuato-5-dentato; stylo glabro, legumine cylindrico. (Frutex arborescens floribus flavis.)
G. 23. CARAGANA LAM.
Calyce aequali nec unquam oblique truncato. (Plantae caule herbaceo, rarissime suffruticuloso.) 24
24 Vexillo magno plano patentissimo 25
Vexillo plus minusve complicato 27
25 Stylo plano, superne dilatato. (Stipulae parvae, foliolis semper minores.) 26

Stylo angulari, superne carinato ibidemque barbato. (Stipulae magnæ, saepius istis foliolis majores; cirrhi elongati complicati; herbae scandentes.) . . . . G. 30. PISUM L.

26 Stylo ancipite marginibus pilosis. (Petiolus communis apice in cirrhum simplicem vel ramosum desinens.) G. 31. LATHYRUS L.

Stylo deorsum rotundato ibidemque piloso. (Cirrhi plane nulli, v. ad simplicem mucronem reducto.) . . . . G. 32. OROBUS L.

27 Stylo cylindrico aut filiformi. (Cirrhi simplices vel ramosi.) . . 28

Stylo deplano deorsumque piloso. Vide 26.

28 Stylo sub stigmate incrassato ibidemque barbato; calyce 5-dentato corolla multo breviore. . . . . . . G. 28. VICIA L.

Stylo sub stigmate clavato ibidemque pilosello vel glabrescente; calyce 5-fido acuminato corollam parvulam subaequante. G. 29. ERVUM L.

29 Filamentis apicem versus evidenter dilatatis 30

Filamentis apicem versus attenuatis vel saltem æquilatis . . . 31

30 Calyce ventricoso, fructifero vesicario, demum clauso; legumine stricto, septo transversali biloculari, bispermo. (Herbae annuae multicaules.) . . . . G. 9. PHYSANTHYLLIS BAIS.

Calyce nec unquam ventricoso; legumine reniformi compresso margine denticulato; floribus luteis. Vide 9.

31 Legumine sutura alterutra introflexa biloculari 32

Legumine exacte uniloculari 33

32 Carina antice infra apicem obtusum in mucronem rectum desinens; sutura leguminis inferiore introflexa. G. 25. OXYTROPIS DC.

Carina obtusa mutica; sutura leguminis superiore introflexa. G. 26. ASTRAGALUS L.

33 Legumine inflato, membranaceo 34

Legumine nec inflato, nec membranaceo 35

34 Legumine basi attenuato stipitato, vesicario polyspermo. (Frutex floribus flavis vel rubro-croceis.) . . . . G. 22. COLUTEA T.

Legumine membranaceo turgido, basi non attenuato. (Herbae annuæ.) G. 27. CICER L.

Legumine turgido stipitato, stipite calycem superante. (Herbae perennes, non raro suffruticuli, basi lignescentes.) Vide 32.

35 Legumine elongato polyspermo lineari-lanceolato complanato; calyce 4-fido lacinula superiore bifida. (Arbores fruticesve.) G. 24. ROBINIA L.

Legumine abbreviato, nonnisi 1—3-spermo, vix exserto . . . 36

36 Calycis dentibus 2 superioribus ad medium usque connatis; corolla 5-petala, alis planis, carina acuta; legumine bivalvi. (Suffrutices floribus capitatis vel laxe racemosis.) G. 20. GLYCYRRHIZA T.
Calycis dente infimo longiore; corolla tetrapetala, carina obtusa, alis plicato-rugosis; legumine evalvi 1-spermo.
G. 19. PSORALEA ROY.

37 Foliis impari-pinnatis 38
Foliis ternatis. Vide 13.
Foliis omnino simplicibus; lomentis circinatim revolutis.
G. 34. SCORPIURUS L.

38 Floribus fasciculato-umbellatis capitatisve, lomentis potissimum teretibus, rarissime compressis 39
Floribus racemosis, racemis elongatis; lomentis evidenter compressis vel complanatis 42

39 Calyce elongato tubuloso, dentibus aequalibus, superioribus duobus nonnisi basi connatis; legumen elongatum rostratum deplanum contracto-articulatum. . . . . G. 36. ORNITHOPUS L.
Calycis abbreviati campanulati dentibus 2 superioribus ad medium usque et ultra connatis, ideoque calyce bilabiato . . . 40

40 Lomentis plano-compressis elongatis articulatis, ad suturam superiorem sinuatim excisis lobatisque, vel inter semina isthmis notatis marginibus prominulis 41
Lomentis teretibus vel subcompressis, nec excisis, nec isthmis notatis, rectis; filamentis longioribus dilatatis. G. 35. CORONILLA L.

41 Lomentis sinuato-excisis lobatisve. . . G. 37. HIPPOCREPIS L.
Lomentis margine utroque prominulo et isthmis inter semina notatis, sed in articulos non secedentibus. (Flores flavi.)
G. 38. SECURIGERA DC.

42 Lomentis multi-articulatis; alis corollae carinam aequantibus.
G. 39. HEDYSARUM L.
Lomentis uniarticulatis monospermis; carina alas superante.
G. 40. ONOBRYCHIS T.

Fam. II. **Caesalpineae R. Br. Sapunovice.**

Arbores fruticesve foliis alternis stipulatis; corolla irregulari papilionacea aut nulla; staminibus disjunctis; fructu leguminoso. Vide p. 112.

1 Floribus hermaphroditis completisque 2
Floribus unisexualibus simulque incompletis, perigonio calycino 5-partito, legumine coriaceo compresso. . .G. 43. CERATONIA L.

2 Calyce campanulato 5-dentato, legumine isthmis irregulariter intercepto. (Folia ternata.) . . . . G. 41. ANAGYRIS L.
Calyce urceolato 5-lobo; legumine 1-loculari. (Folia simplicia.) G. 42. CERCIS L.

Fam. III. **Rosaceae Juss. Ružatice.**

Calyx 4—5-, rarius 8—9-fidus laciniis non raro duplicatis; corolla regularis 4—5-petala; stamina 5—10—12—20 vel indefinita libera; styli laterales, ovaria plurima libera; folia alterna stipulata.

1 Laciniis calycis uniserialibus conformibus 2
Laciniis calycis biserialibus exterioribus minoribus magisque distantibus 7
2 Laciniis calycis 8—9, uniserialibus; corolla 8—9-petala; carpellis stylo persistente coronatis. . . . . . . G. 45. DRYAS L.
Laciniis calycinis 4—5, corolla 4—5-petala 3
3 Carpellis nucumentaceis aut drupaceis 1-spermis indehiscentibus 4
Carpellis capsularibus 2—4-spermis introrsumque dehiscentibus; floribus racemosis, cymosis, paniculatis vel fasciculatis. G. 44. SPIRAEA L
4 Stylis ovariisque binis; calycis limbo 5-fido; floribus flavis . . 5
Stylis ovariisque plurimis vel numerosis. (Fruticuli aut frutices plus minusve aculeati.) 6
5 Calyce turbinato sub limbo spinis numerosis hamatis mollibus, demum auctis et induratis armato; staminibus 12—20 G. 52. AGRIMONIA T.
Calyce oblongo sub limbo denticulis 5 minutis cum laciniis alternantibus, demum auctis et induratis armato; staminibus 5-10 G. 53. AREMONIA NECK.
6 Calyce planiusculo persistente in fructu non mutato; ovariis receptaculo conico vel hemisphaerico insidentibus, demum in baccam spuriam succulentam concretis. . . . . G. 47. RUBUS L.
Calycis urceolati tubo carnoso apice constricto fauceque annullo vel disco glanduloso coarctato.. . . . . G. 54. ROSA T.
7 Carpellis stylo persistente coronatis aristatisve; receptaculo conico vel cylindrico. (Flores flavi.) . . . . . . G. 46. GEUM L.
Carpellis inermibus, i. e. nec aristatis, nec spinescentibus . . 8
8 Receptaculo post anthesim aucto, plus minusve carnoso-succulento vel spongioso 10

Receptaculo et post anthesim immutato, nec aucto, nec carnoso aut spongioso 10

9 Receptaculo demum succulento molli, baccam spuriam referente. (Flores albi; folia ternata.) . . . . . . G. 48. FRAGARIA L.

Receptaculo demum spongioso exsucco. (Flores fusco-purpurei; folia pinnata.) . . . . G. 49. COMARUM L.

10 Calycis laciniis 8; petalis 4. . . . G. 51. TORMENTILLA T.

Calycis laciniis 10; petalis 5. . . . . . G. 50. POTENTILLA L.

Fam. IV. **Crassulaceae DC. Tustike.**

Calyx 1-sepalus; corolla regularis, petala tot, quot calycis laciniae illisque alterna et una cum staminibus calyci inserta. (Herbae succulentae foliis exstipulatis.) Vide p. 140.

1 Corolla polypetala, petalis interdum basi cohaerentibus . . . 2

Corolla omnino monopetala campanulata limbo 5-fido; staminibus 10. (Folia orbiculata, peltata.) . . G. 58. COTYLEDON T.

2 Corolla polypetala (6—20), petalis basi cum staminibus et inter se in corollam monopetalam connexis; calyce 6—20 partito. G. 57. SEMPERVIVUM L.

Corolla 5-petala petalis omnino liberis; calyce 5-partito . . . 3

3 Staminibus nonnisi 5. . . . . G. 55. CRASSULA L.

Staminibus 10—12. . . . . G. 56. SEDUM L.

Fam. V. **Ranunculaceae Juss. Žabnjače.**

Calyx 3—6-sepalus; corolla 3- vel pluripetala, rarius nulla; stamina hypogyna libera indefinita, (rarius tantum 5 v. 10); ovaria plurima singula styligera. (Pl. foliis exstipulatis basi in vaginam semiamplexicaulem saepe dilatatis.) Vide p. 147.

1 Numerus staminum ili petalorum aequalis aut illo petalorum duplo major. 2

Numerus staminum antherarumque in nulla stat proportione cum numero petalorum et est his multo major 3

2 Calyce colorato 5-sepalo sepalis basi deorsum in calcar rachi adpressum protractis; petalis linearibus longe unguiculatis unguiculis tubulosis. (Folia basilaria integerrima.) G. 66. MYOSURUS DILL.

Calyce herbaceo 5-sepolo ecalcarato; unguibus petalorum basi fovea nectariformi squamula obtecta provisis; carpellis rostratis. (Folia lineari-pedati-partita.) G. 67. CERATOCEPHALUS MNCH.

3 Sepalis petaloideis irregularibus, aut supremo fornicato cassideo, aut basi in calcar cavum protracto 4
Sepalis herbaceis petaloideis omnibus, aut saltem alternatim conformibus 5
4 Sepalo superiori basi calcarato; corolla 4-petala nectariformis petalis 2 superioribus inclusis, vel omnibus in unum calcaratum coalitis . . . . G. 77. DELPHINIUM T.
Sepalo superiori fornicato cassideo, petalis 5, 2 superioribus cuculiformibus nectariferis et longe unguiculatis, reliquis minutis linearibus, vel nullis. . . . . G. 78. ACONITUM T.
5 Petalis 5 alternatim contiguis aequalibus infundibuliformibus deorsumque in calcar cavum protractis. . . G. 76. AQUILEGIA T.
Petalis ecalcaratis 6
6 Ovario unico; calyce 4-sepalo; corolla 4-petala; floribus racemosis; bacca 1-loculari pleiosperma . . . . . . G. 79. ACTAEA L.
Ovariis pluribus 7
7 Floribus completis, i. e. calyce, licet interdum caduco, petalisque veris, quamquam non raro minimis, provisis 8
Floribus incompletis, i.e. simplici perigonio, sed petaloideo, instructis 19
8 Floribus spicato-racemosis; calyce 4-sepalo caduco; corolla 4-petala. (Folia ternato-bipinnata.) . . . G. 80. CIMICIFUGA L.
Floribus et inflorescentia aliter conformatis 9
9 Petalis sepalis minoribus, his plerumque petaloideis, illis autem nectariiformibus 10
Petalis sepalis majoribus 15
10 Carpellis nucumentaceis monospermis indehiscentibus; sepalis aestivatione induplicatis. (Folia opposita biternata.)
G. 60. ATRAGENE L.
Carpellis capsularibus, 3-v. pleiospermis introrsum dehiscentibus, v. in capsulam pleiospermam connatis 11
11 Carpella distincta, vel tantum basi cochaerentia 12
Carpella 5—10 invicem connata; sepala plana caerulea; petala nectari formia 2-labiata, fovea nectarifera instructa et a labio superiori cooperta. . . . . G. 75. NIGELLA L.
12 Sepalis 10 aut pluribus petaloideis luteis, petalis nectariformibus linearibus, fovea denudata provisis. (Folia 5-partita.)
G. 71. TROLLIUS L.
Sepalis nonnisi 5; petalis tubulosis 13
13 Sepalis albis aut incarnatis roseisve post anthesim deciduis: pe-

talis breviter unguiculatis basi cuculato-contractis, vel subbilabiatis. (Folia triternata.) . . . . . G. 74. ISOPYRUM L.
Sepalis aliter coloratis ; foliis nunquam triternatis 14
14 Carpellis in receptaculo longe stipitatis, sepalis deciduis longe unguiculatis 5—8, oblongis, flavis. . G. 72. ERANTHIS SALISB.
Carpellis sessilibus; sepalis 5, persistentibus dilatatis. (Folia coriacea digitato-pediformia.) . . . . . G. 73. HELLEBORUS L.
15 Petalis basi squamula auctis, aut fovea nectarifera provisis . . 16
Petalis basi planis squama et fovea nectarifera destitutis . . 17
16 Corolla 5-petala; calyce definite 5-sepalo. G. 69. RANUNCULUS L.
Corolla 8—12-petala; calyce plerumque 3-sepalo. (Folia cordato-angulata; radix grummosa.) . . . . G. 68. FICARIA DILL.
17 Calyce (involucro) 3-phyllo. (Folia 3-loba; flores caerulei aut incarnati.) Vide 24.
Calyce 5- aut pleiosepalo; corolla 5- aut pluripetala 18
18 Ovariis 2—3 magnis multi-ovulatis; stigmatibus ligulatis; sepalis inaequalibus, saepe foliaceis, persistentibus; carpellis plurispermis introrsum dehiscentibus. (Flores speciosi solitarii.) G. 80. PAEONIA L.
Ovariis plurimis; carpellis monospermis indehiscentibus, in capitulum plus minusve densum congestis; calyce 5-sepalo, corolla 5—12-petala; carpidiis rostratis imbricatis. (Folia tenuissime supradecomposita.) . . . . G. 65. ADONIS L.
19 Perigonio aestivatione imbricato; carpellis imberbibus ecaudatisque 20
Perigonio aestivatione valvato vel induplicato; carpellis caudatis plerumque simul et barbatis. (Folia opposita; perigonium petaloideum.) . . . . G. 59. CLEMATIS L.
20 Carpellis capsularibus pleiospermis introrsum dehiscentibus. (Folia cordato-orbicularia; flores flavi.). . . . . G. 70. CALTHA L.
Carpellis nucumentaceis 1-spermis indehiscentibus 21
Baccis nigris 1-locularibus. (Folia quinato-decomposita.) Vide 6.
21 Inflorescentia nuda, non involucrata 22
Inflorescentia involucrata 23
22 Foliolis perigonii angustis, caducis, flavis vel ochroleucis, rarissime purpurascentibus; carpellis costatis trigonisve. (Folia alterna.) G. 61. THALICTRUM T.
Foliolis perigonii latis petaloideis aestivatione valvatis. (Folia opposita.) Vide 19.
23 Carpidiis in caudam elongatam barbatam protractis; involucri

foliolis ternis sessilibus digitato-multipartitis, basi in vaginam connatis. (Flos insignis campaniformis.) . G. 63. PULSATILLA T.

Carpidiis ecaudatis et imberbibus; involucro nec unquam digitatim-multipartito 24

24 Involucro 3-phyllo calyciformi, flori approximato, adpresso, phyllis integerrimis. (Folia triloba.) . . . . . G. 64. HEPATICA L.

Involucro calyci omnino dissimili, phyllis plus minusve incisis foliisque radicalibus, si adsunt, conformibus. G. 62. ANEMONE L.

Fam. VI. **Berberideae Vent. Žutike.**

Sepala duplici serie alternatim disposita; petala tot, quot sepala iisque opposita, rarius dupla, sed parapetalis vel glandulis basi aucta; stamina hypogyna petalis opposita. Vide p. 198.

1 Foliis radicalibus biternatis. (Plantae caule herbaceo.) . . . 2

Foliis simplicibus ciliato-serratis. (Frutices spinescentes; fructus bacca coccinea.) . . . . G. 82. BERBERIS L.

2 Calyce 4-sepalo; petalis et parapetalis quaternis; capsula siliquæformi . . . . G. 83. EPIMEDIUM L.

Calyce 6-sepalo; petalis 6 intus basi squamula auctis; capsula vesicaria.) . . . . G. 84. LEONTICE L.

Fam. VII. **Resedaceae DC. Katančice.**

Flor. hermaph. irregulares. Vide 191.

Fam. VIII. **Tamariscineae Desv. Metlike.**

Flores regulares; calyx 4—5-partitus; corolla 4—5-petala; capsula 3-valvis 1-locularis. (Frutices foliis squamaeformibus alternis sessilibus et una cum ramulis deciduis.) Vide p. 193.

Staminibus 10 basi in tubum coalitis, 5 alternatim brevioribus. G. 78. MYRICARIA DESV.

Staminibus 5, (rarius 10) basi in annullum coalitis, caeterum aequilongis. . . . . G. 86. TAMARIX L.

Fam. IX. **Nymphaeaceae DC. Lokvanjače.**

Calyce 4—6-sepalo intus colorato; petala numerosa toro inserta; stamina indefinita multiserialia. (Herbae aquaticae floribus foliisqae emersis natantibus. Vide p. 195.

Calyce persistente; petalis fovea nectarifera dorsali provisis, flavis luteisve . . . . G. 89. NUPHAR.

Calyce deciduo; petalis fovea nectarifera destitutis, candidis niveisve. G. 88. NYMPHAEA.

Fam. X. **Papaveraceae DC. Makovice.**

Flores regulares; calyx 2-sepalus caducus; petala 4 hypogyna aestivatione corrugato-plicata. (Herbae succo luteo v. albo scatentes. Vide p. 196.

1 Corollæ petalis aequalibus; staminibus numerosis 2
Corollæ petalis inaequalibus, 2 exterioribus majoribus, saepe trilobis; staminibus nonnisi 4; capsula lomentacea articulis monospermis secedens. . . . . G. 93. HYPECOUM L.
2 Ovario cylindrico stamina aequante; stigmate 2-fido; capsula siliquaeflormi 2-valvi valvis dehiscentibus 3
Ovario subrotundo vel obcordato stellatim radiato; capsula subglobosa, obovata vel elongato-clavata, incomplete 4—20-valvi sub stigmate foraminibus dehiscente . . . G. 90. PAPAVER T.
3 Capsula 2-loculari, valvis ab apice basin versus dehiscentibus, seminibus dissepimento valvulari spongioso impressis. (Flores solitarii) . . . . G. 91. GLAUCIUM T.
Capsula 1-loculari, valvis a basi apicem versus dehiscentibus; seminibus sporophoris affixis. (Flores cymosi.) G. 92. CHELIDONIUM L.

Fam. XI. **Fumariaceae DC. Dimnjače.**

Flores irregulares; calyx 2-sepalus petaloideus sepalis dentatis; corolla 4-petala, sepalo superiori basi calcarato; stamina diadelpha. Vide p. 200.

Fructu nucumentaceo, subrotundo 1-spermo indehiscente
G. 95. FUMARIA L.
Fructu siliquoso elongato compresso polyspermo.
G. 94. CORYDALIS DC.

Fam. XII. **Cruciferae Juss. Krstašice.**

Flores regulares; calyx 4-sepalus deciduus; corolla 4-petala petalis hypogynis longe unguiculatis; stamina 6 tetradynama, i. e. 4 longiora et 2 breviora. V. 205.

1 Fructu elongato, i. e. 4--6-ve latitudine sua longiori, lineari, vel lineari lanceolato, siliquam vel lomentum referente 2
Fructu abbreviato, i. e. 1—2-ve latitudine longiori, saepissime illa plane breviori, siliculam nuculamve exhibente 30
2 Siliqua 2-valvi longitudinaliter dehiscente 3
Fructu evalvi indehiscente lomentumque referente et plerumque transversim in articulos secedente 27

3 Stigmate conico subulato acuto integerrimo, e lamellis 2 connatis formato. (Folia integerrima, basi attenuata.)
G. 106. MALCOLMIA R. BR.
Stigmate plus minusve obtuso emarginato vel 2-fido, nunquam conico et subulato 4
4 Stigmate profunde 2-fido aut 2-lamellato et e lamellis parallelis introrsum planis formato 5
Stigmate obtuso simpliciterve emarginato, breviterve 2-lobo, lobis introrsum convexis, divaricatis, plus minusve resupinnatis . . 7
5 Lobis stigmatis recurvatis, latere interiori convexis; siliquis compressis, valvis 1-nerviis . . . . G. 97. CHEIRANTHUS L.
Lobis stigmatis accumbentibus, nec unquam recurvatis . . . 6
6 Laciniis stigmatis acutis subulatis. (Folia linearia integerrima.)
G. 96. MATTHIOLA BR.
Laciniis stigmatis dorso planis; calyce basi bisaccato.
G. 105. HESPERIS L.
7 Valvis siliquarum enerviis, vel tantum basi subnervosis venosisve, nervo venisque mox evanidis 8
Valvis siliquarum 3—5-nerviis, nervis a basi apicem usque decurrentibus 11
8 Siliquis deplanis elongatis; seminibus in quovis loculo 1-serialibus 9
Siliquis subtereti-compressiusculis plerumque abbreviatis siliculam fere referentibus; seminibus in quovis loculo inaequaliter 2-serialibus. . . . . G. 98. NASTURTIUM DC.
9 Siliquis linearibus. (Radix fibrosa ecarnosa.) 10
Siliquis lineari-lanceolatis; valvulis planis. (Radix squamoso-dentata, subcarnosa) . . . . G. 104. DENTARIA T.
10 Calyce subpatulo; siliquis linearibus, valvis e basi spiraliter resolvendo dehiscentibus; funiculis seminum capillaribus.
G. 102. CARDAMINE L.
Calyce erecto strictove; siliquis planiusculis elastice dehiscentibus; funiculis dilatatis. . . . . G. 103. PTERONEURUM DC.
11 Siliquarum dissepimentis valvulis longioribus, ideoque siliquis quasi rostratis 12
Siliquarum dissepimentis valvulis brevioribus, aut illas subaequantibus; siliquis denique erostratis, interdum autem valvulis ipsis excurrentibus acuminatis 17
12 Seminibus in quovis loculo 2-serialibus 13
Seminibus in quovis loculo nonnisi 1-serialibus 15

13 Siliquis teretiusculis aut tetragonis 14
Siliquis linearibus compressis, valvis planiusculis nervo medio percursis. (Flores flavi.) . . . . . . G. 11€. DIPLOTAXIS DC.
14 Siliquis teretiusculis rostro ancipite; valvis nervo percursis. (Flores ochroleuci purpureo-venosi.) . . . . G. 17. ERUCA DC.
Siliquis tetragonis; calyce bisaccato colorato. (Flores persicini.) G. 112. MORICANDIA DC.
15 Rostro siliquae ancipiti 16
Rostro silisquae teretiusculo vel subtetragono brevi; valvis nervo percursis; seminibus ovalibus. . . G. 115. ERUCASTRUM RCHB.
16 Valvulis nervo dorsali 1, recto, lateralibus nullis vel tantum venis utrinque anastomosantibus provisis. . . . G. 113. BRASSICA T.
Valvulis nervis 3—5 rectis validis provisis. . G. 114. SINAPIS L.
17 Siliquis teretiusculis vel tetragonis 18
Siliquis compressis, valvulis planis 1-nerviis venosisve. (Flores albi aut rosei, rarius luteoli.) . . . . G. 101. ARABIS L.
18 Valvula quavis nervis 2—3 percursa 19
Valvula quavis dorso nonnisi nervo 1 percursa; nervis lateralibus nullis 21
19 Calyce erecto, stricto; siliquis subtetraquetris tetragonisve. (Flores albi, rarius sulfurei.) 20
Calyce patulo, basi aequali; glandulis hypogynis valvariis 4; siliquis elongatis 6-gonis vel teretiusculis. (Flores sulfurei v. lutei.) G. 109. SISYMBRIUM T.
20 Siliquis demum tetragonis. (Folia cordata crenata.) G. 108. ALLIARIA TRAG.
Siliquis subtetraquetris. (Folia caulesque glauci.) G. 107. CONRINGIA HEIST.
21 Siliquis exacte erostribus 22
Siliquis rostro teretiusculo v. subtetragono, licet brevissimo, tamen evidenti, provisis; valvulis 1-nerviis. Vide 15.
22 Seminibus in quovis loculo biserialibus 23
Seminibus in quovis loculo nonnisi 1-serialibus 24
23 Calyce clauso, basi gibbo; siliqua abbreviata tetragono-ancipite. (Folia linearia integerrima.) . . . . . G. 111. SYRENIA ANDR.
Calyce laxe erecto; siliqua tetragono-complanata. (Folia basilaria rosulata, caulina basi sagittata.) . . G. 100. TURRITIS DILL.
24 Siliquis subtetraquetris; stigmate obtuso vel bilobo 25

Siliquis exacte teretibus plus minusve torulosis venosis. (Folia plus minusve lyrata.) Vide 16.

25 Floribus flavis luteisve 26

Floribus albis vel viridulis, rarissime subochroleucis. (Herbae glaucescentes vel pruinosae.) Vide 20.

26 Calyce clauso; siliquae tetragonae, stigmate truncato aut bilobo. (Folia indivisa; rarissime pinnatifida.) . G. 110. ERYSIMUM L.

Calyce erecto; siliquis tetragono-ancipitibus; stylo subulato. (Folia lyrata, basi auriculata.) . . . G. 99. BARBAREA R. BR.

27 Lomentis elongatis, demum moniliformibus, pluriarticulatis . . 28

Lomentis abbreviatis, nonnisi 2-articulatis 29

28 Lomentis turgidis, quasi inflatis; calyce basi subinaequali. (Flores albi, v. violacei.) . . . . G. 150. RAPHANUS L.

Lomentis cylindraceis, nec torosis, nec inflatis; calyce basi aequali. (Fl. lutei vel albi venoso-variegati.) G. 149. RAFANISTRUM T.

29 Quovis articulo 1-spermo (Fl. lutei; filamenta indivisa.) G. 151. RAPISTRUM L.

Articulo inferiore sterili pedicelliformi, superiore globoso 1-spermo; funiculo seminis elongato filiformi. (Fl. albi; filamenta longiora apice furcata.) . . . . G. 152. CRAMBE L.

30 Siliculis nuculisve 2—3-locularibus 31

Nuculis nonnisi 1-locularibus monospermis et indehiscentibus . . 62

31 Siliculis simplicibus, non articulatis 32

Nuculis (lomentis) biarticulatis, articulis sibi invicem insidentibus, denique in articulos 1-spermos indehiscentes secedentibus 60

32 Siliculis dissepimento longitudinali distinctis, loculis sibi invicem parallelis 33

Siliculis dissepimento transversali provisis, ideoque loculis sibi invicem insidentibus 58

33 Siliculis exacte dehiscentibus 34

Carpellis exacte connatis, hinc siliculis indehiscentibus . . . 56

34 Stipulis carpophoro speciali, filiformi insidentibus, a dorso plano-compressis ellipticis ovalibusve, staminibus edentulis. (Fl. violacei v. rubri; folia cordata.) . . . . G. 123. LUNARIA L.

Siliculis absque carpophoro speciali, v. sessilibus, vel breviter pedunculatis 35

35 Siliculis turgidis oblongis ovalibusve, globosis vel a dorso compressis, hinc dissepimento latitudinem diametri transversalis siliculae aequante, vel in valde turgidis eo paullo tantum angustiori 36

Siliculis a latere compressis, valvulis denique navicularibus, dorso carinatis vel alatis, dissepimentis angustis, (diametro siliculae multo angustioribus), utrinque attenuatis 47

36 Filamentis basi dentatis, vel appendice alaeformi instructis, vel basi intus dente forti incrassatis, vel saltem brevioribus utrinque denticulo subulato fultis 37

Filamentis basi nec dentatis, nec infractis, sed omnino strictis . 41

37 Filamentis longioribus a basi ad medium usque parallelis, rectis, medio autem rectangulo ad latera fractis, divaricatis et arcuato adscendentibus (Fl. albi.) . . . . , G. 129. KERNERA MED.

Filamentis omnibus strictis, nec infractis, nec arcuatis . . . 38

38 Loculis siliculae 6- v. plurispermis 39

Loculis nonnisi 2—4-spermis; seminibus compressis circumalatis; calyce basi aequali. (Fl. flavi aut pallide luteoli, petala emarginata.) , ... G. 119. ALYSSUM T.

39. Calyce basi bisaccato; floribus flavis aut ochroleucis . . . . 40 a

Calyce basi aequali; floribus albis aut violaceis . . . . . . 40 b

40 a Siliculis inflato-globosis, turgidisve; seminbus circum alatis; floribus flavescentibus . . . . G. 118. VESICARIA LAM.

Siliculis elipticis complanatis; seminibus planis alatisque; petalis ochroleucis integris emarginatisve. . . G. 121. FARSETIA TUR.

40 b Siliculis oblongis turgidis; stylo dimidiam partem siliculae aequante; staminibus longioribus utrinque, brevioribus latere interiori angustatis. (Flores violacei.) Vide addenda.
G. 119 a. ABRUETIA ADNS

Siliculis ovalibus turgidis inflatisque; staminibus tantum brevioribus basi dente appendiculatis. (Floribus albis; petalis bifidis.)
G. 122. BERTEROA DC.

41 Siliculis a dorso compressis, valvulis planis aut subcompressiusculis 42

Siliculis turgidis, subgloboso-inflatis pyriformibus aut cuneatis, valvulis valde convexis, aut a latere paullisper compressis . . 45

42 Loculis siliculae 1—2-spermis; funiculis seminum cum dissepimento plus minusve connatis 43

Loculis siliculae plurispermis; funiculis liberis 44

43 Loculis monospermis; seminibus alatis. (Fl. albi.)
G. 120. KONIGA RCHB.

Loculis 2-spermis; seminibus non alatis. (Fl. rosei aut violacei.)
G. 126. PETROCALLIS R. BR.

44 Siliculis abbreviatis, nunquam cylindraceis, quin imo a dorso compressis, planis vel subconvexiusculis; calyce basi aequali. (Herbæ parvulae foliis angustis, indivisis.) . . . . G. 127. DRABA T.
Siliculis ellipticis complanatis; seminibus circumalatis; calyce basi bisaccato. (Herbulae parvae. Vide 40.
Siliculis oblongis cylindraceis ellipticisve; seminibus in quovis loculo irregulariter 2-serialibus. (Herbae insignes foliis dentatis, lyratis, incisis pinnatisve.) Vide 8.
45 Siliculis pyriformibus aut cuneatis turgidis, valvulis valde convexis, apice in processum linearem stylo coronatum protractis, dissepimento valvulis dejectis stylo orbato, illoque valvulae adhaerente. (Fl. pallide flavi.) . . . G. 130. CAMELINA CRNTZ.
Siliculis nec pyriformibus, nec cuneatis; stylo dissepimento et non valvulis adnato 46
46 Siliculis turgidis; valvulis maxime convexis, seminibus emarginatis. (Fl. albi.) . . . . G. 128. COCHLEARIA T.
Siliculis ellipticis, valvulis convexiusculis; seminibus in quovis loculo irregulariter biserialibus. Vide 8.
47 Semine valvulis adnato, i. e. valvulae orbiculares aut subreniformes dehiscentes quidem, sed semen non dimittentes 48
Semine a dissepimento libero, nec valvis adhaerente, demum labili 49
48 Siliculis plano-convexis, basi apiceque emarginatis, vel apice in stylum acuminatis, bilocularibus; valvulis orbicularibus scutum geminum referentibus. (Fl. flavi.) . . G. 134. BISCUTELLA L.
Siliculis a latere compressis apice integra subreniformibus, vel basi apiceque emarginatis subdidymis. (Fl. albi; folia pinnatifida.)
G. 140. SENEBIERA PERS.
49 Filamentis longioribus basi appendice foliacea provisis 50
Filamentis appendice destitutis 51
50 Scapo aphyllo; foliis radicalibus rosulatis lyrato-pinnatifidis. (Fl. albi.)
G. 132. TEESDALIA R. BR.
Caule foliato; foliis linearibus integerrimis.
G. 139. AETHIONEMA R. BR.
51 Petalis omnibus 4 aequalibus et conformibus 52
Petalis 2 exterioribus majoribus, radiantibus. . G. 133. IBERIS L.
52 Loculis siliculae 1-spermis 53
Loculis siliculæ 2- aut pleioformis 54
53 Siliculis basi cordatis, valvatis turgidis et quasi didymis.
G. 135. CARDARIA DESV.

Siliculis nullibi, vel tantum apice emarginatis vel excisis; valvis alatis, vel carinatis. . . . . G. 136. LEPIDIUM R. BR.

54 Valvulis dorso alatis; siliculis ovalibus obovatisve juxta stylum quidquam emarginatis. . . . . G. 131. THLASPI T.

Valvulis non alatis 55

55 Loculis siliculae oblongo - triangularis polyspermis. G. 138. CAPSELLA VINT.

Loculis siliculae oblongae utrinque acutae 2-, rarius plurispermis. (Folia pinnata.) . . . . G. 137. NOCCEA MNCH.

56 Siliculis subrotundis vel a latere compressis, nec unquam reniformibus aut didymis 57

Siliculis subreniformibus aut subdidymis. (Caules prostrati, folia pinnatifida.) Vide 48.

57 Siliculis subrotundis turgidis. (Fl. albi v. rubelli.) G. 141. EUCLIDIUM R. BR.

Siliculis oblongis a latere compressis, utrinque dorso carinatis. (Fl. lutei.) . . . . G. ISATIS L.

Siliculis rotundis stylo compresso apiculatis; floribus luteolis. V. 65.

58 Articulis lomenti conformibus 59

Articulis lomenti inaequalibus, inferiore pedicelliformi, stipitato, superiore globoso v. ovato. Vide 29.

59 Articulis anticipitibus, superiore subensiformi; seminibus compressis. (Fl. dilute violacei.) . . . . G. 148. CAKILE L.

Articulis cylindricis aut subglobosis; seminibus globosis. (Fl. luteoli aut albidi.) Vide 28.

60 Nuculis obcordato-didymis 3-locularibus, loculo inferiore 1-spermo, superioribus duobus collateralibus vacuis. (Fl. albi.) G. 143. MYAGRUM L.

Nuculis ovalibus vel quadrangularibus oblongisve 61

61 Nuculis turgidis ovalibus aut quadrangularibus 2-aristatis et 2- v. 4-locularibus. (Fl. lutei, pl. annuae.) . . G. 146. BUNIAS L.

Nuculis ovatis ovalibusve ecristatis. (Herbae perennes, fl. luteoli.) G. 147. LAELIA PERS.

62 Nuculis a latere compressis, vel utrinque dorso planis . . . 63

Nuculis turgidis, utrinque convexis, ecarinatis 65

63 Nuculis suborbicularibus, a dorso plano-compressis 64

Nuculis oblongis, a latere compressis, dorso utrinque carinatis alatisve. Vide 57.

64 Staminibus omnibus, aut saltem longioribus ad medium usque lato alatis ibidemque dentatis. (Caules prostrato-diffusi.)
G. 124. CLYPEOLA GAERT.

Staminibus nec alatis, nec dentatis, nuculis pleiospermis, subalatis. (Caules erecti; fl. albi.) . . . G. 125. PELTARIA JACQ.

65 Nuculis ovalibus stylo subconico coronatis. (Fl. albi aut rubelli.)
G. 145. CALEPINA ADAN.

Nuculis turgidis globosis utrinque convexis; stylo filiformi compresso. (Fl. lutei.) . . . . G. 144. NESLIA DESV.

Fam. XIII. **Capparideae Juss. Kaprače.**

Calyx 4-sepalus; corolla 4-petala; stamina 6 hypogyna aequilonga, rarius indefinita. Vide p. 274.

Fam. XIV. **Cistineae Dunal Cistaonice.**

Calyx 4-sepalus sepalis inaequalibus; petala 5 aestivatione contorta directione sepalis varia; stamina hypogyna numerosa; capsula uni-plurilocularis polysperma. Vide p. 275.

Sepalis omnibus sub aestivatione imbricatis; capsula 1-loculari 3-valvi. (Flores plerumque lutei.) G. 155. HELIANTHEMUM GAERT.

Sepalis 2 exterioribus sub aestivatione imbricatis interioribus 3 submembranaceis intortis; capsulis 5—10-valvis. (Fl. albi aut rubeoli.) . . . . G. 154. CISTUS TOUR.

Fam. XV. **Violarieae DC. Ljubičice.**

Calyx 5-sepalus; corolla irregularis 5-petala; stamina 5 disco hypogyno inserta. Vide p. 283.

Fam. XVI. **Droseraceae DC. Rosičine.**

Calyx 5-fidus v. 5-sepalus; corolla regularis 5-petala; stamina 5 v. plura libera; styli v. stigmata plura. Vide p. 289.

Calyce profunde 5-fido; corolla 5-petala; stylis 3—5 bipartitis; capsula apice 3—5-valvi. (Folia longe rorido-ciliata.)
G. 157. DROSERA L.

Calyce 5-sepalo; corolla 5-petala aucta parapetalis 5 setoso-ciliatis glanduliferis; stylo nullo; stigmata 4 sessilia; capsula 4-valvis. . . . . G. 158. PARNASSIA L.

Fam. XVII. **Celastrineae R. Br. Klokočevine.**

Calyx 4—5-partitus v. 4—5-fidus valvatione imbricatus; corolla regularis, numerus petalorum calycis laciniis aequalis; stamina tot, quot petala iisque alterna; ovarium 2—4 loculare. Vide p. 291.

Capsula membranacea, demum ventricoso-inflata; semen osseum. (Folia pinnata.) . . . . G. 159. STAPHYLLEA L.

Capsula 3—4-gona, 3—5-locularis rosea arillo aurantiaco et semine albo. . . . . G. 160. EVONYMUS L.

Fam. XVIII. **Rhamneae R. Br. Pasjakovine.**

Calyx 4-fidus laciniis aestivatione valvatis deciduis, tubo ovario plus minusve adnato; petala laciniis calycis alterna, saepius squamiformia; stamina petalis opposita. Vide p. 292.

1 Stylis 2—3; petalis obovato-spathulatis unguiculatis. (Rami et ramuli in axillis petiolorum aculeati.) 2

Stylo 1 simplici vel 2—4-partito; petalis squamiformibus. (Rami et ramuli in axillis inermes, ramuli autem interdum spina simplici terminati.) 3

2 Stylis 2; drupa succulenta aptera. . . . G. 161. ZIZYPHUS L.

Stylis 3; fructu sicco coriaceo ala orbiculari cincto. G. 162. PALIURUS T.

3 Floribus polygamo-dioicis; calycis laciniis, petalis et staminibus plerumque 4. . . . . G. 163. RHAMNUS L.

Floribus hermaphroditis; calycis laciniis, petalis et staminibus potissimum 5. . . . . G. 164. FRANGULA DOD.

Fam. XIX. **Terebinthaceae DC. Vonjače.**

Flores 1-sexuales; calyx 3—5-partitus; petala 3—5 calyci inserta aut plane nulla, fructus non dehiscens. (Arbores foliis exstipulatis. Vide p. 297.

Floribus dioicis apetalis. . . . . G. 165. PISTACIA L.

Floribus polygamis; petalis staminibusque 5. . . G. 166. RHUS L.

Fam. XX. **Amygdaleae Juss. Pečkovnice.**

Fl. hermaph.; calyx 5-dentatus; petala 5, stamina 20 libera cum petalis margini calycis inserta; stylus 1; fructus drupa 1—2 sperma. (Arbores fruticesve foliis stipulatis.) Vide p. 299.

1 Drupa extus velutina aut tomentosa putamine irregulariter sulcato v. pertuso, maturitate rumpente. (Fl. rosei aut albi.) G. 167. AMYGDALUS L.

Drupa glabra succosa eduli indehiscente, putamine laevi vel sulcato, sed foraminibus omnino destituto. (Fl. albi aut persicini.) G. 168. PRUNUS L.

Fam. XXI. **Lythrarieae Juss. Vrbice.**

Fl. hermaph.; calyx 1-phyllus dentatus; corolla 4—7-petala summo calycis tubo inter dentes inserta; fructus capsularis, capsula membranacea calyce cincta. (Herbae foliis simplicibus exstipulatis.) Vide 305.

Tubo calycis cylindraceo 8—12-dentato; petalis 4—6; stylo stigmate capitato coronato. . . . . G. 169. LYTHRUM L.

Calyce campanulato abbreviato, compressiusculo, 12-dentato; petalis 6 aut nullis. . . . . G. 170. PEPLIS L.

Fam. XXII. **Portulaceae Juss. Tušakovice.**

Flor. hevmaph.; calyx 2-sepalus v. 2-fidus; rarius 3-5-sepatus aestivatione imbricatus; petala 5 imo calyci inserta vel cum petalis in corollam gamopetalam connata; stamina libera, omnia fertilia; capsula circumscissa v. 3-valvis. (Pl. pingues exstipulatae.) Vide p. 307.

Calyce bifido deciduo basi circumscissa remanente; petala 4—6 calyci inserta, libera vel coalita; capsula circumscissa. (Herbae succulentae.) . . . . G. 171. PORTULACA L.

Calyce 2-sepalo persistente; corolla gamopetala infundibuliformi, tubo ad basin usque fisso, fissura unica; capsula 3-valvi. (Pl. pinguiusculae.) . . . . G. 172. MONTIA L.

Fam. XXIII. **Paronychieae St. Hill. Hrskavice.**

Flor. hermaph. calyx 5-partitus aestivatione imbricatus, persistens; petala tot, quot calycis laciniae, interdum minima et staminibus sterilibus subaequalia v. plane nulla; stamina libera; styli 2—3; fructus siccus 3-valvis vel indehiscens. (Herb. stipulatae, stipulis scariosis.) Vide p 309.

1 Petalis 5; staminibus 3—5 2

Petalis nullis; staminibus 10, de quibus 5 sterilia; capsula indehiscens; folia opposita. 3

2 Foliis alternis; petalis calycis lacinias aequantibus aut illas excedentibus. . . . . G. 173. CORRIGIOLA L.

Foliis oppositis; petalis minimis, calyce brevioribus. G. 176. POLYCARPUS L.

3 Stylo 1, bipartito; stipulis magnis ovatis, non raro istis foliis majoribus, membranaceis, argenteo-hyalinis. G. 175. PARONYCHIA L.
Stylis 2 brevissimis v. plane nullis; stipulis minimis, foliis omnino minoribus, nec hyalinis. . . . . G. 174. HERNIARIA L.

Fam. XXIV. **Sileneae DC. Klinčevice.**

Flor. hermaph. (rarissime dioici) regulares; calyx monosepalus apice 5—6-dentatus, petala totidem ac dentes calycis illisque alterna et cum staminibus carpophoro inserta; stamina petalorum numero dupla, rarius aequalia; capsula dentibus dehiscens. (Pl. foliis oppositis exstipulatis.) Vide p. 313

1 Staminibus nonnisi 5 aut 6 2
Staminibus 10, rarissime 12 3
2 Capsula polysperma; stylis 2; floribus axillaribus sessibus; lamina petalorum 2-fida. . . . . G. 177. VELEZIA L.
Capsula operculo dehiscente 1-sperma; stylis 3; floribus terminalibus cymosis. (Folia spinescentia.) . . G. 186. DRYPIS MICH.
3 Stylis nonnisi 2 4
Stylis 3 7
Stylis 5 8
4 Calyce basi involucrato, i. e. squamis bracteisve suffulto; seminibus peltatis 5
Calyce basi omnino nudo, i. e. nec involucrato, nec squamis brateisve aucto; seminibus reniformi-globosis 6
5 Calyce tubuloso; petalis ad faucem abruptim in unguem linearem contractis. . . . . G. 180. DIANTHUS L.
Calyce campanulato; petalis basin versus sensim cuneato-attenuatis G. 179. TUNICA SCOP.
6 Capsula apice 4-dentata; petalis abrupte unguiculatis, ungue elongato, lineari. . . . . G. 181. SAPONARIA L.
Capsula apice 4-valvi; petalis basin versus sensim cuneato-attenuatis. G. 178. GYPSOPHILA L.
7 Calyce subgloboso-campanulato 5-dentato, dentibus deorsum flexis; bacca uniloculari . . . . G. 182. CUCUBALUS T.
Calyce tubuloso, cuneiformi aut globoso-inflato, dentibus laciniisve rectis et non refractis; capsula basi 3-loculari, apice 6-valvi. G. 183. SILENE L.
8 Calyce coriaceo 5-fido; petalis indivisis retusis, parapetalis fauce aut nullis, aut minimis et pungentibus. (Pl. canescentes, hirsutæ, tomentosae vel plane lanatae.) . . G. 185. AGROSTHEMMA L.

Calyce membranaceo herbaceo-nervoso, 5-dentato; petalis bifidis vel plane laciniatis, fauce coronata, parapetalis petaloideis innocuis.
G. 184. LYCHNIS L.

Fam. XXV. **Alsineae DC. Mišjakinje.**

Calyx 4—5-sepalus aestivatione imbricatus; petala totidem sepalis alterna, (rarissime nulla); stamina libera annullo perigyno inserta; capsula valvis dehiscens. (Pl. foliis oppositis exstipulatis aut stipulis scariosis provisis.) V. p. 343.

1 Stylis in quovis flore 5 2
Stylis in quovis flore tantum 4 4
Stylis in quovis flore nonnisi 2—3 5
2 Petalis bifidis vel profunde emarginatis 3
Petalis indivisis et integerrimis; capsula exacte 5-valvi, polisperma. (Folia anguste-linearia.) . . . . G. 188. SPERGULA L.
3 Capsula 5-valvi, valvis apice 2-fidis. . G. 195. MALACHIUM FR.
Capsula exacte 10-valvi, valvis aequalibus. G. 196. CERASTIUM L.
4 Capsula exacte 4-valvi. . . . . G. 187. SAGINA L.
Capsula apice 8-valvi. (Caulis strictus sesquipollicaris aut minor subbiflorus.) . . . . G. 194. MOENCHIA EHRH.
5 Valvulis numero stylorum: stylis 3, hinc capsula 3-valvi; filamentis omnibus subulatis, exterioribus minoribus basique glanduliferis. . . . . G. 189. ALSINE L.
Valvulis numero stylorum duplis, hinc 4 v. 6 6
6 Petalis 2-fidis, 2-patitisve; capsula 6-valvi. G. 193. STELLARIA L.
Petalis indivisis simulque integerrimis, vel tantum apice quidquam emarginatis vel subdentatis 7
7 Et staminibus, et stylis 3; petalis subdentatis calyce sublongioribus. (Fl. umbellati.) . . . . . G. 192. HOLOSTEUM DILL.
Staminibus 5 v. 8 v. plane 10; petalis integerrimis 8
8 Capsula exacte 6-valvi; seminibus exarillatis. Styli 3, stamina 10.
G. 190. ARENARIA L.
Capsula 4-valvi, rarissime 6-valvi; seminibus arillatis. Styli 2-3-ve; stamina 8, rarissime 10. . . . . . . G. 191. MOEHRINGIA L.

Fam. XXVI. **Elatineae Camb. Pobarice.**

Calyx 3, 4, 5-fidus aestivatione imbricatus; petala sepalis numero aequalia illisque alterna; fructus capsularis. (Folia exstipulata.) Vide p. 361.

Fam. XXVII. **Lineae DC. Lanovice.**

Flor. hermaph. regulares; calyx 5-sepalus, rarissime 4-fidus, aestivatione imbricatus; petala tot, quot sepala aut calycis laciniae, aestivatione contorta; stamina 5, rarius 4, petalis alterna; styli 5 et 4; capsula 10, vel 8-locularis. Vide 562.

Calyce 5-sepalo, corolla 5-petala; staminibus 5; capsula 10-loculari. . . . . G. 198. LINUM T.
Calyce 4-fido laciniis 2—3-fidis; petalis 4; staminibus fertilibus 4; capsula 8-loculari. . . . . G. 199. RADIOLA GM.

Fam. XXVIII. **Malvaceae R. Br. Sliezovnice.**

Flor. hermaph. regulares; calyx 3-, 4-, 5-fidus aestivatione valvatus, saepius involucratus sive duplex; corolla regularis petalis tot, quot laciniae calycis iisque alternis, aestivatione contortis; stamina monadelpha; (Pl. foliis alternis stipulatis.) Vide p. 369.

1 Capsula perfecta, exacte 3- v. 5-locularis loculis pleiospermis . 2
Carpidiis aggregatis, aut verticillatim congestis, singulis monospermis 3
2 Calyce cyatiformi 5-fido, involucro 3-partito, inciso-laciniato; seminibus lana (gossypio) involutis . . . G. 207. GOSSYPIUM L.
Calyce 5-partito; involucro polyphyllo; seminibus nudis. G. 206. HIBISCUS L.
3 Carpidiis aggregatis 4
Carpidiis verticillatim dispositis 5
4 Involucro 7—9-partito. (Folia cordata angulata duplicato-serrata.) G. 201. KITAIBELIA W.
Involucro 3-phyllo. (Folia ovata serrata; caulis spithamaeus hispidus.) . . . . G. 200. MALOPE L.
5 Calyce basi nudo, (involucro nullo), laciniis calycinis complicato-carinatis; corolla lutea. . . . . G. 202. ABUTILON GAERT.
Calyce basi involucrato, involucro ipso 3—9-phyllo, vel 3—9-partito 6
6 Involucro calycis 3-, 6-, 9-partito 7
Involucro 3-phyllo, non adnato, sed exacte libero. G. 203. MALVA L.
7 Involucro 6- vel 9-partito. . . . . . . G. 205. ALTHAEA L.
Involucro 3- v. 6-fido, i. e. laciniis ad medium usque connatis. G. 204. LAVATERA L.

Fam. XXIX. **Tiliaceae Juss. Lipovnice.**

Arbores floribus hermaphroditis regularibus, calyce 5-sepalo, corolla 5-petala; foliis alternis stipulatis. Vide p. 378.

Fam. XXX. **Hypericineae DC. Krvavice.**

Flor. hermaph. regulares; calyx 4—5-partitus v. 4—5-sepalus, aestivatione imbricatus; corolla 4—5-petala aestivatione contorta; stamina polyadelpha; fructus septis dehiscens. (Pl. foliis oppositis.) Vide p. 380.

Calyce inaequaliter 4—5-partito; bacca 1-loculari.
G. 210 ANDROSAEMUM ALL.

Calyce 4—5-sepalo vel 4—5-partito segmentis subaequalibus; capsula 3-valvis, 3-locularis. . . . G. 210. HYPERICUM L.

Fam. XXXI. **Acerineae DC. Javornjače.**

Arbores v. frutices arborescentes floribus polygamis, corymbosis vel paniculato-racemosis; foliis oppositis petiolatis, exstipulatis. Vide p. 385.

Fam. XXXII. **Hippocastaneae DC. Madjalače.**

Arbores foliis digitatis, oppositis, exstipulatis; floribus paniculatis speciosis, calyce campanulato, corolla irregulari. Vide p. 387.

Fam. XXXIII. **Ampelideae Humb. Vinjage.**

Frutices scandentes foliis alternis palmatis; calyx monosepalus dentatus, petala 4—5; stylus 1; bacca 1—3-sperma. Vtde p. 387.

Calyce repando-5-dentato; petalis 5-patentibus.
G. 214. AMPELOPSIS MICH.

Calyce obsolete 5-dentato; petalis 5 apice inter se cohaerentibus et basi calyptrae instar secedentibus . . G. 213. VITIS L.

Fam. XXXIV. **Meliaceae Juss.**

Flor. hermaph. regulares; calyx gamosepalus 2-fidus; corolla 5-petala aestivatione valvata; stamina 10; drupa elliptica. (Arbores foliis alternis pinnatis.) Vide p. 388.

Fam. XXXV. **Geraniaceae DC. Ždralovnice.**

Flor. hermaph., calyx 3—5-sepalus persistens, aestivatione imbricatus; petala 5 cum sepalis alternantia, aestivatione contorta; stamina 8 v. 10 basi coalita;

carpella maturitate 1-sperma. (Pl. caule ad nodos fragili; folia opposita; stipulae membranaceae.) Vide p. 389.

1 Corolla regulari; calyce ecalcarato; carpellis 5. 2
Corolla irregulari, petalis 3 inferioribus minoribus aut nullis; calyce supra calcarato, sive tubo nectarifero instructo.
G. 218. TROPAEOLUM L.
2 Aristis valvarum intus glabris, denique elastice a basi ad axis apicem circinatim sese revolventibus. . . G. 216. GERANIUM L.
Aristis intus barbatis, denique spiraliter tortis.
G. 217. ERODIUM l' HERIT.

Fam. XXXVI. **Balsamineae A. Rich. Neticaljke.**

Herbae succulentae floribus irregularibus; foliis exstipulatis simplicibus integrisque. Vide p. 398.

Fam. XXXVII. **Oxalideae DC. Ceceljače.**

Herbae acidae foliis trifoliatis vernatione spiraliter convolutis; floribus hermaphroditis regularibus. Vide p. 398.

Fam. XXXVIII. **Zygophylleae Brow. Dvoliskovice.**

Herbae diffusae foliis oppositis abrupte pinnatis 2-stipulatis, floribus regularibus hermaphroditis. Vide p. 400.

Fam. XXXIX. **Rutaceae Juss. Rutvače.**

Flor. hermaph.; calyx 3—6-partitus, corolla 4—6-petala, basi carpophoro affixa; stamina 8—10; ovarium lobatum; stylus e medio loborum ovarii egrediens stigmate simplici provisus. Vide p. 400.

1 Carpidiis pleiospermis sutura dehiscentibus; endocarpio a sarcocarpio non soluto 2
Carpidiis quinis basi cohaerentibus; pericarpio ab endocarpiis bivalvibus elastice dehiscentibus secedente. (Corolla subinaequalis; folia pinnata; flores racemoso-paniculati.) G. 224. DICTAMNUS L.
2 Floribus difformibus, centrico praecoci quinario, reliquis quaternariis, petalis unguiculatis concavis. (Folia composita.)
G. 222. RUTA L.
Floribus conformibus, corollis 5-petalis, petalis planis sessilibus. (Folia simplicia aut ternata.) G. 223. HAPLOPHYLLUM A. JUSS.

b) Pl. Choristopetalae Symphysogynae.

Fam. XL. **Grossularieae DC. Ogrozdjače.**

Frutices foliis alternis v. fasciculatis, plus minusve palmatilobis; fructu baccato calycis limbo marcescente coronato. Vide p. 403.

Fam. XLI. **Cacteae DC.**

Herbae aut fruticuli carnosi ramis compressis articulatis, articulis (ramulis) complanatis et fasciculato-spinosis. Vide p. 406.

Fam. XLII. **Mezembryanthemeae Fnz. Čupavčice.**

Herbae succulentae foliis papulosis exstipulatis; floribus regularibus solitariis, axillaribus. Vide p. 407.

Fam. XLIII. **Granateae Don. Morgonjače.**

Arbusculae ramis tetragonis spinescentibus, floribus hermaphroditis, regularibus. Vide p. 408.

Fam. XLIV. **Myrteae Juss. Mierčike.**

Arbusculae aut frutices ramulis tetragonis inermibus, foliis punctato-glandulosis; floribus regularibus hermaphroditis, axillaribus. Vide p. 408.

Fam. XLV. **Philadelpheae Don. Pustariljače.**

Frutices foliis oppositis, impunctatis, deciduis, exstipulatis; floribus racemosis, albis, fragrantibus. Vide p. 409.

Fam. XLVI. **Pomaceae Lindl. Jabučnjaci.**

Flor. regulares hermaph.; calycis tubus ovario adnatus limbo 5-dentato v. 5-fido; corolla 5-petala toro inserta; fructus carnosus loculis membrana molli, vel chartacea aut plane ossea vestitis. (Arbores aut frutices foliis stipulatis. Vide p. 410.

1 Stipulis minimis lineari-lanceolatis subulatisve, caducis 2
Stipulis magnis, foliaceis, lanceolato-falcatis, plus minusve incisis; fructu drupaceo, drupa disco contracto terminata, 1—5-pyrena. (Frutices arborescentes spinosi foliis lobatis incisisve.
G. 231. CRATAEGUS L.

2 Floribus in apice ramulorum solitariis 3
Floribus fasciculatis, racemosis cymosisve 4

3 Laciniis calycis lineari-lanceolatis subulatisve, integerrimis, petalis

deplanis multo longioribus; fructu drupaceo drupa apice area dilatata, fere latitudine drupae cyatiformi terminata.
G. 233. MESPILUS L.

Laciniis calycis ovato-lanceolatis margine serrato-glanduliferis petalis rotundatis multo brevioribus; fructu pomaceo; pomo 2--5-loculari, loculis polyspermis. . . . . . G. 234. CYDONIA T.

4 Fructu baccato aut drupaceo, sed nunquam pomaceo; petalis parvis, angustis strictisque 5

Fructu pomaceo aut pyriformi, 2—3-loculari, loculis 1—2-spermis; laciniis calycis angustis, post anthesim in fructu revolutis; petalis magnis subrotundis patentibus. . G. 235. PYRUS L.

5 Floribus racemosis corymbosisve pedicellis simplicibus 6

Floribus cymosis, cymis compositis, pedicellis ramosis; ovario 5-loculari, loculis integris biovulatis; bacca abortu 1—3-sperma.
G. 237. SORBUS L.

6 Floribus racemosis; petalis albis angustis cuneato-lanceolatis. (Folia plus minusve serrata.) . . . . G. 236. ARONIA L.

Floribus cymosis corymbosisve, parvis, petalis roseis aut in carnatis subrotundis strictisque. (Folia integerrima.)
G. 232. COTONEASTER MED.

Fam. XLVII. **Onagrarieae Juss. Pupaljice.**

Flor. hermaph. subirregulares; calycis limbus 2—5-partitus, petala numero laciniis calycinis aequalia et una cum staminibus fauci calycis inserta; stamina 2, 4 v. 8; stylus 1 stigmate capitato vel fisso. (Herbae foliis exstipulatis.) V. p. 417.

1 Calycis limbo 4-, 6- v. 8-partito; staminibus 4 v. 8 . . . 2

Calycis limbo nonnisi 2-fido; petalis staminibusque 2; fructu nucumentaceo, 2-loculari. (Folia ovata vel subcordata.)
G. 241. CIRCEA L.

2 Staminibus 4; stigmate capitato; calycis limbo persistente . . 3

Staminibus 8, calycis limbo deciduo 4

3 Fructu nucumentaceo non dehiscente; calycis laciniis acutis, in fructu induratis spinosisque. . . . . G. 242. TRAPA L.

Fructu capsulari; capsula 4-valvi, 4-loculari, loculicido dehiscente. (Folia opposita; flores incompleti.) . . . G. 240. ISNARDIA L.

4 Calycis tubo elongato ovarium subaequante; capsula elongata lineari-tetragona; seminibus comosis barbatisve; floribus rubris albidisve. . . . . G. 238. EPILOBIUM L.

Calycis tubo ovario longiore; capsula oblonga; seminibus apice calvis, imberbibus; floribus flavis luteisve. G. 239. OENOTHERA L.

Fam. XLVIII. **Halorageae R. Br. Žiernuljače.**

Herbae aquaticae floribus unisexualibus, foliis verticillatis, exstipulatis, compositis. Vide p. 425.

Fam. XLIX. **Saxifrageae Vent. Kameničnice.**

Flores hermaphroditi; limbus calycis 4—5-partitus; corolla 4—5-petala, rarius nulla; stamina cum petalis calyci inserta 10, rarius 8; styli persistentes. Vide p. 426.

Corolla 5-petala; limbo calycis 5-partito v. 5-fido; capsula 2-loculari inter stylos foramine dehiscente, polysperma. G. 244. SAXIFRAGA L.

Corolla nulla; calycis colorati limbo 4-fido, laciniis duabus oppositis minoribus; capsula ad medium usque in valvulas dehiscente. . . . . G. 245. CHRYSOSPLENIUM L.

Fam. L. **Umbelliferae Juss. Štitarke.**

Limbus calycis ovario adnati 5-dentatus aut obsoletus; petala 5 cum dentibus calycis alternantia; stamina 5; styli 2, singulus basi in discum epigynum dimidium ovarii occupantem dilatatus; fructus e mericarpiis 2 compositus cum dimidia calycis parte carinatis. (Pl. foliis plerumque alternis basi dilatata vaginantibus; floribus umbellatis.) Vide p. 431.

1 Umbellis imperfectis, i. e. floribus in capitula cymasve simplices congestis 2

Umbellis perfectis, regulariter compositis, i. e. radiis umbellarum primariis apice denuo umbelluliferis 6

2 Fructu sectione transversali subtereti; limbo calycis 5-dentato dentibus insignibus; petalis erectis 3

Fructu sectione transversali plano-compresso, bisulco; limbo calycis obsoleto; petalis ovatis integris, patentibus. (Folia peltato-orbiculata.) . . . . G. 246. HYDROCOTYLE L.

3 Receptaculo paleaceo; floribus capitatis. (Folia spinoso-, rarius setoso-dentata.) . . . . G. 250. ERYNGIUM L.

Receptaculo non paleaceo. (Nec folia, nec involucra spinosa aut spinoso- vel setoso-dentata.) 4

4 Fructu subgloboso aculeis acuminatis dense tecto; petalis obo-

vatis emarginatis infractisque in lacinulam longitudine petali. (Folia radicalia palmatifida.) . . . . . G. 247. SANICULA T.
Fructu ovali v. oblongo inermi; involucris foliaceis. 5
5 Fructu oblongo a dorso compresso, subdeplano, jugis elevatis plicato-dentatis. (Flores albi aut rubelli, radiantes radiis inaequalibus.) . . . . G. 248. ASTRANTIA T.
Fructu ovato a latere compresso calyce persistente coronato, jugis filiformibus. (Fl. flavi.) . . . . . G. 249. HACQUETIA NECK.
6 Albumine fructus ad latus interius plano v. convexiusculo, i. e. absque omni sulco v. excavatione 7
Albumine fructus margine inflexo, vel ex integro involuto, vel ad latus interius sulco longitudinali exarato 56
Albumine fructus haemisphaerico-, vel sulcato-concavo . . . 72
7 Quovis mericarpio jugis primariis 5 et secundariis 4 notato . . 8
Quovis mericarpio jugis primariis 5, sed secundariis plane nullis proviso 11
8 Jugis secundariis mimus prominulis, quam filiformibus primariis, lateralibus marginantibus; fructu a dorso compresso. (Folia biternata foliolis subrotundis.) . . . . . G. 294. SILER SCOP.
Jugis secundariis, (saltem 2 lateralibus) alatis vel aculeatis . . 9
9 Jugis secundariis alatis, primariis filiformibus; fructu 8-alato. G. 295. LASERPITIUM T.
Jugis secundariis aculeatis, primariis setulosis; floribus radiantibus, petalis 2-fidis 10
10 Aculeis jugorum secundariorum 1-seriatis; umbellis post anthesim conniventibus nidi avis ad instar. . . G. 297. DAUCUS T.
Aculeis jugorum secundariorum 2—3-fariam dispositis, vel 2 seriebus in unam coalitis, saepe uncinatis; umbellis etiam post anthesim planis. . . . . G. 296. ORLAYA HOFFM.
11 Fructu ovato v. oblongo, sectione transversali tereti v. teretiuscula et mericarpiis ipsis subteretibus 12
Fructu evidenter a dorso compresso et marginibus contractis non raro quasi didymo 22
12 Calycis limbo evidenter 5-dentato, dentibus non raro elongatis . 13
Calycis limbo obsoleto, hinc dentibus calycinis nullis, aut minimis 17
13 Carpophoro libero; stylis divaricatis reflexisve 14
Carpophoro indistincto; stylis elongatis, post anthesim strictis subparallelis; petalis apiculo infractis. G. 266. OENANTHE LAM.

14 Fructu piloso aut evidenter villoso 15
Fructu glabrescente, nudo, aut farinoso 16
15 Calycis dentibus elongatis, lanceolato-subulatis; mericarpii jugis erosis, extimis marginantibus . . G. 272. ATHAMANTA KOCH.
Calycis dentibus abbreviatis subovatis; mericarpii jugis quinis filiformibus, extimis marginantibus; petalis obcordatis, apiculo inflexo. . . . . G. 270. LIBANOTIS CRNTZ.
16 Jugis incrassatis, filiformibus, obtusis, nec alatis, nec acute carinatis; umbellis fastigiatis, rarius subhemisphaericis; involucris nullis, involucellis polyphyllis. (Fl. albi, externe non raro rubelli.) . . . . G. 269 SESELI L.
Jugis acute carinatis subulatisve; valleculis 3-vittatis. (Folia 3-5-partita segmentis elongatis, aristato cuspidatis.) Vide 41.
17 Petalis arcte involutis. (Flores flavi aut albo-viriduli.) . . . 18
Petalis apiculo infractis vel plane strictis 19
18 Pericarpio fructus albumini arcte adnato; floribus saturate flavis luteisve. . . . . G. 268. FOENICULUM ADNS.
Pericarpio fructus spongioso; floribus sordide viridulis vel sordide albentibus. (Folia carnosa, 2—3 partita.)
G. 275. CRITHMUM T.
19 Involucellis 5- aut pleiophyllis 20
Involucellis nonnisi 3-phyllis, quasi dimidiatis, umbellula longioribus; fructu ovato-subgloboso. . . . G. 267. AETHUSA L.
20 Valleculis 3—4-vittatis 21
Valleculis nonnisi 1-vittatis. (Folia 3-pinnatipartita.)
G. 261. CNIDIUM CUSS.
21 Fructu ovato-oblongo; carpelli jugis 5 aequaliter subulatis. (Fl. albi.) . . . . G. 273. LIGUSTICUM L.
Fructu ovato; carpelli jugis argute subulatis. (Fl. virentes aut pallide luteoli.) . . . . G. 274. SILAUS BESS.
22 Fructu incrassato, aut cylindrico, aut a latere (nunquam a dorso) compresso vel coarctato, emarginato 23
Fructu a dorso plano-, vel lenticulari-compresso, margine dilatato, alato, complanato, vel convexo et incrassato cincto . . 38
23 Foliis divisis, compositis pinnatisque 24
Foliis indivisis et omnino simplicibus; involucellis polyphyllis; floribus flavis luteisve . . . . G. 265. BUPLEURUN T.
24 Floribus dioicis polygamisve 25
Floribus hermaphroditis 26

25 Fructu ovato; margine calycis obsoleto. (Folia subtripinnata foliolis linearibus; umbellae paniculatae. G. 254. TRINIA HOFFM.
Fructu lineari-oblongo; margine calycis 5-dentato. (Folia ternatipartita segmentis lanceolato-linearibus.) G. 257. FALCARIA RIV.
26 Valleculis mericarpiorum evidenter vittatis 27
Valleculis omnino evittatis, jugis filiformibus. (Folia inferiora biternati-composita foliolis ovatis argute serratis.)
G. 260. AEGOPODIUM L.
27 Limbo calycis evidenter 5-dentato 28
Limbo calycis omnino obsoleto 31
28 Petalis subtrotundis, lacinulis inflexis aut obovatis et evidenter emarginatis, vel plane obcordatis 29
Petalis ovalibus planis integerrimis; collumella indivisa; umbellae oppositifoliae. . . . . . . G. 255. HELOSCIADIUM KOCH.
29 Carpophoro libero 2-partito aut 2-fido; valleculis 1-vittatis . . 30
Carpophoro obsoleto, i. e. ramis illius cum mericarpiis connatis, basi interruptis, valleculis plurivittatis. (Involucris et involucellis polyphyllis.) . . . . G. 264. SIUM T.
30 Fructu oblongo; jugis filiformibus aequalibus, lateralibus marginantibus; petalis obovatis, bifido-emarginatis, medio plica transversali lacinulam emitente notatis. (Foliola lineari-filiformia.)
G. 256. PTYCHOTIS KOCH.
Fructu ovali. (Folia et vagina rigida subcoriacea, argute serrata.) Vide 25.
Fructu subrotundo, didymo; jugis planiusculis aequalibus; petalis obcordatis. (Foliola lineari-lanceolata; rhizoma tuberosum, septatum.) . . . . G. 251. CICUTA L.
31 Petalis strictis aut inflexis, non involutis 32
Petalis arcte involutis flavis. (Folia lineari-subulata.) Vide 18.
32 Petalis integerrimis, acumine inflexo aut involuto 33
Petalis evidenter emarginatis, aut lacinula contracta obcordatis . 34
33 Involucellis nudis; fructu didymo, non carinato. (Folia pinnata; umbellae subsessiles, axillares.) . . . . G. 252. APIUM L.
Involucellis polyphyllis; fructu subdidymo. (Folia tripinnata; umbellæ pedunculatae terminales.) G. 253. PETROSELINUM HOFFM.
34 Jugis cuneiformibus aequalibus, lateralibus marginantibus; valleculis 1-vittatis, vittis abbreviatis, clavulatis. (Foliola inferiorum ovata aut ovato-lanceolata.) . . . . . G. 258. SISON LANG.
Jugis acute carinatis subulatisve. Vide 21.

Jugis filiformibus, nec carinatis, nec subulatis 35

35 Petalis inaequalibus, exterioribus radiantibus; laciniis involucri 3-fidis pinnatifidisve. . . . . G. 259. AMMI T.

Petalis conformibus, non radiantibus; laciniis involucri indivisis nullisve 36

36 Involucris et involucellis nullis. (Radix fusiformis aut ramosa.) . 37

Involucris et involucellis pleiophyllis, caducis; umbellis fastigiatis. (Radix tuberosa.) . . . . G. 262. BUNIUM L.

37 Valleculis 1-vittatis; fructu a latere compresso, oblongo. G. 261. CARUM L.

Valleculis multivittatis; fructu a latere contracto ovato, stylopodio pulvinato stilisque reflexis coronato. (Folia radicalia simpliciter pinnata foliolis indivisis.) . . . . .G. 263. PIMPINELLA L.

38 Carpellis nonnisi 5-jugatis 39

Carpellis 9-jugatis, i. e. jugis primariis 5, et secundariis 4. V. 9.

39 Raphe centrali aut subcentrali: fructu margine dilatato ob alas mericarpiorum hiantes duplicato; mericarpii jugis 5 alatis, vel dorsalibus 3 filiformibus, sed lateralibus semper in alam dorsalium subduplo-latiorem expansis 40

Raphe marginali vel submarginali, hinc mericarpiis sibi arcte insidentibus, nec unquam hiantibus, ideoque fructu margine unico 43

40 Petalis involutis obcordatisve, lacinulis inflexis 41

Petalis lanceolatis acuminatis erectis, v. acumine subincurvato . 42

41 Petalis involutis flavo-virentibus. (Folia terni-pinnato-decomposita foliolis cuneato-rhombeis inciso-serratis. . G. 276. LEVISTICUM L.

Petalis obcordatis albis. (Folia subtripinnata foliolis lanceolato-linearibus apice callosis.) . . . . . . G. 277. SELINUM L.

42 Limbo calycis obsoleto; albumine fructus cum pericarpio connato; petalis lanceolatis albis. . . . . G. 278. ANGELICA L.

Limbo calycis 5-dentato; petalis ellipticis virentibus; albumine pericarpio non adhaerente, sed nucleum liberum vittis copiosis undique tectum constituente . G. 279. ARCHANGELICA HOFFM.

43 Fructu squamuloso cinereoque. (Caulis elatus compresso-teres, striatus, vaginatus, aphyllus, foliis tantum radicalibus. G. 281. TAENIOPETALUM VIS.

Fructu nequaquam cinereo - lepidoto, sed aliter armato aut omnino laevi 44

44 Fructus margine accessorio incrassato, crenulato vel rugoso-tuberculato cincto. (Flores albi, umbella involucrata.)
G. 293. TORDYLIUM T.
Fructus margine deplano laevigato, hinc nec crenulato, nec rugoso-tuberculato 45
45 Vittis fructum aequantibus, i. e. valleculas percurrentibus . . 46
Vittis fructu evidenter brevioribus, i. e. vittis solitariis obverse-clavatis deorsum deficientibus abbreviatisque. (Umbella ampla; folia scabro-hispida vaginis amplis, dilatatis.) G. 292. HERACLEUM L.
46 Petalorum appendicibus acutis; floribus saturate flavis . . . 47
Petalorum appendicibus retusis 48
47 Calycis margine obsoleto; petalis subrotundis integris, involutis. (Folia bipinnato-partita segmentis oblique cordatis.)
G. 290. OPOPANAX KOCH.
Calycis margine evidenter 5-dentato; petalis ovali-acuminatis integris. (Folia supradecomposita, segmentis elongatis anguste linearibus.) . . . . G. 280. FERULA T.
48 Petalis obovatis aut subrotundis integerrimis, saturrate flavis . 49
Petalis plus minusve emarginatis, lacinulis inflexis, albis aut flavo-virentibus, vel luteolis 50
49 Fructu deplano, jugis tenuissimis, 3 intermediis aequi-distantibus, 2 lateralibus conspicue remotis marginique contiguis. (Foliola ovato-oblonga dilatata.) . . . . G. 291. PASTINACA T.
Fructu lenticulari; jugis subincrassatis, omnibus aequi-distantibus. (Foliola lineari-filiformia.) . . . . G. 289. ANETHUM T.
50 Vittis commissuralibus superficialibus 51
Vittis commissuralibus pericarpio exacte tectis; involucro polyphyllo deflexo; floribus albis. (Caulis fistulosus; vaginae omnes foliigerae.) . . . . G. 288. THYSSELINUM HOFFM.
51 Involucro polyphyllo persistente 52
Involucro nullo aut oligophyllo et caduco 54
52 Margine mericarpiorum lato et diaphano 53
Margine mericarpii obsoleto, nec diaphano. (Folia triplicato-pinnata foliolis ovatis plus minusve laciniatis; flores albi.)
G. 285. CERVARIA RIV.
53 Vittis commissuralibus apertis discum circumdantibus. (Folia 2-3-pinnatipartita ramificationibus petiolorum refracto-divaricatis.)
G. 285. OREOSELINUM CLUS.

Vittis commissuralibus 2—4 medium discum percurrentibus.
G. 286. PTEROSELINUM RCHB.

54 Margine mericarpiorum lato subdiaphano; floribus viridi-flavescentibus. (Foliola ovata, acute serrata.) G. 287. TOMMASINIA BERT.
Margine mericarpiorum angustissimo vel plane obsoleto, nec diaphano 55

55 Petalis ovalibus, acumine retuso involuto, albis, subtus plus minusve rubellis; umbella post anthesim contracta; involucellis oligophyllis caducis; fructibus rubescentibus. G. 283. SCHLOSSERIA VUK.
Petalis obcordatis in lacinulam inflexam coarctatis, lacinula truncata 3-dentata. (Flores luteoli v. ochroleuci, rarissime albidi.)
G. 282. PEUCEDANUM L.

56 Jugis mericarpii primariis 5 filiformibus setosis vel aculeatis, 3 intermediis dorso, 2 plano commissurali impositis, secundariis 4 magis prominulis aculeatis, vel copia aculeorum totam valleculam obtegentium obliteratis 57
Jugis mericarpii primariis 5, secundariis nullis 59

57 Fructibus tantum ad juga aculeatis 58
Fructibus undique aculeatis, et quidem jugis primariis setosis, secundariis autem copia aculeorum totam valleculam occupantium obliteratis . . . . G. 300. TORILIS ADNS.

58 Jugis primariis dorsalibus simpliciter aculeatis; dentibus calycis ovato-lanceolatis. . . . . G. 298. CAUCALIS HOFFM.
Jugis dorsalibus omnibus 2—4-aculeatis; calycis dentibus setaceis
G. 299. TURGENIA HOFFM.

59 Fructu a latere evidenter compresso aut contracto, saepius rostrato, subcylindraceo; jugis lateralibus marginantibus, omnibus aequalibus 60
Fructu turgido ovato aut subgloboso; jugis mericarpii lateralibus marginantibus, vel ante marginem sitis, interdum subobliteratis 65

60 Fructu a latere contracto, evidenter rostrato 61
Fructu a latere compresso, apice emarginato, mutico et omnino erostri 62

61 Rostro fructus longissimo; jugis mericarpii 5, obtusis, lateralibus marginantibus; valleculis evittatis. . . . G. 301. SCANDIX L.
Rostro fructus abbreviato, (fructu breviore); mericarpiis subteretibus; valleculis 1-vittatis. . . . G. 302. ANTHRISCUS HOFFM.

62 Stylis subnullis, ideoque stigmatibus in apice stylopodiorum conicorum sessilibus. (Caule sub geniculis inflato.)
G. 303. PHYSOCAULIS TSCH.

Stylis conspicuis filiformibus, apice stigmate coronatis 63
63 Mericarpiorum jugis argutis, acute carinatis 64
Mericarpiorum jugis obtusissimis, fere obliteratis obsoletisve, omnino aequalibus; petalis obcordatis; fructu oblongo vel lineari.
G. 304. CHAEROPHYLLUM L.
64 Jugis mericarpii subulatis aequalibus, lateralibus marginantibus; valleculis planis, 1-vittatis; petalis obcordato-bilobis. (Radix tuberosa.) . . . . G. 305. BIASOLETTIA KOCH.
Jugis mericarpii elevatis, intus cavis; valleculis evitattis; petalis obovatis emarginatis; stylis basi sensim incrassatis.
G. 306. MYRRHIS SCOP.
65 Fructu cavo pedicellis incluso, rostrato floribusque sterilibus persistentibus coronato. . . . . . . G. 307. ECHINOPHORA T.
Fructu libero, erostri 66
66 Fructu ad suturas contracto, didymo 67
Fructu ovato 69
67 Margine calycis evidenter 5-dentato; petalis obovatis obcordatisve albis 68
Margine calycis obsoleto; petalis ellipticis aut lanceolatis integerrimis, acumine inflexo, e viridi-luteolis G. 310. SMYRNIUM L.
68 Mericarpiis reniformi-globosis; umbellis gracilibus patentissimis involucratis, involucris et involucellis polyphyllis, petalis obovatis. (Foliola cuneata, inciso-dentata.) G. 309. PHYSOSPERMUM GUSS.
Mericarpiis semiovatis, umbellis terminalibus, sub anthesi planis, dein convexis, involucro nullo aut monophyllo; petalis sub rotundo-obcordatis. (Foliola oblongo - linearia trifida.
G. 314. SCALIGERIA DC.
69 Fructus jugis apteris 70
Fructus jugis alatis, extimis latioribus marginantibus, valleculis latis planis evittatis. (Foliola linearia v. setacea, divaricata.)
G. 308. PRANGOS LINDL.
70 Margine calycis obsoleto; petalis obcordato-reniformibus . . . 71
Margine calycis evidenter 5-dentato; petalis obovatis integris; mericarpiis membrana duplici instructis, exteriore inflata cava (Folia triternata foliolis latis, cuneato-oblongis, incisis.)
G. 312. PLEUROSPERMUM HOFFM.
71 Floribus albis; jugis mericarpiorum undulato-crenulatis aequalibus. (Caulis fistulosus laevis, pruinosus.) . . . . G. 311. CONIUM L.

Floribus variegatis, extus viridulis aut rubellis, intus albis; jugis rectis et integerrimis, obtusis, crassiusculis. (Caulis sulcatus superne ramoso-paniculatus, nudiusculus; umbellae oppositae aut verticillatae.) . . . . G. 313. ALSCHINGERA VIS.

72 Limbo calycis obsoleto; fructu ruguloso, striato; comissura sub apice biforata. . . . . G. 315. BIFORA HOFFM.

Limbo calycis 5-dentato; fructu globoso 10-jugo; jugis primariis 5 depressis, flexuosis, secundariis magis prominulis. G. 316. CORIANDRUM L.

Fam. LI. **Araliaceae Juss. Bršlavice.**

Fl. regulares; fructus baccatus. (Frutices scandentes.) Vide p. 508.

Fam. LII. **Corneae DC. Svibovine.**

Flor. regulares; fructus drupaceus. (Frutices non raro arborescentes.) V. p. 509.

Fam. LIII. **Lorantheae Don. Imeljače.**

Flor. unisexuales, rarius hermaphroditi; bacca monosperma umbilicata. (Fruticuli parasitici sempervirentes.) Vide p. 510.

Stylo nullo, stigmate obtuso; antherae petalis adnatae. G. 319. VISCUM T.

Stylo filiformi, stigmate simplici; filamentis petalorum basi adnatis. . . . . G. 320. LORANTHUS L.

II. Plantae Exogeneae Plerosanthae Gamopetalae.

a) Pl. Gamopetalae Eleuteroginae.

Fam. LIV. **Boragineae Juss. Porečnice.**

Flor. hermaph. aestivatione imbricati; calyx liber persistens monosepalus; corolla caduca, hypogyna, gamosepala; stamina corollae fauci vel tubo inserta, lobis illius alterna, squamis opposita; styli 4 in unum coaliti; nuculae (achenia) 4 calyci inclusae. (Pl. foliis alternis exstipulatis, integris.) V. p. 513.

1 Ovariis nuculisque 2—4 distinctis; stylo in medio ovariorum . 2

Ovario unico, suturis 4 praedito, apice stylum communem gerente, maturitate in nuces 4 basi plana secedente; corolla infundibuliformi, fauce pervia . . . . G. 321. HELIOTROPIUM T.

2 Nuculis (acheniis) stylo persistenti adnatis 3
Nuculis disco hypogyno insertis; stylo exacte libero 6
3 Calycis laciniis basi sinuato-dentatis, demum acutis sibique invicem adpressis, lamellis planis parallelis sinuatis; nuculis verruculosis.
G. 322. ASPERUGO T.
Calycis laciniis basi edentulis, in fructu campanulatis 4
4 Nuculis muricatis vel glochidiatis, margine, obtusis apteris . . 5
Nuculis inermibus glabrescentibus, margine membranaceo, apice contracto et inflexo cinctis . . . . . G. 325. OMPHALODES T.
5 Nuculis pyramidati-trigonis, imae basi affixis, margine aculeatis, aculeis hamosis; floribus caeruleis. G. 323. ECHINOSPERMUM SW.
Nuculis subovatis plano-compressis, superne affixis, muricatis; floribus rubro-violaceis incarnatisve, rarius albis.
G. 324. CYNOGLOSSUM T.
6 Fauce corollae nuda aut simpliciter pilosa v. plicata, sed omnino pervia, i. e. absque fornicibus et squamulis inter stamina . . 7
Fauce corollae fornicibus clausa, vel saltem illis ornata, aut squamulis obsita 12
7 Calyce 5-partito 8
Calyce obiter 5-fido aut plane 5-dentato tubuloso, pentagono; nuculis glabris basi planis; corolla infundibuliformi fauce pilosa.
G. 334. PULMONARIA T.
8 Corolla tubulosa aut cuneiformi 9
Corolla infundibuliformi aut campanulata 10
9 Nuculis 4 unilocellis. (Caules et folia hispida.) G. 331. ONOSMA L.
Nuculis 2 bilocellis. (Caules foliaque glabrescentia.)
G. 332. CERINTHE L.
10 Corolla irregulari campanulata, vel a basi sensim ampliata limbo oblique secto; staminibus corolla sublongioribus. G. 333. ECHIUM T.
Corolla regulari infundibuliformi tubo tenui 11
11 Fauce corollae flavae squamulis minimis glabrisque ornata; filamentis anthera brevioribus . . . . . G. 336. ALKANNA TSCH.
Fauce corollae nuda, plicata aut villosa, (rarissime penicellis pilorum quinis praedita); staminibus strictis, tubo corollae inclusis.
G. 335. LITHOSPERMUM T.
12 Corolla basi tubulosa 13
Corolla exacte rotata caerulea, rarius alba; fornicibus 10 biserialibus difformibus. . . . . G. 326. BORAGO T.

13 Squamis (fornicibus) corollae hypocrateri-, aut infundibuliformibus brevibus obtusisque 14
Fornicibus corollae cylindrico-campanulatae lanceolato - subulatis, in conum coalitis, margine glanduloso dentatis.
G. 330. SYMPHYTUM T.
14 Tubo corollae stricto, et nec unquam flexuoso 15
Tubo corollae infractim flexuoso et sursum curvato vel arcuato limbumque irregularem et obliquum gerente. G. 328. LYCOPSIS L.
15 Nuculis basi annullo cinctis et inter annulum excavatis . . . 16
Nuculis nec annullo cinctis, nec basi excavatis 17
16 Faux corollae fornicibus obtusis exacte clausa. G. 327. ANCHUSA L.
Faux corollae fornicibus minutis pilosis obsita, sed his vix coarctata ; limbo corollae atro-fuscae tubum aquante.
G. 329. NONNEA MED.
17 Fauce corollae caeruleae, rubrae aut violaceae vel albidae squamulis convexis glabriusculis omnino clausa. . G. 337. MYOSOTIS L.
Fauce corollae flavae penicellis pilorum quinis praedita. Vide 11.

Fam. LV. **Labiatae Juss. Usnače.**

Flor. hermaph. irregulares; calyx tubulosus persistens; corolla hypogyna limbo saepissime bilabiato 4—5-lobo; stamina tubo corollae inserta 4 didynama, rarius subaequalia et rarissime tantum 2; fructus nuculae 4 calyce inclusae. (Pl. ramis foliisque oppositis exstipulatis.) Vide p. 538.

1 Stylo staminibusque tubo corollae inclusis 2
Stylo staminibusque e tubo corollae prominulis, i. e fauce corollæ exsertis 4
2 Dentibus calycis post anthesim divaricatis 3
Dentibus calycis demum conniventibus calycemque fructiferum claudentibus; labio corollae superiori bifido, inferiori trifido. (Fl. in spicas congesti.) . . . . G. 339. LAVANDULA L.
3 Nuculis (acheniis) basi triangulari obtusis et apice plano 3-angulari truncatis. (Fl. albi.) . . . . G. 363. MARRUBIUM T.
Nuculis basi apiceque rotundato - obtusis. (Fl. flavi v. albidi et roseo-fuscati.) . . . . G. 362. SIDERITIS L.
4 Staminibus (fertilibus) nonnisi duobus 5
Staminibus 4, omnibus perfectis et fertilibus 7
5 Corolla ringente; calyce bilabiato 6
Corolla infundibuliformi 4-fida, lacinia superiori emarginata; calyce 5-dentato. . . . . G. 342. LYCOPUS T.

6 Labio corollae superiore 2-partito, plano, erecto, inferiore 3-fido. (Folia linearia margine revoluta.) . . G. 343. ROSMARINUS T.
Labio corollae superiore falcato, galeato, integro aut 3-dentato, inferiore 3-lobo, lobo medio emarginato. . . G. 344. SALVIA L.
7 Corolla subregulari infundibuliformi, 4-fida, lobis subaequalibus, tubo illius intus glabro, nudo, i. e. intus absque pilorum annullo 8
Corolla omnino irregulari 1-, vel bilabiata 9
8 Calycis fauce villis clausa, limbo subbilabiato; lacinia corollae superiore integra . . . . G. 341. PULEGIUM MILL.
Calycis fauce nuda, dentibus subaequalibus; lacinia corollae superiore emarginata . . . . G. 340. MENTHA T.
9 Corolla bilabiata 10
Corolla nonnisi 1-labiata, labio superiore aut plane nullo aut brevissimo; calyce 5 dentato aut 5-fido 34
10 Staminibus non parallele decurrentibus, et quidem aut superius divergentibus, aut basi distantibus et apice convergentibus . . 11
Staminibus parallelis, approximatis labioque superiori arcte adpressis, rarius a labio inferiore adscendentibus aut illi incumbentibus 18
11 Calyce regulari 5-dentato 12
Calyce irregulari, bilabiato 15
12 Staminibus apice sub labio corollae superiore arcuatim conniventibus 13
Staminibus superius divergentibus 14
13 Calyce tubuloso - campanulato 10-striato; loculis antherae apice junctis, connectivo ovato aut subtriangulari oblique adnatis, basi demum divergentibus. . . . . G. 347. SATUREJA L.
Calyce tubuloso basi subaequali 13-striato; loculis antherae connectivo bipartito basin usque divisis, patulis, demum reflexis.
G. 348. MICROMERIA BENTH.
14 Labio corollae superiore plano bifido, inferiore 3-fido, lacinia intermedia minore obcordata; antherarum sacculis apice invicem cohaerentibus. (Folia lanceolata integerrima.) G. 352. HYSSOPUS T.
Labio corollae superiore emarginato, inferiore 3-fido, laciniis subaequalibus; sacculis antherarum invicem quidem sejunctis, sed connectivo transverse adnatis. (Folia ovata aut elliptica.)
G. 345. ORIGANUM L.
15 Staminibus superius divergentibus; labio superiore recto emarginato. (Flores purpurei aut rosei.) . . . . . . G. 346. THYMUS T.

Staminibus sub labio superiore convergentibus 16

16 Floribus verticillatis involucratis, involucro e foliolis setaceis composito, verticillum totum, nequaquam autem singulos flores cingente et suffultiente. . . . . . . G. 350. CLINOPODIUM T.

Floribus non involucratis, i. e. involucro plane nullo . . . 17

17 Labio corollae superiore concavo (fornicato) emarginato; antheris apicibus conniventibus. (Fl. albi.) . . . G. 351. MELISSA T.

Labio corollae superiore recto planiusculo, fauce bigibberosa gibbis pilis stipatis; antheris parallelis. G. 349. CALAMINTHA MNCH.

18 Labio corollae superiore 4-fido, inferiore integro; staminibus labio inferiori incumbentibus ; antheris in patellulam orbicularem dehiscentibus. . . . . G. 338. OCYMUM L.

Labio corollae superiore integro, emarginato, rarius bifido, inferiore 2—3-laciniato; staminibus sub labio superiore parallelis. 19

19 Calyce bilabiato, fructifero labiis incumbentibus clauso; labio corollae superiore fornicato 20

Calyce semper aperto, nec apice compresso, dentibus calycinis distantibus aut convergentibus; staminibus post anthesim interdum extrorsum deflexis 21

20 Staminibus apice dentiferis aut gibbere notatis; labio corollae inferiore 3-fido, tubo annullo pilorum proviso; labiis calycinis denticulatis. . . . . G. 369. PRUNELLA L.

Staminibus apice calycisque labiis edentulis; labio corollae inferiore indiviso; tubo calycis epiloso. . G. 368. SCUTELLARIA L.

21 Nuculis drupaceis; labio corollae inferiore 3-fido, lobo medio majore, tubo annullo pilorum proviso. . . . G. 370. PRASIUM L.

Fructu non drupaceo 22

22 Labio corollae superiore plano rectoque 23

Labio corollae superiore fornicato. 25

23 Lacinia intermedia labii inferioris corollae valde convexa margine evidenter crenata; antheris parallelis . G. 353. NEPETA L.

Lacinia intermedia labii inferioris corollae omnino plana; antheris per paria in crucem dispositis . . . . . . , . . . 24

24 Calyce tubuloso 5-dentato; staminibus superioribus longioribus. (Folia cordata v. reniformia; flores violacei.) G. 354. GLECHOMA L.

Calyce amplo, campanulato, lobato-bilabiato ; staminibus inferioribus longioribus. (Fl. purpurei v. albo et purpureo variegati.) G. 356. MELITTIS L.

25 Calyce exacte bilabiato dentato, staminibus apice antrorsum curvatis; labio corollae superiore fornicato, lacinia intermedia labii inferioris obcordata. (Fl. speciosi violacei bracteati.)
G. 355. DRACOCEPHALUM L.
Calyce regulariter 5-dentato 26
26 Laciniis corollae labii inferioris lateralibus minimis dentiformibus aut plane nullis. (Fl. purpurei, rarius albi.) G. 357. LAMIUM T.
Laciniis labii inferioris omnibus exacte evolutis 27
27 Annullo pilorum in tubo corollae nullo 28
Annullo pilorum in tubo corollae conspicuo 30
28 Lacinia intermedia corollae labii inferioris subquadrangula basique utrinque dente acuto cavoque notata. G. 359. GALEOPSIS L.
Lacinia labii inferioris aliter conformata et absque dente conico 29
29 Nuculis rotundato-obtusis. (Folia cordata; flores purpurei aut pallide luteoli.) . . . . G. BETONICA T.
Nuculis apice plano triangulari-truncatis. (Folia oblonga grosse serrata; fl. albi.) . . . . G. 366. CHAITURUS EHRH.
30 Laciniis corollae labii inferioris omnibus acutis. (Fl. flavi.)
G. 358. GALEOBDOLON HUDS.
Laciniis labii inferioris plus minusve obtusis; floribus nec flavis, nec luteis 31
31 Nuculis apice rotundatis 32
Nuculis plano triangulari truncatis 33
32 Staminibus defloratis contortis et extrorsum reflexis; lobo medio labii inferioris corollae obovato aut obcordato. G. 360. STACHYS L
Staminibus etiam defloratis rectis; lobo medio labii inferioris corollae obcordato; calycis dentibus aristatis. (Folia ovata v. cordata rugosa.) . . . . G. 364. BALLOTA T.
33 Staminibus basi appendiculatis. (Folia cordata, crenata.)
G. 367. PHLOMIS T.
Staminibus basi nudis, exapendiculatis. (Folia palmato-5-fida.)
G. 365. LEONURUS L.
34 Corolla labio superiore brevissimo e lobulis 2 minutis composito, inferiore 3-fido multotiesque majori. . . . G. 371. AJUGA L.
Corollae labio superiore plane nullo, inferiore 5-lobo.
G. 372. TEUCRIUM L.

Fam. LVI. **Polygaleae Juss. Krestušci.**

Flor. hermaph. aestivatione imbricati; calyx 5-sepalus, 2 interioribus majoribus saepe petaloideis; corolla irregularis; petala 3—4 hypogyna cum tubo stamineo plus minus connata corollamque monopetalam mentientia; capsula compressa; stamina monadelpha. Vide p. 597.

Fam. LVII. **Monotropaceae Nutt. Bezlistnice.**

Calyx 5-sepalus persistens; petala 5 hypogyna aestivatione imbricata; stamina libera; stylus 1, stigma magnum infundibuliforme. (Plantae aphyllae.) V. p 600.

Fam. LVIII. **Pyrolaceae Lindl. Kruščice.**

Calyx 5-partitus; petala 5; stamina 10 filamentis complanatis; discus hypogynus nullus; semina minutissima arillo tubuloso inclusa. (Herbae perennes foliis sempervirentibus.) Vide p 601.

Fam. LIX. **Ericineae Desv. Vrèsnjače.**

Calyx limbo 4—5-partito v. 4—5-fido, persistens; corolla 4—5-partita hypogyna; stamina ante corollam disco hypogyno inserta, libera. (Fruticuli foliis exstipulatis sempervirentibus.) Vide p. 603.

1 Corollae calycisque laciniis quaternis; staminibus 8, capsula 4-loculari, 4-valvi 2
Corollae calycisque laciniis quinis, staminibus 5 v. 10 . . . 3

2 Calyce simplici corolla breviore; valvulis capsulae medio septiferis
G. 379. ERICA L.
Calyce basi bracteis 4—6 suffulto; capsula septicide 4-valvi, septis a valvis liberis, columellae adnatis, suturis oppositis.
G. 378. CALLUNA SALISB.

3 Staminibus 5; corolla campanulata; capsula 4-valvi, 4-loculari.
G. 380. AZALEA L.
Stamina 10 4

4 Corolla infundibuliformi vel rotata; capsula 5-valvi, 5-loculari.
G. 381. RHODODENDRON RICH.
Corolla campanulata v. subglobosa; fructu baccante vel drupaceo 5

5 Floribus in brevem racemum congestis; drupa nucleo 5-loculari, loculis 1-spermis. (Fruticulus prostratus.)
G. 377. ARCTOSTAPHYLOS ADNS.
Floribus in paniculas nutantes dispositis; baca 5-loculari, loculis 4—5-spermis. (Frutex erectus.) . . . . G. 376. ARBUTUS T.

Fam. LX. **Styraceae Cl. Rich. Dievičine.**

Calyx liber vel basi ovario adhaerens limbo 5-fido v. subintegro; corolla perigyna profundissime 5—7-partita; stamina 7—8 corollae basi inserta; fructus calyci basi adnatus. (Frutex pilis stellatis canescens.) Vide p. 608.

Fam. LXI. **Ebenaceae Cl. Rich. Revanovci.**

Flores polygami; calyx limbo 3—4—6-lobo; corolla 3- v. 6-loba, stamina imo corollae inserta, inclusa; bacca globosa. (Frutices foliis alternis, floribus cymosis.) Vide p. 608.

Fam. LXII. **Aquifoliaceae DC. Božikovina.**

Flor. hermaph., rarius abortu unisexuales; calyx 6—7-dentatus; corolla 4—6-loba; fructus drupaceus. (Frutices foliis alternis spinosis.) Vide p. 609.

Fam. LXIII. **Oleaceae Lindl. Maslinjače.**

Flor. hermaph. completi, vel dioici nudi; stamina bina antheris dorso affixis. (Arbores fruticesve ramis foliisque oppositis exstipulatis.) Vide p.. 609.

1 Fructu carnoso, drupaceo vel baccante 2
Fructu sicco, capsulari vel nucumentaceo 4
2 Corolla rotata, vel deplano-campanulata, profunde 4-partita . . 3
Corolla infundibuliformi, limbo 4-fido; bacca nigra, floribus albis.
G. 387. LIGUSTRUM T.
3 Stigmate bifido, emarginato; drupa 1—2-sperma putamine osseo. (Folia discoloria, acute mucronata.) . . . . G. 385. OLEA T.
Stigmate simplici, integerrimo, incrassato; drupa 1-sperma putamine fragili. (Folia sparsa concoloria.) . G. 386. PHILLYRIA T.
4 Capsula 1—2-sperma, 2-locularis, 2-valvis, valvis navicularibus, maturitate fissis. (Folia simplicia). . . . G. 389. SYRINGA L.
Nuce plano-compressa; floribus polygamo-dioicis. (Folia 3--6-juga.)
G. 388. FRAXINUS T.

Fam. LXIV. **Jasmineae R. Br. Čeminovice.**

Flor. hermaph. regulares; calyx 5—8-fidus; corolla 5—8-loba lobis aestivatione contortis; fructus baccatus. (Frutices foliis oppositis pinnatis.) V. p. 613.

Fam. LXV. **Asclepiadeae R. Br. Svionice.**

Flor. hermaph.; calyx 5-partitus, corolla 5-fida; stamina 5 imo corollae inserta filamentis plerumque in tubum foliolis 5 ornatum stylumque includentem coalitis; fructus e foliculis binis compositus. Vide p. 614.

1 Filamentis staminum in tubum connatis 2
Filamentis liberis, antheris dorso barbatis, apice cohaerentibus; corolla fauce tuberculis 5 aristatis signata. G. 391. PERIPLOCA L.
2 Corona staminea 5-phylla 3
Corona staminea monophylla 5-loba aut 10-fida.
G. 394. CYNANCHUM R. BR.
3 Foliculis laevibus aut villosiusculis. (Herbae foliis ovalibus.)
G. 393. ASCLEPIAS T.
Foliculis setis longissimis herbaceis consitis. (Fruticulus foliis lanceolato-linearibus.) . . . . G. 392. GOMPHOCARPUS R. BR.

LXVI. **Apocyneae R. Br. Naherice.**

Flor. regulares aestivatione contorto-imbricati; stamina 5 tubo corollae 5-partitae inserta; stylus indivisus stigmate medio glanduloso; antheris stigmati incumbentibus. (Herbae fruticesve foliis oppositis aut verticillatis simplicibus.) Vide p. 617.

Corolla infundibuliformi fauce pentagona laceri-multifida coronata; seminibus longe barbatis. (Frutices foliis lanceolatis.)
G. 395. NERIUM L.
Corolla hypocrateriformi fauce nuda ampliata; seminibus nudis.
G. 396. VINCA L.

Fam. LXVIII. **Gentianeae Juss. Vladisaonice.**

Flor. hermaph. regulares; calyx et corolla 4—10-fida aestivatione contorta; stamina corollae inserta illiusque laciniis numero aequalia et cum illis alternantia; stylus 1, stigmata 2; capsula 1—2-locularis, 2-valvis. (Herbae foliis exstipulatis.) Vide p. 618.

1 Ovario disco hypogyno imposito vel glandulis stipato; foliis alternis 2
Disco hypogyno nullo; foliis oppositis 3
2 Corolla infundibuliformi; floribus racemosis albis laciniis corollæ barbatis. (Folia ternata.) . . . . G. 397. MENYANTHES L.
Corolla rotata laciniis imberbibus, ciliatis; floribus subcymosis flavis. (Folia cordato-orbiculata.) . . G. 398. VILLARSIA VENT.

3 Calyce 4—9-fido; corolla campanulata vel hypocrateriformi, tubo cylindrico, limbo 4—9-fido 4
Calyce 5-fido; corolla infundibuliformi, limbo 5-fido; antheris defloratis spiraliter contortis; floribus carneis.
G. 401. ERYTHRAEA RICH.
4 Calyce exacte 8-partito; corolla hypocrateriformi lutea, limbo 8-partito; staminibus 8 fauci corollae insertis. G. 399. CHLORA L.
Calyce 4—9-fido vel dimidiato-spathaceo; corollae tubo cylindrico vel campanulato, limbo 4—9-fido; staminibus 4—5 tubo corollae insertis. . . . . G. 400. GENTIANA L.

Fam. LXVIII. **Polemoniaceae Lindl. Jurnice.**

Fl. hermaph.; calyx 5-fidus; corolla 5-loba rotata, fauce staminum basi dilatata clausa. (Folia pinnata.) Vide p. 627.

Fam. LXIX. **Convolvulaceae Juss. Slakovice.**

Flor. hermaph. regulares; calyx persistens 5-sepalus, raro 5-fidus; corolla turbinata caduca limbo 5-lobo et 5-plicato, aestivatione plicato-contorta; stylus simplex, stigmata 2-capsula 2—4-valvis. Vide p. 627.

Fam. LXX. **Cuscuteae Presl. Predenčanice.**

Fl. regulares; calyx 4—5-lobus; corolla campanulata vel urceolata aestivatione imbricata; stamina 4—5 corollae inserta lobisque illius alterna. (Herbae aphyllae, chloroticae, parasiticae.) Vide p. 630.

Fam. LXXI. **Solaneae Juss. Pomočnice.**

Flor. hermaph.; calyx 5-lobus, 5-fidus, aut 5 dentatus; corolla hypogyna limbo 5-fido v. 5-partito; stamina 5 basi corollae inserta antheris conniventibus vel plane cohaerentibus; fructus capsularis v. baccatus. (Pl. foliis alternis exstipulatis.) Vide p. 632.

1 Fructu sicco, capsulari, dehiscente 2
Fructu baccato, succulento, indehiscente 5
2 Corolla infundibuliformi 3
Corolla tubuloso-campanulata 5-loba; capsula subrotunda, basi circumscissa calyceque campanaeformi inclusa.
G. 412. SCOPOLINA SCHULT.
3 Calyce toto persistente; capsula inermi 4
Calyce tubuloso supra basim persistentem deciduo; capsula coriacea spinosa incomplete 5-loculari. . . . G. 416. DATURA L.

4 Capsula longitudinaliter dehiscente; corolla cylindraceo-infundibuliformi, limbo regulari. . . . . G. 415. NICOTIANA T.
Capsula circumscisse dehiscente; corolla cylindraceo - infundibuliformi, limbo plus minusve irregulari (Folia plus minusve angulata.) . . . . G. 414. HYOSCIAMUS T.
5 Corolla rotata tubo brevissimo 6
Corolla campanulata, infundibuli- vel hypocrateriformi . . . 9
6 Bacca libera calyci immutato insidente 7
Bacca calyce inflato auctoque inclusa. (Flores solitarii.) G. 408. PHYSALIS L.
7 Antheris rima longitudinali dehiscentibus 8
Antheris apice poro dehiscentibus. (Fl. in racemos v. cymas congesti.) G. 406. SOLANUM L.
8 Calyce 5-fido; antheris apice in membranam productis, cohaerentibus. (Folia pinnata.) . . . . . . G. 407. LYCOPERSICUM T.
Calyce 5-dentato; antheris apteris conniventibus; floribus alternis solitariis. (Folia simplicia.) . . . . G. 409. CAPSICUM T.
9 Staminibus tubo corollae inclusis; calyce in fructu patente . . 10
Staminibus fauce corollae longe exsertis; calyce fructus arcte adpresso. (Frutices plus minus spinescentes.) . G. 405. LYCIUM L.
10 Bacca nigra lucida biloculari; calyce campanulato 5-partito aequali; corolla subcylindrico-campanulata. (Flores luride purpurei intus basi flavidi.) . . . . G. 410. ATROPA L.
Bacca lutea v. atropurpurea; calyce angulato vel laciniis carinatis; floribus albis; vel tubo albido, limbo caeruleo . . . 11
11 Calyce angulato; corolla campanulata tubo albido, limbo caerulescente; bacca 4—5-loculari. . . G. 411. NICANDRA ADNS.
Calycis laciniis carinatis; corolla infundulari - cumpanulata alba extus viridula; bacca lutea uniloculari. G 412. MANDRAGORA T.

Fam. LXXII. **Verbenaceae Juss. Sporiške.**

Flor. hermaph. irregulares; calyx tubulosus persistens; corolla tubulosa limbo subbilabiato 5-fido lobis aestivatione imbricatis; stamina 4 didyma, vel 2 corollae inserta; pyrenae 4 monospermae pericarpio drupaceo, vel nuculae 4. (Herbae fruticesve foliis oppositis exstipulatis. (Vide p. 641.

Calyce 5-dentato; fructu drupaceo 4-spermo. (Frutex foliis digitatis.) G. 417. VITEX T.
Calyce 5-fido; fructu in 4 nuculas secedente. (Herbae perennes foliis laciniatis.) . . . . G. 418. VERBENA T.

Fam. LXXIII. **Acantaceae Juss. Primognice.**

Flor. hermaph. irregulares; calyx 5-partitus laciniis antica et postica maximis; corolla unilabiata labio 3-fido, basi cartilaginea; capsula 4-sperma seminibus exalbuminosis. (Herbae foliis et bracteis spinescentibus.) *Vide p. 642.*

Fam. LXXIV. **Scrophularineae R. Br. Strupnikovice.**

Flor. hermaph. irregulares v. inaequales; calyx 4—5-sectus, rarius 5-sepalus; corolla inaequaliter 4—5-fida, ringens, personata vel 2-labiata laciniis aestivatione imbricatis; pistillum ovario biloculari, ovulis anatropis, stylus terminalis, stigma indivisum, rarius bilamellatum. (Herbae foliis exstipulatis.) *Vide p. 645.*

1 Floribus diandris, i. e. staminibus 2 fertilibus 2
Floribus didynamis, i. e. staminibus 4 fertilibus, didynamis . . 4
Floribus pentandris, i. e. staminibus 5 fertilibus barbatis; corolla rotata limbo 5-lobo lobis inaequalibus. G. 420. VERBASCUM L.

2 Calyce 4—5-partito ebracteato 3
Calyce 5-sepalo, basi bibracteato, bracteis istis sepalis haud dissimilibus; corolla bilabiata. . . . . . . G. 422. GRATIOLA L.

3 Calyce 4—5-partito; corolla 4-partita, segmento infimo angustiore; capsula emarginata, loculicida, aut subdidyma. G. 427. VERONICA L.
Calyce 5-partito; corolla subaequaliter bilabiata, fauce nuda; capsula rostrata, acuminata . . . . G. 428. PAEDEROTA L.

4 Corolla rotata 5-partita lobis subaequalibus 5
Corolla urceolata, campanulata, bilabiata vel personata . . . 6

5 Staminibus barbatis; capsula biloculari; floribus flavis. G. 421. CELSIA L.
Staminibus imberbibus; capsula 1-loculari, 2-valvi; corollis rubellis, tubo virente. (Herba pusilla, acaulis.) G. 430. LIMOSELA L.

6 Tubo corollae brevissimo ventricoso aut subgloboso 7
Tubo corollae cylindrico aut campanulato 8

7 Corolla bilabiata labio superiore rotundato emarginato, inferiore 3-fido, lacinia media majore. (H. tenera, corolla albida, limbo dilute carneo.) . . . . G. 429. LINDERNIA L.
Corolla subglobosa, limbo minuto 5-lobo, lobo inferiore reflexo. G. 422. SCROPHULARIA T.

8 Corollae tubo basi anterius producto 9

Corollae tubo basi aequali truncato 10

9 Corolla basi gibba et calcarata; capsula apice in valvulas 2 dehiscente . . . . G. 424. LINARIA L.

Corolla basi gibba ecalcarata; capsula apice foraminibus 3-dehiscente. . . . . G. 425. ANTIRRHINUM L.

10 Calyce 5-fido aut 5-dentato 11

Calyce nonnisi 4-dentato, rarius 4-fido 12

11 Corolla campanulata limbo oblique 4-fido, lacinia superiore emarginata; antheris appendiculatis. (H. foliis simplicibus indivisis.) G. 426. DIGITALIS T.

Corolla ringente, labio superiore cassideo, compresso, inferiore longiore 3-fido; antheris basi mucronulatis vel spinulosis, laciniis calycis foliaceis incisis. (H. foliis pinnatifidis pinnatisve.) G. 432. PEDICULARIS L.

12 Calyce compresso-ventricoso, demum inflato, chartaceo; corollae flavae galea compresso-cucullata, infra bidentata. G. 437. RHINANTHUS L.

Calyce herbaceo, nec compresso ventricoso, nec inflato-chartaceo 13

13 Corolla fauce 3-angulari aut 3-gona, labio superiore margine replicato, inferiori 3-sulco; fructus loculis 1—2 spermis. G. 431. MELAMPYRUM T.

Corollae compressae aut infundibulariter dilatatae, margine labii superioris non reflexo; fructus loculis 6-, v. plurispermis . . 14

14 Capsula in rostrum attenuata, ovoidea; coriacea. (Folia superiora inciso-serrata vel palmatifida.) . . . . .G. 434. TRIXAGO LK.

Capsula omnino erostri 15

15 Calyce exacte campanulato 4-fido; seminibus alatis. (Fl. violaceo-rubri, puberuli.) . . . . G. 433. BARTSIA L.

Calyce tubuloso, rarius subcampanulato 16

16 Laciniis labii inferioris corollae cordato-excisis; antherarum sacculo inferiore staminum breviorum spinula longiore armato, cæteris sacculis tenuissime et breviter mucronatis; floribus ex albo, roseo et violaceo variegatis . . . . G. 435. EUPHRASIA L.

Laciniis labii inferioris integris, non excisis; antherarum sacculis omnibus aequaliter mucronatis; floribus concoloribus dilute purpureis aut luteis. . . . . G. 436. ODONTITES DUB.

Fam. LXXV. **Orobancheae Juss. Volovodke.**

Flor. hermaph. irregulares; calyx monosepalus 3-bracteatus, aut diphyllus et unibracteatus; corolla bilabiata. (Herbae aphyllae chloroticeae in radicibus aliarum plantarum parasiticae.) Vide p. 690.

1 Corolla basi glanduloso-carnosa, denique basi circumscissa remanente, secedente; floribus spicatis. (Squamis caulinis alternis.) . 2
Corolla basi integra decidente; ovario antice glandula libera fulto; floribus cernuis secundisque. (Squamis caulinis oppositis.)
G. 440. LATHRAEA L.
2 Calyce dissepalo unibracteato, sepalis utrinque, vel saltem postice distinctis; capsula solo apice bivalvi. . G. 438. OROBANCHE T.
Calyce 1-sepalo, 4—5-fido, 1-bracteato et 2-bracteolato; capsula medio 2-valvi, valvis basi et apice cohaerentibus.
G. 439. PHELIPAEA DESF.

Fam. LXXVI. **Lentibularieae Rich. Miešinčine.**

Flor. hermaph. irregulares; calyx 2-sepalus vel 5-partitus; corolla bilabiata tubo brevissimo, basi antice calcarata; stamina 2 imae corollae inserta. (Herbae aquaticae vel paludosae.) Vide p. 696.

Calyce 5-partito; corolla ringente. (Folia simplicia, indivisa)
G. 441. PINGUICULA T.
Calyce 2-sepalo; corolla personata. (Folia pinnata, multipartita.)
G. 442. UTRICULARIA L.

Fam. LXXVII. **Primulaceae Vent. Jaglikovice.**

Flor. hermaph.; calyx persistens 5-fidus vel 5-partitus; corolla hypogyna 5-loba, fauce nuda aut squamulis vel glandulis coronata, limbi laciniis lobis calycinis alternis; stamina 5 corollae inserta et illius laciniis opposita. (Herbae acaules foliis radicalibus rosulatis, vel caulescentes et foliis caulinis oppositis aut verticillatis, rarius alternis.) Vide p. 698.

1 Caulibus (scapis) floridis aphyllis, foliis basilaribus rosulatis aut aqua submersis 2
Caulibus foliosis, foliis verticillatis aut oppositis, rarrissime alternis 6
2 Corolla 4—5-fida, laciniis deplanis, patulis reflexisve; capsula dentibus 4, 5 vel 10 dehiscente 3
Corolla campanulata limbo 5-fido, laciniis multifidis; capsula apice circumscisse dehiscente et operculo delapso multidentata.
G. 449. SOLDANELLA T.

3 Corolla tubo brevi campanulato, limbo 5-partito, laciniis elongatis refractis; pedunculis aestivatione spiraliter contortis. (Radix tuberosa.) . . . . G. 450 CYCLAMEN L.

Corolla laciniis abbreviatis deplanis, rectisve; nec pedunculis spiraliter contortis, nec radice tuberosa 4

4 Tubo corollae ovato, apice coarctato, fauce fornicibus brevibus instructa. . . . . G. 446. ANDROSACE T.

Tubo corolla contracto et pededentim in limbum transeunte, cylindrico aut infundibuliformi 5

5 Calyce 5-partito. (Folia pectinato-pinnatifida, submersa.) G. 448. HOTTONIA L.

Calyce 5-fido. (Folia nec pinnatifida, nec laciniata, nec unquam submersa.) . , ... G. 447. PRIMULA L.

6 Corolla regulari; calycibus foliisque inermibus 7

Corolla bilabiata 5-partita, laciniis 4 superioribus bifidis, quinto integro; calyce foliisque spinescentibus. . . . G. 452. CORIS T.

7 Staminibus 4, 5, 6, omnibus fertilibus 8

Staminibus 10, de his 5 sterilibus (absque antheris, et 5 fertilibus 10

8 Foliis omnibus simplicibus et indivisis 9

Foliis pectinato-pinnatifidis. Vide 5.

9 Staminibus nonnisi 4; calyce corollaque 4-partitis, floribus sessilibus albis . . . . G. 445. CENTUNCULUS L.

Staminibus 5; calyce corollaque rotata 5-partitis floribus longe pedunculatis caeruleis miniatisve. . . . G. 444. ANAGALLIS T.

10 Calyce 5-fido semisupero; corolla breviter campanulata alba; staminibus fertilibus fundo, sterilibus inter lacinias corollæ insertis. G. 451. SAMOLUS T.

Calyce 5-partito; corolla rotata flava aut lutea; staminibus omnibus basi corollae insertis . . . . G. 443. LYSIMACHIA L.

Fam. LXXVIII. **Plantagineae Juss. Terputnice.**

Flor. hermaph., rarius unisexuales, monoici; calyx 4-partitus, in monoicis 3-sepalus; corolla hypogyna 4-fida regularis scariosa; stamina 4, stylus 1. Vide p. 709.

Floribus monoicis, masculis pedunculatis, femineis ad basin pedunculi masculorum sessilibus; calyce 3-sepalo. G. 453. LITTORELLA L.

Floribus hermaphroditis; calyce profunde 4-partito, laciniis2 anterioribus quandoque in unam coalitis; staminibus imo tubo insertis. . . . . G. 454. PLANTAGO T.

Fam. LXXIX. **Plumbagineae Juss. Vranjemiline.**

Flores completi spicato-paniculati aut capitati; calyx tubulosus 5-dentatus plicatus; corolla regularis limbo 5-partito, rarius 5-petala petalis unguiculatis; stamina 5, in monopetalis hypogyna, in polypetalis unguibus petalorum adnata; styli 5, v. 1 stigmatibus 5; capsula apice dehiscens. Vide p. 716.

1 Petalis stylisque quinis 2
Corolla monopetala tubulosa aut infundibuliformi, limbo 5-fido, stylo 1, 5-partito. . . . . G. 457. PLUMBAGO T.
2 Floribus spicatis, spicis secundis. (Folia radicalia rosulata.) G. 456. STATICE W.
Floribus in capitula plus minus condensata congestis, basi involucro communi imbricato cinctis. . . . G. 455. ARMERIA DC.

Fam. LXXX. **Globularieae DC. Glavuljače.**

Flores completi irregulares, 1-bracteati, in capitulum solitarium involucratum congesti; calyx 5-fidus persistens; corolla hypogyna 5-fida inaequalis; stamina 4 tubo corollae inserta; stylus 1, stigma 2-fidum. (Pl. foliis simplicibus exstipulatis.) Vide p. 720.

b) Pl. Synpetalae symphysogynae.

Fam. LXXXI. **Dipsaceae DC. Češljugovice.**

Flores completi irregulares, rarius subregulares receptaculo communi impositi, in capitulum solitarium bracteis involucratum congesti; flores singuli non raro bracteis disjuncti; calyx proprius duplex, uterque persistens; corolla apici calycis inserta 4—5-fida laciniis inaequalibus; stamina 4 tubo corollae inserta; stylus 1, stigma simplex. (Pl. foliis oppositis exstipulatis, floribus capitatis.) Vide p. 721.

1 Florum receptaculo evidenter bracteato 2
Florum receptaculo hirsuto, ebracteato; calyce interiori 8—16-dentato, dentibus e basi latiori subulato-setosis; pappo setoso-multifido. . . . . G. 464. SCABIOSA VAILL.
2 Involucro communi foliaceo subbiseriali 3
Involucro communi squamoso arcte imbricato, semigloboso; calyce exteriore 8-dentato, aut margine scarioso multidentato, interiore pelviformi. . . . . G. 461. CEPHALARIA SCHRD.

3 Limbo corollae 5-fido 4
Limbo corollae nonnisi 4-fido 5
4 Receptaculo communi paleaceo; calyce proprio exteriore rotato, scarioso, integro, interiore pelviformi, setis calycinis 4--5 scabris. G. 462. ASTEROCEPHALUS VAILL.
Receptaculo communi setoso; calyce exteriore octogono, apice 8-foveolato, limbo urceolato, scarioso, denticulato; setis calycinis plurimis plumosis. . . . . G. 463. PTEROCEPHALUS VAIL.
5 Calyce proprio exteriore herbaceo 4-lobo, interiore pelviformi; bracteis receptaculi deplani vel convexiusculi herbaceis muticis. (Caule foliisque inermibus.) . . . . G. 460. SUCCISA M. et K.
Calycis proprii exterioris margine debili, edèntulo, calyce interiore cyathiformi multidentato, subrepando aut integro; bracteis receptaculi conici basi scariosis, aristatis. (Caule et pedunculis aculeatis.) . . . . G. 459. DIPSACUS T.

Fam. LXXXII. **Compositae Adns. Sucvietke.**

Flores in capitulum dense congesti, involucro polyphyllo cincti, receptaculo communi impositi, rarius singuli proprio involucro inclusi et in capitulum commune collecti; calyx proprius tubo suo ovario adnatus, limbo (pappo) scarioso, vario; corolla tubo calycis imposita limbo regulari 5-fido, rarius 4-fido, vel irregulari, vel in ligulam producto; stamina 5 tubo corollae inserta antheris in tubum coalitis; stylus 1, stigmata 2; fructus (achenium) indehiscens, siccus. *Vide p. 723.*

1 Flosculis omnibus tubuloso-infundibuliformibus, licet interdum marginalibus extimis, et quidem hoc in casu neutris, quidquam majoribus et quasi radiantibus 2
Flosculis disci tubuloso- infundibuliformibus, marginalibus autem ligulatis et radiantibus 44
Flosculis omnibus ligulatis, (nec ullis tubuloso-infundibuliformibus.) 76
2 Flosculis singulis proprio calyci insertis, in capitula densissima sphaerica congestis; receptaculo setoso - paleaceo. G. 465. ECHINOPS L.
Flosculis singulis proprio calyce destitutis 3
3 Squamis involucri intimis magnis, elongatis, coloratis et radiantibus, quasi petaloideis et flosculos ligulatos aemulantibus . . 4
Squamis involucri intimis non radiantibus, nec aliter coloratis, nec petaloideis 8

4 Floribus extimis (pseudoradii) femineis, intermediis (disci) hermaphroditis tubulosis aequaliter 5-dentatis; pappo paleaceo, rarissime capillaceo 5
Floribus omnibus hermaphroditis, tubulosis, 5-fidis, conformibus; pappo plumoso vel piloso 7
5 Receptaculo communi evidenter setoso-paleaceo aut simpliciter paleaceo, paleis 3-partitis 6
Receptaculo communi omnino nudo; pappo capillaceo. Vide 31.
6 Flosculis marginalibus bilabiatis, disci tubulosis, aequaliter 5-dentatis; pappo acheniorum disci paleaceo paleis 5—10 lanceolatis, marginalium nullo. . . . . . G. 467. XERANTHEMUM T.
Flosculis omnibus tubulosis obtuse 5-fidis; pappo e paleis lineari-lanceolatis, parallelis, 1-serialibus, rigidis ima basi connatis, in radio brevioribus, sed validioribus; acheniis omnibus papposis. G. 468. AMPHORICARPOS VIS.
7 Florum capitulis cylindricis; squamis involucri inermibus integris, adpressis; floribus purpureis; pappi ramis simplicibus. G. 469. STAEHELINA L
Florum capitulis hemisphaericis; squamis involucri exterioribus foliaceis, dentato-spinosis, patentibus; floribus albis aut flavis; pappi ramis plumosis. . . . . G. 470. CARLINA T.
8 Acheniis pappo paleaceo, piloso aut plumoso coronatis . . . 9
Acheniis epapposis, i. e. pappo plane nullo 35
9 Receptaculo communi paleaceo, alveolato s. favoso aut setoso . 10
Receptaculo plane nudo et deplano 25
10 Pappo plumoso; anthodio imbricato 11
Pappo piloso aut setoso, setis indivisis, rarissime ramosis; anthodio imbricato 14
Pappo aristis 2—5 persistentibus retrorsum aculeatis formato; involucro nonnisi biseriali. Vide 46.
11 Foliolis (squamis) involucri basi carnosis, apice emarginatis cum mucrone. (Pl. cultae foliis pinnatifidis spinescentibus.) G. 479. CYNARA VAILL.
Foliolis involucri nec carnosis, nec emarginatis 12
12 Acheniis compressis, planis 13
Acheniis subgloboso - obovatis. (Folia obverse lanceolata integra, remote spinulosa, subtus albo - tomentosa.) G. 483. CHAMAEPEUCE DC.

13 Foliolis involucri omnibus apice spinula integerrima terminatis. G. 481. CIRSIUM T.
Foliolis involucri spinula pinnatifida terminatis; nectario 5-angulari . . . . G. 482. PICNEMON DALECH.
14 Receptaculo favoso s. alveolato, alveolis laciniatis; flosculis purpureis, omnibus hermaphroditis; acheniis transverse rugosis, pappo basi in annullum concreto, deciduo; squamis anthodii patulis, spinescentibus. . . . . G. 478. ONOPORDON VAILL.
Receptaculo paleaceo aut setoso 15
15 Flosculis marginalibus reliquis majoribus neutris, tubo sensim in limbum infundibuliformem ampliato; pappo setaceo (rarius nullo) achenio breviore; receptaculo setis consito 16
Flosculis marginalibus reliquos non excedentibus, hermaphroditis, femineis masculisve 17
16 Acheniis compressis, umbilico basilari laterali; flosculis hermaphroditis fertilibus numerosis . . . G. 472. CENTAUREA L.
Acheniis teretibus; umbilico basilari centrali; flosculis hermaphroditis fertilibus 2—4. . . . . G. 473. CRUPINA CASS.
17 Foliolis (squamis) involucri apice mucrone uncinato acutissimo instructis; pappo acheniis breviore. (Pl. foliis cordatis ovatisve indivisis) . . . . G. 484. LAPPA T.
Foliolis involucri apice nec hamatis, nec uncinatis 18
18 Floribus flavis, luteis citrinisve 19
Floribus purpureis, rarius albis 20
19 Acheniis cylindraceis cuneatisve sulcatis, pappo triplici provisis, patellari crenato vel denato, setaceo longissimo et setaceo breviore, setis glanduliferis; flosculis marginalibus 3-fidis sterilibus et reliquis minoribus. (Folia mollia semidecurrentia.) G. 471. CNICUS VAILL.
Acheniis tetragonis; pappo paleaceo 3-seriali; flosculis omnibus hermaphroditis 5-fidis. (Folia rigida semiamplexicaulia.) G. 474. KENTROPHYLLUM NECK.
20 Pappo piloso pilis simplicibus et integerrimis 21
Pappo piloso quidem, sed pilis basin versus in ramulos divisis basique in annullum connatis. Vide 7.
21 Staminibus monadelphis 22
Staminibus basi omnibus discretis liberisque 23
22 Squamis involucri foliaceis adpressis. exterioribus latioribus obo-

vatis spinuloso-ciliatis spinaque vallida terminatis, interioribus lanceolatis, integris. (Folia basi amplexicauli-sessilia,)
G. 476. SILYBUM VAILL.

Squamis involucri omnibus conformibus, lanceolatis setaque simplici terminatis (Folia basi decurrentia.) G. 477. TYRIMNUS CASS.

23 Pappo piloso pluriseriali, serie radiorum intima longiore, persistente, radiis denique seorsim decidentibus; squamis involucri arcte imbricatis . . . . G. 485. SERRATULA DC.

Pappo setoso basi annullo vel nodulo conjugato et una cum annullo noduloque deciduo 24

24 Hilo achenii oblongi, compressi basilari horizontali; setis pappi annullo conjunctis. . . . . . . G. 480. CARDUUS GAERT.

Hilo achenii tetraquetri laterali obliquo; setis pappi nodulo breviter cylindrico adnatis. (Folia mollia pinnatifida, subtus tomentosa.
G. 486. JURINEA CASS.

25 Squamis anthodii imbricatis 26

Squamis anthodii uniseriatis; anthodio basi nudo vel calyculato 32

26 Squamis anthodii exacte herbaceis, viridibus 27

Squamis involucri aut ex integro scariosis, vel saltem margine scarioso aut hyalino cinctis, aut cano-tomentosis 29

27 Floribus flavis luteisve; foliis alternis, indivisis 28

Floribus dilute purpureis aut roseis. (Folia saltem inferiora opposita, petiolata 3- vel 5-fida. . . . G. 487- EUPATORIUM L.

28 Flosculis omnibus hermaphroditis, 5-dentatis; styli cruribus strictis, lineari-compressis apicibusque dilatato-lanceolatis conniventibus. (Folia anguste linearia integerrima.) G. 498. CHRYSOCOMA L.

Flosculis radii femineis pluriserialibus, disci hermaphroditis; styli cruribus divergentibus obtusiusculis. (Folia elliptico-lanceolata.)
G. 502. CONYZA L.

29 Anthodio hemisphaerico vel tereti squamis plus minus scariosis imbricato 30

Anthodio pentagono squamis cano-tomentosis imbricato; flosculis marginalibus femineis, filiformibus, illis disci hermaphroditis, 4-dentatis; florum capitulis axillaribus terminalibusque.
G. 527. FILAGO T.

30 Flosculis radii fertilibus; antheris ecaudatis; styli floris hermaphroditi ramis linearibus apice penicellatis 31

Flosculis abortivis; antheris appendice oblonga, angusta apice instructis; styli floris hermaproditi cylindrici, bifidi cruribus li-

nearibus, extus subplanis, superne aequaliter minuteque puberulis. (Fl. lutei, squamae involucri testaceae; folia undulata subdentata.) . . . . G. 499. PHAGNALON CASS.

31 Floribus marginalibus femineis pluriserialibus, disci hermaphroditis, rarius flor. plane dioicis; squamae anthodii albae, brunneæ, rubrae aut nigrescentes. . . . . . . G. 525. GNAPHALIUM L.

Floribus marginalibus femineis paucis et tantum uniserialibus; squamis anthodiis luteis, rarius testaceis.

G. 526. HELICHRYSUM VAILL.

32 Scapo nudo aut squamis vestito, foliis nonnisi radicalibus; florum capitulis solitariis aut racemosis 33

Caule folioso; florum capitulis cymosis 34

33 Scapo 1-, rarius 2—3-cephalo, floribus marginalibus femineis, reliquis hermaphroditis. (Folia cordato-reniformia.)

G. 490. HOMOGYNE CASS.

Floribus racemosis, dioicis aut heterogamis, racemis demum elongatis.) . . . . G. 491. PETASITES T.

34 Antheris apice appendice rotundata instructis; styli floris hermaphroditi ramis subclavatis, a basi puberulis. (Folia caulina reniformia, petiolata; flores purpurascentes.)

G. 489. ADENOSTYLES CASS.

Antheris appendiculatis; ramis styli floris hermaphroditi linearibus apice truncatis barbatisque. (Folia aliter conformata; flores (saltem in nostratis) lutei aut aurantiaci et nonnisi in cultis rubri.) Vide 73.

35 Receptaculo paleis vestito 36

Receptaculo villoso setisve vestito. Vide 43.

Receptaculo omnino nudo 41

36 Flosculis marginalibus majoribus radiantibus, neutris; pappo nullo aut setoso. Vide 16.

Flosculis omnibus aequalibus, marginalibus femineis aut hermaphroditis 37

37 Acheniis compressis obcordatis bialatisque. Vide 48.

Acheniis non alatis, sed omnino apteris 38

38 Squamis anthodii imbricatis; flosculis omnibus 5-dentatis hermaphroditisque; receptaculo conico aut convexiusculo; florum capitulis pedunculatis 39

Squamis anthodii nonnisi 1—2-serialibus; flosculis omnibus 4-

dentatis, marginalibus femineis pluriserialibus, illis disci masculis; receptaculo subulato; capitulis involucratis fere basilaribus. G. 500. EVAX GAERT.

39 Anthodiis sphaericis; floribus croceis. (Folia ovata serraturis spinulosis.) . . . . G. 475. CARTHAMUS T.

Anthodiis campanulatis aut haemisphaericis; floribus luteis; foliis inermibus 40

40 Anthodio campanulato; tubo corollae bialato basi in calcaria bina ovarium stipantia producto. (Folia indivisa) G. 522. DIOTIS DESF.

Anthodio hemisphaerico; corollae basi in cucullum ovarii basin includentem producta. (Folia quadrifariam dentata.) G. 521. SANTOLINA T.

41 Squamis anthodii imbricatis; flosculis omnibus fertilibus . . . 42

Squamis anthodii nonnisi 5--9, uniserialibus; flosculis disci paucis, masculis; acheniis demum tomento speciali aut involucri foliolis involutis. (Herbae humiles tomentosae.) G. 501. MICROPUS L.

42 Squamis anthodii apice patulis reflexisve; antheris caudatis; flosculis disci hermaphroditis; acheniis rostratis. G. 528. CARPESIUM L.

Squamis anthodii arcte adpressis subaequalibus; antheris caudatis et acheniis erostribus 43

43 Anthodiis hemisphaericis aut plano campanulatis; floribus corymbosis, corymbis planiusculis. . . . . . . G. TANACETUM L.

Anthodiis subglobosis ovatisve, aut subcylindraceis; receptaculo nudo aut villoso; floribus racemosis spicatisve. G. 524. ARTEMISIA L.

44 Receptaculo paleis consito 45

Receptaculo omnino nudo 57

45 Anthodii squamis nonnisi biserialibus 46

Anthodii squamis imbricatis 47

46 Pappo aristis 2—5 persistentibus retrorsumque aculeatis formato; receptaculo plano; squamis anthodii exterioribus patulis. (Folia opposita.) . . . . G. 529. BIDENS L.

Pappo aut nullo, aut margine achenii 4-dentato; receptaculo conico. (Folia alterna.) . . . . G. 531. RUDBECKIA L.

47 Pappo plane nullo 48

Pappo evidenti, paleaceo. (Flores omnium flavi.) 50

48 Acheniis obcordatis compressis, evidenter alatis, alis dilatatis et apice in lobum productis. (Flores radiis albis, subtus purpureo-striatis, rarius nullis.) . . . . . . G. 518. ANACYCLUS L.

*

Acheniis omnino apteris, nec obcordato-compressis 49

49 Flosculis radii numerosis; ligulis oblongis angustis albis, rarissime flavis; anthodiis (florum capitulis) hemisphaericis aut deplano ovatis. . . . . G. 519. ANTHEMIS L.

Flosculis radii paucis (nonnisi 5—8), ligulis abbreviatis, obtusis, subquadratis aut subrotundis, sordide albis, rarius luteolis aut rubellis; anthodiis ovatis aut subcylindricis. G. 520. ACHILLEA L.

50 Foliolis (squamis) anthodii intimis elongatis petaloideis, scariosis flosculos ligulatos aemulantibus. Vide 5.

Foliolis anthodii omnibus conformibus, hinc intimis non radiantibus; flosculis radii veris ligulatis, femineis aut neutris . . 51

51 Flosculis radii neutris; antheris ecaudatis; pappo bi- pluri-paleaceo. (Folia 3-nervata.) . . . . . G. 530. HELIANTHUS L.

Fosculis radii femineis fertilibus; antheris evidenter caudatis; pappo paleaceo, saepius brevi et coronaeformi 52

52 Foliolis anthodii apice spinulosis flosculos radii excedentibus; acheniis radii plano-compressis, bialatis. G. 507. PALLENIS CASS.

Foliolis anthodii inermibus; acheniis radii 3-gonis aut teretiusculis 53

55 Flosculis radii basi biauriculatis, disci teretibus, tubo inferne incrassato; acheniis radii trigonis; foliolis anthodii flosculos radii aequantibus aut plane illos excedentibus. G. 506. ASTERISCUS T.

Flosculis radii basi non auriculatis; foliolis anthodii radio multo brevioribus 36

56 Acheniis radii trigonis; antheris breviter caudatis.
G. 505. BUPHTHALMUM L.

Acheniis radii linearibus subteretibus multistriatis; antheris longe caudatis. . . . . G. 508. TELEKIA BMG.

57 Pappo plane nullo 58

Pappo evidenter piloso 63

58 Flosculis radii femineis, fertilibus, illis disci masculis et sterilibus; acheniis curvatis dentatisque; squamis anthodii hemisphaerici conformibus biseriatisque. (Flores lutei.) G. 466. CALENDULA L.

Flosculis omnibus fertilibus, illis radii femineis, disci autem hermaphroditis 59

59 Squamis (foliolis) anthodii biserialibus, aequalibus, herbaceis; stylis flosculorum disci erectis apicibusque conniventibus. (Folia basilaria rosulata; scapi (pedunculi) monocephali.) G. 495. BELLIS L.

Squamis anthodii imbricatis, saepius submembranaceis, rarius herbaceis. 60

60 Receptaculo conico intus cavo; squamis anthodii herbaceis, viridibus. (Fl. albi.) . . . . G. 517. MATRICARIA L.

Receptaculo plano aut convexiusculo, farcto; squamis anthodii saltem margine scariosis 61

61 Acheniis apice 1—2-glandulosis, lateribus autem vel dorso minutissime pluriglandulosis, facie crasse 3-costatis. (Folia bipinnata foliolis lineari-filiformibus.) . G. 516. CHAMAEMELUM VIS.

Acheniis apice eglandulosis 62

62 Acheniis apteris, conformibus, utrinque angulatis aut sulcato-costatis. . . . . G. 515. CHRYSANTHEMUM L.

Acheniis difformibus, illis radii tripteris, illis disci monopteris, alis apice spinulosis. (Folia bipinnatifida superne latiora.) G. 514. PINARDIA CASS.

63 Flosculis radii albis, caeruleis, rubris aut aurantiacis 64

Flosculis radii flavis luteisve 68

64 Squamis anthodii nonnisi 1—2-serialibus, aequalibus 65

Squamis anthodii imbricatis 67

65 Scapo monocephalo, foliis nonnisi basilaribus; receptaculo conico. G. 492. BELLIDIASTRUM MNCH.

Caule folioso 66

66 Squamis anthodii 2-serialibus; flosculis radii albis, biserialibus, femineis . . . . G. 494. DIPLOPAPPUS CASS.

Squamis anthodii tantum 1-serialibus; floribus aurantiacis. V. 73.

67 Flosculis radii pluriseriatis ligulis angustissimis, fere filiformibus; flosculis disci tubuloso-filiformibus. . . . G. 496. ERIGERON L.

Flosculis radii tantum uniserialibus, ligulis linearibus, illis disci tubulosis . . . . G. 493 ASTER L.

68 Caule plus minusve folioso 69

Scapo omnino aphyllo et nonnisi squamis adpressis vestito, monocephalo . . . . G. 488. TUSSILAGO T.

69 Squamis anthodii 1—3-serialibus, conformibus et omnino aequalibus 70

Squamis anthodii evidenter imbricatis 74

70 Foliis caulinis oppositis; squamis anthodii inaequaliter biserialibus G. 511. ARNICA L.

Foliis caulinis alternis 71

71 Squamis anthodii 2—3-serialibus; caule aut monocephalo aut simpliciter corymboso 72

Squamis anthodii tantum uniseriatis, sed anthodiis interdum basi calyculatis 73

72 Acheniis omnibus pappo provisis. . . G. 512. ARONICUM NECK.
Acheniis radii omnino epapposis, nudis. . G. 513. DORONICUM L.

73 Anthodiis basi calyculatis, i. e. foliolis sive squamis minoribus 3—5 linearibus fultis, squamis anthodii propriis apice sphacelatis, nigris brunneisve. . . . . . . G. 509. SENECIO L.
Anthodiis basi nudis, i. e. calyculo nullo; squamis anthodii apice non sphacelatis, nec nigris, nec brunneis. G. 510. CINERARIA L.

74 Antheris apice deorsum bisetis, hinc caudatis; flosculis radii numerosis 75
Antheris ecaudatis; flosculis radii plerumque tantum quinis, rarius octonis. . . . . G. 497. SOLIDAGO L.

75 Pappo duplici, interiore piloso elongato, exteriore brevi pilisque in coronulam, non raro setuloso-lacinulatam, connatis. G. 503. PULICARIA GAERT.
Pappo piloso, omnino conformi. . . . . . . G. 504. INULA L.

76 Paleis receptaculi achenia includentibus iisque adnatis. (Folia foliolaque anthodii aculeata, pungentia; flores lutei.) G. 532. SCOLYMUS T.
Foliis foliolisque anthodii inermibus, nec paleis acheniis adnatis 77

77 Pappo aut plane nullo, aut illius loco margine achenii quidquam prominulo 78
Acheniis, saltem interioribus pappo piloso aut paleaceo coronatis 82

78 Floribus flavis luteisve; squamis anthodii uniserialibus aequilongis basique calyculatis; receptaculo nudo 79
Floribus caeruleis (raro lilacinis aut albis et nunquam flavis aut luteis); involucro duplici, exteriore 5-, interiore 8-phyllo; receptaculo nudo aut subfavoso . . . . . G. 530. CICHORIUM L.

79 Scapo uni- aut plurifloro 80
Caule folioso, plus minusve ramoso 81

80 Scapo unifloro, aequali, non incrassato, acheniis 3-striatis. (Folia runcinata.) . . . . G. 535. ARNOSERIS GAERT.

81 Acheniis rectis 20-striatis; foliolis anthodii fructiferi erectis acheniisque adpressis. (Caulis ramosus paniculatus. G. 533. LAPSANA T.
Acheniis fusiformibus arcuatisque; foliolis anthodii fructiferi stellatim patentibus et achenia calva arcte involventibus, hinc non deciduis. . . . . G. 536. RHAGADIOLUS T.

82 Pappo paleaceo, paleis brevibus lanceolatisve 83

Pappo, saltem illo acheniorum disci, piloso 85

83 Floribus flavis luteisve; foliolis (squamis) anthodii 8—10, uniserialibus, basi calyculo, sive squamulis minoribus brevioribusque aucto 84

Floribus caeruleis; involucro duplici. Vide 78.

84 Acheniis difformibus, exterioribus et intimis teretibus, intermediis compressis alatisque. (Acaulis, pedunculis radicalibus.) G. 538. HYOSERIS L.

Acheniis conformibus, omnibus teretibus. (Caulis foliosus.) G. 539. HEDYPNOIS T.

85 Pappo, saltem illo flosculorum disci, plumoso. 86

Pappo simpliciter piloso, pilis plus minusve scabris 96

86 Receptaculo evidenter paleaceo 87

Receptaculo omnino nudo 88

87 Anthodio imbricato; pappo biseriali, paleis linearibus. (Caulis 1-2-cephalus aphyllus aut 1—2-phyllus.) . G. 541. HYPOCHAERIS L.

Anthodio simplici, polyphyllo, subcalyculato; pappo uniseriali; paleis basi latioribus. (Caulis palmaris ramosus, subnudus, glaber.) G. 540. SERIOLA L.

88 Pappo omnium acheniorum conformi 89

Pappo acheniorum marginalium brevi, coroniformi, dentato, disci plumoso, radiis basi latioribus scariosis; anthodiis imbricatis. (Scapus monocephalus.) . . . . G. 544. THRINCIA RTH.

89 Squamis (foliolis) anthodii imbricatis, aut anthodio basi calyculato 90

Squamis anthodii 8 — 12 uniserialibus, squamis (foliolis) basi connatis 94

90 Anthodio basi calyculato, sive involucro duplici, exteriore (calyculo) 5-phyllo, phyllis basi cordatis, interiore 8-phyllo, phyllis longioribus; pappo longe stipitato. (Herba asperrima.) G. 542. HELMINTHIA JUSS.

Squamis anthodii imbricatis 91

91 Squamis anthodii exterioribus patulis; pappo deciduo, radiis illius basi in annullum connatis, interioribus latioribus plumosis, exterioribus filiformibus; acheniis, saltem exterioribus, introrsum flexis. . . . . G. 543. PICRIS JUSS.

Squamis anthodii omnibus arcte adpressis; pappo exannullato . 92

92 Pilis pappi plumosi laxis conformibus, illis radiorum intertextis; sqamis anthodii e basi lata pededentim attenuatis; (caulis plerumque paucifolius). 93

Pilis pappi plumosi rigidiusculis non intertextis, radiis basi latioribus et scariosis, plumulis non deciduis. (Scapus aphyllus, mono-, rarius pleiocephallus.) . . . . . . G. 545. LEONTODON JUSS.

93 Acheniis basi stipitatis. (Plantae foliis laciniatis.) G. 546. PODOSPERMUM DC.

Acheniis sessilibus. (Pl. foliis indivisis.) . G. 547. SCORZONERA L.

94 Pappo radii et disci conformi 95

Pappo radii paleaceo, disci plumoso simulque lanuginoso; acheniis subulatis longissime rostratis, striatis, scabris. (Folia linearia semiamplexicaulia; flores rosei.) . . . G. 548. GEROPOGON L.

95 Receptaculo piloso; squamis anthodii nonnisi 8; pappo molli, niveo, stipitato, stipite longissimo, basi inflato cavoque. (Folia runcinata aut inciso-dentata.) . . . G. 550. UROSPERMUM SCOP.

Receptaculo glabro; squamis anthodii 8—12; pappo sordide-albo aut lutescente, stipitato, stipite basi aequali, pilisque radii 5-10 caeteris longioribus simplicibusque. (Folia integerrima.) G. 549. TRAGOPOGON L.

96 Acheniis in rostrum stipitiforme attenuatis, hinc pappis stipitatis 97

Acheniis apice truncatis vel paullisper cuneato-attenuatis ideoque pappis sessilibus 102

97 Rostro acheniorum basi squamulis aut coronula stipato . . . 98

Rostro acheniorum basi nec squamulis stipato, nec coronula proviso 99

98 Floribus in anthodio (in involucro) nonnisi 2 3-serialibus; squamis anthodii plerumque 8. (Caules ramosi, juncei.) G. 552. CHONDRILLA T.

Floribus in anthodio multiserialibus. (Scapo fistuloso, monocephalo, lactescente.) . . . . G. 551. TARAXACUM HALL.

99 Acheniis plano-compressis; squamis anthodii imbricatis, rarius uniserialibus; flosculis nonnisi 1—3-serialibus 100

Acheniis teretibus, fusiformibus; anthodio basi calyculato; flosculis multiserialibus. Vide 108.

100 Acheniis in rostrum filiforme contractis 101

Acheniis in rostrum lanceolatum sensim attenuatis. (Foliis adnato-decurrentibus; caule ramisque virgatis.) G. 555. PHOENIXOPUS CASS.

101 Squamis anthodii uniserialibus suboctophyllis, basi squamulis minimis auctis; flosculis nonnisi 5, uniserialibus. G. 554. MYCELIS CASS.

Squamis anthodii imbricatis; flosculis 2--3-serialibus.
G. 556. LACTUCA T.

102 Acheniis omnibus conformibus 103
Acheniis marginalibus valde gibbis foliolisque anthodii carnoso-incrassatis arcte involutis, aut tricostatis, costis crassis 3-alatis, illis disci fusiformi-teretibus 109

103 Acheniis plano-compressis 104
Acheniis tetragonis, vel subtereti-fusiformibus 106

104 Flosculis multiserialibus. (Folia caulina basi cordata aut plane hastata.) 105
Flosculis nonnisi 2—3-serialibus. (Foliis caulinis adnato-decurrentibus.) Vide 100.

105 Pappo molli, flexili basique coronula destituto. (Flores lutei.)
G. 557. SONCHUS L.
Pappo rigidulo, fragili basique coronula e setulis brevibus confecta cincto. (Flores caerulei.) . . G. 558. MULGEDIUM CASS.

106 Acheniis prismaticis tetragonis, quadricostatis, anguste profundeque sulcatis. (Fol. superiora amplexicaulia.) G. 559. PICRIDIUM DESF.
Acheniis teretiusculis, nec unquam tetragonis 107

107 Florum capitulis nonnisi 5-floris; flosculis uniserialibus purpureis; squamis anthodii suboctonis. G. 553. PRENANTHES VAILL.
Florum capitulis multifloris, flosculis multiserialibus 108

108 Acheniis apice angustioribus vel rostro plus minusve elongato praeditis, 10—30-striatis, rarius subcompressis; anthodio basi calyculata, rarius subimbricato. . . . . . G. 563. CREPIS L.
Acheniis ad apicem usque aequalis latitudinis et in margine apicis annullo tenui instructis, penitus erostratis et nonnisi 10-striatis; anthodio imbricato; pappo fragili. G. 564. HIERACIUM L.

109 Anthodio fructifero toruloso, globoso 110
Anthodio fructifero campanulato aut subcylindrico, aequali; acheniis marginalibus latere interiore 3—5-carinatis; receptaculo paleaceo, paleis capillaribus. (Folia dentata aut lyrata.)
G. 560. PTEROTHECA CASS.

110 Acheniis marginis intus alatis; pappo multiseriali; phyllis anthodii canescentibus, exterioribus lineari subulatis. (Caulis apice divaricate ramosus.) . . . . G. 561. GATYONA CASS.
Acheniis marginis omnino apteris; pappo uniseriali; phyllis anthodii exterioribus dimidio brevioribus, interioribus demum car-

noso-incrastatis gibbosis, apice conniventibus et achenia marginalia arcte includentibus. (Caules dichotomi.) G. 562. ZAZYNTHA T.

Fam. LXXXIII. **Caprifoliaceae Juss. Kozokrvnice.**

Flor. hermaph., rarius abortu unisexuales; calyx superus limbo 4—5-dentato; corolla ovario imposita limbo 4—5 fido; stamina corollae inserta; fructus baccatus. (Frutices, rarius herbae, foliis oppositis.) *Vide p. 905.*

1 Stigmatibus 4—5; stylo saepius plane nullo; corolla regulari . 2
Stigmate 1, stylo filiformi; corolla tubulosa vel subcampanulata, limbo irregulariter 5-partito. . . . . G. 568. LONICERA L.
3 Limbo calycis 3-fido; staminibus 10; stylis 5 subulatis In flore terminali est calyx 2-fidus, corolla 4-fida, stamina 8, styli 4. (Herbulae tenerrimae floribus virentibus.) . . G. 565. ADOXA L.
Limbo calycis 5-dentato; staminibus 5; stigmatibus 3—5-sessilibus 3
3 Calyce nonnisi sub anthesi semisupero, limbo 5-dentato; corollae limbo 5-fido, demum reflexo; bacca 3--5-sperma. (Folia pinnata.) G. 566. SAMBUCUS T.
Calyce exacte supero, limbo 5-dentato; corolla 5-loba; bacca 1-sperma. (Folia simplicia.) . . . , G. 567. VIBURNUM L.

Fam. LXXXIV. **Rubiaceae Juss. Boričine.**

Flor hermaph. regulares, rarius abortu polygami; calycis tubus cum ovario connatus, limbus brevis aut obsoletus; corolla calycis tubo inserta 4—6-fida; stamina corollae inserta laciniis illius numero aequalia et cum iisdem alternantia; stylus 1, saepe 2-fidus, stigmata 2; fructus nucumentaceus v. drupaceus. (Caules tetregoni; folia verticillata, sessilia.) *Vide p. 911.*

1 Corolla rotata tubo brevissimo 2
Corolla infundibuliformi vel campanulata tubo elongato, limbo 3—5-fido; stylo 2-fido; stigmate capitato 4
2 Corollae limbo 4-5-fido; fructu baccato, succoso, didymo. G. 574. RUBIA T.
Corollae limbo 3—4-fido; fructu sicco, nucumentaceo 3
3 Calycis margine edentulo; corollae laciniis liberis, 4, rarius 3; fructu didymo, apice nudo, carpellis subrotundis. G. 569. GALIUM L.
Calycis margine irregulariter 6—8-denticulato; corollae laciniis incurvato-conniventibus, apice cohaerentibus; floribus 3, medio hermaphrodito, corollae limbo 4-fido, lateralibus masculis, corollæ limbo 3-fido; fructu 3-corni, e 3 carpellis composito. G. 575. VAILLANTIA T.
4 Calycis margine 4—6-dentato; corolla infundibulformi . . . 5

Calycis margine obsoleto, edentulo 6

5 Fructu globoso-didymo, sicco, dehiscente, carpellis oblongis. (Herbae annuae.) . . . . G. 572. SHERARDIA L.

Fructu baccato, bacca obovata, umbilicata, biloculari, indehiscente. (Fruticulus ramosissimus decumbens.) . G. 573. PUTORIA PERS.

6 Laciniis corollae patulis ; fructu subrotundo-didymo, carpellis fere hemisphaericis . . . . G. 570. ASPERULA L.

Laciniis corollae conniventibus inflexisque ; carpellis oblongis aut semi-ovatis. (Flores luteoli.) . . . G. 571. CRUCIANELLA L.

Fam. LXXXV. **Valerianeae DC. Odolienike.**

Flores completi aut abortu unisexuales; calyx superus 3—4-dentatus, persistens, aut papiformis et deciduus ; corolla epigyna tubuloso-infundibuliformis tubo interdum inferne in gibber v. calcar producto, limbo 3—5-lobo; stamina tubo corollae inserta, 4 v. pauciora; fructus indehiscens. (Pl. foliis oppositis.) *V. p 926.*

1 Calycis limbo sub anthesi involuto, dein in pappum expanso fructumque coronante ; corolla tubo basi calcarato vel gibbo . . 2

Calycis limbo 5-dentato persistente ; corolla infundibuliformi basi aequali, regulariter 5-fida, alba aut caerulescente.
G. 578. VALERIANELLA MNCH.

2 Corolla basi gibba; staminibus ternis. . G. 576. VALERIANA L.

Corolla basi calcarata ; stamine nonnisi unico.
G. 577. CENTRANTHUS NECK.

Fam. LXXXVI. **Cucurbitaceae Juss. Lubenjače.**

Flores unisexuales regulares; calyx superus 5-dentatus; corolla 5-fida v. 5-partita, basi sua calyci adnata; stamina 5, triadelpha antheris connatis, rarius liberis; stylus 1, stigmata 3—5 biloba; fructus potissimum carnosus loculis saepe evanidis. (Herbae plerumque scandentes cirrhosae foliis alternis.) *V. p. 933.*

1 Corolla 5-fida plus minus campanulata, rarius subglobosa; fructibus potissimum magnis carnosis, rarius capsularibus polyspermis 2

Corolla profunde 5-partita ; fructu baccato 3—6-spermo . . . 6

2 Fructu carnoso indehiscente, interdum lignescente. (Herbae scandentes, cirrhis spiralibus.) 3

Fructu capsulari hispido, maturitate a petiolo soluto semina succumque e foramine basilari elastice contrahendo cum vehementia ejaculante ; staminibus 5, stylis 3, stigmatibus 2-fidis. (Herbæ non scandentes , asperrimae , cirrhis nullis.)
G. 581. ECKBALION RICH.

3 Fructu demum lignescente; corollae albae tubato-infundibulares, margine 5-partito; staminibus monadelphis cum libero. G. 585. LAGENARIA SERG.
Fructu carnoso eduli; corolla campanulata flava aut lutea; staminibus triadelphis 4
4 Seminibus margine obtusis, aut margine tumidiusculo cinctis . . 5
Seminibus margine acutis; antheris conniventibus. G. 583. CUCUMIS T.
5 Connectivo antherae trilobo. (Folia bipinnata.) G. 582. CITRULLUS NECK.
Connectivo antherae indiviso. (Folia cordata 5-loba.) G. 584. CUCURBITA L.
6 Calyce simpliciter campanulato-5-fido; staminibus 3 monadelphis, antheris flexuosis; stylo bifido, stigmatibus capitatis; baccae lævissime. . . . . BRYONIA T.
Calyce campanulato-5-fido extusque infra 3-dentato, dentibus subulatis; staminibus 3, tubuloso-connatis, antheris 4 geminatis cum solitaria; stigmate 5-fido; bacca echinata. G. 580. SICYOS L.

Fam. LXXXVII. **Campanulaceae Bartl. Zvončanice.**

Fl. hermaph.; calyx superus 5-fidus; corolla calyci inserta monopetala, limbi laciniae lobos calycis numero aequantes iisque alternae; stamina 5 ante corollam annullo inserta filamentis basi dilatatis, conniventibus, apice filiformibus; stylus 1, stigma 2—5-fidum; fructus capsularis. (Herbae foliis alternis exstipulatis.) Vide p. 937.

1 Corolla 5-partita laciniis linearibus, primum coalitis, demum a basi apicem versus solutis; floribus in capitula aut spicas congestis 2
Corolla 5-fida laciniis latis, non coalitis, ab apice basim versus solutis; floribus nec capitatis, nec spicatis 3
2 Antheris cohaerentibus; filamentis subulatis; capsula biloculari apice foramine dehiscente. . . . . G. 586. JASIONE L.
Antheris omnino liberis; filamentis basi dilatatis; stylo 2--3-fido; capsula 2—3-loculari foraminibus lateralibus dehiscente. G. 587. PHYTEUMA L.
3 Corolla regulari, laciniis staminibusque conformibus; stylo aut stigmate 3—5-fido 4
Corolla subirregulari, laciniis illius et staminibus difformibus; stylo et stigmate simplici, indiviso. . . G. 589. RONCELLA DUM.
4 Corolla campanulata; capsula brevi subovata aut elipsoidea . 5

Corolla subrotata limbo patente aut deplano; capsula lineari-oblonga, prismatica. . . . G. 592. PRISMATOCARPUS l' HERIT.
5 Staminibus subulatis, basi aequalibus; capsula semisupera, parte libera valvis 3—5 dehiscente. G. 593. WAHLENBERGIA SCHR.
Staminibus basi evidenter dilatatis 6
6 Disco epigyno circa basin styli in tubuli formam prominente; capsula foraminibus 3 dehiscente. G. 591. ADENOPHORA FISCH.
Disco epigyno planiusculo 7
7 Capsula turbinata foraminibus 3-5 dehiscente. G. 588. CAMPANULA L.
Capsula 2—3-loculari in ipso calyce irregulariter dehiscente, valvis caducis et denique intra calycem tota aperta. (Folia linearia ciliata.) . . . . G. 590. EDRAIANTHUS A. DC.

Fam. LXXXVIII. **Vaccineae DC. Brusnjače.**

Flor. hermaph.; calyx 4—5-fidus dentatusve, quandoque subinteger; corolla 4—5-fida, aut 4—5-dentata; bacca globosa; stamina ante discum epigynum, crenatum inserta. (Fruticuli foliis sempervirentibus.) Vide p. 957.

III. Pl. Exogeneae Monochlamideae.

a) Pl. Monochlamideae eleuterogynae.

Fam. LXXXIX. **Phytolaceae R. Br. Kermesače.**

Flor. hermaph. perigonio 4—5-partito aestivatione imbricato; stamina fundo perigonii inserta, 8—20; ovarium 8—10-striatum; stigmata 8--10; bacca 8--10 locularis loculis 1-spermis. (Herbae ramis angulatis foliisque sparsis.) V. p.959.

Fam. XC. **Amaranthaceae Juss. Ščirovine.**

Flor. hermaph. aut abortu 1-sexuales glomerati bracteisque involucrati; perigonium 3—5-partitum, scariosum, aestivatione imbricatum; stamina 3 v. 5 hypogyna, phyllorum numero aequalia, libera v. basi monadelpha; stigmata plura, vel stylus 1 cum stigmatibus pluribus, v. cum stigmate unico. (Herbae ramosae foliis alternis simplicibus.) Vide p. 960.

Floribus tribracteatis, glomeratis, polygamo-monoicis; staminibus 2—5 liberis. . . . . G. 596. AMARANTHUS L.
Floribus bibracteolatis, solitariis; staminibus 1—5, basi in annullum coalitis . . . . G. 597. POLYCNEMUM L.

Fam. XCI. **Sclerantheae Bartl. Treskavičine.**

Flor. hermaph. cymoso - dichotomi, ebracteati; perigonium 4—5-fidum tubo urceolato; stamina 1—10, pluribus saepe sterilibus, omnibus in annullum perigy-

num basi connatis; styli 2 distincti, apice intus stigmatici; utriculus monospermus. (Herbae caule ramisque nodoso-articulatis.) Vide p. 960.

Fam. XCII. **Chenopodieae Vent. Lobodnjače.**

Flor. hermaph. v. unisexuales, glomerati vel solitarii perigonio 5-partito v. 5-phyllo, aestivatione imbricato; stamina fundo perigonii inserta, numero laciniarun aequalia v. pauciora et laciniis opposita; stylus 1 simplex, v. 2-, 3-, 4-partitus, stigmata indivisa; fructus indehiscens, siccus, rarius bacca spuria e calyce carnoso orta. (Folia alterna, (rarius opposita), stipulis vaginisque destituta. Vide p. 963.

1 Perigonio monphyllo integerrimo, spathaeformi, carnoso; stamine 1. (Caulis articulatus, aphyllus.) . . G. 599. SALICORNIA T.
Porigonio diviso, dentato, bi- aut pleiophyllo; caulibus non articulatis, foliiferis 2
2 Perigonio e squamula hyalina 1—5 composito, rarius plane nullo; staminibus 1—2; stigmatibus 2; nuce altero latere convexa, altero compressa. (Folia linearia, 1-nervia, sparsa.) G. 603. CORISPERMUM L.
Perigonio omnino herbaceo, sepaloideo, nec unquam hyalino . . 3
3 Floribus hermaphroditis, omnibusque conformibus 4
Floribus monoicis, dioicis aut saltem polygamis 12
4 Perigonio 2—3-partito (rarissime 5-partito), partitionibus ecarinatis, demum carnoso baccamque spuriam referente. (Folia 3-angularia, subhastata.) . . . . G. 607. BLITUM L.
Perigonio 4—5-fido, rarissime 3-partito, sed nec carnoso et nec unquam baccante 5
5 Perigonio 5-fido aut 5-dentato, laciniis dentibus conformibus . 6
Perigonio nonnisi 4-fido laciniis 2 oppositis majoribus; stamini- 4 basi perigonii insertis; stylo 1 filiformi, stigmatibus 2—3; floribus in axillis foliorum linearium aggregatis. G. 609. CAMPHOROSMA L.
6 Receptaculo omnino libero, supero; perigonio etiam post anthesim immutato, interdum tamen spinescente 7
Receptaculo perigonio semiadnato, ideoque tantum semisupero; perigonio demum indurato, cartilagineo et fructui adnato; floribus 2—3 aggregatis basique connatis; staminibus 5 annullo carnoso germen cingenti insertis. (Folia lato-ovata.) G. 608. BETA L.
7 Perigoniis demum auctis laciniisque aut spinescentibus aut dorso appendicibus membranaceis subpetaloideis provisis; nuculis mem-

brana tenui cinctis; foliis linearibus, aut lineari-lanceolatis, sæpius acute mucronatis, pungentibus 8

Perigoniis etiam post anthesim immutatis, herbaceis; seminibus pericarpio indurato, cartilagineo et nigrescente obductis; foliis latis, rarius linearibus et hoc in casu subcarnosis . . 10

8 Floribus axillaribus solitariis bracteisque 2—3 foliaceis fultis; perigonio 5-partito (Folia mucronata.) 9

Floribus solitariis v. in axillis aggregatis non bracteolatis, sed in spicas foliaceas dispositis (Folia linearia vel lineari-lanceolata, inermia.) . . . . G. 604. KOCHIA RTH.

9 Staminibus disco glanduloso insertis; foliis apice spinulosis.
G. 601. SALSOLA L.

Staminibus receptaculo insertis; foliis apice inermibus.
G. 602. HALOGETON A. MAY.

10 Perigonio 5-partito, inappendiculato, exsucco; semine horizontali; floribus axillaribus glomerulatis. (Folia linearia v. semicylindrica.)
G. 600. SCHOBERIA A. MAY.

Perigonio 5-fido, (rarius 3-partito), exsucco; semine erecto aut horizontali, lenticulari compresso; foliis dilatatis 11

11 Stigmatibus longe subulatis, stylo brevi, crasso, ovario ovato; semine verticali. (Folia triangulari-hastata integerrima.)
G. 606. AGATHOPHYTON MAQ. TAND.

Stigmatibus brevissimis filiformibus, ovario depresso, astylo; semine horizontali. . . . . G. 605. CHENOPODIUM L.

12 Stigmatibus 2—4; perigonio 3—4—5 partito 13

Stigmate nonnisi unico; perigonio bifido; nuce coriacea. (Herba succulenta foliis oppositis, rhombeo-ovatis.) G. 613. THELIGONUM L.

13 Floribus monoicis; staminibus 5; perigonio 2-3-partito; stigmatibus nonnisi 2 14

Floribus dioicis; staminibus 4; perigonio masculo 4-partito, femineo 2—3-fido stylis stigmatibusque 4. . G. 610. SPINACIA T.

14 Perigonio floris feminei compresso bilobo lobis basi bidentatis vel integerrimis; utriculus compressus testa crustacea.
G. 611. ATRIPLEX L.

Perigonio floris feminei compresso, bilobo, basi angustato, lobis evidenter 3-dentatis; utriculus compressus quidem, sed testa membranacea provisus. (Fruticulus foliis oppositis ovato-oblongis.)
G. 612. HALIMUS WALLR.

Fam. XCIII. **Thymeleae Juss. Likovčine.**

Flor. hermaph., raro dioici; perigonium inferum coloratum, tubulosum limbo 4-, rarius 5-fido; stamina 8, rarius 10 fauci tubove inserta; stylo 1, stigma 1; fructus siccus vel bacca. (Folia integerrima exstipulata.) Vide p. 979.

Fructu sicco perigonio persistente incluso. (Folia sparsa aut imbricata.) . . . . G. 614. PASSERINA L.

Fructu baccato, bacca omnino nuda. . . . G. 615. DAPHNE L.

Fam. XCIV. **Laurineae DC. Lovornjače.**

Flores abortu unisexuales, dioici; perigonium inferum 4-partitum; stamina 6 v. 12; stylus 1, stigma 1, fructus bacca. (Arbores.) Vide p. 981.

Fam. XCV. **Eleagneae R. Br. Zlolesine.**

Flor. hermaph. v. dioici; perigonium inferum coloratum 2—4-fidum; stamina fauci perigonii inserta, laciniis ejus numero aequalia illisque alterna, vel dupla; stylus et stigma 1; fructus drupa spuria. (Arbores vel frutices.) Vide p. 982.

Floribus hermaphroditis; tubo perigonii gracili, limbo campanulato 4--5-fido, fauce annullo conico coarctata. G. 617. ELEAGNUS L.

Floribus, dioicis; perigonio fl. masculi 2-partito, feminei tubuloso, apice bifido, annullo ad faucem nullo. G. 618. HIPPOPHAË L.

Fam. XCVI. **Ceratophylleae Gray. Voščine.**

Flores monoici; involucrum 12-phyllum phyllis linearibus, truncatis, bispinulosis; antherae 12—16 brevissime pedicellatae; floris feminei involucrum uniflorum; nux stylo apiculata. (Plantae aquaticae foliis laciniatis, laciniis filiformibus.) Vide p. 983.

Fam. XCVII. **Ambrosiaceae Lk. Repinčine.**

Flores monoici in capitula involucrata congesti; perigonium fl. masc. 1-phyllum, 5-dentatum; stamina 5 fundo perigonii inserta; stylus filiformis, stigma obtusum; fl. fem. perigonium nullum, stylus 1, stigmata 2; fructus nux spuria involucro indurato inclusa. Vide p. 984.

Fam. XCVIII. **Sanguisorbeae Lindl. Oškurušičnice.**

Flor. hermaph., rarius unisexuales; perigonium 4—8-fidum laciniis aestivatione valvatis, tubus apice contractus ovaria libera fovens; faux annullo coarctata; stamina 4, aut abortu pauciora, vel indefinita; ovaria 1—4 stylum ex apice vel e basi emittentia; nux calyce inclusa. (Herbae foliis stipulatis.) V. p. 985.

1 Perigonio 4-fido aut 4-dentato, laciniis dentibusque aequalibus; floribus spicatis capitatisve. (Folia pinnata.) 2

Perigonio 8-fido, laciniis biserialibus inaequalibus, exterioribus 4 minoribus, floribus viridulis; fauce luteolis cymosis. (Folia laciniata, digitata aut ternata.) . . . G. 621. ALCHEMILLA T.

2 Floribus hermaphroditis, staminibus 4 laciniis limbi perigonii oppositis, filamentis superius latioribus; ovario unico; stigmate capitato-penicilliformi. . . . . G. 622. SANGUISORBA L.

Floribus monoicis aut polygamis; staminibus 20—30; ovariis 2—3; stigmatibus penicilliformibus. . . G. 623. POTERIUM L.

Fam. XCIX. **Polygoneae Juss. Dvornjače.**

Flor. hermaph. aut aborta unisexuales bracteati aut involucrati; perigonium 3, 5, 6-partitum persistens, aestivatione imbricatum; stamina 5, 6 v. 8 perigonii basi inserta; ovarium liberum; styli 2—3; fructus indehiscens. (Herbae nodoso-articulatae foliis alternis stipulatis, stipulis vaginantibus.) Vide p. 988.

1 Perigonio ad basin usque 4-partito aut 4—5-fido 2

Perigonio ad basin usque 6-partito laciniis 3 interioribus majoribus: staminibus 6 per paria laciniis perigonii oppositis; stigmatibus plumosis . . . . G. 625. RUMEX L.

2 Perigonio ad basin usque 4-partito laciniis inaequalibus; staminibus 6; stigmatibus 2 penicillatis. . G. 925 b. OXYRIA HILL.

Perigonio 4—5-fida lobis subaequalibus superne coloratis; staminibus 8 biserialibus; stigmate capitato. . G. 624. POLYGONUM L.

Fam. C. **Urticeae Juss. Koprivnjače.**

Flores unisexuales v. polygami, rarius hermaphroditi; perigonium 4-, rarius 3- v. 6-partitum, stamina definita, libera, fundo perigonii inserta; styli 2, rarius 1; fructus indehiscens. (Herbae aut arbores foliis stipulatis, stipulis caducis. Vide p. 1000.

1 Fructu pulposo, baccato aut drupaceo 2

Fructu sicco, nucumentaceo, indehiscente 4

2 Fructu composito spurio, i. e. e receptaculo, perigoniis et utriculis succulentis formato 3

Fructu simplici, drupaceo, drupa monosperma, pyrena ossea. (Arbor excelsa foliis oblongo-lanceolatis argute serratis.) G 633. CELTIS T.

3 Fructu apice perforato, intus cavo. (Arbuscalae v. arbores foliis palmato 3—5-lobis subcordatis.) . . . . . . G. 630. FICUS T.

Fructu impervio, farcto, nigro aut albo . . . G. 631. MORUS T.

4 Arbores excelsae foliis 3—5-lobis aut indivisis 5

Plantae caule herbaceo 6

5 Floribus monoicis, amentaceis, amentis globosis densissimis, femineis masculisque in uno eodemque pedunculo, sed ab invicem distantibus. (Folia 3—5-loba.) . . . . G. 632. PLATANUS T.
Floribus hermaphroditis in cymas v. fasciculos dispositis, praecocibus; fructu ala cincto. (Folia indivisa.) . . G. 634. ULMUS T.
6 Foliis digittatis, vel 3—5-lobis; floribus dioicis 7
Foliis simplicibus indivisisque 8
7 Floribus masculis in racemos laxos, foemineis in spicas dispositis. (Herbae strictae foliis digitatis.) . . G. 628. CANNABIS T.
Floribus masculis paniculatis, femineis conferte amentaceis, bracteatis, bracteis bifloris. (Herbae volubiles foliis oppositis, lobatis.) G. 629. HUMULUS L.
8 Floribus monoicis dioicisve, paniculatis; perigoniis femineis bipartitis; stigmate sessili capitato-penicillato. . G. 626. URTICA T.
Floribus polygamis, pedunculis axillaribus dichotomis, perigoniis 4-fidis, v. 4-phyllis; stylo filiformi, stigmate capitato-penicillato. G. 627. PARIETARIA L.

Fam. CI. **Callitrichineae Lk. Žabovlasice.**

Flores monoici, rarius hermaphroditi bracteis binis oppositis petaloideis involucrati, secus nudi; stamina 1—2; styli 2 filiformes; stigmata acuta. (Plantae aquaticae foliis indivisis.) Vide p. 1007.

Fam. CII. **Euphorbiaceae Juss Mliečernice.**

Flores unisexuales; perigonium definite divisum, duplex, laciniis alternis, rarius nullum, exterius 4—5-fidum, interius 5-phyllum, saepius nullum; stamina centro floris inserta vel sub rudimento pistilli affixa filamentis liberis vel varie connatis; ovarium liberum; stigmata divisa; capsula 2—3-cocca. Vide p. 1009.

1 Floribus monoicis; fructu 3-cocco, 3-noduloso aut 3-rostri; stylis 3, bifidis 2
Floribus dioicis; fructu dicocco; perigonio 3-partito; stylis 2 abbreviatis; stigmatibus 2 elongatis, ciliato-pinnatis. G. 640. MERCURIALIS T.
2 Floribus masculis et femineis discretis, i. e. in diversis sive separatis perigoniis vel involucris, 3—5-partitis, aut 3—5-phyllis; staminibus exarticulatis 3
Floribus masculis et femineis in eodem involucro sive perigonio campanulato, 4- v. 10-dentato; staminibus articulatis. (Herbae lactescentes.) . . . . G. 636. EUPHORBIA L.

3 Perigonio 5-phyllo aut 5-partito; staminibus in tubum stylumve connatis. (Folia alternantia.) 4
Perigonio 3—4-partito; staminibus 4, omnibus liberis. (Fruticuli foliis oppositis sempervirentibus.) . . . G. 637. BUXUS L.
4 Staminibus 5, 8, 10 in annullum aut tubulum connatis . . . 5
Staminibus 5 in stipitem pistilli abortivi ad instar connatis; coccis fructus 2-spermis. (Folia subrotundo-ovata.)
G. 638. ANDRACHNE L.
5 Perigonio 5-partito valvato; staminibus 5 — 10. (Folia ovato-rhombea, tomentosa.) . . . . G. 639. CROZOPHORA NECK.
Perigonio 5-fido; staminibus numerosis, indefinitis. (Folia palmato-partita, glabra.) . . . . G. 641. RICINUS T.

Fam. CIII. **Salicineae Rich. Vrbine.**

Flores dioici amentacei, amentum e squamis formatum; perigonii loco glandula, quandoque duplex vel urceolus carnosus; mares staminibus 2—3, pluribusve liberis vel monadelphis; fl. feminei stylo 1, stigmatibus 2, saepe bifidis; capsula bivalvi. (Arbores fruticesve foliis alternis stipulatis.) Vide p. 1026.

Perigonio nullo, genitalibus basi glandulis 1—2 fultis; staminibus 1—2—3, rarius 5; squamis amenti integerrimis.
G. 642. SALIX T.
Perigonio cyatiformi; squamae amenti laciniatae; staminibus 8-30.
G. 643. POPULUS T.

Fam. CIV. **Betulineae Rich. Brezovnjače.**

Flores monoici amentacei, amentum e squamis pedicellatis formatum; fl. masc. perigoniis 3 pedicello insidentibus; stamina 2 v. 4 in quovis perigonio; fl. fem. amentum e bracteis formatum, perigonio nullo, stigma sessile, ovarium liberum ovulis dissepimento affixis. (Arbores foliis alternis.) Vide p. 1035.

Amentis femineis solitariis, squamis oblongis basi dilatatis, denique trilobis, basi cuneatis et deciduis; nuce alata.
G 644. BETULA T.
Amentis femineis racemosis, squamis ovatis, bifloris, supra squamulis 4 auctis, in fructu plus minus induratis, cuneato-obovatis, persistentibus . . . . G. 645. ALNUS T.

Fam. CV. **Coniferae Juss. Češernjače.**

Flores unisexuales, masculi amentacei, amento e bracteis squamaeformibus v. peltatis formato; antherae bracteis adnatae; stamen 1 v. plura filamentis

in columnam connatis, apice liberis, perigonio basi cinctis; fl- fem. amentacei v. terminales terni, gemini v. solitarii; fructus baccatus vel strobilaceus. (Arbores vel frutices foliis acerosis.) Vide p. 1037.

1 Fructu succulento, carnoso, baccaeformi 2
Fructu sicco, lignescente, strobilaceo 4
2 Fructu apice pervio 3
Fructu sphaerico, apice clauso, e squamis subsenis carnosis connato . . . . G. 650. JUNIPERUS L.
3 Ovariis divisis; antheris in apice columellae filamentosae conglobatis. (Foliis ad vaginas reductis.) . . . G. 646 EPHEDRA T.
Ovariis stigmatibusque integris; antheris peltato-connatis; ovariis perigonio urceolato, demum carnoso, truncato-aperto coccineo circumdatis. (Folia disticha, coriacea, facie lucida.) G. 647. TAXUS T.
4 Floribus femineis erectis; strobilis pauci-squamosis, globosis angulatisve; folis imbricatis 5
Floribus femineis adnatis, demissis; strobilis imbricato-multisquamosis, conicis; foliis discretis 6
5 Strobilis angulatis; perigoniis femineis 4—8-floris.
G. 648. CUPRESSUS T.
Strobilis demum laxis squamis imbricatis; perigoniis femineis nonnisi bifloris. . . . . G. 649. THUJA T.
6 Foliis fasciculatis vel saltem 2—3—5 ex eadem squama provenientibus 7
Foliis solitariis, alternis oppositisve; squamis amenti applanatis, apice non umbonatis. . . . . G. 652. ABIES DC.
7 Amentis masculis solitariis lateri ramulorum insidentibus. (Folia numerosa, fasciculata caduca.) . . . . . . G. 651. LARIX L.
Amentis masculis in apice ramulorum aggregatis. (Folia nonnisi 2—3—5 ex eadem vagina (spathula) provenientibus, perennantibus.) . . . . G. 653. PINUS L.

b) Pl. Monochlamydeae Symphysogynae.

Fam. CVI. **Cupuliferae Rich. Zdieličarke.**

Flores monoici., masc. amentacei; stamina 5—20 aut plurima perigonio vel bracteae inserta; flores feminei solitarii, bini aut terni v. plures aggregati, stigmata 2—6 basi connata. (Arbores vel frutices foliis simplicibus stipulatis.) Vide p. 1046.

1 Floribus femineis copiosissimis in axillis bractearum amenti elongati sessilibus 2

Floribus femineis nonissi 1—2 3—6—7 axi pedunculi insidentibus, involucratis, sed nec unquam amentaceis 3

2 Involucris (bracteis) florum femin. magnis, angulatis, trilobis, demum valde auctis, foliaceis, persistentibus; ovario nudo.
G. 658. CARPINUS T.

Involucris florum femin. parvis squamiformibus, integerrimis, deciduis; ovario perigonio coronato, involucro urceolato, basi setis copiosis cincto, inclusis . . . . . . G. 659. OSTRYA MNCH.

3 Amentis florum masculorum cylindricis aut filiformibus e flosculis glomerulatis compositis. (Folia serrata, dentata aut plane lobata.) 4

Amentis florum masculorum subglobosis. (Folia integerrima.)
G. 654. FAGUS T.

4 Stigmatibus 2—3; involucro florum femin. squamaeformi aut foliaceo, demum nonnisi unicum fructum includente 5

Stigmatibus 5—6; involucro florum femin. echinato, capsuliformi, demum 2—3 nuces includente et irregulariter dehiscente.
G. 655. CASTANEA T.

5 Amentis florum masc. interruptis, e squamis et glomerulis plus minus distantibus formatis; staminibus 5—9, stigmatibus 3; fructu (glande) in cupula hemisphaerica basi immerso.
G. 656. QUERCUS T.

Amentis florum masc. densis, cylindraceis, squamis obovatis; staminibus 8, stigmatibus 2 filiformibus; fructu (nucula) involucro tubuloso plus minus incluso . . . . G. 657. CORYLLUS T.

Fam. CVII. **Juglandeae DC. Orahovci.**

Flores monoici, masculi amentacei perigonio 2—6-partito; stamina plurima in medio perigonii inserta filamentis brevissimis; flores feminei 2—2—3 in apice ramulorum; stigmata 2 lanceolata; drupa carnosa. (Arbores foliis pinnatis exstipulatis.) Vide p. 1053.

Fam. CVIII. **Santalaceae R. Br. Santoline.**

Flores hermaph. v. abortu 1-sexuales perigonio supero 3—4—5-fido, intus colorato; stamina 4—5 basi laciniarum perigonii inserta; stylus 1; fructus nucumentaceus v. drupaceus. (Folia alterna v. sparsa, exstipulata.) V. p. 1054.

Floribus hermaphroditis; perigonio 4—5-fido hypocrateri- vel infundibuliformi; fructu nuciformi, 1 spermo, perigonio coronato.
G. 661. THESIUM L.

Floribus polygamis; perigonio 3-fido; staminibus 3, quandoque abortivis, stigmatibus 3; bacca sicca. . . . G. 662. OSYRIS L.

Fam. CIX. **Aristolochieae Juss. Jabučnjače.**

Flores hermaph. axillares solitarii, rarius fasciculati perigonio supero indiviso vel oblique truncato, v. 3-fido; stamina 6 v. 12; stylus 1 stigmatibus 6 radiantibus; fructus capsula vel bacca. (Folia alterna.) Vide p. 1057.

Perigonio tubuloso apice oblique in ligulam dilatato, tubo basi ventricoso; antheris 6 sub stigmate adnatis. G. 663. ARISTOLOCHIA T.
Perigonio campanulato 3—4-fido; staminibus 12 ovario impositis; stigmate radiato. . . . . G. 664. ASARUM T.

Fam. CX. **Cytineae A. Rogn. Ozornice.**

Flores monoici in apice caulis ex axilla bracteae; perigonio supero 4—5-partito; stamina 8 v. 16, v. plura; stylus 1 stigmate subgloboso. (Herbae carnosae parasiticae.) Vide p. 1059.

Fam. CXI. **Hippurideae Lk. Ipurače.**

Flores hermaph., perigonii limbo minimo, obsolete bilobo tubo ovario 1-loculari, 1-ovulato adnato; stamen 1; stylus filiformis; fructus drupaceus. (Pl. aquaticae foliis verticillatis.) Vide p. 1060.

IV. Pl. Exogeneae Phanerogamae Unisexuales. Dioicae.

Analysim generum hujus sectionis videas loco et ordine illis in systemate naturali assignatis.

V. Endogeneae Phanerogamae s. Monocotyledoneae.

a) Pl. Endogeneae Symphysogynae.

Fam. CXII. **Hydrocharideae DC. Vodarnice.**

Flores dioici perigonio duplici, exteriore sepaloideo, interiore petaloideo, quovis 3-phyllo; flores masculi plerumque intra spatham 1—2-valvem, vel stamina 3, 6, 9, 12 imo perigonio inserta; styli 3 v. 6 plerumque bifidi; fructus indehiscens carnosus, intus pulposus. (Herbae aquaticae.) Vide p. 1061.

1 Floribus masculis exiguis in spadice in scapo radicali brevi erecto, sub anthesi a pedicellis solutis et in aquae superficie natanti-

bus; staminibus 3; floribus femineis solitariis terminalibus in scapo radicali filiformi, spiraliter contorto, longissimo; stigmatibus 3 ovatis bifidis. . . . . G. 667. VALISNERIA L.
Floribus pseudo-completis, masculis speciosis, non in spatha, nec femineis in scapo spiraliter contorto 2
2 Staminibus 9; in flore femineo parastaminibus 3 filiformibus; squamis nectarii 3 carnosis; stylis 6, stigmatibus 3, bifidis. G. 668. HYDROCHARIS L.
Staminibus fertilibus 12, parastaminibus 20—30; stylis 6, bifidis; bacca hexagona, 6-locularis, polysperma. G. 669. STRATIOTES L.

Fam. CXIII. **Amaryllideae R. Br. Sunovratke.**

Flores speciosi hermaph. ante anthesim bracteis spathaceis inclusi, perigonio 6-partito vel 6-phyllo, ad faucem saepe coronato; stamina 6 psrigonii segmentis opposita, antheris introrsis; stylus 1; capsula, rarius bacca, 3-locularis, 3-valvis, polysperma. (Herbae bulbosae, rarius rhizomate perennantes.) V. p. 1063.

1 Perigonio intus coronato, i. e. coronulla ad faucem perigonii inserta 2
Perigonio intus nudo, i. e. corona ad faucem perigonii nulla . 3
2 Staminibus in tubo perigonii hypocrateriformis inclusis, tribus altius insertis, filamentis brevissimis. . . G. 674. NARCISSUS L.
Staminibus e tubo perigonii infundibuliformis prominulis, hinc evidenter exsertis, filamentis rigidis filiformibus; stylo filiformi, stigmate indistincto. . . . . . . G. 675. PANCRATIUM L.
3 Radice bulbosa. (Folia inermia.) 4
Radice fibrosa; scapo altissimo paniculato, floribus secundis. (Folia spinosa.) . . . . G. 670. AGAVE L.
4 Floribus albis, pendulis; perigonio campanulato 5
Floribus luteis erectis; perigonio infundibuliformi, limbo regulari. G. 671. STERNBERGIA WK.
5 Laciniis perigonii aequalibus, apice incrassatis. G. 671. LEUCOJUM L.
Laciniis perigonii tribus exterioribus patentibus, tribus interioribus erectis et multo brevioribus. . . G. 673. GALANTHUS L

Fam. CXIV. **Irideae Juss. Perunike.**

Flores speciosi hermaph. perigonio 6-partito petaloideo; stamina 3 basi segmentorum perigonii exteriorum inserta; antherae extrorsum dehiscentes; stig-

mata 3; capsula 3-valvis valvulis septiferis. (Herbae radicibus tuberosis, rarius bulbosis.) *Vide p. 1068.*

1 Perigonio regulari, et quidem nec personato, nec bilabiato . . 2
Perigonio irregulari, personato vel subbilabiato; stigmatibus 3 sursum dilatatis. . . . . G. 677. GLADIOLUS L.
2 Scapo nullo, i. e. floribus radicalibus; laciniis perigonii aequaliter dispositis; stylo gracili, non petaloideo, apice stigmatico . 3
Scapo folioso; laciniis perigonii alternis reflexis, alternis erectis vel conniventibus; stylis petaloideis dilatatis et infra plicam transversalem stigmaticis. . . . . G. 676. IRIS L.
3 Perigonii subcampanulati, fere hypocrateriformis tubo brevissimo, limbo 6-partito, patente; stigmatibus 3 bipartitis, laciniis recurvatis. . . . . G. 678. TRICHONEMA KER.
Perigonii infundibuliformis tubo longissimo; limbo 6-partito campanulato; stigmate 3-fido aut 3-partito laciniis sursum latioribus convolutis, denticulatis incisisve . . . G. 679. CROCUS L.

Fam. CXV. **Orchideae Juss. Kaćunovice.**

Flores hermaph. irregulares, bracteati perigonio petaloideo 6-partito; stamina 3 ovario inserta filamentis cum stylo arcte connatis, 2 lateralibus sterilibus, intermedio fertili, rarissime 2 lateralibus fertilibus et intermedio sterili; antherae 2-loculares; stigma in anteriore et superiore styli parte situm; capsula rimis 3 longitudinalibus dehiscens. (Herbae foliis vaginantibus, interdum ad squamas reductis; radix fasciculata vel e tuberibus 2, rarius 1, composita.) *Vide p. 1077.*

1 Radice exacte tuberosa, tuberibus 2, rarius 1 2
Radice fasciculato ramosa, aut rhizomate repente 13
Radice evidenter tunicato-bulbosa, v. scapo basi bulboso-incrassato. 21
2 Perigonio evidenter calcarato 3
Perigonio omnino ecalcarato 10
3 Labello abbreviato, aut reliquas perigonii partes subaequante, aut illis sesquilongiore, aestivatione inflexo quidem, sed nunquam cochleatim aut spiraliter intorto 4
Labello longissimo, spiraliter torto et aestivatione spiraliter convoluto, basi undulatim-crispo. G. 683. HIMANTOGLOSSUM SPR.
4 Laciniis perigonii 2 interioribus reliquis 3 aut brevioribus aut illas subaequantibus, integerrimis; radice bituberosa vel tunicato-bibulbosa 5

Laciniis perigonii 2 interioribus reliquis 3 multo longioribus, subtrilobis labelloque basi saccato erectis. (Radix tubere unico.)
G. 689. HERMINIUM R. BR.

5 Labello laciniato, inciso, dentato vel saltem evidenter crenato . 6
Labello integerrimo anguste lineari; calcare ovarium triplo excedente. . . . . G. 685. PLATANTHERA RICH.

6 Calcare tenui, filiformi; laciniis perigonii interioribus patulis; bursicula ad basin antherarum nulla 7
Calcare plus minus incrassato, saccato, cuneiformi aut saltem nunquam filiformi; antheris basi bursicula conjunctis 8

7 Spica cylindrica elongata; labello ad faucem nudo; stigmate superne imarginato. (Flores parvi, fragrantes.)
G. 682. GYMNADENIA R. BR.
Spica dense pyramidata; labello basi bilamellato, tuberculis integris rotundatis. . . . . . . G. 681. ANACAMPTIS RICH.

8 Lobello evidenter 3-fido 3-loboque 9
Labello lineari-elongato, apice nonnisi 3-dentato, dente intermedio breviore; calcare brevissimo. (Flores virescentes.)
G. 684. COELOGLOSSUM HARTM.

9 Labello brevi lineari, 3-fido aut obovato, 3-lobo; calcare ovario contorto saltem semilongo; pollinariis binis caudiculatis.
G. 680. ORCHIS L.
Labello oblongo lineari-3-fido laciniis lateralibus filiformibus, media late lineari, apice obtusa vel acuta, vel 2—3-fida; ovario elliptico, recto. (Folia fusco-maculata.) . . G. 686. TINEA RIV.

10 Ovario recto, nec minime torto 11
Ovario contorto; labello lineari-3-partito; lacinia media 3-fida; stigmate cordiformi, gynostemio et labello marginato.
G. 687. ACERAS R. BR.

11 Labello 3-fido aut 3-partito 12
Labello indiviso, apice subfimbriato; floribus porrectis spicam spiraliter circumdantibus, albis. . . G. 688. SPIRANTHES RICH.

12 Laciniis perigonii exterioribus patentibus; labello holosericeo, ecaloso, convexo; gynostemio ad antheram usque adnato, staminodiis minutis; stigmate subrotundo, erostri . G. 688. OPHRYS L.
Laciniis perigonii exterioribus cucullato-conniventibus; lobo labelli pilosi, basi bicallosi intermedio lingulato, pendulo.
G. 690. SERAPIAS L.

13 Perigonio evidenter calcarato 14
Perigonio omnino ecalcarato 16
14 Ovario stricto, nec unquam contorto; scapo aphyllo, foliis ad vaginas aut squamas reductis 15
Ovario evidenter contorto; scapo folioso. Vide 7.
15 Floribus porrectis conniventi-patulis; labello subtrilobo basi bicalloso. (Radix coralliformis, dentata ramis sibi invicem innatis.) G. 699. CORALLORRHIZA HALL.
Floribus erectis, resupinatis vel erecto-patulis; labello geniculato basi ecalloso stamini elongato basi longitudinaliter adhaerente. (Radix fibrosa.) . . . . G. 692. LIMODORUM L.
16 Ovario contorto . . . . . , ... 17
Ovario stricto, nec unquam contorto 18
17 Floribus porrectis, secundis, albidis; labello non articulato, inferne saccato-gibbo, superne recurvato. G. 697. GOODIERA RICH.
Floribus sessilibus erectis; labello geniculato, articulo inferiore saccato-concavo. (Radix fibrosa.) G. 693. CEPHALANTHERA RICH.
18 Scapo foliis veris viridibus vestito 19
Scapo foliis ad vaginas reductis aphyllo; labello obcordato. (Radix instar nidi avis fasciculata.) . . . . G. 696. NEOTIA L.
19 Stylo simplici cum stigmate laterali; anthera unica apici styli imposita 20
Stylo apice 3-fido lobis lateralibus antheriferis, medio sterili; labello ventricoso-inflato, calciformi. . G. 701. CYPRIPEDIUM L.
20 Labello deflexo, apice 2-fido; callo longitudinali unisulco stigma acuminatum amplectente. (Scapus nonnisi bifoliatus.) G. 695. LISTERA R. BR.
Labello patulo, lobo medio utrinque inciso subarticulato, articulo inferiore saccato-concavo et ungue suo, medio nectarifero, genitalia amplectente, disco bilamellato-calloso. G. 694. EPIPACTIS HALL.
21 Labello evidenter calcarato, calcare amplo cucullato, lamina labelli ovata, concava, porrecta. (Scapo foliis ad vaginas squamasque reductis aphyllo.) . . . . G. 691. EPIPOGIUM RICH.
Labello basi nudo, omnino ecalcarato, ex ovata basi angustato.(Scapus 1—2-folius. . . . . G. 700. MALAXIS SW.

Fam. CXVI. **Dioscorideae R. Br. Jamovci.**

Flores dioici, ovario infero perigonio campanulato 6-partito adhaerente; stamina 6; stylus 3-fidus stigmatibus reflexis; bacca subglobosa 3- vel 6-sperma. (Herbae sinistrorsum volubiles.) *Vide p. 1203.*

b) Pl. Endogeneae eleuterogynae.

Fam. CXVII. **Butomeae Rich. Kosanice.**

Flores hermaph. perigonio duplici, exteriore sepaloideo, interiore petaloideo. quovis 3-phyllo; stamina 9 aut plura; styli brevissimi liberi stigmatibus simplicibus; ovaria 6 aut plura. (Herbae palustres scapo aphyllo, umbellifero) *Vide p. 1104.*

Fam. CXVIII. **Colchicaceae DC. Mrazovice.**

Flores hermaph., rarius abortu unisexuales, perigonio 6-phyllo aut 6-fido; stamina 6 antheris extrorsis; pistillum stylis stigmatibusve 3; fructus introrsum dehiscens. *Vide p. 1105.*

1 Floribus solitariis paucisve, pedunculis basilaribus; perigonio campanulato aut infundibuliformi 2
Floribus paniculatis, spicatis aut subcapitatis; perigonio 6-phyllo 3
2 Perigonii foliolis in unguem elongatis, in tubum conniventibus et ad faucem dentibus lateralibus connexis; stylo apice 3-fido.
G. 704. BULBOCODIUM L.
Perigonii laciniis abbreviatis in tubum elongatum connatis; stylis longissimis, indivisis. . . . . . . G. 705. COLCHICUM L.
3 Floribus spicatis aut subcapitatis; perigonio minimo, flavo bracteisque sepaloideis adpressis fulto. (Folia graminea.)
G. 707. TOFIELDA HUDS.
Floribus paniculatis aut racemosis; perigonio atro-purpureo aut albo-virescente; bracteis nullis. (Folia lato-elliptica.)
G. 706. VERATRUM L.

Fam. CXIX. **Alismaceae Rich. Korjačnice.**

Flores hermaph. aut monoici perigonio 6-phyllo, plerumque biseriato phyllis exterioribus sepaloideis, interioribus petaloideis, caducis; stamina 6, rarius dupla v. plura; styli 3 v. 6 aut plures, liberi stigmatibus simplicibus vel plumosis; carpidia sicca 1-sperma. (Pl. palustres foliis basi vaginantibus.) *Vide p. 1108.*

1 Floribus verticillatis; perigonio biseriali, exteriore sepaloideo, interiore petaloideo 2

Floribus longe spicatis; perigonio uniseriali 6-phyllo virescente.)
(Folia semiteretia.) . . . . G. 708. TRIGLOCHIN L.
2 Floribus hermaphroditis; perigonio exteriori 3-phyllo; staminibus 6; carpellis 6. . . . . G. 709. ALISMA JUSS.
Floribus monoicis; perigonio exteriore 3-partito; staminibus et carpidiis plurimis. (Folia sagittata.) . G. 710. SAGITTARIA L.

Fam. CXX. **Potameae Juss. Mrestnjače.**

Flores hermaph. v. monoici perigonio 4-partito vel plane nullo; stamina 1, 2, 4; ovaria 4 aut plura distincta stylo vel stigmate sessili terminata. (Herbae aquaticae.) Vide p. 1110.

1 Floribus hermaphroditis; ovaria 4; stylo nullo 2
Floribus monoicis, sed masculis et femineis in eadem vagina; perigonio floris masc. nullo, fl. feminei campanulato; stamine 1; stylo persistente. . . . . G. 712. ZANICHELLIA L.
2 Perigonio 4-partito; staminibus nuculisque 4, sessilibus.
G. 711. POTAMOGETON L.
Perigonio nullo; staminibus nonnisi 2, filamentis squamaeformibus; nuculis 4, demum longe stipitatis. (Pl. maritimae pedunculis longissimis spiraliter contortis, antherarum sacculis oblongis; fructibus ovatis oblique erectis. (R. maritima L. vide inter addenda) . . . . G, 711 b. RUPPIA L.

Fam. CXXI. **Liliaceae DC. Lierovnice.**

Flores hermaph. perigonio petaloideo 6-fido aut 6-phyllo; stamina 6 antheris introrsis; ovarium 3-loculare multiovulatum ovulis biseriatis; stylus 1 stigmatibus 3, aut stigma 1 triquetrum; capsula dehiscens valvis medio septigeris Vide p. 1114.

1 Perigonio evidenter 6-phyllo aut ad basin usque 6-partito . . 2
Perigonio monophyllo, limbo 6-fido, v. 6 dentato 13
2 Stigmatibus stylo insertis 3
Stigmatibus apici ovarii insertis, stylo plane nullo. G. 713. TULIPA T.
3 Radice bulbosa aut tuberosa 4
Radice fibrosa 11
4 Foliolis perigonii aut omnibus, aut saltem 3 interioribus basi fovea nectarifera aut sulco bicalloso denticulato provisis . . . 5
Foliolis perigonii absque omni fovea nectarifera simulque ecallosis 8

5 Foliolis perigonii 3 interioribus basi bicallosis. (Radix tuberosa tubere conico-dentiformi; scapus 1-, rarissime 2-florus flore, cernuo.)
G. 717. ERYTHRONIUM L.

Foliolis perigonii basi fovea aut sulco nectarifero provisis. (Radix bulbosa.) 6

6 Fovea nectarifera suprabasilari rotunda; floribus sub coma foliorum caulem terminantium inverticillum dispositis, cernuis.
G 715. PETILIUM L.

Fovea nectarifera oblongo-lineari, sulciformi 7

7 Stylo apice 3-fido, stigmatibus fiiliformibus; fovea nectarifera oblongo-lineari suprabasilari . . . G. 714. FRITILLARIA L.

Stylo indiviso cylindrico stigmate capitato trigono terminato; fovea nectarifera a medio folioli perigonii ad basin usque prolongata.
G. 716. LILIUM L.

8 Floribus bracteatis racemosis aut corymbosis, rarius in scapo sotariis 9

Floribus umbellatis aut in capitula congestis spathaque scariosa fultis . . . . G. 724. ALLIUM L.

9 Staminibus perigonio insertis et cum illo deciduis, filamentis tereti-subulatis. . . . . G. 723. SCILLA L.

Staminibus receptaculo insertis, rarissime simul et basi perigonii-adhaerentibus; filamentis basi dilatatis 10

10 Antheris dorso affixis; floribus albis vel ex albo viridulis aut sulfureis. . . . . G. 721. ORTNITHOGALUM L.

Antheris basi affixis; floribus flavis luteisve.
G. 722. GAGEA SALISB.

11 Stigmate simplici, indiviso 12

Stigmate 3-lobo; staminibus erecto-patulis; floribus albis laxe-racemosis. (Scapus aphyllus.) . . . G. 718) ASPHODELUS L.

12 Perigonio 1-phyllo, sed fere ad basin usque 6-partito; staminibus declinatis floribus flavis. (Scapus foliorum vaginis saltem pro parte vestitus.) . . . . G. 719. ASPHODELINE RCHB.

Perigonio exacte 6-phyllo; staminibus erectiusculis; floribus albis. (Folia canaliculata, graminea.) . . . G. 20. ANTHERICUM L.

13 Perigonio caeruleo, rarius albo aut rubro regulari campanulato, cylindrico aut tubuloso-subovato; staminibus strictis 14

Perigonio fulvo aut flavo subirregulari infundibuliformi; staminibus styloque declinatis, demum adscendentibus.
G. 728. HEMEROCALLIS L.

14 Perigonii ore aequali v. ampliato 15
Perigonii globoso-ovati vel urceolati ore constricto, 6-dentato, limbo brevissimo; capsula 3-loba. . . . G. 727. MUSCARI T.
15 Perigonii infundibulariformi-campanulati limbo 6-fido; stylo trigono, stigmate obtuso. . . . . . . G. 726. HYACINTHUS L.
Perigonii angulato-campanulati limbo ad medium usque 6-fido; stylo tereti; stigmate trigono. . . G. 726. BELLEVALIA LAP.

Fam. CXXII. **Smilaceae R. Br. Tetivike.**

Flores hermaph. aut abortu unisexuales perigonio petaloideo 6-fido, 6-phyllo, aut 4—8-partito; stamina perigonii laciniis numero aequalia antheris introrsis; styli 1—3; fructus succulentus indehiscens 3—4-locularis. *Vide p. 1142.*

1 Floribus in ramis ramulisque solitariis, vel bracteato-axillaribus paniculatisve 2
Floribus ipsis foliis coriaceis sempervirentibus insidentibus fasciculatis, fasciculis bi- aut plurifloris, basi foliolo minuto auctis fultisque . . . . G. 730. RUSCUS L.
2 Foliis plus minusve dilatatis, basilaribus, alternis aut verticillatis 3
Foliis rameis ad squamas reductis, angustissimis fasciculatis, filiformibus; stylo stigmatibus 3 reflexis. (Scapus ramosus.)
G. 732. ASPARAGUS L.
3 Perigonio 6-fido, 6-partito, aut 6-phyllo 4
Perigonio 4- v. 8-partito 6
4 Floribus hermaphroditis 5
Floribus dioicis in racemis compositis. (Suffrutices faliis sempervirentibus, aculeatis.) . . . . G. 731. SMILAX T.
5 Perigonii ad basim usque 6-partiti aut plane 6-phylli laciniis 3 basi fovea nectarifera oblonga provisis; stigmate rotundato.
G. 733. STREPTOPUS MICH.
Perigonii campanulati vel tubulosi limbo 6-fido v. 6-dentato; foveis nectariferis nullis; stigmate obtuso, trigono.
G. 734. CONVALLARIA L.
6 Perigonii 4-partiti laciniis aequalibus; stylo 1; staminibus 4; bacca 2-loculari. . . . . G. 735. MAJANTHEMUM WIGG.
Perigonio 8-partito; stylis 4; staminibus 8; bacca 4-loculari, nigra.
G. 729. PARIS L.

Fam. CXXIII. **Najadeae Lk. Podvodnice.**

Fores unisexuales rarius hermaph. sparsi spathigeri, spatha multiflora in folium terminata, vel 4-flora et perigonium urceolatum referens; stamina 1, 3, filamenta nulla, idcoque antherae sessiles; ovarium 1, stigma sessile. (Herbae sub aqua viventes.) Vide p. 1148.

1 Floribus unisexualibus 2
Floribus hermaphroditis secus spadices 3—6-flores intra spatham foliaceam bivalvem congestis.. . . G. 737. POSIDONIA KOEN.
2 Spatha apice bicuspidata antheram arcte includente. G. 736. NAJAS L.
Spatha pedunculata depressa apice in folium terminata; spadice lineari. . . . . G. 738. ZOSTERA L.

Fam. CXXIV. **Lemnaceae Lk. Okrieci.**

Flores unisexuales monoici v. abortu dioici, involucrati, spathacei, spatha monophylla in fissura marginali articulorum foliiformium caulis inclusa, compressa; stamina 1—2 hypogyna; stylus brevis, stigma truncatum. (Herbae natantes aphyllae, caule in formam folii dilatato.) Vide p. 1150.

Fam. CXXV. **Aroideae Juss. Kozličine.**

Ftores unisexuales et nudi, vel hermaphroditi et perigonii rudimentis squamaeformibus praediti secus spadicem carnosum simplicem spatha basi circumdatum; stamina et ovaria plurima libera, stigmate unico. (Herbae scapigerae radice tuberosa.) Vide p. 1151.

1 Spatha cucullata vel explanata; perigonio nullo 2
Spatha uulla; perigonio hexaphyllo, persistente. G. 744. ACORUS L.
2 Spatha cucullata; spadice apice nudo 3
Spatha explanata; spadice undique staminibus et paucioribus ovariis, (his intermediis), tecto . . . . . . G. 743. CALLA L.
3 Spatha basi tubulosa 4
Spatha basi convoluta marginibus distinctis. . G. 740. ARUM L.
4 Floribus masculis et femineis distantibus. . G. 742. ARISARUM T.
Floribus masculis et femineis contiguis. G. 741. BIARUM SCHOTT.

Fam. CXXVI. **Typhaceae Juss. Rogoznice.**

Flores unisexuales monoici in spicam densissimam cylindricam v. capitulum globosum congesti, superius masculam, inferius femineam; perigonium e squa-

mis 3 pluribusve vel setis formatum; stamina 3; stylus 1 cum stigmate simplici. (Herbae palustres rhizomate repente.) Vide p. 1158.

Spica cylindrica vel elliptica; fructu utriculoso stylo persistente coronato. . . . . G. 745. TYPHA T.

Capitulis globosis; flosculis perigonio paleaceo segregatis; drupa sicca . . . . G. 746. SPARGANIUM T.

Fam. CXXVII. **Juncaceae Bartlg. Sitače.**

Flores glumacei hermaph. aut abortu unisexuales glumaeformes et singuli bracteola scariosa suffulti: perigonium 6-phyllum v. 6-partitum biseriale phyllis interioribus interdum petaloideis; stamina 6, raro tantum 3; stylus 1, stigmata 3 filiformia, pilosa. (Herbae culmo nodoso, rhizomate repente.) Vide p. 115.

Capsula 3-loculari, loculis pleiospermis, valvulis medio septigeris. G. 747. JUNCUS L.

Capsula 1-loculari, 3-valvi valvulis septo destitutis, 3-spermis. (Folia graminea planiuscula.) . . . . . G. 748. LUZULA DC.

Fam. CXXVIII. **Cyperaceae Juss. Šiljevice.**

Flores glumacei hermaphr. v. unisexuales in spicas congesti, rarissime solitarii; perigonium vel nullum, vel utriculare, apice pervium, vel e setis hypogynis formatum; stamina 3 antheris apice integris; stylus 1, stigmata 2 v. 3; nux triangularis v. compressa.) Herbae foliis gramineis, ligula destitutis.) V. p. 1164.

1 Floribus omnibus hermaphroditis 2
Floribus unisexalibus, monoicis v. dioicis, rarius gynandris, spiculis bi- v. multifloris; gluma (bractea) univalvi. . G. CAREX L.
2 Glumis (bracteis) bifariam imbricatis, dorso carinatis 3
Glumis undique imbricatis 5
3 Setis ad basin ovarii plane nullis 4
Setis ad basin ovarii subsenis Vide 9.
4 Spiculis multifloris, flosculis omnibus fertilibus. (Culmus triqueter aut trigonus.) . . . . G. 749. CYPERUS L.
Spiculis nonnisi 1—3-floris, i. e. flosculis nonnisi 1—3 superioribus fertilibus, reliquis sterilibus. (Culmus teres, spiculae in capitula congestae.) . . . . G. 750. SCHOENUS L.
5 Setis ad basin ovarii copiosis, istis glumis multo longioribus, demum lanatis lanaque longissima nucem involventibus.
Setis ad basin ovarii aut plane nullis aut saltem nec lanuginosis, nec plumosis 6

6 Glumis subsenis, 3—4 inferioribus sterilibus simulque reliquis minoribus 7
Glumis nonnisi 1—2, infimis sterilibus, sed reliquis majoribus . 8
7 Setis ad basin ovarii abbreviatis, inclusis; basi styli persistente compresso-conica, indurata et cum nuce articulata.
G. 752. RHYNCHOSPORA VAHL.
Setis ad basin ovarii plane nullis; nux cortice crustaceo fragili instructa, quasi drupacea; stylo filiformi secedente. (Folia margine carinaque aculeata) . . . . G. 751. CLADIUM L.
8 Stylo basi filiformi, deciduo 9
Stylo basi dilatato vel bulbuso-incrassato, cum ovario articulato persistente. . . . . G. 757. HELEOCHARIS LESTIB.
9 Setis ad basin ovarii 5—6 aut pluribus 10
Setis ad basin ovarii plane nullis 11
10 Floribus in spicam terminalem solitariam congestis, spiculis distichis, bifariam imbricatis; setis hypogynis retrorsum aculeatis.
G. 759. BLYSMUS PANZ.
Floribus in spicas laterales terminalesve fasciculatas involucratas congestis; spiculis glumis subaequalibus undique imbricatis; setis hypogynis inermibus. . . . G. 753. SCIRPUS N. ab E.
11 Stylo tripartito, stigmatibus 3 12
Stylo bipartito, stigmatibus 2 fimbriatis.
G. 755. DICHOSTYLIS N. ab E.
12 Floribus in capitula tuberculato-globosa congestis.
G. 754. HOLOSCHOENUS LK.
Floribus in spicas sublaterales simplices foliolis plerumque 2 deciduis involucratas congestis. . . G. 756. ISOLEPIS R. BR.

Fam. CXXIX. **Gramineae Juss. Trave.**

Flores glumacei hermaphroditi, rarius unisexuales v. polygami, singuli bracteolis binis difformibus inclusi, nunc solitarii et bracteis binis involucrati, nunc in spiculas bi-multifloras, bracteis binis aut unica involucratas, dispositi; perigonii loco paleolae hypogynae 2, raro 3 vel nullae; stamina 3, rarissime 1 v. 2; styli 2, raro 3 vel 1; stigmata totidem ac styli; fructus caryopsis. (Herbae foliis vaginantibus ad faucem vaginae ligula membranacea aut pilosa provisis. Vide p. 1201.

1 Floribus monoicis, difformibus, masculis terminalibus paniculatis, spiculis 2-floris, flore utroque sessili, femineis in spicas axillares vaginis involucratas congestis; stylis longissimis. G. 761. ZEA L.

Floribus hermaphroditis, raro unisexualibus v. polygamis, semper conformibus in una eademque inflorescentia 2

2 Spiculis, licet interdum brevissime, tamen semper evidenter pedicellatis, aut in paniculam, plus minus divaricatam vel contractam, dispositis, aut in thyrsum, racemum capitulumve congestis 3

Spiculis in excissuris racheos sessilibus breviterve pedicellatis et in spicam simplicem compositamve dispositis 64

3 Spiculis omnibus 2-aut plurifloris 4

Spiculis (saltem hermaphroditis) semper nonnisi unifloris, aut cum rudimento floris secundi incompleti pedicelli- v. aspergilliformi 28

4 Inflorescentia paniculata, panicula ipsa plus minusve divaricata, interdum tamen coarctata et contracta 5

Inflorescentia thyrsoidea, racemosa vel capitata 44

5 Stylo elongato; stigmate filiformi villoso aut aspergilliformi ex apice vel sub ipso flosculi apice emergente 6

Stylo brevi; stigmate plumoso ad basin flosculi exeunte . . . 8

6 Flosculis omnibus hermaphroditis basi pilis elongatis cinctis, aut infimo masculo, aut neutri 7

Flosculis duobus inferioribus masculis 3-andris, superiore hermaphrodito 2-andro, breviter piloso; stigmate ex apice flosculi emergente. . . . . G. 776. HIEROCHLOA GM.

7 Bracteis (glumis) flosculo brevioribus; flosculo inferiore masculo, altero neutro nudo, superioribus hermaphroditis pilis elongatis stipatis; stigmatibus pinnatis ex apice flosculi egredientibus.
G. 796. PHRAGMITES TRIN.

Bracteolis flosculos aequantibus; flosculis omnibus hermaphroditis, supremo tamen interdum sterili; bracteolis undique pilosis; stigmatibus aspergilliformibus. . . . . . . G. 797. ARUNDO L.

8 Bracteolis dorso aut basi aristatis 9

Bracteolis ex apice aut sub ipso apice aristatis, aut plane muticis 13

9 Aristis geniculatis infractisve, vel basi tortis 11

10 Spiculis nonnisi 2-floris, uno alterove flore masculo, basi aristato; altero hermaphrodito et parum supra dorsum aristato; stigmatibus villosis . . . . . G. 818. ARRHENATHERUM BEAUV.

Spiculis 2- v. multifloris, omnibus hermaphroditis, rarius supremo neutro; bracteola exteriore bifida, dorso aristata, arista tortili.
G. 819. AVENA L.

11 Aristis medio articulatis ibidemque pilosis, apice clavatis; stigmatibus a basi pennatis. . . G. 816. CORYNEPHORUS BEAUV.

Aristis brevibus strictis aut parum inflexis 12
12 Spiculis omnibus hermaphroditis; bracteola inferiore apice truncata 4-dentata, basi pilis stipata. . . . . . . G. 815. AIRA L.
Spiculis hermaphroditis cum neutris intermixtis; flosculo superiore masculo aristato, inferiore hermaphrodito, mutico. G. 817. HOLCUS L.
13 Carina bracteolae superioris dorsali pectinnato-ciliata, ciliis elongatis, rigidulis, distantibus 14
Carina bracteolæ superioris tenuissime et brevissime ciliata, ciliis approximatis; bracteolis plerumque scabriusculis, rarius glabris 15
14 Inflorescentia evidenter paniculata; bracteolis sub apice aristatis. G. 808. BROMUS L.
Inflorescentia racemoso-paniculata v. racemoso-spicata. V. 67.
15 Bracteis magnis ventricosis flosculos includentibus 16
Bracteis flosculo inferiore brevioribus illique adpressis . . . 19
16 Bracteola inferiore (sive exteriore) apice 2—3-dentata aut 2—3-fida, dente intermedio non raro in aristam producto 17
Bracteola inferiore acutiuscula, aut acute rostrata, sed nec dentata, nec aristata 18
17 Bracteola inferiore 3-dentata, dente intermedio incrassato, apice tamen acuto, aut in setulam regidulam protracto. G. 821. TRIODIA R. BR.
Bracteola inferiore 3-fida, lacinula intermedia in aristam geniculatam, tortilem protracta, superiore (s. interiore) bracteola bicarinata. . . . . G. 820. DANTONIA DC.
18 Panicula pauciflora aut plane ad racemum thyrsiformem reducta; spiculis ovatis aut lanceolatis subbifloris cum rudimento flosculi 3; bracteolis cartilagineis muticis, interioribus bicarinatis. G. 822. MELICA L.
Panicula composita e spicis alternis ternatisve distichis; spiculis obcordatis aut obovatis. Vide 66.
19 Spiculis compressis, dorso evidenter carinatis 20
Spiculis subteretibus, dorso convexis, ecarinatis 23
20 Spiculis apice rectis conformibus 21
Spiculis apice inflexis, homomallis, compressis, glomeratis; panicula secunda lobata. . . . . G. 812. DACTYLIS L.
21 Bracteis obtusis, apice membranaceis, secus coriaceis; spiculis breviter pedicellatis secundis; panicula coarctata. G 806. SCLEROCHLOA BEAUV.

*

Bracteis acutis; panicula plus minus divaricata, spiculis evidenter pedicellatis 22

22 Spiculis multifloris; rachi persistente; vaginis foliorum ad oras pilosis; radice annua. . . . . G. 799. ERAGROSTIS BEAUV.

Spiculis 3—4-floris, rarius plurifloris; rachi articulatim secedente; vaginis ad oram glabriusculis; radice perenni, (unica specie excepta.) . . . . G. 800. POA L.

23 Bracteola exteriore ventricosa, basi cordata, interiore bicarinata; flosculis imbricatis contiguis; spiculis longe pedunculatis, demum cordatis. . . . . G. 798 BRIZA L.

Bracteola exteriore nec ventricosa, nec basi cordata; spiculis oblongis ovatisve, nec unquam cordatis 24

24 Spiculis oblongis oblique truncatis obtusis, sub anthesi pyramidatis; bracteolis basi callo connatis. . G. 801. GLYCERIA R. BR.

Spiculis conicis, aut lanceolato-subulatis 25

25 Spiculis latere interiore ventricosis, basique obliqua conicis . . 26

Spiculis exacte lanceolatis, aut lanceolato-subulatis, nec unquam conicis 27

26 Bracteolis acutis, rarius obtusiusculis, muticis; culmo nonnisi basi 1—2-nodoso et folioso, secus enodo et aphyllo.
G. 802. MOLINIA SCHRK.

Bracteolis emarginatis, inferiore bicuspidata et e fissura breviter aristata; culmo nodoso simulque folioso vaginisque foliorum tecto.
G. 803. DIPLACHNE BEAUV.

27 Panicula arcte contracta, secunda; bractea exteriore minima aut subnulla; bracteola exteriore apice longe aristata; stamine plerumque unico; stigmatibus plumosis. . . G. 805. VULPIA GM.

Panicula plerumque explicata et divaricata, rarissime coarctata aut contracta; bractea gemina subaequali; bracteola exteriore sub apice subaristata; staminibus 3.. . . G. 804. FESTUCA L.

28 Flosculis nonnisi 2-bracteolatis, bracteis nullis, bracteolis paleaceis, chartaceis, compresso-carinatis muticis semen denique arcte includentibus. . . . . G. 784. LEERSIA SOLL.

Flosculis 1—2—3-bracteolatis, bracteis semper geminis . . . 29

29 Bracteola nonnisi unica vel duabus 30

Bracteolis tribus 39

30 Stylo elongato; stigmate filiformi tenuissime plumoso aut breviter villosiusculo apice flosculi egrediente 31

Stylo abbreviato; stigmatibus plumosis latere vel ad basin flosculi emergentibus 32

31 Panicula divaricata aut effusa; bractea utraque basi compressa bracteolis longiore; bracteola exteriore basi fasciculo pilorum stipata . . . . G. 786. AGROSTIS L.

Panicula lobata, post anthesim coarctata; bracteis bracteolas excedentibus illisque majoribus; rudimentis floris secundi binis; stigmatibus penicilliformibus. . G. 775. BALDINGERA GAERT.

32 Flosculis (spiculis) pedicellatis; bracteola exteriore aristata, arista valida basi demum tortili aut villosa 33

Flosculis sessilibus; bracteolis aut muticis, aut brevissime aristatis, aristis filiformibus, nec tortilibus, nec villosis 34

33 Loculo antherae quovis penicillato; bracteola inferiore (s. exteriore) ad apicem usque patentim pilosa; aristis laevibus deflexis flosculo triplum longis. . . . G. 795. LASIAGROSTIS LK.

Antheris omnino nudis, imberbibus; bracteola inferiore tenuissime pubescente pube adpressa, subcoriacea, convoluta, in aristam tortam, basi articulatam, persistentem et longissimam exeunte. G. 794. STIPA L.

34 Bracteolis basi pilosis, pilis diametro transversali bracteolae longioribus, vel bracteola dorso barbata; panicula divaricata . . 35

Bracteolis nudis vel basi pilis, diametro transversali bracteolae brevioribus, cinctis 38

35 Spiculis (flosculis) a dorso compressis, rarius convexiusculis absque rudimento flosculi secundi 36

Spiculis a latere compressis vel omnino teretibus 37

36 Bracteolis omnino muticis; palea inferiore ovata, ventricoso-convexa; lodiculis (glumis) binis. . . . . . G. 792. MILIUM L.

Bracteola inferiore ex apice aristata, arista basi articulata decidua; lodiculis tribus. . . . . . G. 793. PIPTATHERUM BEAUV.

37 Bractea (valva) exteriore majore et flosculo evidenter longiore; panicula ramosa, divaricata. . G. 789. CALAMAGROSTIS RTH.

Bracteola inferiore (s. interiore) evidenter minore; panicula coarctata, thyrsiformi. Vide 63.

38 Bractea (valva) inferiore breviore; in quovis flosculo fertili simul et rudimentum flosculi secundi pedicelliforme ad basin valvae superioris . . . . G. 787. APERA BEAUV.

Bractea (valva) superiore (s. exteriore) majore; rudimento flosculi secundi in flore fertili nullo. Vide 31.

39 Spiculis (flosculis) omnibus hermaphroditis 40
Spiculis (flosculis) sessilibus hermaphroditis, pedicellatis masculis neutrisve, aut omnibus unisexualibus 41
40 Panicula laxa, cernua, ramis effusis; flosculis basi nudis, omnino muticis . . . . G. 772. PANICUM L.
Panicula stricta divaricata aut coarctata; flosculis basi pilis longissimis stipatis, longe aristatis . . . G. 762. SACCHARUM L.
41 Flosculis (spiculis) omnibus unisexualibus, superioribus sessilibus abortu tantum femineis, cartilagineis, inferioribus herbaceis sessilibus et una cum pedicellatis tantum masculis.
G. 765. HETEROPAGON PERS.
Spiculis sessilibus hermaphroditis, pedicellatis neutris 42
42 Spiculis omnibus linearibus, terminalibus ternis, intermedia sessili 43
Spiculis ovatis vel oblongo-ovatis, valvis apice 3-dentatis; bracteola exteriore aristata, sed flosculi neutri mutica.
G. 766. SORGHUM PERS.
43 Spiculis terminalibus geminatis, rarius 3, lateralibus nullis, pedicellis basi barbatis bracteola, maris aristata.
G. 763. POLLINIA SPR.
Spiculis spicato-digittatis terminalibus et lateralibus; bracteola maris mutica. . . . . G. 764. ANDROPOGON L.
44 Spiculis omnibus, aut saltem neutris 2—3- v. plurifloris . . . 45
Spiculis omnibus unifloris, licet interdum cum rudimento flosculi secundi pedicelli- aut aspergilliformi 52
45 Spiculis omnibus 2—3- vel plurifloris 46
Spiculis hermaphroditis exacte unifloris, neutris 5--8-floris in uno codemque thyrso secundo, flavescente, in neutris bracteola solitaria mutica, in hermaphroditis gemina, exteriore sub apice aristata.
G. 814 LAMARKIA MNCH.
46 Stylis fere nullis; stigmatibus filiformibus ex apice floris egredientibus, denticulatis vel breviter pilosis nudisve 47
Stylis elongatis v. abbreviatis; stigmatibus filiformibus plumosis vel aspergilliformibus v. saltem longe pilosis 48
47 Thyrso elongato spiciformi bracteis vaccuis involucrato; bracteola exteriore apice erroso-aristata; stigmatibus tenuissime pilosis.
G. 824. SESLERIA SCOP.
Thyrso abbreviato subcapitato; bractea gemina, bracteola 5-aristata aristis rigidis, interiore 2-aristata; stigmatibus nudis.
G. 823. ECHINARIA SCOP.

48 Bracteolis apice vel sub apice aristatis muticisve 49
Bracteolis flosculi masculi dorso, aut plane basi aristatis, flosculi hermaphroditi muticis. Vide 12.

49 Bracteis magnis ventricoso-convexis flosculos includentibus. V. 16.
Bracteis flosculis inferioribus brevioribus illisque adpressis . . 50

50 Spiculis involucro pinnatifido fultis, distichis, homomallis; thyrso spiciformi. . . . . G. 811. CYNOSURUS L.
Spiculis nec involucro pinnatifldo fultis, nec distichis 51

51 Spiculis compressis, dorso evidenter carinatis; bracteolis bipaleaceis, paleis nervosis; stylis abbreviatis, stigmatibus plumosis ad latera sqiculae emergentibus. . . . G. 813. KOELERIA PERS.
Spiculis subteretibus dorso convexis, ecarinatis Vide 27.

52 Bracteis geminis, bracteolis 1—2—3; flosculis 3-andris . . . 53
Bracteis geminis, sed bracteolis 4; flosculis nonnisi diandris, bracteola flosculi neutrius exteriore dorso aristata, interiore ad nervum reducta. . . . . G. 777. ANTHOXANTHUM L.

53 Bracteola unica, utriculosa; stylis elongatis, stigmatibus filiformibus subvillosis vel tenuissime pilosis ex apice flosculi emergentibus; thyrso cylindrico. . . . . G. 778. ALOPECURUS L.
Bracteolis duabus tribusve 54

54 Bracteolis exacte tribus 55
Bracteolis nonnisi duabus 56

55 Pedicellis spicularum basi setis aristaeformibus involucratis; spiculis ovalibus plano-convexis; bracteis nudis inaequalibus. G. 773. SETARIA BEAUV.
Pedicellis basi non involucratis; spiculis subaequalibus, convexo-compressis, longissime pilosis; thyrso argenteo-sericeo. G. 778. IMPERATA CYR.

56 Stylis elongatis; stigmatibus tenuissime plumosis aut breviter villosiusculis ex apice flosculi egredientibus 57
Stylis abbreviatis; stigmatibus plumosis latere vel ad ipsam basin flosculi emergentibus 59

57 Bracteis bracteolas aequantibus aut illis plane longioribus, unifloris cum rudimenio flosculi alterius; stigmatibus erectis, filiformibus, a basi plumosis. . . . . . . G. 779. CRYPSIS AIT.

58 Bracteis dorso compressiusculis ecarinatis; bracteolis membranaceis aristatis vel muticis; thyrsis cylindricis. . G. 781. PHLEUM L.
Bracteis dorso evidenter carinatis, subulatis; bracteolis membra-

naceis aut subcartilagineis; rudimento flosculi secundi paleaceo; stigmatibus erectis; thyrso spiciformi. . G. 774. PHALARIS L.

59 Inflorescentia thyrsoidea 60
Inflorescentia exacte racemosa, i. e. flosculis in quovis pedicello 3—5; bractea superiore coriacea, dorso spinulosa bracteolam membranaceum bipaleacea includente. G. 767. LAPPAGO SCHREB.

60 Spiculis convexo-compressis 61
Spiculis saltem basi ventricosis, apice compressis; bracteola exteriore sub apice truncato-aristata; stigmatibus plumosis.
G. 791. GASTRIDIUM BEAUV.

61 Bracteis ex apice obtuso emarginato setoso-aristatis: rudimento flosculi alterius nullo . . . . . G. 785. POLYPOGON DESF.
Bracteis acutis aut in aristam augustatis, nec unquam obtusis aut emarginatis 62

62 Rudimento flosculi secundi styli- v. pedicelliformi 63
Rudimento flosculi secundi plane nullo; bracteae valvis compressis, altera acuminata, altera longe aristata; palea inferiore 3-fida, superiore 2-fida . . . . . . G. 768. CHAETURUS LK.

63 Bractea utraque villoso-aristata; bracteolis nudis, interiore apice biaristata, arista dorsali geniculata, torta. G. 788. LAGURUS L.
Bracteis nudis acutis, sub apice brevissime aristatis; rudimento flosculi secundi unico, jubato. . . . G. 790. PSAMMA BEAUV.

64 Spicis in axi communi alternis, aut in apice culmi digittatis . 65
Spica in apice culmi solitaria 72

65 Spiculis 2—3- aut plurifloris 66
Spiculis exacte unifloris absque vel cum rudimento floris secundi pedicelliformi 68

66 Bracteis exacte carinatis; spiculis obcordatis ventricosis bifariam imbricatis; bracteola exteriore apice aristata.
G. 810. BECKMANNIA HOST.
Bracteis ecarinatis, spiculis nec obcordatis, nec ventricosis, nec bifariam imbricatis 67

67 Spiculis omnibus hermaphroditis; rachi excissa articulata; flosculis lanceolatis vel lanceolato-subulatis; bracteola superiore margine setulis rigidis pectinato-ciliata.
G. 809. BRACHYPODIUM BEAUV.
Spiculis polygamis, i. e. hermaphroditis cum neutris intermixtis, distichis, secundis; bracteolis aristatis aut submuticis, aristis scabris. . . . . G. 770. ECHINOCHLOA BEAUV.

68 Spicis in axi communi alternis 69
Spicis in apice culmi 2—3—5, digittatis 70
69 Bracteis carinatis, inferiori minore; floribus hermaphroditis; stigmatibus elongatis tenuissime plumosis, basi nudis.
G. 783. SPARTINA SCHREB.
Bracteis ecarinatis, exteriori minore; floribus polygamis; stigmatibus aspergilliformibus. . . . G. 771. ORTHOPOGON R. BR.
70 Spiculis omnibus hermaphroditis 71
Spiculis polygamis, geminatis, altera sessili, altera pedicellata. Vide 41.
71 Bracteis evidenter carinatis; spiculis unifloris cum floris alterius pedicello clavato; stigmatibus e medio plumosis.
G. 781. CYNODON RICH.
Bracteis exacte ecarinatis, spiculis unifloris absque omni rudimento floris alterius; bracteolis aequalibus cartilagineis.
G. 768. DIGITARIA SCOP.
72 Spiculis omnibus 2—3- aut plurifloris 73
Spiculis nonnisi unifloris absque vel cum rudimento floris secundi pedicelliformi 82
73 Spiculis licet interdum brevissime, tamen visibiliter pedicellatis 74
Spiculis in excissuris racheos sessilibus solitariis, binis ternisve 75
74 Spiculis involucratis involucro pectinatim-pinnatifido. Vide 50.
Spiculis involucratis, secundis, dorso carinatis, alternis; rachi plana fractiflexa . . . . G. 807. CATAPODIUM LK.
75 Flosculis apice vel sub apice aristatis, aut muticis, aristis strictis 76
Flosculis dorso aristatis, aristis geniculatis; rachi edentula.
G. 825. GAUDINIA BEAUV.
76 Bractea unica; spiculis exsertis solitariis, latere (s. margine) axim communem spectantibus . . . . . G. 832. LOLIUM L.
Bracteis geminis; spiculis dorso ad axim communem versis . . 77
77 Bracteis cum flosculis simpliciter distichis, ideoque spiculis non involucratis 78
Bracteis lateri flosculi oppositis, ideoque illos quasi involucrantibus 80
78 Spiculis 3—4- vel plurifloris, flosculis alternantibus 79
Spiculis nonnisi bifloris cum rudimento pedicilliformi flosculi tertii et quidem intermedii, flosculis oppositis; bracteis subulatis.
G. 828. SECALE L.
79 Spiculis inflato-ventricosis, aut plano-convexis; bracteis ovatis oblongisve, apice obtusis truncatisve. . . G. 826. TRITICUM L.

Spiculis complanatis, omnibus fertilibus; bracteis anguste-lanceolatis, aut lineari-oblongis, acutis. . G. 827. AGROPYRUM R. S.

80 Bracteis geminis, basi subconnatis, ventricosis, pluriaristatis. G. 831. AEGILOPS L.

Bracteis 2—3, nonnisi uniaristatis 81

81 Flosculis omnibus hermaphroditis; bracteolis aristatis. G. 829. ELYMUS L.

Flosculo medio hermaphrodito, lateralibus masculis aut neutris; bracteola tantum exteriore apice aristata. G. 830. HORDEUM L.

82 Spiculis conformibus 83

Spiculis difformibus, inferiore mascula sessili mutica, superiore feminea aristata, intermedia neutri pedicellata. Vide 41.

83 Spiculis nonnisi 1-bracteatis aut plane ebracteatis 84

Spiculis bi- aut pluribrabracteatis et pluriserialibus Vide 80.

84 Flosculis exacte triandris 85

Flosculis nonnisi monandris, digynis; rachi articulata, spiculis scrobiculatis, immersis. . . . . . . G. 834. PSILURUS TRIN.

85 Spiculis digynis immersis; stigmatibus plumosis e basi flosculi egredientibus. . . . . G. 833. LEPTURUS TRIN.

Spiculis nonnisi mongynis, exsertis, uniserialibus; bractea nulla; stigmate ex apice flosculi emergente . . . G. 835. NARDUS L.

VI. Pl. Endogeneae Cryptogamae.

Fam. CXXX. **Lycopodiaceae DC. Crvotočine.**

Fructificatio amentacea v. sporangia in axillis foliorum caulinorum subsessilia, in valvas dehiscentia; caudices foliati ramosi, dichotomi foliis numerosis, acutis simplicibusque. Vide p. 1302.

Sporangiis conformibus; sporis farinaceis globosis quaternatim in corpuscula trigona cohaerentibus. . . G. 836. LYCOPODIUM L.

Sporangiis difformibus, aliis 3—4-coccis, 3—4 sporas majores continentibus, aliis reniformibus v. subrotundis sporulis minutissimis muricatis quaternatim cohaerentibus repletis. G. 837. SELAGINELLA SPRIG.

Fam. XXXI. **Osmundeae R. Br. Pujanice.**

Sporangia exanullata, disjuncta, pedicellata in valvulas subregulariter dehiscentia, in spicas composita v. in paniculas disposita. Vide p. 1304.

1 Inflorescentia spicata 2
Inflorescentia paniculata v. racemosa; sporangiis bivalvibus regulariter et perfecte dehiscentibus. (Frondes bipinnatae.)
G. 840. OSMUNDA L.

2 Sporangiis semibivalvibus in spicas compositas unilaterales distichas dispositis. (Frondes fertiles pinnatae.)
G. 839. BOTRYCHIUM SW.
Sporangiis unilocularibus transversim dehiscentibus in spicam unilateralem distiche dispositis. (Frondes simplices ovata basi decurrentes.) . . . . G. 838. OPHIOGLOSSUM L.

Fam. CXXXII. **Hymenophylleae W.**

Sporangia margini frondium appensa, bivalvia sporis columnae centrali subclavatae affixis. Vide p. 1306,

Fam. CXXXIII. **Polypodiaceae R. Br. Papratnjače.**

Sporangia capsularia dorso frondium insidentia, unilocularia, polysperma, transversim et irregulariter rumpentia, definite dehiscentia, in soros aggregata. (Frondes circinatim vernantes.) Vide p. 1306.

1 Soris perfecte nudis, i. e. nec indusio membranaceo, nec margine frondis revoluto tectis 2
Soris indusiatis, i. e. soris, saltem junioribus indusio membranaceo tectis, vel margine frondis revoluto involutis 5

2 Soris rotundatis sparsis vel regulariter seriatis 3
Soris linearibus aut oblique pinnatipartitis aut furcatis, i. e. venas frondium furcatas occupantibus. . G. 843. GRAMMITIS SW.

3 Soris regulariter seriatis, pilis paleisve stipatis 4
Soris sparsis rotundatis frondium dorso secus nervos aut nervorum apici insertis, nec pilis, nec paleis stipatis.
G. 844. POLYPODIUM L.

4 Soris linearibus transversalibus disco frondis oblique pinnatim furcatimve impositis. . . . . G. 842. CETERACH W.

Soris subrotundis marginalibus pilis setaceis aut paleis circumdatis, quasi involucrum calyciforme appertum, margineque crinitum constituentibus . . . . G. 845. WOODSIA R. BR.

5 Soris junioribus indusio membranaceo fotis 6

Soris junioribus margine frondis revoluto obtectis 12

6 Soris rotundatis orbiculatisve sparsis et indusio orbiculato v. umbiliculato et centrali, vel reniformi et laterali fotis.
G. 846. ASPIDIUM SW.

Soris ovalibus linearibusve, saepius integrum frondium dorsum obtegentibus vel margines frondium occupantibus vel secus margines decurrentibus 7

7 Frondibus indivisis, lanceolatis oblongisve, basi cordatis; soris linearibus, obliquis v. transversalibus. G. 848. SCOLOPENDRIUM SM.

Frondibus pinnatifidis pinnatisve 8

8 Soris marginalibus obliquis indusio et non frondis paginæ insertis. (Pinnae frondium obovato-cuneatae.) . . G. 851. ADIANTHUM L.

Soris ipsi frondium paginæ (dorso) impositis 9

9 Soris linearibus ovalibusve sparsis et non raro integrum frondis discum occupantibus; indusiis linearibus vel transverse ovalibus, interius appertis, ideoque costam versus dehiscentibus
G. 847. ASPLENIUM L.

Soris in lineam ininterruptam congestis 10

10 Soris linearibus rectis elongatis costaeque pinnarum frondis utrinque parallelis et continuis. . . . . . . G. 849. BLECHNUM L.

Soris linearibus marginique frondis contiguis 11

11 Soris in linea continuis; indusio membranaceo lineari interius aperto. (Frondes ternatim-bipinnatae.) . . . G. 850. PTERIS L.

Soris omnino discretis; indusio e margine frondis reflexo squamiformi interius dehiscente. (Frondes bi- vel 3-pinnatae.)
G. 852. CHEILANTHES SW.

12 Sporangiis in margine pinnularum et in basi istarum sparsis et sub pilis paleaceis absconditis; frondibus fertilibus sterilibusque conformibus. . . . . G. 853. NOTHOCHAENA R. BR.

Sporangiis pedicellatis secus costam mediam aggregatis; frondibus fertilibus et sterilibus difformibus, pinnis fertilium ad costam mediam usque revolutis sorosque involventibus.
G. 854. STRUTHIOPTERIS W.

Fam. CXXXIV. **Marsileaceae R. Br. Raznorodke.**

Sporangia dimorpha coriacea v. membranacea basi foliorum petiolorumve inserta; sporocarpia globosa vel oblonga, nucibus capsulisve aemula, basi foliorum vel petiolorum inserta, vel intra fibras radicales situata, vel stipitis ramorumve basi adnata et deorsum spectantia. Vide p. 1321.

Sporocarpiis coriaceis ad inferiorem partem petiolorum, pedicellatis, solitariis, vel 2—3 in pedicello 2—3-fido subsessilibus. (Frondes quadrifoliatæ.) . . . . G. 855. MARSILEA L.

Sporocarpiis membranaceis globosis intra fibras radicales ramo brevi deorsum spectanti insertis, 4—8-glomeratis. (Frondes (folia) ellipticae, obtusae.) . . . . G. 856. SALVINIA MICHEL.

Fam. CXXXV. **Equisetaceae DC. Preslice.**

Fructificatio verticillata, verticillis in spicam terminalem digestis et totidem receptaculis peltatis pedicellatis constantibus; sporangia membranacea, oblonga latere interiore longitudinaliter fissa; sporae numerosissimae globosae, apiculatae filisque 2 fultae. Vide p. 1322.

Fam. CXXXVI. **Characeae Rich. Porožnjače.**

Fructificatio sparsa, ad nodoś stipitum situata duplicis generis, veluti globuli polline vermiculari articulato repleti et sporangia unilocularia monosperma, spiraliter 5-striata striis apice saepe liberis. Vide p. 1326.

Tabella III.

exhibens conspectum systematicum Familiarum Generumque plantarum una cum clavi analytica ad determinationem Specierum

Florae Regnorum Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae.

Classis 1. **Exogeneae s. Dicotyledoneae Juss.**

Embryo cotyledonibus 2 oppositis, rarius pluribus verticillatim dispositis, rarissime in plantis aphyllis plane nullis, untrinque germinans deorsum sursumque radicula et plumula. Radicula centralis in descensum accrescens sistit radicem palarem plantis exogeneis propriam. Plumula intra cotyledones emergens caulem producit, qui in plantis hujus classis semper adest, licet sit interdum admodum brevis et ab ipsa radice vix distinguendus, caudicem referens. Caulis oritur e repetitione nodorum integrorum constans cortice annullo vasculari productionibus medullaribus radiato et medulla ab isto annullo inclusa. Etenim medulla, lignum et cortex distinguuntur in plantis lignosis exogeneis. Incrementum plantae hujus classis fit deorsum et sursum, et a libro versus lignum corticemque ligni strata concentrice cylindrica formans, interiora seniora, corticis autem exteriora seniora; hinc exogeneae potius amphigeneae nuncupandae forent. Folia e nodis integris statum cotyledonarem repetentia, paucissimis vaginantia, plerisque petiolata, aliis sessilia v. amplectentia, plurimis explanata venisque reticulatis inter se anastomosaentibus percursa. Flores saepissime completi, rarius simplici perigonio instructi, rarissime omnino nudi, organis sexualibus semper gaudentes. Antherae sacculis constantes polline repletis. In ipso flore numero ternario (plantis endogeneis proprio) binarius accedit, ut quinarius evadat; binarius etenim vel ternarius solus, nec minus ille duplicatus quaternarius, statum hebetatum, senarius et ultra auctus statum indicat extravagantem, qui typum superavit.

Sunt ergo plantae exogeneae vegetabilia embryone differentiali sursum deorsumque accrescentia, foliationem, florescentiam, fructificationem illustrantia et absolventia, integumentorum strata distinguentia, in flore fructuque typum quinarum evolventia. Rchb. fl. g. p. 142.

Subclassis 1. **Plerosanthae s. completiflorae,**

i. e. plantae exogeneae, corolla calyceque, licet interdum caducis, gaudentes.

A. Plerosanthae Choristopetalae s. polypetalae.

i. e. pl. floribus completis polypetalis provisae.

Ordo I. **Eleuterogynae.**

i. e. pl. ovario libero sive supero gaudentes.

Subordo I. Ovaria plurima singula styligera, vel plurima in fructum lobatum plus minusve connata, lobis singulis styligeris, vel ovarium solitarium placenta laterali unica, (uti: Papil. Caesalp. Resed. Berber.)

a. Calycanthae, i. e. plantae petalis staminibusque disco basi calycis adnato insertis.

*

Fam. I. **Papilionaceae DC. Leptirnice.**

Flores irregulares hermaphroditi, vel abortu, (sed rarissime) unisexuales; calyx liber gamosepalus, dentatus, deciduus vel marcescens, aestivatione imbricatus aut subvalvatus; corolla papilionacea imo calyci inserta 5-petala, petala perigyna libera, rarius inter se et cum staminibus connata, inferiora duo plerumque in carinam coalita; stamina 10 cum petalis inserta monadelpha vel diadelpha, i. e. 9 connata et decimo libero; ovarium liberum placenta unilaterali; fructus (legumen vel lomentum) longitudinaliter bivalvis unilocularis, rarius marginibus suturae carinalis introflexis spurie bilocularis loculis poly- vel oligospermis, interdum isthmis cellulosis semina distinguentibus transverse divisis, rarius indehiscens, lomentum referens, vel articulo unico monospermo constans; semina exalbuminosa; embryo polyrrhizus. Vis. fl. dalm. III. p. 259.; Koch syn. pl. p. 165.

Herbae, frutices arboresve foliis primariis oppositis reliquis alternis compositis, pinnatis ternatisve, rarius abortu unifoliatis, vel foliolis petiolo in phyllodium expanso nullis; petiolis interdum in cirrhum vel aristam productis, stipulis geminis, rarissime nullis; florum pedicellis saepissime bracteolatis.

Trib. I. **Loteae DC.** *Legumen uniloculare vel sutura altera introflexa biloculare; cotyledones planiusculae per germinationem in folia stomatibus praedita conversae.*

Subtribus I. **Genisteae Koch.** *Stamina monadelpha, (excepto unico Chamaecystide, cui sunt stamina diadelpha,) alae corollae margine superiore eleganter plicato-rugosae; calyx inaequaliter labiatus.*

Gen. 1. **Spartianthus Lk. Žuka sitinasta.**

Calyx scariosus spathaceus, superne fissus unilabiatus, labium apice scariosum et minute 5-dentatum, stamina monadelpha; stylus subulatus imberbis; stigma oblongum spongiosum sub apice styli interne longitudinaliter adnatum; carina 2-petala. Vis. fl. dalm. III. p. 261, g. 630; Koch syn. pl. p. 165.

Frutex virgatus subaphyllus glaber 2—4-pedalis ramis junceis; floribus magnis flavis odoratis laxe racemosis; foliis paucis lanceolatis; leguminibus elongatis villosis. — Ramosissimus ramis teretibus medulla farctis tenacibus; folia brevissime petiolata ad margines conniventer canaliculata; corollae vexillum amplum basi striatum. ♄. In saxosis asperis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Praputnik, Kukuljanovo et alibi in apricis maritimis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1761 in collibus totius Dalmatiae littoralis et insularis. (Spartium junceum L.) Rchb. fl. g. 3338. Mj.-In.

Sp. junceum Lk.

Gen. 2. **Spartium L. Žuka-metlovica.**

Calyx bilabiatus labiis scariosis, superiore 2-, inferiore 3-dentato, stamina monadelpha; stylus longissimus circinato-convolutus superne incrassatus vel latere inferiore planus; stigma minutum capitatum; legumen compressum polyspermum. — Koch syn. pl. p. 165; Rchb. fl. g. p. 619, g. 669.

Fruticulus scoparius 2-pedalis et ultra, foliis ternatis simplicibusque, foliolis obovatis; floribus magnis flavissimis; leguminibus margine hirtis. — Fruticulus ramosissimus ramis tetragonis vimineis; folia superiora simplicia lanceolata obtusa glabra, reliqua ternata, foliolis parvis dorso hirsutis; flores solitarii pedunculis filiformibus innixi; corollae vexillum amplum suborbiculatum marginatum; legumen compressum. ♄. In sylvis et ericetis circa Crisium (Križevci) ad ita dictum Tivoli; in montibus Zagrabiensibus, ad Petrinjam, Glinam et alibi. Syll. fl. cr. (Genista scoparia Lam.; Cyt. scoparius Lk. Sarothamnus vulgaris Wim.) Rchb. fl. g. 3339. Mj.-In. . . . **S. scoparium L.**

Gen. 3. **Genista L. Žutica ili Žutolovka.**

Calyx bilabiatus, labio superiori bifido, inferiori 3-dentato, rarius subregulari; corollae vexillum deflexum, carina laxa; stamina monadelpha; stylus subulatus, adscendens; stigma obliquum, extrorsum declive; legumen compressum carina obtusa. — Folia omnibus simplicia; flores flavi. — Koch syn pl. p. 166 - Rchb. fl. g. p. 519, g. 570.

1 Caulibus omnino inermibus 2
Caulibus demum evidenter spinescentibus 14
2 Calycis labio superiori breviter 2-dentato 3
Calycis labio superiore fere ad basin usque 2-partito 4
3 Foliis oblongo-lanceolatis margine subciliolatis; pedunculis lateralibus solitariis pluribusque fasciculo foliorum cinctis, calyce triplo longioribus; calycibus corollisque glabris; caulibus diffusis. — Caules striati; folia obtusa primo pubescentia, dein glabra; calyx brevis; corollae flavae vexillo margine reflexo, apice emarginato, alae oblongae, carina adscendens; legumen glabrum. ♄. In pratis siccis, declivibus, graminosis, nec non ad margines vinearum circa sv. Martin sub Okić, sv. Ana pod Turnom et Slavetić. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1779 in montanis asperis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3348. (Cyt. diffusus Vis. Spart. decumbens Jacq. Gen. humifusa Wulf.) Mj.-In. **G. diffusa W.**

Foliis oblongo-lanceolatis; subtus margineque, ramis, pedunculis calycibusque hirsutis, pilis patentibus; pedunculis lateralibus solitariis pluribusque foliorum fasciculo cinctis calyce triplo longioribus; corollis glabris. — Caules procumbentes; rami teretes striati, juniores pubescentes; folia integerrima, dorso pilis adpressis tecta; in ramis hornotinis alterna solitaria, in ramis floriferis ad ramulorum et pedunculorum ortum terna aut quina, pleraque minora et cuneiformia; flores odori pedunculati; calyx pubescens; corolla flava; legumen pilosum. ♄. In locis saxosis apricis herbidis circa Lobor, Krapina, Radoboj et alibi in Zagoria; in pascuis montium altiorum tractus Velebit, veluti in alpe Visočica, Badanj, Debelo-berdo montisque Klek. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1780 in devexitatibus humilioribus montium Velebit. Marian, Beljak et circa Ragusa. (Cyt. Kitaibelii Vis.; Cyt. procumbens Spr. Gen. decumbens Pett.) Rchb. fl. g. 3350. In.-Il. . **G. procumbens W.**

4 Floribus in caule ramisque lateralibus solitariis, geminis pluribusve cum foliorum fasciculo ex eadem gemma egredientibus . 5

Floribus evidenter racemosis, aut terminalibus subcapitatis . . 6

5 Caulibus procumbentibus, demum adscendentibus; foliis oblongo-lanceolatis, subtus, ramis triquetris, pedunculis brevissimis calycibusque adpresso-pilosis; vexillo carinaque sericeis. — Caules prostrati teretes, tuberculis exasperati; tuberculis inserta sunt folia lanceolato-spathulata, parva, villo sericeo subtus et ad oras vestita, plana, flores breviter pedunculati; calyx trifidus; corollæ alae glabrae, vexillum cum carina externe sericeum; legumen pilis albis tectum. ♄. In ericetis montium, veluti in monte Klek, Merzin, Velebit. Syll. fl. cr. In montibus altioribus comitatus Požegani, uti in monte Papuk et Orljava. (Kanitz.) (Spart. pilosum Roth.) Rchb. fl. g. 3349. Mj.-In. . . . . **G. pilosa L.**

Caulibus ramosissimis adscedentibus foliisque sericeo-canescentibus, ramis testaceis sulcatis, tuberculosis; foliorum lanceolatorum petiolis brevibus a tuberculis bilobis receptis, vexillo, carina legumineque rhomboideo dispermo sericeis. — Fruticulus prostratus 2—3 pollicaris rarius ultra, radice basique lignescens; folia ad 2 lineas longa subinflexa; legumina 4 lineas longa, 2 lineas lata; tuberculi ramorum magnitudine seminis sinapeos.

5 In collibus aridis montium insulae Pago. (Maly enum. pl. austr. pag. 345., gen. 813., n. 5.) — Spart. cinereum Vill.) Rchb. fl. g. 5353. — Mj. — In. . . . . . . **G. cinerea DC.**

6 Ramis alato-ancipitibus triquetrisve articulatis; foliis supremis ramorum confluentibus. 7

Ramis teretibus triquetrisve, sed nec alatis, nec articulatis; foliis omnibus liberis et distinctis 8

7 Foliis ovato-lonceolatis caulibusque pilosis; floribus racemoso-spicatis capitatisve. — Caules erecti herbacei simplices subarticulati, radice elongata lignosa ramosa multicipite; folia sessilia integerrima per totam longitudinem caulis decurrentia, hinc caules angulis foliaceis bialati; bracteæ parvæ lanceolatæ hirsutæ; flores subsessiles in capitulum oblongum aut in racemum subspicatum dispositi; calyx pilosus; corollæ vexillum amplum emarginatum, alæ erectæ; legumen compressum, pilosum. ♄. In sylvaticis, pratis collibusque siccis circa Crisium, (Križevci), Zagrabiam, Samobor nec non in subalpinis ipsisque alpibus Croatiæ australis, uti in monte Merzin, in alpe Pliešivica et alibi. — Syll. fl. cr. Vis. fl. Dalm. 1774. in sylvaticis pratisque siccis ad pedes montium circa Verlika, Sinj., nec non in montibus Velebit et Gnjat. (Cyt. sagittalis Koch; Syspone sagittalis Gries.; Salzwendelia sagittalis Gært.) Rchb. fl. g. 3340. Mjo. — In. **G. sagittalis L.**

Foliis lanceolatis apice sub- 3 dentatis, floribus terminali-capitatis; carina leguminibusque sericeis. — Glabriuscula, ramis alato-triquetris, extimis membranaceo-ancipitibus. ♄. In apricis rupestribus Vilena-et Farkašić-draga prope Zavalje cum priori, in apricis saxosis maritimis circa Karlobago, Konjsko, Lukovo et Žugare. — Rchb. fl. g. 3341. — Mj. In. **G. tridentata L.**

8 Foliis evidenter stipulatis 9

Foliis exacte exstipulatis obverse-lanceolatis lanceolatisque subtus sericeis; floribus subcapitato-racemosis bracteatis; pedunculis calyce brevioribus, vexillo carinaque subaequalibus et una cum leguminibus sericeis. — Fruticulus humilis decumbens vel adscendens in ramos numerosos erectos divisus, cæspitosus adpresse pilosus caulibus angulatis; folia obtusa integerrima; facie viridia dorso villo sericeo ut isti caules tecta. Flores in racemum brevem collecti; calyx sericeus labio superiori bifido, inferiori bidentato; corollæ vexillum emarginatum et ut carina pilosum, legumen villosum. ♄. In rupium fissuris alpium Pliešivica et Vi-

sočica; circa Oštaria versus Karlobago et alibi in rupibus altioribus litt. cr. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3351. Mj.-In.

G. sericea Wulf.

9 Foliis plus minusve pilosis vel saltem margine puberulis; stipulis minimis 10

Foliis lanceolatis caulibusque glabris; stipulis persistentibus subulatis, demum spinescentibus: ramis alato-triquetris; floribus racemosis; corollis glaberrimis. — Caules triquetri ramosi; folia alterna ciliata, inferiora breviora ovata apice obtusa, reliqua ovato-lanceolata mucronata; stipulae binæ ad basin petioli; flores axillares solitarii pedunculati in racemum dispositi; legugumen compressum nitidum. ♄. In saxosis herbidis circa Medvedgrad, Samobor et hic præsertim in monte Ošterc, Jaska et sv. Ana pod Turnom; in monte Klek et ad Modruš. — Syll. fl. cr. — Vis fl. Dalm. in pascuis sylvaticis prope Smilčić in ditione Jadrensi et montis Svilaja. — (G. scariosa W.; G. januensis Viv., G. triangularis W.) — Rchb. fl. g. 3347. — Mj. Il.

G. triquetra WK.

10 Foliis caulibusque pilosis scabriusculis strigosisve 11

Foliis nonnisi margine puberulis secus una cum caulibus leguminibusque glabris 12

11 Foliis ovalibus ellipticisve breve acuminatis penninervibus, i.e nervis pluribus alternatim e costa versus marginem directis, margine leguminibusque strigoso-pubescentibus; carina apice pilosa, alis carinam vexillo minorem æquantibus vel illam plane superantibus. — Radix longissima multiceps; caules simplices suffruticosi humiles erecti angulati; folia alterna subsessilia integerrima; stipulæ minutæ setaceæ; flores axillares solitarii pedunculati, pedunculis brevibus pilosis villosisve bracteisque utrinque 2 suffulti; legumina compressa villosa. ♄. In locis herbidis collibusque siccis, ad dumeta et vias circa Crisium, Kalnik, Sudovec, Verbovec et alibi in Croatia nec non in Slavonia. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3344., In Il. . . . . **G. ovata WK.**

Foliis oblongo lanceolatis ovalibusve acutis margine pubescentibus triplinervibus, i. e. nervis binis supra basin oppositis per totum folium in apicem usque excurrentibus; leguminibus glabris arcuato-rostratis. Non videtur esse forma sua perquam constantissima. ♄. In montanis sylvaticis circa Lovrečinam, ad Verbovec, Zagrabiam, Samobor alibique in submontanis montanisque.

Syll. fl. cr., Rchb. fl. g. 3345. (Herbar, normale Fr. Schultz. G. nervata Vukot; In-Ag. . . . . **G. nervata Kit.**

12 Caule nonnisi basi lignescente 13

Caule evidenter frutescente vel plane arborescente sæpissime hominem alto; corollis glabris vexillo ovali arecti acutiusculo, carina alisque vexillum æquantibus; floribus racemosis, demum corymbosis, calyce 5-fido glabro, dentibus acutis. — Trunco pollicem et ultra crasso, lignoso, 2 — 7-pedali, superne virgato, ramulis annotinis arcetis, hornotinis incurvatis, pendulis, divaricatis, foliosis; foliis lanceolatis acutis, basi attenuatis sessilibus, obscure virentibus ciliolatis, in ramis hornotinis minutis; leguminibus glabris, dorso incurvis. ♄. In sylvis planitierum et pascuis hieme inundatis in Lonjsko polje et alibi in Moslavina nec non ad Siscium et in Posavina. Syll. fl. cr. In. Sept.

G. frutescens Schloss. et Vukot.

Observ. Tam haec quam praecedens Genista rationem differentiæ in suis characteribus habent plurimum in solo natali, nec veniunt partialiter, sed in toto judicandae velut formae transitoriae.

13 Foliis lineari-lanceolatis subuninervibus oblique flexis; leguminibus subfalcatis glabris, sutura altera curvata, altera recta. — Caule gracili elato, virgato, demum paniculatim-ramoso, ramis elongatis. ♄. In collibus apricis saxosisque ad Podsused, circa Samobor alibique in montanis australioribus solo calcareo. Syll. fl. cr. (G. sibirica L., G. tenuifolia Lois; G. elatior Koch). Rchb. fl. g. 3343. In-Il. . . . . **G. virgata W.**

Foliis lanceolatis ellipticisve cuspidatis planis, nervis reticulato-anastomosantibus ramisque teretibus striatis erectis glabriusculis; leguminibus rectis, glabris. ♄. In collibus, pascuis, ad margines viarum et in dumetis; in pratis sylvisque siccis ubique in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr.; Vis. fl. Dal. 1775. in pratis circa Nona, Verlika, Sinj. Imoschi, Zuppa, Lastva et in insula Pago. Rchb.-fl. g. 3342. In. — Il.

G. tinctoria L.

Obser. var. β. ramis gracilibus tenuissimis, foliis lineari-lanceolatis reflexis, calycis labio inferiori subintegerrimo, est: G. umbrosa Boenigh. et var. δ. foliis ovalibus acutis, ramis virgato-ramosis pubescentibus, leguminibusque laxius ciliatis, est; G. pubescens Lang. Utraque in Croatia montana, et quidem prior in asperis nemorosis, posterior in saxosis apricis haud rara.

Sunt varietates, quæ stricto limite haud definiri possunt.

14 Racemis in apice caulis plurimis; ramulis foliosis, caulibus ipsis aphyllis 15

Caulibus racemo florum solitario terminatis a basi ipsa foliosis, evidenter cæspitosis 16

15 Caulibus adsendentibus erectisve spinosis, spinis verrucosis, compositis, ramulis foliosis hirsutis, floriferis inermibus aphyllis, foliis lanceolatis ellipticisve exstipulatis; floribus longe racemosis, bracteis subulatis pedicello duplo brevioribus aut illum duplo excedentibus; leguminibus oblique-ovalibus oligospermis pubescentibus: — Fruticulus erectus vel basi decumbente adscendens ramosissimus, spinis patentibus plus minusve compositis armatus; folia brevissime petiolata integerrima læte viridia. ♄. In collibus apricis, in dumetis, ad margines viarum sylvarumque in Croatia et Slavonia, præsertim in submontanis montanisque vulgaris. — Syll. fl. cr.; Vis. fl. Dalm. 1777. in apricis portus s. Pier di Nembo scopuli cujusdam ad ortum insulæ Ossero, nec non in pascuis sylvaticis prope Žerava ditionis Jadrensis. (Cyt. germanicus Vis.; Voglera spinosa Fl. wett.) Rchb. fl. g. 3358. — Mj.-In. — Spet. — **G. germanica L.**

Caulibus prostratis brevibus demum in ramos procumbentes ramulosque adscendentes solutis, ramulis hornotinis herbaceis simplicibus villoso-ciliatis, bracteolatis, annotinis lignescentibus marcidis, aphyllis; foliis alternantibus lanceolatis breve petiolatis sursum decrescentibus, pilis sparsis obsitis, ciliatis. — Fruticulus humifusus spinescens, spinis ramulorum hornotinorum compositis, herbaceo-mucronatis, bracteatis, annotinorum pungentibus, sed non lignescentibus et vix rigidiusculis; corollæ pilosiusculæ vexillo ovali, alis rotundatis carina brevioribus; flores in racemos breves congesti; calycis laciniæ acutæ pilosæ; legumina brevia, ovalia acuminata, rostrata, pilosa; radix longissima, flagellaris ♄. In convalibus montanis locisque herbidis sylvaticis Croatiæ australis, veluti ad pedem montis Klek et in sylva Jasikovac prope Gospić. Syll. fl. cr. Il-Ag.

G. heteroacantha Schloss. et Vukot.

Observ. Amarunt amici nostri asserere, Genistam hanc G. germanicæ non solum proximam, sed plane identicam esse; nos credimus, cum G. germanica in sua forma genuina in Lika prorsus desit, nostram hujus locum supplere; differt au-

tem evidenter toto habitu, caulibus prostratis lateque diffusis, ramulis demum adscendentibus, spinis herbaceis, demum rigidiusculis, sed nec unquam lignescentibus ipsoque florendi tempore.

16 Caulibus superne lanato-villosis hirsutisve pilis patentibus; spinis patentibus, rectis, rigidis, quadrangularibus, mucronuatis, pungentibus 17

Caulibus nonnisi adpresse pilosis; spinis ramosis, inermibus . . 18

17 Foliis lineari-lanceolatis, supremis angustissimis; racemis terminalibus; calycibus subhirsutis, vexillo apice carinaque pubescentibus; bracteis linearibus; dentibus calycis tubo subduplo longioribus. — Adscendens villosa; spinae patentissimae pinnato-compositae pungentes et una cum istis ramulis angulatae, legumina ovalia pubescentia monosperma. Vis. fl. dalm. 1788 var β. in aprici scirca Sebenico, Spalato, Ragusa, Pastrovichio, nec non in insulis Cherso, Ossero, Veglia, Pago et Lesina. Rchb. fl. g. 3356. In.-Il . . . . **G. dalmatica Bert.**

Foliis bracteisque lanceolatis, longe acuminatis; racemis brevibus subcapitatis, capitulis laxis; carina villosa, vexillo glabro subaequali, leguminibus ovalibus 2-spermis glabrescentibus. — Caules sulcati, pilosi; folia infima parva ovata obtusa, superiora lineari-lanceolata, floralia linearia arcuata, omnia pilosa; spinæ pungentes; flori singulo adstant bracteae duae subulatae pilosae. ♄. In campestribus apricis Dalmatiae (Host). Maly enum. pl. p. 346., g. 813., n. 15. Rchb. fl. g. 3357. Mj.-In. **G. hispanica L.**

18 Caulibus striatis adpresse-pillosis; spinis arcuato-patulis subtiliter striatis; foliis lanceolatis, illis spinarum angustisissimis; calycibus carinaque pubescentibus. — Fruticulus valde ramosus ramis gracilibus pilis adpressis consitus, superne spinis ramosis innocuis; flores axillares subsessiles, bracteae ad basin singuli pedunculi binae, legumen villosum. ♄. In saxosis collibusque herbidis apricis ad Ljubovo, Vrebačka-staza in provincia Likana, nec non in litt. cr. circa Karlobago, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1778 in saxosis totius Dalmatiae. (Cyt. sylvestris. Vis.) Rchb. fl. g. 3355. In.-Il. . **G. sylvestris Scop.**

Caulibus angulato-striatis superne rachique sericeo-canis; spinis patentibus arcuatis subflexilibus quadrangularibus; foliis linearibus, illis spinarum angustissimis; calycibus, vexillo carinaque sericeis, calycis dentibus tubum suum aequantibus. — Prae-

cedenti persimilis, differt tamen ramulis rachique sericeo-canis, floribusque dimidio minoribus et saturatius luteis. ♄. In asperis saxosis litt. cr. cum priori in iisdem locis. Syll. fl. cr. — Koch syn. pl. p. 168, n. 12. Mj.-In. . . . . . . **G. arcuata Koch.**

Gen. 4. **Cytisus L. Zanoviet.**

Calyx bilabiatus, labio superiori bifido, inferiori tridentato; corollae vexillum amplum carina obtusa; stamina monadelpha; stylus subulatus; stigma obliquum, extrorsum declive, legumen complanatum polyspermum aut ovato-abbreviatum oligospermum. — Folia omnium ternata. — Koch syn. pl. p. 169; Rchb. fl. g. p. 522.

1 Calyce profunde bilabiato corollam subaequante, aut illa paullisper breviore 2
Calycis cylindrici, campanulati aut urceolati breviterque bilabiati dentibus exiguis adpressis, aut patenti-reflexis 5
2 Stigmatis declivi papillis aduncis; calycis campanulati persistentis profundeque bilabiati labio superiori bifido, inferiori tridentato; leguminibus abbreviatis ovalibus; foliis oppositis 3
Stigmatis declivi papillis rectiusculis; calycis profunde bilabiati labio superiori bipartito, inferiori trifido; leguminibus elongatis linearibus; foliis alternis 4
3 Florum capitulis terminalibus pedunculatis 5—6-floris; foliolis lineari-angustissimis, foliis breve petiolatis, petiolis persistentibus; caule foliisque adpresse pilosis; legumine ovato-acuminato oligospermo. — Fruticulus ramossisimus, ramuli floriferi conferti graciles pilis candidis tecti; folia petiolo brevissimo lato innixa; foliola linearia villosa; flores brevissime pedunculati; bracteae membranaceae, concavae, acutae villosae. Tota planta villo candido aut cinerascente tecta. ♄. In montanis asperis herbidisque, veluti in cacumine montis Ošterc ad Samobor; in monte Klek et Merzin, Vratnik, nec non alibi in montibus tractus Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1771 in montosis Velebit, Prolog et Biokovo. (Spart. radiatum L.; G. radiata Scop.) Rchb. fl. g. 3360. In.-Il. . . . . **C. radiatus Koch.**
Florum capitulis terminalibus 3—4-floris; bracteolis lineari-subulatis; vexillo rotundato-obtuso carinaque dense sericeis; alis carinam aequantibus; foliis breviter petiolatis, foliolis linearibus cauleque adpresse sericeis; legumine ovali acutiusculo oligospermo. — Fruticulus 4—5-pollicaris, totus villo candido sericeo

tectus, ramosus ramis divaricatis brevibus. ♄. In locis saxosis montium Velebit, veluti in subalpinis alpis Debelo-berdo, in rupibus circa Mali-Halan et ad Podprag. Syll. fl. cr. (Genista holopetala Rchb.) Mj.-In. . . . . **C. holopetalus Koch.**

4 Caule foliisque sericeis, foliolis oblongis; floribus breviter pedunculatis axillaribus solitariis terminalibusque subternis; calycibus vexilloque sericeis, leguminibus villoso-sericeis. — Fruticulus ramosus pilis candicantibus tectus; folia petiolata, facie viridia, dorso pilis adpressis splendentibus tecta, apice recurvata; stipulæ lineari-lanceolatæ pilosæ; calyx compressus sericeo-pilosus. ♄. Vis. fl. dalm. 1772 in collibus montibusque humilioribus et locis saxosis circa Zara, Scardona, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Cherso, Brazza et Lesina. (Chasmone argentea E. Mej., Argyrolobium Linnæanum Walp.; Cajanus argenteus Spr.) Rchb. fl. g. 3361. Ap.-Mj. . . . **C. argenteus L.**

Caule foliisque pube patula hirsutis; foliolis obovato-subrotundis mucronulatis; floribus pedunculatis terminalibus; calycibus tripartitis; vexillo leguminibusque hirsutis. ♃. Vis. fl. dalm. 1773 in Valle di Breno prope Ragusa. (Trichasma calycinum Walp. Chasmone calycina Ern. Mey. Cyt. pauciflorus W.) **C. calycinus Sieb.**

5 Floribus flavis, luteis albidisve 6

Floribus laete purpureis subgeminis lateralibus, pedicellis calyce oblongo-brevioribus; caulibus adscendentibus; ramulis, foliis calycibusque glabris vel sparse-pilosis; calycis margine unguibusque petalorum ciliatis; leguminibus glabris, seminibus atris. — Fruticulus ramosus ramis patentibus; folia obovata marginibus paullisper conniventibus subcanaliculata; flores solitarii vel bini; legumina pollicaria. ♄. In montanis apricis litt. cr. circa Flumen et Karlobago; in monte Vratnik et alibi in montibus Velebit. Syll. fl. cr. In rupestribus Dalmatiae. (Maly enum. pl. p. 317, g. 814, n. 15. Rchb. fl. g. 3863. Mj.-In. **C. purpureus Scop.**

6 Frutices ramis ramulisque evidenter spinescentibus 7

Frutices ramis ramulisque inermibus 8

7 Calyce cylindraceo persistente, labiis calycis abbreviatis; foliolis cuneato-obovatis; pedunculis lateralibus solitariis, calycibus leguminibusque sericeis; labii superioris dentibus divaricatis; caulibus ramosissimis foliisque argenteo-sericeis. — Fruticulus horridus trunco brevi tortuoso ramisque patentibus, rigidis stric-

tis. ♄. Vis. fl. dalm. 1770 in saxosis apricis montis Vidović insulae Cherso; in insula Arbe; in monte d' Ossero, in insula Pago, ad scopulos insulae Lesina, nec non circa Ragusa. (Cyt. argyreius.) Rchb. fl. g. 3368. Mj.-In. . . **C. spinescens Sieb.**

Calyce urceolato scarioso basi circumcise-deciduo; foliolis cuneato-obovatis obtusis emarginatisve, supra glabris; ramis angulatis patulis; calycis labio superiori bifido, inferiori tridentato; carina glabra; leguminibus adpresse sericeis, sutura superiori dorso planis bilamellatisve. — Caules erecti sericeo-canescentes ramosi ramis angulatis spinosis patulis. ♄. Vis. fl. dalm. 1766 in collibus saxosis aridis sterillibus circa Ragusa, in Pianura di Canali, ad Castelnovo di Cattaro nec non in insulis Arbe, Ossero et Lesina. (Spart. infestum Grieseb. (Sp. spinosum Host.) Mr.-Apr. **C. infestus Guss.**

8 Calyce campanulato, tubo abbreviato, hiante 9

Calycis cylindracei, elongati labiis adpressis, labio superiori truncato-exciso, inferioris dentibus propter indumentum vix distinguendis 19

9 Floribus racemosis, racemis terminalibus lateralibusve 10

Floribus axillaribus solitariis, binis ternisve aut plane fasciculatis 17

10 Calyce basi bractea solitaria fulto, vel plane ebracteato . . . 11

Calyce basi 3-bracteato; foliolis obovatis, superioribus subrhombeis; racemis subsexfloris erectis, caule foliisque glabris. — Fruticulus erectus ramosissimus ramis glabris; folia inferiora longe, floralia breviter petiolata; foliola glabra; singulo flori adstant bracteae tres, quarum intermedia ovata, laterales lineari-lanceolatae; calycis labium superius integerrimum, inferius bidenticulatum. ♄. In montibus sylvaticis Dalmatiae. (Maly enum. pl. p. 347, g. 814, n. 6.) Rchb. fl. g. 3378. Mj.-In. **C. sessilifolius L.**

11 Racemis erectis, petiolis canaliculatis 12

Racemis lateralibus multifloris laxe pendulis; foliolis ellipticis . 14

12 Racemis abbreviatis, pyramidatis subcapitatisve 13

Racemis elongatis virgatis; calycis breviter campanulati persistentis labiis subaequalibus, superiori bidentato, inferiore trifido; carina glabra rostrata; leguminibus sericeo-pilosis, margine planis; foliolis oblongis lanceolatisque acutis, subtus calycibusque sericeo-strigosis. 2—3-pedalis, sericeo-canescens siccando ut plurimum nigrescens. — Frutex erectus ramosus ramis virgatis te-

retibus villosis; folia petiolata facie glabra, dorso villosa; flores cernui, pedicellati; calyx villosus; legumen oblongum compressum, demum nigrum, villosum. — ♄. In ericetis, dumetis sylvisque totius Croatiæ et Slavoniæ. — Syll. fl. cr., Vis. fl. dalm. 1765. in saxosis sylvaticis ad Paklenica; in montibus Velebit et Dinara, in dumetis inter Sign. et Han in Krivoscie, circa Cattaro, Zuppa, Budua, Lastva, nec non in monte Triskavac insulæ Veglia. Rchb. fl. g. 3379. In-Il. **C. nigricans L.**

13 Foliolis obovato-ellipticis mucronulatis; ramis virgatis angulatis, racemis subcapitatis; calycis breviter campanulati persistentis labiis subæqualibus, superiore bifido, inferiore tridentato; carina pubescente; leguminibus villosis margine planis. — Caules erecti adpresse pubescentes, folia omnia petiolata, foliola breve acuminata pubescentia; stigma terminale rectum capitatum, papillosum, sed glabrum. ♄. Vis. fl. dalm. 1764. in sylvaticis circa Castelnovo di Cattaro. (Gen. candicans L.) Rchb. fl. g. 3377. Ap.-Mj. . . . . **C. monspessulanus Vis.**

Foliolis obovatis ellipticisve obtusis racemisque pyramidatis, calycis (subtubulosi) labiis subæqualibus, superiore bifido, inferiori minute 2-3-dentato; carina villoso-sericea; leguminibus glabris, margine planis. — Caulis fruticosus rectus teres cinereus 3 — 5-pedalis superne irregulariter ramosus ramis angulatis, junioribus molliter lanuginosis, apice confertis; folia alterna petiolis subtus convexis, supra canaliculatis; racemi thyrsoidei glabri, juniores supra albo-lanuginosi, sub flore bractea minuta ovalilanceolata apice albo-barbata, intus glabra ante anthesim decidua muniti. ♄. Vis. fl. dalm. 1763. in sylvaticis montanis Grab, circa Imoski, ad Zagvozd, in monte Biokovo; ad Greben inter Risano et Krivoscie, nec non in monte Vlastica prope Ragusa. (C. ramentaceus Sieb.) Rchb. fl. g. 3373. Mj.-In. **C. Weldeni Vis.**

14 Leguminibus adpresse pubescentibus sericeisve, margine incrassatis aut superiori angulo recto-carinatis 15

Leguminibus glabris sutura superiori alato-carinatis. 16

15. Foliolis ovali-oblongis basi angustatis supra glabris; leguminibus strigoso-sericeis sutura superiori angulo recto carinatis. — Frutex arborescens foliis longepetiolatis racemisque pendulis; corollæ vexillum emarginatum, ad basin maculis punctisque fuscis notatum. — ♄. In sylvis montanis et subalpinis Croatiæ australis veluti circa Divoselo, in Iadrina-Poljana, in Mali-Urlaj

et alibi in subalpinis montium Velebit. Kit. iter. cr. I. (Kanitz) Rchb. fl. g. 3382. Colitur ubique in hortis. Syll. fl. cr. Mj.-In. **C. Laburnum L.**

Foliolis oblongis obovatisve, obtusis; calycis urceolati persistentis labio inferiore ovato-lanceolato superius excedente; leguminibus adpresse pubescentibus margine incrassatis, apteris. — Frutex 8—10-pedalis pilisque adpressis ad ramos, petiolos, foliorum dorsum racemus et fructus canescens; rami patentes apice cum racemis nutantes; folia petiolata, petiolis supra complanatis canaliculatis, basi incrassatis stipulaque lanceolato-lineari utrimque stipatis. ♄. In sylvis montium Velebit, veluti in illis ad pedem alpis Debelo-berdo, circa Halan et Medak.-Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1762. in sylvaticis montium Velebit ad Vela-Paklenica. Mj.-In. . . . . . . **C. Alschingeri Vis.**

16 Foliolis obovato-oblongis, basi rotundatis, breve acuminatis gla bris nitidisque; leguminibus reticulatis acuminatis. — Racemi exeunt e rami liquosi ramulis brevissimis incrassatis, cicatricoso-circumrugosis. — ♄. In sylvis montanis circa Medvedgrad prope Zagrabia, in illis montis Klek et Merzin. Syll. fl. cr. (C. latifolius Hort.) Rchb. fl. g. 3380. In-Il. . . . **C. alpinus Mill.**

Foliolis lanceolatis basi attenuatis pubescentibus; leguminibus sub apice recurvo-rotundatis. — Racemi exeunt e ramulis elongatis uti in C. Laburno, sed flores sunt multo minores. ♄. In sylvis tractus montium Velebit haud rarus, ubi in ipsas alpes adscendit. Syll. fl. cr., (C. alpinus WK. t. 260.) Rchb. fl. g. 3381. In.-Il. . . . . **C. angustifolius Mnch.**

17 Floribus axillaribus solitariis, rarius geminis; caulibus ramosissimis decumbentibus; 18

Floribus lateralibus cum fasciculo foliorum ex eadem gemma egredientibus fasciculatis, pedicellis calycem quater pluriesve excedentibus; calycibus basi bracteola lineari fultis, caulibus diffusis; foliis subtus, petiolis, pedicellis calycibusque adpresse-pilosis. — Fruticulus 2—3-pedalis; folia petiolo tenui insidentia foliolis æqualibus 6—7-lineas longis; carina apice adscendens, genitalia includens. ♄. In montosis asperis Dalmatiæ. (Maly enum pl. p. 346., g. 814. n. 5.), Rchb. fl. g. 3376. (C. glabrescens Sator). — Mj.-In. . . . . **C. emeriflorus Rchb.**

18 Caulibus adprese sericeis, ramis sulcatis tuberculosis, sterilibus apice rigescentibus aphyllis inermibus; foliolis oblongo-lineari-

bus; floribus subracemosis secundis nutantibus; pedunculis calyce brevioribus, vexillo carinaque inæqualibus leguminibusque dispermis sericeis. — Radix lignosa; caules diffusi implexi sulcati ramosi ramis sericeo-pubescentibus, apice rigidis, sed non pungentibus nec acutis crasse tuberculosis; folia nonnisi floralia ternata; flores axillares solitarii, rarius gemini, in racemum spurium plus minusve longum densumque digesti, pedicelli 1-2-bracteolati. ♄. Vis. fl. dalm. 1782 in apricis asperis insulæ Pago et Cherso. — (Gen. pulchella Vis., G. sericea Alsch.) Mj.-In.

C. pulchellus Vis.

Caulibus pilis patulis sericeo-villosis, ramis sulcatis tuberculosis, sterilibus foliatis inermibus; foliolis oblongo-lanceolatis; floribus ebracteatis solitariis erectis, pedunculis calyce brevioribus, vexillo carinaque subaequalibus leguminibusque mono-dispermis sericeis. — Radix caulesque breves nodosi crassi lignosi nudi glabrique; rami plurimi implexi decumbentes vel adscendentes, profunde sulcati, e stipulis in verrucam convexam bisulcatam apiceque obsolete bidentatam coalitis tuberculosi; folia unifoliolata ternaque. ♄. Vis. fl. Dalm. 1783 in apricis asperis montis Zevelin Dalmatiam ab Hercegovina discriminantis supra Studence. (Gen. Villarsii Clem. Gen. humifusa Vill.) Il. Aug.

C. Villarsii Vis.

19 Floribus — saltem in ramis hornotinis — terminali-fasciculatis capitatisve aut racemosis, ramis teretibus 20

Floribus axillaribus binis ternisve, rarius axillari-fasculatis aut axillari racemosis 25

20 Floribus in omnibus ramulis terminalibus 21

Floribus in ramulis annotinis lateralibus binis ternisve, pedicellis ebracteatis calyce duplo brevioribus, in ramulis hornotinis terminalibus umbellatis serioribus, pedicellis exterioribus sub flore bracteolatis; caulibus ramisque procumbentibus, ramulis adscentibus; calycibus foliisque hirsutis, pilis patentibus. Caules teretes pilis longis tecti; folia facie glabra, dorso pilis adpressis consita. — Iam mense Aprili oriuntur ex axillis foliorum flores solitarii, modo bini, quandoque terni; Junio ex ipsa ramorum sumitate exoritur florum breviter pedunculatorum capitulum, unde nomen: C. bisflorens Host; corolla lutea demum ruffescens; legumen pilis longis tectum. — ♄. In collibus, dumetisque, ad margines viarum sylvarumque in submontanis cir-

ca Crisium, Zagrabiam, Samobor et in Moslavina. — Syll. fl. cr.; Koch syn. pl. pag. 170 n. 10. (C. biflorus Host) — Floret primarie mense Aprili et secundarie mense Junio et Julio. **C. prostratus Scop.**

Observ. var. β. ovariis leguminibusque glabris et nonnisi margine hirsutis ciliatisque est: C. ciliatus Wahlb.

21 Floribus terminalibus umbellato-capitais multifloris; pedunculis nonnisi exterioribus bracteolatis 22

Floribus terminalibus binis quaterinsve umbellatis, pedunculis omnibus bracteolatis; caule ramosissimo ramisque prostratis, ramulis adscendentibus foliisque laxe pilosis, pilis patentibus; calycibus subglabris. — Caules ramosissimi procumbentes teretes; petioli hirsuti; bracteae foliiformes simplices; corolla glabra; legumen pilosum. — ♄. In ericetis, ad margines viarum, vinearum sylvarumque in Zagoria, veluti ad pedem montis Ivanščica, circa Lobor, Radoboj et Krapinam, nec non ad Samobor, Sv. Ana pod Turnom et Slavetić. Rchb. fl. g. 3372. (C. hirsutus Jacq.) Mj.-Jn. . . . . **C. supinus L.**

Observ. Differt a valde simili C. capitato Scop. foliolis obovatis duplo triplove minoribus, caule ramosissimo, capitulis paucifloris, floribus ipsis minoribus calycibusque subglabris.

22 Caulibus erectis 23

Caulibus diffusis, ramis erectis brevissime petiolisque adprese pilosis; foliolis ovali-lanceolatis ellipticisve; pedunculis terminalibus umbellatis-capitatis 1-2-bracteolatis; calycibus leguminibusque hirsutis; labio inferiore tubo calycis paullo breviore. — Caules lignosi basi diffusi ramosi ramis teretibus pube brevissima adpressa crispula obtectis; stipulae lanceolatæ; petioli et folia pilis longiusculis adpressis et in foliolis rarioribus adspersi; pedunculi terminales basi foliati, superne 1 — 2-bracteolati. ♄. Vis. fl. dalm. 1768 in sylvaticis montium Krivoscie supra Risano; in monte di Pastrovichio, in collibus supra Castel Lastva et Blokhaus. Jn.-Jl. . . . . **C. Tomasinii Vis.**

Observ. Valde similis C. capitato Scop, a quo tamen differt, pube minima crispula adpressa et labiorum calycis profundiore separatione. —

23 Floribus terminalibus umbellato-capitatis, dense congestis numerosis, pedicellis exterioribus bracteolatis. 24

Floribus terminalibus racemosis, racemis pyramidatis; leguminibus glabris margineque planis. Vide 13.

24 Ramis erectis calycibusque hirsutis; foliolis lanceolatis canescentibus pilis adpressis. — Caules suberecti teretes incani pilosi; folia pilis sericeis adpressis tecta, basin versus angustata, apice setula terminata; flores breviter pedunculati; calyx tubulosus flavus pilis tectus; petala pubescentia; legumen hirsutum. — ♄. In montibus apricis collibusque herbidis circa Zagrabiam, Samobor, Jaskam; in pede montis Klek, Merzin et alibi in Croatia australi. — Syll. fl. cr.; — In Slavonia in sylvis circa Oravica, Čerević, Kerčedin, Karlovic et Semlin. (Kanitz) (Cyt. canescens Maly). Rchb. fl. g. 3369. Mj.-In. **C. austriacus L.**

Ramis strictis erectove patulis fastigiatis; calycibus, ramulis foliisque hirsutis, pilis patentibus; foliolis ovato ellipticis lanceolatisque adpresse pilosis, margine sericeis; floribus flavis, vexillo disco late aurantiaco; leguminibus hirsutis falcatis. — Caules plures ex eadem radice provenientes erecti; ramosi, hirsuti; bracteæ lineares pilis tectæ solitariae; calyx tubulosus, hirsutus flavescens; corolla petalis ad oras ciliatis. — ♄. In sylvis apricis submontanis in Moslavina circa Gornja - Jelenska et Slatina; in pede mantis Ošterc et Plieśivica ad Rude; in Slavonia haud rarus in sylvis, arvis vineisque (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1767 in Dalmatia sine loci specifici indicatione. Rchb. fl. g. 3371.-In.-Ag. . . . . **C. capitatus Jacq.**

25 Floribus axillaribus binis ternisve 26

Floribus lateralibus cum fasciculo foliorum ex eadem gemma egredientibus fasciculatis; pedicellis calycem quater pluriesve excedentibus. Vide 17.

26 Caulibus adscendentibus laxe patentique villosis; fioribus præcocibus 27

Caule erecto adpresse piloso, ramis longissimis teretibus, densifloris, floribus 3-4 definite pedunculatis; foliolis ovato-ovalibus coaetaneis leguminibusque adpresse villosis. — Caulis teres in ramos elongatos recurvatos pilisque adpressis tectos divisus; foliola præsertim subtus pilosa; flores pallidi; foliola subtus et praeprimis margine sericea, supra sparsim strigulosa. ♄. In sylvis montanis veluti in montibus tractus Ivanščica ad Melengrad, Belecgrad et Grebengrad; ad Medvedgrad prope Zagrabiam; in monte Klek, Merzin et alibi. — Syll fl. cr. — In arvis agrisque

*

desertis siccis circa Semlin. (Kanitz) — Rchb. fl. g. 3365. — Aq. — Mj. . . . . **C. elongatus WK.**

27 Decumbens laxe patenti-villosus; foliolis obovatis obtusis subtus molle pubescentibus, supra adpresse pilosis; floribus pedunculatis subgeminis; leguminibus stupeo-lanatis. — Rami nigricantes; flores magni flavidi disco vexilli undulato croceo-radiato, siccando cum alis rubro; legumina suturis subflexuosis pollicaria. ♄. In collibus, ad margines viarum, dumetorum sylvarumque in Croatia et Slavonia haud rarus. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1769 in montanis sylvaticis saxosis tractus montium Velebit; in nemore Bolesnik prope Zara; circa Trau et in monte Beljak. (C. polytrichus M. B., C. prostratus Borkh.) Rchb. fl. g. 3366. Ap.-Mj. . . . . **C. hirsutus L.**

Adscendens, laxe villosus; ramis adultis declinatis; floribus dense geminis ternisve pedunculatis; foliolis obovato-ovalibus lanceolalisque utrimque, leguminibus falcatis margine tantum pilosis. Vexillum marginibus planum, profunde excisum. ♄. In saxosis sylvaticis circa Kalnik, Rieka, Sudovec, Samobor alibique cum priori, cujus una cum C. elongato WK. nonnisi varietas esse videtur. — Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3367. (C. ciliatus Wahlb. C. multiflorus Lindl. Mj.-Jn. . . . . , . . . **C. falcatus WK.**

Gen. 5. Chamæcytisus Vis.

Calyx campanulatus basi gibbus tripartitus laciniis foliaceis, inferiore apice trifida; corolla vexillo obcordato-subrotundo, ungue complicato exserto carinae alarumque margines excipiente; alis oblongis margine vexillari rugoso-foveolatis, carinae arcuatae obtusae petalis liberis vel medio connatis; stamina inferius connata, alternis abbreviatis sterilibus, decimo libero, diadelpha; pistillum ovario lanceolato-subulato sericeo superne styloque subulato glabris; stigmate transversali oblongo piloso. — Vis. fl. dalm. III. p. 272. gen. 632.

Fruticulus glabriusculus 3-4-pollicaris foliis petiolatis, 3-foliatis foliolis oblongo-lanceolatis lanceolatisque supra glabris; floribus flavis oppositifoliis solitariis, terminalibus majusculis; radix repens, caulis adscendens ramosus inferne nudus stipularumque reliquiis circumdatus, superne dense foliosus, strigulosus; rami uniflori. ♄. Vis. fl. dalm. 1784 in saxosis apricis montis Beljak prope Prugovo ditionis Sinj.-Jn.-Jl. . **Ch. dalmaticus Vis.**

Gen. 6. **Lupinus L. Vučika.**

Calyx profunde bilabiatus, corolla alis superne connatis inferne margine vexillari rugosis, carina acuminata sublongioribus; stamina monadelpha antheris valde inaequalibus; stylus subulatus stigmate terminali capitato barbato; legumen coriaceum lineare oblongum isthmis transversis spongiosis intus divisum. Koch. syn. pl. p. 172; Vis. fl. dalm. III. p. 272., gen. 633.

1 Floribus albis luteisve 2

Floribus caeruleis 3

2 Floribus sparse racemosis; calycibus inappendiculatis, labio superiori integro, inferiori tridentato; flore albo. — Legumen latum, læve; semina magna alba. ⊙ Ex oriente adlatum colitur in hortis. In.-Il.- . . . . **L. albus L.**

Floribus verticillatis; calycibus utrinque bracteolato-appendiculatis, labio superiori bipartito, inferiori 3-dentato; flore luteo. — Semina subrotunda fusca albo-irrorata. ◯ Colitur passim in hortis. (L. odoratus Hort.) In-Ag. . . . . **L. luteus L.**

3 Floribus semiverticillatis 4

Floribus sparsim racemosis 5

4 Pilis patentibus hirsutus; foliolis cuneiformibus obovatisve utrinque villosis; bracteolis calycinis anguste linearibus, labio superiori bipartito, inferiori trifido. — Caulis herbaceus pilis longis patentissimis vestitus, 1-2-pedalis et ultra. ◯ In locis apricis litt. cr. ad Flumen et alibi in ruderatis. — Vis. fl. dalm. 1785 in pratis locisque apricis prope Žerava ditionis Jadrensis, ad Zlanac ditionis Traguriensis; in ditione Spalatiensi; frequens in agris Cittavecchia insulae Lesina nec non in insulis circa Ragusa. Ap.-Mj. . . . . **L. hirsutus L.**

Sparsim pilosus; foliolis lineari-oblongis, labio superiori bifido, inferiori sub-tridentato; legumine sparsim piloso, bipollicari et $^1/_2$ poll. lato; seminibus subquadratis nigro-punctatis. ◯ In apricis asperis litt. cr. ad Flumen, Karlobago, Segniam et alibi. Syll. fl. cr.; secus colitur in hortis. In. lb. . . . **L. varius L.**

5 Labio calyis inferiori integro; foliolis lineari-oblongis planis; legumine hirsuto, seminibus subrotundiš cinereis albo- maculatis. ◯. — Ex Hispania adlatus, colitur passim in hortis. In˙-Il. **L. angustifolius.**

Labio calycis inferiore tridentato; foliolis linearibus inflexis, legumine hirsuto, seminibus lenticularibus albidis fusco irroratis. ◯ Colitur in hortis. In.-Il. . . . . **L. linifolius.**

Subtribus II. Anthyllideae. *Stamina monadelpha, (excepta „Physanthyllide, cui sunt stamina diadelpha); alae corollae planae calyx laciniis subaequalibus 5-dentatus aut inaequalibus subbilabiatus.*

Gen. 7. **Ononis L. Mačac ili Zečji tern.**

Calyx campanulatus 5-fidus persistens, fructifer apertus, laciniis inferioribus longissimis; corolla alis liberis carina acuminata sublongioribus, vexillo striato; stamina monadelpha; stylus geniculato-adscendens stigmate subcapitato puberulo; legumen turgidum oligospermum nudum; semina reniformia. — Folia omnibus ternata. — Koch syn. pl. p. 173; Vis. fl. dalm. III. p. 273. g. 634.

1 Floribus luteis flavisve 2
Floribus roseis albidisve 9

2 Floribus lateralibus subsessilibus; calycibus scariosis corolla longioribus; caulibus diffusis suffruticosis inermibus; legumine ovato recto. 3

Floribus evidenter pedunculatis, pedunculis folio evidenter longioribus aut saltem illud æqantibus; legumine lineari pendulo . 4

3 Glanduloso-pilosa; foliolis ovalibus obovatisve argute serratis; stipulis lanceolatis serratis; floribus spicatis, spicis foliatis; corollis leguminibusque calycem villosum scariosum æquantibus. — Caules suberecti, villosi, superne floriferi; folia pilis viscidulis obsita, summa simplicia; stipulæ lanceolatæ pilis viscidulis ciliatæ; flores sessiles, solitarii. — ♄. In collibus montibusque declivibus apricis circa Flumen, Grobnik, Bribir et alibi in Vinodol. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1792 in collibus locisque saxosis apricis circa Sebenico, Trau, Ragusa nec non in insulis Ossero, S. Eufemia prope Trau, Curzola et Lesina. (O. parviflora Lam., O. suboculta Vill., O. minutissima Jacq). Rchb. fl. g. 3323. Apr. — In. . . . . **O. Columnae All.**

Puberula, foliolis ovalibus obovatisve argute serratis; stipulis lanceolato-subulatis integris; floribus subcapitato-spicatis foliolatis; corollis leguminibusque calyce scarioso brevioribus. — Gracillima, spithamaea; caules suffruticosi effusi ramosi glabri; stipulæ scariosæ in cuspidem longissimam ut calycis laciniæ productæ; foliola parvula; pedunculi filiformes calycem vix dimidium longi. ♄. Vis. fl. dalm. 1793. in saxosis collinis insula-

rum Lissa et Lesina. (O. barbata Cav.; O. saxatilis Lam.) Rchb. fl. g. 3322. — Ap.-In. . . . . **O. minutissima L.**

4 Caulibus herbaceis; plantæ annuae 5

Caulibus suffruticosis basi lignescentibus 7

5 Villoso-viscosa; pedunculis unifloris folium subaequilongis . . 6

Viscoso-pubescens, foliolis obovatis ellipticisve, inferioribus subrotundis aristatis, 1-3-floris, folio brevioribus; calycibus corollam aequantibus legumine lineari — compresso torruloso multo brevioribus. — Caules herbacei erecti ramosi. ◯. Vis. fl. dalm. 1795 in collibus apricis aridis circa Trau et in insula Lesina. Apr.-Mj. . . . . **O. ornithopoides L.**

6 Caulibus diffusis, rarius erectis; foliolis cuneato-obovatis linearibusque vel inferioribus subrotundis; stipulis ovatis, pedunculis muticis; calycibus corolla paullo longioribus legumina cylindrica subaeqnantibus. — Variat foliis late obovatis vel cuneato-linearibus; sepalis lanceolato-linearibus vel angustissimis; floribus minoribus majoribusve. Palmaris stricta valde ramosa. ◯. Vis. fl. dalm. 1794 in locis apricis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa nec non insulis Sansego, Cherso, Selve, Lesina et Lissa. — Rchb. fl. g. 3334. (O. Cherleri Host, O. mollis Savi.) Ap.-Mj. . . . . **O. reclinata L.**

Caulibus erectis; foliolis obovato-ellipticis oblongisve; stipulis late lanceolatis acutis; pedunculis aristatis; calycibus legumine oblongo tereti brevioribus. — Corolla exserta flava rubroque striata, foliola magna; legumina 7 lineas longa. ⨀. In collibus asperis graminosis in litt. cr. Vis. fl. dalm. 1796 in arvis circa lacum Vrana inter Zara et Sebenico, ad S. Girolamo prope Spalato, ad Gionchetto prope Ragusa nec non in insula Lesina. (O. breviflora DC.) Rchb. fl. g. 3342. . . . . **O. viscosa L.**

7 Caulibus diffusis prostratisve; pedunculis folio multo longioribus. 8

Caulibus adscendentibus, viscoso-pubescentibus; foliolis obovatis, ellipticis aut oblongo-linearibus; stipulis lanceolato-acuminatis, pedunculis aristatis folio sublongioribus; calycibus corolla et legumine lineari tereti brevioribus. — Pedalis, villosa, patenti ramosa, flores magni vexillo rubro striato. — ♄. Vis. fl. dalm. 1797 in littorali arenoso insularum Lesina et Lissa. — Rchb. fl. g. 3326. Il. — Sept. . . . . **O. Natrix L.**

Observ. variet. β. foliolis ellipticis oblongisve; floribus oblonge

denseque spicatis, pedunculis folia subaequantibus, est: O. pinguis L.

Variet γ foliis oblongis; floribus pictis laxe spicatis, pedunculis folia superantibus alisque corollæ apice rotundatis, est: O. picta Desf. utraque var. occurrit cum specie in Dalmatia. —

8 Divergenti-ramosissima viscoso-pubescens, pedunculis foliolis obovatis plus duplo longis unifloris: calycis dentibus carina brevioribus; bracteola calycem æquante. — Vexillum rubro-radiatum. ♄. Vis. fl. dalm. 1797 var. β. cum priori cujus varietas revera esse videtur. Rchb. fl. g. 3325. In — Ag. **O ramosissima Desf.**

Patenti-ramosa viscoso-pubescens; pedunculis subunifloris, bracteola calyce breviori, vexillo calycem subduplum longo; foliolis obovato-oblongis argute serratis pubescenti-viscosis. — Spithamæa, legumine 5-lineas longo. ♄. In asperis insulae Lesina et Lissa in Dalmatia. (Maly enum. pl. pag. 348., g. 816., n. 1.) Rchb. fl. g. 3327. Mj. — In. . . . . . . **O. hispanica L.**

9 Caulibus spinosis; floribus solitariis 10

Caulibus inermibus strictis patenti-ramosis villosisque; floribus geminis racemosis subcapitatisve 13

10 Caulibus adscendentibus erectisve suffruticosis alterne unifariam pilosis 11

Caulibus prostratis aut decumbentibus; ramulis foliatis floriferis. 12

11 Foliolis oblongis obovatisve stipulisque glabriusculis; seminibus laevibus. ♄. — Gracilitate ramorum spinarumque, floribus multo minoribus foliolisque minimis differt ab O. spinosa L. — ♄. Vis. fl. dalm. 1786 in campis arvisque sterilibus circa Ragusa. Rchb. fl. g. 3330. Il. — A. . . . . . **O. antiquorum L.**

Foliolis oblongis obtusis stipulisque glabriusculis; leguminibus calycem æquilongis longioribusve; seminibus verrucosis. — Undique spinosa, spinis inferioribus geminis. — ♄. In pascuis, campis sterilibus, ad vias in Croatia et Slavonia vulgaris. — Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1787 in arvis locisque sterilibus, ad vias circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Ragusa et in ipsis insulis frequens. — (O. macrantha Bernh., O. Bernhardii Vis.) Rchb. fl. g. 3331. Il.-Sept. . . . . **O. spinosa L.**

12 Caulibus undique villosis, prostratis, ramulis foliatis floriferis; foliolis ovalibus obtusis stipulisque glandulosis; pilosis; leguminibus calyce brevioribus; seminibus verruculosis dispermis.- Pubes caulem quidem undique vestit, sed unifariam et alterne

longior est, quam in latere opposito, qua nota praeprimis a praecedente differt. — ♄. In collibus arenosis herbidis in campo Podravano ad Bukovec, Selnice, Legrad et Gjelekovec; circa Zagrabiam in glareosis fluvii Savi. Syll. fl. cr.- In Slavonia circa Semlin (Kanitz). — Vis. fl. dalm. 1788 in arenosis maritimis circa Budua. — Rchb. fl. g. 3329. (O. arvensis Lam.; O. spinosa Bull.; O. procurrens Wallr.) Il.-Ag. . . **O. repens. L.**

Caulibus decumbentibus alterne unifariam pilosis; ramulis foliatis floriferis; foliolis oblongis acutis stipulisque glabriusculis; leguminibus calyces subæquilongis; seminibus verruculosis. — A duabus præcedentibus differt nonnisi foliolis acutis. ♄. Vis. fl. dalm. 1789 in sterilibus insulae. Pago. In- Ag.
O. arvensis Ligh.

13 Stricta patenti-ramosa villosa: floribus racemoso-spicatis, spicis demum elongatis; foliolis oblongis ellipticisve argute serratis glabriusculis; stipulis amplexicaulibus latis serrulatis, leguminibus subglobosis ovatisve immersis dispermis, seminibus tuberculato-scabris. — Radix lignosa multiceps; caulis villoso-viscosus; flores in axillis gemini breviter pedunculati; calyx et corollae vexillum dorso villosum. — ♄. In pratis, ad vias in Croatia et Slavonia haud rara praesertim in planitie. Syll. fl. cr., (O. altissima Lam. O. foetens All., O. mitis Gm.) Rchb. fl. g. 3332. Il.-Ag. . . . . **O. hircina Jacq.**

Adscendens, viscoso-pubescens caulibus undique villosis, sed unifariam longius; foliolis omnibus ovalibus biserratis, superioribus acutis; racemis subcapitatis 3—5-floris foliatis, floribus pedicellatis; calyce nervoso, basi demum albido - scarioso. — Radix lignosa fibrillis verticalibus firmata; caules a basi diffusi vel erecti undique villosi, sed unifariam longius, ramis divaricatis vel etiam reflexis apice 3 — 5-floris; foliola infima obtusa, reliqua sensim acutiora, floralia unifoliata conformia; stipulae obliquae semicordatae repando-denticulatae. ♄. Vis. fl. dalm. 1790 in sylvaticis umbrosis montium Ossoniak et in pratis humidis Ombla prope Ragusa. Mj.-In.
O. brachystachya Vis.

Gen. 8. **Anthyllis L. Ranjenika ili Ranika.**

Calyx 5-dentatus fructifer marecsens clausus seu inflatus, corolla marcescens, vexillo abrupte unguiculato, alis cum carina supra unguem connexis; stamina monadelpha filamentis superne latioribus; stylus subulatus; legumen calyce inclusum stipitatum durum, abortu saepius monospermum. Vis. fl. dalm. III. p. 278. g. 635; Rchb. fl. g. p. 515.

1 Calycis dentibus subaequilongis; legumine lanceolato-turgido septato sub 5-spermo medio in stipitem attenuato; caulibus suffruticosis 2

Calycis dentibus superioribus longioribus; legumine 1—2-spermo sutura superiori in stipitem sub linea recta continuata; caulibus herbaceis 5

2 Leguminibus lanceolato-subulatis; caule suffruticoso 3

Leguminibus ovalibus; foliis pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis aequalibus cauleque fruticoso argenteo-sericeis; floribus in capitula axillaria terminaliaque congestis; calycis campanulati dentibus superioribus lanceolatis, inferioribus subulatis. — Pedalis et ultra; flores ochroleuci. — ♄. Vis. fl. dalm. 1801 in rupestribus maritimis insulae Lissa prope Comisa, in Scoglio Busi nec non in insulis circa Ragusa. — Rchb. fl. g. 3321. — Mj.-In. . . . . **A. Barba Jovis L.**

3 Pedunculis elongatis capitulisque solitariis involucratis, involucris digitato-partitis; calycis tubulosi, dentibus aequilongis . 4

Capitulis florum terminalibus axillaribusque; foliolis numerosis ovalibus oblongisque, infimis acutis, reliquis rotundato-mucronulatis; calycis dentibus lanceolato-subulatis tubo multo brevioribus; floribus aureis. — Caules erecti villosi pedales vel sesquipedales; folia pinnata cum vel sine impari, foliolis parvis integerrimis; flores numerosi in capitula collecti; calyx florescens dense villosus. — ♄. Vis. fl. dalm. 1799 in summo vertice montium Snieżnica et Vlastica ditionis Ragusinae. — (A. aurea Vis.) Rchb. fl. g. 3320. In.-Il. . . **A. polycephala Desf.**

4 Floribus carneis albidisve purpureo-venosis; calycis dentibus setaceis; foliolis oblongis ovato-lanceolatis aequalibus, laxe villosis. — Rami adscendentes spithamaei, brevioresve villosi cauliculis basi liquescentibus; foliola numerosa integerrima bracteolae in lacinias lanceolatas acutas divisae, calycis tubo viridi, laciniis subulatis purpureis pilis longis obsitis; corollae luteae striis rubellis purpureisque pictae; legumen glabrum. — ♃. In

montanis rupestribus herbidis veluti in alpe Pliešivica ad Korenicam, provinciae Likanae; circa Grobnik, ad Samobor et alibi. Syll. fl. cr., Vis. dalm. 1800 in graminosis rupestribus montium Velebit, Promina, et Biokovo. — Rchb. fl. g. 3319. In.-Il. . . . . **A. montana L.**

Floribus atropurpureis; caulibus prostratis diffusisve, ramulis adscendentibus; calycis dentibus sericeo-pilosis; — Caulis humilis, depressus, diffusus; pilosus inferne fruticulosus; planta ex integro glaucescens, omni ex parte etiam in solo humoso gracilior, quam A. montana L. a qua etiam colore florum et villositate capituli discrepat. ♄. Habitat in saxosis Pliešivica et Visočica, nec non in rupestribus montis Slavnik ad Oštarje ubi pone viam Karlobago ducentem primitus lecta. Forma est cæterum prioris, attamen depressior. Syll. fl. cr. p. 122. — In.-Il.

A. atropurpurea Schloss. et Vukot.

5 Jncano-pilosa, caulibus gracili-elongatis aphyllis; foliis radicalibus simplicibus quinisve, terminali oblongo lanceolato; capitulo terminali subaxillaribusque; legumine sessili turgido sutura superiori recta, inferiori semicirculari. — Corolla vexillo, margine alarum carinaque coccinea. — In ♄. In graminosis asperis montis Biokovo in Dalmatia (Welden); Maly enum. pl. p. 349., g. 817,. n. 3. — Rchb. fl. g. 3318. Mj. **A. Weldeniana Rchb.**

Læte virens, subglaucescens, paullisper puberula 6

6 Foliis radicalibus simplicibus ovali-oblongis longe petiolatis, caulinorum foliolis lateralibus 6 — 8 lanceolatis, terminali maximo, involucro capituli magni dimidio breviori, obtuso, legumine lanceolato in stipitem decurrente; floribus ochroleucis. ♃. In pascuis alpinis pratisque montanis veluti in monte Ivanšćica, Oštere ad Samobor, Klek, in alpe Pliešivica et Visočica. — Syll. fl. cr.; Rchb. fl. g. 3315. — In.-Il. . . . **A. alpestris Rchb.**

Foliis omnibus pinnatis, radicalium foliolis lateralibus minimis 2 — 4, caulinorum 4—20 subæqualibus, bracteis capitulum aequantibus; leguminis monospermi obtusi supra basin longe stipitati sutura superiori extrorsum arcuata; floribus luteis, demum aurantiacis. ♂ In montanis asperis pascuisque Croatiæ et Slavoniae. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1798 in herbidis totius Dalmatiæ.-Rchb. fl. g. 3314.-In.-Ag. **A. Vulneraria L.**

Obs. var. β. floribus laete coccineis foliisque pubescentibus-

est: A. Dillenii Schult. et occurrit praeprimis in apricis montium altiorum tractus Velebit.

Gen. 9. **Physanthyllis Boiss.**

Vexillum in unguem sensim attenuatum, stamina diadelpha filamentis apice dilatatis; stylus subulatus stigmate capitato; Legumen calyce inclusum stipitatum membranaceum medio constrictum septo transverso biloculare dispermum. Caetera uti aput Anthyllidem. Vis. fl. dalm. III. p. 278.; gen. 636.

Pilosa, foliis cauliuis pinnatis, foliolis leteralibus lanceolatis, terminali maximo obovato, folio florali simplici ovato; floribus capitatis ochroleucis. — Herba annua multicaulis procumbens foliis pinnato — 3—4-foliolatis; calyx inflatus brevissime pedicellatus, dentibus lanceolato-subulatis tubo triplo longioribus; corolla calycem excedens vexillo spathulato marginato albido striisque roseis picto, alis carinaque apice purpurea subaequalibus longiore; legumen dispermum medio constrictum. — ⊙. Vis. fl. dalm. 1802 in dumetis insulae Lesina et circa Trau. (Anthyllis tetraphylla L.) Rchb. fl. g. 3312. Mj.-In.

Ph. tetraphylla Boiss.

Gen. 10. **Hymenocarpus Savi.**

Calyx 5-dentatus fructifer apertus deciduus: corolla decidua flava, alis carinae rostrato-truncatae supra unguem connexis; stamina monadelpha filamentis apice dilatatis; stylus apice clavatus, stigmate oblongo introrso; legumen exsertum sessile reniforme membranaceum marginato-denticulatum, septis transversis pluriloculare, di-polyspermum. Vis. fl. dalm. III. p. 279. Rchb. fl. g. 514., g. 6d4.

Prostrata spithamæa, tota mollis patenti pubescens; foliis mollibus laxe reticulatis irregulariter 3—5-foliolosis, foliolo extimo maximo obovato, pollicari; floribus 3 — 4 in pedanculo axillari luteis. — Herba caulibus pluribus procumbentibus, foliis pinnatis subsessilibus exstipulatis; flores longe pedunculati, pedicelli breves foliolo involucrati. — ⊙. Vis. fl. dalm. 1803 in herbidis apricis circa Zara, Trau, Spalato, Macarsca, Ragusa, nec non in insulis Cherso et Lesina. (Medicago circinata L.) Rchb. fl. g. 3311. Mj.-In. . . . . **H. circinata Savi.**

Subtribus III. Trifolieæ. *Stamina diadelpha; folia ternata; legumen uniloculare.*

Gen. 11. Medicago L. Dunjica.

Calyx campanulatus 5-fidus v. 5-dentatus; corollae deciduae carina obtusa alis supra ungnem connexis; stamina diadelpha filamentis utraque extremitate aequalibus petalis non adnata, stylus glaber stigmate capitato, avario arcuato; legumen falcatum, cochleatum vel- rarissime reniforme, indechiscens, contiuum uniloculare bivalve. Vis. fl. dalm. p. 279., g. 638; Koch Syn. p. 175. Rchb. fl. g. p. 501., gen. 651. —

1 Leguminibus reniformibus, falcatisve cochleatim-contortis sed centro evidenter perviis 2

Leguminibus cochleatim contortis polyspermis centro clausis . 9

2 Leguminibus exacte reniformibus turgidis complanatisve; radice annuae 3

Leguminibus falcatis cochleatimve contortis; radice perenni . . 4

3 Leguminibus turgidis, apice contortis, monospermis; spicis multifloris et densis, pedunculis folium subæquantibus, stipulis ovatis subintegerrimis, foliolis obovatis retusis, anticc denticulatis. — Glabriuscula in siccioribus magis pubescens, stipulis basi dentatis aut subintegris, fructibus maturis nigris. ⨀. In pratis, arvis, agris locisque graminosis totius Craatiæ et Slavoniæ - Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1825 in iisdem locis ubique frequens. — Rchb. g. 3213. Mj.-Spt. , , , **M. lupulina L.**

Leguminibus foliaceo-complanatis, radiatim-venosis glabris margine autem anteriori spinulosis posteriori fimbriatim — laceris seminibus transverse rugulosis; polyspermis; pedunculis subbifloris, folium subæqnantibus; stipulis basi dentatis; foliolis rhombeo-ovatis, serrulatis. — Caules erecti; pedunculi bi-pluriflori; legumina uniformia aut lunata 8—10-sperma maturitate livescentia. ⨀ In campis et arvis Dalmatiæ. (Maly enum. pl. p. 349., g. 818., n. 2.; Rchb. fl. g. 3218. — (M. lunata I. Bauh.) — Il.-Ag. . . . . **M. radiata L.**

4 Leguminibus pubescentibus glabrisve; foliolis emarginatis mucronulatis 5

Leguminibus lanato-tomentosis cochleatim subrotundis medio perviis, anfratibus subternis superficie reticulatim-venosis margine obtusis inermibus remoteve spinigeris, spinis brevibus conice-subulatis; pedunculis 5—10-floris folium subæquantibus; stipu-

lis ovatis obsolete dentatis, foliolis obovatis antice denticulatis cauleque dense lanato-tomentosis. — Tota tomentoso-candicans; legumina cochleata gyris subternis reticulato-rugosis, sutura plana aut bisulca distiche spinosa spinis conico-subulatis hamosis, basi intus canaliculatis. ♃. In asperis apricis ad littora maris ad Segniam et Karlobago. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1820 in arenosis maritimis circa Nona, Ragusa et Lesina. Rchb. ff. g. 3225. Ap.-In. . . . . **M. marina L.**

5 Peduncullis calyc brevioribus post anthesim erectis racemis multifloris. 6

Pedunculis calyce duplo longioribus paucifloris, post anthesim reflexis, floribus luteis flavisve subcapitato-racemosis; leguminibus cochleatis 2—3-cyclis utrinque planis, gyris obsolete venulosis puberulis, sutura filiformi; adpresse pubescens, stipulis ovato-lonceolato-subulatis dentatis; foliolis cuneato-oblongis linearibusque, apice retuse 3-dentatis. — Radix lignosa multiceps; caules procumbentes ramosi angulati glabri; foliola glabra; stipulæ setaceæ; calyx subvillosus; flores flavi, corollæ vexillum emarginatum. ♃. In apricis, ad vias, in collibus herbidis et in vineis præsertim in Croatia australi et in litt. cr. haud rara. — Syll. fl. cr. —; in comitatu Syrmiensi in iisdem locis (Kanitz); Vis. fl. dalm. 1806 in saxosis apricis et ad vias circa Zara, Sebenico, Trau, Clissa et Macarsca, nec non in insulis Cherso, Pago et Lesina. — Rchb. fl. g. 3244. Iu-Spt. **M. prostrata Jacq.**

6 Pedunculis multifloris subcapitato-racemosis; leguminibus falcatis, venuloso-reticulatis, puberulis, sutura filiformi; floribus flavis croceisve apice ochroleucis. Leviter pubescens, stipulis ovato-lanceolato-subulatis integris; foliolis cuneato-oblongis linearibusve, apice spinoloso-dentatis. 7

Pedunculis multifloris racemosis; leguminibus cochleatis subtricyclis utrinque planis obsolete reticulato-venosis puberulis, sutura filiformi. — Puberula stipulis ovato-lanceolato-subulatis inferioribus basi dentatis; foliolis obovatis apice spinuloso-dentatis, superioribus oblongo-cuneatis 8

7 Caulibus oblique erectis plantis vicinis suffultis; leguminibus falcato-arcuatis strigoso-pubescentibus, 5—8-spermis. — Radix prælonga lignescens; caules procumbentes in ramos effusos superne pubescentes, oblique erectos divisi; flores ochroleuci, flavi aut aurei, vel ab initio flavi, deinde virides, denique violacei. ♃. In

pratis siccis collibusque apricis nec non ad vias totius Croatiæ et Slavoniæ. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1802 in locis siccis collinis et in cultis circa Zara, Sebenico, Trau et Ragusa nec non in insula Lesina. — Rchb. fl. cr. 3242. In-Sept. **M. falcata L.**

Caulibus decumbentibus elongatis; leguminibus falcato-rectiusculis, non curvatis glabrisque; stipulis magnis argute dentatis floribusque speciosis. ♃. In iisdem locis ac prior, cujus nil nisi varietas esse videtur. — Rchb. fl. g. 3241. (M. intermedia Schult.) Il.-Spt. . . . . **M. procumbens Bess.**

Obs. Vor. β. pilis leguminis patulis glutinosis, leguminibus ipsis annullaribus junioribusque sericeis, corollis ex ochroleueo-virentibus aut violascentibus caulibusque gracilibus, est: M. glutinosa M. B. occurritque inprimis in pratis montanis siccis circa Kalnik, Samobor et præsertim in Croatia australi. — Syll. fl. cr., — Rchb. fl. g. 3243.

Floribus læte violaceis; leguminibus obsolete reticulatis $2^1/_2$ cyclis turgidis; caulibus acutangulis incanis. — Radix liqnescens; caulis erectus; ramosus glaber; foliola oblonga subcuneiformia acuta apicem versus acute serrata utrinque pilis scriceis inspersa. ♃. In pratis, ad margines viarum vinearumque totius Croatiæ et Slavoniae. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1804 in arvis graminosis circa Zara, prope Molini di Trau, circa Spalato ad Spinut et propre Cattaro, nec non in insulis Sansego et Veglia. — Rchb. fl. g. 3247. Mj.-Ag. . . . . **M. sativa Pers.**

Floribus versicoloribus, i. e. sub anthesi dilute flavis, postea virescentibus et demum in dilute violascentes abeuntibus; leguminibus falcato-semicirculari-tortuosis, superne cochleato-contortis strigoso-pilosis. — Habitus praecendentis sed robustior; caulis erectus; flores e violaceo flavi; semina nonnisi 2—3, rarissime 4 reniformi-oblonga. ♃. In pratis collibusque apricis cum priori, cujus nil nisi varietas est, praesertim in Croatia australi et in litt. cr.-Syll. fl. cr.-Rchb. fl. g. 3246. Il-Sp. **M. media Pers.**

9 Leguminibus exacte inermibus glabrisque aut simpliciter verrucosis 10

Leguminibus evidenter spinosis 16

10 Stipulis evidenter dentatis aut pinnatifidis; pedunculis 1—3 floris, rarius plurifloris, sed nunquam in spicas densas congestis . 11

Stipulis integerrimis, ovatis; racemis multifloris compactis subspicatis. Vide 3.

11 Caulibus glatrescentibus nudiusculis; leguminibus cochleatis potissimum 5—6-cyclis; stipulis profunde setaceo-pinnatifidis . . 12
Caulibus pubescentibus aut glanduloso-pilosis; stipulis ovatis simpliciter dentatis 14

12 Pedunculis nonnisi 1—3-floris 13
Pedunculis multifloris; caulibus decumbentibus; foliolis obovatis dentatis; leguminibus cochleatis orbiculatis planis. ⊙. In insula Lesina Dalmatiae in ruderatis et ad vias (Botteri) — Maly enum. pl. p. 350, n. 10. — Mj.-In. . . . . **M. lævis Desf.**

13 Leguminibus lentiformi-depressis utrinque convexiusculis, anfractibus submembranaceis integerrimis margine inflexo arcte incumbentibus transverse venosis, venis marginem versus crassioribus; foliolis argute serrulatis cauleque glabris, superioribus obovatis, inferioribus obcordatis. — Glabriuscula; stipulae setaceo-pinnatipartitae; foliola inferiora obcordata, superiora obovata; legumina discoidea laxe cochleata gyris 2—5 membranaceis, sutura attenuatis. ⊙ In cultis et ad vias in litt. cr. ad Crkvenicam, Novi et Segniam. — Syll. fl. cr. In vineis circa Slankamen, Banovce et Semlin in Slavonia. (Kanitz.) Vis fl. dalm. 1807 in cultis et herbidis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Macarsca, Ragusa nec non in insula Lesina. (M. orbiculata Gært) Rchb. fl. g. 3215. In-Il. . . . . **M. orbicularis All.**
Leguminibus orbiculatis depressis utrinque planis anfractibus submembranaceis integerrimis margine distantibus transverse venosis venis marginem versus crassioribus; foliolis argute serrulatis cauleque glabris, foliorum superiorum obovatis, inferiorum obcordatis. — Præcendenti persimilis, et nonnisi eguminibus minoribus et anfractibus planis, margine patentibus diversa et fors tantum illius varietas. ○. In cultis et ad vias in litt. cr. circa Flumen et Bukari. (Noë). — Mj.-In. . . . **M. marginata W.**

14 Leguminibus depresse-globosis, inferne convexis, superne planis, anfractibus pelviformibus concentrice spiralibus oblique reticulato-venosis integerrimis; foliolis ellipticis argute denticulatis subtus cauleque glanduloso pilosis, inferioribus obovatis. — Tota glanduloso-pubescens; stipulae semiovatae dentatae; pedunculi 1—2-flori; legumina laxe cochleata gyris 5—6 concentricis. ⊙. In collibus locisque cultis circa Toplikam et in litt. cr.

circa Flumen. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1808 in arvis Dalmatiae. (M. polymorpha var. β. L.) Rchb. fl. g. 3216. Mj.-In.
M. scutellata All.

Leguminibus arcte cochleatis ovali-cylindricis aveniis, secus glabris, anfractibus arcte incumbentibus 15

15 Foliolis cuneato-obovatis, superioribus rhombeis serrulatis; pedunculis 3-plurifloris; leguminibus truncatis glabris, gyris sub quaternis aveniis, sutura acuta prominula utrinque lacunose-tuberculatis, tuberculis acutis suturæ adnatis; pedunculis pubescentibus. — Caulis prostratus superne pubescens; stipulae ovato-lanceolatae pinnatifido-dentatae; legumina arcte cochleata ovali-cylindracea utrinque tuberculata tuberculis nunc suturae laterali adnatis, nunc ultra suturam apicibus liberis et acutioribus eminentia. ⨀. Vis. fl. dalm. 1823 in satis circa Zara et Ragusa. (M. spinulosa DC.) Ap.-Mj. . . . . **M. tuberculata W.**

Foliolis obovatis serrulalis; pedunculis 1—2-floris; leguminibus puberulis, demum glabris, gyris læviusculis subsenis sutura crassissima plana medio carinata utrinque distiche verrucosa, rarius aculeata. — Caulis procumbens vel adscendens; stipulæ ovato-lanceolatæ pinnatifidæ vel dentatæ; legumina arcte cochleata ovali-cylindracea. ⨀. Vis. fl. dalm. 1824 in herbidis prope Spalato loco dicto „alle Botticelle". (M. olivæformis Guss., M. sphærocarpa Maly) Rchb. fl. g. 3217. — Ap.-Mj.
M turbinata W.

16 Leguminum spinis basi subteretibus, nec sulco notabili notatis vel tantum intus basi canaliculatis et ipsi margini anfractuum impositis 17

Leguminum spinis basi compressis et sulco utrique evidenti exaratis, hinc quasi bicruribus. 23

17 Leguminum suturis crassis evidenter carinatis 18

Leguminum suturis exacte ecarinatis planis sulcatisve 20

18 Stipulis ovato-lanceolatis setaceo-dentatis 19

Stipulis ovali-lanceolatis pinnatifido-dentatis pinnatifidisve. Vide . 15

19 Pedunculis 1—4-floris aristatis folium subæquantibus; vexillo carinam æquante; leguminibus cochleatis cylindricis basi apiceque parce venosis glabris, gyris 3—6 obsolete aut remote nervosis arcte incumbentibus margine rotundato-obtuso spinigero medio carinato, spinis remotis e basi tereti subulatis patentibus reflexisve; foliolis triangulari-obcordatis apice denticulatis cauleque

pubescentibus, pilis patulis. — Stipulæ ovato-lanceolatæ subdentatæ; spinæ leguminis basi crassiusculæ vix lineam longæ; variat insuper stipulis inciso-dentatis; spinis tenuibus armatis et stipulis dentatis incisve, sutura inermi aut utrinque rariter tuberculata. ⊙. Vis. fl. dalm. 1822 in ruderatis insulæ Lesina; in arenosis maritimis Dalmatiæ (Maly enum. pl. p. 350. n. 15.) — Rchb. fl. g. 3219. — Ap.-Mj. . . . . . **M. littoralis Rhod**

Pedunculis 1—2-floris folio brevioribus; vexillo carina subduplo longiore; leguminibus cochleatis cylindricis subaveniis, sparsim pilosis, gyris subquinis crassis arcte incumbentibus in medio marginis obtusissimi spinigeri carinatis, spinis e basi ovato-conica tereti-subulatis distyche patentibus, reflexis adpressisque; foliolis obovatis denticulatis, pedunculis cauleque superne pubescentibus pilis patulis. — Laxe pubescens pilis inferne distantibus; stipulæ ovato-lanceolatæ, inciso-dentatæ dentibus lanceolato-subulatis. ⊙. In arenosis maritimis cultisque litt. cr. circa Flumen et Bukari. — Syll. fl. cr., — Vis. fl. dalm. 1821 in arenosis insulæ Ossero, scopuli, cui superstructa est arx „Forte S. Nicolo" ad portum Sibenicensem, scopulorum circa Curzola nec non in insula Lesina. (M. murex DC. M. crassispina. Vis.) Rchb. fl. g. 3238. — Mj.-In. . . . . . **M. tribuloides Lam.**

20. Foliolis cuneato-obcordatis serrulatis aut simpliciter denticulatis; 21

Foliolis laciniato-dentatis, inferioribus cuneato-obovatis obcordatisve mucronatis, superioribus oblongo-linearibus truncato-tridentatis; stipulis ovato-lanceolatis setaceo pinnatifidis. — Pedunculi 1—2 flori; legumina cochleata globosa, gyri subquini, tenuiter arcuato-venosi, sutura plana distiche spinosa, spinis patentibus intus canaliculatis, hamosis. ⊙. Vis. fl. dalm. 1818 in arvis Dalmatiæ. — Rchb. fl. g. 3228. Ap.-Mj. . . . **M. laciniata All.**

21 Pedunculis 4—8-floris; leguminibus nonnisi 2—3-cyclis . . . 22

Pedunculis nonnisi 1—3-floris; stipulis ovato-lanceolatis inciso-dentatis; foliolis cuneato-obcordatis obovatisque denticulatis. — Legumina cochleata discoidea, demum cylindrica, tomentoso-pubescentia; gyris subsenis crassis aveniis, sutura convexa spinosa, spinis conico-subulatis hamosis distantibus intus basi canaliculatis. ⊙. In agris et vineis in litt. cr. circa Flumen, Bukari et Novi. Syll. fl. cr., in vineis circa Slankamen nec non in agris vineisque comitatus syrmiensis. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1815 in arvis et apricis incultis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato,

Ragusa et in insula Lesina. (M. villosa DC. M. hrisuta Thuill.) Rchb. fl. g. 3233. Mj.-In. . . . . **M. Gerardi WK.**

22 Stipulis late ovatis inciso-dentatis, dentibus lanceolato-subulatis; foliolis obovatis emarginatis dentatis; leguminibus cochleatis disciformibus glabris, gyris oblique reticulate-venosis, distiche tuberculatis, tuberculis et nervo infrasuturali e suturæ angustæ planæ margine prodeuntibus, obtusis. — Semipedalis glabriuscula; caules adscendentes, in sicco angulosi sulcatique, ramosi et a basi floriferi; folia longe petiolata; pedunculi axillares solitarii recte patentes apice multiflori floribus capitato-racemosis. ⊙. Vis. fl. dalm. 1819 in agris „Bogomolje" dictis insulæ Lesina. (M. microdon Ehrenb.) Mj. . . . . **M. obscura Retz.**

Stipulis ovato-lanceolato-subulatis basi dentatis; foliolis cuneato-obcordatis serrulatis, inferioribus subrotundis; leguminibus cochleatis globosis pilosis, gyris coronæformibus, sutura plana latissima distiche spinosa, spinis deflexis. — Gracilis, rami adpresse pubescentes; folia exciso-obcordata, extrorsum acute dentata mollia. ⊙. Vis. fl. dalm. 1812 in apricis saxosis circa Sebenico et in insula Lesina. (M. polymorpha var. β. L.) Rchb. fl. g. 3236. . . . . **M. coronata Desr.**

23 Crus spinarum posterius ex ipso margine originem ducens . . 24

Crus spinarum posterius e linea elevata, margini parallela et a margine remota orginem ducens 25

24 Stipulis ovato-acuminatis lanceolato-dentatis; foliolis obcordatis obovatisve maculatis denticulatis, pedunculis 1-5floris; leguminibus cohleatis utrinque planis, glabris, 3—5-cyclis, gyris oblique venulosis, sutura 1—3-sulca distiche spinosa spinis arcuato-reflexis. — Tota tomentoso — candicans aut sparsim pilosa pilis articulatis; caulis adcendens 2—3-pedalis; pedunculi folio duplo triplove breviores. ⊙ In cultis et ad vias in litt, cr. veluti ad Flumen, Bukari et Portoré. Syll. fl. cr.; in graminosis circa Karlovic, inter Remete et Krušedol et ad Semlin in Slavonia. (Kanitz) Vis. fl. dalm. 1813 in dumetis et herbidis circa Zara, Spalato et in insulis Veglia et Cherso. — (M. cordata Desr., M. arabica All.) Rchb. fl. g. 3225. Mj.-In.

M. maculata W.

Stipulis ovato-lanceolatis basi dentatis; foliolis obcordatis obovatisque apice serrulatis immaculatis inferioribus subrotundis; pedunculis 1—2-floris; leguminibus cochleatis disciformibus glabris,

5-cyclis, gyris lævibus nitidis, ad axim oblique nervosis, sutura plana aut canaliculata distiche spinosa, spinis porrectis hamosis, supremo inermi. — Caulis, pedunculi foliaque villoso-pubescentia pilis simplicibus intermixtisque glandulosis in apice caulis; pedunculi folio evidenter longiores; anfractus leguminis in centro oblique venosi; cæterum lævissimi. ⊙. In cultis et ad vias in litt. cr. ad Portoré, Novi et Karlobago. — Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1811 in saxosis apricis circa Zara, Sebenico, Trau et in insulis Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 3220. Ap.-Mj. . . . . **M. disciformis DC.**

25 Legumine utrinque convexo; spinis oblique patentibus . . . 26

Leguminibus utrinque planis discoideo-cylindricis 30

26 Foliis cauleque cano-pubescentibus villosisve 27

Foliis cauleque nudis, glabriusculis læteque virentibus, rarius subsericeis 28

27 Stipulis ovato — lanceolatis subdenticulatis, foliis obovatis marginatis serrulatis; pedunculis 1—6-floris, leguminibus cochleatis; globosis 3—5-cyclis aveniis, sutura angusta plana distiche spinosa, spinis patentibus hamosis. — Tota pubescens erecta aut procumbens; legumina cochleata spinosa parceque pilosa anfractibus laxe incumbentibus; foliola obovata antice denticulata. ⊙. In apricis siccis graminosis, in pascuis montanis totius Croatiæ. — Syll. fl. cr.; circa Semlin in Slavonia (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1817 in apricis saxosis totius Dalmatiæ. — (M. hirsuta All.; M. rigidula Hoffm.) Rchb. fl. g. 3226. — Mj.-In. . . . . **M. minima Lam.**

Stipulis lanceolatis denticulatis integerrimisve; pedunculis subquadrifloris; foliolis obcordatis; leguminibus subglobosis distanter 4-cyclis, spinis subulato-setaceis rectis leguminis diametro sublongioribus hamulosis. — Caulis foliaque cano-villosa, pilis simplicibus interdumque glanduliferis. — Precedenti persimilis, a qua nonnisi statura majori et elatiori, spinis longioribus et vilositate diversa, hinc potius illius varietas nuncupanda. ⊙. In locis apricis incultis asperis cum priori, cujus varietas esse videtur; frequentissima ad rupes Kalnikenses nec non ad illas, quibus superstructa est vetusta arx Belecgrad et Okićgrad, Syll. fl. cr. (M. græca Horn.) Rchb. fl. 3227. — Mj.-In.

M. mollissima Roth.

28 Pedunculis 1—2-floris; leguminibus turbinatis enneacyclis spinisque distiche patentibus intertextis subulatis hirtellis, oblique nervoso-reticulatis; sutura crassa planiuscula; stipulis ovato-lanceolatis inciso-dentatis; foliolis cuneato-obovatis denticulatis. ⊙. Vis. fl. dal. 1816 ad vias circa Lussin picolo, in insula Ossero. — Rchb. fl. g. 3232. — (M. intertexta W. M. hirsuta Schk. . . . . **M. ciliaris W.**

Pedunculis 2—4-floris; leguminibus cochleatis 4—5-cyclis . . 29

29 Leguminibus ellipsoideis; spinis in margine crasso remotis, basi plicatis, subulatis curvulis; foliolis superioribus rhombeis extrorsum æqualiter acute denticulatis, apice longius mucronulatis glabriusculis. ⊙: In saxosis circa thermas Varasdinenses, — Syll. fl. cr., rarissima. — Rchb. fl. g. 3230. Mj.-In. **M. muricata All.**

Leguminibus turbinatis compacte $4\,^1/_2$-cyclis, spinis conicis recurvatis, marginis planiusculi medio subcarinati crassitiem vix æquantibus; foliis superioribus sericeo-puberulis acutis. ⊙ In ruderatis cultisque Dalmatiæ. (Botteri et Petter). Maly enum. pl. p. 350, n. 19. (M. strumaria Horn. M. ovata Carmih.; M. spinulosa DC. Rchb. fl. g. 3231. Mj.-In. . . **M aculeata W.**

Obs. M. aculeata W. differt a M. tribuloide Lam. (M. crassispina Vis.) spinis obtusis, brevissimis tuberculiformibus. Vide 19.

30 Stipulis ovatis setaceo-pinnatifidis; foliolis, saltem superioribus, obcordatis obovatisque serrulatis 31

Stipulis ovato lanceolatis acute dentatis, foliolis emarginatis ovalibus obovatisve serrulatis; pedunculis 6—8-floris; leguminibus cochleatis utrinque planis glabris subpentacyclis gyris radiato-venosis nervo marginatis sutura conaliculata distiche spinosis, spinis capillaceis, erectis. — Gracilis sed ultra pedalis, pyramidato-diffusa, decumbens; fructus maturus niger. ⊙ In montosis collibusque dumetosis circa Krapinam, Radoboj et Pregrada. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1814 in graminosis circa Ragusa. — Rchb. fl. g. 3221. Mj.-Il. **M. carstiensis Jacq.**

31 Pedunculis nonnisi 1—2-floris; leguminibus laxe cochleatis utrinque planis, 2—3-cyclis, gyris oblique nervoso-reticulatis, sutura plana latiuscula distiche spinosa, spinis divergentibus hamosis; seminibus ovato-reniformibus badiis. ⊙ Vis. fl. dalm. 1810 in arvis collibusque circa Ragusa. Ap.-M. . **M. præcox DC.**

Pedunculis 3 — 8-floris; leguminibus cochleatis glabris utrinque planis, gyris membranaceis oblique nervosis, nervis apice reticulatis; sutura plana angusta distiche spinosa, spinis divergentibus 32

32 Leguminibus nonnisi 3 — 4-, rarius 5-cyclis. 33
Leguminibus conico-truncatis 5-cyclis, gyris distantibus; nervo inter spinas marginis crasitie breviores conico-subulatas prominente. — Ex integro glabra stipulis capillaceo-laciniatis; spinis brevioribus divaricatissimis subadpressis. ◯ In collibus graminosis apricis Dalmatiæ (Eble.) Maly. enum. pl. p. 381., n. 29. (M. aculeata Gaert.; M. conica Schk.-Rchb. fl. g. 3237. Mj.-In. . . . . **M. Terebellum W.**

33 Spinis setaceis hamosis leguminibus utrinque planis discoideo — cylindricis aut truncato-conicis, spinis erectis patulisve. . . 34
Spinis conicis rectis diametro leguminis utrinque plani subcylindrici reflexis breviusculis dimidio brevioribus 35

34 Leguminibus subglobosis, gyris sibi invicem approximatis; spinis densis elongatis setaceis diametrum leguminis 3-cycli dimidium æquantibus. — Glabra, fructus maturus niger. ◯ Vis. fl. dalm. 1809 var. β. inter segetes Dalmatiæ (Eble.) Maly enum. pl. p. 350., n. 16. Rchb. fl. g. 3222. In. . . . . **M. lappacea Lam**
Leguminibus subhemisphæricis distanter 4 — 5-cyclis; spinis densis subulatis elongatis, anfractuum superiorum reflexis et diametrum leguminis dimidium æquantibus. ◯ Vis. fl. dalm. 1809 var. y. inter segetes Dalmatiæ (Eble). Maly enum. pl. p. 350. n. 17. — Rchb. fl. g. 3224. M. pentacycla DC.; M. Histrix Ten.) Mj.-In. . . . . **M uncinata W.**

35 Pndunculis subquadrifloris, leguminibus subtricyclis foveolato-reticulatis, spinis inter foveolas brevissimis obliquis, plicatis. — Glabra foliolis obovatis, retusis repandoque denticulatis. ◯ In satis collibusque siccis graminosis circa Toplikam. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1809 var. α. inter segetes Dalmatiæ. — Maly enum. pl. p. 351, n. 25. (M sardoa Moris.; M. præcox Alsch. M. polymorpha Schk.) — Rchb. fl. g. 3233 Mj -In. **M. apiculata W.**
Pedunculis 4 — 8-floris, leguminibus tricyclis e plano reticulato-venosis; spinis subulatis plicatis. — Habitus præcedentis; interstitia venarum in fructu plana et non foveolata; spinae

duplo longiores. ⊙. Vis. fl. dalm. 1809 intermixte cum tribus antecedentibus, quae varietates hujus esse dicuntur, inter segetes circa Zara, Verlika, Sebenico, Trau et Ragusa, nec non in insulis Veglia, Cherso et Lesina. (M. coronata Gært. M. polycarpa W.) Rchb. fl. g. 3243. Mj.-In. . . . . **M. denticulata W.**

Gen. 12. **Trigonella L. Piskavica.**

Calyx 5-fidus v. 5-dentatus; corolla decidua, alis carinae obtusae brevissimae supra unguem connexis; stamina diadelpha filamentis utraque extremitate aequalibus; petalis non adnatis; stylus glaber, stigmate obtuso, ovario antice recto; legumen uniloculare lineare oblongumve compressum polyspermum vix dehiscens. Vis. fl. Dalm. III. p. 286. g. 649; Koh syn. pl. p. 181; Rchb. fl. g. 500. gen. 650.

1 Floribus axillaribus solitariis geminisve; leguminibus subfalcatis, arcu descendente 2

Floribus racemosis aut racemoso-umbellatis; leguminibus arcu adscendente 3

2 Caulibus parce ramosis ramis erectis, foliolis oblongo-cuneatis, antice denticulatis; leguminibus linearibus subfalcatis longitudinaliter venoso-striatis, stylo elongato rostratis, glabris subvigintispermis. — Sequenti similis; differt tamen præ caeteris: caulibus erectis, leguminibus duplo longioribus rostrum suum 1-3excedentibus seminibusque subquadratis. — ⊙ Colitur in hortis et hinc inde in oleraceis quasi spontaneum veluti ad Toplikam, Varasdinum ipsamque Zagrabiam. — Rchb. fl. g. 3212. In-Il. **T. Foenum-græcum L.**

Caulibus diffusis; floribus ochroleucis foliolis cuneato-obovatis; leguminibus reticulato-nervosis falcatis rostro suo vix longioribus; seminibus subrotundo-reniformibus granulato-scabris, pubescentibus subdecem-spermis. ◯. Vis. fl. dalm. 1826 in pascuis siccis locisque apricis saxosis circa Zara, Sebenico, Verpolje, Spalato et prope Dizmo, nec non in insulis Veglia et Lesina. (T. prostrata DC.) Rchb. fl. g. 3211. Mj.-In. . . . **T. gladiata Stev.**

3 Caulibus prostratis; floribus umbellatis luteis exiguis. Caules ramosi pubescentes; folia petiolata villosa; stipulæ pubescentes amplexicaules, inferiores basi dentatæ; calyx villosus; corollæ flavescentes parvae; legumen compressum pubescens. — ◯ In apricis in litt. cr. circa Novi, Crkvenica, Portoré et alibi. — Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1827 in apricis incultis et ad vias

circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa — Rchb. fl. g. 3208. Mj.-In. . . . . **T. monspeliaca L.**
Caulibus erectis; floribus axillaribus racemosis, flavis, pedunculo communi folium superante et ultra flores producto; foliolis cuneato-obovatis mucronato-serrulatis; leguminibus oblique nervosis arcuatis, rostratis, glabris. — Caulis erectus; folia longe petiolata; stipulæ semisagittatae dentatae; bracteae subulatae; calyx angulatus; corollae luteae vexillum emarginatum; legumina venosa, compressa, aliqua falcata. — ⊙. In locis cultis et ad vias in litt. cr. veluti circa Flumen, Svilno, Tersat, Bukari et alibi. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1828 inter segetes et in graminosis circa Zara, Sebenico, Dernis, Spalato et Ragusa, nec non in insula Lesina. (T. elatior Sibth.) Rchb. fl. g. 3210. Mj.-In. . . . . **T. corniculata L.**

Gen. 13. Melilotus Tourn. Ždraljika ili Nokotac.

Calyx campanulatus 5-dentatus; corolla decidua alis carinae obtusae supra ungvem connexis, ad marginem superiorem non impressis; stamina diadelpha filamentis utraque extremitate aequalibus; stylus glaber stigmate declivi, ovario autem ad stylum usque recto; legumen subrotundum oblongumve 1—4-spermum, indehiscens; flores in racemum collecti. Vis. fl. dalm. III. p. 286, g. 640; Koch Syn. pl. p. 182; Rchb. fi. g. 498, gen. 649.

1 Floribus erectis; leguminibus longe rostratis adscendentibus erectisve, 1—2-spermis turgidis 2
Floribus et leguminibus reflexis pendulisve 3
2 Floribus caeruleis, leguminibus oblongo-ovatis longitudinaliter venoso-striatis racemis floriferis fructiferisque densis subrotundis ovalibusve, alis carina longioribus, vexillo brevioribus; stipulis ovato-subulatis, foliorum inferiorum basi dilatatis; foliolis oblongo-lanceolatis, argute serratis. — Caulis erectus angulatus, superne pilis adspersus; stipulae angustatae; foliola facie glabra, dorso pilis minutis adspresa; bracteae filiformes; corollae vexillum venis saturatioribus variegatum; legumen rostratum. — ⊙ In pratis, et ad margines viarum agrorumque totius Croatiae Syll. fl. cr.; In comitatu syrmiensi in iisdem locis. (Kanitz) coliturque ubique in agris in usum oeconomicum. (Trigonelia caerulea Sering.) — Rchb. fl. g. 3205. In.-Il. **M. cærulea Lam.**
Floribus flavis; leguminibus globulosis obtusis, stylo mucronatis, reticulato-rugosis puberulis, demum erectis glabrisque; stipulis inferioribus lanceolato-linearibus subintegris; foliolis dentatis obtusis retusisve, inferioribus obovatis, superioribus cu-

ncato- oblongis; racemis laxifloris; petalis subaequalibus. ○. Vis. fl. dalm. 1833 in arvis locisque sterilibus lapidosis insulae Brazza, Curzola alla Badia, Torcola et Lissa. — Rchb. fl. g. 3204. (M. gracilis DC.) Ap.-In. . . **M. neapolitana Ten.**

Obs. var. β. leguminibus oblique acuminato-rostratis et foliolis late obovatis, est: M. gracilis Koch ocurritque in arvis lapidosis insulae Sansego.

3 Leguminibus dense et concentrice plicato-sulcatis vel transverse subarcuatim rugosis 4

Leguminibus lacunoso — v. reticulato — rugosis 5

4 Stipulis lanceolatis laciniato-dentatis, supremis angustioribus integris; foliolis argute serratis obtusis, inferioribus obovatis, superioribus cuneato-oblongis; vexillo alis, his carina paullo longioribus; leguminibus elliptico-subrotundis, pendulis, glabris dense et concentrice plicato-sulcatis, stylo brevissime apiculatis. ○ Vis. fl. dalm. 1836 in agris circa Sebenico et Trau nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3192. — (Tr. mauritanicum W. M. mauritanica Willd.) Mj.-In. . . . . . **M. sulcata Desf.**

Stipulis lanceolato-subulatis integris; foliolis denticulatis obtusis, inferioribus obovatis, superioribus cuneato-oblongis; racemis laxifloris, petalis omnibus subaequalibus pallide flavis; leguminibus ovalibus utrinque attenuatis pendulis glabris transverse subarcuatim-rugosis, stylo sublaterali mucronatis. ○ Vis. fl. dalm. 1835 in herbidis scopuli Počica dicti prope insulam Lesina. Ap.-In. . . . . **M. elegans Salzm.**

5 Leguminibus globulosis vel subrotundo-ovatis; stipulis lanceolato-linearibus; radice annua 6

Leguminibus ovalibus, acutiusculis, mucronulatis vel obtusis quidem, sed stylo persistente mucronatis; stipulis subulato-setaceis integerrimis, vel e basi dilatala inciso-dentata subulatis; radice bi-aut perenni 8

6 Stipulis inferioribus lanceolato-linearibus laciniato-dentatis, superioribus linearibus integris; foliolis denticulalis obtusis, inferioribus obovatis, superioribus obovato-oblongis; racemis laxifloris, alis carinae aequilongis, vexillo brevioribus; leguminibus obovato-globosis obtusis reticulato-rugosis, pendulis, glabris, stylo laterali. ○ Inter segetes ad thermas Varasdinenses et circa S. Helenam. — Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1834 in pascuis collinis et in agris circa Sebenico, Trau, Almissa, Ragusa, Budua

ad pedem montis Mossor et in insula Lesina. (Tr. italicum L. M. rotundifolia Ten.) Rchb. fl. g. 3193. — Mj. In.
M. italica Lam.

Obs. var. α. leguminibus ovato-oblongis acutis; floribus racemosis, racemis folio brevioribus; stipulis latis caulibusque effusis, est: M. messanensis Desf. occurritque intermiscue cum priori. (Tomasini.) Host. fl. aust. II. p. 365, n. 9.

Stipulis inferioribus lanceolato-linearibus basi subintegris . . . 7

Foliolis serrulatis obtusis retusisve, inferioribus obovatis, superiroribus cuneato-oblongis; racemis densifloris, alis carinaque aequilongis, vexillo brevioribus; leguminibus obovatis, obtusis, stylo apiculatis, reticulato-rugosis; corollis flavis fructibusque minimis. — Spithamaea pedalis; corollae flavæ, racemi longissimi, legumina minima vix magnitudinis seminis Panici milliacei L. — ☉. In locis cultis incultisque, ad vias et in ruderatis in litt. cr. ad Flumen, Tersat, Grišane, Kriviput, Segniam, Karlobago et alibi. — Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1832 ad vias, in pascuis locisque cultis et incultis circa Trau, Spalato, Ragusa, Budua et in insulis Cherso et Lesina. (M. indica All.) Rchb. fl. g. 3190. — Mj.-In. . . . . **M. parviflora Desf.**

Foliolis dentatis; leguminibus globosis obtusis stylo mucronatis rostratis. Vide 2.

8 Stipulis subulato-setaceis integirrimis 9

Stipulis e basi dilatata inciso-dentata subulatis; racemis densis, denique elongatis, pedicellis calyce brevioribus; leguminibus ad suturam superiorem compressis glabris; foliolis oblongo-lanceolatis obtusis argute inæqualiterque subspinuloso-serratis. — Radix ramosa; caulis erectus angulatus ramosus glaber; flores in racemos erectos collecti, bracteis minutis subulatis fulti; corollæ minutæ flavae vexillo emarginato. — ☉. In graminosis et ad vias Dalmatiae. — Maly enum. pl. p. 351, g. 820, n. 1. — (Tr. dentatum WK.) Rchb. fl. g. 3196. — Il.-Sept. **M dentata Pers.**

9 Floribus albis; racemis laxifloris, alis vexillo brevioribus carinam subaequantibus 10

Floribus flavis ochroleucisve . . . . - 11

10 Foliolis subtruncatis, inferioribus subrhombeis, superioribus lanceolatis; leguminibus monospermis, ovatis acutis. — Pro solo 1—6-pedalis et ultra, caules stricti, foliola difformia, infimorum la-

tiora, superiorum angusta; racemi longissimi, flores mediocres calycem duplum longi. ♂. Ad vias marginesque agrorum totius Croatiæ et Slavoniae. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1830 in iisdem locis totius Dalmatiæ, (M. vulgaris W.; M. leucantha Koch.) — Rchb. fl. g. 3201. II.-Sept. . . . . . **M. alba Desr.**

Foliolis obmnibus conformibus, ellipticis, argute duplicato-circumserratis rotundatis acutisve; leguminibus ovalibus subulatis dispermis — Elata ut prior, sed notis indicatis habituque diffuso, floribus majoribus, laxioribus racemisque brevioribus a praecedenti distinguitur. — Præcendenti persimilis a qua prae cæteris differt habitu diffuso, floribus majoribus laxioribus, racemis brevioribus et leguminibus longius pedunculatis minusque reflexis. — ♂. In iisdem locis ac. M. alba Lam. cujus nonnisi varietas est. — Rchb. fl. g. 3202. — II.-Spt. . . . . . . **M. arguta Rchb.**

11 Foliolis subserratis, subretusis, inferioribus obovatis, superioribus oblongo-linearibus; racemis laxifloris, pedicellis calyce dimidio brevioribus, alis carinaque vexillum æquantibus; leguminibus ovatis breviter acuminatis ad suturam superiorem compressis pubescentibus, dorso gibbis utrinque attenuatis 12

Foliolis serratis obtusis, inferioribus obovatis, superioribus oblongolanceolatis; racemis laxifloris; pedicellis calyce subbrevioribus, alis vexillum subaequantibus, carina longioribus; leguminibus ovatis obtusis mucronatis rugoso-plicatis, ad suturam superiorem obtuse carinatis glabris. 13

12 Caule adscendente; foliolis conformibus omnibus angustissimis arguteque serratis; vexillo fusco-striato. — Radix valde elongata; caules ramosi purpurascentes, 2—4-pedales et ultra; stipulae subulatae; legumen subcompressum. — ♃. In pratis, ad ripas et fossas circa Crisium, S. Helenam, Božakovinam, in Moslavina et Possavina alibique haud rara. — Syll. fl. cr. — Ad fossas paludesque circa Zoljan, Deržanica, Karlovic et Semlin in Slavonia. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1831 ad ripas, fossas et in vineis circa Ragusa, Narenta et in insula Veglia. (Tr. macrorrhizum WK. — II.-Sep. . . . . **M. macrorrhiza Pers.**

Caule erecto strictove; foliolis lineari-oblongis, obsolete-denticulatis; alis vexillo striato brevioribus. — Radix crassa; caules altissimi, erecti, ramosi; stipulæ integerrimæ; florum racemi axillares; bracteæ minimæ, subulatæ. — ♂. In iisdem locis ac

præcedens, cujus varietas esse censetur. (Trifolium palustre. WK.) — Rchb. fl. 3199. — In.-Sept. . . . . . . **M. palustris Rchb.**

13 Caule erecto sulcato, foliolis truncatis, argute serrato-dentatis; leguminibus dispermis compressis, acutis; floribus laete flavis. — 2—4-pedalis; flores maximi calycem triplum longi, carina alas vexillumque aequante. — Radix fusiformis; caulis ramosus; foliola obtusa, inferiora obovata, superiora lanceolata; stipulæ lineari-lanceolatæ; flores cernui. — ♂. Ad vias agrorumque margines, in pratis et inter segetes ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1829 in iisdem locis totius Dalmatiæ. Rchb. fl. g. 3200. — Il.-Sept. . . . . **M. officinalis Pers**

Caule adscendente; foliolis truncatis serratis difformibus; leguminibus monospermis obovatis, acutis; floribus pallidis, ochroleucis. — 1—3-pedalis semper adscendens, flores dimidio-minores ac præcendetis, carina alis breviore. — ♂. In iisdem locis ac præcedens, cujus varietas esse dicitur. — (Tr. Petitpierranum Hayne; M. arvensis Wallr. M. pallida Bess., M. expansa Hortul., M. diffusa Koch.) — In.-Il. . . . . . . **M. Petitpierrana Willd.**

Gen. 14. Trifolium Tourn. Dietelina.

Calyx 5-fidus aut bilabiatus 5-dentatus; corolla persistens, marcescens, petalis nunc omnibus inferius in tubum coalitis, nunc solo vexillo liberis, alis carinam obtusam superantibus; stamina diadelpha corollae adnata, filamentis apice subdilatatis; stylus glaber; legumen ovatum 1—2-spermum, rarius oblongum 3—4-spermum, calyce vel corolla marcescente inclusum, utriculatum rarius dehiscens. Vis. fl. Dalm. III. p. 289., gen. 641; Koch syn. pl. pag. 184. Rechb. fl. g. p. 490, gen. 648.

1 Calycis fauce intus annullo calloso aut piloso coarctata, tubo et dentibus immutatis; floribus sessilibus in capitulum subrotundum oblongumve vel in spicam brevem congestis; petalis omnibus connatis; legumine tubo calycis incluso, monospermo 2
Fauce calycis exannulata, exacte nuda 28
2 Radice annua 3
Radice perenni aut saltem bienni 18
3 Spica aut capitulo terminali solitario, basi nudo, pedunculato; foliis omnibus alternis 4
Spicis capitulisve lateralibus solitariis aut geminis 7
4 Foliolis obovatis aut cuneato-obcordatis 5
Foliolis oblongo-lanceolatis linearibusve 6

5 Caulibus foliisque obovatis retusis molliter adpresseque pilosis: stipularum caudis late ovatis; spicis conicis obtusis villosis, corollis primum albidis, demum carneis vel semper puniceis; calycis dentibus aequalibus subulatis, apice nudis, tubo 10-nervi paullo longioribus. — Spithameum adscendens molle pubescens; calycis dentes post anthesim patuli, corollae exsertae. — ⊙. In pratis et ad vias in litt. cr. veluti circa Karlobago, Konjsko et Lukovo; ad Flumen et Kukuljanovo; nec non frequentissime cultum et hinc inde quasi spontaneum factum. — Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1839 in herbidis circa Zara, Trau, Ragusa, Cattaro et in insulis Cherso et Veglia. — Rchb. fl. g. 3155.-Apr-In. **T. incarnatum L.**

Obs. Var. β. floribus primum albidis demum carneis et nunquam puniceis, est: T. Molinieri Sering. sive T. Noëanum Rchb. haec forma est precedente genuina sive T. incarnato L. multo frequentior in locis natalibus supra citatis.

Caulibus patule villosis; foliolis cuneato-obcordatis molliter adpresseque pilosis; stipularum caudis latis ovatis denticulatis; capitulis subglobosis villosis; calycis dentibus aequalibus lanceolato-subulatis tubo 10-nervi longioribus, demun stellato-patentibus. — Palmare-spithamaeum, capitulis majusculis, corollis albido-ochroleucis. ⊙. In arvis pratisque siccis litt. cr. circa Flumen, Tersat, S. Cosmo; circa Crkvenica et Okruglano nec non ad Segniam. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 4840 in arvis locisque sterilibus totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3126. — In.-Il. **T. stellatum L.**

6 Caulibus foliisque longe linearibus adpresse pilosis; stipularum caudis setaceis, spicis conico-cylindricis basi nudis secus villosissimis, corollis roseis, immersis, calycis dentibus subulatis, apice spinescentibus nudis, tubum 10-nervem subaequantibus imo superantibus, infimo corolla longiore, reliquis paullo brevioribus, calycis fructiferi patentibus. ⊙. In herbidis apricis litt. cr. ad Flumen, Praputnik, Bukarica et alibi. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1837 in pascuis, arvis locisque apricis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3154. Mj.-In. . . . **T. angustifolium L.**

Caulibus foliisque oblongo-lanceolatis adpresse pilosis; stipularum caudis subulatis; spicis cylindraceis obtusis villosissimis, corollis albis; calycis dentibus subulatis abrupte pilo terminatis, tubum 10-nervem subaequantibus, infimo sublongiore. — Praecendenti

admodum affine, sed minus; foliis omnibus brevioribus angustis longissimis acutissimis; spicis potius cylindricis quam conicis; calycis dentibus non in spinam apice rigescentem terminatis, sed abruptis et uno alterove pilo terminatis. — Vis. fl. dalm. 1838 in arvis sterilibus scopoli Pločizza prope insulam Lesina. — In.-Il.

T. intermedium Guss.

7. Spicis lateralibus solitariis, summis geminatis; foliis omnibus alternis 8

Spicis capitulisve omnibus lateralibus solitariisque; foliis summis oppositis 12

8 Calyce fructifero ventricoso dentibus breviusculis, superioribus brevioribus, in fructu suberectis aut laxe patulis, nec unquam rigide squarrosis 9

Calycibus nunquam ventricosis. 10

9 Foliolis denticulatis cuneato-oblongis, infimis cuneato-obovatis; stipularum caudis lineari setaceis spicis ovatis ovalibusve subgeminatis sessilibus folio involucratis; corollis rubellis albidisve vix exsertis; calycis pubescentis dentibus lanceolato-subulatis conniventibus rectis inaequalibus corollae adpressis illique æquilongis, tubo calycis 10-nervi brevioribus. — Caulis spithamæus adscendens; foliola glabra; dentes calycini saltem in fructu arrecti. — ⊙. Vis. fl. dalm. 1847 in pascuis Žerava prope Zara et ad vineas prope lacum Boecagnazzo. (T. collinum Bast; T. semiglabrum Brot.) Rchb. fl. g. 3138. — In.-Il.

T. Bocconi Savi.

Foliolis obsolete denticulatis cuneato-obovatis obcordatisve, summis cuneato-oblongis; stipularum caudis lanceolato-setaceis; spicis ovatis ovalibusve subgeminatis sessilibus basi folio involucratis; calycis hirsuti dentibus subulatis rectis subinaequalibus, demum patentibus, tubo 10-nervi mox ventricoso corollaque parva rubella paullo brevioribus. — Specimina humillima palmaria erecta, proceriora procumbentia, non raro ultra pedalia; calycis albidi testaceo-nervosi. ○. In graminosis locisque incultis apricis litt. cr. circa Flumen, Kukuljanovo, Portore, Karlobago et alibi nec non in arvis graminosis circa Gospić, ad St. Rochum et ad Medak in provincia Likana. — Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Vučin, Čepin et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1849 in pascuis siccis et pratis apricis circa Zara, in illis montium Ve-

lebit, circa Verlica et Sinj, nec non in insulis Lesina et Curzola. — WK. pl. r. t. 25. — Rchb. fl. g. 3140. — Mj.-In.
T. striatum L.

10 Calycis dentibus latiusculis post anthesin rigide squarroso-patulis glabris aut hirtis 11

Calycis dentibus subaequalibus setaceis recti-villosis, tubo demum ovoideo 10-nervi corollaque albida roseave duplo longioribis, foliolis cuneato-oblongis vel cuneato-linearibus obsolete denticulatis; stipularum caudis lineari-setaceis; spicis oblongo-cylindricis molliter villosissimis glabrisve, subgemminis, basi nudis, altera longius pedunculata. — Palmare-pedale; humillima specimina simplicia, proceriora longe ramosa subfastigiata. — ⨀. In agris arvisque totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1846; Rchb. fl. g. 3151. — Mj.-Sept.
T. arvense L.

Ob. Var. β. rubescens, caulibus, foliis spicisque glabris, dentibus calycis purpurascentibus, est: T. gracile Thuill. occurritque in locis apricis Dalmatiae circa Ragusa.

11 Adpresso-pubescens foliolis denticulatis cuneato-obovatis nervosis, infimis obovatis retusis; stipularum caudis lanceolatis ciliatis; spicis ovatis ovalibusve sessilibus folio involucratis calycis pubescentis dentibus lanceolatis rigidis crasse uninervibus mucronatis inaequalibus rectis, demum recurve patentibus, tubo 10-nervi cylindraceo corollaque carnea albidave exigua longioribus. — Palmare spithamaeum flexnosum; corolla immersa. ◯. In graminosis siccis collibusque arenosis circa Zagrabiam, Podsused, Jaskam et alibi, nec non in litt. cr. provinciaque Likana frequens. — Syll. fl. cr. — In agris circa Semlin (Zemun) in Slavonia (Kanitz). — Vis. fl. dalm. 1850 in locis apricis siccis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3144. — Mj.-Il. **T. scabrum L.**

Basi villosum, superne adpresse pubescens, foliolis obsolete denticulatis cuneato-obovatis oblongisve nervosis maculatis; stipularum caudis lanceolato-subulatis hirsutis; spicis ovatis ovalibusve sessilibus folio involucratis; calycis pubescentis dentibus linearibus 1-nervibus mollibus, apice abtrupte piliferis, inæqualibus, demum recurvis, tubo 10-nervi longioribus corolla alba roseave, florum superiorum brevioribus. — Simile praecedenti, quo tamen gracilius et elatius; differt insuper foliis maculatis, capitulis interdum gemminotis, spicis longioribus, calycis dentibus mollioribus

angustioribus longioribusque, apice non spina mucronatis, sed abtruptis et pilis saepe binis, rarius unico aut plane pluribus terminatis. — ⊙. Vis. fl. dalm. 1851 in herbidis circa Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insula Pago. (T. maculatum Host. T. squarrosum L.) — Rchb. fl. g. 3145. Ap.-Il. **T. dalmaticum Vis.**

Obs. Praecendenti simillimum, sed gracilius elatius et differt insuper foliis maculatis; calycis dentibus apice non spina mucronatis, sed abruptis et pilis saepe binis pluribusve terminatis. —

12 Spicis capitulisve stipularum vaginis amplis subaphyllis involucratis. 13

Spicis capitulisve basi nudis, vel stipulis summis quasi in folium verum ternatum dillatatis mutatisque basi suffultis, hinc capitulis arcte sessilibus.. 14

13 Patule hirsutum, foliolis obsolete denticulatis ovalibus retusis, superioribus oblongo-lanceolatis; stipularum caudis lanceolato-linearibus; spicis ovatis pedunculatis bracteis palmato-5-fidis in involucrum pelviforme plus minusve coalitis basi cinctis; calycis compressi glabriusculi dentibus lanceolato-acuminatis adscendentibus mucronatis pilosis, tubo 10-nervi subaequalibus, infimo trinervi duplo longiore corollaque albida breviore. — Palmare aut spithaemaeum, adscendens; bracteae involucrum constituentes saepius omnino connatae, rarius distinctae, interdum in lacinias aliquot profundiores fere ad basin partitae; vexillum oblongum apice truncatum emarginatumque; folia superiora persaepe acuta. — ⊙. Vis. fl. dalm. 1852 in pratis udis lacus Marinje, circa Sebenico et Salona. — (T. cinctum DC.) Rchb. fl. g. 3149. Mj. **T. succinctum Vis.**

Patule-villosum; foliolis obsolete denticulatis cuneato-obcordatis obovatisve; stipularum caudis ovatis acuminatis, stipulis supremis oppositis rotundatis bractæformibus capitulum subrotundum involucrantibus, altera aphylla; calycis villosi dentibus pilosissimis filiformibus subæqualibus, tubo 20-nervi longioribus, corollam sordide albidam subaequantibus. — Caulis adscendens 1—2-policlaris rarius ultra; corollae calyci plumoso inserta. ⊙. Vis. fl. dalm. 1853 in collibus locisque siccis saxosis circa Zara, Verpolje di Sebenico et insularum Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 3156. Mj.-In. . . . . **T. Cherleri L.**

14 Foliolis cuneato-oblongis obcordatisve subintegerrimis aut denticulatis, pilosis; florum capitulis subrotundis. 15
Foliolis ovalibus oblongisve 16
15 Caulibus patule pubescentibus; foliolis subintegerrimis adpresse pilosis; inferioribus obovatis retusis; stipularum caudis lineari-acuminatis; calycis dentibus lanceolato-linearibus subaequalibus subtrinerviis ciliatis, tubo 10-nervi dense villoso longioribus; floribus albis. — Simile T. supino Savi, a quo tamen calycis tubo fu've villoso stat:m dignoscitur. ◯. Vis. fl. dalm. 1843 in herbidis circa Trau, Primorje et in insula Lesina. (T. obscurum Savi.) Mj.-In. . . . . **T. leucanthum Bieb.**
Obs. forma dentibus calycis valde inaequalibus, infimo longissimo; corollis roseis calycem duplum longis foliolisque infimis obcordatis, est: T. reclinatum WK. occurritque in graminosis circa Semlin. (Kanitz.)
Caulibus diffusis glabriusculis; foliolis denticulatis pilosis; stipularum caudis lineari-acuminatis; calycis dentibus setaceis, basi lanceolata nervosis subaequalibus, sparse pilosis, tubo 20-nervi glabro duplo longioribus corollam pallide roseam subaequantibus. — Palmare spithamaeum diffusum capitulis fructiferis purpurascentibus, lappaceis. ◯. Vis. fl. dalm. 1844 in herbidis circa Ragusa et in insulis Ossero, Veglia, Lesina et Curzola. Rchb. fl. g. 3150. — Mj.-In. . . . . . . **T. lappaceum L.**
16 Caulibus foliisque subintegerrimis pubescentibus 17
Caulibus flexuosis, diffusis villosis; foliolis ovalibus oblongisve obsolete denticulatis obtusis retusisve; stipularum caudis lanceolato-acuminatis, summis dillatatis trifoliatis capitulum subrotundum quasi involucrantibus, calycis fauce villosi dentibus e basi triangulari trinervi filiformibus, subaequalibus, pilosis, tubo 10-nervi villosulo triplo longioribus, corollam purpurascentem rubellamve subaequantibus. — Rigide diffusum, laxe villosum caule striato spithamaeo pedalive aut ultra. — ◯. In collibus graminosis appricis agrisque sterilibns circa St. Rochum et Medak in provincia Likana. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1845 in apricis ad vias circa Cittavecchia. — (T. diffusum WKit.) Rchb. fl. g. 3159. — Mj.-In. . . . . **T. purpurascens Roth.**
17 Foliolis ovali-obovatis oblongisve; stipularum caudis linearibus; capitulis ovatis glabriusculis, fructiferis basi truncatis; calycis dentibus lanceolatis subciliatis, apice spinescentibus, tubo 10-

nervi longioribus, dente infimo florum inferiorum reliquos superante deflexo; corollis albidis roseisve. — Pedale patenti pilosellum. ☉. Vis. fl. dalm. 1841 in pratis salsis circa lacum Morinje in argo Sebenicensi et ad ostium fluminis Hyadri prope Salona, nec non in insula Lesina. (T. rigidum Savi; T. irregulare Pourr.) Rchb. fl. g. 3143. — Mj. In. **T. maritimum Huds.**

Foliolis ovalibus retusis; stipularum caudis lanceolato-linearibus; capitulis ovato-conicis pilosis, fructiferis basi truncatis; calycis dentibus lanceolatis, apice spinescentibus, tubo decemnervi glabriusculo subaequalibus, infimo reliquos superante. — Pallide virens; caule decumbente diffuso; corollis albido-roseis. ☉. Vis. fl. dalm. 1842 in herbidis et pascuis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Curzola et Lesina. (T. Alexandrinum W. T. dalmaticum Partenschl. — Rchb. fl. g. 3147. — Mj.-In. . . . . **T. supinum Savi.**

18 Tubo calycis (saltem fructiferi) nudo glabroque; dentibus calycinis pilosis ciliatisve 19

Tubo calycis, aut saltem ore illius evidenter piloso 20

19 Spicis globosis solitariis basi nudis; calyce 10-nervis corolla dimidio breviore, dentibus filiformibus ciliatis, caliycis fructiferi erectis, superioribus 4 tubum suum subaequantibus, fauce annullo calloso coarctata, parte libera stipularum lanceolata attennato-acuta; foliolis ellipticis tenuissime denticulatis; caulibus ramosis adscendentibus; floribus purpureis. — Caulis vel diffuse-procumbens vel in herbosis erectus; flores saturate rubri. — ♃. In pratis montanis, locisque montium graminosis, nec non in virgultis et sylvis totius Croatiae et Slavoniae. — Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3169. (T. flexuosum Jacq.; T. patulum Tsch.) In.-Il. . . . . **T. medium L.**

Spicis oblongo-cylindricis subgeminis, basi saepe involucratis; calyce 20-nervi glabro, dentibus subulatis ciliatis, superioribus, 4 tubo suo 2—3-plove brevioribus, infima alarum basin attingente, fauce annullo calloso coarctata; parte libeia stipularum lanceolata acuminata remote serrulata; foliolis oblongo-lanceolatis spinuloso-serratis cauleque erecto glaberimis; floribus purpureis. — Pedale-bipedale, folia duriuscula; corollae saturate rubrae sub anthesi omnino calycis dentem longissimum excedentes. ♃. In montanis petrosis sylvaticis, veluti in saxosis montium Ivanš-

čica, Kalnik, Ošterc, Sveti Jakob prope Zagrabiam et alibi haud rarum. — Syll. fl. cr. — In collibus herbidis circa Vukovar, Karlovic et Semlin in Slavonia. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1857 in umbrosis et pascuis ad Bellafusa circa Zara et in insula Pago. — Rchb. fl. g. 3171. — Mj.-In. . . . . . **T. rubens L.**

20 Parte libera stipularum lanceolato-subulata vel ovato-acuminata abtrupte aristata 21

Parte libera stipularum triangulari-ovata acuminata, parte adnata breviore; spica globosa solitaria cernua basi involucrata; calyce 10-nervio hirsuto corolla dimidio breviore, dentibus subaequalibus, fauce annullo calloso coarctata; foliis cauleque simplici erecto villosis, pilis patentibus mollibus, foliolis oblongo-lanceolatis integerrimis; floribus albis. — Habitus T. pratensis L., sed humilius et rigidius, capitulum majus, corolla albida. ♃. Vis. fl. dalm. 1861 in montibus Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3164. — Mj.-In. . . . . **T. noricum Wulf.**

21 Floribus ochroleucis, rarius albidis roseoque colore suffusis . . 22

Floribus laete purpureis, — (et nonnisi in varietate T. pratensis flavicante, flavescentibus albisve) 25

22 Stipulis lanceolato-subulatis; floribus ochroleucis 23

Stipulis ovatis abtrupte aristatis; floribus albis vel pallidis et colore rubro suffusis; spicis subrotundis solitariis, basi involucratis; calyce 10-nervio pubescente corolla dimidia paullo longiore, dentibus filiformibus ciliatis, superioribus 4 tubo suo sesquilongioribus, fauce annullo calloso-coarctata; foliolis ovatis subretusis serrulatis, petilolis villosis pilis patentibus. — Caulis diffusus villosus spithamaeus pedalisve, florum capitula globosa illis T. pratensis similia, sed corollae albidae. ♂. In pratis, ad vias et in locis graminosis litt. cr. ad Flumen, Bukari, Praputnik, Segniam, Jablanac et Vranjak. — Syll. fl. cr. — Circa Vučin, Jankovac, Vrdnik, Remete et Kruševdol nec non ad Semlin in Slavonia. — Vis. fl. dalm. 1858 in pratis locisque herbidis et ad vias circa Dernis, in insula Ossero, Veglia et Pago. — Rchb. fl. g. 3148. — Mj.-In. . . **T. pallidum WK.**

23 Caulibus stricte erectis aut e basi decumbente adscendentibus nec unquam repentibus 24

Caulibus basi repentibus, demum adscendentibus, laxe ramosis angulatis, pilis patulis albis villosis; foliis supremis oppositis, foliolis obovato-ellipticis rotundatis subrepando-denticulatis, re-

tusis emarginatisve; stipulis late lanceolatis acuminatis, summis dilatatis trifoliatis, capitulum subrotundum solitarium sessile, laxum involucrantibus; calycis dentibus filiformibus inaequalibus sparse pilosis, tubo 10-nervi glabro, sed ore extus piloso longioribus, corolla brevioribus, vexillo adscendente recurvo. — Radix multicaulis; caule basi interdum reprente; folia petiolata; capitula laxa floribus pedicellatis corollisque ochroleucis. ♃. Vis. fl. dalm. 1859 in nemorosis, fagetis Krivoscice loco dicto Bukovi lug ad 3000 ped. alt., nec non in castanetis umbrosis supra Stolivo et Perzagno. — In.-Il

T. Pignautii Fauché et Chaub.

24. Spica oblongo-ovali solitaria pedunculata basi nuda; calyce 10-nervio villoso, dentibus lanceolato-subulatis tubum calycis aequantibus, inferiore duplo longiore, calycis fructiferi erectis; fauce annullo calloso coarctata; foliolis oblongo lanceolatis integerrimis pilosis obtusis, foliorum inferiorum emarginatis; caulibus stricte erectis cum stipulis petiolisque hirsusis. — Pedale et ultra; caulis patenti-pilosellus, pedunculus spicam subaequans; corolla ochroleuca. ♃. In pratis montanis ad Vrebačka staza in provincia Likana nec non in illis montis Klek. Syll. fl. cr. — In pratis cirta Čepin, Jankovec, Zvečivo et Stražeman in Slavonia. — Rchb. fl. g. 3163. — Il.-Ag. **T. pannonicum Jacq.**

Spicis globosis denique ovalibus saepe involucratis; calyce 10-nervio pilis patentibus hirsuto, dentibus lanceolato-subulatis 3-nerviis, inferiore tubum calycis aequante, superioribus 4 dimidio brevioribus, fructifero oblongo, dentibus porrectis, inferiore deflexo, fauce annullo calloso coarctata; corolla calyce duplo longiore; foliolis elliptico-oblongis integerrimis pilosis, foliorum inferiorum emarginatis; caulibus e basi adscendente erectis hirsutis, superne subaphyllis. — Pedale et ultra plus minusvé ramosum ramis elongatis; corollae ochroleucae. — ♃. In pratis et sylvis collibusque siccis herbidis circa Kalnik, in Moslavina, ad Zagrabiam et alibi, nec non in Croatia australi haud rarum. — Syll. fl. cr. — In Slavonia in vineis circa Virovitic, Vučin et Kuzma, circa arcem ad Gradac, circa Čepin nec non in comitatu Syrmiensi et ad Semlin. — Rchb. fl. g. 3162. — Vis. fl. dalm. 1860 in pascuis locisque sylvaticis circa Nona, Zara, Obrovazzo, Derniš, Vergoraz, Ragusa et Cattaro. — Mj.-Ag.

T. ochroleucum L.

25 Foliolis lanceolato-oblongis; stipularum parte libera lineari, v. lineari-subulata 26

Foliolis ovalibus subintegerrimis; stipulis ovatis lanceolatisve, summis dilatatis trifoliatis capitula subrotunda subsolitaria involucrantibus; calycis pubescentis dentibus longe pilosis, ex basi lanceolata trinervi filiformibus, 4 superioribus tubum 10-nervem superantibus, infimo longiore, sed corolla breviore 27

26 Adpresse setulosum, caule patule ramoso; petiolis stipulaceis, foliolis lanceolato-oblongis integerrimis obtusis petiolatis; stipularum caudis lineari-subulatis; capitulis oblongo-cylindraceis laxe spicatis; floribus patentibus; calycis dentibus filiformibus subaequalibus pilosis tubum calycis 10-nervem adpresse puberulum superantibus, corolla paullo brevioribus. — Radix multicaulis; caulis 1—2-pedalis gracilis non raro flexuosus teres, subtilissime striatus, glaber ramis pluribus alternis patulis apice monocephalis; folia omnia alterna stipulis connatis membranaceis, nervosis suffulta; capitula ex folio involucrante exserta pedunculata, aut fere sessilia; flores purpurei. — ♃. Vis. fl. dalm. 1856 in umbrosis sylvaticis montis Vlastica in ditione Ragusina nec non supra Perzagno et in castaneto supra Stolivo in canali di Cattaro. — In.-Ag. . . . . **T. patulum Tausch.**

Obs. T. medio L. simile, differt tamen praeprimis folio supra stipulas sessili, capitulis laxis spicatis involucratis calycisque dentibus inaequalibus.

Adpresse pubescens glabrumve; foliolis oblongo-lanceolatis obsolete denticulatis stipularum caudis linearibus piloso-ciliatis, folio supremo trifoliato capitulum solitarium, vel binis capitula gemina globosa sessilia involucrantibus; calycis hirsuti dentibus setaceis, superioribus tubo 20-nervi villoso duplo brevioribus, infimo longissimo corollae tubum aequante. — Radix gracilis repens; caulis pedalis rarius ultra, durus farctus villosus; folia 4—5; flores saturate rubri in capitulum subrotundum congesti. — ♃. In montanis rupestribus, virgultis in subalpina adscendens, veluti in rupibus calcareis ad Kalnik, in herbidis circa Severin, Verbovsko, Delnice, Lokva et alibi in montibus tractus Velebit. — Syll. fl. cr. — In collibus et pascuis circa Čerević et Karlovic, (Kanitz) circa Daruvar, Velika et Stražeman nec non in monte Papuk in Slavonia. — Vis. fl. dalm 1855 in umbrosis

rupestribus montium Velebit, Sv. Elia super Trau, Veliki Grad supra Clissa, in Biokovo et montibus ragusinis. — Rchb. fl. g. 3170. — In.-Ag. . . . . **T. alpestre L.**

27 Caulibus undigue diffusis procumbentibus, demum sub anthesi parte extrema sese aliquantulum elevantibus, obsolete angulatis subflexuosis basi alternatim disticheque ramosis; foliolis brevissime petiolatis oblongo ovatis apice recurato-emarginatis, obsolete denticulatis, striatis; stipulis longissimis vaginantibus, diaphanis nervosis saepe obscure purpureis apice subovato in cuspidem subulatam longiusculam coëuntibus, siccis integerrimis, rectis planisque; calycis pallidi submembranacei dentibus setaceis, erectis, pilosis, pilis longis patentissimis, infimo reliquis 4-duplo longiore. — Radix ramosa; caules longissimi subflexuosi ramosi; florum capitula speciosa, corollae purpureae vexillo emarginato. ♃. In collibus arenosis, in arvis solo argillaceo, ad margines vinearum viarumque in regionibus submontanis circa Crisium, Kalnik, Lovačinam, Zagrabiam, Samobor et alibi in Croatia submontana montanaque. — Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3168. **T. expansum WK**

Caulibus adscendentibus erectisve; foliolis ovalibus pubescentibus subintegerrimis, pilis acumbentibus; stipulis ovatis abrupte aristatis; calyce 10-nervio pubescente corolla dimidia breviore, dentibus filiformibus ciliatis calycis fructiferi erectis, superioribus 4 tubum suum aequantibus. — Spithamaeum-pedale heterophyllum, foliis disco saepe albidis, zonatis. ♃. In pratis locisque graminosis a planitie in ipsas alpes adscendens, ubique vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1854 in pratis et pascuis ubique. — Rchb. fl. g. 3167. Mj.-Sept. . . . **T. pratense L.**

Obs. var. α foliis radicalibus retusis, fere obcordatis, est: T. heterophyllum Lej; occurrit cum forma genuina in iisdem locis.

Var. β. foliis multo minoribus, superioribus oblongis; dentibus calycis superioribus tubo paullo brevioribus floribusque flavescentibus, est: T. flavescens Tin., occurritque in herbidis ad Kosica et Bergato in Dalmatia.

Var. γ. caule erecto, sulcato potissimum fistuloso foliolis foliorum radicalium obcordatis; capitulo exserte pedunculato, est: T. nivale Sieb. occurritque in pascuis alpis Debeloberdo et Visočica in provincia Likana.

28 Floribus omnibus completis i. e. corolla calyceque provisis . 29
Floribus capituli centralibus apetalis, sterilibus; calycis fauce laevi, tubo et dentibus immutatis; petalis connatis; foliolis obcordatis, denticulatis; stipulis late ovatis cuspidatis; pedunculis axillaribus folio brevioribus, sub anthesi umbellato-3-6-floris, corollis albis roseisve, post anthisim recurvatis terraeque adpressis, floribus centralibus serioribus, rigidis supra fertiles exteriores setllatim reflexis, legumine exserto. — Rudix fibrosa; caules brevissimi prostrati teretes villosi; folia pilosa; stipulae membranaceae venisque viridibus variegatae; corollae albae; pedunculi ante perfectam fructus maturitatem deflexi fructiferi autem erecti. ○. In locis graminosis litt. cr. circa Flumen Kukuljanovo, Hrelin, Crkvenica, Novi et alibi in aggeribis herbidis — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1869 in apricis locisque herbidis siccis circa Zara, Dernis, Spalato, Ragusa et Cattaro nec non in insulis Ossero, Veglia, Brazza et Lesina. — Rchb. fl. g. 3230. . . . . **T. subterraneum L.**
29 Floribus in capitulis spicisve exacte sessilibus 30
Floribus brevius longiusve, sed tamen semper et evidenter pedicellatis 38
30 Calycis tubo et dentibus etiam post anthesim immutatis; petalis omnibus connatis; legumine exserto 2-spermo, seminibus tuberculato-punctatis 31
Calyce demum inflato auctoque 33
31 Caulibus diffusis terraeque adpressis 32
Caule ereto strictove; foliolis glanduloso-serrulatis oblongo-vel lineari-lanceolatis acutis, inferiorum obovatis ovalibusve obtusis stipulis ovato-triangularibus latissimis glanduloso-serratis; capitulis avato-globosis solitariis pedunculatis basi nudis; calycis glaberrimi demum scariosi dentibus e basi ovata trinervi lineari-subulatis infimo tubum 10-nervem superante, corollam carneam subaequante demum recurvo. — Caulis gracilis subangulatus; stipulae acutae basi connatae; vexillum corollae emarginatum; legumen compressum rostratum basique gibbosum. ○. Vis. fl. Dalm. 1862 in pascuis Žerava prope Zara et inter Verlika et Sinj. (T. laevigatum Poir). — Rchb. fl. g. 3136.
T. strictum WK.
32 Caule diffuso; foliolis mucronato-serrulatis obovatis retusis, supremis mucronatis; stipulis scariosis ovatis; caudis lanceolato-

acuminatis; capitulis subrotundis subsessilibus axillaribus solitariis; calycis glaberrimi dentibus cordato-triangulis acuminatis aequalibus, demum recurvis, tubo campanulato 10-nervi sulcato corollaque rosea brerioribus. — Glabrum; radix fibrosa; caules striati ramosissimi; legumina subrotunda. ⨀. Vis. fl. dalm. 1862 in herbidis Dalmatiae. — Maly. enum. pl. p. 354, n. 43. — Rchb. fl. g. 3135. Mj.-In. . . . . **T. glomeratum L.**

Caulibus prostratis terraeque adpressis; foliolis cuneato-obovatis retusis, argute denticulatis; stipulis scariosis ovato-lanceolatis, apice subulatis; capitulis subrotundis sessilibus axillaribus solitariisque involucratis; calycis glaberrimi dentibus lanceolatis subaequalibus recurvis, tubo cylindrico 10 — 12-nervi brevioribus, corolla exigua albida longioribus. — Radix fibrosa; caules breves tortuosi glabri; corollae parvae albidae; legumen oblongum dispermum. ◯. Vis. fl. dalm. 1864 in agris et ad vias circa Zara et ad portum St. Martino di Lossino in insula Ossero. — Rchb. fl. g. 3142. Mj.-In. . **T. suffocatum L.**

33 Petalis omnibus connatis; calycis tubi dorso et labio superiore demum inflato auctoque, labium inferius abscondente . . . 34

Petalis scariosis striatis acutis inferioribus connatis, vexillo libero; calycis tubo demum inflalo, dentibus immutatis; legumine 2—4-spermo, rostrato; seminibus tuberculato-scabris 37

34 Radice perenni; capitulis longe pedunculatis 35

Radice annua; capitulis breviter pedunculatis, pedunculis axillaribus folio brevioribus aut illum subaequantibus 36

35 Caule prostrato, repente; floribus roseis foliolis ovalibus ovatisve retusis argute denticulatis; stipulis lanceolato-acuminatis; pedunculis pilosis folio multo longioribus; capituli fructiferi ovalis invalucro multipartito basi cincti dentibus labii calycini inferioris lineari-acuminatis, superioris demum ventric si reticulati tomentosi setaceis porrectisque. — Caules teretes pilis inspersi; stipulae ciliatae; folia longe petiolata, petioli pilosi; bracteae lineari-lanceolatae membranaceae; flores rasei; legumina disperma. ◯. In pascuis locisque subhumidis totius Crvotiae. — Syll. fl. cr. — In arvis pascuisque humidis circa Daruvar, Bizovac, Kožka, Duzluk, Čepin et Tenje nec non ad Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1870 in pratis humidis et in graminosis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3133. Mj.-Il. **T. fragiferum L.**

Caule stricto, basi ramoso, plerumque purpurascente; floribus albis; foliolis rhombeo-lanceolatis cuspidatis setaceo-serratis; capitulis maximis ovato-cylindricis; calycis tubo membranceo, albido, dentibus viridi-rubescentibus setaceis subaequalibus, tubo suo brevioribus; sub anthesi erectis, demum patentibus; superioribus binis a se invicem magis distantibus; leguminibus dispermis. — Magnum, capitula fere T. pannonici. ♃. In herbidis Dalmatiae. — Maly enum. pl. p. 354, n. 38. (T. recurvum WK.; T. mutabile Host; T. ambiguum M. B.) Rchb. fl. g. 3134. . . . . **T. vesiculosum Savi.**

36 Pedunculis folium subaequantibus; floribus roseis resupinatis; foliolis obovatis rhombeisve argute denticulatis; stipulis lanceolato-acuminatis; capitulis fructiferis subglobosis basi minute bracteolatis; calycibus ovatis acutis, dentibus labii inferioris lanceolato-linaribus, superioris demum ventricosi reticulati villosi subulato-setacis. — Pedale, ramosum, foliola primaria nigro-zonata; vexillum elongatum inferum ⊙ In pratis humidis comitatus syrmiensis, et circa Semlin; (Kanitz). Vis. dalm. 1871 in pascuis udis circa Zara, ad lacum Morinje prope Sebenico; circa Trau, Salona et Narenta nec non in insulis Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 3133. In.-Ag. . **T. resupinatum L.**

Pedunculis glabris folio brevioribus; floribus purpurascentibus; foliolis obovatis retusis argute denticulatis; stipulis triangulari-lanceolatis; capitulis fructiferis subglobosis basi minute bracteolatis; calycibus obovato-rotundatis, dentibus labii inferioris lanceolato-linearibus, superioris demum ventricosi reticulati villoso-tomentosi ovato-lanceolatis brevissimis; caulibus prostratis. ⊙, Vis. fl. dalm. 1872 in agris sterilibus et apricis circa Sebenico, Salona, Ragusa et in insulis Brazza et Lesina. — Rchb. fl. g. 3132. . . . . **T. tomentosum L.**

37 Tubo calycis membranaceo-scarioso laevi, solo apice 15-nervi cylindrico, mox ovali; foliolis infimis obovatis obcordatisve; stipulis scariosis lanceolato- setaceis; capitulis ovalibus, demum cylindraceis, floribus brateolatis albis, demum roseis et exsiccatione badiis; calycis glabri dentibus subaequalibus, ex basi lanceolata trinervi utrinque membronacea subpilosa subulatis erectis, demum recurvis. ⊙. Vis. fl. dalm. 1873 in herbidis insularum Lesina et Lissa. — Hosb. fl. aust. II. p. 376, n. 35. Mj.-In. . . . . **T. mutabile Portsh.**

Tubo calycis membronaceo-scarioso jam ab ipsa basi 24-nervi et inter nervos subreticulato-pellucido, cylindrico moxque ovali; foliolis inferioribus obovatis; stipulis scariosis longe lanceolato-setaceis; capitulis ovatis, demum oblongis, floribus bracteolatis albis, demum badiis; calycis glabri dentibus aequalibus ex basi lanceolata 3-nervi subulatis erectis, demum recurvis. — Praecedenti persimile, diflert tamen structura calycis, qui in illo solo apice aut ad dentium divisionem nervosus est, caeterum laevis aut vix striatus, enervis opacus et venulis transversis expers; dum in hoc a basi ad apicem nervis 24 approximatis purallelis exstantibus venulisque transversis huc illuc junctis instruitur et inter nervos translucet. ⨀. Vis. fl. dalm. 1874 in herbidis circa Trau. In.-Il. . . **T. multistriatum Koch**

Obs. Simile T. vesiculoso Savii, sed abuude differ radice annua, capitulis minoribus, calyce fructifero ovato, dense striato et inter strias approximatas vix reticulato.

38 Stigmate apice adunco, uncinatim-reflexo 40

Stigmate stricto nec minime uncinato 41

40 Dentibus calycinis lanceolatis sursum arcuatis, superioribus 2 longioribus; stipulis scariosis parte libera (cauda) ovata cuspidata; foliolis obovatis argute serratis, venis subincratis; spicis subrotundis pedicellis brevissimis calycis tubo multo brevioribus, defloratis deflexis; calyce corolla paullo longiore subpiloso, fauce denudata, fructifero latere inferiore ad basin usque fisso. — 2-3-pollicare aut pedale, caule diffuso, floribus immersis, albidis. ◯. In collibus locisque salsis Dalmatiae. — Maly. enum. pl. p. 354. n. 41.- (T. strictum Rchb. sed non Wk.) Rchb, fl. g. 3174. In-Il. . . . . **T. parviflorum Ehrh.**

Calycis dente inferiore longiore, deflexo; foliolis glanduloso-serrulatis oblongo-vel lineari-lonceolatis acutis Vide 31.

41 Floribus albis, carneis aut purpureis rubrisve 42

Floribus flavis luteisve, demum spadiceis 50

42 Plane acaule, glabrum, foliolis lineari-lanceolatis absolete serrulatis, stipulis lanceolato- subulatis; pedunculis radicalibus; floribus capitato-umbellatis, laete purpureis brecteolatis demum deflexis; calycis companulati dentibus 3-nerviis lanceolato-subulatis, rectis tuboque longioribus, infimo caeteros superante — Radix fusiformis; scapus erectus glaber; folia longe petiolata, singulo petiolo adcretae sunt bracteae 2, oblongae membrana-

ceæ cuspidatae; folia valde venosa glabra; vexillum corollae oblongnm lineisque saturatioribus variegatum. — Vis. fl. dalm. 1875 in montibus Dalmatiae editioribus. — Rchb. fl. g. 3172 In.-Ag. . . . . **T. alpinum L.**

Caule licet interdum brevi, tamen semper evidenti; floribus nunquam purpureis 43

43 Pedicellis calycis tubo brevioribus 44

Pedicellis saltem flosculorom interiorum tobo calycis evidenter longioribus aut illum saltem aequantibus; pedunculis axillaribus, foliis longioribus; calycis glabri dentibus 2 superioribus longioribus 47

44 Caulibus erectis vel adsendentibus, foliolis lanceolato-oblongis elliptcisve margine argute serratis crasseque venosis; stipulis ovato-subulatis; pedunculis axillaribus folio longioribus; capituli subrotundi, demum ovalis floribus bracteolatis demum deflexis, pedicellis omnibus tubo calycis pubescentis 10-nervi brevioribus, dentibus lanceolato-subulatis tubo et inter se aequilongis. — Radix multiceps, caules teretes pilosi simplices vel in unum alterumve ramum divisi; stipulae cuspidatae pilosae; folia hirsuta; florum capitula subovata; corollae ochroleuce vexillo oblongo-lanceolato alis carinaque multo longiore. Spithamaeum, pedale, pubescens flores albi condensati. ♃. In pratis præcipue montanis collibusque herbidis totius fl. cr. — Syll. fl. cr. — In vineis circa Virovitic, Tenje; Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlin in Slavonia (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1867 in pascuis montium Velebit, Promina, Dinara Gnjat et Krivoscie. — Rchb. fl. g. 3173. Mj.-Il. . . . . **T. montanum L.**

Caulibus humifusis prostratisve demum adscendentibus fractiflexis 45

45 Caulibus humifusis brevibus vaginatis; foliolis obovato- subrotundis crassinerviis argute denticulatis; stipulis connato-vaginantibus; caudis ovatis attenuato-aristatis; pedunculis axillaribus pilosis inclusis 1—3-floris pedicellos glabruisculos subaequantibus, pedicellis ipsis calycis tubo apice piloso 10-nervi subbrevioribus, dentibus calycinis ovato-lanceolatis acuminatis subaequalibus, tubo duplo brevioribus; corollis albis calyce triplo longioribus. 1—2-pollicare, rarius ultra; glabrum undequaque humifusum. ♃. Vis. fl. dalm. 1868 in apricis saxosis ad Castel Muschio insulae Veglia. — (T. Buxbaumii Sternb,) Ap.

T. uniflorum L.

Caulibus prostratis aut decumbentibus, demum adscendentibus; capitulis multifloris 46

46 Caulibus decumbentibus angulatis sulcatisque ad angulos obtusos aequaliter flexis, interstitiis inter hos intercedentibus rectis; foliis obcordatis aut obverse ovatis emarginatis cum acumine setaceo subreflexo, serratis, dentibus aristatis, striatis, striis pellucidis in dentes excurrentibus; stipulis patentibus integerrimis basi lata amplexicaulibus, acuminatis; capitulis axillaribus, pedunculatis laxe globosis; pedunculis pollicaribus aut sesquipollicaribus; corollis rubellis exsertis; calycibus submembranaceis pallidis, nervis 5 viridibus indentes excurrentibus distinctis; leguminibus 4-spermis; seminibus subrotundis. — Habitus diffusus gracilis, corollae rubellae calycis dentes duplum longae. ⨀. In locis salsis ad fontem Jamnicensem acidalam. — Rchb. fl. g. 3175. In.-Il. **T. angulatum WK.**

Caulibus prostratis teretibus; stipulis scariosis ovatis v. ovato-lanceolatis; florum capitulis axillaribus sessilibus. Vide 32.

47 Pedicellis fructiferis interioribus calycis tubum aequantibus . . 48

Pedicellis fructiferis calycis tubum 2—3-ve superantibus . . . 49

48 Caulibus prostratis radicantibus; foliolis cuneato-obovatis rotundatisve, retusis, argute denticulatis; stipulis lanceolato-acuminatis scariosis; pedunculis axillaribus folio longioribus; capituli subrotundi floribus bracteolatis, demum deflexis, albidis carneisve, pedicellis centralibus calycis tubum glabrum 10-nervem aequatibus, dentibus lanceolato-acuminatis, superioribus longioribus, omnibus tubo brevioribus. — Radix fibrosa; caules solidi; folia longe petiolata; pedunculi longissimi pilis inspersi; flores suaveolentes in umbellam dispositi; legumen corolla marcida tectum oblongum, 3—4-spermum. ♃. In pratis, pascuis locisque graminosis ubique vulgare. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1865. — Rchb. fl. 3180. — Mj.-Oct. . . . . . **T. repens L.**

Caulibus adscendentibus erectisve; foliolis cuneato-obovatis rotundatisve, argute denticulatis; stipulis scariosis acuminato-subulatis; pedunculis axillaribus folio longioribus, capituli subrotundi floribus bracteolatis, demum deflexis, pedicellis centralibus calycis tubum glabrum 10-nervem aequantibus, dentibus calycinis ovato-lanceolatis apice subulatis, superioribus longioribus, omnibus tubo brevioribus; leguminibus sutura toruloso-crenatis. — Flores albidi siccatione nigrescenes. ♃. In locis graminosis, ad vias

in litt. cr. circa Flumen et Portoré. — Vis. fl. dalm. 1866 in pasicuis locisque maritimis circa Zara, Sebenico, Dernis, Ragusa in scopulo S. Pier di Nembo et in insula Lesina. (T. hibridum Savi. — Rchb. fl. g. 3177. — Mj.-Sept.

T. nigrescens Viv.

49 Pedunculis axillaribus folio denique duplo longioribus, pedicellis defloratis deflexis, interioribus tubo calycis 2—3-ve longioribus; caule adscendente ramoso fistuloso; foliolis ovalibus, venis ad marginem subviginti; calycis dentibus subaequalibus; corollis roseis, leguminibus 4-spermis. - Pedale et ultra; capitula bicolora, corollae juniores albae, serius amoene roseae. ♃. In pratis fertilibus humidis totius Croatiae. — Syll. fl. cr. - - In vineis circa Virovitic, ad vias circa Drenovac, Jankovac, Našice, in sylvis ad Oraohovica, Čepin et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3182. — Il.-Sept. . . . . **T. hybridum L.**

Pedunculis exillaribus folio duplo longioribus pedicellis defloratis deflexis, interioribus tubo calycis triplo longioribus; caulibus in orbem postratis apice adscendentibus, superne pubescentibus solidis, duris; foliolis obovatis argute serrulatis crenis ad marginem subquadraginta; calycis dentibus subaequalibus; corollis roseis; leguminibus nonnisi 2-spermis. — Habitus gracilior ac praecedentis, corollae albae demum pulchre roseae. ♃. In collibus montibusque calcareis inter virgulta et ad sylvarum oras circa Zagrabia, Samobor, in monte Klek et ad pedem montium Ivanščica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3181. — (T. Vailantii Poir., T. formasum Savi.) — In.-Ag.. . . . . . **T. elegans Savi.**

50 Vexillo postice compresso, antice in formam cochlearis ampliato et fornicato; alis ad latera patentibus; legumine dimidium vexillum aequante 51

Vexillo fere laevi, vix notabiliter sulcato, complicato; alis porrectis; legumine vexillo paullo tantum breviore 54

51 Stylo legumen subaequante 52

Stylo brevissimo, legumine quadruplo breviore; caulibus pubescentibus diffusis; foliolis obovato-oblongis emarginatis serrulatis; stipulis semiovatis acutis margine pilosis; capitulis demum ovoideis dense sub 40-floris, floribus demum deflexis; calycis dentibus subulatis, supremis brevioribus; vexillo cochleariformi sulcato; legumine stylo brevissimo mucronato; floribus flavis, mox spadiceis. — Rami elongati, fractiflexi, procumbentes. ⊙. In

agris, campis, arvis et ad vineas in ditione totius florae nostrae vulgare. Vis. fl. dalm. 1876; Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3186. In.-Ag. . . . . **T. procumbens L.**

Obs. var. β. caulibus primariis erectis, ramis patentibus; capitulis majoribus, saturatius luteis; pedunculis folia obovata obtusa aequantibus vel haud multum longioribus, est: T. campestre Schreb. occiurritque in iisdem locis ac prius. —

52 Florum capitulis densis ovoideis imbricatis in caule superne fractiflexo, floribus denique deflexis; calyce glabro fauce denudata, dentibus superioribus 2 brevioribus; stipulis oblongo-lanceolatis basi aequi-latis; foliolis lanceolatis serrulatis; caule erecto. — Caespitosum, pedale et ultra. ♂ vel ♃. In pratis montanis et ad sylvarum oras, haud rarum in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr.; — (T. aureum Poll.; T. campestre Gmel.) Rchb. fl. g. 3187. — In.-Ag. . . . . **T. agrarium L.**

Florum capitulis lateralibus laxis sub anthesi hemisphæricis; stipulis ovatis, basi dilatata evidenter obcordatis, fauce denudata, dentibus apice subpilosis; foliolis obovato-oblongis emarginatis serrulatis; floribus demum deflexis, aureis. — Caules filiformes spithamaeo-pedales non fractiflexi. ☉. In locis graminosis, arvis collibusque apricis in Zagoria circa thermas Stubicenses; circa Radoboj, Krapinam et alibi. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1877 in pratis ad Zemonico, in Petrovopolje et circa Verlika. — (T. parisiense DC., T. aureum Thuiil; T. chrysanthum Gaud.) Rchb. fl. g. 3184. — Mj.-Ag. . . . . . . **T. patens Schreb.**

53 Capitulis lateralibus pedunculatis 9—10-floris, floribus denique deflexis; stipulis basi antice rotundato-dilatatis, ovatis; foliolis cuneato-obovatis retusis emarginatisve serrulatis; calycis dentibus subulatis supremis brevioribus; legumine stylo brevissimo mucronato. — Decumbens, aut in herbidis ferbilibus adscendens erectumve. Caulis saepius simplex filiformis rectus nec fractiflexus; flores exigui lutei. ☉. In pratis, agris et campis ubique vulgare. — Vis. fl. dalm. 1878 in graminosis apricis montium Ragusianorum nec non in montosis inter Bogdašić et Molla in Canale di Cattaro. — (T. micranthum Viv.; T. procumbens Poll., T. minus Sm.) Rchb. fl. g. 3183. In.-Ag. . . . **T. filiforme L.**

Capitulis lateralibus pedunculatis 3—6-floris, floribus denique remotis deflexis; stipulis oblongis aequi-latis; dentibus calycis apice subpilosis, 2 superioribus brevioribus; stylo legumine qua-

druplo breviore. — Praecedenti persimile, a quo nonnisi stipulis basi antice non rotundato-dilatatis et ovatis, sed potius aequilatis differt et potius illius varietas quam propria species dicenda foret. — ☉. In pratis siccis litt. cr. circa Kukuljanovo, Praputnik, Bribir et Selce cum priori. — Koch syn. pl. p. 195 n. 43. — Mj.-In. . . . . **T. micranthum L.**

Gen. 15. **Dorycnium Tourn. Bieloglavica.**

Calyx dentatus subbilabiatus, dentes 2 superiores latiores; corollae alae cucullatae antice cohaerentes medio bulla transversali inflata provisae, carina obtusa; stamina diadelpha; stylus glaber, stigma capitatum; legumen turgidum 2-valve 1—2-spermum calyce longius. — H. suffruticosae floribus albis in capitula congestis. Koch syn. pl. p. 195; Rchb. fl. g. p. 507, g. 654.

1 Florum capitulis 6—10-floris; corollae vexillo fisso, obtuso; foliolis stipulisque lineari-lanceolatis 2

Florum capitulis 15—20-floris; corollae vexillo panduræformi breviterque acuminato; foliolis stipulisque cuneato-obovatis lanceolatisve 3

2 Ramis superne strictis paucifoliis; foliis stipulisque acutiusculis canescenti-viridibus pilis accumbentibus; floribus definite pedicellatis corollis albis carina apice otroviolaceo; leguminibus globosis ♄. In pascuis montanis asperisque apricis litt. cr. veluti ad Cesarica, Karlobago, Konjsko, Lukovo, Oštaria et alibi in asperis montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1886 in fruticetis, saxosis montis Prolog nec non circa Ragusa et in insula Lesina. (Lotus Dorycnium L.; D. monspeliense W.; D. parviflorum Savi.) — Rchb. fl. g. 3262. Mj.-Il.
D. suffruticosum Vill.

Ramis foliisque acutis subsericeo-canescentibus; floribus sessilibus. — Praecendente gracilius. ♄. In rupestribus litt. cr. cum priori praesertim circa Karlobago, Stanište, Ledenik, Lukovo et Žugarje. — Rchb. fl. g. 3263. — Mj.-Il. . . **D. argenteum Dell.**

3 Foliis stipulisque cuneato-obovatis obtusis; floribus definite pedicellatis, corollis albis, carina apice fusca. — Ramosissimum arecti-pilosellum, viride. ♄. In collibus saxosis sylvaticis in tota Croatia et Slavonia montana. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1887 ad margines agrorum circa Zara et in monte Biakovo. —

(D. herbaceum Vill. D. monspeliensium Zannich.; Lat. Dorycnium Suffr.; Lot. Crantzü Vis.) — Rchb. fl. g. 3261. In.-Il.
D. pentaphyllum Scop.

Foliis stipulisque lanceolatis acuminatis laxe ciliato-pilosis; floribus definite pedunculatis; calycis dentibus coloratis; leguminis rostro recto. — Praecendenti persimile ejusque varitas et nonnisi pilis erectis longis sericeisque diversum. — ♄. In saxosis rupiumque fissuris litt. cr. praesertim ad Karlobago, Mali-Holan, Podprag et alibi cum D. suffruticoso et D. argenteo. — Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. pag. 867 inter addenda n. 3261-6. In.-Il.
D. sabaudum. Rchb.

Gen. 16. **Boujeanea Rchb. Bonžanka.**

Calyx 5-dentatus dentibus inaequalibus adscendentibus; carina obtusa, alis illum sublongioribus; filamenta libera; stigma capitatum; legumen oblongum, exsertum polyspermum definite intus transverse septatum. Koch syn. pl. p. 196; Rchb. fl. g. gen. 658.

Frutex tomentoso-villosus foliis stipulisque cuneato-oblongis obovatisve; leguminibus oblongis turgidis glabris calyci subaequalibus; floribus albo-roseis carinaque apice atro-violacea. — Pedalis et ultra adscendens; legumina 5-lineas longa, 3-lineas crassa, hirsuta. ♄. In locis saxosis sterilibus litt. cr. ad Flumen, Bukari, Karlobago et alibi. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1888 in apricis saxosis totius Dalmatiae præsertim littoralis et in insula Cherso. (Lot. hirsutus L.; Dor. hirsutum DC.) — Rchb. fl. g. 3265. — Mj.-Il. , ... **B. hirsuta Rchb.**

Gen 17. **Lotus L. Svinjduša.**

Calyx bilabiato-5-fidus; corollae vexillum patens rostratum, alae conniventes et praeter impressionem dentis ad basim siti non impresae; stamina petalis non adnata, diadelpha filamentis alternis apice dilatatis truncatis; legumen elongatum; stylus rectus subulatus. — Flores omnibus flavi aut lutei. — Koch. syn. pl. p. 196; Rchb. fl. g. p. 505, gen. 652; Vis. fl. dalm. III. p. 301, gen. 642.

1 Leguminibus teretibus, elongatis 2

Leguminibus compressis linearibus arcuatis torulosis sublomentaceis glabris; foliolis rhombeo-obovatis, stipulis rhombeo-ovatis subcordatisve pedunculis 3—5-floris, floribus subumbellatis; bracteis calyce duplo longioribus. — Flores pallide lutei; legumina

ultra pollicaria, complana et a seminibus 15—20-torulosa. ⊙. Vis. fl. dalm. 1882 ad muros circa Zara, in saxosis apricis circa Trau et Spalato, in graminosis circa Ragusa et in insula Ossero. — Rchb. fl. g. 3248. Mj.-In. . . . . **L. ornithopoides L.**

Obs. Hic inserendus veniret L. peregrinus L. leguminibus subgeminis compressiusculis linearibus cernuis; foliolis obovatis pilosis cauleque procumbente, quem Host fl. aust. II. p. 380, n. 3 in insula Solta Dalmatiæ provenire dicit, ubi autem a temporibus Portenschlagii non amplius inventus fuisse dicitur, — hinc illum e flora dalmatica delendum esse censemus.

2 Floribus solitariis geminisve; foliolis cuneato-obovatis 3

Floribus 5—12 umbellatis aut in capitula congestis 4

3 Stipulis subcordato-ovatis; dentibus calycinis oblongo-lanceolatis hirsutis tubo suo triplo longioribus; leguminibus carnosis, demum coriaceis turgidis curvatis calyce 2—3ve longioribus, sutura superiori contracta semibilocularibus, bracteatis, stylo erecto coronatis. — Habitus praecendentis, pilis patulis pubescens, floribus luteis carinae apice nigro. ○. Vis. fl. dalm. 1880 in agris ad S. Stefano prope Spalato, circa Ragusa et in insulis Sansego, Veglia, Bua et Lesina. — (Krokeria oligoceratos Mnch.) Rchb. fl. g. 3258. — Mj.-In. . . . . **L. edulis L.**

Stipulis ovatis; pedunculis folio dupplo longioribus; dentibus calycinis lancealato-subulatis ciliatis tubo suo longioribus corolla autem brevioribus; angustissimis rectis calyce multo (3—4) longioribus. — Erectus et pilis patulis villosus superne ramosus; folia pilosa ciliata, inferiora obovata obtusa, superiora lanceolata acuta; flores pedicellati solitarii v. bini rariusque terni. ⊙. Vis. fl. dalm. 1884 in saxosis apricis insulae Lesina. — (L. hispidus Desf.; L. gracilis WK.; L. diffusus Sm.) Rchb. fl. g. 3252. — In.-Il. . . . . **L. angustissimus L.**

4 Caule foliisque nudis aut patenti-pilosis au villosis, sed nunquam incanis; dentibus calycinis subaequalibus e basi triangulata subulatis; leguminibus rectis 5

Caule diffuso foliisque pilis adpressis canescente; foliolis oblongo-obovatis; stipulis ovatis; dentibus calycinis oblongo-lanceolatis acutis, lateralibus brevioribus. — Legumina subincurva subgemina compressa linearia cernua; caulis procumbens. — ♃. Vis. fl. dalm. 1883 ad rupes et saxa maritima circa Trau et Ra-

gusa nec non in insulis Ossero et Curzola. Rchb. fl. g. 3250. Mj.-In. . . . . **L. cytisoides L.**

5 Corollis calycem subaequantibus; foliolis cuneato-obovatis oblongisve; stipulis ovatis; dentibus calycinis linearibus tubo longioribus, corollam subaequantibus, petalis subaequalibus; leguminibus oblongis rectis calyceque vix longioribus. — Pilis patulis villosus; corollis parvis flavis exsiccatione caeruleo-virescentibus, non exsertis. Vis. fl. dalm. 1885 in apricis maritimis scopuli Colludraz dicti prope Lossino. — (Dor. parviflorum Ser.) Mj.-In. . . . . **L. parviflorus Desf.**

Corollis calycem excedentibus illoque multo majoribus . . . 6

6 Caulibus prostratis diffusisve demum adscendentibus; pedunculis folio 4—5-longioribus 6

Caulibus suberectis strictisve, fistulosis, florum capitulis longe pedunculatis; dentibus calycinis e basi triangulari subulatis subaequalibus corollam dimidiam aequantibus, ante anthesim reflexis, carina e basi ovata sensim in rostrum attenuata; leguminibus linearibus rectis. — Pedalis et ultra obscure virens, L. corniculato L. persimilis et nonnisi statura proceriori, foliis tenuioribus, seminibus dimidio minoribus, ungue vexilli lineari filamentisque brevioribus non dilatatis diversus. — ♃. In fossis et pratis poludosis totius Croatiae; copiosissimus in pratis udis in Moslavina et Possavina — Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g, 3256. (L. major Host; L. vindicatus Bnnigh.) In-Il. **L. uliginosus Schk.**

7 Dentibus calycinis e basi triangulari subulatis, subaequalibus, ante anthesim conniventibus; alis corollae oblongo-obovatis, angustis, carina subrhombea rectangule adscendente. — Caules auguste fistulosi, decumbentes, foliola stipulaeque lineares, aut lineari-abcordatae; legumina recta, ♃. In pratis udis salsis ad aquas acidulas circa Apatovec prope Crisium nec non in illis ad fontem Jomnicensem et ad Lasinam haud rarus. (L. tenuis Kit.; decumbens Forster). Vis. fl. dalm. 1882 var γ. in paludosis ad Ombla prope Ragusa et circa Trau; nec differt a sequenti nisi foliolis, stipulis alisque corollae angustioribus; hinc rectius qua varietas illius censendus. Rchb. fl. g. 3254. Il.-Sp. **L. tenuifolius Poll.**

Dentibus calycinis e basi sensim attenuatis subulatis aequalibus rectis ante anthesim conniventibus, alis corollae late obovatis;

caulibus decumbentibus solidis; leguminibus cylindricis patentibus, ex apice medio rostratis; seminibus suboctonis testaceis. — Foliola crassiuscula glaucescentia unacum stipulis semi-obovata; flores lutei extus saepe sanguinei. ♃. In pascuis, pratis, ad sylvarum oras totius Dalmatiae Croatiae et Slavoniae. — Syl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1882. — Rchb. fl. g. 3255 Mj. Oct.
L. corniculatus L.

Obs. var. β. foliolis, stipulis calycibusque ciliatis, est: L. ciliatus Ten. occurritque in apricis litt. cr. ad Karlobago, et Segniam Var. γ. pilis patulis omnino villosis, est: L. villosus Thuil. occurritque cum forma genuina in iisdem locis praeprimis asperis.

Gen. 18. **Tetragonolobus Scop. Smiljkita.**

Calyx campanulato-tububulosus 5-fidus; alae corollae margine superiore conniventes vexillo longiores, carina rostrata adscendens; stamina diadelpha; stylus glaber flexuosus, superne incrassatus, stigmate attenuato canaliculato vel subbilabiato caro terminatus; legumen alis quatuor foliaceis marginatum. Koch syn. pl. p. 198; Rchb. fl. g. p. 506.

Floribus solitariis geminisve purpureis; foliolis obovatis obliquis; stipulis late ovatis acuminatis; pedunculo folii longitudine; leguminum alis undulatis latitudine ipsius leguminis. ⊙. Colitur hinc inde in usum culinarum. (Lot. tetragonolobus L.) Rchb. fl. g. 3260. In.-Il. . . . . **T. purpureus Mnch.**

Floribus solitariis flavis carina apice fusca foliolis ellipticis inferne dimidiatis; stipulis oblique ovatis acutis; pedunculis folio duplo-triplove longioribus; leguminum alis rectis, legumine ipso quadruplo angustioribus. - Radix longa ramosa; caules glabriusculi, rarius pilis inspersi humifusi, demum adscendentes; folia breviter petiolata; pedunculi unibracteati. — ♃. In pratis et pascuis humidis hinc inde in planitiebus Croatiae Syll. cr. — Vis. fl. dalm. 1879 in pratis humidis circa Zara. — Rchb. fl. g. 3250. (Lot. siliquosus L.; T. prostratus Mnch.) Mj.-In.
T. siliquosus Rth.

*

Subtribus 10. Galegeæ. *Koch. Stamina diadelpha; folia impari-pinnata; legumen uniloculare, sutura nulla impressa.*

Gen. 19. **Psoralea Roy.**

Calyx inaequaliter 5-fidus lacinia infima producta; corollae alis plicato- rugosis carinae obtusae supra unguem adnatis, demum vexilloque liberis; stamina a petalis libera; stylus filiformis stigmate terminali capitato; legumen evalve inclusum monospermum rostratum. Vis. fl. dalm. III. p. 305. gen. 643; Rchb. fl. g. p. 539, gen. 679.

Canescens; foliis pinnatim-trifoliatis, inferiorum foliolis orbiculatis ovalibusve, superiorum lanceolatis, petiolis sulcatis; pedunculis axillaribus folio longioribus; florum capitulo bracteis acuminato-subulatis involucrato; leguminis hirsuti rostro ensiformi. Pedalis et ultra; flores violaceo-caerulescentes. — ♃. Vis. fl. dalm. 1889 in collibus saxosis apricis totius Dalmatiae littoralis. (Ps. plumosa Rchb.; Ps. frutescens Poir). Rchb fl. g. 3482 — In-Oct. . . . . **P. bituminosa L.**

Gen. 20. **Glycyrrhiza Tourn. Sladić.**

Calyx bilabiatus dentibus 2 superioribus ad medium connatis; corollae pentapetalae alis planis, carina recta acuta; stamina diadelqha; stylus filiformis stigmate obtuso obliquo; legumen bivalve ovatum oblongumve compressum uniloculare, 1-4-spermum. Vis. fl. dalm. III. p. 305. gen. 644. Koch syn. p. 168; Rchb. fl. g. p. 513, gen. 659.

1. Florum capitulis densifloris folio brevioribus 2
Floribus racemosis, racemis laxifloris folio longioribus . . . 3

2 Foliolis ovali-lanceolatis acutis mucronatis glabris; stipulis marcescentibus ovali-lanceolatis apice subulatis; leguminibus ovali-lanceolatis superne longe echinatis styloque breviter rostratis. — Caules erecti 4 — 6 pedales; folia 5 — 6-juga cum impari subsessilia; flores violacei aut lilascentes. ♃. In pratis, pascuis, ad sepes et vias circa Siscium, Galdovo, Topolovec et alibi in Posavina inferiori. Syll. fl. cr. — In iisdem locis circa Tenje, Čepin, Essek, circa Vukovar, India et Semlin. (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1891 in valle Naronitana circa Metković et Fort Opus in agris et fossis. Rchb. fl. g. 3303. — In. Ag. . . . . . . **G. echinata L.**

Foliolis ovali-oblongis apice excisis junioribus glutinosis; stipulis subulatis; leguminibus echinato-setosis rostrato-spinescentibus dense intricatis. — Intermedia inter praecedentem et sequen-

tem. ♃. Ad. sepes et in pascuis insulae Cherso. — Maly enum. pl. p. 356, gen. 827. n. 3. — Rchb. fl. g. 3304. — Mj.-In. **G. spinescens Sieb.**

3 Foliolis oblongo-lanceolatis emarginatis subtus glutinoso-pubescentibus; stipulis marcescentibus; leguminibus subfalcatis glanduloso-echinatis. — Caules 2-3-pedales teretes scabri, apicem versus visciduli; corollae violaceae vexillum obovatum acutum. ♃. In pascuis et ad vias in Posavina inferiori praesertim ad fluvium Savum ad Galdovo et Preloščica. — Syll. fl. cr. — Ad ripas Danubii in comitatu Syrmiensi. (Kanitz). Rchb. fl. g. 3305. In.-Il. . . . . **G. glandulifera WK.**

Foliolis ovalibus obtusis glabris exstipulatis, leguminibus oblongo-linearibus laevibus torulosis glabris stylo mucronatis. — Caules altissimi, herbacei ramosi; folia ampla; calycis laciniae longae acuminatae; corollae ex albo et purpureo variegatae, vexillo oblongo, alis patulis et carina bifida. ♃. In nemoribus dumetisque circa Vukovar, ad vias prope Čerević, Karlovic, Slankamen Kamenic et Petrovaradinum. Vis. fl. dalm. 1890 ad sepes loco Albanesi dicto circa Zara et in insula Uljan. — Rchb. fl. g. 3306. (Liquiritia officinalis Mnch.) Mj.-In. . **G. glabra L.**

Gen. 21. **Galega Tourn. Orlina. Kinder.**

Calyx campanulatus 5-dentatus dentibus subaequalibus; corolla alis planis, carina 2-petala obtusa; stamina diadelpha, filamento vexillari caeteris ad medium adnato; stylus filiformis glaber stigmate obtuso; legumen bivalve, lineare, oblique striatum, polyspermum. Vis. fl. dalm. III. p. 306, gen. 645; Koch syn. pl. p. 198; Rchb. fl. g. p. 513. gen. 660.

Foliolis oblongo-lanceolatis mucronatis glabris; stipulis semihastato-lanceolatis, lobis acuminatis; racemis laxifloris flolio longioribus; floribus roseo-lilacinis, albisve; leguminibus strictis. — Radix multiceps; caules erecti striati glabri ramosi; folia imparipinnata; bracteae lineari-subulatae canaliculatae pedicelloque longiores. ♃. In pratis et pascuis humidis, ad vias et sepes vulgaris in Croatia et Slavonia. — Syll. fl. cr. — Vis. fi. dalm. 1892 in herbidis ad pedem montium Velebit, circa Sebenico, ad rivulos circa Stagno et in Pianura di Canali, nec non circa Cattaro et in insula Veglia. Rchb. fl. g. 3307. Il.-Ag. **G. officinalis L.**

Gen. 22. **Colutea Tour. Pucalina ili Pucaljka.**

Calyx 5-dentatus dentibus superioribus brevioribus; corolla alis planis vexillo orbiculato supra basin 2-calloso, carina breviter rostrata truncata; stamina diadelpha filamentis filiformibus: stylus filiformis sursum longitudinaliter piloso-ciliatus, apice incrassatus inflexoque acuminatus et in flexura apicis stigma ovatum gerens; legumen stipitatum, cymbiformi-ovatum, inflatum, scariosum, vesicarium, polyspermum. — Frutex foliis pinnatis cum impari. — Vis. fl. dalm. III. p. 306; gen. 646; Koch syn. pl. 198; Rchb. fl. g. p. 514. gen. 662.

Foliis ellipticis ovalibusve retusis; pedunculis 3—6-floris; vexilli callis plicaeformibus; leguminibus clausis. — Frutex erectus ramosissimus floribus flavis, vexillo macula aurantiaca obcordata intusque flava et aurantiaco striata picto. ♄. Calitur et hinc inde quasi spontaneus ad sepes. — Syll. fl. cr. — In sylvis montanis ad Čerević et Karlovic. (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1893 ad sepes et dumeta totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3309. Mj.-Jn. . . . . **C. arborescens L.**

Foliolis obovatis emarginatis glaucis; pedunculis sub 4—5-floris, vexillo gibbo obtuso minimo; leguminibus apice hiantibus; floribus rubro-croceis, vexillo basi macula lutea. ♄. In collibus Dalmatiae (Alshinger) Maly. enum. pl. p. 357 gen. 829. n. 2 — Mj.-Jn- . . . . , ... **C. cruenta Ait.**

Gen. 23. **Caragana Lam. Grašalika.**

Calyx campanulatus oblique truncatus sinuato- 5-dentatus; corollae vexillum porrectum reduplicatum, alae subaequales: stylus glaber stigmate indistincto; legumen cylindricum: semina plana cylindrica. Rchb. fl. g. p. 514, gen. 663.

Frutex foliis paripinnatis, floribus axillaribus flavis; foliolis 4-6-jugis ovali-lanceolatis; stipulis lineari-cuspidatis; petiolis inermibus; pedunculis fasciculatis. ♄. Colitur in hortis. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3310. Ap.-Mj. . . . . . . **C. arborescens Lam.**

Gen. 24. **Robinia L. Bagrena.**

Calyx 5-fidus, laciniis superioribus 2 approximatis (aut potius 4-fidus lacinia superiori 2-partita): corollae vexillum amplum patenti-reflexum: stamina diadelpha decidua; stylus antice barbatus; legumen elongatum gibbum complanatum polyspermum sutura marginante; semina compressa. — Folia impari-pinnata — Rchb. fl. g. p. 514, gen. 661; Pers. synops pl II. p. 311. g. 1724.

1 Floribus albis rarius ex albo-rubicundis 2

Floribus speciosis roseis incarnatisve; racemis axillaribus, caule

inermi, ramis hispidis. ♄. Ex America boreali adlata, colitur passim in hortis. — Mj.-In. . . . . **R. hispida Duham.**

2 Stipulis spinosis s. spinis stipularibus vallidis, incurvis acutis; racemis vix puberulis elongatis, multifloris laxe pendulis. — Arbor notissima ex America boreali adlata, modo ubique culta et passim spontanea facta ♄. — Rchb. fl. g. 3308. — Mj.-In. **R. Pseudacacia L.**

Spinis stipularibus nullis, ramis aut plane inermibus laevibus aut glanduloso-viscosis 3

3 Racemis erectis, pedicellis unifloris, ramis leguminibusque glandoloso-viscosis; floribus ex albido rubicundis. ♄. Adlata e Carolina meridionali et medo hinc inde in hortis culta (R. glutinosa Curt.) Mj.-In. . . . . **R. viscosa Duham**

Racemis cernuis, pedunculis geminis unifloris; ramis inermibus nudisque; floribus ex albido-subviolascentibus. ♄. Frutex adlatus e Peruvia, modo hinc inde cultus in hortis, sed raro. Mj.-In. **R. pendula DC.**

Subtribus V. Astragaleæ DC. *Stamina diadelpha; folia impari-pinnata; legumen sutura inferiore (non seminifera) introflexa biloculare vel semibiloculare vel sutura superiore impressa.*

Gen. 25. Oxytropis DC. Oštrica.

Calyx 5-dentatus dentibus superioribus remotis; corollae carina infra apicem obtusum in mucronem exsertum producta: stamina diadelpha filamentis filiformibus; stylus subulatus glaber stigmate obtuso. — Vis. fl. dalm. III. p. 307, gen. 647; Koch syn. pl. p. 200; Rchb. fl. g. 508. gen. 657.

1 Floribus ochroleucis aut flavis, rarius caerulescentibus; leguminibus sutura superiori impressa et intus in alam complicata subbilocularibus 2

Floribus violaceis vel ex purpureo eleganter roseis exsiccatis caerulescentibus; leguminibus erectis exacte unilocularibus, i. e. sutura superiori impressa quidem, sed neutiquam intus in dissepimentum complicata, inferiori quoque aptera, stipite suo calycis tubum æquante; foliolis ovatis oblongisve acutis; pedunculis longitudine foliorum; racemis abbreviatis 6—12-floris, vexillo carina sesquilongiore. — Subacaulis pilosa vel glabriuscula, habitus laxus 4—6-pollicaris foliis subsericeis. ♃. In pascuis alpis Snieżnik prope Čabar, (Klinggräff) in graminosis alpis De-

belo berdo, rarissima. — Syll. fl. cr. — (Astr. montanus L.) Rchb. fl. g. 3271. — In.-Il. . . . . **O. montana DC.**

2 Caulescens, stipulis basi tantum petiolo adnatis; caule erecto, villoso; foliolis foliorum inferiorum oblongis, superiorum lanceolatis; pedunculis axillaribus folio longioribus, spicis ovato-oblongis, floribus flavis; leguminibus erectis linearibus subteretibus villosis. — Spithamaea pedalis, tota villosa. ♃. In rupibus calcareis comitatus Syrmiensis. (Kit. add.) Rchb. fl. g. 3276. (Astr. pilosus L.) — In.-Il. . . . . **O. pilosa DC.**

Acaulis; foliis multijugis lanceolatis subfalcatis acutis sericeis; scapis folio longioribus villosis, superne adpresse pilosis; spicis capitatis oblongisve; leguminibus erectis in calyce sessilibus oblongis acuminatis inflatis; floribus ochroleucis, vexillo oblongo emarginato pilis atris tecto. — Radix ramosa multiceps; pedunculi radicales erecti et unacum bracteis hirsuti. ♃. In graminosis alpium Visočica, Badanj et Debelo berdo in provincia Likana; copiosissima in Segestan. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1894 in devexitatibus apricis elatioribus tractus montium Velebit, Dinara et Prolog. (Astr. campestris L.) Rchb. fl. g. 3275. - Il.-Ag. **O. campestris DC.**

Obs. Var. β. corolla sordide flavescente vexillo ad medium usque colore viridi et violaceo suffuso, carinaque macula utrinque atroviolacea picta, est: O. sordida Gaud. occurritque teste cl. Klinggräff in graminosis montium altiorum ad Vrbovsko, Čabar et Delnice.

Gen. 26. **Astragalus L. Kozlinac.**

Calyx 5-dentatus, dentibus superioribus remotis; corollae carina obtusa mutica; stamina diadelpha filamentis filiformibus; legumen longitudinaliter biloculare vel saltem semibiloculare, sutura nempe inferiore in dissepimentum completum vel incompletum dilatata. — Vis. fl. dalm. III. p. 307. gen. 648; Koch Syn. pl. p. 202. Rchb. fl, g. p. 509., gen. 658.

1 Petiolari-stipularis, i. e. stipulis ad medium fere petiolo adnatis . 2
Cauli-stipularis, i. e. stipulis basi tantum petiolo adhærentibus vel a petiolo exacte liberis 5

2 Petiolis non spinosis nec persistentibus 3
Petiolis persistentibus demum spinescentibus; stipulis subulatis. — Foliola 6—8-juga oblongo-linearia, pilis adpressis cano-sericea; spicæ abbreviatæ ovatæ subsexfloræ, pedunculi folium sub-

æquantes; calycis pubes adpressa sparse nigrescens, dentes lanceolato-subulati; legumina calyce dimidio longiora tereti-oblonga acuminata glabra bilocularia, sutura lata prominula, altera canaliculato-impressa; flores albi. ♄. Vis. fl. dalm. 1905 in devexitatibus apricis lateris meridionalis montis Biokovo. — (A. angustifolius Lam.; A. Tragagantha Vis.) — Rchb. fl. g. 3302. Mj.-In. . . . . **A. aristatus l'Herit.**

Obs. var. foliolis minutis acutis argenteis pedunculis brevioribus subbifloris, habitu fruticoso ramoso incano foliolisque ovatis est: A. Poterium W. occurritque teste Tomasinio in asperis aridis Dalmatiae. — Host. fl. aust. II. p. 355, n. 6. —

3 Floribus purpureis aut coccineis; caule foliisque pilis centro affixis adpresse pubescentibus; foliolis 10—20-jugis 4

Floribus ochroleucis carinae apice autem atroviolaceo; caule foliisque pilis basi affixis pubescentibus; stipulis subrotundo-ovatis ciliatis; foliolis 8—10-jugis obovatis, retusis emarginatisve, superne glabris. — Spicæ capitatæ, pedunculi folio breviores; legumina teretia rectiuscula oblongo-linearia glabrata deflexa; foliola subtus sericeo-pubescentia. ♃. Vis. fl. dalm. 1904 in saxosis apricis montis Biokovo. — Rchb. fl. g. 3290. — Mj.-In. **A. depressus L.**

4 Stipulis ovato-lanceolatis, foliolis ellipticis; spicis ovato-oblongis laxis, pedunculis folio longioribus; leguminibus tereti-subulatis falcatis glabris, laevibus polyspermis, sutura impressa. — Scapi spithamaei, herba plus minusve glaucescens, corollae e roseo punicantes aut purpurascentes. ♃. In locis graminosis montanis asperis litt. cr. veluti circa Flumen, St. Cosmo, Hrelin, Novi, Segniam et alibi. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1903 in montanis graminosis Dalmatiae. (A. Polygala Poll.; A. praecox Bmg.) — Rchb. fl. g. 3298. Ap.-Mj. . . . **A. monspessulanus L.**

Stipulis lanceolato-linearibus; foliolis ellipticis; spicis ovato-oblongis laxis, pedunculis folia subæquantibus illisve longioribus; leguminibus lineari-oblongis rostratis rectiusculis, transverse rugulosis adpresse puberulis polyspermis sutura crassa prominula; floribus coccineis. — Praecedenti persimilis, sed omni ex parte humilior, vix palmaris; calyces magis purpurascentes et corollae siccando cyanescentes. ♃. In locis lapidosis litt. cr. circa Flumen, Bakar, Bribir, Sv. Juraj, Novi, Segniam alibique in pas-

cuis asperis. — Vis. fl. dalm. 1902 in apricis asperis et pascuis siccis totius Dalmatiæ. (A. Wulfenii Koch; incanus Wulfen; A. incurvus Rchb. fl. g. 3299.) Ap.-Mj. . . **A. illyricus Bernh.**

Obs. var. β. foliis ovato-lanceolatis, leguminibus superne apice deorsum directo arcuatis et in quovis loculo seminibus 4 præsentibus, est: A. incurvus Desf. occurritque promiscue cum priori in litt. cr. et fors et in ispa Dalmatia.

5 Floribus flavescentibus flavisve aut ochroleucis calycibus non inflatis. 6

Floribus purpurascentibus aut cærulescentibus, rarius albidis . . 8

6 Radice annua; leguminibus corniformibus arcuatis 7

Radice perenni; leguminibus in calyce stipitatis 9

7 Diffusus, hirtellus canoque pubescens, foliolis oblongo-cuneatis sub-12-jugis emarginatis supra glabris, inferiorum obovatis; spicis subcapitatis laxis; pedunculis folio brevioribus; leguminibus teretibus hamosis patulis acuminatis adpresse puberulis, dorso canaliculatis. — Spithamaeus et ultra stipulis membranaceis ciliatis. ☉. In locis herbidis litt. cr. ad Segniam, sv. Mihalj, Lukŏvo et Starigrad. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1900 in agris argillosis locisque herbidis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Vergoraz et Ragusa, nec non in insulis Cherso, Veglia, Brazza et Lesina. — Rchb. fl. g. 3288. Ap.-Mj. . **A. hamosus L.**

Decumbens, pubescens, stipulis ovato-acuminatis; foliolis obovato-oblongis 10—15-jugis; spicis breve pedunculatis; leguminibus erectis subtriquetris glabris rostro recurvo. — Spithamaeus pedalis et ultra; legumina ultra pollicaria. ○. Ex Hispania adlatus colitur hinc inde in litt. cr. et in ipsa Dalmatia. — Rchb. fl. g. 3289. (A. uncinatus Mnch.) In.-Il. . . . **A. bæticus L.**

7 Stipulis a petiolo et inter se liberis, i. e. nec petiolo adnatis, nec inter semet connatis 8

Stipulis exacte in unam opositifoliam connatis coalitisve; caule diffuso piloso pilis accumbentibus; foliolis 8—12-jugis, foliolis oblongo-lanceolatis ovalibusque; spicis capitatis ovatis, pedunculis folio longioribus brevioribusve; vexillo ovato emarginato alis sesquilongiore; ovario brevissime stipitato, stipite ovario sexies breviore; leguminibus erectis subrotundis inflatis in calyce subsessilibus hirsutis. — Pedalis aut bipedalis, legumina juniora subtus cano, supra nigro-hirsuta, adulta omnino nigro hirsuta.

♃. In fruticetis et dumetis, ad vias marginesque agrorum et vinearum haud rarus in Croatia et Slavonia. — Syll. fl. cr. — Rchb, fl. g. 3292. — Mj.-In. . . . . **A. Cicer L.**

8 Caule 2—4-pedali procumbente, ramis adscendentibus; stipulis ovalibus mucronatis acuminatisve; foliis 5—6-jugis, foliolis ovatis; pedunculis folio brevioribus; spicis ovato-oblongis; leguminibus linearibus subtriquetris ad suturam inferiorem profunde impressis arcuatis glabris, erectis, denique conniventibus. — Radix longa ramosa; caules longissimi debiles flexuosi subteretes laeves; folia ampla foliolis rugulosis obtusis, facie saturate viridibus glabrisque, dorso pallidis pilisque minutis inspersis; corollæ ochroleucæ vexillis emarginatis, margine reflexis. ♃. In sylvaticis et pratis montanis nec non in vineis totius Croatiæ et Slavoniæ. — Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3293. Mj.-Il. . . **A. glycyphyllos L.**

Subacaulis; stipulis ovatis membranaceis caule triplo latioribus; leguminibus linearibus patenti-deflexis rectis, adultis glabratis. Vide 3.

9 Radice perenni; petiolis omnium foliolorum æquilongis. . . . 10

Radice annua; caule diffuso villoso; foliolo impari cæteris evidenter longius petiolato; stipulis ex ovata basi lanceolatis; foliolis oblongis elipticisve 5—7-jugis emarginatis supra glabris, inferiorum obovatis; spicis subcapitatis laxis; pedunculis folio brevioribus; leguminibus teretibus hamosis patulis acuminatis adpresse puberulis dorso canaliculatis, demum stellato-capitatis. — Flores cærulescentes, siccando flavescentes. ⊙. In locis aridis litt. cr. veluti circa Segniam, Sv. Juraj, Lukovo et Cesarica. — Vis. fl. dalm. 1899 in apricis aridis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa nec non in montibus Velebit et Gnjat. — Rchb. fl. g. 3286. Mj.-In. . . . . **A. sesameus L.**

10 Calycibus immutatis, nunquam vesicariis 11

Calycibus demum vesicariis; caulibus diffusis, pilis centro affixis adpresse sericeis; foliolis oblongis 5—7-jugis; stipulis exacte liberis; spicis capitato-oblongis, pedunculis folio, bracteisque pedicello longioribus; calycibus oblongis pube alba patula adpressa villosis; leguminibus oblongis rectis hirsutis semilocularibus, calyce inflato longioribus. — Flores magni læte lilacini alis albidis. ♃. In montibus siccis calcareis veluti in marginibus viæ

Ludoviceae ad Severin, Vrbovsko et Jelenje. — Syl fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1898 in saxosis apricis montis Gnjat. — (A. albidus WKit.) Rchb. fl. g. 3282. — In.-Il. . . **A. vesicarius L.**

Obr. var. β. foliolis sub-6-jugis viridi-sericeis linearibus obtusiusculis; floribus luteis v. sordide albidis; leguminibus ovalibus sericeis calyce dimidio longioribus est: A. pastellianus Poll. occurritque cum priori in iisdem locis, sed est multo rarior. —

11 Stipulis omnino liberis; floribus laxe spicatis 12

Stipulis, saltem caulinis coalitis et hinc quasi unicam bifidam oppositifoliam referentibus 13

12 Diffusus, glaber; stipulis ovatis; foliis 7—10-jugis, foliolis linearibus emarginatis, infimorum obovatis; racemis pedunculatis folio longioribus; bracteis pedicello brevioribus, alis bifidis; leguminibus pendulis linearibus subtriquetris pubescentibus in calyce sessilibus. — Spithamaeus pedalis, gracilis, flores majusculi pallide lilacini. ♃. In collibus graminosis circa Stražeman, Kaptol, Velika et Kutjevo in comitatu Požegano; — circa Semlin, (Kanitz.) (A. dichopterus Poll.) — Rchb. fl. g. 3283. — Mj.-In. **A. austriacus L.**

Diffusus adpresse sericeus albidoque canus, pilis adpresse centro affixis, caulibus simplicibus; foliolis oblongis linearibusque 5—7-jugis; racemis pedunculatis folio longioribus, bracteis pedicello brevissimo longioribus; pilis calycinis adpressis; leguminibus calyce duplo longioribus linearibus rectis subtriquetris incanis. — Flores lilacini violascentes v. vexillo violaceo, alis albidis. ♃. In apricis saxosis litt. cr. circa Kernpote, Kriviput, Segniam, Draga et Cesarica. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1897 in saxosis apricis circa Zara, Sebenico, Scardona, Trau et Salona; in monte Mossor supra Spalato, Memedovac prope Sinj, nec non in insulis Onie, Cherso, Ossero, Veglia et Lesina. (A. Mülleri Steudl., A. virgatus Rchb.; A. vegliensis Sadl.) Rchb. fl. g. 3285. — Mj.-Il. . . . . **A. argenteus Bertol.**

Obs. var. β. pube axim spicae et calyces vestiente alba patula longa, leguminibus calyce paullo longioribus, caulibusque erectis superne in ramulos plures elongatos virgatos divisis, est: A. virgatus Poll. occurritque cum priori præsertim in rupibus circa Draga et Cesarica nec non in insula Veglia. —

13 Adpresse pilosus; stipulis; tantum superioribus connatis opppsitifoliis; foliolis lineari-lanceolatis sub 12-jugis; spicis ovatis, demum oblongis, pedunculis folio longioribus, vexillo lineari-oblongo truncato alis duplo longiore; leguminibus in calyce sessilibus ovato-oblongis triquetris hirsutis. — Flores laete violaceo-cyanescentes vel purpurascentes. ♃. In pratis et pascuis siccis in ipsas alpes adscendens circa Samobor, sed admodum rarus, copiosior circa Severin, Verbosko, Grobnik alibique in processu montano præsertimque in montibus Velebit. — Syll. fl. cr. — Circa Čerević, Karlovic et Semlin in Slavonia (Kanitz). — Vis. fl. dalm. Dalm. 1895 in devexitatibus humilioribus montium Velebit. Rchb. fl. g. 3281. In.-Ag. . . . . **A. Onobrychis L.**

Obser. var. β. foliolis anguste-linearibus; vexillo cum mucrone truncato, est: A. tenuifolius Auct. v. A. linearifolius Pers. occurritque in iisdem locis ac prior. —

Subvillosus; stipulis omnibus concretis oppositifoliis; foliolis ovalibus obovatisve, inferiorum acute emarginato-bidentatis 9—11-jugis; spicis capitatis, pedunculis folio-longioribus; vexillo oblongo-obovato apice bilobo alis sequilongiore; leguminibus subrotundo-ovatis brevissime stipulatis hirsutis. — Flores purpureo-violacei; pili patentes, rarius accumbentes. ♃ In locis glareosis et petrosis. — Vis. fl. dalm. 1896 in saxosis apricis montis Biokovo sub jugo Sv. Juro. — Rchb. fl. g. 3278. — In.-Il. **A. purpureus Lam.**

Obs. var. β. leguminibus in calyce sessilibus; vexillo alis triplo longiore, foliolis oblongis obtusis strigoso-pubescentibus, spicis oblongis longe pedunculatis, est: A. leontinus Pett. occurritque cum priori. —

Tribus II. Vicieae Bronn. *diss. p. 133. DC. prodr. 2.353.* — *Legumen uniloculare vel septis transversis mobilibus et e tela cellulosa laxa spumosa confectis divisum. Cotyledones crassae farinosae per germinationem immutatae sub terra remanentes: folia (excepto gen. Cicer) abrupte pinnata petiolo communi in setulam vel cirrhum terminato, radicalia nulla vel ad squamas reducta; stamina diadelpha.*

Gen. 27. **Cicer L. Slanutak.**

Calyx 5-fidus, laciniis acuminatis 2—4 superioribus vexillo incumbentibus; stamina diadelpha filamentis apice dilatatis; stylus glaber; legumen inflatum membranaceum, 1-loculare, 2-valve, 2-spermum; semina angulato-corrugata acuminata. — Folia impari-pinnata. — Koch syn. pl. p. 212: Rchb. fl. g. p. 532, g. 674.

Pedunculis unifloris; leguminibus breve rhomboideis e sutura superiori rostratis; foliolis argute serratis; floribus seminibusque rubellis. ◯. Colitur in litt. cr. hinc inde, et ibidem inter segetes quasi spontaneum. Rchb. fl. g. 3429. In.-Ag. **C. arietinum Don.**

Obs. var. β. leguminibus ovalibus bullatis ex apice medio rostratis corollisque pallide-cæruleis est: C. physodes Rchb.

Var. γ. leguminibus ex attenuata basi superne inflatis, floribus seminibusque albis est: C. sativum Schk. coliturque utraque passim in Croatia in agris.

Gen. 28. **Vicia L. Grahor.**

Calyx 5-fidus aut 5-dentatus; stamina diadelpha filamentis subulatis; stylus filiformis teres, superne undique pilosus vel latere inferiore suturae inferiori respondente barbato simulque glaber pilosusve; legumen bivalve, 1-loculare di-polispermum oblongum aut lineare. — Folia omnibus abtrupte pinnata. Vis. fl. dalm. III. p. 317., gen. 607. Koch. syn. pl. p. 212; Host. flor. aust. II. p. 329; Rchb. fl. g. p. 527. g. 683.

1 Stylo sub stigmate capitato clavato circa-circum-pilosello; pedunculis elongatis multifloris; leguminibus intus laxioribus . . . 2
Stylo sub stigmate nonnisi extrorsum cucullo pilorum stipato; floribus in axillis subsessilibus; leguminibus intus a seminibus impressis 14
2 Leguminibus latis, abbreviatis 3
Leguminibus elongatis ensiformibus 7
3 Racemis 6-vel multifloris confertis laxisve folium æquantibus aut illo longioribus 4
Racemis multifloris condensatis folio evidenter brevioribus . . 6
4 Lamina vexilli ungue suo duplo breviore; foliolis lanceolatis nervoso-venosis patenter pubescentibus villosisve 5
Lamina vexilli longitudine unguis, ad medium coarctata; foliolis oblongis lanceolatisve mucronatis venoso-nervosis adpresse pubescentibus obtusis acutisque sub-12-jugis; stipulis semisagittatis

integerrimis, caudis linearibus; pedunculis densifloris, pedicellis calycis tubo brevioribus; dentibus calycis superioribus brevibus triangulari-subulatis; leguminibus oblongis stipite tubum calycis subæquante. — Saepe alte scandens; radix repens; caules longissimi debiles angulosi pubescentes; flores purpureo-cærulei. — ♃. In pratis, dumetis et inter segetes vulgaris in Croatia et Slavonia. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1949 in dumetis montium Mossor et Biokovo. Rchb. fl. g. 3397. In.-Il. . **V. Cracca L.**

5 Molliter villosa; foliolis sub-8-jugis ovali-lanceolatis linearibusve villosis, obtusis; stipulis semisagittatis basi dentatis vel integerrimis; pedicellis tubo calycis dimidio brevioribus; leguminibus elliptico-subrhombeis. — Flores speciosi violacei alis albidis in sicco cyaneis. ♃. Inter segetes hinc inde in Croatia, veluti circa Varasdinum, Crisium, Zagrabiam et alibi haud rara. — Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Lučince, Motočina, Zoljan, Cerovac; ad Beška et Banovce, Krušidol et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3396. In.-Il. . . **V. villosa Roth.**

Obs. var. β. foliolis lineari-oblongis glabriusculis vix leviter pilosis, pilis magis adpressis, est: V. polyphylla WK. (sed non Defs.)

Var.. γ. Foliolis subovalibus villosis; stipulis inferioribus semisagittato-subdentatis; floribus imbricatis; pedunculis villosissimis; dentibus calycinis setaceis villosis; leguminibus subvillosis pendulis; corolla ad apicem usque saturate purpurea, est: V. Botteriana Ser. (V. villosa Botteri; V. lanata Vis.) occurritque teste Botterio intersegetes Dalmatiae estque ulterius observanda, videtur enim vix specifice differe a V. villosa Rth.

Glabrescens; foliolis oblongis lanceolatisve mucronatis obtusis acutisque 16-jugis; stipulis semisagittatis integerrimis, caudis linearibus; pedunculis laxifloris folio sublongioribus, pedicellis calycis tubo brevioribus dentibus calycinis superioribus brevibus triangulari-subulatis; vexillo supra medium coarctato; leguminis oblongo-rhombei stipite calycis tubo breviore. — Caules scandentes; flores purpureo-cærulei, alis albidis vel omnino albi. ♃. Vis. fl. dalm. 1948 ad sepes et in satis totius Dalmatiæ et istarum insularum. In agris campisque Slavoniæ veluti circa Bankovec, Cerovac et Semlim. (Kanitz.) — (V. villosa var. glabrescens Koch; V. varia Host; V. Cracca Vis. (non L.) Mj.-In. **V. dasycarpa Ten.**

Observ. Teste Visianio (fl. dalm. III. p. 323) est V. polyphylla WK. eadem ac V. villosa Roth et a V. dasycarpa Ten. non differt utraque nisi pube copiosiori et longiori. —

6 Foliolis ovato-oblongis lanceolatisve obtusis mucronatis multijugis; stipulis semisagittatis integerrimis, superioribus linearibus; stylo superne undique pubescente; pedunculis laxe plurifloris folio evidenter brevioribus; pedicellis callycis tubum subæquilongis; dentibus calycinis superioribus apice setaceis tubo dupplo brevioribus; leguminibus oblongo-rhombeis glabris. — Pedalis erecta fractiflexa; folia pyramidatim-decrescentia, rami, ubi adsunt, patentes; tota plus minusve pubescens floribus violaceis albidisve vexillo venis cæruleis pulchre picto. ♃. In sylvis præcipue montanis nec non ad margines vinearum circa Toplikam, Ludbreg, Crisium, Zagrabiam nec non in demissis tractus montium Velebit. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1945 in sylvaticis montium Velebit haud rara. — (Ervum cassubicum Peterm.; V. Gerardi Jacq.; V. militans Crntz.) — Rchb. fl. g. 3394. Mj.-In. **V. cassubica L.**

Foliis oblongo-lanceolatis linearibusve obtusis mucronatis suboctojugis; stipulis inciso-dentatis, cirrho ramoso; pedunculis 5—12-floris folio subæquilongis aut illo brevioribus; dentibus calycinis setaceis tubo longioribus; leguminibus late linearibus patulis pendulisve puberulis, demum reticulatis glabris. — Flores ex albo cærulescentes, vel corolla carnea, vexillo cæruleo-striato et carina apice atropurpurea. ☉. Vis. fl. dalm. 1944 in cultis hortisque insulae Lesina. — (V. Bivonea Rafin.; V. Bivonæ Sm.; V. pseudo-cracca Bertol.; Erv. agrigentinum Gus.) — Rchb. fl. g. 3398. Mj.-In. . . . . **V. leucantha Bivon.**

7 Stipulis evidenter dentatis; racemis brevibus 6—12-floris laxis; foliolis 5—8-jugis 8

Stipulis integerrimis semmisagittatis; racemis multifloris foliolisque 8—15-jugis 12

8 Stipulis semiovatis semilunatisve; pedunculis abbreviato- aut thyrsoideo-paucifloris folio longioribus 9

Stipulis semisagittatis aut semihastatis; racemis 6—8—12-floris 11

9 Foliolis late-ovatis obtusis venosis; stipulis inciso-multidentatis . 10

Foliolis oblongis subcuneatisve obtusis v. truncatis sub-8-jugis, inferioribus ellipticis sub-5-jugis; stipulis semiovatis dentatis; pedunculis thyrsoideo-racemosis paucifloris folio longioribus; den-

tibus calycinis lanceolatis, superioribus brevissimis; vexillo obovato; leguminis linearis stipite tubum calycinum æquante. — Flores vexillo caerulescente, alis carinaque apice caerulescente-albidis. ♃. Vis. fl. dalm. 1952 in dumetis montosis Dalmatiæ orientalis. (V. polysperma Ten.) Mj.-In. **V. altissima Desf.**

10 Stylo circum-circa piloso posticeque pilis longioribus barbato; floribus rubro-violaceis foliolis sub-5-jugis inferioribus a caule remotis; stipulis inciso-dentatis, dentibus aristatis; pedunculis abbreviato 6—12-floris; dentibus calycinis lanceolatis, superioribus brevioribus; vexillo oblongo-obovato; leguminis oblong-lineraris stipite tubum calycis superante. — Caulis 6—8-pedalis gracilis, folia pollicaria et ultra semipollicem lata; flores violaceo purpurei; legumen testaceum ultra sesquipollicem longum basique in stipitem longum æqualiter attenuatum. ♃. In nemoribus præsertim montanis et subalpinis totius Croatiæ. Syll. fl. cr. — Rarius in Slavonia, veluti in sylvis circa Vučin, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1946 nonnisi in dumetis montanis ditionis Ragusinæ. — Rchb. fl. g. 3404. In.-Il. **V. dumetorum L.**

Stylo a medio æqualiter villosulo; floribus albidis vexillo venis caeruleis pulchre picto; foliolis sub-8-jugis; stipulis semilunaribus inciso-multidentatis dentibus setaceo cuspidatis; leguminibus lineari-oblongis. — Alte scandens, flores albi, vexillo violaceo-radiato, carina non raro apice atroviolacea; legumina ad 15-lineas longa; semina fusca. ♃. In sylvis montanis collibusque sylvaticis herbidis totius Croatiæ. Syll. fl. cr. — In Slavonia in vineis sylvisque circa Virovitic, Daruvar, Lučince, Čerević et præsertim in sylvis montis Papuk. (Kanitz.) — Rchb. fl. g. 3403. In.-Il. **V. sylvatica L.**

11 Racemis multifloris folio brevioribus; foliolis sub-5-jugis ovatis, obtusis venosis, infimis cauli contiguis stipulas semisagittatas dentatas ocultantibus; stylo a medio æqualiter villosulo. — Alte scandens, folia decrescentia, infima ultra pollicaria et pollicem lata; flores ex ochroleuco-viriduli; legumina testacea ultra pollicaria basi obliqua, stipite brevi, semina fusca. ♃. In nemoribus sylvisque præsertim montanis in Moslavina circa Slatina, Jelen- et Garić-grad 1862; circa Samobor et ad vetustam arcem Okić 1865. In Slavonia ad vias, in vineis dumetisque vulgaris velut circa Požegam, in sylvis circa Vukovar, Čerević et Semlin (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3405. In.-Il. . . **V. pisiformis L.**

Racemis 6—12-floris folio longioribus, floribus remotis horizonliter patentibus; pedicellis calycis tubo triplo brevioribus; foliolis 6—8-jugis oblongo-lanceolatis linearibusve obtusis truncatisque, supremis abrupte acuminatis; stipulis semihastatis subdentatis caudisque lanceolatis; dentibus calycinis lanceolatis superioribus brevioribus; vexillo obovato; leguminis linearis stipite tubum calycinum æquante· — Caulis 1—2-pedalis, flores maximi violacei aut cærulei, siccatione cyanei; legumina ultra pollicaria. ♃. v. ♂. Vis. fl. dalm. 1953 in pascuis sylvaticis inter vicum Boccagnazzo et lacum cognominem. (V. Pfundo-Cracca Alsch. Rchb. fl. g. 3401. Mj.-In. . . . . . . **V. onobrychioides.**

12 Floribus caeruleis lilacinisve 13

Floribus ochroleucis; foliolis oblongo-linearibus sub-12-jugis, inferioribus sub-5-jugis; caudis stipularum linearibus; pedunculis longe racemosis laxifloris folio longioribus; pedicellis calycis tubo brevioribus, dentibus calycinis ovatis, apice subulatis, brevissimis, inferiore setaceo; vexillo infra medium coarctato; leguminis lineari-oblongi stipite tubum calycis superante. — Gracilis, flores minores ac sequantis, semina olivacea eleganter nigro-marmorata. ♃. Vis. fl. dalm. 1951 in herbidis sylvaticis montosis circa Stikovo, ad sepes circa Trau, Clissa, in montibus Radigne et Biokovo, inter Duare et Zagvozd, in monte Vermaz contra Cattaro. — Rchb. fl. g. 3399. Mj.-Il. . . . **V. ochroleuca Ten.**

13 Foliolis oblongis lanceolatisve obtusis mucronatis sub-15-jugis, nervoso-venosis patenter pilosis; stipulis semisagittato-integerrimis, caudis lanceolatis; pedunculis longe racemosis dense multifloris folium aequantibus illove brevioribus, pedicellis calycis tubo brevioribus, dentibus calycinis superioribus brevissimis triangulari-subulatis; vexillo ad medium coarctato laminaque illius longitudene unguis; leguminis linearis stipite calycis tubo longiore. — Caulis gracilis 1—2-pedalis; flores caerulei. ♃. Vis. fl. dalm. 1947 in sylvaticis montium Velebit. (V. galloprovincialis Poir; V. Candolliana Ten.; V. villosa Alsch.) In.-Il. **V. Gerardi DC.**

Floribus lanceolatis-linearibusv mucronatis, obtusis acutisque sub-10-jugis, nervoso-venosis subtus patenter pilosis; stipulis semihastatis integerrimis, caudis lanceolato-linearibus; racemis multifloris confertis folio longioribus, pedicellis calycis tubum subaequantibus; dentibus calycinis ovato triangularibus, apice subulatis, superioribus brevissimis; vexillo infra medium coarctato

luminaque illius ungue suo duplo longiore; leguminis lineari-oblongi stipite tubum calycis aequante illove breviore. — Erecta robustior, humilior, foliis racemisque magis elongatis, floribus pallidius lilacinis, legumine ensiformi 13—14-lineas longo et tantum 3 lineas loto a V. Crocca L., quacum a tyronibus confunditur, distinctissima. — ♂. In pratis et pascuis sylvaticis nec non inter segetes communis ubique. Syll. fl. cr. —; Vis. fl. dalm. 1950 in lapidosis apricis circa Lesina et Cittavecchia et in insula Lesina; circa Neresi ad muros agrestes in insula Brazza. — Rchb. fl. g. 3400. In.-Ag. . . **V. tenuifolia Roth.**

Obs. var. β. floribus laxe racemosis, foliolis anguste linearibus 5—6-nerviis abrupteque mucronatis est: V. laxiflora Grieseb, et Var. γ. floribus arcte imbricatis majusculis, foliolis late linearibus 5—6-nerviis obtrupteque mucronatis est: V. luxurians Vis. utraque occurrit in umbrosis prope Ragusa alibique intermixte cum forma genuina.

14 Floribus albis, alis macula nigra notatis; racemis axillaribus 2-4-floris brevissimis foliisque mucrone terminatis 15

Floribus coloratis, nec unquam alis macula nigra notatis . . 16

15 Leguminibus subsessilibus rectiusculis e sutura superiori rostratis torulosis; foliolis superioribus 2—3-jugis, obovatis ovalibusque integerrimis cuspidatis; cirrhis abbreviatis canaliculatis simplicibus; stipulis ovato-triangularibus subintegerrimis; semine oblongato albido. — Robusta, 2—3-pedalis. ⊙. Calitur eximie et frequentissime in usum oeconomicum et hinc inde inter segetes quasi spontanea, secus ex Aegypto et Persia adlata. — Vis. fl. dalm. 1937 culta in agris et hortis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3427. Il.-Ag. . . . . **V. Faba L.**

Leguminibus sessilibus furfuraceis e medio apice acuminatis, torrosis; foliolis 2—3-jugis ovalibus cuspidatis; cirrhis canaliculato-setaceis; stipulis semihastatis inciso-dentatis; semine oblongo albido. — Omni ex parte minor praecedente; flores e lacteo subcaerulescentes, alis macula nigra magna signatis. ⊙. Colitur in usum oeconomicum uti prior, cujus nonnisi varietas esse videtur. — Rchb. fl. g. 3428. Il.-Ag. . **V. equina Bauh.**

16 Foliolis acutis acuminatisve 17

Foliolis obtusis, truncatis, emarginatis retusisve; pedunculis, saltem florum superiorum cirrho valubili terminatis. 18

17 Pedunculis axillaribus 1—2-floris folium dimidium aequantibus

*

aut longioribus; foliis cirrho terminatis foliolis superiorum bijugis, ellipticis lanceoltisque utrinque acutis; vexillo glabro; dentibus calycis lanceolato-subulatis subaequalibus porrectis tubum suum aequantibus; leguminibus lineari-oblongis villosis. — Corolla persicina vexillo oblongo alisque saepe cum carina albis. ⨀. In graminosis et ad agrorum margines in litt. cr. uti circa Flumen, Tersat, Martinšćica et Kukuljanovo; ad margines vinearum circa Bukari, Piket et Praputnik. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1939 ad margines agrorum, in cultis, vineis et ad sepes ad Ragusa vecchia et Budua, nec non in insulis Veglia, Ossero et Lesina. (Lath. bythinicus Lam.; L. turgidus DC.; L. tumidus W.) — Rchb. fl. g. 3423. Mj.-In. . . . **V. bythinica L.**

18 Vexillo evidenter piloso aut subvilloso 19

Vexillo omnino glabro 20

19 Floribus axillaribus solitariis breviterque pedunculatis; foliis cirrho terminatis 5—7-jugis, foliolis oblongis obovatisque retusis; floribus ochroleucis, vexillo piloso; calycis dentibus subulatis, inaequalibus porrectis; leguminibus deflexis, elliptico-oblongis hirsutis, pilis tuberculo minuto insidentibus. — Gracilis, ultra pedalis; foliola pone sinum apicis utrinque acuta; semina magna brunnea nebulosa. ◯. In cultis et herbidis litt. cr. circa Flumen, Portoré, Hrelin et Plaše. — Vis. fl. dalm. 1929 in cultis et herbidis circa Zara, Spalato et Ragusa nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 3408. Mj.-Il. **V. hybrida L.**

Racemis axillaribus 2—4-floris brevissimis; foliis 5—8-jugis, foliolis oblongis obovatisque obtusis vel retusis; vexillo piloso; dentibus calycis subulato-setaceis tubum suum subaequantibus; leguminibus deflexis oblongis hirsutis, pilis simplicibus. — Flores albidi, vexillum in dorso fuscescens, antice fusco-striatum. ⨀. Inter segetes et ad frutices in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3411. Mj.-Il. . . **V. pannonica Jacq.**

Obs. var. β. foliolis oblongo-linearibus obtusis retusisve mucronulatis sub-8-jugis; cirrho filiformi trifido; floribus 2—4 pendulis purpurascentibus, vexillo piloso saturatius venoso; leguminibus deflexis hirsutis, est: V. purpurascens DC. occurritque in arvis collibusque apricis circa Zagrabiam praesertim ad Laščinam nec non in comitatu Syrmiensi ad Čerević, Kerčedin, Banovce, Karlovic et Beočin cum priori. — Vis. fl. dalm. 1931

in agris circa Sebenico, Dernis, Spalato, Salona, Clissa et Sinj. nec non in insula Veglia. (V. striata Bieb.; V. pannonica Pett.; non Jacq); V. uncinata Rchb. 3420).

20 Racemis 2—5-floris brevissimis 21

Floribus solitariis geminisve axillaribus 25

21 Foliis 2—5-jugis; racemis brevissimis subsessilibus 2—4-floris. 22

Foliis sub 8-jugis, foliolis oblongis retusis emarginatisve, inferioribus cuneato-obovatis, cirrho filiformi ramoso; floribus 1—3 pendulis, vexillo glabro; leguminibus oblongo-lanceolatis deflexis glabris, margine pubescentibus. Flores vexillo luteo-viridulo, fusco-venoso, alis ad apicem nigricantibus velutinis, carina fusca, secus accedit habitu ad V. sepium L. ⊙ Vis. fl. dalm. 1932. in sylvaticis dumosis Dalmatiae montanae circa Kliake, Balke Umljanović, Mirilović, in Boraja, circa Trau, in montibus Radigne et Visosnica circa Vergorac inter segetes, ad margine sagrorum ad Bergato prope Ragusa et sub Forte di Cattaro. (V. tricolor Sebast. V. triflora Rchb. fl. g. 3422.) Mj.-Il. **V. melanops Sibth.**

22 Foliis superioribus 2—3-jugis, foliolis obtusis subdentatis integerrimisque; vexillo glabro; dentibus calycis ovato-lanceolatis inaequalibus, superioribus dimidio-brevioribus; leguminibus compressis margine muricato-ciliatis, secus glabris vel pilosis, pilis basi bulbosis 23

Foliis sub 5-jugis cirrho terminatis; foliolis ovalibus oblongisve obtusis; vexillo glabro; dentibus calycis e basi latiore subulatis inaequalibus lineari-oblongis glabris.—Pedalis et ultra; flores dilute et paullulum sordide violacei aut lilacini; legumina erecto-patula, intus micantia, semina fusca. ○ In nemoribus, in dumetis et ad sepes in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. — In Slavonia in dumetis circa Virovitic, Duzluk, Našice, Tenje et Semlin. (Kaniz) — Vis. fl. dalm. 1938 in sylvaticis dumosis montis Biokovo. Rchb. fl. g. 3421. Ap. Oct. . . **V. sepium L.**

Obs. var. β. foliolis ovato-oblongis vel ovato-lanceolatis est: V. montana Froehl.

Var. γ. floribus dilute flavis excepta macula ante apicem carinae, est V. ochroleuca Bast. — Utraque occurrit hinc inde cum forma genuina, sed posterior rarissime. —

23 Pilosa; leguminibus rectis, patentibus; foliolis inferiorum unijugis, subrotundis mediisque bijugis obovatis integerrimis, supre-

mis rhombeis, serratis. — Flores purpurei. ⊙ Inter segetes circa Toplikam, Crisium, St. Helenam et Psarijevo-Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3425. Mj.-In- . . . . . . **V. heterohylla Rchb.**

Villosa aut hispida; foliolis conformibus, 2—3-jugis 24

24 Hispidula; leguminibus subsigmoideis? margine muricato-dentatis reflexis; foliolis 2—3-jugis ovalibus argute serratis; stipulis trapezoideis incisodentatis maculatis; seminibus globosis. — Pedalis, flores 3 — 4 lilacini; legumen ultra bipollicare margine atrofusco. ○ Inter segetes in comitatu Syrmiensi copiosissima. (Kanitz). — Rchb. fl. g. 3424. Mj.-In. **V. serratifolia Jacq.**

Molle villosa; leguminibus turgidis subtorulosis arrectis; foliolis subbijugis obovatis integerrimis, muticis; seminibus globosis. — Flores violacei; cirrhi furcati, semina atra. ⊙ In cultis litt. cr. veluti circa Flumen, Kukuljanovo, Hrelin, Povile, Selce Zagon et Novi. Sgll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1928 in satis et ad agrorum margines circa Zara, Dernis, Sebenico et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 3426. Apr.-Mj. . . **V. narbonensis L.**

25 Foliis 4 — 8-jugis; floribus breviter pedunculatis 26

Foliis nonnisi 2 — 3-jugis, omnibus mucronatis aut superioribus cirrho volubiii terminatis; cuneato emarginatis aut obovatis retusis; stipulis subdentatis; floribus minutis, solitariis sessilibus; dentibus calycinis lanceolatis strictis tubo brevioribus aut subaequilongis; vexillo glabro; leguminibus linearibus glabris patulis, seminibus, subquadratis compressis laevibus aut granulato-scabriusculis. — Palmaris, fructifera spithamaea, inferne ramosa; folia pilis albidis tecta; vexillum erectum emarginatum cum denticulo ex purpureo caeruleum, carina pallens cum macula fusca ⊙ In pascuis collibusque tenui gramine tectis nec non in pratis siccis totius Crotiae montana et submontanae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in comitatu Syrmiensi, nec non ad Karlovic et Semlin. (Kanitz. Vis. fl. dalm. 1936 in pascuis circa Zara et in insulis Veglia, Cherso et Lesina. — Rchb. fl. g. 3413. Apr.-Mj
V. lathyroides L.

Observ. var. β. foliis linearibus puberulis, infimis obcordatis; stipulis subtus impressione pallida notatis; leguminibus pubescentibus seminibusque globosis laevibus est: V. Bobartii Forst. occurritque cum priori in collibus apricis arenosis graminosisque circa Zagrabiam, Gospić et Ternava.

26 Floribus ochroleucis luteisve, vexillo interdum fusce — carinaque caeruleo-lineata sordidis 27
Floribus rubris, purpureis, violaceis caeruleisve, rarius albidis albisve 30
27 Leguminibus elliptico-oblongis deflexis pilis crasse bulbosis hirsutis; foliolis oblongo-ellipticis linearibusve obtusis mucronulatis 5 — 9-jugis, cirrho filiformi trifido; floribus solitariis geminisve 28
Leguminibus lineari-oblongis patentibus; foliolis oblongis aut orbiculato-obovatis obcordatisve, obtusis retusisve 3 — 6-jugis, cirrho filiformi ramoso; floribus subgeminis patulis erectisve, dentibus calycis lanceolato-subulatis tubo dimidio brevioribus 29
28 Foliolis ovali-ellipticis; vexillo carinam duplum longo. — Suberecta 1 — 2-pedalis; flores lutei, carina vexillum vix dimidium excedens, alae vexillo definite breviores; semina magna fusca. ○. Ad sepes et margines viarum nec non inter segetes circa Verbovec, Lovrečinam, St. Helenam, Zagrabiam et alibi in Croatia. Syll. fl. cr. — In Slavonia ad ripas inter Bankovci et Radovanci, in pratis et agris circa Essek, Vukovar et Semlin. (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1930 in satis totius Dalmatiae cum varietate sequenti, qua frequentior ac ipsa species. — Rchb. fl. g. 3506. In-Ag. . . . . **V. lutea L.**
Foliolis lineari-oblongis, stipulis lanceolato-bipartitis subincisis, vexillo carinam vix tertia parte excedente. — Praecedente robustior, caulis anguli acutiores subalati; flores minores ochroleuci. ○. Cum priori, cujus varietas est, praesertim in agris circa Vojakovec, Carovdar et Lepavina. — Rchb. fl. g. 3407. Il. Ag. . . . . **V. hirta Balb.**
29 Foliolis orbiculato-obovatis retusis conformibus; carina immaculata vexillo plano, alis duplo longiore; dentibus calycinis subaequaliter porrectis; seminibus rufis. — ○ In agris locisque graminosis haud rara in Croatia veluti circa Crisium, Božakovinam, Zagrabiam, Siscium et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1933. in dumetis locisque sylvaticis et ad sepes circa Zara, Spalato, Sinj. Vergoraz, Ragusa, Cattaro, Budua et in insula Brazza. Rchb. fl. g. 3410. In.-Il. . **V. grandiflora Rchb.**
Foliolis lineari-oblongis, vel oblongo-cuneiformibus, infimis obovatis; legumina glabra, subsessilia, solitaria; stipulis, carina seminibusque fuscis maculatis; vexillo amplissimo undulato. —

Flores vexillo luteo, basi fussce lineata livescente, carina albida caeruleo-lineata, alis luteis macula caerulescente notatis; caules debiles, ramosi, sulcati alte lateque scandentes. ◯. Inter segetes vlgatissima in Croatia Syll. cr. — In Slavonia in pratis siccis et dumetis circa Essek, Kerčedin, Banovce, Petrovaradinum, Karlovic Beočin cum priori, sed illa multo frequentius. (Kanitz) Vis. fl. dalm. 1933 Var. β. cum priori in iisdem locis. Rchb. fl. g. 3409. Mj.-In. . . **V. sordida WK.**

Dentibus calycinis omnibus strictis porrectisque 30

30 Dentibus calycinis lanceolatis acuminatis, subaequalibus, superioribus 4 sursum curvatis; floribus axillaribus solitariis pedunculatis; foliis 4 — 7-jugis, foliolis linearibus retusis vel lineari-cuneatis truncato-emarginatis; leguminibus oblongo — lanceolatis deflexis puberulis. — Gracillima, corolla amoene lilacina. ☉. Inter segetes et in locis cultis litt. cr. ad Flumen, Cernik, Vlaka, Praputnik, Bribir Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1937 inter segetes et in pascuis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insusulis Sansego, Veglia et Lesina. — Rchb. fl. g. 3414. Ap.-In. . . **V. peregrina L.**

31 Foliis sub-7-jugis, (rarius 3 — 4-jugis) 32

Foliis nonnisi sub 5-jugis, foliolis foliorum inferiorum obovatis emarginato-retusis, superiorum lanceolato-linearibus linearibusque obtusis truncatisve; dentibus calycinis lanceolato-subulatis tubum suum subaequantibus porrectis; 'eguminibuu patentibus linearibus maturis glabris; seminibus globosis. — Humilis, calyx campanulatus, corolla majuscula laete lilacina; legumen prius sericeum, demum glabrum; semina atra sericeo-micantia; stipulae inferiores superioribns magis incisae. ◯. In agris arvisqne submontanis haud rara in Croatia. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Zvečevo, in comitatu Syrmiensi et circa Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1934. var. δ. in agris et satis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3415. In.-Il.

V. angustifolia Roth.

32 Foliolis linearibus truncato-emarginatis, infimorum obcordatis obovatisque, superiorum lineari-cuneatis bilobo-emarginatis; dentibus calycinis lanceolato-subulatis strictis tubo cylindraceo duplo longioribus; leguminibus linearibus demum glabris. — Gracilis glabrescens vel pilis mollibus brevibusque cinereo-canescens Flores violacei axillares subgemini breviter pedunculuti; stipulae subintegerrimae, cirrhi subsimplices aristaeformes, semina ma-

gna nigro-maculata. ⨀. Vis. fl. dalm. 1935 insylvaticis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 3419 Mj.-In. . . . . . **V. cordata Wulf.**

Foliolis obovatis aut oblongo-obovatis omnibus emarginato-retusis; stipulis dentatis, cirrho filiformi ramoso; floribus subgeminis erectis; dentibus calycinis lanceolato-subulatis strictis tubo subaequalibus; leguminibus linearibus erectis patulisve puberulis, demum glabris. ⨀. Colitur et inter segetes ubique spontanea facta et quidem in ditione totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1934 et Rchb. fl. g. 3418 In-Oct. . . . . **V. sativa L.**

Obs. Var. α. foliolis cuneato-obovatis caule leguminibusque villosis est; V. obovata Riv.

Var. γ. foliolis-cuneato-linearibus truncato-emarginatis, superiorum lanceolato-linearibus acuminatis; stipulis trapezoideis inciso-laciniatis est: V. segetalis Thuil. (V. angustifolia Host.) Rchb. fl. g. 3416. —

Var. ε. foliolis lineari-cuneatis, truncato-emarginatis bilobisve; cirrho subsimplici; stipulis superioribus intogris est; V. intermedia Kit. —

Omnes hae formae occurrunt permiscue cum specie genuina suntque illa frequentiores inter segetes, et quidem formae sub α. et ε. praesertim in Croatia australi et in litt. cr. illaque sub γ. in agris fertilibus planitierum. —

Gen. 29. **Ervum L. Leća.**

Caliyx 5-fidus vel 5-dentatus; stamina diadelpha filamentis subulatis; stylus filiformis superne circum-circa aequaliter pilosus, vel latere superiore planus et apicem versus longitudinaliter pilosus, latere inferiore autem glaber; legumen compressum 1-loculare 1 — 6-spermum; semina glaboso-compressa; folia abrupte pinnata; corolla minima, vix exserta. Koch syn. pl. p. 218; Rchb. fl. g. p. 525. gen. 672;

1 Pedunculis 1 — 6-floris, vix exsertis; foliolis oblongo-linearibus, vel anguste linearibus 2

Pedunculis multifloris; carollis evidenter exsertis i. e. calyce multo majoribus; foliolis late ovatis ovalibusve. Vide genus Vicia.

2 Stylo filiformi superne circum-circa aequaliter piloso 3

Stylo latere superiore plano et apicem versus longitudinaliter piloso, latere inferiori autem glabro 7

Dentibus calycinis tubo evidenter longioribus; foliis 7 — 12-jugis 4
Dentibus calycinis tubum suum aequantibus aut illo brevioribus; foliis 7 — 8-jugis; pedunculis 1 — 2-floris 6

4 Dentibus calycinis tubo evidenter brevioribus; leguminibus glabris, linearibus 4 — 6-spermis; foliis 3 — 4-jugis 5
Dentibus calycinis tubum suum aequantibus, lanceolatis inaequalibus; foliolis linearibus obtusis retusisve sub-6-jugis, cirrho ramoso, inferioribus oblongis ovalibusve; stipulis semisagittatis caudis lanceolatis; pedunculis filiformibus muticis aristatisve folium subaequantibus; leguminis oblongo-rhombei dispermi hirsuti stipite tubo calycino breviore. — Caules debiles, graciles, angulato-ramosi pilis brevissimis inspersi; stipulae superiores integrae, raliquae 2—3-partitae; flores minuti albido-caerulescentes. ◯. In agris, hortis et ad ripas potis simum arenosas nec non inter segetes haud rarum in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1843. in saxosis herbidis et inter segetes circa Dernis, Zara, Sebenico, Verpolje, Trau et Vergoraz nec non in insula Lesina. (Vicia hirsuta Koch.) Rchb. fl. g. 3393. Ap.-Mj. . . . . **E. hirsutum L.**

Obs. var. α. pedunculis sub 3 - floris folio brevioribus foliolis multijugis angustissimis, cirrho diviso est: E. parviflorum Bertol. (V. parviflora Lois; V. disperma DC.) occurritque in collibus apricis arenosis ad Sv. Duh prope Zagrabia. —

Obs. var. β. stipulis plerisque linearibus et leguminibus glabris est: E. Terronii Ten. occurritque cum forma genuina intermixte in Dalmatia.

5 Pedunculis nonnisi unifloris muticis folia subaequantibus, foliis superioribus cirrho terminatis, 3 — 4-jugis, foliolis linearibus obtusis; stipulis semihastatis; dentibus calycis tubo suo brevioribus; leguminibus linearibus tetraspermis glabris. — Corolla laete lilacina, vexillo caeruleo-striato alis carinaque albis, posteriore insuper macula violacae notata; legumen a basi porrectum oblongum obtusatum, mucrone e medio racurvo; semina matura atra. ⊙ In agris, locis cultis campisque arenosis Croatiae et Slavoniae vulgare. Syll. fl. cr. (V. tetrasperma Mnch. V. gemella Crntz.) Rchb. fl. g. 3389. In.-Il. **E. tetraspermum L.**
Pedunculis 1 — 4-floris aristatis, aristis folio denique multo longioribus; foliis superioribus 3 — 4-jugis, foliolis linearibus acutis; stipulis semihastatis dentibus calycis tubo suo brevi-

oribus; leguminibus linearibus 6-spermis. — Flores purpurascentes triplo fere majores quam in antecedente; cirrhi simplices. ○. Inter segetes circa Zagrabiam et in vineis ad Plěšivica et Sv. Anna pod Turnom nec non in illis circa Bukari in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1942. in saxosis herbidis et in istis vineis circa lacum Boccagnazzo prope Zara; in monte Sella supra Cattaro et in insulis Cherso, Ossero et Lesina. (Vicia gracilis Loisl; E. tenuissimum Persf, E. longifolium Ten). — Rchb. fl. g. 3390. In.-Il. . **E. gracile DC.**

6 Foliolis lineari-cuneatis truncatis emarginatisve sub-12-jugis; stipulis laciniatis; cirrho mucroniformi; pedunculis bifloris folio multo brevioribus; dentibus calycinis subulatis tubo suo longioribus; leguminibus linearibus pendulis glabris toruloso-moniliformibus. — Pedale glabrum, caule angulato, floribus albidis, vexillis striis violaceis pictis; legumen pollicare. ⨀. Inter segetes in litt. cr. ad Flumen, Bukari, Kraljevica, Hrelin et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1941 in cultis et inter segetes circa Spalato et Cittavecchia. (V. Ervilia W., Ervilia sativa Lk.) Rchb. fl. g. 3385. In.-Il. . . . **E. Ervilia L.**

Foliolis linearibus obtusis retusisve; stipulis biformibus, altera integra lineari sessili, altera semilunari setaceo-dentata petiolata; dentibus calycinis tubo suo longioribus leguminibus lato-oblongis subtrispermis. — Flores majusculi albido-caerulescentes, carina utrinque macula nigra notata. ○. Vis. fl. dalm. 1940 in satis insulae Lesina. (Lath. monanthos W., V. monantha Desf.) Rchb. fl. g. 3391. Mj.-Il. . . . . . **E. monanthos L.**

7 Foliis saltem, superioribus nonnisi trijugis 8

Foliis superioribus cirrho terminatis 5—7-jugis; stipulis lanceolatis integerrimis; pedunculis 1 — 2-floris folium subaequantibus, calycibus corollam aequantibus; leguminibus subrhombeis dispermis glabris. — Foliola oblongo-ovalia; semina majuscula ex ohroleuco-luteola aut nigropunctata margine carinata. ⨀. Colitur in usum oeconomicum et hinc inde in agris quasi spontaneum Syll. fl. cr. (Cicer Lens L., Lens esculenta Mnch., L. sativa Hell; L. major Rio.) In.-Il. . . . . **E. Lens L.**

Observ. Huic simile sed omni ex parte humilius seminibus dimidio minoribus margine obtusissimis, viridi-luteolis v. e badio nigricantibus; pedunculis 1 — 2-floris, bracteola pedicello plus dimidio breviori, leguminibus subrectangulis dispermis; stipulis se-

mi-ovatis; foliolis ovalibus cirrhis setaceis furculatisque pilosellis est: Er. dispermum Roxb. coliturque in agris hinc inde iu Dalmatia, sed a nobis necdum visum. —

8 Pedunculis 1 — 2-floris folio longioribus aristatis; foliis mucrone terminatis; stipulis semihastatis dentatis; calycibus corollam aequantibus; leguminibus subrhombeis dispermis glabris. — Pilosellum; foliola oblonga; semina nigricantia cinereo-nebulosa. ⊙ In locis sterilibus apricis litt. cr. circa Flumen, Tersat, et Bukarica. Vis. fl. dalm. 1956 in saxosis apricis circa Sebenico, Trau, Spalato et in insulis Lesina et Ossero. (Lath. nigricans Patterm.), Er. lentoides Ten.) — Rchb. fl. g. 3388. Mj.-In. . . . . **E. nigricans M. R.**

Obs. var. β. leguminibus dispermis compressis pilosellis foliolis infimorum obcordatis est: E. uniflorum Ten. occurritque cum priori circa Flumen et Bukari. —

Pedunculis exacte unifloris folio longioribus muticis, foliis trijugis; calycibus carolla brevioribus 9

9 Foliolis inferibus mucrone, superioribus autem cirrho terminatis; stipulis semihastatis integerrimis; calycibus corolla brevioribus; leguminibus subrhombeis dispermis pubescentibus.—Tenerrimum, flores caerulescentes, legumen vix ultra 3-pollicare e basi attenuata adscendens; lsgumen obovatum, sutura utraque circumflexa, mucrone medio curvo; semina olivacea. ⊙ In locis lapidosis sterilibus in litt. cr. veluti circa Flumen, Martinšćica, Kraljevica et Segniam. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1957 in saxosis sylvaticis ad Verpolje prope Sebenico et circa Ragusa, nec non in insulis Pasma, Cherso et Lesina. (Lath. Lenticula Petterm.: Cicer ervoides Brig) Rchb. fl. g. 3386. In.-Il. . . . . **E. Lenticula Schreb.**

Foliolis alternis obovatis vel oblongo-lanceolatis acutiusculis; stipulis semisagittatis acuminatis, dentatis; pedunculis folio duplo longioribus sub apice aristatis; laciniis calycinis subulatis subaequalibus erecto-patentibus corolla glabra brevioribus. — Sericeo-villosum, caule ramosissimo angulato. – Legumen nec dum vidi. ⊙. In Dalmatia? Maly enum pl. pag. 364, gen. 842, n. 5. In flora dalmatica Visianii deest haec speies, nec fructus noscitur, nec tempus floroscentiae scitur. — In Vis. fl. dalm. III. p. 325. sub. n. 1956 citatur qua synonimum Er. nigricantis; an illuc revera spectet, suo tempore dijudicandum erit. **E. dalmaticum Presl.**

Gen. 30. **Pisum L. Grašak.**

Calyx 5-fidus laciniis foliaceis; corollae vexillo maximo, alis carina subaequali ad haraentibus; stamina diadelpha filamentis subulatis; stylus basi geniculatus, latere vexillari carinatus apiceque barbatus; legumen lineare uniloculare polyspermum. — Folia omnium obrupte pinnata. Koch syn. pl. pag. 220. Vis. fl. dalm. III. p 317, g. 606; Rchb. fl. g. pag. 532, g. 674. —

1 Stipulis ovatis semi-cordatis basi inaequaliter dentatis maximis foliis 2 — 3-jugis; pedunculis 1 — 2-floris 2
Stipulis hastatis auriculis acutis; foliis 4-jugis, foliolis ellipticis integerrimis; pedunculis multifloris; caule angulato. — Majusculum speciosum; fiores amoene rosei, vexillo saturate persicino kermesino-reticulato; legumen 2-pollicare ad 4 lineas latum; semina fusca, hilo ochroleuco. ♃. In littore maris adriatici inter Flumen et Voloska nec non ad Martinščicam. — Rchb. fl. g. 3473. (Orob. maritimus Rchb.) In.-Ag. . . **P. maritimum L.**

2 Stipulis petiolos unifloros aequantibus vel florem inferiorem petiolorum biflororum superantibus 3
Stipulis pedunculo duplo triplove brevioribus; foliis trijugis, foliolis ellipticis oblongisve; pedunculis 1 — 2-floris. — A sequentibus, nonnisi pedunculis stipula 2 — 3-plove longioribus et loco natali in dumetis, nec unquam in arvis et inter segetes proveneens differt. ☉. In dumetis et sepibus ad Riekam et Bogačevo prope Crisium haud rarum. Syll. fl. cr. (Pisum elatum DC.) In.-Il. . . . . **P. elatius MB.**

3 Foliolis ovatis ovalibusve integris dentatisve; stipulis ovatis basi semicordata dentatis; pedunculis 1—2-floris; seminibus globoso-angulosis punctatis.—Foliola basi plerumque sinuato-crenata erecta; corolla vexillo caerulescente, alis carinaque purpureis. ☉. Inter segetes hinc inde uti circa Bogačevo, Guščerovec, Crisium et alibi quasi spontaneum, secus hinc inde cultum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1926 in sepibus dumetisque insularum Arbe, Lesina et Scopuli St. Andrea prope Ragusa. (P. biflorum Raj. P. variegatum Presl.) Rchb. fl. g. 3432. In.-Ag. . . **P. arvense L.**
Foliolis ovatis ovalibusve integris; stipulis ovatis basi semicordata-dentatis; pedunculis bi multifloris; seminibus laevibus. — Petioli teretes tetraphylli; flores albi; legumen rectum, compla-

natum, demum cylindricum; semina approximata helveola. ⊙. Colitur frequentissime in pluribus varietatibus. — Rchb. fl. g. 3433. Mj.-In. . . . . **P. sativum L.**

Gen. 32. **Lathyrus L. Graholika.**

Calyx 5-fidus aut 5-dentatus; stamina diadelpha filamentis subulatis; stylus linearis vel sursum dilatatus latere superiore planus et a stigmate deorsum longitudinaliter pilosus, latere inferiore glaber; stigma rectum vel recurvum; legumen bivalve uniloculare, di-v. polyspermum. — Folia aut nulla aut abtrupte pinnata; petiolus communis foliorum, — excepto unico Lath. Nisolia L. — in cirrhum simplicem vel ramosum desinens. — Koch syn. pl. pag. 220; Rchb. fl. g. pag. 533, gen. 676.

1 Foliis plane nullis, i. e. petiolis foliiformibus aut cirrhiformibus aphyllis 2

Petiolis omnibus aut saltem superioribus foliatis, foliis bi-aut plurijugis 3

2 Pedunculis 1—2-floris; petiolis foliiformibus lanceolatis cirrho destitutis; stiputis subulatis basi semihastatis. — Habitus gracilis gramineus erectus; flores purpurei; semina tuberculato-scabra setulis tecta, juniora subsericea. ○. Inter segetes in submontanis circa Toplikam, Crisium, St. Helenam, Zagrabiam alibique in Croatia haud rarus. Syll. fl. cr. In collibus graminosis circa Karlovic et Semlin, (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3443. Mj.-In. **L. Nissolia L.**

Pedunculis 1-floris; petiolis foliiformibus aphyllis cirrho terminatis; stipulis foliaceis maximis ovatis basi auriculato-sagitattis. — Gracilis decumbens; foliorum loco stipulae maximae, sessiles, oppositae, integerrimae; pedunculi solitarii, apicem versus bracteis subulatis instructi; flores parvi, cernui, flavi. ⊙. In agris planitierum, inter segetes ad Toplikam, Varasdinum, in Podravina, Moslavina et Posavina, in campo turopolitano et in ipso litt. cr. frequens. Syll. fl. cr. — In dumetis agrisque circa Pleternicam; ad rippas amnis Lonča, circa Požegam, Beočin, Kamenic et Semlin. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1958 ad sepes et in satis totius Dalmatiae frequens. (L. segetum Lam.) Rchb. fl. g. 3439. In.-Il. . . . . **L. Aphaca L.**

3 Petiolis inferioribus aphyllis, superioribus foliatis, cirrhis filiformibus; caulibus bialatis 4

Petiolis omnibus foliolatis; cirrhis filiformibus aut herbaceo-aristaeformibus 5

4 Petiolis lanceolatis ellipticisve foliaceis stipulatis, apice retusis bifidisve cirrhiferis, inferioribus aphyllis, superioribus foliolatis, foliolis ovalibus 1—2-jugisve; pedunculis 1-floris; leguminis linearis sutura seminifera bialata, seminibus subglobosis. — Corolla ochroleuca in colorem virentem vergens; petioli lato-alati decurrentes; legumina reticulato-venosa, glabra, 4—8-sperma; semina laevia. ⊙. Vis. fl. dalm. 1959 in agris et satis circa Zara, Spalato, Ragusa et in insulis Onie et Lesina. (Pisum Ochrus L.; Ochrus pallida Prs.; O. uniflora Mnch.) — Rchb. fl. g. 3440. Mj.-In. . . . . **L. Ochrus DC.**

Petiolis infimis lanceolatis foliaceis exstipulatis cirrhosis aphyllis, caeteris foliolatis alatis stipulatis cirrhosis; foliolis lanceolatis linearibusve 2—3-jugis; pedunculis paucifloris; leguminis linearis apteri seminibus subquadratis. — Scaudens; corollae vexillum purpureum alis carinaque pallidioribus, siccando caerulescentibus; legumina articulato-torrosa. ⊙. Vis. fl. dalm. 1960 in cultis insulae Onie. (L. tenuifolius Desf.; L. spurius W.) Rchb. fl. g. 3441. Mj.-In. . . . . **L. auriculatus Bert.**

Obs. var. β. pedunculis 2—3-floris; leguminibus continuo-compressis; corollis majoribus, alis cærulescentibus carinaque albida, est: L. purpureus Desf. occurritque cum priori. — Rchb. fl. g. 3442.

5 Foliis 1—2-jugis; pedunculis 1—2-floris; radice annua . . . 26

Foliis plurijugis (rarius unijugis); pedunculis multifloris; radice perenni 16

6 Leguminibus abbreviatis, dilatalis i. e. lutitudinem sesquilongis aut paullo longioribus 7

Leguminibus angustissimis, elongatis 11

7 Leguminibus reticulato-venosis aut nervoso-striatis, glabris . . 8

Leguminibus villosis hirsutitve scabris 10

8 Seminibus laevibus; pedunculis exacte unifloris superne articulatis 9

Seminibus granulatis scabris; pedunculis basi articulatis; caulibus anguste bialatis; foliis unijugis, foliolis stipulisque anguste linearibus; pedunculis unifloris superne minute bracteolatis; leguminis oblongi sutura seminifera plana; seminibus globosis.— Tenerrimus, caulis quadrangularis, subalatus; corolla rosea. ○. In vineis locisque lapidosis in litt. cr. circa Flumen, Bukari, Portoré, Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl.

dalm. 1963 in saxosis vineisque circa Sebenico et Trau; in monte Radigne prope Dizmo, ad Bergatto et Bosanka prope Ragusa, in scopulo Colludraz et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 3444. Ap.-Mj. . . . . **L. setifolius L.**

9 Leguminibus elliptico-oblongis plano-compressis subtetraspermis, margine superiori curvato bialatis, seminibus angulatis; brunneo maculatis.— Caules alati, laeves; pedunculi tetragoni; calycis laciniae cuspidatae, reflexae; corollae cyaneae et purpureo colore suffusae vel albidae, carina ad apicem contorta. ⊙. Inter segetes ad St. Helenam, secus colitur et hinc inde in satis quasi spontaneus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1961 colitur in agris in usum oeconomicum. — Rchb. fl. g. 3446. In.-Il. . . . **L. sativus L.**

Leguminibus oblongis subtetraspermis margine superiore erecto, anguste bialato, seminibus angulatis, canaliculatis. — Caulis compressus; calycis laciniae erectae aut subpatulae; flores purpurei vel rosei; carina apice obtusa atro-purpurea. ⊙. Inter segetes in litt. cr. circa Flumen, Praputnik, Bribir, Novi et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1962 in herbidis saxosis totius Dalmatiae littoralis coliturque passim: (L. sativus Pett.; L. purpureus Presl.; L. dubius Ten.) Rchb. fl. g. 3446. Ap.-In. **L. Cicera L.**

10 Caulibus bialatis; foliis unijugis; foliolis lanceolatis vel lanceolato-linearibus; stipulis linearibus; pedunculis bifloris; leguminis linearis enervii hirsuti sutura seminifora carinata; seminibus subglobosis granulato-scabris hirtisque. — Caules pilis inspersi scandentes; folia petiolata petiolis alatis; calyx pilosus; corollae vexillum e rubro-purpureum, alae caerulescentes, carina alba; semina nigricantia. ⊙. Inter segetes, in vineis dumetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm 1966 in agris circa Zara, in pratis circa Vrlika, in vineis insulae Veglia et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 3447. Mj.-In. **L. hirsutus L.**

Observ. Var. β. foliolis simpliciter lanceolatis mucronatis; calyce glabro; corollae alis purpureis conniventibus concavis carinaque albida obtusa, est: L. variegatus Host. occurritque cum priori in litt. cr. et in Dalmatia.

Caule ancipiti alatoque; foliis unijugis, foliolis ovato-oblongis leguminibus hirsutis. — Caules decumbentes aut scandentes; corollae magnae violaceae alis caerulescentibus. — Variat corollis

roseis alisque albis. ◯. Colitur frequentissime in hortis. (L. distoplathyphylos Comm.) Rchb. fl. g. 3448. In.-In. **L. odoratus L.**

11 Seminibus tuberculato-scabris. 12

Seminibus laevibus; pedunculis unifloris petiolo brevioribus basi articulatis 13

12 Caulibus erectis, compresso-tetragonis, ramis anguste bialatis; foliis unijugis, foliolis lanceolato-linearibus; stipulis lineari-semisagittatis; pedunculis aristatis unifloris; leguminis linearis enervii glabri sutura seminifera carinata; seminibus angulatis cubicis. — Glaber foliolis planis integerrimis; corollae coccineæ; legumina pubescentia; semina cinerea. ◯. In vineis et inter segetes litt. cr. circa Segniam, Draga, Jablanac et Starigrad nec non circa Novi; Bribir et Flumen. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1967 in cultis insulae Veglia et in vineis ipsius Dalmatiae hinc inde. (L. hexandrus Chaub.) Rchb. fl. g. 3450. Mj.-In. **L. anaulatus L.**

Caulibus bialatis; foliis unijugis; foliolis lanceolato-linearibus elongatis; stipulis anguste linearibus; pedunculis unifloris superne articulatis, bracteolatis; leguminis linearis oblongi basi attenuati sutura seminifera canaliculata; seminibus globosis. — Flores ochroleuci. ◯. In locis cultis insulae Ossero. Vis. fl. dalm. 1964 in cultis circa Zara et in pratis circa Verlika. (L. bispanicus Riv.) Rchb. fl. g. 3451. Mj.-In. . . . **L. annuus L.**

Observ. var. β. caulibus erectis; foliolis lineari-lanceolatis; cirrhis ramosis; stipulis semisagittatis angustis subulatis; pedunculis laevibus; dentibus calycinis lanceolatis, seminibusque subglosis, est; L. leptophyllus Bieb. occurritque cum priori in Dalmatia.

13 Stipulis lineari, semisagittatis 14

Stipulis elongatis late lanceolatis foliaceis; caulibus bialatis; foliis unijugis; foliolis lanceolatis; pedunculis unifloris superne articulatis bracteolatis; leguminis linearis glabri sutura seminifera canaliculata; seminibus angulatis maculatis. — Flores lutei. ◯. Vis. fl. dalm. 1965 in vineis insulae Sansego et circa Lossin piccolo in insula Ossero. Mj.-In. . . . **L. Gorgoni Parlat.**

14 Ovario leguminibusque glabris; seminibus globosis 15

Ovario sericeo-villoso; caulibus erectis ramisque angulatis; foliolis oblongo-lanceolatis; pedunculis unifloris, petiolo brevioribus basi articulatis exaristatis minute bracteolatis; leguminibus elongatis linearibus 8—10-spermis turgidis puberulis venoso-striatis;

seminibus ovalibus utrinque truncato-obtusis laevibus hilo subrotundo. — Flores lilacini, parvi vexillo alisque rubris, carina pallida. ○. In vineis litt. cr. circa Flumen, Bukari et Bribir. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1969 inter segetes et in vineis circa Zara, Torette, Sebenico, Dizmo, Ragusa et in insulis Veglia et Ossero. (L. inconspicuus L.) In.-Il. **L. parviflorus Rth.**

15 Pedunculis basi articulatis ex aristatis minute bracteolatis; ovario subtiliter glanduloso-punctulato; leguminibus 8—10-spermis striato-venosis, seminibus globosis hilo subrotundo. — Flores lilacini. — Differt a priori, cujus variatatem esse dicit Vis. fl. dalm. 1969 β. floribus multo majoribus, ovario glabro seminibusque globosis. — Inter segetes litt. cr. circa Flumen, Portoré, et Praputnik nec non in insula Ossero. (Noë.) Mj.-In. **L. stans Vis.**

Pedunculis basi articulatis aristatisque; ovario glabro, nec glanduloso-punctulato; leguminibus 8—10-spermis glabris nervoso-striatis, venis prominulis; seminibus globosis, hilo oblongo-ovali. — Flores coccinei; foliola lanceolata, 5-nervia. ⨀. Vis. fl. dalm. 1968 in herbidis et pascuis ad Verpolje prope Sebenico, et circa Ragusa. (L. coccineus All.; L. axillaris Lam.) Rchb. fl. g. 3449. Ap.- Mj. . . . . **L. sphaericus Retz.**

16 Caulibus angulosis, apteris; foliis unijugis 17

Caulibus membranaceo-alatis; foliis 1—3-jugis 19

17 Radice repente non tuberifera; caulibus prostratis; foliolis lanceolatis; stipulis ovato-semisagittatis, foliaceis; calycis dentibus lanceolato-subulatis aequalibus; leguminibus oblique venoso-reticulatis; floribus flavis 18

Radice repente tuberigera; caulibus prostratis demum adscendentibus angulatis apteris; foliolis ovali oblongis obtusis; stipulis lanceolato-semisagittatis; calycis dentibus supremis triangularibus abbreviatis; seminibus obsolete verruculosis. — Decumbens 1—2-pedalis; flores roseo-subpunicei; tubera radicis saepe eximia. ♃. In agris, satis pratisque montosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1971 in cultis et ad sepes circa Sebenico, Dernis, Verlika, Salona, Clissa et in insula Lesina et Giuppana. — Rchb. fl. g. 3455. Mj.-Il. **L. tuberosus L.**

18 Cirrhis setaceis simplicibus; stipulis ovalibus acuminatis, internodiis acutangulis; seminibus unicoloribus, spadiceis; dentibus calycinis ovario brevioribus — Radix repens; caules angulosi

scandentes pilis inspersi ramosi; folia lanceolata acuta glabra; pedunculi angulati et unacum pedicellis pubescentes; bracteae minutae deciduae; flores flavi. ♃. In pratis, ad sepes et ripas in Croatia et Slavonia ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1970 in sylvaticis, pratis sepibusque circa Zara, Vrlika, nec non in montibus Velebit, Svilaja, Radigne et Biokovo. Rchb. fl. g. 3453. Mj.-Oct. . . . . **L. pratensis L.**

Cirrhis divisis; stipulis semisagittatis hastatisve; calycis dente inferiore ovarium aequante, reliquis illo brevioribus; seminibus mucronatis. — Praecendente, cujus varietas habetur, multo major. L. In dumetis totius ditionis florae nastrae cum priori. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3454. Mj.-Oct. . . . **L. sepium Scop.**

Observ. var. β. stipulis maximis; foliaceis; calycis dentibus subaequalibus, nec duobus superioribus incurvis, est: L. Hallersteinii Baumg. occurritque cum priori in dumetis et sylvis frondosis humilioribus nec non in paliseciis ad Toplikam et Ludbreg.

19 Foliis nonnisi unijugis 20

Foliis 2—3-jugis, pedunculis folio longioribus; stipularum auricula acuminata; leguminibus lineari-oblongis rectis glabris; seminibus laevibus, hilo quartam partem seminis cingente. — Caules alati; petioli apteri anguste marginati; flores caerulei. ♃. In pratis paludosis in comitatu Syrmiensi, circa Karlovic. (Kanitz.) (O. palustris Rchb.) Rchb. fl. g. 3472. In.-Ag. . **L. palustris L.**

20 Caulibus petiolisque lato-alatis; leguminibus oblongo-linearibus glabris, seminibus tuberculato-rugulosis, hilo vix tertiam seminis partem cingente. — Caules scandentes longissimi; folia oblongo-ovata, 5-nervia retusa; stipulae semisagittatae; flores magni ampli et speciosi; corollae vexillum subreniforme suturate roseum, alis conniventibus concavis, carina compressa pullida obtusa. ♃. In dumetis, sepibus sylvisque frondosis montanis circa Toplikam, Ludbreg, Crisium, Zagrabiam, Samobor et Flumen alibique in Croatia haud rarus. Syll. fl. cr. — Circa Vukovar et Semlin (Kan.) — Vis. fl. dalm. 1972 v. γ. in dumetis et ad sepes totius Dalmatiae cum sequenti, cujus varietas esse dicitur. — Rchb. fl. g. 3458. In.-Ag. . . . . **L. latifolius L.**

Caulibus lato, petiolis anguste alatis; leguminibus oblongo-linearibus glabris; seminibus rugulosis, hilo dimidium semen cigente. — Caules scandentes pubescentes; foliola longissima ensiformia aut lanceolata acuminata nervosa; stipulae bipartitae

laciniis inaequalibus; corollae vexillum pallide roseum venis saturatioribus pictum emarginatum, alis conniventibus, carina pallida obtusa. ♃. In sylvis dumetisque et ad sepes totius Croatiae et Slavoniae praesertim montanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1972 in dumetis et ad sepes totius Dalmatiae frequens. — Rchb. fl. g. 3456. In.-Il. . . . . **L. sylvestriis L.**

Observ. var. α. foliolis lanceolatis latitudine sua multo longioribus, est: L. intermedius Wallr.

Var. β. foliolis anguste linearibus acuminatis; ensiformibus, bipollicaribus, latitudine sua multo longioribus, est: L. ensifolius Badarro. — Rchb. fl. g. 3457. — Utraque forma occurrit promiscue cum specie genuina.

Gen. 32. **Orobus. L. Grašac ili Orešac.**

Calyx cyathiformis 5-fidus lacimiis acuminatis, duabus superioribus brevissimis distantibus; stylus teretiusculus, superne canaliculatus; stigma villosum. — Folia abtrupte pinnata, petiolus communis mucrone herbaceo terminatus. (Praeter defectum cirrchorum genus Orobus a Lathyro non differt.) Koch syn. pl. pag. 224; Rchb fl. g. pag. 536, gen. 677.

1 Caule angulato aut subtereti, aptero 2

Caule evidenter alato erecto; foliis 2—4-jugis, foliolis lanceolato-oblongis linearibusve subtus glabris opacis; stylo lineari; rhizomate repente ad articulos tuberoso. — Radix per intervalla in tuber longum incrassata; stipulae semisagittatae ad basin dentatae; racemi 5—6-flori; calycis purpurascentis dentes ciliati; corolla saturate purpurea, vexillum latum obcordatum, alae obovatae, carina dipetala. ♃. In sylvis planitierum et montium totius Croatiae. Syl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1976 in sylvaticis montium Svilaja et Crkvice in Krivoscie. (L. montanus Bernh.; L. macrorrhizus Wimm.) Rchb. fl. g. 3467. Apr.-Mj. **O. tuberosus L.**

Observ. var. α. foliolis lanceolatis, semiunciam latis mucronatis; stipulis basi integerrimis; caule prostrato, est: O. prostratus Host.

Var. β. foliolis linearibus angustissimis vix dimidiam lineam latis, brevibus, est: L. tenuifolius Rchb. (L. linifolius Reichard.) Utraque forma occurrit promiscue cum specie genuina hinc inde.

2 Foliis nonnisi 1—3-jugis; foliolis ovatis acuminatis, aut cuneato-obovatis retusis, aut lanceolatis linearibusve 3

Foliis 4—6-jugis; foliolis ellipticis, ovalibusve glaucis nitidisque 11

3 Caulibus decumbentibus, ramis angulatis, foliolis mucronatis inferiorum cuneato-obovatis retusis, superiorum linearibus; stipulis hastatis integris incisisve; pedunculis unifloris articulatis; leguminis oblongo-linearis rostro subrecurvi obsolete venuloso, sutura seminifera tenuissime carinata seminibus laevibus subrotundis. — Flores ochroleuci albive vexillo extus purpureo-striato. ☉. Vis. fl. dalm. 1973 in herbidis saxosis circa Sebenico, Ragusa et in insula Lesina. (L. saxatilis et L. aristatus Vis.; L. ciliatus Gusson.) Mj.-In. . . . . **O. saxatilis Vent.**
Caulibus erectis vel adscendentibus; floribus racemosis; radice perenni 4
4 Foliolis lineari-lanceolatis linearibusve; floribus albis lacteisve, rarius ochroleucis aut roseis; radise tuberosa 5
Foliis ovatis ovalibusve aut ovato-lanceolatis ciliolatis infra nitidis; radice fibrosa 8
5 Tuberibus radicis oblongis in crassatis; floribus albis luteisve . 6
Tuteribus radicis fusiformibus elongatis aut radice ramosa; floribus variegatis rarius ochroleucis albidisve rubore suffusis . . 7
6 Tuberibus radicis fasciculatis; caule glabro simplici; foliolis cuspidatis nervosis; petiolo aristato; stipulis semisagittatis integris. — Tubera sesquipollicaria crassa, cauda tenui; flores omnino albi; stylus angustus. ♃. In pratis montanis locisque asperis circa Zagrabiam ad St. Simon; in monte Klek, in pascuis Vrebačka staza in provincia Likana. Syll. fl. cr. — In nemoribus circa Gergetek et Kalna-voda nec non circa Semlin. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1974 in pascuis montanis locisque saxosis montium Svilaja, Prolog, Radigne et Mossor. (O. austriacus Crtz; O. pannonicus Jacq.; O. asphodeloides Gou.) Rchb. fl. g. 3468. Mj.-In. . . . . **O. albus L. fil.**
Radicis ramosae tuberibus longissimis nigris; caule acutangulo foliisque concoloribus rigidulis; stipulis semisagittatis medio subdentatis; stylo angustissimo. — Tubera 6—8-pollicaria, 3—4-lineas crassa; corollae lacteae majoresquam praecendentis. ♃. In pratis dumetisque montanis ad Lešče prope Otočac, ad Perušić, Gospić, Ternovec et alibi in Croatia australi nec non in Dalmatia cum priori cujus varietas esse censetur. — Rchb. fl. g. 3479. Mj.-In. . . . . **O. lacteus M. B.**
7 Radicis tuberibus fusiformibus elongatis testaceis; caule superne alato; foliolis inferiorum lanceolatis, superiorum linearibus con-

coloribus laxis; stipulis semisagittatis medio subdentatis; stylo angustissimo. — Flores versicolores, vexillum nempe roseum, alae cum carina pallide luteolae. ♃. In pascuis dumetisque montanis circa Jelenje et Čavle prope Flumen. — Rchb. fl. g. 4470. (O. varius Sav.; O. angustifoluis L.) Ap.-Mj. **O. versicolor Gm.**

Radice tenui ramosa; caule tetraquetro; foliolis anguste-lanceolato-linearibus concoloribus stipulisque semisagittato-linearibus cuspidatis puberulis; stylo late spathulato. — Corolla rosea, alae carinaque caerulescentes. ♃. In monte Merzin prope Korenica et in pascuis saxosis alpis Pliešivica ad Korenicam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3471. In.-Il. . . . . . . **O. alpestris WK.**

8 Floribus ochroleucis luteisve 9

Floribus purpureis, violaceis aut caeruleis, rarius albidis; caule angulato; foliis 2—3-jugis 10

9 Foliolis 2—3-jugis ovatis acuminatis venoso-reticulatis; stipulis minimis semisagittatis basi dentatis; pedunculis brevibus axillaribus 4—5-floris; dentibus calycinis subaequalibus lanceolato-subulatis patenti-recurvatis; leguminibus linearibus glabris. — Flores dilute flavi. ♃. In sylvis montanis in subalpinas alpesque ipsas adscendens circa Kalnik, Crisium, St. Helenam, Zagrabiam, in monte Klek et alibi in Croatia australi. Occurrit in sylva Čret pone castellum Lovrečina varietas floribus pallidissimis albescentibus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3464. (Vicia oroboides Wulf.; O. Clusii Spr.) Mj.-Il. . . . . . . **O. vicioides DC.**

Foliolis subquadrijugis oblongo-ovatis mucronatis margine scabris subtus pallescentibus; stipulis semisagittatis subdentatis; racemis multifloris axillaribus; dentibus calycinis abbreviatis. — Pedunculi elongati laxe racemosi; flores magni ochroleuci post anthesim testacei; legumen compressum glabrum. ♃. In sylvis montanis circa Delnice, Verbovsko et Čabar; in monte calcareo arci vetustae Merzin opposito non procul Korenica, nec non in ipsa alpe Pliešovica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3465. Mj.-Il. **O. laevigatus WK.**

10 Foliolis lato-ovatis acuminatis basi oblique rotundatis ciliatis subtus nitidis; pedunculis axillaribus incurvis multifloris folium subæquantibus; leguminibus junioribus glanduloso-scabris. — Habitus O. verni L., caulis tamen durior, simplex, foliola evidentius nervosa et reticulata; flores minores versicolores, alis carinaque roseis substriatis vexillo autem purpureo lineis suturate purpureis

picto; racemi densiflori; dentes calycini inferiores tubum suum æquantes; stylus linearis. ♃. In sylvis montanis circa Ludbreg, Koproncam, Kalnik, Crisium, Zagrabiam, Novimarof alibique in regionibus sylvaticis submontanis montanisque. .Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1977 in sylvaticis umbrosis circa Zara, Trau, Konjsko, Castelnuovo, Ragusa nec non in montibus Velebit, Svilaja et in insula Arbe. — (O. venetus Mill.; O. multiflorus et vernus Sieb.; O. rigidus Lang., O. serotinus Presl. Lath. variegatus Vis.) Rchb. fl. g. 3463. Mj.-Il. . . **O. variegatus Ten.**

Foliolis ovatis, oblongo ovatis lanceolatisve longe acuminatis ciliatis subtus nitidis; pedunculis axillaribus rectis subquadrifloris folium subæquantibus; leguminibus glabris. — Flores laetissime purpurei, mox azureo-micantes, denique e caeruleo virentes sed concolores nec unquam striato-variegati; semina ochroleuca lævia purpureo-punctata. — Variat interdum floribus albis. ♃. In sylvis planitierum montiumque in ipsas alpes adscedens in Croatia et Slavonia haud rarus. — Rchb. fl. g. 3461. Ap.-Mj. **O. vernus L.**

Observ. var. β. folioliis lineari-lanceolatis flaccis, 2—3-pollices longis, 5—6-lineas latis, stipulisque magnis, est: O. flaccidus Kit. occurritque in sylvis umbrosis montium altiorum Croatiae. (Sadl.) Syll. fl. cr. per nos attamen non est lectus.

11 Floribus ochroleucis, demum flavis 12

Floribus purpureo-violaceis; caulibus angulatis ramosis; foliis multijugis; foliolis ovalibus obtusis mucronulatis subtus glaucis opacis; petiolis anguste alatis; stipulis lineari-cuspidatis, inferioribus auriculato-sagittatis; racemis densifloris; dentibus calycinis omnibus tubo suo duplo brevioribus; stylo lineari e medio ad apicem usque barbato; radice ramosa. — Caulis 2—3-pedalis, siccando nigrescens. ♃. In sylvis planitierum montiumque humiliorum Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1978 in sylvis umbrosis ad Belafusa prope Zara et in monte Visosnica prope Sinj. — (Lath. niger Wimm.; Lath. viciaeformis Wallr.) Rchb. fl. g. 3474. In.-Il. . . . . . **O. niger L.**

Observ. var. β. foliolis duriusculis coriaceis siccando non nigrescentibus nec reticulatis; stipulis omnibus semisagittatis seminibusque breve cylindricis, est: O. tristis Lang. occurritque cum priori in sylvis ad pedem montis Ivanšċica prope Liepoglava et Ivanec.

12 Foliolis oblongo-ovatis vel ovato-lanceolatis mucronatis 13
Foliolis ellipticis acutiusculis subtus glaucis opacis; staminibus monadelphis; stylo lineari apice barbato; rhizomate horizontali, fibris filiformibus, hornotinis simplicibus, serioribus fibrillosis; leguminibus longis, glabris; hilo quartam seminis partem cingente. Flores maximi pallide lutei, demum flavi; folia ultra pollicaria. ♃. In sylvis montanis circa Verbovsko et Delnice nec non in illis montis Klek et Merzin. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1975 in sylvis montanis Dalmatiae. (O. montanus Scop.; Lath. luteus Peterm.) Rchb. fl. g. 3476. Mj.-In. . **O. luteus L.**

13 Foliolis oblongo-ovatis ad oras scabris subtus pallescentibus, 3—4-jugis. Vide 9.
Foliolis ovato-lanceolatis sub-10-jugis cauleque adscendente ramoso tereti sulcato villosis; stipulis semisagittatis. — Folia fere Viciæ sylvaticae L.; flores magni, inprimis elongati ochroleuci. ♃. In sylvis alpium, veluti in alpe Plieŝivica ubi inter Pinum Pumilionem nec non in ipso monte Merzin. (Kit. it cr. I.) — Rchb. fl. g. 3477. In.-Il. . . . . **O. ochroleucus WK.**

Trib. III. Phaseoleae. *Bon. diss. p. 133. Legumen uniloculare vel septis laxe cellulosis inter semina transversim divisum. Cotyledones crassae per germinationem immutatae vel in folia crassa conversae. Folia impari-pinnata, primordialia opposita. Koch syn. pl. p. 226*

Gen. 33. **Phaseolus L. Grah ili Pasulj.**

Calyx bilabiatus, labio superiore 5, inferiore 3-dentato; corollae carina cum genitalibus spiraliter contorta; stylus barbatus; ovarium basi vaginula cinctum; legumen bivalve. — Folia unijuga cum impari. — Koch syn. pt. p. 226; Rchb. fl. g. p. 538. gen. 678.

1 Caule volubili; foliolis ovatis acuminatis 2
Caule erecto, stricto; foliolis ovatis acuminatis; racemis solitariis folio brevioribus, pedicellis geminatis; bracteolis calyce latioribus; leguminibus brevibus, ramulis summis unifoliis. — Humilis, 1—2-palmaris; flores e viridi albescentes. ☉. Colitur in hortis Rchb. fl. g. 3489. In.-Oct. . . . . **Ph. nanus L.**

2 Racemis pedunculatis folio brevioribus; leguminibus rectiusculis, ensiformibus, e sutura superiori rostratis. — Flores albi. ○. Colitur. Rchb. fl. g. 3480. . . . . **Ph. vulgaris L.**
Racemis pedunculatis folio longioribus; leguminibus subfalcatis, scabris, torulosis 3

3. Foliolis ovatis acuminatis; pedicellis geminatis; brateolis lanceolatis calyce angustioribus. — Semina maxima persicina circa hilum densius nigro adspersa. ○. Colitur. Rchb. fl. g. 3481.
P. multiforus Lam.

Foliolis ovato-rhombeis acuminatis; calycis dentibus subaequalibus; vexillis carinaque spiraliter contortis. — Flores ampli odorati lilacini armeniacove colore mixti. (Maly enum. pl. pag. 401. gen. 191.) Colitur. Mj. — Itg. . . . . **Ph. Caracalla L.**

Trib. IV. Hedysareae DC. *prodr. 2. p. 507. Legumen (lomentum) in loculos articulosve transversim divisum et saepe in articulos dissiliens. Cotyledones planiusculae per germinationem in folia stomatibus praedita conversae. Koch. syn. pl. p. 207.*

Subtrib. I. Coronilleae DC. *pr. 2, p. 38. Flores fasciculato-umbellati.*

Gen. 34. Scórpiurus L.

Calyx campanulatus 5-dentatus, dentibus 2 superioribus ultra medium connatis subbilabiatus; carina acuminato-rostrata; stamina diadelpha filamentis alternis apice in patellulam dilatatis; lomentum elongatum circinato-revolutum longitudinaliter sulcatum articulis 3—6-monospermis. Koch syn. p. 207; Vis. fl. dalm. III. p. 311. g. 649; Rchb. fl. g. pag. 541, g. 684;

Foliis simplicibus, obovato-lanceolatis acutis 3-nerviis; pedunculis 2—3-floris; — Flores lutei; lomenta glabra costis exterioribus dense aculeatis, interioribus inermibus. ⊙. Vis. fl. dalm. 1096 ad vias et margines agrorum in apricis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Budua, Ragusa nec non in insulis Onie, Veglia, Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 3498. (Capnoides hispida Riv.) Mj.-In. . . . . **Sc. subvillosa L.**

Observ. var. β. fructibus spinosis, spinis glabris, est: Sc: muricata Host occurritque in vineis circa Ragusa.

Gen. 35. Coronilla L. Grašar.

Calyx breviter campanulatus, 5-dentatus, dentibus 2 superioribus ultra medium connatis subbilabiatus; carina acuminata — rostrata vexillum alis vix longius; stamina diadelpha filamentis alternis apice dilatatis; lomentum teres contracto-articulatum rectum, articulis monospermis, rarius arcuatum, tetragonom aut tetrapterum. — Koch. syn. pl. p. 208; Vis. fl. dalm. III. p. 311, g. 650; Rchb. fl. g. pag. 541. g. 686.

1 Petallorum ungues calycem subaequantes; lomentum in articulos facile secedens tetragonum vel tetrapterum 2

Petallorum ungues calyce triplo longiores; lomentum subteres, striatum, in articulos vix secedens; caulibus erectis, ramis angulatis; stipulis exiguis lanceolatis liberis; foliolis trijugis obovatis pedunculis 3—6-floris. — Fruticulus 2—3-pedalis floribus luteis vexillo rubro-striato, lomentis 2 — 3-pollicaribus. ♄. In dumetis sylvisque montanis circa Samobor, Delnice, Jelenje nec non in monte Merzin et Klek. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1907 in dumetis, ad sepes et in collibus totius Dalmatiae. (Emerus major. Mill.) Rchb. fl. g. 3509. Ap.-Mj. . . . . **C. Emerus L.**

2 Floribus flavis 3

Floribus purpurascentibus albidisve 8

3 Foliis 2 — 3 — 6-jugis cum impari 4

Foliis nonnisi unijugis cum impari (foliis ternatis); foliolis elliptico-subrotundis impari maximo, lateralibus stipuliformibus, infimis unifoliatis; pedunculis 1 — 4-floris, pedicellis tubo calycis subbrevioribus; lomentis (leguminibus) tetragonis. — Herbacea, diffusa, stipulis scariosis in unicam ovatam bifidam connatis, foliis sessilibus. ☉. In vineis et arvis, inter segetes in litt. cr. circa Kukuljanovo, Bukariza, Grišane et Novi nec non ad Segniam, Karlobago et in provincia Likana ad Sv. Rok. — Vis. fl. dalm. 1914 in saxosis apricis nec non in agris et cultis totius Dalmatiae. (Ornithopus scorpioides L. Arthrolobium scorpioides DC.) Rchb. fl. g. 3497. Mj.-In. . **C. scorpioides Koch.**

4 Stipulis omnibus aut saltem inferioribus in unicam ovatam connatis, scariosis 5

Stipulis magnis foliaceis omnibus liberis reniformi-orbiculatis deciduis; foliolis 3 — 4-jugis obovatis retusis; pedunculis 6 — 12-floris; leguminibus compresso-tetragonis. — Suffruticosa diffusa, ramis striatis. ♃. Vis. fl. dalm. 1908 in saxosis insulae Ossero, Lesina et Lissa. (C. valentina L. C. glauca Vis.) Rchb. fl. g. 3506. In.-Il. . . . . **C. stipularis Lam.**

5 Foliolis 4 — 6-jugis cum impari 6

Foliolis nonnisi 2 — 3-jugisve cum impari lineari-oblongis obtusis mucronatis; pedunculis 6 — 9-floris; lomentis compresso-tetragonis. — Suffruticosa ramis striatis. ♃. Vis. fl. dalm. 1909 in rupestribus scopularum circa insulam Curzola. In.-Il. **C. juncea L**

6 Caule suffruticoso, basi lignescente, stipulis omnibus connatis . 7
Caule herbaceo, erecto, ramis teretibus; stipulis scariosis oblongis, superioribus liberis, inferioribus in unicam emarginatam connatis; foliis sessilibus; foliolis 5 — 6-jugis obovatis mucronatis; pedunculis multifloris, pedicellis tubo calycis triplo longioribus; lomentis compresso-tetragonis. — Ultra pedalis, radix repens. ♃. In montosis calcareis circa Zagrabia ad Sv. Simon et Podsused; in monte Klek et Merzin nec non in Vilena draga prope Zavalje. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1911 in pascuis subalpinis ad Paklenicam in montibus Velebit. (C. montana Scop). Rchb. fl. g. 3504. In.-Il. . . . . **C. coronata L.**

7 Foliolis septenis obovato-truncatis; stipulis lanceolatis. — Fruticulosa, habitu ad praecendentem accedit sed est illa multo gracilior. ♃. In rupestribus apricis litt. Dalmatici. (Maly enum, pl. p. 360, g. 834, n. C. — Rchb. fl. g. 3505. — In.-Il. **C. glauca L.**
Foliolis 9 — 10-floris; pedicellis tubum calycis subaequantibus; leguminibus tetrapteris, — Fruticulosa, prostrata tota glauca; ramis striatis; stipulis ventricosis exciso-tricuspidatis. ♃. In lapidosis sylvaticis montium circa Žuta-Lokva, in monte Vratnik et Merzin, in alpe Plieśivica. Syll. fl. cr, — Vis. fl. dalm. 1910 in pascuis subalpinis ad Paklenicam in montibus Velebit. (C. minima Jacq. sed non Linn.; C. montana Schrk, non Riv. nec Scop.) Rchb. fl. g. 3502. In.-Il. . . . . . **C. vaginalis Lam.**

8 Foliolis 9 — 15-denis obovatis cuneatisve retusis mucronulatis; pedunculis multifloris, pedicellis tubo calycis duplo longioribus lomentis compresso-tetragonis. — Herbacea, procumbens, stipulis lanceolatis herbaceis liberis; corollae majusculae vexillo roseo, carina alisque albis, illa apice atropurpurea; lomenta juniora pendula, demum erecta, sutura superiori sulco divisa. — ♃. In collibus apricis, in campis pratisque siccis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1912 in agris collibusque circa Zara, Sebenico, Trau, Salona Clissa, Ragusa et Cattaro. (C. parviflora Mnch). Rchb. fl. g. 3508. In.-Ag. . . . . **C. varia L.**
Foliolis 9 — 12-nis cuneatis retusis mucronulatis; pedunculis nonnisi 3 — 7-floris; pedicellis tubum calycis subaequantibus; lomentis tetragonis. — Herbacea, diffusa, stipulis lanceolatis liberis; floribus parvulis albidis vexillo purpureo-striato, carina atro-

purpurea. — ♃. In herbidis, ad vias in litt. cr. circa Flumen, Crkvenica, Segniam, Sv. Juraj et Karlobaga. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1913 in herbidis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Clissa, Ragusa et in insulis Brazza et Lesina. (C. parviflora Sibth.) Rchb. fl. g. 3507. Mj.-In. . . . . . **C cretica L.**

Gen. 36. **Ornithopus L. Tić-noga ili Ptičostopa.**

Calyx tuboloso-campanulatus bracteatus, 5-dentatus dentibus superioribus ad medium connatis; corollae carina acuminato — rostrata; stamina diadelpha filamentis alternis apice dilatatis; lomentum longum lineare rostratum complanatum contracto-articulatum, articulis demum secedentibus monospermis. Koch. syn. pl. p. 209; Vis. fl. dalm. III. p. 314. g. 642, Rchb. fl. g. p. 540, gen. 682.

Lomentis subsolitariis spiraliter incurvis sutura utraque continua, rostro longe attenuato. - Villoso-pubescens, foliolis inferioribus in petiolo utrinque stipulatis, superioribus exstipulatis sessilibus foliolis ovalibus oblongisve multijugis; umbellis ramulorum sessilibus, corollis parvis luteis. ⊙. L. Vis. fl. dalm. 1916 in arenosis herbidis insulae Lacroma prope Ragusa. — Rchb. fl. g. 3495. Ap.-In. . . . . **O. compressus L.**

Lamentis 3—4-nis curvatis, articulis subæqualibus utrinque angustatis. — Tenera pubescens e basi diffusa, corolla parvula calycem vix duplum longa; carina luteola, vexillum roseum, alæ albæ; pedunculis folio longioribus; calycis dentibus ovatis subtriplo brevioribus, rostro articulum lonemti æquante. ⊙. In agris arenosis circa Sv. Helena, Paukovec et Osekovo in Moslavina. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3393. Mj.-Il. **O. perpusillus L.**

Obs. var. β. corolla calycem plus triplum longa; lomentis subbinis tenuirostribus rectiusculis, est: O intermedius Roth occurritque cum priori in agris arenosis circa Osekovo in Moslavina. Rchb. fl. g. 3494. (O. sativus Brot; O. roseus Duf).

Gen. 37. **Hippocrepis L. Podkovka.**

Calyx brevis, campanulatus 5-fidus dentibus superioribus ad medium connatis; carina acuminato-rostrata; stamina diadelpha filamentis alternis apice dilatatis; lomentum longum complanatum articulatum, sutura superiori sinuato-excisum, articulis demum secedentibus monospermis. — Flores omnibus flavi. — Koch. syn. pl. p. 210; Vis. fl. dalm. III. p. 314, gen. 653; Host. fl. aust. II. p. 348; Rchb. fl. g. p. 540, gen. 681.

1 Radice annua; sinibus lomenti profundis subclausis, seminibus subannullaribus 2

Radice perenni; lomenti sinibus late apertis: seminibus arcuatis; foliolis oblongis; pedunculis umbelliferis folio longioribus. Caulibus basi suffruticulosis, floribus flavis. ♃. In saxosis herbidis montis Merzin et Klek nec non in montibus circa Severin et Plemenitaš. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1917 in apricis saxosis locisque siccis circa Zara, Spalato, Vergoraz, Ragusa et in insula Brazza. Rchb. fl. g. 3492. Mj.-In. **H. comosa L.**

Obsrv. var. β. pilis adpressis subcanescens, foliolis oblongo-linearibus lomentisque undique scabris, est: H. glauca Ten. occurritque in apricis montis Mossor in Dalmatia.

2 Floribus lomentisque solitariis geminisve sessilibus foliolis cuneato-obovatis retusis emarginatisve: 3

Floribus lomentisque 4—6 in pedunculo confertis; foliolis lineari-oblongis aut spathulatis linearibus retusis emarginatisve . . 4

3 Floribus solitariis sessilibus lomentis arcuato-nervosis, horizontalibus. — Caules herbacei; flores flavi. ○. In apricis rupestribus litt. cr. circa Segniam, Sv. Juraj et Karlobago. — Vis. fl. dalm. 1918 in apricis saxosis circa Zara, Sebenico, Spalato, Macarsca Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3488. Mj.-In. **H. unisiliqua L.**

Floribus axillaribus geminis; lomentis divaricatis rectis glabris, lobis utrinque rotundatis medio subemarginatis. — Lomentum latiusculum pollicare, interstitia transverse striata. ○. Cum priori, cujus nil nisi varietas est, circa Trau et Sebenico (Bluff) Rchb. fl. g. 3489. Mj.-In. . . . . **H. biflora Spr.**

4 Lomentis pedunculo longioribus subfalcatis, ciliatis sub excissuris fimbrillosis; foliolis lineari-oblongis. — Gracilis, caules herbacei; foliola retusa aut emarginata; pedunculi foliis subæquilongi; lomenta ad semina striato-nervosa hispidaque; flores flavi. ⊙.

Vis. fl. dalm. 1919 in apricis saxosis circa Spalato et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 3490. Mj.-In. . . . . . **H. ciliata W.**

Lomentis in pedunculo confertis, arcuatis glabris; foliolis spathulato-linearibus. — Caules basi suffruticosi erecti; flores flavi. ⊙. In apricis rupestribus litt. cr.; circa Segniam, Kriviput et Merzlidol in litt. cr.; circa Sebenico in Dalmatia. — (Maly enum. pl. p. 361, g. 836, n. 3.) Rchb. fl. g. 3491. Mj.-In.

H. multisiliqua L.

Gen. 38. **Securigera DC.**

Calyx brevis, companulatus 5-dentatus, dentibus 2-superioribus ultra medium connatis bilabiatus; carina acuminata rostrata; stamina diadelpha filamentis alternis apice dilatatis; lomentum elongatum, compressum, margine utroque prominulum inter semina isthmis notatum, in articulos non secedens. — Koch syn. pl. p. 210; Vis. fl. Dalm. III. p. 314. g. 651; Rchb. fl. g. p. 685. gen. 685.

Herbacea glauca pedalis et ultra foliolis obovatis truncatis mucronatis retusisve 4—8-jugis cum impari; floribus fasciculato-umbellatis luteis; lomento 2-pollicari longe rostrato, plano. — Diffusa; stipulae liberae; folia petiolata; florum umbellae 3—10-florae. ○. In agris litt. cr. circa Flumen, Plaško, Bukari, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1915 inter segetes Dalmatiae. (Bonaveria Securidaca Scop.; Coron. Securidaca L.; Secur. lutea Mill.) Rchb. fl. g. 3501. In.-Il. **S. Coronilla DC.**

Subtr. II. Euhedysareae DC. *prodr. II. p. 313. Flores racemosi; lomenta compressa.*

Gen. 39. **Hedysarum L. Sladkovina.**

Calyx 5-fidus laciniis subaequalibus; corollae carina oblique truncata; stamina diadelpha filamentis apice infractis; lomentum moniliforme in articulos orbiculatos monospermos secedens. — Koch syn. pl. p. 210; Vis. fl. dalm. III. p. 315, gen. 654; Rchb. fl. g. p. 543, gen. 688.

Caule decumbente, effuso, ramoso, sulcato setis albis rigidis tecto suffruticoso; foliorum inferiorum foliolis obovatis emarginatis, superiorum oblongis, obtusis; pedunculis folio longioribus. — Flores racemoso-capitati, rosei vexillo striato carinam æquante; lomenta cano-pubescentia, hamoso-aculeata. ⊙. Vis. fl. dalm. 1920 in saxis apricis insulae Lesina. (H. variegatum Portenschl.;

H. glomeratum Dietr.; H. decumbens Dennst.; H. corsicum Balb.) — Rchb. fl. g. 3519. Mj.-In. . . . **H. capitatum Desf.**

Gen. 40. Onobrychis Tourn. Grahorka.

Calyy 5-fidus laciniis subaequalibus; corollae alis brevissimis; carina oblique truncata; stamina diadelpha filamentis apice infractis; lomentum uniarticulatum monospermum indehiscens, lacunoso-reticulatum margine seminifero crassiore, recto, exteriore tenuiore curvato, cristato, saepe dentato, spinoso vel lobato. — Koch syn. pl. p. 211; Vis. fl. dalm. III. p. 316. gen. 655. Rchb. fl. g p. 542, gen. 687.

1 Radice annua; caule diffuso; floribus rubro- sanguineis aut purpurascentibus 2

Radice perenni; caule adscendente; floribus roseis albisve . . 3

2 Foliolis lineari-aut cuneato-oblongis, subtus sericeis; calycis dentibus lineari-lanceolatis pilosis; floribus rubro-sanguineis; lomentis pubescentibus, disco crasso-reticulato, profunde foveolato spinoso, marginis crista foliacea in lacinias triangulares indivisas partita. — Caules decumbentes striati, setulis exasperati; stipulae 2 parvae membranaceae, in pedunculo communi flores 4—5 in umbellulam congesti; bracteae solitariae; calyx membranaceus; corollae vexillum carneum, alae albicantes, rarius carneae, carina alba cum acumine fusco. ⊙. Vis. fl. dalm. 1923 in collibus agrisque circa Sebenico, Trau, Spalato, Clissa, Ragusa et in insula Lesina. (O. æquidentata Desv.; O. cretica L.; Hedysarnm æquidentatum Sibth.) Rchb. fl. g. 3510. Mj.-In. **O. foveolata DC.**

Foliolis oblongo-aut cuneato-linearibus; calycis dentibus subulatis pilosis; floribus purpurascentibus; lomenti puberuli disco crasso reticulato foveolato, subulato-spinoso, margine in spinas lanceolato-subulatas indivisas partito, spinis ipsis hamosis. — Cauliculi erecti vel adscendentes, spithamaei; stipulae membranaceae acuminatae; pedunculi elongati, tetragoni; calycis laciniae lineari-subulatae pilosae; corollae roseae vix exsertae vexillum obovatum, lineis saturatioribus variegatum, alæ lanceolatæ, carina dipetala. ○. Vis. fl. dalm. 1924 in locis apricis, agris collibusque circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Ragusa et Sutorina. — (O. cretica Alsch.; Hed. Caput galli L.) — Rchb. fl. g. 3511. Mj.-In. **O. Caput galli Lam**

3 Foliolis linearibus oblongisve; calycis dentibus subulatis glabrius-

culis; lomentis pubescentibus disco crasso reticulato margineque spinoso dentatis, dentibus crista lomenti dimidio brevioribu; areolis disci mediis majoribus. — Radix ramosa multiceps; caules teretes; flores rosei rarius laete persicini; lomentum ultra semicirculare; foveae tres in serie prima, 6 in serie secunda; stipulæ brevissimæ. ♃. In collibus pratisque montanis solo calcareo, olim culta et modo hinc inde spontanea facta, veluti circa Toplikam, Ludbreg, Crisium, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1921 in collibus apricis locisque siccis circa Zara, in Ogorje et Verlika. — (Hedys. Onobrychis L.) Rchb. fl. g. 3316. Mj.-Il. . . . . **O. sativa Lam.**

Foliolis linearibus subtus sericeis; calycis dentibus subulatis, villosis; floribus albis vel vexillo roseo striato; lomentis pubescentibus, disco crasso reticulato margineque spinoso dentatis, dentibus subulatis crista lomenti multo longioribus, areolis disci subæqualibus. — Caules decumbentes sulcati; stipulae lanceolatæ; pedunculi erecti, elongati, floribus racemosis; bractae 2 minutae, setaceae insertae ad apicem pedicelli, et unica ad basin ejusdem lanceolata, acuminata ciliata; corollae albae vexillum lineis rubellis variegatum; lomentum compressum. ♃. Vis. fl. dalm. 1922 in saxosis cacuminibus montis Šaba aliorumque supra Narenta et in monte Sella. (Hedys. album WK. – Rchb. fl. g. 3513. In.-Il. . . . . **O. alba Desv.**

Fam. II. Caesalpineae R. Br. Saponovice.

Flores hemaphroditi aut unisexuales irregulares; calyx 5-dentatus vel bilabiatus deciduus vel marcescens; corolla papilionacea vel subrosacea, imo calyci inserta 5-petala, rarius nulla, petala libera, perigyna; stamina inaequalia cum petalis inserta, libera; ovarium liberum placenta unilaterali; semina exalbuminosa; embryo rectus. Koch syn. pl. p. 226. Frutices non raro arborescentes foliis alternis stipulatis.

Gen. 41. Anagyris Tourn. Smerduća Jasika.

Calyx campanulatus acute 5-dentatus subbilabiatus; corolla 5-petala, carinae petalis alis vexilloque longioribus; legumen oblongo-lineare attenuato-stipitatum, bivalve, intus isthmis subirregulariter subinteruptum. Vis. fl. dalm. III p. 544. gen. 689. —

Foliolis ovali-lanceolatis acutis; leguminibus acuminato-rostratis. — Frutex arbarescens foliis 2—3-jugis aegrefœtentibus; corol-

lis e viridi-lutescentibus, vexillo utrinque fusco-maculato. ♄. Vis. fl. dalm. 1759 in apricis prope Trau, in insula Bua. — Rchb. fl. g. 3522. Febr. . . . . **A. foetida L.**

Gen. 42. **Cercis L. Indić.**

Calyx oblique urceolatus obtuse 5-lobus subbilabiatus basi gibbus; corolla 5-petala, carinae petalis alis vexilloque longioribus; legumen oblongum, bivalve, continuum sutura seminifera alatum. Koch syn. pl. p. 227, Vis. fl. dalm. III. p. 260, g. 629; Rchb. fl. g. p. 544, g. 691.

Foliis cordato-orbiculatis obtusissimis glaberrimis. — Arbor magna foliis simplicibus integerrimis planis; flores in ramis crassioribus fasciculati, persicini; legumina elongata, lata, coriacea. ♄. Vis. fl. dalm. 1760 in lapidosis circa Ragusa praecipue ad Gravosa. — Rchb. fl. g. 3524. Ap.-Mj. . . **C. Siliquastrum L.**

Gen. 43. **Ceratonia L. Rogač.**

Flores polygami aut plane dioici apetali; perianthium calycinum 5-partitum; stamina 5 sub disci hypogyni margine inserta; stigma suborbiculatum, sessile; legumen coriaceum, carnosum, compressum, suturis crassissimis, indehiscens, septis spuriis pulposis in loculos plures monospermos divisum. — Koch syn. pl. p. 227; Vis. fl. dalm. III. p. 331, g. 609; Rchb. fl. g. p. 545, g. 690.

Arbor rigide ramosa, inermis foliolis ovalibus obtusissimis glaberrimis planis; racemi exsurgunt e ramis et trunco suntque multiflori floribus rubris. ♄. Vis. fl. dalm. 1979 in collibus locisque apricis saxosis insularum Bua, Lesina et Lissa. — Rchb. fl. g. 5323. Sept.-Oct. . . . . **C. Siliqua L.**

Fam. III. **Rosaceae Juss. Ružatice.**

Flores regulares hermaphroditi, rarissime unisexuales, aestivatione imbricati; calyx 4—5-fidus laciniis saepe duplicatis, exterioribus alterantibus; corolla regularis 4—5-petala petalis tori margini insertis; stamina 20 et ultra, libera cum petalis calyci inserta, aestivatione incurvata; ovaria plurima, libera, unilocularia, stylo laterali; semina exalbuminosa; embryo rectus radicula hilum spectante; folia alterna stipulata. Koch syn. pl. pag. 220; Rchb. fl. g. p. 588.

Trib. I. Spiraeaceae. DC. *prodr. pag. 541. Carpella plurima, 2—4-ovulata, matura capsularia, introrsum dehiscentia.*

Gen. 44. **Spiraea L. Surućica.**

Calyx limbo 5-partito aut nullo, tubo campanulato libero; corolla petalis 5 annullo calycis perigyno insertis, patentibus; stamina 20 et plura cum petalis inserta, antheris introrsis bilocularibus; carpella capsularia 2—4-sperma. Koch syn. pl. p. 230; Vis. fl. dalm. III. p. 256, g. 625; Rchb. fl. g. p. 626, g. 762

1 Foliis stipulatis, stipulis petiolo adnatis; foliis interrupte pinnatis . 2
Foliis exstipulatis, i. e. stipulis nullis 4
2 Foliolis ovatis indivisis terminali majore, 3—5-fido; corymbis paniculatis proliferis; capsulis glabris contortis 3
Foliolis oblongis pinnatifido-incisis uniformibus, lobis serrulatis glabris; floribus cymosis polygamis, proliferis; capsulis pubescentibus parallele sibi adpressis. — Caulis 1—2-pedalis et ultra; corollae albae, saepe colore rubro suffusae, non raro 6-petalae; radicis fibrae extrorsum tuberoso-incrassatae; ovaria pilosa subquindecim. ♃. In pratis, arvis et pascuis, ad vias marginesque vinearum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm, 1753 in pratis siccis et collibus apricis circa Zara, Dernis, Knin, Boraja, Sinj et in montibus Promina, Biokovo. „Paprat mali ili Ruta pasja." — Rchb. fl. g. 4028. Mj.-In. **Sp. Filipendula L**
3 Foliis subtus tomentosis, foliolis inæqualibus, impari tripartito; corymbis fastigiatis. — Radix lignescens fibris plurimis firmata; caules erecti, angulati, altissimi; foliola serrata ovata vel lanceolata, integra vel lobata; stipulae semilunares, dentatae; flores odori; calycis laciniae reflexae; capsulae a quatuor ad octo, compressae, glabrae, saepe inter se contortae. ♃. In nemoribus humidis, ad rivulos et fontes nec non in salicetis totius Croatiæ et Slavoniæ. — Rchb. fl. g. 4026. Mj.-In. . . **Sp. Ulmaria L.**
Obs. var. β. foliolis lanceolatis serratis planis subtus niveo-tomentosis, est: Sp. glauca Schulz.
Foliis concoloribus glabris et nonnisi venis puberulis, foliolis ovato-lanceolatis terminali 3—5-lobo. ♃. Cum specie priori in iisdem locis cujus cæteroquin nil nisi varietas est. — Rchb. fl. g. 4027. Mj.-Ag. . . . . **Sp. denudata Presl.**
4 Floribus hermaphroditis; caulibus fruticosis; foliis simplicibus . 5
Floribus polygamo-dioicis; caulibus herbaceis; foliis quinati-decompositis, foliolis biserratis acuminatis; florum spicis paniculatis; capsulis pendulis glabris. — Saepe hominem alta: foliola

cordato-ovata vel ovalia triplicato serrata, incisa; spicae maximae compositae; flores albi, interdum hermaphroditi. ♃. In nemorosis humidis, ad rivulos et fontes in ipsas alpes adscendens, in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1752 in sylvaticis montium Velebit. — In Slavonia circa Virovitica, Kutjevo, Jankovac, Vučin et in monte Papuk, circa Duboko et Požega nec non alibi in montanis. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4025. Mj.-Il.

Sp. Aruncus L.

5 Floribus corymbosis 6

Floribus racemosis, racemis confertim paniculatis; foliis oblongo-lanceolatis inæqualiter subduplicato-serratis glabris. — Serraturæ foliorum adpressae subaequales apicem versus subduplicatae; flores carnei pilosi. — Frutex erectus 2—3-pedalis et ultra. ♄. In nemoribus atque dumetis humidis et ad ripas in Moslavina circa Okolje, in campo Posavina circa Topolovec, Mužilovčica, Preloščica, Sviničko et alibi. Syll. fl. cr. In.-Sept. **Sp. falicifolia L.**

6 Corymbis terminalibus 7

Corymbis lateralibus 10

7 Corymbis simplicibus subhemisphaericis 8

Corymbis cymosis, compositis; staminibus petala aequantibus; foliis ovatis oblongisve obtusis inaequaliter subduplicato-serratis basi integerrimis in petiolum angustatis glaberrimis; ramulis teretibus laevibus. — Fruticulus repens demum flexuso-adscendens palmaris, vix spithamaeus; foliis pollicaribus, quibusdam minoribus integerrimis, aliis majoribus duplicato-serratis, superioribus simpliciter dentato-serratis; floribus albis. ♄. In alpinis et subalpinis Dalmatiae. (Maly enum. pl. p. 342, gen. 805, n. 8) sed ubi? — (Sp. decumbens Koch.) Rchb. fl. g. 4087. Mj.-In.

Sp. flexuosa Fisch.

8 Foliis trilobis incisis serratis; capsulae loculis inflatis. — Frutex hominem altus altiorve. — ♄. Ex America septemtrionali adlata, in hortis culta et hinc inde ad sepes et in dumetis quasi spontanea. — Rchb. fl. g. 4038. Mj.-In. . . . **Sp. opulifolia L.**

Foliis integris aut tantum apice incisis, nunquam trilobis, junioribus margine aut subtus puberulis 9

9 Foliis ovatis acutis inæqualiter subduplicato serratis basi rotundatis integerrimis utrinque glabris, junioribus margine subtusque pubescentibus; ramulis angulato-striatis; staminibus petala superantibus. — Frutex 4—5-pedalis; folia 1—2-pollicaria; flores

magni albi, corymbi demum pyramidati. ♄. In locis saxosis rupestribus litt. cr. circa Segniam; Sv. Mihalj, in monte Vratnik, ad Starigrad, Vranjak et Bačavica. Syll. fl. cr. — In rupestribus Dalmatiæ. (Maly enum. pl. p. 342, gen. 805, n. 6.) Sp. chamaedrifolia Jacq. Rchb. fl. g. 4035. In.-Il. **Sp. ulmifolia Scop.**

Foliolis obovatis oblongisve obtusis antice paucicrenatis basi in petiolum brevem attenuatis margine pubescenti-ciliatis, inferioribus integerrimis; ramulis teretibus lævibus; staminibus petala æquantibus. — Fruticulus humilis patenti-ramosus; folia juniora molle pubescentia; flores albi; calycis laciniæ reflexae. ♄. In rupibus calcareis montis Kalnik. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1750 in sylvaticis montium elatiorum Svilaja et Biokovo. (Sp. media Host; Sp. incisa Hort.) Rchb. fl. g. 4034. Mj.-In. **Sp. chamaedrifolia L.**

10 Foliis ramulorum sterilium ovato-ovalibus apice incisis, floralium obovatis integerrimis; corymbis subsessilibus effusis. — Frutex erectus ramosissimus; pedunculi glabri, nonnulli bractea lineari ciliata suffulti; calyx laciniis reflexis; capsulae pubescentes. ♄. Inter frutices in montosis Croatiæ, (Maly enum. pl. p. 342, g. 805, n. 4), sed ubi? Rchb. fl. g. 4033. Mj.-In. **Sp. oblongifolia WK.**

Foliis ovalibus acutis, ramulorum floralium autem obtusis integerrimis utrinque molle pubescentibus, subtus incano-subsericeis; corymbis pedunculatis. — Fruticulus humilis, gracilis ramosissimus ramis gracilibus patentibus; flores minuti albi, pedicelli filiformes; petala orbiculata; capsulæ pubescentes. ♄. In saxosis montium Velebit veluti in monte Slavnik, in subalpinis alpis Debelo-berdo ad Mali-Halan et in rupibus ad lacus Plitvicenses et quidem ad Milanovo-jezero. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1751 in rupestribus elatioribus in Monte-Santo (Debelo-berdo) in montibus Velebit. — Rchb. fl. g. 4032. Mj.-In. . . **Sp. cana WK.**

Trib. II. Dryadeae Koch Carpella *2 vel plurima 1-ovulata nucumetacea vel drupacea indehiscentia, receptaculo sicco vel carnoso; calyx fructifer herbaceus v. induratus. Koch syn. pl. p. 231.*

Gen. 45. **Dryas L. Osmica.**

Calyx patens 8—9-fidus planus laciniis uniserialibus; corolla 8—9-petala; stamina et pistilla plurima; carpella stylo persistente plumoso terminata. — Koch

syn. pl. pag. 232; Vis. fl. dalm. III. p. 247, g. 616; Rchb. fl. g. pag. 599, g. 754; Host fl. aust. II. p. 20.

Foliis ovato-oblongis ovalibusve crenato-serratis obtusis, basi rotundatis subcordatisve, subtus niveo-tomentosis. — Fruticulus humilis decumbens; folia margine revoluta; corolla magna alba. ♄. In pascuis in monte Santo (Debelo-berdo). Rchb. fl. g. 3881. In.-Il. . . . . **D. octopetala L.**

Gen. 46. Geum L. Turica.

Calycis laciniae biseriales exteriores 5 minores patentiores, interioribus 5 erectis; corolla 5-petala; carpella stylo persistente hirsuto vel glabro, nec unquam plumoso terminata; receptaculum siccum cylindricum. — Koch syn. pl. p. 232; Vis. fl. dalm. III. p. 248, g. 617; Rchb. fl. g. p. 597. g. 752.

Foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis, superioribus ternatis; floribus erectis; calyce demum reflexo corollam subæquante; receptaculo fructifero sessili; stylis fructus nudis. — Caulis erectus angulatus pilosus superne ramosus; foliola incisa, pilosa, impar maximum cuneiforme, flores solitarii lutei, calycis laciniae majores ovatae acuminatae hispidae. ♃. In nemoribus, dumetis et ad sepes in Croatia et Slavonia vulgure. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1726 in sylvaticis et umbrosis montium Velebit, Svilaja et ad Konjsko, nec non supra Clissa, ad Vergoraz et Macarsca. (Caryophyllata urbana Scop.; C. officinalis Mnch.) Rchb. fl. g. 3878. In.-Oct. . . . . **G. urbanum L.**

Foliis radicalibus lyrato-pinnatis, caulinis ternatis; carpellis pilosis arista biarticulata coronatis, articulo superiore villoso, inferiore basi piloso; floribus nutantibus; petalis aureo-fulvis, rarius luteis albisve lato-obovatis emarginatis longe unguiculatis sepala erecta æquantibus; carpophoro fere longitudine calycis. — Obscure virens, superne atrorubens; petala e helveolo-rubicunda venosa; stipulae incisae; indumentum superne glandulosum. ♃. In pratis subalpinis humidis, ad rivulos in ipsas alpes adscedens, veluti in montibus zagrabiensibus ad Sv. Jakob, montis Klek, Merzin nec non in alpe Plieŝivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3875. (Caryophyllata rivalis Scop.; C. aquatica Lam.) Mj.-In. **G. rivale L.**

Gen. 47. **Rubus Tourn. Malina. Kupina.**

Calyx planiusculus persistens limbo 5-fido, ebracteolato; corolla 5-petala; stamina indefinita cum petalis calyci inserta: stylus sublateralis; stigma simplex; carpella drupacea, in baccam spuriam, deciduam, supra convexam, subtus concavam connata. — Koch syn. pl. p. 233; Vis. fl. dalm. III. p. 248, gen. 618; Rchb. fl. g. p. 599, gen. 754; Host fl. aust. II. p. 28.

1 Foliis ternatis, digitatis pinnatisve 2

Foliis simplicibus, angulato-5-lobis duplicato-serratis; floribus cymoso-paniculatis. — Frutex erectus inermis glanduloso-hispidus, 3—5-pedalis; flores maximi saturate persicini; fructus (mora, bacca) mediocris, ruber. ♄. E Candia adlatus, frequenter cultus in hortis et hinc inde ad sepes et in dumetis quasi spontaneus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3884. Mj.-Ag. **R. odoratus L.**

2 Fructibus maturis rubris, rarius albido-flavescentibus 3

Fructibus maturis nigris caesiisve aut opacis. 4

3 Caule fertili erecto simplicissimo herbaceo, sterilibus prostratis flagelliformibus reptantibus; foliis illorum ternatis, horum quinatis; corymbo terminali 3—6-floro, corollis albidis. — Caulis vix pedalis aut humilior tenuis, inermis aut setaceo-aculeatus; putamen drupeolarum laeve, nec unquam foveolato-rugosum. ♃. In sylvaticis, nemorosisque montium altiorum in ipsas alpes adscendens, veluti in montibus Zagrabiensibus in Slemen; in monte Klek; in Croatia australi in sylvis subalpinis montium Velebit et in ipsa alpe Pliešivica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3951. Mj.-In. **R. saxatilis L.**

Caulibus erectis ramosis fruticosis; foliis pinnatis, superioribus ternatis; petalis ovato-cuneatis erectis; calyce patente. — Caules 4—6 pedales et ultra teretes aculeis fragilibus innocuis deciduis; foliola serrata supra viridia, subtus cano-tomentosa; petala alba glabra calycem vix aequantia. ♄. In sylvis dumetisque hinc inde circa Kalnik, Trakostein, Zagrabiam, Samobor et alibi in montanis et subalpinis. Syll. fl. cr. — In sylvis montium Papuk in Slavonia. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3932. „Malina." Mj.-In **R. Idaeus L.**

4 Fructibus nigris, nitidisque nec unquam pruinosis 5

Fructibus caesio-pruinosis, opacis; caulibus fruticosis ramosis teretiusculis prostratis; foliis ternatosectis subtus pubescentibus; foliolis rhombeis ovatisque; calycibus caudatis petalisque obovatis patentibus. — Suffruticosus foliis ternatis quinatisque, fo-

liolis dorso pilosis, lateralibus bilobis; pedunculi pauciflori; caules teretes prostrati vel scandentes, glauci aculeis gracilibus; petala emarginata, alba, vel pallide rosea. ♄. In agris, arvis dumetisque in Croatia et Slavonia haud rarus. „Ostružnjak". — Vis. fl. dalm. 1728 in agris arvisque sterilibus circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Vergoraz. — Rchb. fl. g. 3930. In.-Sept.

R. caesius L.

Obs. var. β. foliis subtus cinereo-tomentosis, est: R. acherontinus Ten. occurritque in arvis sterilibus circa Ragusa Vis.

Var. γ. prostratus, dense aculeatus ramis tomentosis foliis caulinis quinatis, rameis ternatis, foliolis rugosis ex rotundo ovatis serratis subtus tomentosis aut sericeo-pubescentibus, est: R. agrestis WK. occurritque in arvis agrisque montanis hinc inde.

5 Aculeis conformibus; turionibus (ramis) nec glaucis aut pruinosis, nec glanduliferis, secus nudis pilosisve 6

Aculeis difformibus, i. e. setis pilisque glanduliferis intermixtis; caulibus viridibus glaucisve; turionibus fertilibus semper glanduliferis 9

6 Turionibus sterilibus ipsisque caulibus nudis 7

Turionibus sterilibus et fertilibus ipsisque caulibus evidenter pilosis hirsutisve 8

7 Foliolis turionum ovato-oblongis subtus tomentosis; calyce fructus reflexo. — Turiones declinati 5-quetri sed canaliculati, glabri fusci; panicula multiflora, basi foliosa tomentoso-pubescens; petala alba; aculei validi recurvi. ♄. Ad sepes et in fruticetis sylvisque montanis circa Klenovnik, Trakaštein, Stubicam superiorem et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3891. In.-Il.

R. candicans Whe.

Foliolis turionum cordato-orbiculatis; calyce fructus patente. — Turiones declinati 5-angulares aculeati glabri; panicula composita, inferne diffusa; caules canescentes villosi, basi subaculeati; foliola magna subtus micantia. ♄. In sylvis et dumetis montium altiorum, veluti in montibus Ivanščica ad Ivanec et Liepoglava; in illis Zagrabiensibus montisque Klek. — Rchb. fl. g. 3869. In.-Il. . . . . **R. cordifolius Whe.**

8 Foliolis turionum intermediis cordato-ovatis, abrupte acutis, plicatis; corymbis simplicibus erectis. — Turiones 4-pedales et ultra 5-quetri erecti virides vel sub sole rubentes; aculei sparsi recti reflexi; foliola saturate viridia subcoriacea; caules ferti-

les arecti; petala alba aut rosea ovalia aut obovata patentia; calyces demum reflexi. ♄. Ad sepes et in dumetis sylvisque totius ditionis floræ nostrae qua mater plurimarum varietatum ab auctoribus nonnullis pro veris spiciebus sumptarum. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1727; Rchb. fl. g. 3885. Mj. In. **R. fruticosus L.**

Obs. var. α. Caulibus laxe pilosellis; foliolis supra glabris, subtus albo- v. cinereo-tomentosis, est: R. discolor WK. occurritque cum priori, Rchb. fl. g. 3903.

Var. β. Caulibus velutino-canescentibus; foliolis supra glabris, subtus albo-tomentosis, est R. amoenus Portensh. (R. dalmaticus Guss.) occurritque cum priori in Dalmatia. Rchb. fl. g. 3963 v. β.

Var. γ. caulibus foliolisque utzinque incano-tomentosis, est; R. tomentosus Borkh. (R. collinus Noc.) cum specie genuina in apricis collibusque siccis. — Rchb. fl. g. 3092.

Var. δ. Caulibus foliisque subtus tomentosis, supra glabriusculis, est: R. collinus DC. (R. tomentosus β. Bertol.) occurritque in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 3992 v. β.

Foliolis turionum cordato-ovatis basi undulatis dense pubescentibus; corymbis fastigiatis. — Turiones longissimi, demum arcuati, 5-quetri, radicantes, aculei subrecurvi pauci; foliola quina, rarius intermedio tripartito subseptena, lateralia breviter petiolata v. subsessilia; caulis florifer teres, petala alba, rarius subrosea calyce reflexo. ♄. In sylvis montium altiorum Croatiæ australis, veluti in monte Klek, Merzin et Vratnik hinc inde cum R. fruticoso L., cujus nonnisi varietas est. — Rchb. fl. g. 3886. Mj.-In. . . . . **R. fastigiatus Anders.**

9 Foliolis turionum 5-quetrarum quinatis, mollibus, duplicato acuteque serratis 10

Foliolis 3 — 5-natis; caulibus, ramis ramulisque glanduloso-setosis 11

10 Caulibus fertilibus teretibus subsetosis recti-aculeatoque-glandulosis; panicula corymbosa; calyce fructus patente; mora atro-violacea. — Turiones procumbentes vel adcendentes; foliola plerumque latissima mollia viridia Corylli folium exactissime referentia, sed interdum incisa subtus incana, par extimum sessile. ♄. Ad sepes, in dumetis sylvisque in Croatia haud rurus praesartim in sylvis Zagoriae superioris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3929. In.-Il. . . . . **R. coryllifolius Sm.**

Caulibus purpurascentibus 5-angularibus lineatis, aculeis luteolis tenuibus setisque glandulosis conspersus; foliolis fere omnibus quinis subcordato-rhombeis acuminatis utrinque dense stellato-tomentosis, supra cinereis, subtus albidis; aculeis setaceis recurvulis; panicula pubescente confertissima, elongata; calycibus glandulosis. ♄. In nemoribus sylvisque planitierum Croatiae praesertim in campo podravano ad Ludbreg, Bukovec et Koproncam. Rchb. fl. g. 3926. In.-Il. . . . **R. cinereus Rchb.**

11 Caule tereti paniculaque condensato- pyramidata violaceo-glandulosis setosisque, aculeis rectis; foliis pedati-quinatis, ternatis simplicibusque, foliolis late ovatis. — Turiones procumbentes ut tota planta violascentes, teretes, molles; aculei sparsi recti reflexi tenues; setae plurimæ glanduligerae pilis inspersis; caulina folia ternata; panicula elongata thyrsoideo-multiflora conferta; flores parvi, petala oblonga viridi-albella, mora atra. ♄. In sylvis montium altiorum Croatiæ australis veluti in monte Kapela, Merzin, in alpe Pliešivica, Visočica et Badanj. - Rchb. fl. g. 3927. In.-Ag. . . . . **R. glandulosus Bell.**

Caule tereti paniculaque laxe corymbosa hirsutis roseo-glandulosis aculeatisque; foliis ternatis simplicibusque, foliolis oblongis. Turiones longissimi procumbentes graciles et ut tota planta molliter hirsuti virides glandulisque roseis obsiti; aculei ipsi setosi setis glandaliferis longiores; folia caulina ternata, quibusdam foliola extima auriculata; panicula cymoso-corymbosa. ♄. In convallibus montium altiorum veluti ad pedem montium Ivanšćica ad Ivanec, Liepoglava, Podbelec et alibi. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3938. In.-Il. . . . . **R. hirtus WK.**

Gen. 48. **Fragaria L. Jagoda.**

Calyx planus limbo 5-partito, extus 5-bracteolato, hinc laciniis 10 biserialibus exterioribus minoribus et patentioribus; corolla 5-petala; stamina et pistilla plurima; receptaculum post anthesim auctum, denique carnoso-succulentum baccamque spuriam referens; styli laterales decidui; flores omnium albi et folia ternata — Koch syn. pl. p. 234. Vis fl. dalm. III. 249 g. 619: Rchb. fl. g. pag. 596. g. 750.

1 Calyce fructui adpresso 2
Calyce fructus patulo aut plane reflexo 4
2 Floribus hermaphroditis 3
Floribus dioicis; calyce laciniato petala obcordata excedente; pu-

bescentia petalorum scaporumque patentissima; foliolis ovato subrotundis grosse serratis, subtus canescentibus rugosisque utrinque villosis; pedunculis divaricato-dichotomis. — Fructus maximi ovati dilute aurantiaci. ♃. Ex Chili adlata, nunc hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. 3873. Mj.-In. . . **F. chiloënsis Dill.**

3 Pubescentia petiolorum, pedunculorum pedicellorumque erecta; foliolis supra glabriusculis; corolla calycem excedente. — Fructus maximi, ovati. pallide lateritii; folia intense viridia, grosse serrata. ♃. E. Surinam adlata colitur modo in hortis „Ananas-Erdbeer.“ — Rchb. fl. g. 3872. Mj.-In. . . **F. gradiflora Ehrh.**

Pubescentia petiolorum patentissima, pedunculorum adpressa; foliis utrinque pubescentibus; stolonibus abbreviatis nullisve. — Fructus oblongo-subglobosus puniceus; calyx post anthesim illico clausus et ovaria ocultans; pedunculi graciles et pili eorum accumbentes. ♃. In collibus incultis, virgultis dumetisque praesertim in regionibus submontanis montanisque Croatiae aeque ac Slavoniae haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1731 in herbidis collium humiliorum circa Boccagnazzo, Dernis. Vergoraz et in insulis. — Rchb. fl. g. 3870. (F. anomala Tratt.) Mj.-In. . . . . **F. collina Ehrh.**

4 Calyce fructus patentissimo vel plane reflexo 5

Calyce fructus laxo, simpliciterque patente: pubescentia petiolorum erecta, pedunculorum adpressa; foliis supra glabriusculis; corolla calycem aequante. — Fructus ovatus coccineus, profundius a nuculis impresis reticulato-foveolatus. ♃. E. Virginia adlata, modo in hortis frequentissime culta. — Rchb. fl. g. 3871. Mj.-In. . . . . **F. virginiana Ehrh.**

5 Pubescentia petiolorum et pedunculorum patentissima. — Reliquis multo elatior et villosior; stolonibus elongatis; floribus semper abortu dioicis; fructus turbinato-globosus aromaticus, e viridi obscure sanguineus. ♃. In sylvis praecipue montanis totius Croatiæ. Syll. fl. cr. — In comitatu Syrmiensi circa Čerević nec non circa Karlovic; nec minus in comitatu Požegano circa Požegam, Kutjevo, Stražeman, Velika et alibi in submontanis montium Papuk. — Vis. fl. dalm. 1732 in montibus elatioribus totius Dalmatiae. (F. praecox Kit.; F. reversa W.) Rchb. fl. g. 3869. Apr.-Mj. . . . . **F. elatior Ehrh.**

Pubescentia petiolorum patentissima, pedunculorum adpressa; stolonibus oblongatis. Fructus subglobosus basi virens, extrorsum coc-

cineus, rarius albidus. ♃. In sylvis, collibus dumetisque ubique vulgaris praesertim in submontanis montosisque. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1730. in montium devexitatibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3867. (F. sylvestris Duch.; F. vulgaris Ehrh.) Apr.-Oct. . . . . **F. Vesca L.**

Obs. Var. β. stolonibus nullis, est: F. eflagellis Duch. occurrit cum priori coliturque in hortis;

Var. γ. pubescentia petiolorum divergente, pedunculorum patente et pedicellorum adpressa; fructu conico coccineo; per totum annum florens, est; F. semperflorens Duchs. occurritque qua sponea in sylvis montanis et colitur frequentissime in hortis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3866.

Var. δ. foliis simplicibus, i. e. foliolis lateralibus deficientibus, est: F. monophylla Duchs.

Gen. 49 **Comarum L. Zabielnik.**

Receptaculum post anthesim auctum carnosum, spongiosum, villosum, calyx, corolla, stamina et pistilla Fragariae. Koch syn. pl. p. 235, Rchb. fl. g. p. 596, gen. 749.

Adscendens, pedale et ultra, basi repens, glabrum foliis septemnato-pinnatis, duriusculis, subcoriaceis, subtus glaucis; foliolis lanceolatis serratis; floribus paucis longe pedunculatis; calycibus magnis atrorubentibus petalis roseis. ♃. In locis paludosis turfosis in montanis alpinisque veluti in pratis circa Severin, Verbovsco, Čabar. (Klingraeff. Potent. palustris Scop.) Syll. fl. cr. Rchb. g. 3865 Mj. Il. . . . . **C. palustre L.**

Gen. 50. **Potentilla L. Petoperst.**

Calyx planus limbo 5-partito, extus 5-bracteolato, corolla 5-petala, stamina et pistilla plurima, achenia (acini) sicca receptaculo convexo aut conico exsucco pilosoque imposita, reliqua uti in Fragaria et Comaro. — Vis. fl. dalm. III. p. 259, gen. 620, Koch. syn. pl. p. 235, Rchb. fl. g. p. 589, gen. 748.

1 Floribus albis roseisve; receptaculo hirsuto, rarissime breviter piloso; acheniis undique aut saltem ad hilum pilosis 2

Floribus flavis luteisve; receptaculo nonnisi breviter piloso; acheniis glabris 7

2 Foliis ternatis quinatisve 3

Foliis inferioribus impari-pinnatis superioribus ternatis, foliolis

ovato- subrotundis inaequaliter inciso-serratis pubescentibus; stipulis integris; petalis obovatis calyce longioribus. — Caulis erectus pedalis et ultra fastigiatus teres; hirsutus; folia superiora ternata foliolis lanceolatis; laciniae calycis exteriores 5 lineares et 5 interiores ovatae, acuminatae. ♃. In rupinm fissuris locisque lapidosis, in sylvaticis in subalpinas regiones adsendens, in Croatia haud rara in sylvis montanis et collibus sterilibus prope castellum Lovrečina. Rchb. fl. g. 3825. Mj.-In. **P. rupestris L.**

3 Foliis nonnisi ternatis 4

Foliis quinato- septemnato- digitatis 5

4 Foliolis ovalibus aut subrotuundo ovatis retusis supra glabriusculis, subtus villoso-sericeis, intermedio antice, lateralibus externe fere a basi serratis; carpellis ad hilum pilosis; caudiculis procumbentibus. — Caules debiles procumtentes, non raro reptantes; calyx dorso pilosus; petala cuneiformia retusa, calycem subaequantia illove breviora. ♃. In collibus dumetosis, ad sylvarum oras viarumque margines frequentissima in submontanis mantanisque Croatiae nec non in comitatu Požegano et Syrmiensi. Syll. fl. cr. et Kanitz. — Vis. fl. dalm. 1740 in collibus locisque dumetosis umbrosis montium ad Stazza prope Macarsca nec non ad Stolivo et Perzagno prope Cattaro. (P. fragaroides Vill.; P. fragariaefolia Gm. P. prostrata Mnch.; P. Fragaria Sm.) Rchb. fl. g. 3815. Ap.-Mj. . . . . **P. Fragariastrum Ehrh.**

Obs. Var. β. caulibus abbreviatis subunifloris nudis vel foliolo indiviso praeditis petalisque calyce evidenter brevioribus est: P. micrantha Ram., Rchb. fl. g. 3816 occuritque praesertim in Dalmatia promiscue cum priori.

Foliolis elliptico-subrotundis, crenato-serratis, holosericeis subtus niveo-tomentosis, supremis indivis; calycis foliolis interioribus late ovatis petala cuneato-spathulata subaequantibus; filamentis glabris; carpellis dorso basique hirsutis. — Cano-tomentosa caulibus adscendentibus apice cymosis, basi fruticosis. ♃. Vis. fl. dalm. 1742 in fissuris montis Orien altit. 5000 pedum. Mj.-Il. **P. speciosa W.**

5 Carpellis (acheniis) undique pilosis villosisve 6

Carpellis nonnisi basi ad hilum pilosis secus glabris; caule debili adscendente subtrifloro; foliis radicalibus quinatis foliolis oblongo-lanceolatis basin versus attenuatis supra glabris subtus

margineque sericeis antice serratis, serraturis acutis, conniventibus foliolo terminati angustiore; filamentis glabris. — Caulis basi lignosus brevis ex quo emergnnt caudiculi graciles erectiusculi teretes pilosi; stipulae lanceolatae acuminatae; calycis laciniae dorso pilis tectae; petala obcordata nivea calyce paullo longiora. ♃. In sylvis pratisque montanis hinc inde, veluti circa Krapinam, Klanjec, Samobor, Sv. Anna pod Turnom, Slavetić nec non in monte Klek. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3820. (P. nitida Scop.) Mj.-Sep. . . . . **P. alba L**

6 Caule adscendente subtrifloro; foliis radicalibus quinatis, foliolis oblongo-lanceolatis basi cuneatis supra glabriusculis, subtus villosis margine subsericeo-ciliatis, apice 3-dentatis, dentibus porrectis; filamentis glabris. — Radix lignosa; caules breves, florigeri elongati teretes pubescentes; folia pallide viridia, radicalia quinata, caulina ternata; calyx hirsutus purpurascens; petala suborbiculata rubore roseo suffusa, calycem parum superantia. ♃. In fissuris rupium pascuisque saxosis montium alpiumque Croatiae australis, veluti in alpe Plieśivica, Visočica, Badanj et Debelo-berdo. — Vis. fl. dalm. 1741 in devexitatibus rupestribus montium Velebit, Dinara et Prolog. — Rchb. fl. g. 3823. Il.-Ag. . . . . **P. Clusiana Murr.**

Caule decumbente, demum adscendente multifloro; foliis radicalibus pinnatis, foliolis subsessilibus oblongo-lanceolatis, basi cuneatis, apicem versus acute serratis subvillosis margine subsericeo-ciliatis; filamentis hirsutis. — Caules breves suffruticosi, florigeri herbacei teretes graciles hirsuti; foliola multidentata, caules multiflori; filamenta hirsuta. ♃. In rupium fissuris regionum subalpinarum montiumque humiliorum veluti ad rupes calcareas Kalnikenses, ad illas montinm Ivanščica, Klek, Merzin nec non alibi in iilis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3821. Mj.-In. . . . . **P. caulescens Gaud.**

7 Radice perenni, lignosa multicipite 8

Radice annua, simplici caulem unicum saepius jam a basi in plures dlvisum, sed nulla capitula sterilia demum proximo anno florentia proferens; caule ipso dichotomo; foliis pinnatis, foliolis oblongis inciso-serratis, superioribus decurrentibus; floribus subsolitariis; pedicellis fructigeris recurvatis. — Diffusa, in humidioribus non raro pedalis et ultra; flores parvuli; junior et in siccis non raro erecta. ⊙. In agris locisque arenosis subhumi-

dis hieme inundatis, nec non ad fossas et fimenta haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3860. Mj.-Oct. **P. supina L.**

8 Foliis omnibus aut saltem inferibus pinnatis 9

Foliis quinato-ternatove-digitatis 10

9 Caule sarmentaceo repente; foliis interrupte pinnatis multijugis subtus sericeis, foliolis oblongis argute serratis; pedunculis solitariis; stipulis caulinis vaginantibus multifidis. — Caules prostrati pilis adpressis tecti; calyx dorso villosus; petala obovata emarginata. ♃. In pascuis, ad vias circa domos pagorum ripasque arenosas in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3861. Mj.-Spt. . . . . **P. Anserina L.**

Caule adscendente; foliis pinnatis paucijugis, foliolis profunde pinnatifidis, laciniis linearibus subtus tomentosis, margine revolutis. — Radix lignescens; caules teretes superne ramosi; folia inferiora longe petiolata, superiora subsessilia; calyx pilis tectus. ♃. In asperis Dalmatiae. I. Host. Mj.-In. . . . **P. multifida L.**

10 Caulibus erectis vel saltem adscendentibus nec unquam reptantibus vel flagelliformibus 11

Caulibus flagelliformibus prostratis simplicibus ad genicula radicantibus; foliis quinatis intermixtis sparsim ternatis, foliolis oblongo-obovatis a basi fere serratis glabris vel subtus adpresse pilosis, serraturis ovatis obtusiusculis; floribus solitariis pentameris; carpellis granulato-scabris. — Folia longissime petiolata 5—7-nata, foliola inaequalia, rugosa; stipulae semisagittatae pubescentes; pedunculi erecti longi filiformes; petala obcordata calyce sublongiora. ♃. In pascuis humidis, in fossis ad vias agrorumque versuras totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1736 in iisdem locis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3832. In.-Spt. . . . . **P. reptans L.**

11 Caulibus tomentosis interdumque simul lanuginosis pilosisve: foliis inferioribus 5-natis 12

Caulibus pilosis vel puberulis, nec unquam tomentosis; foliis 5-, saepius 7-natis intermixtis 14

12 Foliolis obovatis vel obovato-cuneatis; carpellis nudis, glabriusculis 13

Foliolis foliorum superiorum oblongo-lanceolatis inciso-serratis planis basi cuneatis integris, supra pilosis subtus cinereo-tomentosis; calycis laciniis acutis; petalis obovatis emarginatis calyce sublongioribus; carpellis tenuissime arcuato-rugulosis marginatis-

que pilos receptaculi superantibus. ♃. In collibus apricis siccis herbidisque circa Toplikam, Ljubeščicam, Madjarovo et Belecgrad. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1734 in collibus saxosis apricis circa Gradac et in colle arcis Tinniensis. (P. adscendens Vill.; P. intermedia Wahlb.) Rchb. fl. g. 3849. Mj.-In.

P. inclinata Vill.

Obs. var. β. foliis radicalibus quinatis, caulnis ternatis, foliolis nonnisi extrorsum serratis utrinque stellato-incanis et ad costam sericeis, est: P. cinerea Chaix. occurritque cum priori estque illa multo frequentior. Rchb. fl. g. 3834. (P. incana Mnch.; P. opaca Pollich.; P. subacaulis Jacq.)

Caulibus adscendentibus; foliis 5-natis supra pilosis glabrisve, subtus niveo-tomentosis, foliolis obovatis, incisis laciniatisve, margine revolutis, basi cuneatis integris, calycis laciniis acutis; petalis obovatis emarginatis calyce sublongioribus; carpellis læviusculis immarginatis pilos receptaculi subæquantibus. — Radix lignescens; folia inferiora longe, superiora breviter petiolata; stipulae semisagittatae basi petioli adnatae; calyces dorso tomentosi; corollae parvae aureae. ♃. In campis sterelibus collibusque apricis, ad vias sylvarumque oras haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm 1735 in saxosis apricis montium Promina et Visosnica. — Rchb. fl. g. 3847. In.-Spt.

P. argentea L.

Obs. var. β. caulibus diffusis debilibus; foliolis cuneatis, superne acute serratis margine planis, subtus canescentibus; pedunculis tenue filiformibus elongatis; petalis calyce longioribus, est: P. Günthneri Pohl. (P. Waimannii Bot. Cab.) occurritque cum priori in apricis litt. cr., veluti circa Karlobago, Konjsko et Lukovo.

14 Caulibus hirsutis pilis elongatis tuberculo insidentibus brevibusve glanduliferis; foliis 5—7-natis subtus non tomentosis . . . 16

Caulibus prostratis diffusisve pubescentibus hirtisve pilis erecto-patulis brevibus 16

15 Foliolis oblongis basin versus cuneato-angustatis grosse inciso serratis; carpellis elevato-rugosis carina alaeformi decolore cinctis. — Caulis teres superne ramosus erectus aut basi decumbens et demum adscendens; folia floralia vel integra vel in tres lacinias cuneiformes divisa; stipulæ lanceolatæ; calycis laciniæ exteriores lanceolatæ acutæ, interiores breviores ovatae acuminatæ;

petala sulfurea subcuneiformia emarginata. ♃. In sylvaticis locisque lapidosis collibusque apricis totius Croatiæ montanæ, præsertim circa Toplikam, Kalnik, Sudovec, Zagrabiam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. — In arvis sterilibus montium Papuk, circa Zvečevo et Duzluk. (Kanitz.) (P. sulfurea Lam.; P. pallens Mnch.; P. pallida La G.) Rchb. fl. g. Mj.-In. . . **P. recta L.**

Obs. var. β. caule rubente; foliolis anguste oblongo-lanceolatis inciso-serratis villosis; petalis calycem vix æquantibus obcordatis laeteque citrinis, est: P. obscura W. occurritque cum priori præsertim in rupestribus calcareis tractus montium Kalnik et Ivanšćica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3854.

Foliolis inciso-serratis, foliorum radicalium obovato-cuneatis ex apice latiore obtuso sensim basin versus attenuatis, caulinorum lineari-cuneatis, rugosis carina alaeformi membranacea cinctis. — Caules adscendentes teretes punctis eminentibus scabri ramosi rubelli; folia floralia inferiora parva ternata, summa simplicia indivisa vel trifida; stipulae lanceolatae acuminatae; calycis hirsuti laciniae ovato-lanceolatae apice rubellae; petala obcordata aurea. ♃. In locis herbidis praesertim in pratis montanis Zagoriae superioris veluti ad Thermas Krapinenses ipsamque Krapinam nec non in litt. cr. in graminosis asperis circa Flumen, Tersat, Praputnik, Grišane et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1733 in apricis saxosis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3850. Mj.-In. **P. hirta L.**

Obs. var. α. foliolis obovatis multidentatis, vel lineari-oblongis grosse serratis adultis utrinque glabriusculis margine sericeo-pilosis; stipulis ovato-acuminatis subintegris; petalis laete flavis calycem subduplum longis, est: P. pedata W. (P. pilosa DC.; P. taurica Schlecht.; P. recta Alsch.) occuritque cum priori. — Rchb. fl. g. 3857.

Var. β. stricta, foliolis cuneato-lanceolatis paucidentatis costa margineque adpresse pilosis; stipulis linearibus subintegris; petalis flavissimis calycem subduplum longis, est: P. laeta Rchb. fl. g. 3858 occurritque in herbidis asperis circa Sebenico.

Var. γ. stricta; foliolis oblongo-lanceolatis a basi ad apicem pinnatifidis, laciniis subserratis; stipulis semipinnatifidis, est: P. laciniata WK. occurritque circa Gradac in Dalmatia.

Var. δ. caule erecto dense fostigiato-corymboso; foliolis obovatis

subtus incano-tomentosis angustissime pectinato-pinnatifidis; petalis calycem vix aequantibus, est; P. Sadleri. Rchb. fl. g. 3851 occurritque inter Linum sativum circa Toplikam. Syll. fl. cr.
Var. ε. pumila, caule decumbente viscidulo; corollis calycem longe excedentibus, est: P. viscosa Vis. occurritque in graminosis asperis circa Milievci prope Dernis.

16 Caudiculis prostratis, caulibus adscendentibus petiolisque hirsutis pilis elongatis horizontaliter patentibus; foliis quinatis septemnatisque, foliolis oblongo-cuneatis profunde serratis retusis, serratura ultima breviore; carpellis rugosis. — Caules filiformes elongati, graciles ramosi in ambitu prostrati; stipulae oblongae acutae; petala obcordata flava. ♃. In rupibus calcareis ad Belecgrad, ad illas Kalnikenses et ad Okićgrad. Syll. fl cr. In litt. cr. ad Karlobago nec non alibi in apricis asperis tractus montium Velebit. — Rchb. fl. g. 3855. Apr.-Mj. . . **P. opaka L.**
Caulibus pubescentibus hirtisve pilis erectis vel erecto-patulis; caudiculis prostratis subradicantibus 17

17 Caulibus e basi arcuata erectis; foliis radicalibus quinatis, foliolis oblongis glabris margine venisque subtus argenteo-sericeis, apice acute serratis, serraturis utrinque subtribus ultimaque minore; carpellis obsolete rugosis glabris. — Foliola nitida ciliata supra pilis raris inspersa, infra medium angustata; folia summa parva foliolis lineari-lanceolatis; stipulae semilanceolatae, acutae, pilosæ petiolo inferne longitudinaliter adcretae; corolla speciosa aurea basi macula fulva notaba. ♃. In montibus altioribus in ipsas alpes adscendens, veluti in herbidis montis Sv. Jakob prope Zagrabia (Klingræff); in monte Klek, in pascuis lapidosis alpis Pliešivica et Visočica. Rchb. fl. g. 3841. In.-Sept. . . **P. aurea L.**
Caulibus adscendentibus; foliis inferioribus 5—7-natis foliolis oblongo-obovatis obovatisve retusis glabris margine subtusque vel supra subtusque pilosis profunde serratis, serraturis utrinque subquatuor ultima breviore; stipulis infimis anguste linearibus; carpellis obsolete rugosis. — Caules inferne lignescentes ramosi; folia radicalia longe, caulina breviter petiolata, summa simplicia integra vel trifida; pedunculi filiformes villosi; calyx villosus; petala aurea retusa. ♃. In locis apricis siccis, in ericetis et ad sylvarum aras haud rara in Croatia. Syll. fl. cr.— In collibus apricis circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kanitz.)

Vis. fl. dalm. 1738 in apricis sylvaticis montium Velebit, Prolog et Biokovo. — Rchb. fl. g. 3833. Ap.-Mj. . . **P. verna L.**

Obs. var β. cauliculi piloselli foliolis cuneiformibus obovatis ad apicem serraturis nonnisi duabus utrinque instructis, ad oras pilis albidis adpressis ciliatis, dorso setulis adsperssis; floribus minutis, est: P. pusilla Host. occurritque cum priori in alpinis asperis apricisque.

Gen 51. **Tormentilla Tourn. Srčenjak ili Stežnik.**

Calyx 4-partitus bracteolis 4 partitionibus alternatim adnatis minoribus; corolla 4-petala; reliqua uti Petentilla. — Rchb. fl. g. pag. 588, g. 747.

Caulibus erectiusculis ramosis dichotomisve; foliis ternatis sessilibus, foliolis oblongo-lanceolatis inciso-serratis basi integerrimis caulinorum obovatis serraturis patulis ovato-lanceolatis acutis; stipulis inciso-digitatis; floribus tetrametris; carpellis absolete-rugosis. — Caules filiformes; flores flavi radix crassa fusca intus rubens. ♃. In sylvis, ericetis, pascuis in ipsas alpes adscendens haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1737 in pascuis siccis montium Prolog et Krivoscie. (Potent. Tormentilla Sibth.; T. officinalis Sm.) — Rchb. fl. g. 3813. In.-Ag. . . . . **T. erecta L.**

Caulibus flageliformibus prostratis superne ramosis, fructiferis ad genicula radicantibus; foliis petiolatis ternatis vel infimis quinatis, foliolis obovatis inciso-serratis infra medium cuneatis integerrimisque erraturis patulis ovato-lanceolatis acutis; stipulis integris vel 2—3-dentatis; floribus tetrametris carpellis rugulosis. ♃. In sylvis umbrosis locisque muscosis planitierum, veluti in Moslavina et Posavina. Syll. fl. cr. — (Potent. nemoralis Nestl.; P. procumbens Sibth.) — Rchb. fl. g. 3814. In.-Ag. **T. reptans L.**

Observ. T. reptans L. differt a Potent. reptante L. praesertim dentibus foliorum lanceolatis acutis; floribus tetrametris; carpellis rugosis in dorso paucis tuberculis notatis; a Tor. erecta autem foliis petiolatis; stipulis minoribus, floribus multo majoribus, praecipue autem propagatione. Caules enim sub autumnum ex geniculis radices agunt fasciculumque foliorum, deinde exceptis geniculis pereunt, quo facto tot plantae sejunctae oriuntur, quot genicula radices egerunt. Koch syn. pl. pag. 340, n. 15.

Gen. 52. **Agrimonia Tourn. Turica. Oskorušica.**

Calyx turbinatus basi nudus limbo 5-partito spinulis uncinatis extus multibracteolato; corolla 5-petala; stamina 12, rarius 10; stigmata 2; carpella 1—2 calyce indurato superne lappaceo inclusa. (Flores lutei; pedunculi breves apice geniculati et ad geniculum utrinque bracteola instructi.) — Vis. fl. dalm. III. p. 253, gen. 622; Koch. syn. pl. p. 244.

Caule tetragono piloso; foliis alternis pilosis interrupte pinnatis (c. impari), foliolis oblongo-lanceolatis serratis subtus cano-hirtis interjectis minoribus ovatis dentatis, impari petiolato; spicis evolutis elongatis virgatis; calycibus fructus remotis obconicis ad basin usque profunde sulcatis, pinis exterioribus patentissimis. ♃. Ad sepes, in ruderatis, pratis siccis, in dumetis sylvisque in subalpinas adscendens in Croatia et Slavonia haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1744 in iisdem locis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 3944. (A. officinalis Lam.; A. Eupatorium Vis,) Iu.-Spt. . . . . **A. Eupatoria L.**

Caule erecto humili e basi polyphyllo in pedunculum simplicem desinente; foliolis pauci-remote-jugis ovatis crenato-dentatis obtusis subtus incano-tomentosis; laciniis calycis interioribus ovatis nervosis; fructibus obovato-subrotundis exiguis patentibus a limbi margine prominulo ad basin obtusam usque profunde sulcatis, e limbo dilatato plano spinas calycinas tetrastichas patulas tubum aequantes spargentibus. Walp. 1. c. Maly enom. plant. p. 398, n. 172. 6. ♃. In pratis siccis prope Castelnuovo in Dalmatia. (Dr. Maly.) Iu.-Il. . . . . **A. humilis Wallr.**

Gen. 53. **Aremonia Neck. Čičak ili Dubačac.**

Calyx turbinatus involucro 10—12-fido calyculatus, limbo 5-fido extus corniculis quinis persistentibus bracteolato, fructu maturescente elongatis subulatis induratisque; corolla 5-petala; stamina 5—10; stigmata 2; carpella 1—2 calyce indurato inclusa. (Flores lutei singuli involucro 6—10-fido e bracteolis binis connatis facto cincti.) — Vis. fl. dalm. III. p. 253, g. 621; Koch syn. pl. p. 245.

Herba pilosa caulibus decumbentibus, demum adscendentibus basi squamosis; foliis interrupte pinnatis, foliolis ellipticis profunde serratis terminali basi cuneato petiolatis, caulinis minoribus; floribus corymbosis paucis, pedunculis bracteola 2—3-fida basi

fultis. ♃. In montosis sylvaticis asperis, veluti ad rupes Kalnikenses, ad Medvedgrad prope Zagrabia, circa Samobor, in provincia. Likana nec non in monte Merzin. Syll. fl. cr. — In sylvaticis asperis montis Pupuk in Slavonia (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1743 in sylvaticis montium Biokovo et supra Stolivo prope Cattaro. (Agr. agrimonoides L.; Spalanzania agrimonoides, Pollin.) Rchb. fl. g. 3946. Ap.-In. . . . . **A. agrimonoides Neck.**

Trib. III. Rasaceae DC. *prodr. 2. 596 Carpella plurima uniovulata nucumentacea indehiscentia calycis tubo carnoso et maturitate succulento inclusa. Koch syn. pl. p. 245.*

Gen. 54. **Rosa Tourn. Ruža.**

Calyx urceolatus 5-fidus, tubus carnosus apice constrictus; faux annullo vel disco glanduloso coarctata; limbus marcescens persistens, vel deciduus; petala 5 unacum staminibus 20 vel puribus ante discum inserta; ovaria plurima calycis tubo inclusa; styli emmersi; fructus bacca spuria e calycis tubo facta. — Koch syn. pl. p. 245; Vis. fl. dalm. III. p. 240. gen. 610; Rchb. fl. g. p. 612, gen. 761.

1 Floribus vitellinis, flavis luteisve 2
Floribus rubris aut albis, rarius pallide luteolis 3

2 Floribus vitellinis; antheris basi hastatis; fructibus luteo-coccineis globosis pedunculisque glabris; laciniis calycis incisis corolla brevioribus; stipulis linearibus divergenti-acuminatis; foliolis 5—9-jugis subrotundis ellipticisve concoloribus duplicato-serratis. ♄. In dumetis et sepibus ad hortos pagenses hinc inde quasi spontanea, sæpius culta. (R. eglanteria L.; R. chlorophylla Ehrh.; R. foetida Hornem.) Rchb. fl. g. 3947. Mj.-In. **R. lutea Mill.**

Floribus sulfureis flavisve; fructibus globosis hispidis, petiolis ramisque aculeatis, aculeis stipularibus gemminatis inaequalibus; foliolis 7—9-jugis obovatis argute serratis subtus glaucis; stipulis late ovatis. ♄. Ex oriente adlata, in hortis passim culta. Rchb. fl. g. 3971. In.-Il. . . . . . . **R. sulfurea Ait.**

3 Turionibus recti-aculeatis simulque setigeris; floribus semper solitariis ebrarteatis vel bractea unica, quae e folio ad stipulam reducto orta est, fultis. 4
Turionibus simpliciter et absque setis aculeatis 9

4 Floribus albis luteolisve; lacinniis calycis corolla brevieribus . 5
Floribus rubris roseisve 6

5 Fructibus globosis demum atris et unacum pedunculis inermibus glabrisque; foliolis parvis 7—9-jugis subrotundis et simpliciter serrate-crenatis. — Frutex humilis 1—2-pedalis ramis tenuibus divergentibus. ♄. In saxosis ad pedem montium cum sequenti, quacum generaliter confunditur et nonnisi pro varietate illius habetur, quum tamen teste Reichenbachio fl. g. 3948 pro bona spicie censenda sit. Syll. fl. cr. In montosis sylvaticis circa Čerević in comitatu Syrmiensi. (Kanitz) In.-Il. **R. pinpinellifolia L.**

Fructibus ovatis glabris e rubro nigrescentibus; pedunculis hispidis; foliolis subrotundis ellipticisve, obtusis incurve serratis; stipulis lineari-lanceolatis floribus solitariis. — Frutex 1—4-pedalis ramis erectis; floribus majusculis albis basi flavescentibus; foliolis 7 — 9 — 11-jugis parvis oblongis. ♄. In collibus incultis, montium declivibus petrosis, ad vias agrorumque margines totius Croatiae, praecipue littoralis, ubi frequentissima. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1705 in montibus Velebit et Promina, nec non in collibus circa Dernis. (R. campestris Wallr.) Rchb. fl. g. 3949. Mj.-In. . . . . **R. spinosissima L.**

6 Stipulis ramulorum non florentium in tubulum fere convolutis et basi sua plus quam dimidum ramulum amplexantibus; aculeis superioribus lanceolato-subulatis basi compressis aduncis rectisve; foliolis ovato oblongis subsimpliciter serratis pubescentibus, floribus roseis; laciniis calycis integris corollam aequantibus; fructibus globosis rubris laevibus, pedunculis autem infra medium hispidis. — Frutex humilis erectus cortice spadiceo, aculeis paucis; petioli communes inermes villosi; stipulae superne serratae; foliola glandulis inspersa, dorso pallida et pilosa; petela lata levem odorem spargentia. ♄. Vis. fl. dalm. 1707 in dumetis sylvaticis montis Svilaja. — Rchb. fl. g. 3962. (R. fluviatilis Retz.; B. collincola Ehrh.; R. majalis Herm.; R. acuminata Sv.) Mj.-In. . . . . **R. cinnamomea L.**

Stipulis omnibus aliter conformatis nec unquam in tubulum convolutis 7

7 Ramis truncisque etiam adultis plus minusve aculeatis, aculeis subulatis setaceisque rectis reversisve, truncorum hornotinorum confertis, ramulorum sparsis; pedunculis bractea fultis . . . 8

Ramis truncisque adultis inermibus, rarius uno alterove aculeo inspersis, hornotinis confertim aculeatis, aculeis setaceis rectis

eglandulosis; foliolis 7—9—11-jugis oblongo-ellipticis duplicato aut simpliciter serratis; stipulis ramulorum florentium dilatatis basi cuneatis, caeteris linearibus apice latioribus; apicibus liberis ovato-acuminatis divergentibus; laciniis calycis integris lanceolato-acuminatis corollam superantibus; pedunculis fructiferis recurvatis, fructibus pedunculisque inermibus, illis nutantibus ellipticis oblongisve calyce persistente connivente coronatis. — Frutex erectus, ramosus, inermis, petiolis communibus aculeis innocuis inspersis; floribus svaveolentibus; foliolis glabris; fructibus oblongis, plerumque incurvis, eleganter rubentibus. ♄. In locis petrosis montium altiorum ipsarumque alpium, veluti in montibus Kalnik, Ivanščica, Klek, Kapela, Vilena draga, Merzin Pliešivica, Visočica et albi in tractu montium Velebit. Syll. fl. cr. — In monte Papuk Slavoniae (Kanitz) Vis. fl. dalm. 1706 in subalpinis montium Velebit et Biokovo. (R. rupestris Crantz;) R. inermis Mill.) Rchb. fl. g. 3951. In.-Il. **R. alpina L.**

Observ. var. β. fructibus turbinatis coccineis et unacum pedunculis petiolisque glanduloso-hispidis; laciniis calycis foliaceo-apendiculatis, est: R. pyrenaica Gou. occurritque cum priori ad rupes Kalinkenses, in saxosis montium circa Samobor nec non in illis tractus Velebit. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3952.

8 Foliolis 9—11-jugis subrotundis ovalibusque serratis, serraturis patulis; stipulis lineari-cuneatis explanatis auriculatis ovato-laceolatis acutis, ramulorum florentium ovatis; laciniis calycis integris corolla dimidia brevioribus lanceolato-acuminatis; pedunculis fructiferis cernuis; fructibus subrorundo-ovatis ellipticisve calyce persistente connivente coronatis. — Flores rosei; fructus coccinei plus minusve ovati. ♄. In asperis tractus montium Velebit et illorum declivibus saxosis circa Svilno, Cernik, Plaško et in ipso monte Vratnik. (R. rubella Lindl.) Koch syn. pl. p. 247, n. 3 Mj.-In. . . . . **R. gentilis Stern.**

Foliolis nonnisi 5—7-jugis ovatis, serratis; stipulis ramulorum florentium dilatatis basi cuneatis, canaliculato-complicatis, auriculis ovatis acutis; laciniis calycis integris corolla brevioribus lanceolato-acuminatis; pedunculis fructiferis deflexis; fructibus ovatis, calyce persistente connivente coronatis, coriaceis. — Foliola magna, subtus pilis adspersa; fructus ovati et unacum pedunculis petiolisque glanduloso-hispidi nigrescentes. ♄. In ru-

pestribus montium Kalnik et Ivanšćica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3959. In.-Il. . . . . **R. reversa WK.**

9 Laciniis calycinis integerrimis, non pinnatifidis vel una alterave tantum basi incisa vel subpinnatifida 10

Laciniis calycinis omnibus vel saltem alternis pinnatifidis . . 12

10 Floribus albis 11

Floribus rubris roseisve; foliolis ellipticis subsimpliciter serratis sub rore glauco-purpurascentibus; stipulis dilatatis; floribus cymosis; laciniis calycis subintegris; calyce fructifero globoso. — Frutex gracilis habitu venusto, glaberrimus livido-glaucescens, aculies lanceolato-subulatis subulatisve aduncis; ħ. Inter frutices in montosis herbidis circa Samobor et ad Grobnik; in rupibus circa Gospić, Ternava, Brušane, et Oštarija nec non in subalpinis Mali-Urlaj. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1708 in collibus circa Dernis sub montibus Svilaja. (R. livida Host; R. glandulosa Bell.; R. glancescens Wulf.; R. glauca Desf.) Rchb. fl. g. 4001. In.-Il. . . . . **R. rubrifolia Vill.**

11 Foliis sempervirentibus, non deciduis, sed perennantibus foliolis elliptico-acuminatis coriaceis simpliciter serratis, utrinque lucidis, glandulosis; stipulis oblongo-linearibus; floribus cymosis; calyce fructifero ovoideo-subrotundo. — Frutex ramis longissimis scandentibus, glaberrimis, aculeis compresso-dilatatis deflexis; calycibus pedunculisque umbellatis glanduloso-hispidis; stylis connatis stamina subaequantibus, fructibus erectis. ħ. In asperis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Kraljevica et Novi. Vis. fl. dalm. 1712 in dumetis sepibusque totius Dalmatiae littoralis et insularis. (R. ballearica Pers. R. atrovirens Viv.; R. scandens Mill). Rchb. fl. g, 5023. In.-Ag. . . . . . **R. sempervirens L.**

Obsv. var. β. pedunculis calycibusque glabris, est: R. prostrata Desv.

Foliis hieme deciduis discoloribus crenato-serratis . . . . 11. b.

11.b. Fructu subgloboso recenti virgineo et obovata basi subcylindrico pedunculisque corymbosis glabris, rarius subglandulosis; calycis laciniis ovatis acumine suo longioribus, basi paucipinnulatis caesiis; foliolis ovalibus simpliciter serratis discoloribus; stylis connatis stamina aequantibus. — Frutex ramosissimus, ramis longissimis effusis prostratis aut scandentibus aculeatis; foliolis ellipticis aut subrotundis glabris, aut subtus pilosellis; petiolis pubescentibus et glandulosis recurvo-aculeatis; floribus plerumque aggregatis, corollis laxis ante anthesin odoris; calycis la-

ciniis binis appendiculis pinnalibus 2—4 lineari-lanceolatis instructis, reliquis integerrimis, mox deciduis; fructibus coccineis. ♄. In nemoribus dumetisque in subalpinas regiones ipsasque alpes adscendens in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. (R. sylvestris Herm.; R. repens Wib.; R. scandens Wallr.) Rchb. fl. g. 4022. In.-Il. . . . . **R. arvensis Huds.**

Obs. var. β. pedunculis hispidis, petiolis foliolisque subtus pubescentibus; caule atropurpureo quandoque cum pedunculis calycibusque caesio-pruinosis, est: R. glanca Dierb.

Fructu pyriformi glabro; pedunculis elongatis glanduloso- scabris; laciniis calycinis viridibus subsimpliciusculis corolla dimidia brevioribus; foliolis ovalibus grosse subsimpliciter patentiserratis concoloribus; stylis connatis. — Flagelliformis repens, ramuli floriferi erecti partim rubelli aculeis sparsis rectiusculis ramorum validioribus; foliolis 3—5, rarius 7 basilaribus minimis. ♄. In sylvis Viroviticensibus et ad Vučin; in dumetis ad Kutjevo, Stražeman ipsamque Požegam et Daruvar. Kit. iter. cr. I. (R. fusca Mnch.; R. serpens Wib.; R. ovata Lej.; R. tuguriorum W.) Rchb. fl. g. 4021. Mj.-In. . . **R. repens Scop**

12 Stipulis foliorum floralium ellipticiš dilatatis, caeteris oblongis planiusculis 13

Stipulis foliorum floralium lineari-lanceolatis; corollis magnis, speciosisque 18

13 Ramis truncisque adultis inermibus, rarius uno alterove aculeo inspersis. Vide 7.

Ramis truncisque etiam adultis plus minusve aculeatis, aculeis plerumque geminis 14

14 Foliis viridibus vel glauco-pruinosis, glabris pilosisve pilis interdum gladulosis; fructibus plerumque ovatis 15

Foliis incano-tomentosis; floribus saturate rubris; fructibus subrotundis; aculeis adminus truncorum rectis; petiolis glanduloso-villosis 17

15 Foliis, petiolis fructibusque exacte nudis; foliolis ellipticis ovatisve subbiserratis nitidis; stipulis dilatatis; floribus cymosis; laciniis calycis alternis lineari-pinnatifidis; calyce fructifero oblongo aut ovato. — Frutex insignis erectus, glaberrimus aculeis validis compresso-dilatatis aduncis subaequalibus, ramorum substipularibus, foliolis 5—7-jugis argute serratis serraturis superioribus conniventibus, carpella in centro calycis stipitata; flores

carnei. ♄. In sepibus dumetisque sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1709 ad sepes et dumeta totius Dalmatiæ. — Rchb. fl. g. 3999. In.-Il. **R. canina L.**

Obs. Occurrit sub compluribus formis sive varietatibus et quidem:

Var. α. petiolis, foliolis, pedunculis calycibusque glabris, vel petiolis glandulis remote adspersis et quandoque basi subpilosis, est: R. glaucescens Lej.

Var. β. petiolis ubique pilosis; foliolis subtus in venis primariis, vel in tota superficie, vel tantum in superficie superiori pilis tectis, pedunculis non setoso-hispidis, est: R. dumetorum Thuil.

Var. γ. fructibus ovatis pedunculisque glabris corolla pallide incarnata basi alba calycem excedente; foliolis ovalibus basi apiceque acutis utrinque pubescentibus concoloribus serratis; petiolis tomentosis subglandulosis cauleque aculeatis, est: R. corymbifera Brkh. (B. sylvestris Tabern.)

Var. δ. fructibus ovatis basi, pedunculis, calycibusque hispidis; aculeis caulis petiolorumque e basi recurvis; foliolis subrotundis subtus pilosellis; floribus albis cultura plenis, est: R. alba L.

Foliis, vel petiolis, vel fructibus aut omnibus his pilosis aut glandulosis 16

16 Foliolis ellipticis ovatisve biserratis subtus bubescentibus serraturisque glandulosis; stipulis dilatatis; floribus subcymosis; laciniis calycinis alternis lineari-pinnatifidis; calyce fructifero subrotundo pedunculoque hispido. — Frutex robustus caesio-pruinosus foliis odoratis resinosis; aculei validi compresso-dilatati adunci subulatis intermixti; stipulae planae, foliorum floralium elliptico-dilatatae, reliquorum oblongae basi cuneatae auriculis ovatis acuminatis divergentibus; fructus globosi subcartilaginei; flores pallide rosei. ♄. In convallibus et rupestribus subalpinis, in dumetis et ad vias in. montanis Croatiae totius. Syl. fl. cr. — In sylvis circa Našic, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1710 ad sepes et dumeta circa Zara, Spalato, in insula Lesina; in montibus Biokovo et Saba. (R. suavifolia Lichtf.; R. nemorosa Libert.; R. Libertiana Tratt.) Rchb. fl. g. 3982. Mj.-Il. **R. rubiginosa L.**

Obs. var. β. pedunculis fructibusque inermibus, glabris, est: R. sepium Thuil. occurritque cum priori in Croatia et in sylvaticis ad Verpolje supra Sebenico in Dalmatia Vis.

Var. γ. pedunculis valde hispidis ramulisque superne aculeis subulatis tectis, calycibus autem glabris; corollis calycem subaequantibus laete roseis ad ungues flavis, est: R. umbellata Leers.;

Var. δ. floribus longe pedunculatis, magnis, albis; receptaculis gracilibus; pedunculis glabris hispidisque; foliolis profunde serratis nitidis; calycis pinnis incisis setis glandulosis ciliatis, est: R. agrestis Savi.

Var. ε. fructu ellipsoideo-ovato glabriusculo pedunculis hispidis; calycis laciniis elongato-pinnatis petala excedentibus; foliolis ovatis ovalibusve duplicato-serratis pilosellis, aculeis conformibus recurvis; turionibus vage arcuatis, est: R. micrantha Sm. — Varietas γ, δ et ε occurunt in fruticetis ad vis orasque sylvarum Croatiae.

Foliolis ellipticis ovatisve pubescentibus subbiserratis glandulosis; stipulis dilatatis; floribus subcymosis; laciniis calycis alternis lineari-pinnatifidis; calyce frutifero oblongo aut ovato, basi, pedunculis petiolisque glanduloso-hispidis; corollis laete roseis. — Caules ramosi ramis densis, aculeis compresso-dilatatis aduncis. ♄. Vis. fl. dalm. 1711 in dumetis ad mirilović prope Dernis. (R. dumetorum Desv.; R. humilis Bess.; R. armata Stev.) Rchb. fl. g. 3996. Mj.-In. . . . . **R. collina Jacq.**

17 Fructibus globosis cernuis purpurascentibus caesio-pruinosis carnosis pedunculisque aculeato-hispidis; calyce inciso-pinnatifido; petalis glanduloso-ciliatis; foliolis 5—7-jugis ovali-ellipticis duplicato glanduloso-serratis; stipulis subdilatatis. — Frutex 5-7-pedalis; aculei validi e basi dilatata compressa subulati recti, truncorum hornotinorum sparsi inaequales, minores setacei; folia cinerascentia; stipulae foliorum floralium elliptico-dilatatae, cæterae oblongae planiusculae, auriculae ovatae porrectae. ♄. In subalpinis montanisque veluti circa Trakostjan, in montibus Ivanščica, circa Samobor et Sv. Anna pod Turnom. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3974. (R. villosa L.; R. molissima Borkh., R. pulchella Wood.) In.-Il. . . . . **R. pomifera Herrm.**

Frutibus subglobosis erectis aurantiis, duris serotinis; pedunculis hispidis; calycis laciniis corollam excedentibus incisis; petalis eglandulosis; foliolis ovali-ellipticis duplicato-patenti serratis canopubescentibus; aculeis inaequalibus; stipulis dilatatis. — Frutex plerumque humilis, aculeis validis rectis basi compressis, truncorum sparsis, ramulorum subfalcatis stipularibus; stipulis

foliorum floralium elliptico-dilatatis, caeteris oblongis planiusculis, auriculis ovatis acuminatis porrectis; fructibus cartilagineis. ♄. In dumetis sylvisque praesertim montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. - Rchb. fl. g. 3975. (R. hispida Borkh.; R. Borkhausii Tratt.) Jn.-Il. . . . . **R. tomentosa Sm.**

18 Foliolis elliptico-oblongis rugosis dorso villosis, basi cordatis simpliciuscule serratis setis glanduliferis praesertim in serraturarum dorso ciliatis, aculeis setisque glanduliferis: fructibus globosis pedunculisque glanduloso hispidis; calycis laciniis laciniatis. — Fruticulus humilis erectus ramosus aculeis setisque glanduliferis exasperatus; folia facie obscure viridia glabraque, dorso pallida et villosa; carolla magna carnea vel saturate rubra rarius albo-striata vel punicea aut livida, petalis obcordatis ad basin ciliatis; fructus hispidi. ♄. In collibus apricis in vineis locisque saxosis, sterilibus ac siccis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — (R. cordifolia Host.; R. rubra Lam.; R. papaverina Mnch.; R. basilica Röss.) Rchb. fl. g. 4010. Mj.-Jn. **R. gallica L.**

Foliolis ovalibus ellipticisve basi rotundatis 19

19 Fructibus pyriformibus pedunculisque glanduloso-hispidis; foliolis duris subcoriaceis elliptico-subrotundis serratis obtusis emarginatisve mucronatis, subtus nervisque pilosis, discoloribus; petiolis glandulosis caulibusque superne sparsim inaequaliterque aculeatis; stipulis oblongo-linearibus; calycis laciniis alternis pinnatifidis; floribus corymbosis. — Caules teretes semipedales vel altiores simplices vel in paucos ramos divisi, inferne inermes, superne armati aculeis recurvis; petiolus communis aculeatus; foliola quina rarius septena marginibus plerumque conniventia vel reclinata, facie viridia glabraque, dorso pallida villosaque; corolla ampla petalis plerumque obcordatis, dorso pallide carneis, facie ex purpureo rubris, ad basin ciliatis. ♄. In collibus apricis sterilibus circa St. Helenam, Taplikam, Kalnik et alibi cum priori. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1713 in collibus circa Zara, Knin, Mavice et Ragusa. (R. austriaca Crantz; R. olympica Don.; R. humilis Tausch.; R. pygmæa Alsching.; R. gallica Guimp.; R. caprea Jacq.) Rchb. fl. g. 4009. Mj.-Jn. . . **R. pumila L. fil.**

Fructibus ovatis pedunculisque hispidis; foliolis ellipticis obtusis utrinque pubescentibus, tactu mollibus, glandulosis; caule glanduloso-hispido aculeatoque. — Frutex 2—3-pedalis et altior acu-

leis magnis validis inaequalibus; foliolis mollibus nec unquam duris coriaceisve, floribus carneis, corollis plenis speciosissimis. ♄. Colitur ubique in plurimis varietatibus. Rchb. fl. g. 4015. Mj.-Sept. . . . . **R. centifolia L.**

Fam. IV. Crassulaceae DC. Tustike.

Flores hermaphroditi regulares involucris aestivatione imbricatis; calyx liber persistens, 5 partitus, rarius 3—20-partitus; corolla imo calyci inserta, petalis segmentis calycinis numero aequalibus, alternisque, liberis, rarius in corollam gamopetalam connatis; stamina calyci in polypetalis et corollae in gamopetalis affixa, hujusque segmentis numero aequalia aut dupla, antheris introrsis bilocularibus basi affixis, rima marginali longitudinaliter dehiscentibus; ovaria tot, quot petala, iisque opposita, libera vel inferne connexa, basi squama hypogyna fulta; semina suturae interiori carpellorum affixa, albuminosa; embryo rectus radicula hilum spectante. — Koch syn. pl. p. 282; Vis. fl. dalm. III. p. 186. — Herbae succulentae foliis simplicibus exstipulatis carnosis, saepissime integris; floribus in cymas spicasve digestis, rarius solitariis.

Gen. 55. Crassula L. Tustika.

Calyx 5-partitus; corolla 5-petala; stamina 5; squamae hypoginae 5; carpella 5 capsularia polysperma. — Koch syn. pl p. 283; Rchb. fl. g. p. 546, g. 696.

Caule glandoloso-piloso simplici, ramoso aut recurve cymoso; foliis oblongis semitereti busobtusis; floribus unilateralibus subsessilibus subpentandris; petalis lanceolatis acuminato-aristatis; carpellis granulatis rostro triplo longioribus, corolla brevioribus. — Flores albi carina petalorum carnea. ⨀. In apricis insulae Ossero, circa Lossin et scopuli Pločica prope insula Curzola. Vis. fl. dalm. 1565. Circa Semlin (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3531. Mj.-In. **C. rubens L.**

Caule erecto superne 2—3-fido cymoso paucifloro; ramis, foliis calycibusque glabris, foliis ovatis obtusis imbricatis; floribus solitariis secundis sessilibus. — Flores dilute carnei, carina petalorum purpurea. ⨀. In collibus apricis Dalmatiae. — Maly enum. pl. p, 240, gen. 592. Rchb. fl. g. 3531. Ap.-Mj. **C. Magnolii DC.**

Gen. 56. Sedum L. Kokoška ili Žednjak.

Calyx 5 partitus; corolla 5-petala; stamina 10-, rarius 20-; squamae hypogynae 5; carpella 5 capsularia polysperma. Koch syn. pl. p. 283; Vis. fl dalm. III. p. 186, g. 568; Rchb. fl. g. p. 547, g. 679.

1 Foliis planis; corollis albidis, rubellis virentibusve 2

Foliis evidenter teretibus, plus minus cylindraceis 5

2 Radice valda ramosa multicipite, autumno novas gemmas vel turiones agentes; foliis dilatatis elliptico-ovatis obtusis sessilibus superioribus subcordato-amplexi-caulibus; cymis axillaribus terminalibusque longe pedunculatis confertis; petalis patentibus rectis; staminibus corolla longioribus. — Caulis erectus, teres ramosus; folia crassa repando-serrulata, bracteae summæ subulatae; corollae petala purpura suffusa supra medium patula. ♃. In sylvis montanis locisque rupestribus, ad muros et aggeres dumetaque in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. — In sylvis montis Papuk et ad Bokane in Slavonia. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1561 ad muros circa Zara, Dernis, Sebenico, Lesina nec non in rupestribus montium Velebit, Svilaja et Radigne. Rchb. fl. g. 3558. (S. latifolium Bertol.) Il.-Ag. . . **S. maximum Hoffm.**

Obs. var. foliis sparsis lanceolatis in petiolum attenuatis, supra medium argute inciso-serratis; corymbo composito folioso pedicellis brevissimis et staminibus corolla brevioribus, est: S. Telephium (α.) L. occurritque cum priori.

Radice tenui; caulibus solitariis vel a basi in ramos caulesque secundarios divisis gemmisque nullis; foliis oppositis . . . 3

3 Foliis integerrimis spathulatis obovatisve 4

Foliis spathulato-deltoideis angulato-crenatis; cyma subbifida ramis foliatis; floribus axillaribus solituriis sessilibus; petalis lanceolatis acutis dilute roseis carina viridibus calyce brevioribus; staminibus inclusis. — Caulis erectus, angulatus; folia striata punctata, squamulis pellucidis ciliata; calycis laciniae erectae, lanceolatae acutae; petala compressa. ⊙. Vis. fl. dalm. 1562 ad muros et saxorum acervos insulae Lissa. (S. deltoideum Ten.) Rchb. fl. g. 3551. Mj.-In. . . . . **S. stellatum L.**

4 Pubescens; foliis oppositis, verticillatis vel sparsis spathulatis, superioribus lineari-cuneatis; panicula oblonga composita; pedicellorum brecteolis brevissimis, petalis lanceolatis acuminato-aristatis. — Caulis carnosus, ramosus ramis patentibus, ad apicem nutantibus; calycis laciniae lineari-lanceolatae, acuminatae; petala cuspidata, rubella aut albide carneo rubella. ○. Vis. fl. dalm. 1563 in rupestribus umbrosis Morinje, Lepetane et Perzagno prope Cattaro nec non circa Much. — Circa Semlin (Kanitz.) — S. gallioides Latour.; S. spathulatum WK. — Rchb. fl. g. 3552. In.-Il. . . . . **S. Cepaea L.**

Glaberrimum; foliis oppositis decussatis vel sparsis obovatis, caulinis oblongo-spathulatis; racemo simplici laxe spicato obbreviato, pedicellis strictis bractea lineari sublongioribus; petalis lanceolatis. — Planta pumila 2—4 pollicaris caulibus tenuibus adscendentibus tortuosis, simplicibus basive ramosis; flores albi. ♃. Vis. fl. dalm. 1564 in rupestribus montis Orien. Aug. **S. olympicum Bois.**

5 Floribus albis roseisve 6
Floribus flavis aut ochroleucis 9

6 Caulibus solitariis vel basi in ramos caulesve secundarios divisis; caudiculis repentibus nullis 7
Caulibus caespitosis, i. e. caudiculis repentibus ramisque adscendentibus sterilibus inter quos caules florigeri emergunt . . . 8

7 Foliis subteretibus linearibus acutiusculis patentibus basi aequali sessilibus glaucescentibus; cyma subglabra; floribus dodecandris hexapetalis, petalis lanceolatis, cuspidatis calyce quadruplo longioribus. — Caule ramoso, superne glanduloso-piloso, cymoso; calyx pubescens laciniis brevibus; petala quinque. ♂. In saxosis litt. cr. circa Karlobago, Ļukovo et Konjsko, ad Halan et Podprag nec non in rupestribus montium Klek et Merzin; ad moenia opid. Sluin. Syll. fl. cr. In rupestribus montis Papuk, circa Stražeman, Velika et Duboka nec non in comitatu Syrmiensi haud rarum. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1566 in saxosis circa Sebenico, Spalato; in monte Marian et ad Toretta, nec non circa Ragusa et in insula Lesina. (S. hispanicum L.) Rchb. fl. g. 3534. In.-Il. . . . . **S. glaucam WK.**

Foliis linearibus obtusis subteretibus supra planiusculis erectis basi aequali sessilibus paniculaque glanduloso-pubescentibus, panicula subracemosa; petalis ovatis, acutis calyce duplo longioribus. — Caulis erectus teres ramosus villo viscido, ut folia et calyces, adspersus; folia alterna, obtusa; calycis laciniae concavae obtusae, petala rosea, dorso villosa. ♂. In pratis arvisque humidis uliginosis turfosisque planitierum circa Žabnik, Varasdin et Cerje haud rarum. Rchb. fl. g. 3536. In.-Il. **S villosum L.**

8 Caulibus decumbentibus, repentibus; foliis abbreviatis oblongisve obtusis, facie planis, dorso gibbis, alternis oppositisve; carpellis glabris rostro sesquilongioribus, corollam vix superantibus. — Caules ramosi, radicantes, rami floriferi erecti; folia crassa obtusa dorso convexa; calycis laciniae carnosae, dorso convexae;

petala lanceolata pallide rosea. — Caules, rami, folia superiora calycisque foliola inspersa sunt glandulis pedicellatis. ♃. In rupibus humidiusculis. Vis. fl. dalm. 1567 inter saxa ad pontem fluminis Cikola prope Dernis, in monte Promina et circa Slap. (S. hirsutum Ait.; S. neapolitanum Ten.; S. glanduliferum Guss.; S. glaucum Lam.) Rchb. fl. g. 3532. In.-Il. . **S dasyphyllum L.**

Caulibus decumbentibus repentibus; foliis semiteretibus obtusis oblongo-linearibus patulis; floribus dichotome-corymbosis pedicellatis; petalis oblongo-lanceolatis; carpellis glabris rostro sesquilongioribus corollam albam subaequantibus. — Caudiculis repentibus, ramis sterilibus sparsim et patenter foliatis; petalis albis vel dilute roseis, antheris fusco-purpureis. ♃. In rupibus locisque asperis et ad muros; in Croatia australi ad lacus Plitvicensis haud rarum. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Čerević (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1568 ad muros circa Sebenico; ad saxa montis Marian, prope Cattaro et in Krivoscie nec non in insula Cherso. Rchb. fl. g. 3537. Il.-Ag. . . . . . . **S. album L.**

9 Foliis basi soluta æqualibus 10

Foliis basi soluta deorsum evidenter appendiculatis 11

10 Foliis carnosis ovatis acutiusculis dorso gibbis; cyma glabra; petalis lanceolatis acutis, calyce duplo longioribus; caudiculis repentibus, caulibus sterilibus sexfariam foliatis. — Caules caespitosi ramosi glabri; folia alterna imbricata, obtusa erecto-patentia; cymae terminales solitariae subtrifidae, pauciflorae; foliosae; flores erecti; calyx laevis; petala acuta aurea; capsulae glabrae. ♃. In campis arenosis, ericetis, montium declivibus et ad muros totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1569. — Rchb. fl. g. 3543. In.-Il. . . **S. acre L.**

Foliis linearibus teretibus utrinque planiusculis et basi aequali sessilibus; cyma 2—5-flora glabra, petalis ovato-oblongis obtusis calyce sequilongioribus; cauliculis repentibus, caulibus sterilibus dense foliatis. ♃. In rupestribus alpium montiumque altiorum, veluti Ivanščica, Oštere ad Samobor, Klek et alibi. Syll. fl. cr. — (S. rubens Haenke; S. alpestre Vill.; S. saxatile All.) Rchb. fl. g. 3540. Il.-Sept. . . . **S. repens Schleih.**

11 Calycis laciniis acutis; foliis lineari-subulatis; petalis lanceolatis 12

Calycis laciniis rotundato obtusis; foliis crassis lanceolato-linearibus acutis breviter mucronatis carnosis utrinque planiusculis basi productis subcalcaratis, ramorum stirilium dense im-

bricatis; cyma glabra; petalis oblongis calyce duplo longioribus patentibus. — Suffruticosum erectum, glaucum caudiculis repetibus; floribus citrinis. ♄. In rupibus et muris litt. cr., veluti in subalpinis montium Velebit, in Farkašić- et Vilena-draga. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1572 in rupestribus ad Campo grande in insula Lissa. — Rchb. fl. g. 3549. (S. altissimum Poir; S. ruffescens Ten.; Sempervivum sediforme Jacq.) Il.-Ag.
S. elegans Lej.

12 Caulibus adscendentibus, sterilibus repentibus imbricate-sexfariam foliatis, foliis cylindraceis linearibus basi deorsum appendiaculatis; cymae subtrifidae floribus subsessilibus; petalis lanceolatis acutis; carpellis rostro duplo longioribus. — Radix multiceps; caules ramosi; calycis laciniae foliis similes; petala flava, in brevem cuspidem attenuata. ♃. In muris campisque arenosis totius Croatiae. Syll. fl. cr.; circa Karlovic et Semlin in Slavonia (Kanitz). — Vis. fl. dalm. 1570 in saxosis apricis circa Zara, Spalato, Clissa, Ragusa et in montibus Velebit et Prolog. (S. Forsterianum Rchb.; S. boloniense Loisl.) Rchb. fl. g. 3541. In.-Il. . . . . **S. sexangulare L.**

Caulibus sterilibus repentibus foliis imbricatis patentibus, floriferis erectis foliis subulatis strictis; basi soluta deorsum rotundato-appendiculatis; calycis laciniis petalisque lanceolatis acutis. — Intense glaucum, folia cymae vicina sunt compressa, reliqua teretia incurvata. ♃. In rupibus montium altiorum, Ivanščica, Oštrc, Klek, Merzin et alibi in illis tractus Velebit. Syll. fi. cr. — Vis. fl. dalm. 1571 in apricis saxosis asperisque collium et montium totius Dalmatiae. (S. albescens Haw.; S. recurvatum Rchb.; S. reflexum Oed.; S. glaucum Sm.) Rchb. fl. g. 3546. In..Il.
S. rupestre L.

Observ. S. fol. lineari-sububulatis acutis breviter mucronatis carnosis utrinque convexis basi productis subcoloratis, ramorum sterilium imbricatis patentibus reflexisve; cyma glabra, petalis calyce duplo longioribus patentibus, est: S. reflexum L. occurritque in locis apricis, campis arenosis et in montosis rupestribus hinc inde, exsiccatum a priori vix ac ne vix quidem distinqui potest.

Gen. 57. **Sempervivum L. Netres, Čuvarkuća.**

Calyx 6—20-partitus; *petala 6—20 basi cum staminibus et inter se in corollam monpetalam plus minusve connexa*; *stamina 12—40 perigyna*; *squamulae*

hypogynae apice dentatae aut lacerae carpellaque polysperma numero aequalia petalis. — Folia carnosa sparsa; propagines rosulatae. — Koch syn. pl. p. 288, Vis. fl. dalm III. p. 191, g. 570; Rchb. fl. g. p. 550, g. 698.

1 Petalis laciniisve corollae duodenis vel adhuc pluribus et una cum laciniis calycis stellato-patentibus 2

Petalis laciniisve corollae campanulatae nonnisi senis (6) late linearibus serratis apice laceris erecto patulis, calyce triplo longioribus; squamis hypogynis lamelliformibus subquadratis; foliis ciliatis planiusculis, inferioribus oblongo-lanceolatis, caulinis subcordatis ovato-lanceolatis. — Radix perennis; foliorum rosula collo stipata, propagines demum patulae; folia omnia longiuscula setoso-ciliata acuminata, medio latiora, supra subtusque hirta; flores cymoso-dichotomi; calyx laciniis oblongis obtusis ciliatis; corollae ochroleucae laciniae latae, inferne naviculares, a medio apicem versus irregulariter et gradatim longius margine lacerae; stamina 10, styli 6 stigmatibus truncatis. ♃. In rupibus montium humiliorum ipsarumque alpium, veluti in illis Ivanšćicae, ad Kalnik, montis Klek, alpium Pliešivica, Badanj et Visočica. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1578 in rupibus montium Dalmatiae orientalis. — Rchb. fl. g. 3563. Il.-Ag. . . **S. hirtum L.**

2 Foliis rosularum oblongo-attenuatis breviter acuminatis utrinque glanduloso-pubescentibus pilisque paullo longioribus subciliatis; caulinis oblongis erectis antice paullo latioribus; petalis stellato-expansis lanceolatis subulatis acutissimis calyce subquadruplo longioribus; filamentis teretibus; ovariis oblique oblongis; squamis hypogynis erectis lamelliformibus subquadratis. — Rosulae sunt globosae, compositae e foliis villosis dorso convexis; caulis erectus villosus, foliisque villosis vestitus; flores rubelli; ♃. Vis. fl. dalm. 1577 in rupestribus montium Biokovo, ad Ossoniak, Dizmo, Prugovo et Konjsko. — Rchb. fl. g. 3566. Il.-Ag. **S. montanum L.**

Foliis rosularum oblongo-obovatis abrupte in mucronem acuminatis gramineo-viridibus glabris margine utrinque ciliatis; petalis stellato-expansis lanceolatis acuminatis calyce duplo longioribus; squamis hypogynis brevissimis convexis glanduliformibus. — Radix fibrosa; folia carnosa carinata; rosulae foliorum adultae patulae; caulis superne ramosus gerit flores pubescentes carneos; petala basi connata; stamina petalis breviora. ♃. In muris et tectis cultum et hinc indo quasi spontaneum. Syll. fl.

cr. — Vis. fl. dalm. 1576 in iisdem locis ac in Croatia et Slavonia, „Čuvarkuća.“ Rchb. fl. g. 3559. Il.-Ag. . . **S. tectorum L.**

Gen. 58. Cotyledon Tourn. Pupčić.

Calyx 5-partitus; corolla gamopetala campanulata quinquefida laciniis erectis stamina 10 corollae inserta; squamae hypogynae et carpella quina. Koch syn. pl. p. 291; Vis. fl. dalm. III. p. 189, g. 569; Rchb. fl. g. p. 552, gen. 699.

1 Floribus racemosis pendulis vel horizontalibus; corollae tubulosæ calyce triplo longiores quinquefidae lobis erectis 2
Floribus paniculato-racemosis patulis; corollae campanulatae calyce sesquilongioris quinquepartitae laciniis lanceolatis erecto-patulis; foliis inferioribus peltatis orbiculatis concavis subrepandis, floralibus ovatis; floribus parvis luteolis. — Folia caulina pauca, inferiora petiolata, superiora sessilia; bracteae inferiores ovatae, reliquæ oblongæ integræ; flores parvi campanulati; pedicellis longitudine variis; calyce corolla tertio, raro dimidio breviore, laciniis lineari-lanceolatis. ♃. Vis. fl. dalm. 1575 ad rupes saxa ad Castello di Cattaro. Mj.-In. **C. parviflora Sibth.**

2 Foliis inferioribus peltatis orbiculatis concavis repando-crenatis floribus racemosis pendulis, pedicellis bracteae integerrimae subæqualibus; corollae tubulosae calyce triplo longioris quinquefidæ lobis ovatis apiculatis erectis. Herba succulenta radice tuberosa, spithamaea, flores ex albo virentes. ♃. Vis. fl. dalm. 1573 ad rupes et saxa in Castello di Cattaro. (C. rupestris Salisb.) Rchb. fl. g. 3565. Ap.-Il. . . . . **C. Umbilicus Huds.**
Foliis inferioribus peltatis orbiculatis concavis repando-crenatis; floribus racemosis horizontalibus corollis pallidis, pedicellis bractea integerrima duplo brevioribus, corollae tubulosae calyce triplo longioris quinquefidae lobis ovato-acuminatis erectis. ♃. Ad rupes umbrosas circa Flumen et Bukari Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1574 ad muros et saxa umbrosa circa Spalato, Salona, Clissa, Slano, Breno, Ragusa, Castelnuovo nec non in scopulo Cassino prope Veglia et in insula Lesina. (C. Umbillicus Vis.; Umbillicus horizontalis DC.) Mj.-In . . . **C. horizontalis Guss.**
Obsv. Variat teste Visianio corollis ovoideis vel tubulosis, lobis plus minusve acuminatis; bracteis pedicello pluries vel tantum semel longioribus; pedicellis omnibus brevissimis, supremis nul-

lis, vel inferioribus longiusculis; racemo denique ramoso vel simplici.

b. **Thalamifloræ, i. e.** *plantae petalis staminibusque thalamo, et non calyci, insertis.*

Fam. V. **Ranunculaceae Juss. Žabnjače.**

Flores hermaphroditi regulares, rarius irregulares, polypetali; (rarius apetali); calyx 3—6-sepalus aestivatione imbricatus, rarius valvatus, interdum petaloideus; corolla petalis hypogynis 3—6—15, vel interdum nulla; stamina hypogyna 5—8 aut indefinita antheris adnatis rima duplici dehiscentibus; ovaria plurima, singula styligera vel in unicum lobatum connata, lobis singulis styliferis; fructus constans e carpellis monospermis non dehiscentibus, rarius capsellae dehiscentes vel baccae polyspermae; embryo minimus inter albuminis foveolam. Koch syn. pl. p. 1, Vis.fl. dalm. III. p. 75; Rchb. fl. g. p. 717.

Herbae, rarius frutices foliis alternis, rarius oppositis ternatisve aut omnibus basilaribus, petiolis basi in vaginam semiamplexicaulem saepe dilatatis, exstipulatis, floribus solitariis, racemosis. spicatis, paniculatisve involucratis nudisve.

Trib. I. Clematideæ DC. *Syst. nat. pag. 131. Flores incompleti, perigonio corollino aestivatione valvato; carpella plura, indehiscentia; folia opposita; radices fibrosae.*

Gen. 59. **Clematis L. Biela Trta, Pavetina.**

Perigonium 4—5-phyllum corollinum; laciniis aestivatione valvatis, vel induplicatis; carpella nucumentacea monosperma stylo persistente mucronata aut caudata. — Koch syn pl. p. 2; Vis fl. dalm. III. p. 76, g. 469; Rchb. fl. g. p. 734, g. 875.

1 Foliis omnibus aut saltem inferioribus pinnatis 2

Foliis omnibus simplicibus ovato-lanceolatis ovatisve, acutis, integerrimis; floribus nutantibus. — Radix fibris crassis jubata, multiceps; caules erecti herbacei subfistulosi superne pubescentes flore nutante terminati; folia sessilia, nervosa, tantum ad nervos orasque villosa; petala magna lanceolata, caerula, nervosa, acuta, undulata; filamenta villosa. ♃. In pratis humidis ad fluvium Savum circa Topolovec; secus in hortis culta. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 4663. — In pratis circa Retfalu, Maria-Schnee et Semlin in Slavonia (Kanitz) Iu.-Il. . **Cl. integrifolia L.**

2 Caule erecto strictove 3

Caule flaccido evidenter scandente, demum lignescente . . . 4

3 Foliolis ovato-lanceolatis integerrimis; floribus composito-corym-

bosis; laciniis perigonii 4—5 ovali-spathulatis glabriusculis, albis. — Radix ramosa; caules erecti teretes superne ramosi; folia impari pinnata foliolis utrinque 2 — 4, facie glabris, dorso villosis; bracteae minutae ad pedunculorum divisiones; petala oblonga, obtusa, villosa, 4 vel 6; carpella orbiculata compressa seta plumosa coronata. ♃. In pratis siccis collibusque apricis circa Zagrabia et Samobor, in Croatia australi ad Vrebačka staza in Lika, et alibi. In comitatu Syrmiensi in iisdem locis. (Kanitz). (Cl. erecta All.) Rchb. fl. g. 4664. In.-Il. **Cl. recta L.**

Foliolis lineari-lanceolatis obtusis; floribus subternis, perigonio plejophyllo, velutino. — Habitu proxima antecedenti, sed flores pauci, subterni et solitarii, simpliciter longe pedunculati triploque majores, velutini; foliola angusta; carpidia villosa ovalia caudarumque plumæ longissimæ. Cultura non alienatur. ♃. In asperis graminosis litt. cr. circa Bakar et Segniam; (Cl. hexapetala Poll.; Cl. lasiantha Fisch.) Rchb. fl. g. 4665. Il.-Ag. **Cl. angustifolia Jacq.**

4 Carpellorum caudæ elongatæ, bartato-plumosæ 5

Carpellorum caudæ breves, ebarbatæ; foliolis ovatis ovalibusve, petiolulatis, ternatis, indivisis, bi-trilobisve, integerrimis; floribus solitariis; perigonii phyllis triangulari-obovatis, subtus margine tomentosis; stylo glabro, adunco. — Caules frutescentes, ramosi, scandentes; pedunculi axillares, elongati, pilosi simplices vel ramosi; flores nutantes; petala 4 lata, obtusa, e purpureo-cærulea, dorso pubescentia trinervia; styli longissimi tortuosi. ♄. In dumetis et ad sepes litt. cr. circa Flumen, Svilno, Martinščica, Crkvenica, Karlobago et Segniam. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1273 ad sepes circa Zara, Dernis, Knin, Sinj, Spalato, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 4668. Mj.-Ag. **Cl. Viticella L.**

5 Foliis pinnati-partitis, segmentis cordato-ovatis grosse serratis integerrimisve; panicula brachiata; perigonii phyllis utrinque tomentosis oblongis. — Radix valde crassa; caules fruticosi sarmentosi, teretes, longissimi; folia longe petiolata pinnata cum impari, foliolis utrinque duobus acuminatis; pedunculi axillares, patentes, longi; flores odorati petalis 4, rarius 5, pallide ochroleucis subtusque villosis. ♄. In sepibus, dumetis et sylvis haud rara in Slavonia et Croatia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1272. ad sepes et dumeta circa Zara, Sebenico,

Ragusa, Cattaro et in insulis Ossero, Pago et Lesina. — Rchb. fl. g. 4667. In.-Il. . . . . **Cl. Vitalba L.**

Foliis bipinnato-partitis, segmentis vatis, oblongis linearibusve; perigonii phyllis oblongis subtus margine tomentosis. — Ex eadem radice caules plures fruticosi, sarmentosi, ramosi scandentes vel ad saxa prostrati, pauci brevissimi et erecti; folia summa rameaque simplicia, reliqua bipinnata aut pinnata et hisce immixta bigemina; flores albi gratum odorem spargentes petalis lanceolatis 4 — 5 apice compressis. ♄. In saxosis et ad sepes circa Flumen, Kukuljanovo, Tersat, Martinščica, Grišane et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1271 in iisdem locis totius Dalmatiæ. Rchb. fl. g. 4666. Il.-Ag.

Cl. Flammula L.

Obs. var. α. segmentis foliorum ovatis oblongisve, est: Cl. caespitosa Scop. v. Cl. maritima Pett.;

Var. β. Segmentis foliorum lobisque illorum oblongo-lanceolatis linearibusve, est. Cl. maritina L. (Cl. caespitosa Rchb).

Var. γ. foliis inferioribus cordatis reliquis eorumque lobis elongato-linearibus, est: Cl. decumbens Noë.

Gen. 60. **Atragene L. Granača.**

Calyx petaloideus 4 — 5-sepalus aestivatione induplicatus; petala numerosa calyce multo minora; carpella nucumentacea monosperma plumaso-caudata. Koch syn. pl. p. 3; Rchb. fl. g. p. 734, g. 874.

Foliis biternatis, foliolis serratis indivisis petalis spathulatis obtusis. — Caules fruticulosi ramosi, diffusi, longi angulati aut prostrati aut scandentes; foliola ovato-lanceolata, acuta glabra inaequalia sessilia lateralibus quandoque confluentibus; flos nutans; calyx tetraphyllus. foliolis lanceolatis acuminatis patulis; petala duodecim violocea, rarius alba vel caerulescentia, superne margine reflexa, ad oras ciliata, extus pilosa; styli longi pilosi ♄. In graminosis sylvaticis montis Klek. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4662. (A. austriaca Scop.; A. clematides Crntz. Clem. alpina Mill.) In.-Il. . . . . **A. alpina L.**

Trib. II. Anemoneae Koch. *Floris astivatio imbricata; petala nulla vel fovea nectarifera destituta; antherae extrorsae; carpella monosperma indehiscentia; semen pendulum.*

Gen. 61. **Thalictrum Tourn. Vredovac.**

Perigonium extus nudum corollinum, 4—5-phyllum, fugax; stigmata basi cordata; carpella triptera aut costata receptaculo plano minuto inserta, utrinque attenuata 2—12. — Flores plerumque paniculati; folia quini-decomposita — Vis. fl. dalm. III. p. 77; Koch syn. pl. p. 3; Rchb. fl. g. p. 727, g. 870.

1 Carpellis supra torum elevatis, triquetris, angulatis, caeterum laevibus; foliolis ovato-subrotundis obtuse trilobis 2
Carpellis sessilibus, apice omnino rectis 3

2 Caule foliisque plus minusve glaucis; floribus pallide virentibus apice filamentisque lilacinis. — Caulis erectus, teres, fistulosus, pedem et ultra altus; folia triternata; foliola subrotunda superne dentata, dorso glauca, flores suaveolentes, paniculati; petala 4; carpella pendula glabra. ♃. In sylvis pratisque montanis circa Kalnik, Samobor, in monte Klek et alibi in tractu montium Velebit haud rarum. Syll. fl. cr.; In collibus circa Vukovar, Čerević, Illok alibique in comitatu Syrmiensi. (Kanitz) Vis. fl. dalm. 1274 in sylvaticis pratisque montium Velebit, Velikigrad, Visosnica, Biokovo et Sella. — Rchb. fl. g. 4635. Mj.-In. . . . . **Th. aguilegifolium L.**
Caule violaceo, cæterum pruinoso; floribus extus violaceis aut atropurpureis; foliorum segmentis fere omnibus ovato-acutis, oblongisve indivisis, rarius incisis. ♃. Cum priori, cujus nil nisi varietas est, in monte Klek, Merzin et alibi præsertim in montosis Croatiae australis. Syll. fl. cr. — Circa Karlovic. (Kanitz). Mj.-In. . . . . **Th. atropurpureum Jacq.**

3 Floribus staminibusque pendulis 4
Floribus staminibusque porrectis rectisve 9

4 Petiolis pinnatim decompositis; ramis lateralibus intermedio insigniter brevioribus; caule sulcato 5
Petiolis ternatim supradcompositis; foliolis subrotundis, cuneatis obovatisve 6

5 Foliolis oblongo-cuneatis trifidis indivisisque oblongis opacis, auriculis foliorum superiorum ovato-oblongis acuminatis; panicula oblongo-pyramidali, ramis racemosis; floribus sparsis nutantibus; radice repente. — Gracile, pedale et ultra; petioli breves undique membrana auriculati; carpellis 6—9 breve turbinatis; stigmate cordato. ♄. In collibus herbidis locisque uliginosis campi

Dravani circa Ludbreg, Rasinja et Kopronca. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4631. Jn.-Il. . . . . **Th. simplex L.**

Foliolis lucidis linearibus indivisis, terminalibus saepe trifidis, auriculis foliorum superiorum ovato-oblongis acuminatis; panicula oblongo-pyramidali, ramis racemosis; floribus sparsis nutantibus; radice repente. — Caulis varie tortus, glaber superne ramosus, primo brevis erectus, dein elongatus debilisque; folia inferiora bipinnata, superiora ternata; petala 4 ovata, concava, dorso e viridi flavescentia, margine membranacea. ♃. In pratis et ericetis ad fluvium Mura circa Serdahelj. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4636. . . . . **Th. galioides Nestl.**

6 Stigmatibus oblongo-ovatis fimbriato-denticulatis cum lateribus retrorsum incumbentibus; caule obsolete striato foliisque pilis patentibus simplicibus glanduliferisque pubescentibus; petiolis partialibus obsolete-angulatis, auriculis vaginarum brevibus; foliolis subrotundis obovatisve tridentatis vel trifidis dentatisque panicula patente, laxa. — Radix ramosa; caulis erectus flexuosus, fistulosus, pedalis vel sesquipedalis; foliola rugosa; petioli basi dilatati caulem amplectentes; petala 4 ovata, obtusa concava, viridia. ♃. In collibus apricis locisque siccis, nec non in rupestribus tractus montium Velebit ibidemque in subalpinis, nec minus in convallibus montium ad Zagrabiam et Samobor et in ipso monte Klek. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1279 in iisdem locis circa Dernis et Almissa. Rchb. fl. g. 4626. (Th. styloides L. fil.; Th. pubescens Schleich.; Th. saxatile Vill.) Mj.-Il. **Th. foetidum L.**

Stigmate denticulato nec fimbriato marginibus demum reflexis . 7

7 Caule evidenter sulcato, angulato et nec unquam pruinoso . . 8

Caule cimpliciter striato plus minusve pruinosa basi vaginato recto sulcato-angulato; foliolis 2—3—4-pinnatipartitis; vaginarum auriculis subdentatis patulis; petiolis exstipulatis, segmentis foliorum subrotundis ovalibusve, inferiorum obtuse, superiorum acute 3—5-fidis, subtus glaucis; panicula ramis erecto-patulis; pedunculis subgeminatis; floribus cernuis; carpellis costatis ovalibus. — Radix lignescens; caulis glaucus, pedalis raro ultra pedalis; foliola cordata vel cuneiformia, trifida, glabra utrinque glauca; bracteae minutae lanceolatae; petala 4 purpurascentia. ♃. In pratis collibusque herbidis et locis incultis montium Ivanšćica, circa Krapinam, Samobor, in monte Klek et alibi in

Croatia australi. Syll. fl. cr. — In dumetis circa Virovitic (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1278 in collibus circa Dernis; in montibus Svilaja et Dinara. (Th. collinum Wallr.) Rchb. fl. g. 4627. In.-Il.
Th. minus L.

Obsv. var. β. Caule a basi folioso, flexuoso; foliolis utrinque viridibus, inferiorum subrotundo-cordatis ovalibusque obtusis 3--5-fidis, est: Th. flexuosum Bern. occurritque cum priori in monte Ošterc prope Samobor et in pede montis Klek; — circa Semlin (Kanitz).

Caule subflexuoso sulcato-angulato; foliolis 2—3-pinnati-partitis, vaginarum auriculis membranaceis ampliatis dentatis, petiolis exstipulatis, segmentis foliorum ovali-oblongis subcuneatis acute 3—5-fidis ovalibusve indivisis, subtus glaucis; paniculae semiverticillatae ramis patulis, floribus cernuis; carpellis costatis ovalibus. ♃. Vis. fl. dalm. 1277 in pascuis montis Promina. Rchb. fl. g. 4603. Il.-Ag. . . . . **Th. nutans Desf.**

Caule angulato striato; foliolis 2—3- pinnati-partitis, vaginarum auriculis angustis, superioribus integris, petiolis exstipulatis segmentis foliorum subrotundis obovatisque obtusis trifidis, subtus glaucis; paniculae ramis erecto-patulis; pedicellis, floribus staminibusque cernuis; carpellis costatis utrinque attenuatis. — Radix obliqua, lignosa; caulis flexuosus, 3—4-pedalis, foliola facie pallida, dorso glauca; petala 4 oblonga, obtusa e viridi purpurascentia lineis elevatis percursa aut simpliciter flava. ♃. In pratis marginibusque vinearum in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1276 in pascuis sylvaticis montium Promina, Svilaja nec non circa Ragusa. Rchb. fl. g. 4629. In.-Il.
Th. majus L.

Petiolis ternatim supradecompositis; radice fibrosa 10

Petiolis pinnatim-decompositis; caule sulcato; foliolis obovato-cuneiformibus integris trifidisque subtus pallidioribus, foliorum superiorum linearibus, auriculis vaginarum oblongo-ovatis acuminatis latitudine vaginae latioribus, ramificationibus inferioribus petioli stipellatis; panicula subcorymbosa; floribus in apice ramulorum aggregatis staminibusque porrectis; radice repente — Caulis erectus, fistulosus glaber 2—3—4-pedalis; folia inferiora bipinnata, subsequentia sensim minora et minus divisa; panicula terminalis erecta, densa; flores odori, petala 4 parva luteola. ♃. In pratis humidis et fruticetis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In pratis, sylvis dumetisque circa Kalogjvar, Selce, Našic, Velika, Eminovci, Požega, Vukovar, Čerević et alibi in

Slavonia haud rarum. (Kanitz.) (Th. anonymon Wallr.; Th. heterophyllum Lej.) Rchb. fl. g. 4639. In.-Il. . . . **Th. flavum L.**

Obsv. var. β. foliolis subintegris, superiorum linearibus et petiolis omnibus stipellatis, est: Th. nigricans Jacq. occurritque cum priori in iisdem locis. —

10 Foliolis subrotundis vel obovatis; caule sulcato pruinoso; paniculae ramis erecto-patulis, pedicellis, floribus staminibusque porrectis, carpellis costatis apice angustioribus 11

Foliolis oblongo-cuneiformibus linearibusve indivisis trifidisque nitidis subtus pallidioribus subtiliterque pubescentibus; auriculis vaginarum superiorum ovatis acuminatis; stipellis nullis; panicula subcorymbosa; floribus in apice ramulorum aggregatis staminibusque erectis; radice fibrosa. — Caulis erectus, sulcatus, fistulosus; folia inferiora bi-vel triternatim-decomposita; foliola margine revoluta, subtus pallida ac praesertim ad costam pubescentia; petala 4 erecta membranacea; vaginae et petioli foliorum inferiorum fere semper pubescentes. ♃. In pratis humidis, ad rivos et fluvios haud rarum in convallibus montium Croatiae. Syll. fl. cr. — (Th. Bauhini Spr.; Th. Bauhinianum Wallr.) Rchb. fl. g. 4637. In.-Il. . . **Th. angustifolium Jacq.**

11 Viride caule erecto teretiusculo; foliolis subtus pallidis, glabris obovatis subcordatisque, 5—7-filis, supremorum lanceolatis acuminatis; paniculae ramis sparsis erecti-patulis, pedicellis stamina vix aequantibus; carpidiis 2—5 basi obtusis; stigmatibus late cordatis. — Radix repens; caules ramosissimi, fistulosi, laeves; folia supradecomposita, foliola glabra, venosa, supra medium incisa, facie saturate viridia, dorso glauca; flores suaveolentes; petala 4 membranacea, flava, obtusa, apice denticulata. ♃ In collibus sterilibus apricis saxosis in litt. cr. circa Flumen, Kukuljanovo, Vlaka, Plaško et alibi. Syll. fl. cr. — In Vučedol et Skendra prope Vukovar; circa Karlovic. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1275 in pascuis subalpinis montium Velebit et Biokovo nec non circa Castelnuovo di Cattaro. — Rchb. fl. g. 4633. Mj.-In.. . . . . **Th. elatum Murr.**

Caule subflexuoso folioso, foliolis subtus glaucescentibus subovalibus inciso-7—5—3-dentatis, summorum lanceolatis acuminatis integerrimis; paniculae semiverticillatae ramis strictis pedunculisque fructiferis arecti-patulis; carpidiis 2—5—7 ventricosis obliquis; stigmatibus cordato-oblongis. — Radix repens; caulis

erectus, 2—3-pedalis glaber; foliola facie saturate viridia; flores paniculati arectiusculi. ♃. In pratis humidis et ad rupes demissiores circa Podsused, Samobor, Sv. Ana pod Turnom et alibi in locis designatis. Syll. fl. cr. — In collibus graminosis circa Vukovar et Karlovic. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4632. (Th. glaucescens W.; Th. saxatile Schleich.) Iu.-Il. **Th. medium Jacq.**

Gen. 62. **Anemone L. Šumarica.**

Perigonium petaloideum involucratum, 5- pleiophyllum, phyllis aestivatione imbricatis; carpidia nucumentacea rostellata monosperma receptaculo hemisphaerico, conico inserta. Koch syn. pl. p. 7; Rchb. fl. g. p. 731, g. 872.

1 Involucri foliolis sessilibus integris vel digitato-incisis, radice tuberosa, crassa; flore solitario 2

Involucri foliolis ternis ternatisve petiolis foliisque radicalibus, si adsunt, conformibus 3

2 Perigonii phyllis obovato-subrotundis subsenis extus pilosis; foliis radicalibus biternato-partitis, segmentis ovatis pinnatifidis, laciniis oblongo-linearibus apice inciso-serratis integrisque; involucri foliis sessilibus cuneato-obovatis palmati-fidis. — Variat colore florum purpureo, caerulescente, violaceo, lilacino et flavido et insuper flore pleno. ♃. Vis. fl. dalm. 1286 in cultis secus viam ad Castelli di Spalato et in olivetis Gravosa prope Ragusa. — In cultis litt. cr. circa Flumen et Bukari quasi spontanea, sed frequentissime et alibi in hortis culta. — Rchb. fl. g. 4548. Feb.-Mr. . . . . **A. coronaria L.**

Perigonii phyllis oblongis 10—16 erectis adpresse sericeis; foliis radicalibus tripartitis petiolatis, segmentis primordialium late obovatis cuneatis 2—3-fidis obtusatis, reliquorum anguste acuteque laciniatis. — Folia dorso purpurascentia; caulis tomento albido tectus; flos purpureus, raro albus. ♃. In dumetis litt. cr. circa Flumen, Bukarica, Kraljevica, Novi et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1285 in dumetis et saxosis totius Dalmatiae littoralis frequens. (A. stellata Lam.; A. dubia Bell.) Rchb. fl. g. 4649. Feb.-Ap. . . . . **A. hortensis L.**

3 Floribus caeruleis aureisve 4

Floribus roseis albisve 5

4 Radice tuberosa crassa; perigonii amoene cærulei phyllis oblongo-linearibus 10—16ve extus pilosis; foliis radicalibus involu-

crisque petiolatis biternato-partitis, segmentis obovatis inciso-pinnatifidis; flore solitario. ♃. Vis. fl. dalm. 1284 in umbrosis sylvaticis montis Snježnica, in castanetis supra Stolivo montium Stanjević supra Budua. Rchb. fl. g. 4645. Mr.-Mj. **A. apennina L.**

Radice repentê carnosa; perigonii aurei phyllis ovalibus subquinis extus pubescentibus; foliis radicalibus involucrisque brevissime petiolatis ternato-quinatove-partitis, segmentis oblongis inciso-serratis, lateralibus bifidis, medio tripartito; floribus subgeminis. — Caulis erectus, infra medium glaber; folia ternata, radicalia longe petiolata; caulina terna, brevissimo petiolo affixa; pedunculi pilosi stipantur bractea membranacea. ♃. In nemoribus dumetisque campi Dravani ad Gjelekovec; in sylvaticis circa Zagrabiam, Samobor et alibi in submontanis umbrosis, sed ubique rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1283 in pascuis montium Svilaja. — Rchb. fl. g. 4643. Ap.-Mj. . . **A. ranunculoides L.**

5 Phyllis perigonii subtus glabris, subsenis; foliis radicalibus potissimum nullis 6

Phyllis perigonii subtus villosis subquinis elliptico-oblongis; involucris foliis radicalibus conformibus petiolatis; foliis radicalibus biternatis, foliolis tripartitis, laciniis demum tridentatis; flore solitario; carpellis tomentosis; stylo glabro, brevissimo. — Radix multiceps; caulis erectus teres, simplex pilis longis, albis, mollibus tectus; folia pilosa quinquepartita, laciniis incisis, obtusis, ciliatis, radicalia minora, longissime petiolata, caulina majora terna; pedunculus elongatus, teres, dense villosus. ♃. In collibus apricis, in montosis dumetosis solo calcareo et argillaceo circa Toplikam ad Tonimir, Sv. Križ et in Moslavina. Syll. fl. cr. — In montosis sylvaticis circa Čerević et Karlovic. (Kanitz.) — Rchb. fl. g. 4651. Ap.-Mj. . . . **A. sylvestris L.**

6 Involucri foliis ternatis petiolatis, petiolo folium dimidium subaequante, foliolis inciso-serratis, intermedio trifido basi cuneato, lateralibus bifidis basi oblique ovatis; flore solitario, phyllis perigonii subsenis, oblongis, obtusis utrinque glabris; carpellis pubescentibus stylum subæquantibus. — Radix carnosa, teres, horizontaliter repens; caulis erectus teres, paucis pilis inspersus flore unico terminatus et pedunculus pilis adpressis tectus. ♃. In sylvis, nemoribus pratisque sylvaticis planitierum montiumque vulgaris. Syll. fl. cr. — In sylvaticis montis Papuk et in comi-

tatu Syrmiensi haud rara. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1282 in sylvaticis umbrosis montium Svilaja, Visosnica et Beljak. — Rchb. fl. cr. 4644. Ap.-Mj. . . . . **A. nemorosa L.**

Involucri foliis ternis petiolatis, foliolis lato-lanceolatis acuminatis indivisis serratis basi integerrimis; flore solitario; perigonii phyllis subsenis ovali-oblongis utrinque glabris. — Radix carnosa, teres, repens; caulis erectus angulatus, inferne glaber, superne pilis adpressis tectus; folium radicale ternatum, longe petiolatum, caulina terna ternata breviter petiolata petiolis canaliculatis, ciliatis, foliola oblonga, serrata ciliata, subtus nitida, facie pallide viridia, lateralia duo oblique cordata. ♃. In sylvaticis et nemorosis circa Liepavina, Kaproncam et alibi in montes altiores adscendens, veluti in monte Ivanščica, Klek et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4646. Ap.-Mj. . . . . . **A. trifolia L.**

Gen. 63. **Pulsatilla Tourn. Kučika.**

Perigonium petaloideum 5—6-phyllum; carpidia plurima plumoso-caudata; glandulae pedicellatae inter lacinias perigonii et stamina. — Flores involucrati, involucri foliis ternis sessilibus digitato-multipartitis basi in vaginam connatis. — Rchb. fl. g. pag. 732. g. 873; Koch syn. pl. p. 7, species Anemone 2—8.

1 Floribus violaceis v. atroviolaceis; involucri foliis sessilibus . . 2

Floribus albis, rarius sulfureis; foliis radicalibus ternato-decompositis, laciniis incisis, involucralibus ternis breviter petiolatis aut subsessilibus conformibus; flore solitario; perigonii phyllis subsenis; carpellis caudaque carpellum multoteis superante hirsutis. — Radix longa; caulis erectus hirsutus; folia radicalia longe petiolata ternata foliolis bipinnatis; caulina terna radicalibus similia, sed minora, foliola facie glabra, dorso hirsuta; perigonii laciniae ovatae, patulae, extus pilosae, purpurascentes, facie glabrae. ♃. In pascuis locisque glareosis et lapidosis montium altiorum ipsarumque alpium, veluti in pascuis alpis Pliešivica et Visočica, in montibus Vratnik, Merzin et Klek. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1281 in lapidosis graminosis circa Paklenica montium Velebit. (Anem. alpina L.; A. Burseriana Scop.; Puls. alba Rchb.) Rchb. fl. g. 4654. In.-Sept. . . . **P. alpina Jacq.**

Obs. var. β. floribus sulfureis, est: P. sulfurea L. (P. apiifolia Wulf.

Var. γ. pinnulis foliorum longissimis, inciso-serratis, laciniis perigonii tribus late ovato-ovalibus discoloribus, reliquis tribus concoloribus (externe omnino lividis, intus albis luteisve.), est: P. Burseriana Rchb. — Utraque occurrit cum specie genuina permiscue. —

2 Perigoniis campanulato-conniventibus 3
Perigoniis patenter campanulatis, demum omnino patentibus aut plane stellatim expansis; foliis radicalibus triplicato-pinnatifidis 4

3 Foliis radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis linearibus; flore pendulo; laciniis perigonii stamina paullum superantibus apice revolutis; carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. — Radix fusiformis; scapus erectus teres pilis longis mollibus tectus; folia pinnata foliolis pinnatifidis laciniis linearibus; involucri multipartiti laciniis linearibus valde pilosis; laciniæ perigonii 6—9 atropurpureae, dorso pilosae. ♃. In collibus arenosis circa Vinicam in comitatu Varasdinensi. Syll. fl. cr. — In montosis circa Čerević in Slavonia. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4655. (An. pratensis L.; Puls. nigricans Stoerk.) Ap.-Mj.
P. pratensis Mill.

Foliis radicalibus ternatis, foliolis subtripartitis, laciniis oblongis apice inciso 2—3-dentatis vel multifidis lacinulis linearibus; flore erectiusculo cæruleo-violaceo; perigonii laciniis apice rectis. — Folia juniora villosa, adulta tantum margine pubescentia; involucrum a flore remotum; perigonii laciniae dorso villosae. ♃. In collibus apricis ericetisque montium Ivanšćica. Syll. fl. cr. — In cultis Dalmatiae secundum Maly enum. pl. p. 250, g. 602, n. 6. Rchb. fl. g. 4661. (An. patens L.) Ap.-Mj. **P. patens Rchb.**

4 Foliorum radicalium laciniis linearibus attenuato-acutis; flore erectiusculo; perigonii laciniis stamina bis excedentibus basi campanulatis, demum a medio reflexo-patentibus acutis vel cum apiculo obtusis; carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. — Radix ramosa; scapi erecti teretes pilisque mollibus tecti; folia pillosa, longe petiolata pinnata; involucrum multipartitum laciniis lineari-subulatis; laciniæ perigonii rectae, oblongae, dilute purpureæ dorso pilosæ, facie glabræ. ♃. In collibus apricis arenosis circa Zagrabiam, Samobor et in Moslavina. Syll. fl. cr. — In iisdem locis circa Karlovic et Semlin. (Kanitz.) —

Vis. fl. dalm. 1280 in monte Beljak prope Prugovo. (An. Pulsatilla L.) Rchb. fl. g. 4657. Ap.-Mj. . . . **P. vulgaris Mill.**

Foliorum radicalium laciniis linearibus acutis; flore nutante atroviolaceo; perigonii laciniis rectis stamina bis excedentibus initio campanulatis, demum stellato-expansis obtusis, saepe emarginatis; carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. ♃. In collibus apricis calcareis circa Flumen, Novi, Segniam alibique in litt. cr. Syll. fl. cr. (An. intermedia Hoppe.) Rchb. fl. g. 4656. Ap.-Mj. . . . . **P. montana Rchb.**

Gen. 64. **Hepatica Dill. Jetrenka.**

Perigonium petaloideum 6—9-phyllum; involucrum triphyllum sepaloideum indivisum perigonio minus; carpidia monosperma rostrata. Rchb. fl. g. p. 730, g. 871.

Foliis cordato-trilobis lobis ovatis integerrimis; petiolis scapoque pilosellis. — Scapi 3—6-pollicares uniflori; flos lilacinus, læte persicinus, caeruleus albidusve. ♃. In nemoribus sylvisque frondosis montium ubique in Croatia et Slavonia vulgaris. (H. nobilis Volkm.; Anem. Hepatica L.) Mr.-Ap. . . **H. triloba DC.**

Gen. 65 **Adonis L. Gorocviet.**

Calyx extus nudus 5-sepalus; corolla polype tala unquibus eglandulosis; carpella reticulato-rugosa stylo persistente rostrata secus receptaculum cylindraceum spicata; semen pendulum. — Vis. fl. dalm. III. p. 80, g. 472; Koch syn. pl. p, 11; Rchb. fl. g. p. 726, g. 868.

1 Carpellis stylo recto vel adscendente coronatis; radice annua . . 2

Carpellis subgloboso-obovatis pubescentibus stylo deorsum uncinato rostellatis; radice perenni; foliis radicalibus squamaeformibus, caulinis sessilibus laciniis anguste linearibus. — Caules erecti basi vaginis membranaceis inclusi, compressi ramosi; folia multifida laciniis gracilibus glabris; petala 12—16 lanceolata ad apicem denticulata calyce fere duplo longiora facie flava, dorso virore simul purpurascente perfusa. ♃. In apricis incultis circa Sv. Šimon prope Zagrabia. (Klingræff.) Rchb. fl. g. 4622. Apr.-Mj. **A. vernalis L.**

2 Calyce plus minusve pilosello; carpellis in rostrum plus minusve adscendens excurrentibus 3

Calyce glabro, patente, et a petalis hemisphaerico-conniventibus distante; carpellis in rostrum rectum et concolor excurrentibus;

floribus sanguineis, basi atris. — Caulis erectus, ramosus; folia multifida laciniis linearibus acutis; petala 8 ovata, obtusa integerrima miniata raro citrina, basi macula nigricante notata. ⨀. Inter segetes Croatiae praeprimis australis et littoralis haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4621. (A. autumnalis L.) Mj.-In.

A. miniata Scop.

3 Calyce pilosiusculo; carpellis margine superiori bidentatis, dente baseos acuto; rostro concolori; floribus miniatis, rarius flavis, ungue plerumque nigro-maculatis. ◯. Inter segetes Croatiae et Slavoniae totiusque Dalmatiae vulgaris. Syll. fl. cr. — (A. maculata Wallr.; A. ambigua Schleich.) Rchb. fl. g. 4619. Mj.-In.

A. aestivalis L.

Calyce evidenter piloso aut plane hirsuto petalisque expansis adpresso; carpellis margine superiori ante rostrum adscendens apice sphacelatum dente rotundato notatis; floribus miniatis aut stramineo-flavis cum vel absque macula nigra. — Differt praeprimis a praecedente: foliorum laciniis angustioribus et longioribus; parte caulis inferiore, foliis inferioribus calycisque laciniis hirsutulis hirsutisve; macula ad basin ungium petalorum aut nulla, aut valde obsoleta. ◯. In er segetes totius Croatiae et Slavoniae ipsiusque Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4628. In.-Il.

A. flammea Jacq.

Observ. Omnes tres species posteriores videntur potius esse varietates unius ejusdemque speciei et quidem A. aestivalis L.

A. vernalem L., quam Cl. Dr. Klinggræff in apricis incultis ad Sv. Šimon lectam teste herbario muzei Zagrabiensis indicat, in loco natali invenire non potuimus. — Sit itaque fides penes citatum inventorem.

Trib. III. Ranunculeae. DC. *Calycis et corollae aestivatio imbricata; petala basi squama aucta vel poro nectarifero instructa.*

Gen. 66. **Myosurus Dill. Malorepka.**

Calyx 5-sepalus, sepalis basi in calcar productis; petala 5 ungue filiformi, lamina basi forea nectarifera subtubulosa provisa; carpella nucumentacea monosperma numerosa, in receptaculo columnari compacta, unde syncarpium caudatum tereti-attenuatum. Koch syn. pl. p. 12; Rchb. fl. g. p. 718, g. 864.

Scapo folia subæquante; calycis appendicibus foliaceis. — Palmaris aut minor, folia linearia integerrima; flores luteoli in scapo solitarii. ◯. In agris locisque hieme inundatis haud rarus in

Croatia et Slavonia. (Ranunc. Myosurus Afzel. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4569. Ap.-Sp. . . . . **M. minimus L.**

Gen. 67. Ceratocephalus Mnch.

Calyx 5- sepalus inapendiculatas; corolla 5-petala unguiculata, ungue fovea nectarifera proviso; carpella nucumentacea monosperma loculis 2 inanibus in receptaculo columnari spicata basi bigibba processu ensiformi; semina tetragona. — Koch syn. pl. p. 12; Rchb. g. p 718, g. 865.

Carpellis dorso inter gibbos canaliculatis, rostro arcuato. — Palmaris, villosus; folia lineari-pedati-partita; flores in scapo terminales, parvi. ○. In collibus arenosis apricis circa Zagrabiam et Samobor. Syll. fl. cr. (Ran. falcatus L.; Ran. testiculatus Crtz.) Mr.-Ap. . . . . **C falcatus Pers.**

Carpellis dorso inter gibbos cristatis, crista subquadrata, rostro rectiusculo. — 3—4-pollicaris aut palmaris, praecedenti omnino similis quoad habitum; differt tamen ab illo non solum cornubus rectis et brevioribus, sed praesertim crista parva subquadrata et non subulata, apice denticulata. ○. In collibus arenosis cum priori, sed illo multo rarius. Mr.-Ap. **C. orthoceras DC.**

Gen. 68. Ficaria Dill. Ledinjak (Zlatica).

Calyx 3—5-sepalus; corolla 8—12-petala unguibus foveolatis, nectariferis; stamina et pistilla plurima; carpidia compressa obtusa; flores flavi; folia petiolata. — Rchb. fl. g. p. 718, g. 866.

Foliis cordato-angulatis lobis baseos distantibus: inferioribus repandis, superioribus angulatis, scapo unifloro. — Radix gramosa; caules decumbentes palmares et ultra; folia nitida crassi uscula. — Planta post anthesim evanida superrelictis tuberibus parvis in locis natalibus formam granorum Tritici æmulantibus ex axillis delapsis, unde fabula de pluviis triticeis. ♃. In dumetis, pratis et inter segetes totius Croatiæ, Slavoniæ ipsiusque Dalmatiæ. — Syll. fl. cr. (Ran. Ficaria L., Fic. verna Huds.) Ap.-Mj.

F. ranunculoides Roth.

Obs. var. β. foliis cordatis, lobis baseos sibi invicem incumbentibus; scapo unifloro foliis maculatis petiolisque in radicem longe vaginantibus; petalis decem, est: F. calthaefolia Rchb. occurritque cum specie genuina in iisdem locis sed multo rarius. — R. incumbens; R. divergens; Fr. Schultz. Herb. norm. 1856 formae videntur minus constantes.

Gen. 69. **Ranunculus L. Žabnjak.**

Calyx extus nudus 3—5-sepalus; corolla 5-aut pleiopetala unguibus fovea nectarifera nuda vel squama tecta provisis: carpella stylo persistente mucronata, supra receptaculum globosum vel cylindricum digesta. — Vis. fl. dalm. III. p. 81, gen. 473; Koch. syn. pl. p. 12; Rchb. fl. g. p. 718, g. 867.

1 Petalis albis. rarius pallide roseis, ungue nectorifero nudo, rarius squamula tecto; carpellis transverse rugoso-striatis 2

Petalis luteis flavisve; foveola unguis nectarifera squama evidenter tecta; carpellis lævibus, granulatis muricatisve. 8

2 Fovea nectarifera exacte nuda. — Herbae aquaticae caulibus flaccidis, prostratis aut in aqua fluitantibus; foliis saltem inferioribus capillaceo-multifidis 3

Fovea nectarifera squamulla plus minusve tecta. — Herbae terestres aut paludosae; caule erecto aut decumbente, nec unquam fluitante. 7

3 Foliis omnibus capillaceo-multifidis 4

Foliis submersis capillaceo-multifidis, emersis 3—5-lobis . . . 5

Foliis omnibus 3—5-lobis; petalis acutiusculis calycem vix excedentibus; nuculis hispidulis glabrisve. — Radix fibrosa; caules prostrati vel natantes; radicantes, glabri, ramosi; folia glabra reniformia obsolete lobata integerrima; flores parvi; semina subrotunda rugosa. ♃. In aquis stagnantibus in campo Podravano et Posavano nec non circa Zagrabiam et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4573. Mj.-Il. . . . . **R. hederaceus L.**

4 Laciniis foliorum submersorum capillaceis elongatis, parallelis, nec divaricatis; caulibus teretibus; petalis a 9 ad 12 oblongo-cuneatis, staminibus capitulo ovariorum brevioribus; carpellis subturgidis transverse rugosis immarginatis glabris, apice breviter apiculatis. ♃. In fluviis et rivulus, raro in aquis stagnantibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In rivulo inter Bankovci et Radovanci in Slavonia nec non circa Semlin. (R. fluviatilis Wigg.; R. peucedanifolius All.) Rchb. fl. g. 4577. Il.-Ag. **R. fluitans Lam.**

Laciniis foliorum submersorum divaricatis, rigidulis; caulibus obtuse angulatis; carpellis hirtis. — Folia omnia setaceo-multifida laciniis in planum orbiculare dispositis; petala 5 obovata; stamina capitulo ovariorum longiora; carpella subturgida transverse rugosa immarginata hispida apice breviter apiculata. ♃. In aquis stagnantibus totius Croatiæ et Slavoniae. Syll. fl. cr. (R. circi-

natus Sibth.; R. rigidus Pers.; R. caespitosus. Thuil.; R. stagnatilis Wallr.) Rchb. fl. g. 4575. In.-Il. **R. divaricatus Schrank**.

5 Foliis emersis reniformibus 3—5-partitis nuculis glabris . . 6

Foliis emersis subpeltato-tripartitis incisisque, patiolis vaginantibus; carpidiis obtusis, hispidulis. Caules fluitantes vel natantes hispiduli radicesque ex articulis inferioribus emittentes; folia submersa setaceo-multifida, petiolata laciniis undique patentibus; petala obovata; stamina ovariorum capitulo longiora; carpidia subturgida transverse rugusa immarginata apice breviter apiculata. ♃. In rivulis aquisque stagnantibus totius Croatiae et Slavoniae nec non istius Dalmatiae. Syll. fl. cr. et Vis. fl. dalm. 1288 — Rchb. fl. g. 4576. In.-Il. . . . **R. aquatilis L**.

Obsv. var. β. foliis natantibus cordato-subrotundis ultra medium trifidis, laciniis lateralibus bilobis vel 5-lobis; lobo intermedio 3-, lateralibus 2-crenatis, est: R. peltatus Schrank occurritque in aquis stagnantibus in Lonjskopolje et in compo Posavano frequentissime.

6 Foliis nonnisi infimis capillaceo-multifidis, petiolatis laciniisque patentibus. — Folia natantia superiora tripartita vel profunde trifida laciniis triangulari-obovatis bi-trifidis, crenatis dentatisve, natantia inferiora saepe ternata foliolis longiusculis petiolulatis obovato-flabelliformibus. Caulis obtusangulus; petala obovata, stamina capitulo ovariorum longiora; carpella subturgida transverse rugosa. ♃. In rivulis aquisque stagnantibus totius Croatiae et Slavoniae hinc inde. Syll. fl. cr. Koch. syn. pl. p. 13. In.-Ag. . . . . **R. Petiveri Koch**.

Foliis nonnisi summis reniformibus 3—5-partitis, submersorum lobis capillaceo-multifidis rigidulis. ♃. Cum prioribus, præsertim in societate R. aquatilis, cujus nil nisi varietas est, tam praesens quam etiam praecedens. Cum attamen formae haec cum suis characteribus constanter, etsi saepe promiscue, redeant, observatione omnimode dignae suut. ♃. Syll. fl. cr. In aquis stagnantibus in Lonjskopolje, et in humidis, aquaticis ad Mali Bukovec in Podravina. In.-Il. . . . . . **R. heterophyllus Hoffm**.

7 Caule a basi ramoso, 3 — 5-floro; foliis 5-partitis, laciniis rhombeis, inciso-serratis; pedunculis pilosis; petalis obovatis calyce duplo longioribus. — Caulis erectus teres flexuosus, glaber, ramosus; folia glabra laevia, radicalia longe petiolata 5-partita lobis incisis, superiora lata cuneiformia subtriloba, inferiora bre-

viter petiolata, superiora plane sessilia; calycis laciniae (foliola) membranaceae, minimae, colore purpureo saepe suffusae; petala obtusa; slylus reflexus; semina semiovata. ♃. In sylvis montanis et subalpinis totius, sed praesertin australis Croatiae. Syll. fl. cr. — In sylvis montis Papuk in Slavonia. (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1289 in subalpinis ad Vela Paklenica. — Rchb. fl. g. 4585. In.-Il. . . . . **R. aconitifolius L.**

Caule 2 — 3-pedali ramosissimo et multifloro; laciniis foliorum obongo-lanceolatis; pedunculis longissimis omnino glabris. — Non differt a priori, nisi caule altiori, multifloro, pedunculis multo longioribus, omnino nudis; foliorum laeciniis multo angustioribus longiusque acuminatis; hinc pro simplici varietate illius sumendus. ♃. Cum priori in sylvaticis montium humiliorum, veluti in monte Klek et Merzin nec non ad pedem alpium Debelo-berdo et Badanj. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4585 var. β. In.-Il. . . . . **R. platanifolius L.**

8 Foliis omnibus indivisis 9

Foliis saltem caulinis divisis, laciniatis compositisve 14

9 Radice fibrosa; foliis omnibus aut saltem caulinis lanceolatis linearibusve, nunquam subrotundis 10

Radice fasciculata, fibris fusiformi-incrassatis; foliis inferioribus reniformi-orbiculatis coriaceis longe petiolatis; caulinis sessilibus, medio obovato, inciso, supremo lanceolato; carpellis capitatis semiglobosis turgidis immarginatis utriculatis rostro recurvo tenui coronatis. — Caules erecti basi squama arida vaginante instructi; flores 2—1; calycis foliola oblonga, obtusa, patentia, glabra; petala ovato-cuneiformia, integerrima a 5 ad 8; fructus variat slylo recurvo et circinato, caret margine circumdante estque dorso lineis tribus exstantibus, media eminentiore costatus. ♃. In pascuis alpinis dumetisque subalpinis, veluti in monte Klek, et Merzin; in alpe Pliešivica, Debelo-berdo et Visočica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm, 1293 in pascuis subalpinis montis Plieśivica prope Knin. (R. Thora L.) Rchb. fl. g. 4593. Il.-Ag. . . . . **R. scutatus WK.**

10 Foliis difformibus, inferioribus subcordato-ovatis vel ovato-oblongis, mediis oblongis, supremis oblongo-linearibus; carpidiis granulatis vel muricatis 11

Foliis omnibus conformibus, oblongis linearibusque vel lanceolatis integerrimis vel apice dentatis, 3-nerviis; floribus sessilibus op-

positifoliis. — Radix fibrosa, annua; caulis erectus, in ramos recurvos divisus; petioli ad basin dilatati, membranacei; flores parvi, luteoli; calycis foliola patula, glabra; corolla minima, 5-petala, petalis remotis; carpidia suborbiculata, rostro recto; semina punctata, punctis eminentibus. ☉. Ad stagna, fassas et lacus in campo Podravano circa Bukovec, Selnica, et Dubrava; in Moslavina et alibi. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 4612. In.-Il. . . . . **R. nodiflorus L.**

Foliis inferioribus petiolatis, cordatis, obtusis, superioribus oblongis sessilibus; caule fistuloso. — Radix fibrosa; caulis in ramos divaricatos divisus; folia glabra laevia, summa lineari-lanceolata; petioli ad basin in membranam latam cilitam, caulem et ramos amplectentem dilatati, ; Flores laterales sessiles; calycis foliola membranacea, flava, setulis inspersa; semina utroque latere muricata, apice stylo persistente subulato terminate. ♃. In fossis ad vias in Moslavina inter Potok et Dolnja-Vlahinička; in campo Posavano circa Topolovec et Preloščica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1291 in fossis locisque aquosis circa Boccagnazzo, Dernis, Trau, Salona et Gravosa. (R. ophiglossoides W.) In.-Il. . . . . **R. ophioglossifolius Vill.**

12 Caule declinato, demum adscendente; foliis subintegerrimis . . 13

Caule strictissimo 2—3-pedali, multifloro, infra ad nodos verticillatim-fibroso; foliis semiamplexicaulibus lanceolatis acuminatis, subserratis. — Radix fibrosa, caulis altissimus, erectus, teres, fistulosus, ramosus; pilis adspersus; folia longa erecta canaliculata, dorso pilis adpressis consita, ad oras ciliata et obsolete denticulata; calycis folia minima, aurantiaca, dorso pilosa; corolla ampla aurea, petalis cuneiformi-obovatis striatis. ♃. In stagnis et paludibus campi Podraveni, in Lonjskopolje et fluvio Gačka prope Otočac. Syll. fl. cr. — In paludibus et uliginosis inter Tenje et Našic, circa Klokočevac; in inundatis circa Bosut, Nuštar, Berak et Semlin. (R. longifolius Lam.) Vis. fl. dalm. 1292 in aquis fluvii Narenta et in paludosis circa Boccagnazzo. — Rchb. fl. g. 4597. Il.-Ag. . . **R. Lingua L.**

13 Caule demum adscendente, superne erecto; foliis oblongo-lanceolatis linearibusque, infimis longe petiolatis. Radix longissime fibrosa; caules subcompressi, sulcati, fistulosi, ramosi et praesertim inferne pilosi; folia infima ovato-lanceolata, integerrima, rarius ad oras denticulata; petioli basin versus dilatati et

margine membranacei; calycis foliola minima flava et nitida, cuneiformi-obovata. ♃. In stagnis pratisque humidis in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1290 in palustribus circa Narenta. — Rchb. fl. g. 4595. Mj.-Sept. **R. Flammula L.**

Caule tenui, flaccido, prostrato, ad geniculos radicante, repente; foliis lanceolato-linearibus. ♃. In iisdem locis ac antecedens, cujus nilnisi varietas est Mj.-Oct. . . . . **R. reptans L.**

14 Radice grumosa aut plane bulbosa 15

Rudice exacte fibrosa; 19

15 Foliis omnibus aut saltem caulinis decompositis multifidisve . 16

Foliis radicalibus integerrimis, tripartitis ternatisve 17

16 Fibris radicalibus fusiformibus; foliis omnibus bi-tripinnatipartitis, laciniis oblongo-linearibus glabris; carpellis alato marginatis, lenticularibus, punctatis, rostro laterali. — Radix composita tuberibus oblongis in fasliculum collectis, basi radicula filiformi terminatis; caulis erectus, pilosus; folia radicalia supradecomposita petiolis longis pilosisque; folium caulinum unum alterumve pinnatum, subsessile, summum simplex lineare; sepala ovoto-oblonga flavescentia; petala obovata. ♃. In cultis apricis montium altiorum circa Stubicam superiorem, Karivaroš et alibi in Zagoria; praesertim autem in montanis dumetisque Croatiæ australis et litt. cr. Vis. fl. dalm. 1296 in apricis et dumetis sylvaticis totius Dalmatiae Rchb. fl. g. 4590. Apr.-In. **R. millefoliatus Vahl.**

Fibris radicalibus cylindraceis ovalibusve turgidis basi longe attenuatis, collo crasso fibris stipato; foliis adpresse villosis, primordialibus suborbiculatis trifidis dentatisve fugacibus, reliquis triangularibus tripartitis, segmentis 1—3-fidis cuneatis, apice acute 2—3-dentatis; carpellis oblongo-spicatis punctatis, rostro lanceolato erecto apice incurvo. ♃. Vls. fl. dalm. 1295 in hortis graminosis circa Lesina. Apr. Mj. . **R. chærophyllos L.**

Obs. var. β. foliis primordialibus persistentibus laciniis flagelliformibus, est: R. flabellatus Desf. occurritque in aridis ad Scoglio di S. Clemente insulæ Lesina.

17 Caule basi incrassato, bulboso patenti-villoso; fibris radicalibus crassis cylindricis; foliis radicalibus tripartitis, segmentis obovato-cuneatis trifidis, lobis inciso-dentatis; calyce reflexo;

carpellis spicatis compresso-lenticularibus laevibus, late marginatis, rostro sublaterali abbreviato. — Radix est tuber rotundum, basi fibris crassis auctum; caulis teres, fistulosus ramosus pilosus, basi villosus; folia pilosa ternata, radicalia longissime petiolata, caulina inferiora petiolo brevi, lato affixa, superiora sessilia; sepala flavescentia, reflexa; petala subcuneiformia facie nitida, ad basin glandula obcordata instructa. ♃. In pascuis, campis, ad sylvarum oras agrorumque margines totius Croatiæ et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1298 in iisdem locis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4611. Ap.-Jn. **R. bulbosus L.**

Caule æquali, basi non incrassato nec bulboso, sed fibris radicalibus fusiformibus brevibus 18

18 Foliis sericeo-villosis, primordialibus lineari-lanceolatis, integerrimis, reliquis ternatis, foliolis trifidis, incisis, integerrimisque; calyce reflexo. — Tubera radicalia numerosa, parva, oblonga aggregata fibrillis tenuioribus intermixtis; caulis erectus, teres, superne ramosus; folia sericeo-villosa, inferiora petiolata ternata, superiora sessilia binata ♃. In collibus arenosis circa Sv. Duh prope Zagrabia; circa Janči et Bründel alibique in Croatia australi Syll. cr. In pascuis, arvis et graminosis circa Essek, Vukovar, Čerević et Semlin. (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1297 in apricis saxosis montium Velebit, Mossor, Beljak et Biokovo. — Rchb. fl. 4587. Mj.-Jn. . . . . **R. illyricus L.**

Foliis glabris vel nonnisi superne puberulis, radicalibus tripartitis, segmentis lateralibus 2—3-partitis, laciniis lanceolato-linearibus, integerrimis. — Radix composita e tuberibus fusiformibus; caulis erectus, pilosus, superne ramosus; folia glabra aut pubescentia, radicalia petiolata ternato-pedata foliolo intermedio indiviso, lateralibus 3-partitis, ramea brevissime petiolata ternata, summa simplicia linearia; pedunculi pilosi; sepala dorso hirsuta; petala obovata; nectarii squama bifida. ♃. In collibus apricis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 255; 39. Rchb. fl. g. 4591. Apr.-Mj. . . . . **R. pedatus WK.**

19 Carpidiis exacte laevibus; radice perenni 20

Carpidiis evidenter granulatis, muricatis aut saltem rugulosis, tuberculis spinulisve obsitis; radice annua 31

20 Pedunculis evidenter sulcatis angulatisve 21

Pedunculis exacte teretibus 24

21 Calyce reflexo vel saltem patente; foliis radicalibus ternatis biternatisve, plus minusve laciniatis 22
Calyce erecto, nec unquam reflexo; foliis radicalibus palmato-partitis 23
22 Carpellis (carpidiis) marginatis et subtiliter impresso-punctatis; caule basi stolonifero radicante; foliis omnibus petiolatis, inferioribus cordatis tripartitis, segmentis cuneato-obovatis, 2—3-lobis inciso-dentatis, floralibus lanceolatis; pedunculis sulcatis; receptaculo villoso; calyce patente; carpellis capitatis lenticulari-compressis obovatis punctatis glabris, rostro sublaterali. — Radix vix incrassata fibris plurimis firmata nutrit caules et stolones ex geniculis radices agentes; caules adscendentes, rarius erecti, teretes, ramosi, pilosi; folia pilosa, inferiora biternata foliolis cuneiformibus incisisque; sepala patentia, hirsuta. ♃. In pratis, agris, fossis et sylvis, ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1303 in fossis locisque apricis circa Zara, Vranjza et Salona. — Rchb. fl. g. 4610. Ap.-Sept. . . . . , **R. repens L.**
Observ. In hortis cultus fit flore pleno. —
Carpellis late marginatis, inpunctatis; caule basi incrassato, bulbiformi, Vide 17.
23 Laciniis foliorum radicalium 3-fidis 3-partitisve incisis segmentis sublinearibus, carpelli rostro uncinato; receptaculo setoso. — Rostrum carpellorum est breve latum, apice hamatum; pili caulis et petiolorum nunc patentissimi, nunc adpressi. Habitus R. acris L., sed totus hirtellus, folia tenuius disecta; pedunculi sulcati, flores majores. ♃. In pratis sylvisque, ad sepes et fossas totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In sylvis montanis totius Slavoniae nec non in pratis circa Čerević, Bukovac et Semlin. (Kanitz.) R. sylvestris Tabern.; R. napellifolius Crntz.) Rchb. fl. g. 4607. Mj.-Il. . . . . **R. polyanthemos L.**
Laciniis foliorum radicalium obovatis, trifidis, dentatis aut crenato-serratis; rostro carpelli apice convoluto aut spiraliter redunco; receptaculo setoso. — Radix praemorsa fibris longis in fasciculum congestis aucta; caulis erectus, teres, hirsutus, ramosus; folia crassa hirsuta, facie suturate viridia, dorso pallida, radicalia petiolo longo valde hirsuto innixa 5-partita, foliolo intermedio lato cuneiformi; caulina pauca, minora, brevissime petiolata 3-partita, floralia minima ternata; pedunculi elongati, tetragoni, sulcati, bractea lineari muniti, setulis adpressis in-

spersi; sepala patentia, navicularia, flavescentia dorso hirsuta; petala cuneiformia. ♃. In sylvis montanis subalpinis et in ipsis alpibus haud rarus in Croatia, praesertim australi. Syll. fl. cr. (R. sylvaticus Thuil.; R. aureus Schleich.) Rchb. fl. g. 4608. Mj.-In.

R. nemorosus DC.

24 Capitulis carpellorum hemisphaericis ovatisve 25

Capitulis carpellorum oblongo-spicaeformibus Vide 32.

25 Foliis radicalibus orbiculato-reniformibus, longe petiolatis, crenatis indivisis trifidisve 26

Foliis radicalibus nec orbiculatis, nec reniformibus, sed 3—5—7-lobis aliterque conformatis 28

26 Foliis radicalibus exacte reniformibus orbiculatisve 27

Foliis radicalibus cordato-reniformibus pedati-3—5-partitis segmentis linearibus falcatis apice incisis, caulinis 3—5—7 pedati-partitis segmentis linearibus integerrimis; carpellis lanuginosis, rostro a basi recurvo. — Habitus R. auricomi L., sed multo gracilior floresque minores. ♃. In pratis sylvaticis in Maximir prope Zagrabia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4600.

R. binatus Kit.

27 Foliis radicalibus orbiculato-reniformibus tripartitis, segmentis cuneatis extrorsum incisis, caulinis digitatis, segmentis linearibus grosse dentatis. — Radix carnosa fibris pluribus fasciculatis aucta; caules teretes; ramosi fistulosi tantum superne pubescentes, multiflori; folia ad oras setulis minutis ciliata, radicalia longissime petiolata crenata vel dentata, multa integra, aliqua lobata, nonnulla tripartita; caulina sessilia; sepala obtusa, concava, e viridi flava, dorso pilis inspersa; petala nitentia. ♃. In nemoribus pratisque sylvaticis, ad sepes et dumeta; in locis humidiusculis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Circa Essek et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1299 in sylvaticis. Rchb. fl. g. 4599. Ap.-Mj. . . . . **R. auricomus L.**

Foliis radicalibus exacte reniformibus crenatis, caulinis flabellatis sive cuneato-dilatatis integris tripartitisve, extrorsum crenatis; petalis calyce duplo longioribus. ♃. In saxosis sylvaticis circa Sv. Šimon et Vidovec prope Zagrabia. Syll. fl cr. — Rchb. fl. g. 4602. Ap.-Mj. . . . . **R. flabellifolius Heuffl.**

Observ. R. binatus Kit. et R. flabellifolius Heuffl videntur esse formæ hybridæ e R. auricomo L. et R. montano W. aut R. aureo Schleich., quod et ipse clariss. Dr. Heuffel agnovit in litteris de 17. Sept. 1852 ad me missis.

28 Foliis omnibus petiolatis trifidis, segmentis cuneato-obovatis, 2—3-lobis, inciso-dentatis cauleque multifloro holosericeis aut lanuginosis 29

Foliis nonnisi radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus, plus minusve glabris, nec unquam holosericeis aut lanuginosis . . . 30

29 Segmentis foliorum inciso-crenatis; carpellorum stylo spiraliter redunco carpellum dimidium æquante. — Radix lignescens fibris multis, crassis aucta; caulis erectus, teres, fistulosus ramosus pilis longis consitus; folia mollia pilosa, caulina et radicalia cordata lobata, lobis incisis, ramea tripartita laciniis integerrimis vel dentatis; sepala e viridi flava, ovata, concava, patentia; petala cuneiformia, emarginata, interne basi glandula compressa instructa. ♃. In sylvis frondosis et dumetis ubique frequens. Syll. fl. cr. — In iisdem locis circa Virovitic, in sylvis montium Papuk, in illis circa Našic, Darovar, Vukovar et Čerević in Slavonia. Rchb. fl. g. 4609. Apr.-Mj. . . . . **R. lanuginosus L.**

Segmentis cuneato-obovatis 2—3-lobis superioribus lanceolatis cauleque multifloro holosericeis; pedunculis teretibus; receptaculo glabro; calyce reflexo; carpellis capitatis lenticularibus punctulatis glabris, rostro laterali brevissimo triangulari rectiusculo. — Radix fasciculato-fibrosa, caulis robustus speciosus 1—2-pedalis, multiflorus; carpella stylo laterali brevissimo rectoque coronata, qua nota praesertim differt a R. lanuginoso L. ♃. Vis. fl. dalm. 1302 in pratis collibusque dumetosis circa Zara, Sebenico, Spalato, Salona el Ragusa. Mj.-In. . . **R. velutinus Ten.**

30 Foliis omnibus tripartitis, radicalium segmentis obovatis, 3-fidis multifidisve, caulinis palmati-partitis, segmentis linearibus integris patulis; caule 1—2-floro; receptaculo setoso. — Radix nodosa, fibris longis jubata; caulis erectiusculus palmaris pedalisve simplex et uniflorus, vel ramulo florigero auctus tereti hirtoque; folia hirsutula, radicalia 5-loba, lobis superne latioribus, incisis; petioli hirsuti, ad basin membranacei vaginantes; folia caulina sessilia; sepala patentia, lanceolata, concava, carolla fere duplo breviora facie flava, dorso pallidiora villosaque; petala obovata patentia, obtusa, quandoque emarginata, supra unguem macula aurantiaca distincta. ♃. In pascuis tractus montium Velebit, veluti in alpe Pliešivica et Visočica. Syl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1300 in pascuis montium Velebit, Svilaja, Prolog et Bio-

kovo. (R. nivalis Jacq.; R. Villarsii DC.; R. pyrenaeus Gou.) Rchb. fl. g. 4604. Ap.-Il. . . . . **R. montanus W**

Cbserv. var. β. foliis radicalibus multipartitis, laciniis linearibus acutiusculis; petalis obovatis, distantibus; carpellis muticis, est: R. gracilis Schleich.; Rchb. fl. g. 4603 occurritque cum priori.

Foliis inferioribus 3—5-partitis; caule multifloro; receptaculo glabro. — Radix lignescens fibris longis firmata; caulis erectus teres, setulis consitus superne ramosus, 1—2-pedalis et ultra; folia hirsutula, radicalia longe-petiolata petiolo inferne in membranam ciliatam dilatato, foliola incisa; superius unum vel alterum vaginae membranaceae ciliatae innixum, in lacinias lineares, dentatas divisum; sepala ovata flava, dorso pubescentia; petala cuneiformia, apice indivisa; carpella compressa, stylo brevi, recto terminata. ♃. In pratis locisque herbidis in Croatia et Slavonia ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1301 in iisdem locis totius Dalmatiae. (R. acer Host.) Rchb. fl. g. 4606. Ap.-Sept. . . . . **R. acris L.**

Observ. var. β. foliorum inferiorum segmentis latioribus cuneatis trifidis inciso-dentatis; stigmatibus patentibus; petalis obtusis, basi virentibus; fructuum capitulis globosis, carpellis compressis; radice evidenter repente, est: R. Steveni Andrz.; Rchb. fl. g. 4601 occuritque cum priori copiosissime in Croatia australi.

31 Carpellis nonnisi tuberculatis aut rugulosis, nec unquam echinatis spinosisve 32

Carpellis plano-compressis, tuberculato-spinosis glochinatisve . . 33

32 Foliis inferioribus palmato-partitis, inciso-crenatis, superioribus 3-fidis, laciniis linearibus; capitulo carpellorum oblongo spicæformi. — Radix fibrosa; caulis erectus, teres, fistulosus; folia inferiora petiolata in lacinias obtusas divisa, floralia simplicia, lanceolata, integra; flores parvi; sepala reflexa, dorso pilosa; petala orbiculata; nectarium tubulosum; carpella minuta. ○. In fossis et paludibus; ad ripas fluviorum rivulorumque et alibi vulgaris in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4598. In.-Oct. . . . . **R. sceleratus L.**

Foliis inferioribus ternatis biternatisve, foliolis trifidis, inciso-dentatis; capitulo carpellorum ovato. — Radix valde fibrosa annua vel biennis; caulis erectus vel adscendens, ramosus, hirsutus; folia radicalia integra vel lobata, omnia hirsuta; sepala acumi-

nata pilis glanduliferis consita, hirsuta; petala cuneiformia; nectarium squama tectum; carpella muricata brevia. ♂. Inter segetes, in vineis, ad paludes et fossas in Croatia haud rarus. — Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Bizovac, Bankovci et Semlin. Var carpellis lævibus in sylvis circa Županje, Essek et Vukovar (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1304 ad fossas et in locis udis circa Spalato, nec non in pascuis et herbidis montium Velebit et Svilaja; in vineis et cultis circa Ossero et Citta-Vecchia. (R. Philonotis Ehrh.; Breynianus Pett.; R. sardous Crntz.) Rchb. fl. g. 4617. Mj.-Il. . . . . **R. hirsutus Ait.**

33 Foliis inferioribus cordato-subrotundis, trifidis trilobisve, grosse vel lobato-crenatis 34

Foliis inferioribus trifidis, dentatis, caulinis ternatis, foliolis petiolatis, 3-multifidis, supremis linearibus; carpellis plano-compressis, spinosis, tuberculatis reticulatisve, margine prominulo utrinque spinoso aut dentato. — Radix fibrosa; caulis erectus, teres, ramosus, pilis albis inspersus; folia radicalia longe petiolata, infima simplicia, ovata incisa, subsequa ternata, foliolis cuneiformibus, apice incisis foliola, superiorum tripartita laciniis angustis, apice incisis, suprema et ramea sessilia; pedunculi filiformes, pilosi; flores parvi, sepala membranacea, lanceolata, concava, dorso pilosa; petala cuneiformia, striata; carpella compressa, aculeis muricata. ⊙. In agris cultisque ubique, praesertim inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1305. Inter segetes totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4614. Mj.-Il. . . . . **R. arvensis L.**

Observ. var. β. carpidiis nonnisi tuberculosis et margine tantum dentatis, est: R. segetalis Kit. occurritque inter segetes cum priori, sed multo rarius.

34 Foliis inferioribus 3-fidis, segmentis lato cuneato-obovatis trilobis; pedunculis fructiferis teretibus infractis; receptaculo piloso; calyce reflexo; carpellis oblique ovalibus, complanatis, subulato-echinatis, rostro pugioniformi utraque facie carinato, laterali. — Radix brevis crassa fibris plurimis firmata; caules ramosi pilis paucis ut ista folia et petioli adspersi, primo erecti, dein decumbentes; folia reniformia, inferiora longissime petiolata; sepala patentia, membranacea, flavescentia, dorso pilosa; petala obovata. ⊙. In agris arvisque herbidis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Kraljevica et alibi. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1306 in

herbidis et agris circa Zara, Trau, Spalato, Salona, Macarsca, Ragusa et in insulis Veglia, Cherso et Lesina. — Rchb. fl. g. 4615. In.-Il. . . . . **R. muricatus L.**

Foliis inferioribus cordato-subrotundis 3—2-lobis, segmentis subrotundis inciso-dentatis aut lobato-crenatis integrisve, superiorum ovatis 5-lobis; pedunculis oppositifoliis, fructiferis superne incrassatis, fistulosis; receptaculo glabro; petalis oblongis, calyce piloso reflexo sublongioribus; carpellis oblique ovatis, lenticulari-compressis, tuberculato-setulosis; rostro late lanceolato-falcato plano sublaterali. — Radix fibrosa; caules teretes, ramosi; folia inferiora longe petiolata reniformia lobata, lobis incisis, superiora 3-partita laciniis vel integris vel incisis, summa lanceolata, indivisa; sepala ovata, concava, membranacea, primo patentia; demum reflexa; petala minima, ovata. ⊙. In herbidis et ad sepes in litt. cr. circa Kraljevica, Novi et Crkvica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1307 in herbidis et ad sepes, in locis asperis circa Zaton, Trau, Castelli, Spalato et in insulis Veglia, Cherso, Brazza et Lesina. (R. Schraderianus Fisch.; R. incrassatus Guss. Rchb. fl. g. 4616. Mj.-In. . . . . **R. parviflorus L.**

Obsv. Inter R. parviflorum L. et R. parviflorum Vis. (R. Schraderianum Fisch.) etiam accuratissima et solertissima observatione facta nullum discrimen invenire potui, licet clariss. Visiani priorem a sequenti discrepare dicat: foliis inferioribus profunde trifidis, superioribus fere tripartitis, segmentis dentibusque lanceolatis acutis; pedunculis frutiferis teretibus, petalis brevioribus; hi enim characteres conveniunt utrique.

Trib. IV. Hellebareae DC. *Calycis et corollae aestivatio imbricata; petala varia vel nulla; antherae extrorsae; carpella follicularia vel capsularia introrsum dehiscentia, pleiosperma.*

Gen. 70. **Caltha L. Kaljužnica.**

Perigonium petaloideum 3—7-phyllum flavum, deciduum extus nudum; carpella 5—12-sessilia libera divergentia, polysperma. — Koch syn. pl. p. 20; Vis. fl. dalm. III. p. 87, g. 474; Rchb. fl. g. p. 744, g. 878.

Caule adscendente erectove; foliis cordato-orbicularibus vel cordato-reniformibus crenatis obtusis, auriculis rotundatis. — Radix repens; caulis ramosus, fistulosus, teres, laevis; folia glabra, radicalia et caulina inferiora longe petiolata petiolis fistulosis ad

basin membrana stipulaeformi auctis; pedunculi angulati; perigonii laciniae obovatae, inaequales facie eleganter flavae, dorso virore perfusae; germina compressa; stigma obliquum; capsulae teretes. ♃. In pratis paludosis, ad fossas et stagna rivulosque vulgaris in Croatia et Slavonia. Syll. fl. dalm. 1308 in palustribus circa Almissa. Rchb. fl. g. 4712. Ap.-Mj. **C. palustris L.**

Gen. 73. Trollius L.

Calyx petaloideus, 5-polysepalus deciduus; petala sepalis minora, nectariformia unguiculata; lamina linearis, plana, basi fovea nectarifera denudata, non tecta; capsulae plurimae, sessiles polyspermae. Koch syn pl. p. 21; Rchb. fl. g. 744, g. 879.

Foliis 5—7-partitis; sepalis in globum fere conniventibus 8—15; petalis stamina aeqantibus. — Radix lignescens fibris in fasciculum collectis aucta; caulis erectus fistulosus, teres; folia inferiora 5-partita, laciniis infra medium angustatis, supra incisis, radicalia longissime petiolata; petala, (nectaria) linearia, ad apicem dilatata, crocea; germina incurva; capsulae subteretes. ♃. In pratis humidis subalpinis alpinisque, veluti in monte Ošterc prope Samobor teste Cl. Klinggræff; in montibus Ivanšćica, admodum rarus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4713. Mj.-In.

T. europaeus L.

Gen. 72. Eranthis Salisb. Talovnik.

Calyx petaloideus 5—8-sepalus, deciduus; petala sepalis minora, nectariformia longe unguiculata, lamina tubolosa inaequaliter bilabiata, labio interiore brevissimo; capsulae plurimae longe stipitatae, stipitibus basi connatis, superne liberae divergentes. Koch syn. pl. p. 21; Vis fl. dalm. III. p. 87, g. 475; Rchb. fl. g. p. 745, g. 880.

Floribus involucratis; scapo palmari; flore solitario. — Tuber radicis subrotundum fibris stipatum; flore folio insidente, folio ipso longe petiolato 5—7-partito multifido laciniis lineari-oblongis, rectis; petioli teretes fistulosi, inferne squamis membranaceis cincti; petala decidua obovata, linearia, alterna angustiora, plerumque omnia flava, interdum unum alterumve e viridi et luteo variegatum. ♃. In nemoribus umbrosis montis Ivanšćica. Syll. fl. cr. — In valle Jagodnjak prope Požega et copiosissime in cacumine montis Papuk in Slavonia. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1309 in sylvaticis circa Boraja. (Hell. hyemalis L.) Rchb. fl. g. 4714. Febr.-Apr. . . . . **E hyemalis Salisb.**

Gen. 73. **Helleborus L. Kukuriek.**

Calyx petaloideus 5-sepalus persistens, extus nudus; corollae petala 5—10 nectariformia subsessilia brevissima tubulosa truncata denticulata; carpella 2—10 sessilia, basi subconnata. Koch syn. pl. p. 21; Vis. fl. dalm. III. p. 88, g. 476; Rchb. fl. g. p. 745, g. 881.

1 Scapo aphyllo, nonnisi bibracteato, 1—2-floro 2

Caule folioso vel saltem ramis basi foliis divisis fultis . . . 3

2 Scapo foliis radicalibus pedatis altiore; foliollis 7, cuneato-oblongis; sepalis late ovalibus. — Radix nodosa, foris nigra, intus albida, tandem ramosa et caespitosa; folia glabra perennia, coriacea, longe petiolata; foliolis septenis discretis, utplurimum lanceolatis, firmis crassis, ad apicem tantum dentatis; scapus erectus, teres, sub flore ramosus bracteis duobus distinctis subovatis sessilibus; sepala late ovata obtusa, alba et colore roseo suffusa; petala pedicellata ex flavo virentia, bilabiata. ♃. In sylvis dumetisque umbrosis montium circa Samobor, in monte Klek, Merzin et albi in Croatia praesertim australi sed et in ista Zagoria. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4726. Feb.-Ap. . . . **H. niger L.**

Scapo foliis pedatis humiliore; foliolis 9—12 lanceolato-oblongis, a se invicem remotis; sepalis ovali-oblongis. — Scapus et petioli purpureo-adspersi, praecedentis immaculati, foliola multo longiora, coriacea, sub apice grosse serrata; flos major, sepala angustiora quidem; sed multo longiora, intus albissima, externe subrosea. ♃. Cum priori, cujus nonnisi varietas esse videtur. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4727. Feb.-Ap. . . **H. altifolius Hayne.**

3 Calyce patente; caule nonnisi sub ramificatione foliis divisis proviso 4

Calyce connivente; caule folioso multifloro; foliis inferioribus pedatis, foliolis 7—9, superioribus 3-fidis petiolo dilatato minoribus; bracteis ovalibus. — Radix ramosa; caulis erectus, villosus, supra medium angulatus et valde ramosus; folia inferiora longe petiolata, petiolo canaliculato, refracto, foliolis longis, lanceolatis basin versus angustatis et integerrimis, reliqua parte serratis; interioribus discretis, lateralibus basi confluentibus; bracteae (vaginae) superiores aphyllae, inferioribus foliolo minimo lineari terminatis; pedunculi laxi rugosi, glandulis pedicellatis consiti; corollae cyatiformes constantes petalis 5 obovatis, viridibus; ger-

mina villosa; styli glabri. ♃. In hortis graminosis in usum oeconomicum hinc inde cultus. — Rchb. fl. g. 4715. Ap.-Mj. **H. foetidus L.**

4 Floribus purpurascentibus, aut atrorubentibus violaceisve . . . 5
Floribus pallidis, virentibus luteolisve, interdum extus paullisper purpureo-suffusis 7

5 Caule ramoso, purpureo-adsperso 6
Caule paucifloro, concolori; foliis subdigitato-quinatis, foliolis singulis 3—4-partitis, subtus pilosellis; flore maximo, e viridi-purpurascente extus livescente. — Radix crassa, fibris vallidis firmata; caulis erectus, superne angulatus et saepe in ramos duos divisus; folia facie laete viridia et glabra, dorso pallida et pubescentia, radicalia petiolo longo pubescenti affixa, ampla pedata; folium caulinum est petiolo lato membranceo affixum et ternatum, foliolis 2—3-partitis; folia floralia tripartita vel ternata, foliolis integris lanceolatis ciliatis; pedunculi breves rugosi. ♃. In sylvis et convallibus sylvaticis in Moslavina cum sequenti. — In sylvis Slavonicis, praesertim Syrmiensibus frequens. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4725. Mr.-Apr. **H. purpurascens WK.**

6 Foliolis oblongo-lanceolatis duplicato-serratis, intermediis liberis, lateralibus confluentibus; petiolis glabris; sepalis obovatis, extus atro-purpureis intus livescentibus. — Radix fibris longissimis firmata; caulis erectus teres, ramosus, maculis purpureis variegatus; foliis glabris, radicalibus pedatis, foliolis duplicato-serratis, subtus pallidis, facie suturrate viridibus; folium caulinum ternatum; pedunculi elongati, nutantes, rugosi; petala 5 obovata lata. ♃. Ad oras sylvarum et in dumetis in montanis circa Zagrabia, in Moslavina et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis vulgaris. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4723. Mr.-Ap. . . . . **H. atrorubens WK.**
Foliolis intermediis subquinis liberis, late ovalibus, grosse et inaequaliter serratis, lateralibus utrinque ternis confluentibus; petiolis pubescentibus; sepalis extus saturate cupreis ovatis, planis. — Radix horizontalis fibris crassis aucta, multiceps; caules erecti, ramosi maculis purpureis variegati, inferne ut isti petioli vaginis latis, sulcatis cincti; folia glabra, dorso nitentia, facie suturate viridia; folia caulina inferiora per petiolum brevem decurrentia, et unacum subsequis ternata; pedunculi rugosi, glandulis pedicellatis consiti; flores parvi et speciosi. ♃. Cum

priori hinc inde; compiosior in sylvis Slavonicis secundum Host. fl. aust. II. p. 87, n. 5. — Rchb. fl. g. 4724. Mr.-A.
H. cupreus Host.

7 Foliis coriaceis, rigidis, margine scabris, pungentibus, in lacinias copiosas basi fere imbricatas, lineari-lanceolatas, argute serratas divisis. — Radix fibris longis teretibus numerosis aucta; caulis erectus, setulis inspersus in unum alterumve ramum divisus; folia radicalia ampla, petiolo longissimo pubescenti innixa; pedata; foliola basi confluentia elongata, lineari-lanceolata, dorso pubescentia, ad oras dentibus mucronatis instructa; folia floralia minima, in paucas et brevissimas lacinias divisa; petala ovata viridia. ♃. In collibus apricis et in dumetis in Croatia australi et litt. cr. vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1310 var. β. in omnibus Dalmatiae montibus sylvisque communissimus. (H. angustifolius Host; H. Bocconi Ten.) Rchb. fl. g. 4717. Mr.-Apr.
H. multifidus Vis

Foliis herbaceis, nec coriaceis, nec pungentibus, laciniis paucioribus latioribusque 8

8 Foliolis foliorum radicalium recurvatis; canaliculato-concavis, elongato-lanceolatis, acutis 9

Foliolis foliorum radicalium planis, lato lanceolatis acuminatis . 11

9 Foliolis ad nervos puberulis, cuspidato et duplicato serratis, ramis subbifloris . . , ... 10

Foliolis glabris, inferiorum utrinque, caulinorum extrorsum serratis; sepalis ovalibus, obtusis, pallescentibus. — Radix horizontalis fibris plurimis firmata; caulis humilis, erectus, in ramos uniflorus divisus; folia parva, glabra, utrinque pallide-viridia, pedata, foliolis tribus interioribus discretis, ovato-lanceolatis, serrulatis, lateralibus 3—4 confluentibus; petiolus foliorum radidicalium canaliculatus; folium caulinum breviter petiolatum, petiolo lato, membranaceo, rugoso, ciliato, ternato; folia ramea sessilia item ternata, foliolis integris, vel uno alterove laterali bipartito; folia floralia minima indivisa vel tripartita; pedunculi rugosi, glabri; sepala rugosa, glabra; petala ovata, virentia. ♃. In sylvis dumetisque planitierum litt. cr. nec non circa Zagrabiam, Crisium Lovrečinam et alibi. Rchb. fl. g. 4719. (H. dumetorum Kit.) Mr.-Apr. . . . . . . **H. pallidus Host.**

10 Foliis digitato-pedatis, foliolis duplicato-serratis; sepalis subrotundis, laete viridibus. — Radix fibrosa, fibris longis in fas-

ciculum collectis; caulis subteres, purpura obscura notatus, variegatus, plerumque in ramos 1—2-floros divisus; folia facie saturate viridia, dorso pallidiora nitentia, radicalia petiolo pubescenti, subtereti, sulcato innixa, pedata; foliola serrata, ciliata, ad costam pubescentia, intermedia discreta oblongo-lanceolata, inferne angustata, tria lateralia et externa in unum confluentia; ad basin rami folium ternatum, parvum brevissime petiolatum, foliolis integris vel in unam alteramve laciniam divisis; folia floralia subsessilia ternata vel simplicia; pedunculi rugosi et villosi; sepala ovata virentia 5—7. ♃. In sylvis montium humiliorum in Moslavina ad Jelen- et Garić-grad. Syll. fl. cr. — In Slavonia in dumetis e ad oras sylvarum circa Popovac, Selec, Požega, Vukovar et Čerević. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1310 qua species genuina in sylvis insulae Cherso. — Rchb. fl. g. 4718. Ap.-Mj. . . . . **H. viridis L.**

Foliis cuspidato-serratis; sepalis late ovalibus utrinque attenuatis; floribus magnis, viridibus. — Radix fibrosa, fibris tenacibus; caulis teres in ramos duos laxos divisus, primo breves, et erectos, demum elongatos, item laxos; folia pubescentia, viridia et levi purpura suffusa; radicalia longe petiolata, petiolo pubescente, pedata; foliolis inferioribus discretis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, ciliatis, ad basin angustatis integerrimis, reliqua parte serratis foliolis confluentibus; folia caulina innixa petiolo brevi, membranaceo, caules et ramos amplectenti, ternata foliolis argute serratis integerrimisve; foliola summa tripartita vel ternata; pedunculi rugosi, villosi floribus pendulis; sepala orbiculato-ovata, viridia. ♃. In nemoribus sylvisque montanis Slavoniae. Host. fl. austr. II. p. 81. Rchb. fl. g. 4720. Ferb.-Apr. **H. laxus Host.**

11 Caule bifido, ramis foliiferis 1—2-floris 12

Caule ramoso purpura adsperso; foliis pedatis, foliolis intermediis 3 liberis, lateralibus utrinque 3—5, palmato-confluentibus imbricatis; sepalis ovali-lanceolatis, ciliolatis. — Radix crassa fibris longissimis fasciculatis firmata; caulis erectus ramosus, maculis purpureis variegatus; folia facie laete viridia, dorso pallida, radicalia pedata; foliola tria inferiora discreta, longe lateque lanceolata, argute serrata, ad basin ciliata; reliqua lateralia 4 vel 5 inferne confluentia, et sistentia folium digitatum, factum e foliolis imbricatis; folia caulina inferiora ternata, foliolis lan-

ceolatis, supra medium dentatis; floralia simplicia integra vel in duas lacinias divisa; pedunculi rugosi, pubescentes. ♃. In montibus sylvaticis Croatiae versus limites Carnioliae. Host. fl. aust. II. p. 88. — Rchb. fl. g. 4722. Feb.-Mr. **H. intermedius Host.**

12 Foliis digitatis, foliolis lanceolatis indivisis inæqualiter serratis; sepalis a basi cuneata late ovatis; floribus magnis viridibus. — Radix horizontalis, nodosa, fibris plurimis firmata; caulis erectus, subteres, in ramos angulatos pubescentes divisus; folia facie laete viridia, dorso pallida, radicalia pedata, et nitentia, ampla, foliolis interioribus discretis, oblongis, latis, ad venas et costam pubescentibus, argute serratis, inferne ciliatis, exterioribus 4—5 in unum confluentibus; folia ramea tripartita, in petiolum brevem ciliatum angustata, summa simplicia; flores nutantes odori. ♃. In sylvis montanis et ad margines sylvarum Slavoniae. Host. fl. aust. II. p. 88. Rchb. fl. g. 4721. Feb.-Apr. . . . . **H. odorus Kit.**

Foliis pedatis, foliolis ovali-lanceolatis, ciliatis, serratis, extimis confluentibus, caulinis nonnisi versus apicem serrulatis; sepalis ovatis. — Caulis ramosus, ramis unifloris; folia facie saturate, dorso pallide viridia, venosa, graveolentia; radicalium foliola interiora discreta, exteriora confluentia; caulina ternata foliolis lanceolatis, supra medium serrulatis; pedunculi angulosi, pubescentes, flores nutantes. ♃. In nemoribus sylvisque montanis Slavoniae. Host fl. aust. II. p. 89; Rchb. fl. g. 4716. Mz.-Mj. **H. graveolens Host.**

Observ. Species praecitatae; nempe H. purpurascens WK.; H. atrorubens WK.; H. cupreus Host; H. odorus Kit. et H. graveolens Host, reduci pessent et revera etiam deberent ad unicam genuinam speciem, reliquæ autem varietates aut plane formae simplices et transitoriae dicendae forent.

Gen. 74. **Isopyrum L. Pušarka.**

Calyx petaloideus 5-sepalus, deciduus; petala sepalis minora, nectariformia breviter unguiculata, lamina aperta basi cucullato-contracta vel subbilabiata; capsulae in receptaculo sessiles. Koch syn. pl. p. 22; Rchb. fl. p. 747, g. 882.

Radice repente, fibris fasciculatis; foliis triternatis; stipulis ovato-subrotundis; sepalis obtusis. — Caulis humilis tetragonus simplex aut ramosus, inferne aphyllus, villosulus, superne glaber et folio uno alterove instructus; foliola obtusa, reticulato-venosa,

apice 2-3-loba, petiolis folii radicalis gracilibus, folium caulinum radicali simile, sed sessile; flores nivei, dein rubello colore suffusi; petala alba concava, e basi pedicellata in cucullum ampliata; capsulae compressiusculae. ♃. In dumetis et fruticetis circa Toplikam, Crisium, Zagrabiam et alibi in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. — In Slavonia ad Požegam in valle Jagodnjak; circa Karlovic et Semlin. (Kanitz.) (J. thalictrifolium Salisb.; J. aquilegioides R.) Rchb. fl. g. 4728. Mj.-In **J. thalictrioides L.**

Gen. 75. **Nigella L. Crnika.**

Calyx petaloideus 5-sepalus, deciduus; petala 5—10 plana, apice bifida unguibus foveola nectarifera squama obtecta insculptis; carpella 3—10 connata, parte superiori intus dehiscente libera. — Vis. fl. dalm. III. p. 88, g. 477; Koch syn. pl. p, 22; Rchb. fl. g. p. 750, g. 884.

1 Antheris muticis; capsellis a basi ad apicem usque connatis . 2
Antheris aristatis, arista dimidiam antheram aequante; carpellis a basi nonnisi ad medium connatis; floribus non involucratis. — Caulis erectus, glaber, laevis, in ramos patentes divisus; folia bipinnata foliolis filiformibus; sepala 5—7 subreniformia, caerulescentia, dorso venis viridibus variegata, basi ungue lineari instructa; petali labium superius rostro longo terminatum, inferius bipartitum; styli longi varie torti; capsulae punctis eminentibus scabrae. ⊙. Inter segetes in campo Podravano circa Varasdinum; ad Zagrabiam, praesertim circa Stupnik et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia inter segetes vulgaris. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1312 in agris et satis totius Dalmatiae. „Čjurek, trava carnika, mohunice ili komika.“ Rchb. fl. g. 4735. Il.-Ag. **N. arvensis L.**

2 Floribus non involucratis; capsulis glanduloso-scabris, dorso uninervibus. — Caulis sulcatus, ramosus pilis viscidis, ut ista folia, consitus; folia pinnata, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus, incisis; flos a summo folio remotus, hinc non involucratus; sepala ovata albida in unguem longum angustata, dorso pilis inspersa, apice ciliata; petali labio superiori ovato rostrato, inferiori bipartito; capsulae verrucis exasperatae. ⊙. Inter segetes litt. cr. ad Flumen, Plaško, Praputnik, Okruglano et alibi, secus culta. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4736. In.-Il. . . **N. sativa L.**
Flore involucrato; capsulis laevibus; sepalis pallide caeruleis, apice et in venis subtus viridibus. — Caulis angulosus, glaber; folia

*

bipinnata foliolis in foliis inferioribus linearibus in superioribus filiformibus; folia summa flori approximata huncque involucrantia, minora minusque divisa subverticillata; sepala ovata, dilute caerulea ungue angusto instructa; corollae labium superius subtriangulare, inferius bipartitum; capsulae inflatae. ☉. In cultis et ad sepes litt. cr, secus in hortis culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1331 in cultis et ad sepes circa Zara, Sebenico, Spalato, Ragusa, Cattaro et in insulis Ossero, Pago et Lesina, Rchb. fl. g. 4737. In.-Il. . . . . **N. damascena L.**

Gen. 76 **Aquilegia Tourn. Pakujac.**

Calyx petaloideus deciduus 5-sepalus; corolla irregularis petalis quinis infundibuliformibus margine inter sepala receptaculo oblique affixis, deorsum in calcar cavum apice callosum productis; carpella 5 libera intus dehiscentia. — Vis. fl. dalm III. p. 92, g. 480; Koch syn. pl. p. 23; Rchb. fl. g. p. 747, g. 883.

1 Calcaribus uncinatis 2
Calcaribus rectis lamina sua stamina æquante brevioribus, conniventibus; petalis linearibus filiformi-longe-cuspidatis; foliolis foliorum radicalium trifidis, caulinorum longissime linearibus. — Radix multiceps; caulis humilis erectus, 1—2-pedalis villo viscido tectus; petioli filiformes pilosi, folia radicalia biternato-partita segmentis 2—3-fidis obtuse lobatis, dorso glaucis et pilosis facie viridibus; folia caulina pauca vel omnia simplicia, vel infimum ternatum; pedunculi viscoso-villosi; sepala obovato-oblonga acuta; petalorum lamina obovato-rotundata calcare brevi rectiusculo sublongiore; flores caerulei, rarius purpurascentes aut albi. ♃. In sylvis subalpinis alpinisque tractus montium Velebit, veluti in monte Merzin, in alpe Pliešivica, Badanj et Visočica et albi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1321 in sylvaticis rupestribus montium Velebit et Biokovo. (A. pyrenaica DC.; A. vulgaris Alsch.) Rchb. fl. g. 4732. Il.-Sept. . . **A. viscosa WK.**

2 Sepalis ovato-lanceolatis acuminatis; calcaribus laminam suam aequantibus aut illam plane superantibus 3
Sepalis ovali-subrotundis obtusis patentibus: calcaribus laminam suam staminaque stylos includentis vix aequantibus aut illa plane brevioribus; petalis undalatis in emarginatura sua calliferis; foliolis inciso-3—5-crenatis rotundatis, caulinorum bracteantium ovali-lanceolatis obtusis. ♃. In sylvis frondosis montium Ivanščica, Klek, Kapela ad Modruš et alibi in montosis sylva-

ticis Croatiae australis cum sequenti, cujus varietas esse videtur. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 4730. In.-Ag. **A. platysepala Rchb.**

3 Sepalis arecti-patulis; calcaribus laminam suam stylos exserentes æquantem superantibus; petalis undulato-crispis acutis; foliolo medio flabelliformi dilatato, trifido, rotundato, inciso. — Radix lignescens, multiceps; caules erecti subangulati pilis mollibus consiti, superne ramosi; petioli pilosi; folia facie glabra saturate viridia, dorso glaucescentia et pubescentia, radicalia biternata foliolis incisis aut indivisis, summis simplicibus lineari-lanceolatis; sepala ovato-lanceolata pubescentia; petala undulata puberula; styli longi; carpella oblonga, compressa, villo viscido tecta. ♃. In sylvis montium Ivanščica, Ošterc prope Samobor et alibi; colitur ubique in hortis. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 4929. In.-Il. . . . . **A. vulgaris L.**

Sepalis patentissimis, calcaribus laminam suam rotundatam stamina superantem aequantibus; petalis linearibus truncato-mucronatis; foliolis summis trifidis rotundato-pauci-crenatis. — Caulis pedalis, nudus superne pauciflorus; foliola bracteantia lanceolato-linearia; flos magnus speciosus, laete caeruleus petalis albis, staminibus stylisque inclusis. ♃. In sylvis alpinis et subalpinis Croatiae australis. Dr. Maly enum. pl. aust. p. 257, n. 5. (A. Sternbergii Rchb.; A. alpina Sternb.) Rchb. fl. g. 4733. In.-Ag. . . . . **A. Haenkeana Koch.**

Gen. 77. **Delphinium Tourn. Kokotić.**

Calyx petaloideus 5-sepalus deciduus, sepalorum inaequalium supremo in calcar carum producto; corolla nectariformis, tetrapetala, petalis liberis, binis superioribus calcaratis, vel omnibus in unicum calcaratum coalitis; carpella 1—5 libera, intus longitudinaliter dehiscentia, polysperma. — Vis. fl. dalm. III. p. 89, g. 478; Koch syn. pl. p. 24; Rchb. fl. g. p. 735, g. 876.

1 Petalis omnibus in unicum calcaratum coalitis; ovarium unicum rarius geminum 2

Petalis omnino liberis; ovariis ternis quinisve 5

2 Floribus laxis racemoso-corymbosis paniculatisve 3

Floribus longe racemoso-spicatis: foliis multifidis, segmentis linearibus 4

3 Floribus laxe-racemoso-corymbosis; calcare calycem excedente; caule deliquescente diffuso erectove. — Radix fusiformis, caulis ramosus pilis minimis recurvis tectus folia multipartita laciniis

linearibus pubescentibus; flores sparsi, longe pedunculati; bracteae lineares pubescentes, sepala cyanea externe pubescentia; semina imbricate squamulosa. ⊙. In agris et satis ubique in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1313 in iisdem locis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4669. In.-Ag.

D. Consolida L.

Floribus sparsis pedicello suo brevioribus cyaneis; caule ramosissimo; foliis pubescentibus; capsula glabra. — Radix fusiformis; caulis altissimus superne in ramos paniculatos divisus; folia ternata, foliolis radicalium in lacinias latas, breves, obtusas ciliatasque divisis, laciniis caulinorum linearibus; pedunculi longissimi pilis brevibus adpressis tecti; semina muricata. ♂. Inter segetes circa Cattaro secund. Host; Vis. fl. dalm. 1313 Var. α. antecedente in Dalmatia multo frequentius. — Rchb. fl. g. 4671 Ag.-Sept. . . . . **D. paniculatum Host.**

Var. β. caule simpliciter ramoso erecto pubescente; floribus laxe racemosis pedicellum subaequantibus bracteaque longioribus, foliis capsulisque pubescentibus, est: D. pubescens DC. occurritque teste Vis. dalm. 1313 var. β. intermixte cum prioribus.

4 Caule stricto, subramoso; pedunculis flore brevioribus, fructiferis strictis; bracteis inferiorum multifidis, superiorum linearibus indivisis; calcare corollam aequante; seminibus circulariter membranaceo plicatis. — Caulis 1—2-pedalis, flores cyanei rosei aut albi. — Corollae dicitur inscriptum esse nomen „Ajacis", quod tamen nunquam legi. ⊙. Colitur in hortis et hinc inde quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1314 in monte Mossor spontaneum, secus et in Croatia et Slavonia cultum. — Rchb. fl. g. 4670. In.-Ag. . . . . **D. Ajacis L.**

Caule basi ramoso foliato, ramis a basi florigeris lateralibus adscendentibus; pedunculis florem subaequantibus, fructiferis strictis, infimis in fructu adscendentibus; bracteis inferiorum multifidis, superiorum linearibus indivisis; petalis anguste unguiculatis; calcare corolla duplo breviore; seminibus circulariter membranaceo-plicatis. — Totum cinereo-velutinum; radix conicolinearis fibrosa; caulis jam a basi divaricate-ramosus, ramis superne simplicibus; folia radicalia petiolata, bipinnato-partita laciniis oblongo-linearibus abbreviatis; caulina et floralia inferiora sessilia bipinnati-partita et pinnatipartita; flores violacei vel albo et caeruleo-picti, erecti sepalis subrotundis ovali-

busve anguste et longe unguiculatis, petalis trilobis lobo supremo ovali-oblongo, apice obtuse bilobo, lateralibus brevibus rotundatis; carpellum oblongum stylo laterali conico rostratum. ⊙. Vis. fl. dalm. 1315 in agris circa Gelsa insulae Lesina. Spt.-Oct. . . . . **D. brevicorne Vis.**

5 Petalis binis inferioribus evidenter barbatis 6
Petalis omnibus, aut saltem binis inferiorlbus omnino glabris; ovariis nonnisi ternis 7

6 Ovariis carpellisque ternis; petalis sepalis omnino longioribus superioribus duobus bifidis, inferioribus bipartitis; foliis digitatis, laciniis multipartitis. — Radix tuberosa; caulis erectus, superne ramosus; foliorum laciniae multipartitae, arcuatae; flores in racemum collecti pedunculis glabris basi simpliciter bracteatis, bracteae elongatae, lineari-subulatae, glabrae; pedunculi in medio bibracteati, bracteis oppositis, brevissimis; Flores ex purpureo-caerulei; petalis duobus superioribus bifidis, glabris, in calcar longitudinaliter hians angustatis; duobus inferioribus bipartitis, in unguem oblongum, canaliculatum productis. ♃. In sylvis montanis saxosis ad Verbovsko et circa Grobnik a claris. Dr. Klinggraeff lectum et sub nomine D. intermedii Ait. missum. Syll. fl. cr. — In sylvis montanis comitatus Syrmiensis. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4675. In.-Ag. . . , **D. fissum WK.**

Ovariis carpellisque plerumque quinis, rarius ternis; petiolis basi dilatato-vaginantibus; foliis palmato-partitis, segmentis multifide-linearibus; racemo spicaeformi elongato; bracteis inferioribus pedunculos superantibus; petalis inferioribus subexsertis bifidis, laciniis oblongis obtusis; seminibus turbinatis squamulis flexuosis abtectis. Totum molliter villosum; caulis erectus, subsimplex; flores bicolores, sepalis cyaneis corollisque albis — Simillimum praecedenti, a quo tamen differt bracteis omnibus pedunculo subbrevioribus, petalis evidentius exsertis, laciniis frequentius lanceolatis acutis. ♄. Vis. fl. dalm. 1317 in sylvaticis cacuminis „Lubljan“ dicti montium Mossor. Il.-Ag.
D. velutinum Bert.

7 Seminibus reticulato-alveolatis magnis, caule foliisque molliter villosis; foliis palmato-5—7-fidis, segmentis oblongo-lanceolatis trifidis integrisve; racemo laxo; pedunculis basi 3-bracteatis; calcare truncato, brevissimo. — Caulis erectus, infra medium hispidus, supra glaber, simplex vel superne in unum alterumve

ramum floriferum divisus; petioli teretes, pilosi; folia crassa, pilis mollibus consita, inferiora in 7 lacinias divisa, sequentia in pauciores, summa indivisa ovato-lanceolata; pedunculi pilosi; flores caerulei aut caeruleo-violacei; sepala externe pilosa, quorum superius minus calcare brevi, gibbo instructum est; petala duo superiora e viridi, albo et caeruleo variegata, dorso pubescentia, canaliculata, emarginata; styli breves bifidi. ♂. In ruderatis apricis litt. cr., veluti circa Flumen, Tersat, Kukuljanovo, Praputnik, Novi, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1318 in ruderatis circa Sebenico, Trau, Dizma, Almissa, Macarsca, Ragusa et Settemari, nec non in insulis Veglia, Pago et Lesina. — Rchb. fl. g. 4674. In.-Il. **D. Staphysagria L.**

Seminibus parvis, subrotundis, plicis membranaceis circulariter imbricatis 8

8 Foliis glabriusculis, tripartitis, laciniis foliisque summis lineari-lanceolatis cuspidatis; petalis subrotundis unguiculatis, calcare adscendente, cucullum suum sesquilongo. — Laete virens; caule subracemoso-virgato; flores cyanei. — Sequenti vlade simile, distinguitur tamen primo obtutu: petalis inferioribus cordato-orbiculatis ungue multo brevioribus. ⊙. In asperis montis Ljubelj prope Toplika Syll. fl. cr. — In asperis Dalmatiae. Portenschlg. — Rchb. fl. g. 4673. Mj.-In. . . . . **D. halteranum Sibth.**

Foliis canescentibus, rigidis, inferioribus pedati-partitis lineari-laciniatis, rameis linearibus cuspidatis integerrimis; petalis elliptico-spathulatis, unguiculatis; calcare erecto cucullum suum plus duplum longo. — Caulis erectus, setulis minutissimis tectus superne ramosus; folia multipartita laciniis ciliatis, caulina tripartita summa indivisa et uti istae bracteae lineari-lanceolata; petalorum laminae bilobae; flores caerulei. ⊙. In asperis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Praputnik, Bribir et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1316 ad vias campestres, in apricis, agris et vineis circa Zara, Sebenico, Spalato, Macarsca, Ragusa et Cattaro nec non in insula Lesina. (D. junceum DC.) Mr.-Apr. . . . . **D. peregrinum L.**

Gen. 78. **Aconitum Tourn. Jadić. Klobučić.**

Calyx petaloideus; deciduus; sepalis quinis valde inaequalibus, supremo galeato, basi rostrato maximo, lateralibus orbiculatis, inferioribus oblongis; co-

rolla 2—5-petala, petalis binis supremis casside inclusis cuculliformibus; cuculli longe stipitati apice calloso, incurvo, basi in limbum producta, tribus inferioribus minimis nullisve; carpella 3—5, libera intus dehiscentia, polysperma. Vis. fl. dalm. III. p. 91, g. 479; Koch syn. pl. p. 25 Rchb. fl. g. p. 877 gen. 877.

1 Floribus flavis, sulfureis ochroleucisve 2
Floribus caerulescentibus, violaceis albidisve 5

2 Foliis palmato-multi-partitis, laciniis linearibus, discoloribus; involucris floralibus persistentibus; casside hemisphaerica, cucullorum calcare circinatim-revoluto, refracto, limbo baseos obcordato 3
Foliis palmato-partitis, laciniis latis, cuneato-obovatis, trifidis acuteque inciso-dentatis; involucris floralibus deciduis; casside tubulosa; cucullorum calcare circinatim-convoluto, limbo baseos oblongo, emarginato 4

3 Casside glabra supra basin anterius planiuscula, rostro abbreviato triangulari. — Radix napiformis; caulis erectus, superne pilis brevissimis, recurvis tectus; folia inferiora sparsa, superiora conferta; petioli valde pubescentes; segmenta foliorum setulis inspersa, infra medium valde angustata aut canaliculata, supra in lacinias longas lineares divisa; flores ochroleuci, racemosi racemis simplicibus ramosisve; pedunculi villo tecti; bracteae longae, lineares, villosae; carpella pilosa; semina atra. ♃. In rupestribus montium Kapela et Velebit haud rarum, praesertim in monte Klek, Merzin et ad rupes vallis Farkašič draga. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1319 Var. α. in montibus Velebit. — Rchb. fl. g. 4711. Ag.-Sept. . . . . **A. Anthora L.**
Casside supra basin profunde contracta, rostro lanceolato; calyce villoso. Reliqua praecedentis, quocum congruit ulteriusque observendum erit; nobis ignotum. ♃. Vis. fl. dalm. 1319 var. β. in monte Svilaja. Il.-Ag. . . . . **A. velutinum Rchb.**

4 Casside medio angustata, demum cylindraceo-ampliata, calcare spirali. — Radix crassa, deformis, fibris plurimis firmata; caulis elatus subacutangulus; paucis pilis inspersus, valde ramosus; folia villosa in lacinias acutas divisa, radicalia ampla, longe petiolata, caulina sensim minora, petiolis brevibus innixa; bracteæ lineares villosæ; flores lutei, sepala extus pilis brevibus consita; corollae nectariformes glabrae, stipitatæ; carpella pilosa; semina angulata, rugosa. ♃. In sylvis montanis in Croatia et Slavonia haud rarum in regionibus submontanis in ipsas alpes adscendens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1320 var. α. in sylva-

ticis subalpinis montium Velebit et Ragusinorum. Rchb. fl. g. 4681. (A. Lycococtonum L.; A. Jacquinianum, Host.) In.-Il.

A. Vulparia Rchb.

Cassidis fundo conico, elongato; calcare contorto. — Radix ramosa; caulis teres, pilosus, simplex, vel apice tantum in unum alterumve ramum divisus; folia nonnisi ad venas pilosa, ad oras ciliata, radicalia longe, caulina demum decrescentia breviter petiolata; bracteae lineares, pilosae; pedunculi pilis brevibus consiti; sepala externe pubescentia; corollae glabrae, emarginatae. ♃. In iisdem locis ac antecedens, sed multo rarius. Vis. fl. dalm. 1320 var. β. Rchb. fl. g. 4680. In.-Il. **A. Thelyphonum Rchb.**

5 Petalis, (nectariis) ex ungue arcuato cernuis; calcare plus minusve recurvato 6

Petalis erectis, vix oblique inclinatis; calcare uncinato; racemis basi ramosis, demum subpaniculatis; carpellis quinis, junioribus parallelis; casside subglobosa. — Radix subrotunda; caulis longissimus flexuosus, debilis, ramosus, rami pilis viscidis consiti; folia utrinque pilis minimis conspersa, segmentum intermedium supra medium incisum, basin versus angustatum, integerrimum, lateralia bipartita laciniis incisis, superiora sensim minora; sepala undique pilosa, e caeruleo, albo et viridi variegata, galea compressa, rostro longo instructa; corollae glabrae; flores paniculati, trigyni. ♃. In sylvis frondosis montium Ivanščica; in dumetis et palisecciis circa Lovrečinam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. cr. 4682. Ag.-Oct. . . . . . . **A. variegatum L.**

Obs. var. β. casside omnino recta, floribus racemosis cauleque rigidiori, est: A. Cammarum Jacq. occurritque cumpriori in sylvaticis montium Ivanščica, circa Radoboj et ipsam Krapinam.

6 Calcare recurvato; floribus demum divaricato-paniculatis; carpellis divaricatis, plicis dorsalibus alatis, membranaceo-undulatis. — Radix napiformis; caulis erectus, flexuosus, glaber supramedium valde ramosus; folia glabra, laevia, segmenta superne in lacinias acutas divisa, segmentum intermedium longissimum utrinque angustatum, lateralia bipartita; folia summa indivisa aut tripartita; pedunculi glabri, bracteae spathulatae; flores dilute caerulei sepalis extus glabris, facie interiore pilis parvis inspersa. ♃. In sylvis subalpinis tractus montium Velebit, veluti in monte Vratnik et in alpe Visočica. Rchb. fl. g. 4686. Il.-Sept. . . . . **A. paniculatum Lam**

Calcare subrecurvato; floribus racemosis; carpellis junioribus divaricatis; seminibus dorso obtuse plicato-rugosis. — Radix napiformis ad latera novos similes napos propullulans; caulis altissimus, fistulosus, subacutangulus, inferne glaber, superne villosus; folia laciniata segmentis cuneiformibus, superne in lacinias lineari-lanceolatas divisa; folia floralia minima, triloba; bracteae inferiores lanceolatae, ciliatae, summae minimae villosae; pedunculi uniflori villosi; sepala saturate caerulea, interne pilosa, externe setulis inspersa; carpella glabra. ♃. In hortis cultum et hinc inde ad sepes et in dumetis quasi spontaneum factum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4700. Il.-Ang. . . . . . . **A. Napellus L.**

Observ. Clariss. Rchb. in sua monographia et illustratione generis Aconiti plurimas novas species proposuit, quae tamen in vivis vix, et in herbariis neutiquam dignosci passunt, hinc potius varietates censeri merentur. Vide Koch syn. pl. p. 25; Rchb. fl. g. a 4682 usque 4710.

Trib. V. Ranunculaceae spuriae Koch. *Antherae introrsae.*

Gen. 79. **Actaea L. Naliep.**

Calyx liber tetrasepalus caducus; corolla tetrapetala petalis basi nudis sepala aequantibus; stamina plurima, antherae loculis filamenti apici incrassato utrinque adnatis; ovarium substipitatum, stigma sessile; carpellum unicum baccatum unisulcum, uniloculare, seminibus lateri sulcato baccae intus affixis. Vis fl. dalm. III. p. 74. gen. 467. Rchb. fl. g. pag. 751, gen. 886.

Foliis biternato-pinnatis, foliolis ovatis oblongisve inciso-serratis; baccis subrotundo-ovatis, nigris. — Radix lignescens, multiceps; caules erecti subcompressi glabri; folia radicalia supradecomposita, superiora biternata, summa minima; flores racemosi, albi, racemi ovati; bracteae lineares, arcuatae, integrae vel apice bifidae; sepala concava, purpura suffusa; petala spathulata apice emarginata. ♃. In nemoribus umbrosis sylvisque montanis totius Croatiae submontanae et montanae. Syll. fl. cr. — Circa Virovitic, in sylvis montis Papuk, circa Požega, Čerević, Bukovac et in monte Vrdnik. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1269 in umbrosis nemorosis montis Velebit, Sella et montium Ragusinorum. Rchb. fl. g. 4739. Ap.-In. . . . . **A. spicata L.**

Gen. 80. Cimicifuga L. Steničarka.

Calyx tetrasepalus deciduus; corolla tetrapetala petalis fundo nectariferis urceolatis; stamina numerosa fertilia; carpella 2—5 sicca, dehiscentia, polysperma; semina squamuloso-echinata. Koch syn. pl. p. 27; Rchb. fl. g. p. 750, gen. 885.

Foliis ternato-duplicato-pinnatis, foliolis ovato-oblongis inaequaliter duplicato-serratis; racemis paniculatis; carpidiis stipitatis, puberulis. — Radix multiceps; caules erecti, altissimi; folia decomposita, foliola lata, rugosa, facie glabra, dorso ad venas pubescentia, integra aut lobata, plerumque basi inaequalia; bracteae minimae; styli brevissimi; flores albi. ♃. In sylvis frondosis montanis montium Zagrabiensium ad Vidovec. Clar. Dr. Klinggraeff, a nobis autem in ditione florae nostrae non lecta, hinc dubia et ulterius inquirenda. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4738. (Act. cimicifuga Lam.) Il.-Ag. . . . . , **C. foetida L.**

Gen. 81. Paeonia Tourn. Božur.

Calyx coriaceo-foliaceus subpentasepalus inaequalis persistens; corolla pentapetala petalis concavis basi nudis calyce multo longioribus; ovaria 2—3 stigmatibus lingulatis; capsulae (carpella) uniloculares sutura interne seminifera dehiscentes. Vis. fl, dalm. III. p. 75, g. 468; Koch syn. pl. 27; Rchb. fl. g. p. 751. gen. 887.

1 Foliis quini-pinnato-compositis 2
Foliis triternatis ternatisque, foliolis ovalibus ovatisve 3

2 Tuberibus radicis napiformibus fasciculatis; foliolis oblongo-lanceolatis utrinque viridibus, glabris, extimis incisis; stigmatibus reduplicatis; capsulis (carpellis) tomentosis. — Radix tuberoso-ramosa; caulis erectus flexuosus angulatus, superne sulcatus; folium flori proximum est minimum, integrum, rarius in lacinias divisum, reliqua decomposita; sepala obovata, hirsuta; corollae speciosae petala rubra obovata. ♃. Colitur ubique in hortis et hinc inde in istis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4743. In.-Il. . . . . **P. officinalis L.**

Tuberibus radicis subcylindricis, moniliformi-filipendulis; foliolis oblongo-lanceolatis, attenuatis, laevibus; subtus glaucis petiolisque pilosellis; stigmatibus latissimis orbiculatis; carpellis tomentosis, recurvatis; flore mediocri, laete persicino. — Pedalis et ultra; folia decomposita, discoloria foliolis elongatis; ovaria 3—4. ♃. In dumetis saxosis ad Vrebačka staza in provincia Li-

kana. Syll. fl. cr. — In montanis circa Čerević in Slavonia. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4741. (P. bannatica Rchb.; P. peregrina Mill.) Ap.-M. . . . . **P. pubescens Sims.**

3 Foliolis ovalibus integris, basi cuneatis, subtus cyanescentibus; stigmatibus elongatis, utrinque angustatis, revolutis. — Caules erecti flexuosi pilis inspersi, inferne teretes, superne angulati; foliola facie laete viridia, dorso arachnoideo-incana et pilis inspersa, glaucescentia; sepala inaequalia, lata, obovata, dorso dense villosa, margine membranacea; petala oblonga, obovata, apice rependa; stigmata saepius speraliter revoluta; flos maximus, puniceus; carpidia magna, semina corallina. ♃. In dumetis saxosis circa Sv. Šimon prope Zagrabia; per Cl. Klinggræff lecta, a nobis attamen frustra quesita; circa Bunić in Korbavia, in Vilena draga sub rupibus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1270 in pascuis elatioribus et sylvaticis montium Velebit ad Julove stiene et in latere occidentali montis Snieźnica. — Rchb. fl. g. 4745. (P. hirsuta Mill.; P. daurica Andrz.) Ap.-Mj. . . . . **P. corallina Retz.**

Foliolis late ovatis, subtus pubescentibus aut subvillosis; stigmatibus elongatis, linearibus, apice recurvis. ♃. In subalpinis Dalmatiae secundum Clar. Maly enum. pl. aust. pag. 260, n. 4. sine loci specialis indicatione; nobis ignota; ulterius observanda, sed teste Clar. Vis. nil. est, nisi varietas prioris, quacum et intermixte occurrere dicitur. — Ap.-Mj. . . . . **P. Russi Bivon.**

Fam VI. Berberideae Vent. Žutikovice.

Flores hermaphroditi; calyx 3—4—6 sepalus, sepalis duplici serie alternatim dispositis; petala tot quot sepala iisque opposita, rarius numero dupla; glandulae vel parapetala ad basin petalorum; stamina hypogyna libera petalis opposita; antherae adnatae; ovarium unicum et uniloculare, placenta unilaterali: fructus bacca 1—2-sperma vel capsula siliquaeformis polysperma. — Koch syn. pl. p. 28; Vis. fl. Dalm. III g. 73.

Frutices vel fruticuli, rarius herbac, saepius spinosi foliis alternis fasciculatisve, dentato-spinosis, simplicibus compositisve; stipulis caducis minimis; floribus racemosis paniculatisve.

Gen. 82. **Berberis L. Žutika.**

Calyx 6-sepalus extus squamis tribus stipatus; corolla petalis 6 basi intus biglandulosis; bacca 2—3-sperma; flores flavi. Koch syn. pl. p. 29; Rchb. fl. p. 702, g. 856; Vis. fl. dalm. III.p. 74, gen. 466.

Frutex caulibus erectis, spinis 3-partitis folio oblongo-obovato ciliato-serrato brevioribus; florum racemis pendulis, petalis integris. — Frutex 4—6-pedalis et ultra; flores flavi, racemosi, racemi flos terminalis plerumque quinarius ad normam dicotyledonearum productus; turiones strictissimi lignosi subflexuosi; folia e spinarum axillis fasciculata sesquipollicaria et ultra; bacca oblonga coccinea acida rarius, dulcis. ♄. In dumetis sylvaticisque montanis totius florae Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis circa Vukovar et Illok, nec non in illis circa Požega. Vis. fl. dalm. 1268 in dumetis sylvaticis elatioribus ad Vela-Paklenica et in Biokovo. Rchb. fl. g. 4486. Mj.-In.
B. vulgaris L.

Gen. 83. **Epimedium L. Krespin.**

Calyx 4-sepalus caducus; petala 4 et parapetala 4 petalis incumbentia cyatiformia, fundo obtuso, margine oris receptaculo affixa; capsulae siliquaeformes, polyspermae. Koch syn. pl. p. 29.

Foliis radicalibus nullis aut perennantibus, i. e. ex anno priori residuis, caulino biternato, foliolis cordato-ovatis; floribus paniculato-racemosis, calyce purpurascente; corolla flava. — Radix repens; caulis teres glaber, e sumitate illius oritur florum panicula et folium petiolatum supradecompositum; petiolus communis est canaliculatus, superne pilosus, partiales sunt teretes, tortuosi, superne pilosi; foliola oblique cordata, facie glabra, dorso nervosa et pilis consita, ad oras repanda et denticulis setiformibus distincta; sepala concava opposita, duo angustiora, duo latiora; nectaria cucullata; flores plerunque sanguinei parapetalis flavis. ♃. In dumetis et nemoribus circa Zagrabiam in sylva Tuškanec; a Karolostadio versus Severin et ulterius ad viam Ludoviceam alibique in parte Croatiae montanae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4485. Ap.-Mj. . . . . . . **E. alpinum L.**

Gen. 84. **Leontice L. Lavja-stopa.**

Calyx 6-sepalus extus nudus; petala 6 intus basi squamulam nectariformem gerentia; stamina 6; stigma unicum; capsula vesicaria 2—5-sperma; semina fundo capsulae inserta, globosa. — Dr. Maly enum. pl. aust. p. 390; Pers. syn. pl. I. pag. 386, g. 848.

Foliis radicalibus biternatis, caulinis ternatis petiolo communi trifido. ♃. In Dalmatia teste Dr. Maly enum. pl. sine loci specialis indicatione; nobis incognitum; ulterius observandum. Ap.-Mj.
L. leontopetalum L.

Fam. VII. **Resedaceae DC. Katančice.**

Flores hermaphroditi irregulares; calyx 4—7-partitus, aestivatione subimbricatus, persistens; corolla 4—7-petala hypogyna inaequalis, petalorum ungue dilatato nectarifero, concavo, lamina superiorum trifida, inferiorum bifida aut indivisa; stamina 12—24 carpophoro superne in squamam nectariferam dilatato inserta; ovarium solitarium, uniloculare, apice apertum, 3—6-lobatum, lobis stylo brevi conico terminatis; fructus capsularis membranaceus, unilocularis polyspermus apice apertus, 3—6-lobus; semina reniformia, embryo curvatus, albumen subnullum. — Vis. fl. dalm. III. p. 94; Koch syn. pl. p. 96

Herbae foliis alternis; stipulis minutis glandulaeformibus; floribus racemoso-spicatis, terminalibus.

Gen. 85 **Reseda L. Katanac.**

Character generis idem, ac familiae.

1 Calyce 5—6-partito; corolla 5—6-petala; ovario substipitato; placentis indivisis 2

Calyce nonnisi 4-partito; petalis 4, ovario sessili, placentis superne bifidis; foliis longe lanceolatis indivisis, basi dente subulato incisis; floribus ochroleucis 3-gynis; capsula subrotunda.— Radix fusiformis, biennis; caulis erectus, ramosus striatus; folia radicalia aggregata, caulina alternatim sparsa; stamina declinata; capsula 6-angularis. ♂. In ruderatis, ad muros et in arvis totius Croatiae vulgaris. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Bizovac, Karlovic, Semlin et alibi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1327 in sterilibus circa Breno et Gionchetto prope Ragusa nec non ad Castelnuovo di Cattaro. — Rchb. fl. g. 4442. Mj.-Jn. **R. Luteola L.**

2 Petalorum omnium vel saltem superiorum laciniis 3-fidis; calycis laciniis linearibus aut lanceolato-linearibus 3

Petalis omnibus multifidis; calycis 6-partiti laciniis oblongis, in fructu non raro maximis 5

3 Foliis inferioribus integris, reliquis 3-fidis aut omnibus pinnati-partitis, decurrentibus; calycis 6-partiti laciniis linnearibus; floribus e viridi luteolis 4

Foliis omnibus lanceolato-oblongis pinnati-partitis, segmentis indivisis decurrentibus; calycis 5-partiti laciniis lanceolato-linearibus. — Suffructicosa, caulibus erectis vel adscendentibus, teretibus, striatis, villosulis; folia alterna, villosula, pinnata pinnis oppositis alternisve, oblongis, acutis, pinna extima majore lanceolata; capsula oblonga tetragona, rugosa. ♄. Vis. fl. dalm. 1325 in ruderatis, muris locisque saxosis totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 4449. Ap.-Mj. . . . **R. suffruticosa L.**

Obs. var. α. floribus 4-gynis; foliis pectinato-pinnatifidis, undulatis, est: R alba L. Rchb. fl. g. 4448;

Var. β. foliis decursive pinnatis; floribus 3—4-gyuis, ohroleucis, est: R. undata L. Rchb. fl. g. 4447. Utraque varietas occurrit in iisdem locis ac species genuina.

4 Foliis saltem inferioribus, rarius omnibus, integris, superioribus 3-fidis pinnatifidisve; calyce corolla breviore; capsulae angulis extus serrulato-scabris. — Caulis strictus, superne ramosus, semipedalis et ultra; folia inferiora alterna, cuneiformi-lanceolata, obtusa, integerrima; bracteae oblongae, acutae; calyx 6-partitus laciniis patentibus, obtusis; petala alba, quorum duo summa 3-partita; flores inodori; styli multi; stigmata simplicia; capsula oblonga. ⨀. vel ♂. Ad margines agrorum vinearumque circa Stražeman et Velika in comitatu Požegano; circa Semlin, Franzthal et Mitrovitz. (Kanitz.) — Rchb. fl. g. 4445. (R. mediterranea L.) Mj.-In. . . . . **R. inodora Rth.**

Foliis omnibus plus minusve divisis, inferioribus pinnatis, superioribus pinnatifidis trifidisque, laciniis linearibus, undulatis. — Radix perennis; caules basi decumbentes, demum adscendentes, hispiduli, fistulosi; folia pilis brevissimis inspersa; flores racemosi pedicellis brevibus, unifloris; styli tres; capsula oblonga, 3-angularis. ♃. In coliibus incultis, ad vias agrestes totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. — Vis. fl. dalm. 1324 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4446. Mj.-Oct. . . **R. lutea L.**

Observ. var. β. foliis angustis; capsulae valvulis elongatis cau-

leque gracili, est: R. gracilis Ten. quae teste Bertolonio in Dalmatia cum priori occurrere dicitur in iisdem locis.

5 Foliis oblongo-obovatis, obtusis, indivisis trifidisve; pedicellis calicem, in fructu maximum, sub anthesi aequantibus; floribus omnino inodoris. — Caules adscendentes, ramosi, striati, villosuli; folia glabra, basi in petiolum attenuata; florum racemi erecti; bracteae setaceae; germen ovatum, striatum vel sulcatum; styli 3, breves; capsula 6-angularis hiat ore 3-dentato. ⨀. vel ♂. Inter segetes litt. cr. circa Flumen, Bakar et Novi. Syll. fl. cr. — In agris comitatus Syrmiensis; ad Karlovic et Semlin. (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1326 in arvis, vineis et ad vias totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4443. In.-Il. . . . . . . **R. Phyteuma L.**

Foliis oblongo-ovalibus, integris trilobisve; pedicellis calyce florem aequante in fructu vix aucto sub anthesi duplo longioribus. ◯. Colitur ubique. — Rchb. fl. g. 4444. Mj.-In.-Oct. **R. odorata L.**

Observ. Reseda odorata L. et R. Phyteuma L. praeter odoris suavitatem nullis aliis notis, nisi pedicellis calyce sub anthesi duplo longioribus calycibusque in fructu non auctis distinguitur.

Ordo II. *Ovarium unicum; placentae duae pluresve parieti vel disepimentis adnatae, nec unquan axi centrali.*

a) Petalis staminibusque disco basi calycis adnato insertis.

Fam. VIII. **Tamariscineae Desv. Metlike.**

Flores hermaphroditi, regulares; calyx liber, persistens 4—5-partitus segmentis aestivatione imbricatis: corolla petalis 4—5 hypogynis aequalibus aestivatione imbricatis; stamina petalorum numero aequalia vel dupla, filamentis annullo hypogyno insertis, liberis vel basi in tubum coalitis; antheris introrsis bilocularibus, supra basin affixis, longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium liberum, trigonum, uniloculare, multiovulatum; placentae in linea media vel in basi valvularum; capsula trivalvis, unilocularis, seminibus pluribus rostro plumoso vel coma terminatis, exalbuminosis, embryone recto. — Vis. fl. dalm. III. p. 151. — Koch syn pl p. 274.

Frutices foliis squamaeformibus alternis sessilibus integerrimis glaucescentibus, cum ramulis demum deciduis; floribus pedicellatis, bracteolatis, in racemos vel spicas terminales dispositis.

Gen. 86. **Tamarix L. Metlika.**

Calyx 4—5-partitus, corolla 4—5-petala; stamina numero petalorum aequalia vel dupla; styli tres patentes in stigma superne dilatati; semina apice comosa,

coma sessili; flores rosei. Vis. fl. dalm. III. p. 151, g. 543; Koch syn. pl. p. 274; Rchb. fl. g. p. 587, g. 744.

Foliis ovato-lanceolatis acuminatis herbaceis; spicis lateralibus, tenuibus, subpaniculatis; bracteis lanceolato-subulatis; annullo hypogyno 10-lobo filamentisque quinis inter lobos insertis. — Frutex erectus ramis virgatis; folia glabra, glauca, punctata, acuta, in ramulis junioribus imbricata, in adultioribus patentia, in floriferis inferiora acuminata, floralia membranacea; calyx 5-partitus; petala ovata, obtusa, concava, rubella; germen conicum, trisulcatum; styli tres brevissimi. ♄. Vis. fl. dalm. 1474 in palustribus Fort'-Opus et ad ripas fluvii Narenta. Rchb. fl. g. 3809. (T. canariensis Webb., T. narbonensis Lob., T. pentandra Lam.) In.-Il. . . . . , ... **T. gallica L.**

Foliis ovato-lanceolatis, apice ipso membranaceo obtusis; pedunculis squamosis; spicis densifloris, crassis; bracteis oblongo-lanceolatis, obtusis. — Frutex arborescens ramosissimus, cortice ramorum fusco; folia minuta, imbricata; flores albidi in spicas densas collecti, calyx profunde 5-partitus, subpentaphyllus laciniis ovatis glabris margine membranaceis; petala oblonga; stylus trifidus. ♄. In arenosis humidis litt. cr. circa Karlobago, Segniam, Novi et alibi, secus in hortis culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1474 in maritimis ad S. Filippo prope Zara; in insulis Ossero et Morter, rarius ad Ombla prope Ragusa, copiosa vero circa Narenta. — Rchb. fl. g. 3810. Mj.-In. **T. africana Poir.**

Gen. 87. **Myricaria Desv.**

Calyx 5-partitus; petala 5; stamina 10 alterna breviora ultra medium connata, monadelpha; stigma sessile, capitatum, subtrilobum; placentae valvularum medio longitudinaliter adnatae; capsula trivalvis, unilocularis; semina parca oblonga, rostrata, plumosa connata. Koch syn. pl. p. 274; Rchb. fl. g. p. 587, gen. 743.

Foliis lineari-lanceolatis sessilibus; spicis terminalibus solitariis; bracteis pedicello longioribus; capsulis erecto-patulis. — Fruticosa, glabra, 1—4-pedalis et ultra, rami erecti, tota glauca; flores racemoso-spicati pallide rosei aut albidi, petala lanceolata oblonga, obtusa, calycem aequantia. ♄. In glareosis ad ripas torrentium et fluviorum ad Dravum et Strugam, in valle Bregana prope Samobor; ad rivulos montium ad Sv. Šimon prope Za-

grabia et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3807. (Tamarix germanica L., Tamariscus germanicus Scop.) Mj.-In. **M. germanica Desv.** Observ. Flores profert Majo et quidem in ramorum apice et in ramulis lateralibus superioribus, quibus denique panicula terminalis densa formatur; aestate autem ramis vernalibus jam induratis secunda vice floret ramosque florigeros novos sub panicula fructifera promit foliis plerumque longioribus instructos. Haec forma aestivalis est: Myricaria squamosa Rchb. fl. g. 3808. — Vide Koch syn. pl. p. 275. — Differre tamen a M. germanica Desv. videtur racemis lateralibus cyilndricis basi conferte squamosis, virgis lignosis nitide badio-corticatis, foliis latioribus a basi ad medium definite carinatis, petalis exsertis, duplo longioribus latioribusque roseis.

b. Petalis staminibusque nunquam calyci, sed ipsi thalamo insertis.

Fam. IV. **Nymphaeaceae DC. Lokvanjače.**

Flores hermaphroditi in pedunculo longissimo ebracteati: calyx 4—6-sepalus herbaceus, intus coloratus, sepalis aestivatione imbricatis toro carneo epigyno insertis; petala plurima toro (thalamo) inserta multiseriata interioribus in stamina transeuntibus; stamina plurima multiserialia cum petalis inserta filamentis liberis, exterioribus petaloideis, antheris introrsis, loculis connectivo brevioribus longitudinaliter dehiscentibus: ovarium unicum, uniloculare, placenta unilaterali; styli connati, brevissimi; stigmata in unicum peltatum radiatum ovarii apicem tegens coalita; fructus extus baccatus indehiscens, intus pulposus multilocularis, seminibus plurimis nidulantibus pendulis; albumine farinoso; embryone crasso, cotyledonibus brevissimis. — Vis. fl. dalm I. p. 196; Koch syn pl p. 29.

Herbae aquaticae caule crasso repente limo affixae et perennantes, foliis floribusque emersis natantibus, foliis longe crasseque petiolatis.

Gen. 8º. **Nymphaea Neck. Lokvanj ili Plutnjak.**

Calyx sepalis 4—5 intus coloratis deciduis; petala numerosa eglandulosa, i. e. fovea nectarifera destituta; stamina filamentis petaloideis; stigma sessile peltatum multiradiatum glandula subglobosa sessili centro umbonatum, bacca ovata. — Vis fl. dalm. I. p. 197, g. 138; Koch syn. pl. p. 29; Rchb. fl. g. 14, g. 18.

Foliis subrotundis profunde cordatis integerrimis; stigmate lobato radiis 12—16 adscendentibus; floribus albis speciosis. — Radix horizontalis, crassa, carnosa, cicatricibus numerosis distincta; petioli et pedunculi longissimi; folia ampla, facie saturate vi-

*

ridia, dorso pallida, lobi baseos obtusi, infra medium remoti; calycis foliola facie alba, dorso viridia; petala elliptica, interiora minora et angustiora; filamenta flava, exteriora dilatata. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Karlovic et Semlin. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 384 in lacu Boccagnazzo prope Zara; in stagnis circa Nona, Slap, Knin, Sinj, Imoski et Narenta. Rchb. fl. g. 59. Mj.-In. . . . . **N. alba L.**

Foliis suborbiculatis, peltatis acute repando-dentatis utrinque glabris, angulis approximatis; petalis albis, extus rubellis. — Radix repens; petioli teretes, longissimi; folia basi in lobos duos acutos divisa, faice nitida, dorso venosa purpuraque suffusa; pedunculi teretes, glabri; flores ampli, speciosi; calycis foliola oblongo-ovata facie alba, dorso viridia; petala dorso purpurascentia, facie candida; filamenta lanceolata; stigma concavum, radiatum radiis 24—28. ♃. In thermis Dalmatiae. (Maly enum. pl. p. 285, gen. 683, n. 4. Mj.-Ag. . . . . **N. thermalis DC.**

Gen. 89. **Nuphar Sm. Lekuta ili Lepen.**

Calyx 5—6- sepalus sepalis persistentibus; petala numerosa dorso fovea nectarifera; stamina numerosa filamentis brevissimis; stigma stipitatum peltatum radiato-striatum repandum, centro adpresse umbillicatum; bacca basi angustata. Vis. fl. dalm. I.p. 197, gen. 131; Koch. syn. pl. p. 30; Rchb.fl. g. p. 14; g. 17.

Foliis cordato-ovalibus; petiolis triquetris; calyce 5-sepalo; antheris oblongo-linearibus; stigmate profunde umbillicato subrepando. — Radix valde crassa; petioli longissimi, glabri, angulati; folia integerrima, basi in lobos duos approximatos divisa; pedunculi longissimi teretes; calycis foliola orbiculata, concava, colorata; nectaria 24 lutea; filamenta linearia; stigma orbiculare, convexum integerrimum, radiatum; flores flavi. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in lacu Jašova prope Klokočovac, in lacu Palaša, circa Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 385 in aquis lente fluentibus circa Dernis, in fluente Cikola, circa Sinj, Imoski et Narenta. (Nym. lutea L.) In.-Il. . . . . **N. luteum Sm.**

Fam. X. **Papaveraceae DC. Makovice.**

Flores hermaphroditi, regulares; calyx 2-sepalus foliaceus deciduus, aestivatione valvatus; corolla 4-petala hypogyna petalis aestivatione corrugato-plicatis;

stamina hypogyna numerosa, rarius tantum 4, filamentis liberis, antheris biloculaaribus introrsis; ovarium liberum uniloculare vel septo celloso dirrimente biloculare, ovulis plurimis pendulis; stigmatibus sessilibus duobus aut pluribus persistentibus; capsula subrotunda aut oblonga dissepimentis incompletis divisa indehiscens, poris pluribus sub stigmate pertusa, aut linearis siliquaeformis 1-2-locularis valvis binis secedentibus dehiscens, rarius transverse articulatim secedens; stamina plurima; embryo minimus, rectus ad basin albuminis, radicula ad hilum sita. — Vis. fl. dalm. III. p. 99, Koch syn. pl. p. 30.

Herbae succo luteo aut croceo, rarius albo scatentes, glaucae, foliis alternis sinuatis aut pinnati-partitis exstipulatis: floribus solitariis umbellatisve.

Gen. 90. **Papaver Tourn. Mak.**

Calyx disepalus caducus herbaceus; petala 4; stamina numerosa; stigma peltatum sessile 4—20-radiatum; capsula ovata aut oblonga unilocularis, univalvis, placentis in septa incompleta productis sub stigmate foraminibus dehiscens; semina arillo destituta. Vis fl. dalm. III. p. 99, gen. 485; Koch syn. pl. p. 700, gen. 853.

1 Capsula evidenter hispida 2

Capsula exacte glabra 4

2 Filamentis superne dilatatis; caule folioso, plurifloro 3

Filamentis subulatis; capsula obovata; scapo unifloro hispido; foliis subbipinnatis; flore flavescente aut omnino flavo. — Radix caespitosa exit in cauliformia capita, quae basi procumbentia, superne surrecta emittunt folia plurima, dense ac imbricatim exorta scaposque axillares gerentia; folia insident petiolis fragilibus ad oras ciliatis suntque bipinnatifida pinnis exiguis integris bifidis trifidisve, laciniis lanceolatis, glaucis, pilis albis adspersis; flos erectus, calyx caducus; petala nivea aut flava, duo opp. sita reliquis duplo latiora; capsula hirta pilis erectis. ♃. In alpinis et subalpinis montis „Snježnjak" ad Čubar. (Klinggraeff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4473. (Uti in herbario video, videtur potius esse var. α. floribus albis, basi sulfureis, hinc: P. Burseri Crntz.) Il.-Ag. . . . . **P. alpinum L.**

3 Capsula elongato-clavata setis sparsis erectisque hispida; setis caulis patentibus; foliis pinnatifidis incisisque. — Petala pallide coccinea basi macula nigra distincta; filamenta apicem versus dilatata; capsula non sulcata. ◯. Inter segetes totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4475. In.-Ag. **P. Argemone L.**

Capsula subrotunda setis patentissimis arcuatisque hispida; setis

caulis adpressis; foliis lineari-pinnatifidis. — Caulis ramosus; folia pinnatifida laciniis lineari-lanceolatis, seta terminatis; calyx setis fulvis hispidus; petala punicea, saepe macula violacea basi ornata; capsula obovata, sulcata aculeisque adscendentibus muricata. ⊙. Vis. fl. dalm. 1336 in apricis insulae Lesina. — Rchb. fl. g. 4476. In-Il. . . . . **P. hybridum L.**

Observ. var. β. capsula ovali-oblonga multo minore, est: P. argemonoides Cessat. occurritque in apricis saxosis etiamque in cultis totius Dalmatiae.

4 Filamentis subulatis; foliis pinnatis bipinnatisve 5

Filamentis superne dilatatis; capsula subglobosa; foliis oblongis, inaequaliter dentatis, superioribus integris, basi cordata amplexicaulibus, inferioribus sinuatis, basi attenuatis. — Caulis erectus ramosus; folia glabra laevia, sinnuata, crenata; pedunculi hispidi, petala alba, rosea aut caeruleo colore suffusa, basi macula violacea distincta; capsula rotunda. ⊙. Colitur in hortis agrisque et hinc inde in ruderatis quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1339 fere spontaneum circa Betina in agris oleraceis nec non in ruderatis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 4481. In.-Ag. . . . . **P. somniferum L.**

Observ. var. β. poris sub stigmate obliteratis minimisve seminibusque albis, est: P officinale Gm.

5 Capsula breviter obovata, basi rotundata; lobulis stigmatis margine incumbentibus; foliis pinnatifidis pinnatisque, laciniis incisis; caule multifloro, piloso, pilis patentibus. ⊙. Inter segetes totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae vulgare. Syll. fl. cr.— Vis. fl. dalm. 1338. Rchb. fl. g. 4479. In.-Aug. . **P. Rhoeas L.**

Observ. var. β. foliis superioribus pinnati-partitis dentatis pedunculisque adpresse setosis, est: P. intermedium Beck. occurritque inter segetes insulae Lesina. Rchb. fl. g. 4478.

Capsula clavata, in basin sensim attenuata; crenis stigmatis distinctis; pedunculis adpresse setosis; foliis subbipinnatis, laciniis linearibus remote dentatis; filamentis filiformibus. — Caulis hispidus, pluriflorus; petala latissima, lateritio-coccinea, margine plana. ○. Inter segetes et ad margines agrorum alibique vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1337 in agris circa Sebenico, Cittavecchia, Ragusa et in herbidis demissis montis Svilaja. — Rchb. fl. g. 4477. In.-Il. . . . . **P. dubium L.**

Observ. var. β. foliis obtusis capsulaque ovali aut turbinata, est: P. obtusifolium Desf. occurritque in Dalmatia cum priori in iisdem locis.

Gen. 91. **Glaucium Tourn. Rožinac.**

Calyx 2-sepalus herbaceus caducus; corolla 4-petala; stamina numerosa; stigma crassum bilamellatum sessile; capsula linearis siliquaeformis, septo celluloso spurio bilocularis, bivalvis, valvis ab apice dehiscentibus; semina arillo destituta. Vis. fl. dalm. III. p. 100, g. 486; Koch syn. pl. p. 32; Rchb. fl. g. p. 699, g. 801.

1 Floribus flavis aut luteis fulvisve; foliis superioribus cordato-subrotundis 2

Floribus puniceis, petalis ad basin macula nigra signatis; foliis caulinis lineari-pinnatifidis, incisis. — Radix teres, annua; caulis erectus, ramosus, hispidus; folia pallide viridia hispida, radicalia petiolata, reliqua sessilia; pedunculi et sepala setis consita; petala cuneiformia, phœnicea; capsula longissima, bisulcata setis adpressis tecta. ◯. In ruderatis et oleraceis in Moslavina hinc inde quasi spontaneum, secus in hortis cultum; in Slavonia sponte circa Karlovic et Semlin. Rchb. fl. g. 4471. (G. phoeniceum Gaert; Chelidonium corniculatum L.) In.-Il. **G. corniculatum Curt.**

Observ. var. β. macula ad petalorum basin atra et nimbo albo cincta, est: G. tricolor Bernh. Colitur in hortis.

2 Capsulis tuberculato-scabriusculis; petalis flavis, magnis basique luteis. — Radix biennis; caulis erectus, teres, ramosus paucisque setis inspersus; folia hispida cinerea, radicalia et caulina inferiora petiolata, pinnatifida laciniis alternis imbricatis incisis; reliqua lata, brevia, sessilia, in lacinias breves, latas divisa, secus amplexi-caulia, summa minima; sepala hispida; petala suborbiculata, lata, lutea, basi maculata; stigma pubescens; capsula longissima, compressa, muricata. ♂. In ruderatis asperis litt. cr. circa Flumen, Portoré, Novi, Segniam et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1340 in arenosis maritimis totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 4468. (Chelid. Glaucium L.; G. flavum Crntz.) In.-Il. . . . **G. luteum Scop.**

Capsulis scabris hirtisque; flore subsessili, petalis fulvis, basi flavescentibus. — Caulis glaber; folia caulina rotundato-sinuata; sepala scabra et hirta. ◯. In ruderatis cum priori, cujus va-

rietas esse videtur; ad sepes et in oleraceis ruderatisque in Medjumurje circa Čakovec et Nedelić. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4469. In.-II. . . . . **G. fulvum Sm.**

Gen. 92. **Chelidonium Tourn. Rosopas.**

Calyx 2-sepalus subcoloratus, caducus: petala 4; stamina plurima; stigma capitatum bilobum sessile; capsula linearis siliquaeformis, valvis a basi apicem versus dehiscentibus; semina hilo arillata. Vis. fl. dalm. III. p. 101, g. 487; Koch syn. pl. p. 32.

Pedunculis umbellatis; foliis decursive pinnatis, pinnis ovalibus, sublobatis, crenatis; calyce glabriusculo; floribus flavis, petalis ellipticis; filamentis superne latioribus. — Radix fusiformis; caulis in ramos patentes divisus; folia dorso glauca, facie pallide viridia, foliola duo infima minima, crenata, subsequa duo ovata, incisa basi inaequalia, reliqua ad basin uno lobo aucta, foliolum extimum trilobum et saepe auriculatum; pedunculi axillares; petala aurea; semina nigra. ♃. In umbrosis rupestribus, in ruderatis et ad muros totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1341 in umbrosis saxosis, juxta muros et ad vias totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4466. Apr.-Oct.

Ch. majus L.

Gen. 93. **Hypecoum L. Cunjica.**

Calyx 2-sepalus, caducus; petala 4, exteriora majora, saepe triloba; stamina 4; capsula siliquaeformis transverse in articulos monospermos dilabens. Koch syn. pl. p. 33.

Capsulis compressis arcuatis; petalis omnibus integris lineari-spathulatis, exterioribus dorso pubescentibus. — Herba humilis; folia acute dentata; petala omnia integerrima, bina exteriora majora, cochleariformia, bina externa calycem longa lanceolata. ☉. In asperis litt. cr. circa Novi et Segniam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4465. In.-II. . . . . **H. littorale L.**

Fam. XI. **Fumariaceae DC. Dimnjače.**

Flores hermaphroditi, irregulares; calyx 2-sepalus, dentatus, liber, petaloideus, aestivatione valvatus; corolla irregularis 4-petala, libera vel coalita, hypogyna, aestivatione imbricata; stamina 6, hypogyna et in phalanges duas oppositas ante petala exteriora sitas, connata, rarius libera, antheris extrorsis, lateralibus cujusvis fasciculi unilocularibus, media biloculari; ovarium uniloculare, uni- vel pluri-ovulatum. Vis. fl. dalm. III. p. 96; Koch syn. pl. p. 33.

Herbae succo aqueo scatentes, glaucae, foliis alternis, petiolatis, 2—3-pinnatipartitis, exstipulatis; floribus racemosis, bracteatis.

Gen. 94. **Corydalis DC. Mladja ili Šupaljka.**

Calyx 2-sepalus vel nullus; corolla 4-petala, petalis lateralibus apice cohaerentibus; stigma 4-partitum; fructus siliquaeformis, compressus, polyspermus, dehiscens; semina arillata. Vis. fl. dalm. III. p. 96, g. 483; Koch syn. pl. p. 33.

1 Radice ramosa, fibrosa; caule diffuso, rarius erecto aut subnullo 2

Radice tuberosa; caule simplici plus minusve erecto 5

2 Capsulis lineari-tetragonis; seminibus opacis; granulato-scabris; caruncula adpressa, subintegerrima 3

Capsulis lanceolato-fusiformibus pedunculis brevioribus; bracteis minutis; calcare brevissimo, rotundato; seminibus nitidis, subtilissime granulato-rugulosis, caruncula patente granulato-lobata, denticulata. — Caulis erectus angulatus ramosus; folia supradecomposita; bracteae sessiles, denticulatae, acuminatae; sepala parva, incisa; corollae luteae apiceque citrinae petali superioris lamina brevis, obsolete denticulata, dorso carinata; petala duo interiora angusta, obtusa, canaliculata; filamenta supra medium subulata et superius calcare adunco instructa; stylus longissimus; stigma denticulatum. ♃. In rupium fissuris et muris ad Novi, Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4459. (Fumaria lutea L.) Mj.-Sept. . . **C. lutea DC.**

3 Bracteis foliaceis, incisis, inferioribus petiolo multo longioribus; calcare angusto elongato. — Habitus fere C. luteae DC., sed folia sunt magis discoloria, flores latiores, breviores, albidi, ore luteoli, petalum inferius est late obcordato-spathulatum; capsula multo angustior, linearis; semina subopaca, quidquam angulata, granulato-scabra, strophiola planiuscula, adpressa, subintegerrima. ♃. In rupium fissuris Croatiae australis, veluti ad Ploča, Gospić, Ternava, Karlobago et alibi in litt. cr. — Rchb. fl. g. 4458. (Fum. capnoides L.; F. acaulis Wulf.) Mj.-Aug. **C. capnoides Pers.**

Bracteis oblongis, cuspidatis et nonnisi crasso-denticulatis; calcare lato, abbreviato 4

4 Foliis ternato-bipinnatis pinnatisve caesio-glaucis, foliolis integris aut 3—5-fidis, terminalibus lato-ovatis, petiolis supra planis, immarginatis. — Radix ramoso-fibrosa; flores nivei carina viridi in apice petalorum et in sepalis; caules saepe brevissimi, quandoque 3—4-pollicares. (Colore florum, longitudine pedicellorum

et foliolis caesio-glaucis, succulentis, rigidulis fragilibusque eximie differt a sequenti, i. e. a C. ochroleuca Koch.) ♃. In rupium murorumque fissuris Croatiae littoralis, veluti circa Karlobago, Sv. Juraj, Konjsko, Cesarica et alibi. Mj.-Il. . . **C. acaulis Pers.**

Foliis decompositis, foliolis obovatis, 3-fidis, intermediis basi cuneatis, glaucis; pedicellis inferioribus fructu brevioribus. Radix fibrosa; petioli elevato-marginati; capsulae lineari-oblongae pedicello longiores; semina subopaca, granulato-scabra, caruncula adpressa subintegerrima. ♃. In rupium fissuris et locis saxosis Croatiae australis et littoralis, veluti circa Flumen et Karlobago, in monte Klek, in alpe Pliešivica et alibi. Vis. fl. dalm. 1330 in muris rupiumque fissuris prope Zara ad Forte S. Michele, ad muros urbium Ossero et Sebenico, in insulis Crappano et Zuri, in rupestribus circa Trau, nec non in montibus Velebit, Koziak et Mossor. Mj.-In. . . . . . . **C. ochroleuca Koch.**

Observ. Cor. capnoides Pers., C. acaulis Pers. et C. ochroleuca Koch videntur esse varietates unius ejusdemque speciei; nec enim caulis defectus, qui variat subnullus, brevis aut 2—3-pollicaris, nec major foliorum carnositas, rigiditas aut glaucedo, quae locorum natalium diversitate minui vel augeri potest, constantes praebent notas pro definienda specie. Possent itaque omnes tres varietates potius sub una specie colligi et clariss. Koch svadente nomine C. ochroleucae nuncupari.

5 Bracteis digitato-partitis 6

Bracteis indivisis integerrimisque 7

6 Racemo erecto florum longitudine; calcare corollae adunco; stylo geniculato; foliolis spathulatis; floribus purpurascentibus albisve; radice tuberosa, solida. — Caulis simplex, spithamaeus, gracilis; stylus sub anthesi angulo recto refractus; racemus fructifer elongatus fructibus ramulis pedicellisque capsulam aequantibus; filamenta lanceolata, filamenti superioris calcar longum, teres subulatum. ♃. In nemorosis et in fruticetis totius Croatiae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Semlin et in comitatu Požegano haud rara. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1328 in syltvaticis herbidis montium Velebit, Radigne, Stazza et Biokovo. (Fum. solida L.; F. Halleri W.; Cor. bulbosa DC.; C. digitata Pers.) Rchb. fl. g. 4462. Ap.-Mj. . . . **C solida Sm.**

Racemo nutante paucifloro; corollae calcare recto; foliolis obovatis integris vel incisis; capsulis ovalibus. — Caulis pusillus

apice in denticulum productus; folia longe petiolata foliolis obovatis integris vel in 2—3 lacinias divisis; petala duo interiora carinata, apice macula purpurea notata, in unguem longum angustata, filamenta ovata, dorso convexa, facie concava; fructus ovatus. ♃. In iisdem locis ac antecedens praesertim in sylvis umbrosis submontanis. Rchb. fl. g. 4461. Mr.-Apr. **C. pumila Host.**

7 Radicis tubere cavo; caule diphyllo, squama basilari destituto; calcare cylindrico, apice incurvo. — Caulis simplex, apice in appendicem subulatam productus, inferne uno latere concavus, altero planus, reliqua parte teres; folia biternata, foliola varie incisa; bracteae purpurascentes; petalorum duorum exteriorum lamina bifida, dorso carinata, facie concava; filamenta canaliculata; fructus oblongus. ♃. In nemorosis fruticetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1329 in vallibus herbidis montis Snježnica prope Ragusa. — Rchb. fl. g. 4463. (C. tuberosa DC.; Fum. cava Ehr.; C. bulbosa. Pers. Fum. major. Rth. — Occurrit flore albo: C. albiflora Kit.) Mz.-Ap.. . . . . **C. cava Schweig.**

Radicis tubere solido; foliolis incisis, lacinulis obtusis; petiolo infimo aphyllo, squamiformi; calcare attenuato, recto. — Caulis simplex teres; folia facie laete viridia, dorso pallida, inferiora biternata, folium summum ternatum, foliolis lateralibus 4-partitis, intermedio tripartito; racemus pauciflorus; bracteae orbiculato-ovatae; corolla purpurea; petalum superius et inferius retusum; petala duo interna apice atropurpurea; fructus lanceolatus. ♃. In nemoribus et fruticetis cum priori haud rara. Syll. fl cr. — Rchb. fl. g. 4460. (C. intermedia Merat; F. intermedia Ehrh.) Apr.-Mj. . . . . **C. fabacea Pers.**

Gen. 95. **Fumaria L. Dimnjača ili Rosnica.**

Calyx 2-sepalus; corolla 4-petala petalis lateralibus apice cohaerentibus, superiori basi calcarato; stigmate bicorni; stamina diadelpha; fructus subglobosus, siliculaeformis indehiscens monospermus; semen arillo destitutum. Vis. fl. Dalm. III. p. 97, g. 484; Koch syn. pl. p. 35; Rchb. fl. g. p. 697, g. 848.

1 Caule erecto nec unquam scandente; sepalis corolla multoties brevioribus 2

Caule ramoso scandente; sepalis corollam dimidiam aequantibus; racemis fructiferis laxis; foliorum laciniis oblongis, ovali-

bus; floribus albis vel ochroleucis, quandoque dorso purpureis, atropurpureisve. — Petioli cirrhosi; flores racemosi; siliculae globosae monospermae; foliola cuneiformia, lobata. ⊙. Ad sepes et in ruderatis circa Novi, Cirkvenica et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1331 ad sepes et in umbrosis totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 4456. Apr.-Mj. **F. capreolata L.**

2 Foliolorum laciniis oblongo-lanceolatis obovatisve; floribus roseis apice atropurpureis 3

Foliolorum laciniis anguste linearibus; sepalis deciduis minimis corolla quintuplo brevioribus; fructibus glabris, laeviusculis, rarius subrugulosis apiculatis; floribus albis apice fuscis. — Radix fusiformis; caulis debilis angulatus, in ramos effusos divisus; folia pallide viridia supradecomposita, laciniis foliolorum linearibus, obtusis; bracteae parvae, cuspidatae; sepala minima, denticulata; corolla albida purpura suffusa. ○. Inter segetes, in agris sterilibus submontanis circa Kalnik, Drobkovec et Rieka. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1335 in agris totius Dalmatiae littoralis. (F. leucantha Viv.) Rchb. fl. g. 4451. In.-Sept. **F. parviflora Lam.**

3 Sepalis pedicello latioribus; floribus roseis apice atropurpureis . 4

Sepalis pedicello multo angustioribus squamas minutissimas referentibus; fructibus orbiculatis, rotundato-obtusis; racemis fructiferis laxis; foliolorum laciniis sublinearibus. — F. parviflora Lam. multo humilior, sed partibus singulis majoribus; flores rosei, ore atro-violacei. ○. In cultis campisque solo calcareo circa Kalnik, Samobor et ad ipsam Zagrabiam nec non alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4452. Mj.-In. . . . **F. Vaillantii Lois.**

4 Foliorum laciniis obovatis; sepalis persistentibus 5

Foliolorum laciniis oblongo-linearibus; sepalis deciduis; siliculis subrotundis, transverse latioribus, antice truncatis, subemarginatis retusisve. — Radix fusiformis; caulis erectus, angulatus, e radice ramosus, ramis erectis vel patentibus; folia supradecomposita, pallide viridia foliolis cuneiformibus, in lacinias obtusas divisis; pedicelli crassi, primo patentes, demum erecti; racemi rachis apice dente instructi; bracteae lineares, cuspidatae; flores nutantes, purpurei; sepala denticulata. ⊙. In cultis, oleraceis, inter segetes et in ruderatis totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1334 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4454. Mj.-Sept. . . . . **F. officinalis L.**

Observ. var. α. racemis duplo terve longioribus; floribus pluribus majoribus; sepalis triplo majoribus, denticulatis apiceque purpureis; bracteis pedunculo fructifero brevioribus; fructibus emarginatis; herba minus glauca, est: F. calycina Kit. (F. densiflora DC.; F. rostellata Knaf.) occurritque in Slavonia in agris et aggeribus circa Krušidol, Našic, Essek, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kanitz.)

Var. β. foliis tenuibus remoteque dissectis; petiolis arcuatis, est: F. media Lois. Rchb. fl. g. 4453. (F. prehensilis Kit.; F. capreolata Sm.) occurritque cum priori.

5 Laciniis foliolorum obovatis, obtusiusculis; sepalis latitudinem corollae subaequantibus; fructibus maturis ovoideis, compressis, marginatis, laeviusculis; floribus roseis, apice atropurpureis. — Inter F. capreolatam L. et F. officinalem L. intermedia, differt tamen ab utraque fructibus latitudine sua longioribus, a posteriori insuper fructibus marginatis. ○. Vis. fl. dalm. 1333 ad dumeta et in agris circa Lesina et Spalato. Mj.-Sept. **F. Petteri Rchb.**

Laciniis foliorum flabellato-partitis, acutiusculis; sepalis corolla latitudine angustioribus; fructibus demum globosis, obtusis emarginatisve, ruguloso-tuberculatis. — Caulis erectiusculus; foliola 2—3-pinnato-partita. Sepala variant plus minus corollae tubo angustiora, sed semper minora ac in F. capreolata L.; fructus junior stigmatis mucrone medio, demum caduco, apiculatus. ⊙. In cultis et oleraceis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1332 ad sepes et muros totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4455. (F. major Badarro.) Ap.-Mj. . . . . . **F. agraria Lagg.**

Fam. XI. **Cruciferae Juss. Mohunjače ili Kerstašice.**

Flores hermaphroditi regulares cruciati aestivatione imbricati; calyx 4-sepalus foliaceus deciduus; corolla 4-petala hypogyna; stamina 6 quoque hypogyna, tetradynama, i. e. 4 longiora sepalis placentariis, 2 breviora remotiora sepalisque valvaribus opposita; ovarium liberum 1—2-loculare, bi-vel pluriovulatum; fructus siccus, nunc longitudinaliter bilocularis, bivalvis, mono-vel polyspermus, valvulis a basi apicem versus secedentibus; nunc unilocularis, evalvis indehiscens; modo elongatus et linearis (siliqua), modo abbreviatus latusque (silicula), modo septis transversim divisus et ibi plurilocularis, lomentum referens; semina exalbuminosa, horizontalia vel pendula. Vis. fl. dalm. III. p. 101; Koch syn. pl. p. 36; Rchb. fl. p. 653.

Subdivisio I. Siliquosae; *fructu lineari, vel lineari-lanceolato, dehiscente.*

Tribus 1. Arabideae sive siliquosae pleurorrhizae, cotyledones accumbentes dissepimento parallelae: radicula lateralis, rimae cotyledonum incumbentes; semina compressa.

Gen. 96. **Mathiola Brow. Ljubovka ili Ljubičina.**

Calyx basi bisaccatus, connivens; siliqua linearis seminibus uniseriatis; stigmatis bilamellati segmentis conniventibus, dorso gibbis vel cornigeris, denique subpatulis Koch syn. pl. p. 36; Vis. fl. dalm. III. p. 124, gen. 517.

1 Caule herbaceo, radice annua vel bienni, nunquam lignescente . 2
Caule suffruticoso basi lignescente, radice perenni 4

2 Foliis incanis, pubescentibus aut plane tomentosis 3
Foliis cauleque glabris, viridi-nitidis; floribus albis, violaceis aut subpuniceis. ⊙. Colitur in hortis hinc inde. Rchb. fl. g. 4352. (M. graeca Sweet.) In.-Il. . . . . **M. viridis Rechb.**

3 Foliis lanceolatis subdentatis, obtusis, incanis; siliquis subcylindricis, acutis; floribus purpureis, violaceis albisve, cultura plenis. — Spithamaea, pedalis. ⊙. Colitur in hortis. Rchb. fl. g. 4351. (Ch. annuus L.) In.-Il. . . . . **M. annua Sweet.**
Foliis oblongis tomentosis glandulosisque, inferioribus sinuato-pinnatifidis; siliquis compressis molle pubescentibus muricatisve. — Radix fusiformis biennis; caulis erectus ramosus ramisque patentibus; folia ob margines conniventes canaliculata, radicalia longissima, pinnata, longe petiolata, reliqua in petiolum brevissimum angustata, lanceolata integra; flores pallide purpurei; pedunculi breves; calyx purpurascens; petalorum unguis linearis canaliculatus; filamenta subulata; stigma sessile. ♂. Vis. fl. dalm. 1400 in arenosis maritimis ad Castelnuovo prope Cattaro et in Scoglio di S. Andrea prope Budua. Rchb. fl. g. 4350. (Cheir. sinuatus L.) Mj.-In. . . . . **M. sinuata R. Br.**

4 Floribus purpureis roseisve, rarius albis nec unquam luteis . . 5
Floribus luteo-virentibus luteisve, subsessilibus; foliis linearibus integerrimis incisisve, sinuato-dentatis; siliquis compressis utrinque uninerviis; stigmatis lamellis utrinque gibbosis corniculatisve. — Caulis, folia et sepala tecta sunt pilis brevissimis ramosis, canis glandulosisque. ♄. Vis. fl. dalm. 1402 in saxosis apricis et declivibus arenosis montis Zarina prope Ragusa et ad margines agrorum in Primorje Dalmatiae. (M. coronopifolia Sibth. Ch. tristis L.) Rchb. fl. g. 4348. Mj.-In. . . **M. tristis R. Br.**

5 Caule quidem incano-tomentoso, sed nunquam glanduloso. . . 6
Caule foliisque incano-tomentosis simulque glandulosis; foliis oblongo-lanceolatis, obtusis, integris, radicalibus subsinuatis, supremis lineari-lanceolatis; pedicellis calyce duplo triplove brevioribus; siliquis compresso-planis enervibus; stigmatis lamellis extus gibbosis. — Similis M. sinuatae R. Br., a qua tamen disscrepat foliis omnibus integris vel infimis tantum sinuatis, pedunculis brevioribus et praeprimis siliquis compresso-planis enervibus cauleque suffruticoso. ♄. Vis. fl. dalm. 1401 in arena maris circa Budua. In.-Il. . . . . **M. glandulosa Vis.**

6 Foliis linearibus obtusis subintegerrimis; floribus subsessilibus livide purpureis, petalis ovalibus undulatis. — Caulis erectus simplex vix spithamaeus; flores magni; siliquae compressae. ♃. In arenosis Dalmatiae. Maly enum. pl. austr. g. 629. Rchb. fl. g. 4349. (Cheir valesiacus Gay. Mj.-In. . . . . **M. varia DC.**
Foliis oblongo-lanceolatis, obtusis, integris; pedicellis inferioribus calycem aequantibus aut illo longioribus; siliquis compressis, utrinque absolete trinervibus; stigmatis lamellis extus gibbosis. — Radix ramosa; caulis erectus, ramosus, teres; folia integerrima ad basin angustata; flores corymbosi, ampli, odori; petalorum lamina oblonga, purpurascens, ungue viridulo; siliqua stigmate sessili terminata; semina marginata. ♄. In rupestribus litt. cr. circa Flumen, Bukari et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1399 ad muros circa Zara, Sebenico et Spalato; in rupestribus circa Ragusa; in littore arenoso prope Budua, nec non in insulis Unie, Lissa et Lapad. Rchb. fl. g. 4354. (Ch. incanus L.) Mj.-Il. . . . . **M. incana R. Br.**

Gen. 97. **Cheirantus DC. Šeboj.**

Calyx basi bisaccatus, connivens; siliqua linearis nervo longitudinali in valvulvae dorso prominente compresso-tetragona; stigma profunde bilobum lobis recurvatis; cotyledones planae; radicula compressa. Koch syn. pl. p. 36; Vis. fl. dalm. III. p. 125, gen. 418.

Foliis lanceolatis, acutis, integerrimis; siliquis compressis; stigmate bipartito. — Radix lignosa, multiceps; caulis suffruticosus, adpresso pilosus, erectus et in ramos angulosos divisus; folia longa, canaliculata, acuta; flores suaveolentes in corymbum collecti; pedunculi tetragoni; sepala purpura suffusa, duo opposita dorso convexa et basi protuberantia, duo compressa et carinata;

petalorum lamina obovata flava ungue lineari; filamenta subulata; stylus brevissimus; stigma bilobum. ♄. Vis. fl. dalm. 1403 ad muros urbium Sebenico, Spalato, Ragusa, Budua et in insula Veglia. Rchb. fl. g. 4347. Mj.-In. . . . . . **Ch. Cheiri L.**

Observ. var. β. caule ramosissimo fruticuloso; foliis confertis rigidis, subtus et ramis apice canescentibus; stigmate bifido, est: Ch. fruticulosus Sm. occurritque cum priori

Gen. 98. **Nasturtium DC. Dragušic ili Potočarka.**

Calyx basi aequalis patens; siliqua linearis aut oblonga siliculaeformis valvulis convexis enervibus; seminibus irregulariter biserialibus; stigmate capitato, subbilobo; cotyledones planae, radicula comissuriali. Koch syn. pl. p. 37; Rchb fl. g. pag. 683, g. 830.

1 Floribus flavis, ochroleucis luteisve; stylo definito, siliquis oblongo-abbreviatis siliculaeformibus 2

Floribus albis; siliquis cylindraceis, patulis; caule inferne repente; foliis pinnato-partitis, segmentis repandis, lateralibus ovatis, terminali subcordato aut subrotundo. — Radix e fibris plurimis composita; caulis subteres ramosus, in aqua radicans; folia glabra, nitida, inferiora ternata, superiora pinnata; petala alba purpura suffusa; siliquae incurvae utroque latere tumidæ. ♃. In fossis et rivulis ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — In Slavonia in agris sylvisque circa Čerević et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1395 in fossis et rivulis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4359. (Sisymb. Nasturtium L.) In.-Oct. . **N. officinale R. Br.**

Observ. var. β. caule erecto; foliolis lateralibus basi liberis subpetiolatis ovalibus acutis, terminali subrotundo angulato, est: N. microphyllum Bungh. occurritqu hinc inde cum priori.

2 Siliquis pedunculum subaequantibus 3

Siliquis (siliculis) pedunculo 2—3-plo brevioribus; floribus evidenter flavis luteisve 5

3 Siliquis linearibus; petalis calyce longioribus 4

Siliquis oblongo-ovalibus, turgidis; petalis calycem aequantibus; foliis inferioribus lyratis, superioribus profunde pinnatifidis. — Radix fusiformis, annua; caules glabri, erecti, aut decumbentes, sulcati, ramosi; folia pinnatifida laciniis dentatis; flores exigui flavescentes; petala quandoque emarginata; stylus persistens stigmate peltato terminatus; siliquae adscendentes. ⊙. In inundatis et staginis, ad fossas, in fluviis et in aliis locis humidis

totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4362. (N. terestre Leys; S. barbareaefolium Delen.) Mj.-Sept. . . . **N. palustre DC.**

4 Foliis omnibus profunde pinnatifidis pinnatisve, laciniis dentatis aut incisis. — Radix valde repens; caules flexuosi, sulcati punctis eminentibus exasperati; folia glabra, pinnata inaequaliterque dentata; flores parvi; sepala flavescentia; petala aurea; siliquae lineares, erecto-petalæ. ♃. In pascuis udis, in ruderatis, ad vias agrestes ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1396 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4368. Mj.-Sept. **N. sylvestre R. Br.**

Observ. var. β. foliorum segmentis dentatis; siliquis pedicello subbrevioribus; stylo stigmati subaequali, est: N. astylon Rchb. fl. g. 4365.

Var. γ. foliorum segmentis pinnatifidis; siliquis pedicello longioribus; stylo stigmate duplo longiore, est: N. rivulare Rchb. fl. g. 4365.

Foliis infimis simplicibus indivisis, ovalibus, longe petiolatis, caulinis inferioribus lyratis, superioribus profunde pinnatifidis; petiolis ciliatis; caule inferne scabro; siliquis linearibus. — Radix multiceps; caules erecti, rarius decumbentes, ramosi, basi setulis exasperati; flores racemosi, pedunculi graciles, glabri, laeves; sepala ovata concava, flavescentia; petala flava, calyce duplo longiora. ♃. In aggeribus ad viam Louisianam circa Skrad; ad margines agrorum viarumque circa Lešće, Tomašić selo et Bosiljevo; in litt. cr. et in provincia Likana haud rararum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1397 in umbrosis udis praecipue montanis prope Zara, Trau, Vergoraz, Ossoje, Rillić, Ragusa et Cattaro; in montibus Velebit, Mossor, Radigne, Biokovo, in insulis Ossero, Veglia et Giuppana. Rchb. fl. g. 4367. (N. Wulfenianum Host; Roripa lippizensis Rb.) Mj.-In. **N. lippizense DC.**

5 Siliquis linearibus aut lineari-lanceolatis subancipitibus; foliis lyrato-pinnatifidis, dentatis, superioribus interdum tantum incisis; caulibus erectis, aut procumbentibus. — Humilius ac affine N. sylvestre R. Br.; gregarie proveniens; foliis tenuioribus floribusque minoribus nec non siliquis in petiolo declinato adscendentibus facile distinguendum. ♃. In paludosis locisque humidis nec non in fossis hinc inde in Croatia. Syl. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4364. (Sisym. anceps Wahl.; N. riparium Wallr.) In-Ag. **N. anceps Rchb.**

Siliquis oblongo-ovalibus ellipticisve; foliis pectinato-aut lyrato-pinnatifidis, sessilibus inaequaliterque argute serratis; petalis calyce longioribus. — Radix longa, fibris plurimis fiirmata; caulis in aqua crescens est natans, in palustribus repens, huic sunt folia minora, latiora et plerumque serrata, illi submersa longe petiolata, pinnatifida, ea, quae extra aquam sunt et inferiora lanceolata, serrata, superiora pectinata; flores exigui numerosi; petala flava; siliquae stylo terminatae. ♃. In spongiosis palustribus et aquis stagnantibus locisque aliis humidis et ad ripas rivulorum hinc inde in Croatia non rarum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4363. (Sisym. amphibium L.) Mj.-In. **N. amphibium R. Br.**

Observ. var. β. foliis omnibus indivisis, basi exauriculatis, est: N. aquaticum Wallr.

Gen. 99. **Barbarea R. Br. Barica.**

Calyx subinaequalis erectus; siliqua linearis nervo longitudinali secus valvularum dorsum prominente, compresso-tetragona, seminibus uniseriatis; stigmate obtuso aut emarginato; cotyledones planae, radicula comissurali. — Flores flavi. Koch syn. pl. 39. Vis. fl, dalm. III. p. 123, g. 516.

Foliis inferiobus cordato-subrotundis indivisis lyratisve, lobo terminali cordato aut subrotundo-ovato, supremis obovatis angulato-dentatis; siliquis abbreviatis erectis. — Radix fusiformis, lignescens; caulis erectus sulcatus, glaber, laevis, ramosus; folia glabra, laevia, caulina superiora sessilia, amplexicaulia, pinnatifida laciniis linearibus vel lanceolatis, terminali cuneiformi, supra medium dentata, summa obovata, rarius tripartita lacinia terminali trifida; flores corymbosi; sepala erecta, obtusa, duo opposita latiora; petalorum lamina ovata. ♂. In locis humidis, inundatis, graminosis; ad fluvios et fossas vulgaris in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1398 in locis herbidis aquosis circa Zara, Derniš, Sebenico, Ragusa et Rogoznica. Rchb. fl. g. 4356. (Erys. Barbarea L.) Ap.-In. . . . **B. vulgaris R. Br.**

Observ. var. β. silisquis sursum leviter patulis, pedunculum horizontalem octies longis, arcuatis, est: B. arcuata Rchb. fl. g. 4357.

Foliis imis multijugo-lyratis, lobo terminali ovato superioribus pinnatifidis, laciniis oblongis integerrimis; siliculis pedunculum rigidum duodecies longis patentibus. — Radix lignescens biennis;

caulis erectus sulcatus glaber, ramosus; foliola lateralia in foliis imis 8—10-juga terminali subrotundo; summis laciniae trijugae lobo terminali tripartito; siliqua bipollicaris. ♂. In demissis, agris sylvisque umbrosis circa Našic, Duzluk, Vučin, Čerević et Karlovic. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4358. (Erys. praecox Sm.) Mr.-Mj. . . . . **B. praecox R. Br.**

Gen. 100. Turritis Dill Visonja.

Calyx basi aequalis laxe erectus vel patens; siliqua linearis tetraquetro-complanata, i. e. valvulis convexiusculis nervo longitudinali vallido percursis; seminibus biseriatis, stigmate obtuso vel emarginato; cotyledones planae; radicula comissurali. Koch syn. pl. p. 40; Vis. fl. dalm. III. p. 126, g. 519; Rchb. fl. g p. 681, g. 826.

Glauca foliis radicalibus dentatis pilis furcatis scabris, caulinis oblongo-lanceolatis glabris, basi sagittato-amplexicaulibus; floribus pallide flavis, aut ex luteo albidis; siliquis strictis, longissimis, pedicellum decies superantibus. — Radix fusiformis biennis; caulis subteres, infra medium setis consitus; folia inferiora utrinque hirsuta, reliqua glabra et omnia glauca; flores numerosi; pedunculi glabri; sepala pallide viridia; petalorum unguis longus. ♂. In collibus apricis herbidis saxosis, ad rupes in montanis; haud rara ad rupes Kalnikenses, circa Samobor, in montibus Ivanščica, Klek et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in vineis arvisque circa Bankovci, Jankovac, Čerević, Semlin et alibi. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4346. — Vis. fl. dalm. 1404 ad sepes et margines agrorum circa Zara, Sebenico, Derniš, Trau, Spalato, Salona et Ragusa. (T. stricta Host.) Mj.-In. . **T. glabra L.**

Gen. 101 Arabis L. Gušarka.

Calyx basi bisaccatus, erectus; silqua linearis valvis uninerviis planiusculis vel subconvexis, nervo longitudinali evidente vel obsoletiore, vel nervo plane evanido et venulis plurimis longitudinalibus prominulis notatae; semina uniseriata; stigma obtusum aut emarginatum; cotyledones accumbentes. Koch syn. pl. p. 40; Vis. fl. dalm. III. p. 126, g. 520; Rchb. fl. g. p. 977, g. 825.

1 Floribus albis, luteolis aut lilacinis roseisve 2
Floribus purpureo-violaceis; foliis dentato-serratis, inferioribus oblongo-obovatis spathulatisve, in petiolum attenuatis, superioribus ovatis basi subcordatis, semiamplexicaulibus; pedicellis incrassatis, siliquis patulis uninervibus multo brevioribus. — Tota pi-

lis ramosis simplicibusque hispidula; radix in ramos longos graciles divisa; caulis palmaris, teres; folia rugulosa, dentata; flores corymbosi; sepala oblonga; siliqua glabra. ♂. In agris et collibus lapidosis circa Flumen, Cernik, Sv. Cosmo, Praputnik et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1405 in saxosis herbidis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4321. (Hesp. verna L.) Ap.-Mj. . . . . **A. verna R. Br.**

2 Siliquis erectis patulisve 3

Siliquis longissimis deflexis pendulisve, venulosis margine incrassatis contorto-secundis pedicellis duplo angustioribus; seminibus ala concolore late marginatis; foliis inaequaliter mucronato-denticulatis, inferioribus ellipticis, caulinis oblongis basi cordata amplexicaulibus. — Tota pilis stellatis canescens; radix saepe multiceps; caulis erectus teres; folia acuta margine undulata; sepala basi modice prominula, ad apicem paucis pilis inspersa, alterna latiora; petala albida aut ochroleuca, indivisa ungue lineari. ♃. In rupium fissuris locisque lapidosis sylvaticis circa Kalnik, Rieka, in montibus Ivanšcica, ad Samobor et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvaticis montium altiorum circa Duzluk, Jankovac, Stražilovo, Semlin et alibi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1410 in sylvaticis et ad sepes circa Zara, Trau, Spalato, Salona, Clissa, Almissa et Ragusa, nec non in insulis Cherso et Brazza. Rchb. fl. g. 4345. Ap.-In. **A. Turrita L.**

3 Foliis caulinis basi cordata amplexicaulibus . . . . . . , . 4

Foliis caulinis sessilibus, quandoque quidem semiamplexicaulibus, sed basi ipsa nec cordata, nec sagittata 10

4 Foliis pilis furcatis conspersis vel plane hirsutis 5

Foliis glabris glaucisque integerrimis, radicalibus oblongis subrotundisve in petiolum protractis, caulinis oblongis subrotundisve in petiolum protractis, caulinis oblongo-lanceolatis basi profunde cordato-sagittata amplexicaulibus; siliquis in pedicello patente erectiusculis, valvulis convexiusculis nervo vallido notatis; seminibus apteris. — Caulis simplex spithamaeus-pedalis et ultra; petala angusta, alba. ♃. In montosis lapidosis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. gen. 634, n. 1. — Rchb. fl. g. 4333. (Brassica alpina L.; Turritis Brassica Leers.; Conringia alpina Lk.; Erys. alpinum Roth.) In.-Ag. . . . **A. brasicaeformis Wallr.**

5 Calyce basi subaequali 6

Calyce basi evidenter bisaccato; foliis dentato-serratis, inferioribus

oblongo-obovatis spathulatis, in petiolum attenuatis, superioribus oblongis, basi cordata amplexicaulibus; pedicellis filiformibus; siliquis erecto-patulis enervibus duplo brevioribus; seminibus margine anguste, apice latiuscule alatis. — Tota planta pilis apice stellato-ramosis canescens; radix; multiceps; caules adscendentes vel decumbentes, ramosi; folia mollia, sinuato-dentata; sepala ovata, obtusa concava, duo opposita basi protuberantia; petala nivea; siliqua linearis setulis consita. ♃. In fissuris rupium locisque lapidosis glareosis in alpinis et subalpinis, veluti ad rupes Kalnikenses, circa Samobor, in montibus Ivanščica, Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1406 in lapidosis montium Velebit et Biokovo. Rchb. fl. g. 4326. (A. alpina L.; A. Clusiana Schrk.; A. albida Jacq. fil.) Mj.-In.

A. incana Mnch.

Observ. var. β. foliis caulinis profunde dentatis undulatis; siliquis patentibus, est: A. crispata W. — Rchb. fl. g. 4328; cum priori haud rara.

6 Siliquis evidenter patulis, subtrinerviis 7

Siliquis erectis anguste linearibus, uni- aut plane enerviis . . 8

7 Siliquis pedicellos latitudine aequantibus illisque multo brevioribus; seminibus ala concolore apice marginatis; foliis remote denticulatis, inferioribus oblongis in petiolum attenuatis, caulinis ovato-oblongis basi cordato-sagittata sessilibus; petalis oblongo-obovatis. — Tota pilis ramosis hispida; radix gracilis; caulis erectus simplex aut ramosus pilis simplicibus ramosisque consitus; folia radicalia obovata, caulina sagittata; flores parvi, albidi, sepala linearia, obtusa; petala calyce duplo longiora; siliqua linearis. ☉. In collibus siccis montanis, in rupestribus ad Kalnik, circa Sv. Šimon, Samobor et Krapina; in montibus Ivanščica, Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1407 in collibus et vineis circa Lossin piccolo et Lossin grande; in insula Ossero. Rchb. fl. g. 4334. (A. aspera All.; A. patula Wallr.; A. recta Vill.; Turritis patula Ehrh.) Mj.-In.

A. auriculata L.

Siliculis pedicellis duplo latioribus, remotiusculis patentibus compressis subtrinerviis; seminibus anguste alatis; foliis cauleque pube ramosa scabris subvillosis, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis, caulinis ovatis oblongisve subdentatis basi profunde cordata-sagitta sessilibus; racemis paucifloris substrictis. — Ha-

bitus A. auriculatae L.; sed robustior, folia majora; siliquae duplo longiores latioresque; caudiculi nulli. ⊙. In locis alpinis et subalpinis rupestribus, veluti in monte Ivanščica ad Melen-grad, Klek, Merzin et in ipsa alpe Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4335. (A. nova Vill.; Turritis mollissima Hoephn.) Mj.-Il. . . . . **A. saxatilis All.**

8 Foliis caulinis illorumque auriculis a caule distantibus . . . 9

Foliis caulinis a basi ad medium usque una cum auriculis suis cauli adpressis, oblongis, denticulatis pubeque ramosa adspersis, radicalibus in petiolum angustatis; siliquis erectis anguste linearibus compressis, concinne torulosis subenerviis; seminibus anguste alatis, reticulato-punctulatis. — A. hirsutae L. persimilis, sed foliis a basi ad medium cauli adpressis, superne patentibus, auriculis deorsum cauli applicatis et postice marginibus sese tangentibus; siliquis longioribus, angustioribus lineae quadrantem latis, concinne torulosis, nervo subtilissimo notatis et seminibus sub lente reticulato-punctatis ab illa distinguitur. ⊙. In pratis et ad vinearum margines circa Radoboj et thermas Krapinenses, sed rarissima; clar. Klinggraeff in herbario muzei Zagrabiensis, a nobis necdum in locis dictis lecta. (A. planisiliqua Rchb.; Turritis nemorensis Wolf.) Mj.-In. **A. Gerardi Bess.**

9 Foliis caulinis basi profunde cordato-sagittata sessilibus, auriculis patentibus, radicalibus in petiolum angustatis utrisque oblongis denticulatis pube ramosa adspersis; siliquis erectis anguste linearibus compressis, nervo dorsali tenui, denique subevanescente, seminibus anguste alatis, obsolete punctulatis. — Caulis elatus, plerumque pedalis et ultra, inferne hirtus pilis simplicibus ramosisque patulis vel deflexis consitus, superne glaber. ♂. In pratis, collibus montibusque dumetosis haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4343. (T. planisiliqua Pers.; T. sagittata Bertol.; T. praecox Sm.; T. Gerardiana Ram.) Mj.-In. **A. sagittata DC.**

Foliis caulinis erecto-patulis basi profunde cordato-sagittata sessilibus, auriculis patentibus, radicalibus in petiolum angustatis, omnibus oblongis denticulatis, pube ramosa adspersis; siliquis erectis anguste linearibus compressis, nervo dorsali tenui denique subevanescente; seminibus anguste alatis obsolete punctulatis. — Radix fusiformis; Caulis erectus teres inferne ut folia hirsutus; folia punctata, radicalia obovata, saepe purpura suffusa; sepala glabra viridia et purpura suffusa; petalorum lamina oblonga

alba; siliquae glabrae. ♂. In pratis, collibus montibusque dumetosis haud rara in Croatia. Syll. fl. cr. — In Slavonia in arvis elatioribus, locis graminosis humidiusculis, in ruderatis et ad muros circa Karlovic, Rakovac, Semlin, Šumedje et Duzla. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1408 in saxosis herbidis circa Zara, Torrette, Trau, Spalato et Ragusa; in montibus Prolog et Sella; in insulis Brazza et Lesina. (Turr. hirsuta.) Rchb. fl. g. 4342. Mj.-In. . . . . **A. hirsuta Scop.**

10 Foliis radicalibus evidenter petiolatis integris pinnatifidisve; floribus albis, roseis lilacinisve 11

Foliis radicalibus obovatis, integris in petiolum angustatis, caulinis oblongis sessilibus, omnibus in mucronem brevem acuminatis integerrimis, glabris, pilis bipartitis adpressis margine scabris; siliquis patentibus linearibus nervo prominulo; stylo latitudine siliquæ dimidio breviore, caudiculis stoloniformibus repentibus. — Radix repens; caulis erectus, basi e foliorum axellis stolones radicantes emittens setulis deflexis exasperatus; folia ad oras pilis ramosis adspersa, illa stolonorum minima; pedunculi glabri; sepala flavescentia glabra; petala alba; siliquae toruiosae. ♃. In petrosis umbrosis, rupium fissuris Croatiae australis, praesertim in provincia Likana circa Ternava et Oštaria. Syll. fl. cr. (A. praecox W.) Rchb. fl. g. 4329. Ap.-Mj. **A. procurrens WK.**

11 Foliis caulinis breviter petiolatis 12

Foliis caulinis sessilibus 13

12 Foliis pube ramosa adspersis, radicalibus lyrato-runcinatis, lobis utrinque 6—9, terminali subrotundo, petiolatis, caulinis basin versus attenuatis breviter petiolatis, superioribus integerrimis; siliquis patentibus anguste linearibus planiusculis, nervo longitudinali tenuissimo. — Radix biennis; caulis erectus, ramosus pilis simplicibus hirsutus; folia pilosa, radicalia pinnata, caulina inferiora pinnatifida; superiora dentata, summa integerrima; sepala flavescentia supra medium pilosa; petala alba et colore rubello perfusa lamina ovata, ungue lineari, gracili, flavo. ♂. In campis arenosis rupiumque fissuris in montanis et subalpinis haud rara in Croatia. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Duboka et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4322. (Sisymb. arenosum L.) In.-Il. . . . . **A. arenosa Scop.**

Foliis pilis inspersis, radicalibus cordato-subrotundis ovatisve petiolo nudo vel appendiculato, caulinis inferioribus ovatis, supe-

rioribus lanceolatis. — Radix gracilis, perennis; caules pilosi, ramosi, alii erecti, alii adscendentes, nonulli decumbentes, non raro radicantes; folia inferiora basi incisa, superiora dentata; pedunculi glabri; sepala duo opposita basi gibba; petala alba vel rubella; siliquae glabrae. ♃, rarius ♂. In saxosis rupiumque fissuris montium Ivanšćica ad Belecgrad et Melengrad. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4326. (A. stolonifera Horn. Cardam. stolonifera Scop.) In.-Il. . . . . **A. Halleri L.**

13 Petalorum laminis erectis; siliquis etiamsi angustissimis, tamen evidenter deplanis; seminibus late alatis 14

Petalorum laminis patentissimis; siliquis erectis, teretiusculis; seminibus immarginatis; foliis lanceolatis, radicalibus pedunculatis hispidis, caulinis sessilibus integris. — Radix perennis, multiceps; caules erecti teretes, glabri; folia infima longe petiolata petiolis ciliatis, pilis inspersa, ad oras setulis ramosis ciliata, alia ovata integerrima vel aliquot dentibus instructa, alia pinnatifida, caulina linearia vel lanceolata; sepala flavescentia, duo opposita basi gibba; lamina petalorum cuneiformis alba et colore rubello suffusa; siliquae patentes, stigmate capitato terminatae. ♃. In saxosis ad thermas Toplikenses montis Ljubelj. Syll. fl. cr. — (A. Crantziana Ehrh.; A. petraea Lam.) Rchb. fl. g. 4323. Ap.-In. **A. hispida L. fil.**

14 Foliis pube stellata canescentibus, oblongis, sinuato-dentatis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus; siliquis petiolo duplo longioribus, 16—20-spermis. — Sequenti persimilis, differt tamen ab illa: foliis caulinis patulis; floribus duplo majoribus, siliquis planioribus margine prominulo cinctis; stylo angusto longiore; seminibus acute marginatis. ♃. In collibus lapidosis Dalmatiae cum sequenti. (Maly enum. pl. austr. g. 634, n. g.) Mj.-In. **A. collina Ten.**

Foliis pilis stellatis hispidis sinuato-serratis, inferioribus oblongo-obovatis, in petiolum attenuatis, superioribus oblongis sessilibus; pedicellis siliqua venosa, stricta angustioribus multoque brevioribus. — Spithamaea subincana, demum virgata; siliquae magnae longissimae ultra bipollicares ♂. Vis. fl. dalm. 1409 ad muros saxa et in collibus circa Zara et Ragusa; in montibus Promina, Dinara, Svilaja et Biokovo, nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 4239. Mj.-In. . . . . **A. muralis Bertol.**

Gen. 102. **Cardamine L. Režuha.**

Calyx basi subaequalis laxe erectus aut subpatulus; siliqua linearis, valvulis planis enervibus, utrinque dissepimenti margines tegentibus, a basi spiraliter revolvendo dehiscentibus; semina emarginata uniseriata; cotyledanes planae accumbentes. Rchb. fl. g. p. 674, g. 822. — Flores omnium albi excepta C. pratensi L. cui sunt fl. persicini aut pallide rosei.

1 Foliis omnibus aut saltem caulinis pinnatis 2

Foliis ternatis, foliolis breviter petiolatis rhombeo-subrotundis, repandoque subcrenatis; caule unifolio nudove; stolonibus reptantibus. — Radix repens; caulis erectus; folium caulinum minimum breviter petiolatum ternatum foliolis lanceolatis; sepala concava; petala nivea ad margines undulata; siliqua stylo brevi terminata. ♃. In sylvis montanis humidis circa Lepavina, Kaproncam, Samobor; in Croatia australi in subalpinis montium Velebit haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4298. In.-Il. **C. trifolia L.**

2 Foliis omnibus pinnatis 3

Foliis radicalibus infimis simplicibus, ovatis, obtusis, longe petiolatis, sequentibus tripartitis vel cum caulinis pinnatis, 2—3-jugis; petiolis basi sagittato-auriculatis. — Caules erecti; folia glabra laevia siliquae erectae, stylo brevissimo terminatae. ♃. In alpinis et subalpinis graniticis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 267, g. 635. 3. (C. heterophylla Host.) Rchb. fl. g. 4300. Mj.-In. . . . . , ... **C. resedifolia L.**

3 Petiolis omnibus exauriculatis; floribus semper completis . . . 4

Petiolis foliorum caulinorum sagittato-auriculatis; foliis multijugis, foliolis foliorum inferiorum 3—5-fidis, petiolatis, superiorum oblongo-lanceolatis; floribus plerumque incompletis; caule ramoso. — Radix fusiformis; caulis erectus, saepe flexuosus; folia pinnata, foliola ad oras setulis exasperata integra vel incisa; stipulae lanceolatae acuminatae, cilia ae caulem amplectentes; petala, si adsunt, parva, alba. ☉. In sylvis montanis et subalpinis umbrosis in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis umbrosis montium Papug, circa Jankoves et Motočina. — Vis. fl. dalm. 1414 in sylvaticis montium Velebit. Rchb. fl. g. 4302. Mj.-In. . . . . **C. impatiens L.**

4 Petalis calyce vix sesquilongioribus albis 5

Petalis majusculis calyce triplo longioribus obovatis; radice perenni 6

5 Caule folioso, plus minusve piloso; siliquis in pedicello patulo erectiusculis; stylo latitudinem siliquae aequante. — Radix fibrosa; caules erecti; foliola facie setis inspersa, petiolata, in foliis radicalibus subrotunda sinuato-denticulata, in caulinis ovata; pedunculi rachisque setis plurimis consiti; sepala dorso pilis inspera. ○. In sylvis submontanis montanisque in subalpina adscendens haud rara circa Zagrabiam, Samobor, in monte Ivanščica, Klek et alibi. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 4303. (C. muscosa Vahl.) Mj.-Il. . . . . **C. sylvatica Lk.**

Caule 1—2-folio vel plane aphyllo, plerumque glaberrimo; siliquis pedicellisque erectis; stylo latitudine siliqua breviore. — Radix fibris plurimis capillata; caules erecti striati; foliola in brevem petiolum angustata, denticulis terminata, ad oras et facie setis inspersa, in radicalibus subrotunda, in caulinis lanceolata; sepala erecta, concava. ⊙. In agris, vineis, ad margines viarum et ad sepes ubique. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1413 vulgaris in muris, ad vias, in hortis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4304. (C. hirsuta L.; C. parviflora Host.) Ap.-In.

C. multicaulis Hopp.

Observ. β. variat unicaulis et multicaulis; caule folioso vel superne nudo; petiolis ciliatis vel glabris; segmentis foliolorum repandis vel dentatis, terminali ovato, ovali, subrotundo vel reniformi; siliquis erectis vel patulis.

6 Foliolis foliorum radicalium subrotundis 7

Foliolis radicalium ovato-rhombeis, obtusis, quinis, inciso-crenatis; floribus purpurascentibus. — Radix fibrosa; caulis erectus, flexuosus, angulatus, superne ramosus; foliola ovata, ciliata, petiolata, incisa, non raro ternata; sepala obtusa, purpura suffusa; petala emarginata, purpurea; glandulae duae cingunt basin filamentorum breviorum; siliquae compressae. ♃. In sylvis montanis Croatiae australis inter Korenicam et Priboj, inter pagum hunc et lacus Plitvicences, nec non ad hos ipsos et in ipsis subalpinis montium Plieśivica et Velebit. (WK.) Syll. fl. cr. — Nobis non licuit plantam hanc rarissimam in solo natali detegere et sic tribuimus fidem clar. viris Waldst. et Kitaib. Rchb. fl. g. 4306. In.-Il. . . . . **C. Chelidonia WK.**

7 Antheris sub anthesi purpureis; foliolis foliorum, superiorum ob-

longis et omnium angulato-dentatis, terminali majore; staminibus corollam subaequantibus; caule angulato, sulcato. — Radix stolonifera; caulis setulis adspersus, erectus, superne ramosus; foliola petiolata subsinuata, basi inaequalia, ad oras setulis exasperata; pedunculi longi, teretes; sepala ovata concava basi gibba; petala obovata, candida, venosa ungue brevissimo flavescente instructa. ♃. Ad fontes et rivulos nec non in fossis aqua pura repletis locisque sylvaticis humidis umbrosisque hinc inde in montosis veluti ad Sv. Šimon, Gračani, Samobor et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4305. (C. Nasturtiana Thuill.) Ap.-In. . . . . **C. amara L.**

Observ. var. β. caule hirto pedicellisque glabris, est: C. umbrosa Lej occurritque cum priori.

Var. γ. caulibus pedicellisque hirtis; foliolis foliorum radicalium 15—17 jugis, superiorum 13-jugis, est: C. Opicii Presl occurritque ad scaturigines et rivulos ad Rude prope Samobor.

Antheris flavis; foliolis foliorum caulinorum linearibus, integerrimis; staminibus corolla dimidia brevioribus; caule tereti, superne obsolete striato. — Radix carnosa, subdentata, numerosis fibris capillata; caules simplices, erecti; folia radicalia longe petiolata foliolis subrotundis, basi integris vel emarginatis, angulatis vel dentatis; basi integris vel emarginatis, angulatis vel dentatis; flores ampli, petala emarginata, rubentia. ♃. In pratis humidis locisque sylvaticis, in Croatia ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — In Slavonia in pratis circa Retfalu; In sylvis ad Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlim. Rchb. fl. g. 4308. Ap.-In. **C. pratensis L.**

Observ. var. β. caule elatiori; foliolis foliorum caulinorum angulato-dentatis, est: C. dentata Schult. et

Var. γ. floribus albis, parvis, est: C. Hayneana Op.

Gen. 103. **Pteroneurum DC. Bezokrilka.**

Calyx erectus; siliqua lanceolata compressa planiuscula everis, elastice desiliens, dissepimenti margines exserti, saepius subulati; semina complanata, oblongo-quadrata, funiculi dilatati; flores albi, flavi aut ochroleuci. Rchb. fl. g.p. 673. gen. 823.

1 Caulibus erectis aut adscendentibus, gracilibus patentique ramosis. — Plantae montanae, nec littorales 2

Caulibus diffusis ramosissimis; siliquis lanceolatis; plantae non raro littorales vel plane maritimae 3

2 Foliis inferioribus indivisis tripartitisve, superioribus tripartitis aut pinnatipartitis, segmentis ovatis obovatisve trilobis; siliquis linearibus; stylo angusto compresso abrupte cuspidatis; seminibus marginatis. — Radix biennis caulis ramosus, debilis; folia bis composita, foliola quinati-pinnatifida, tenuia; siliquae pentaspermae, breves; flores albi. ♂. Vis. fl. dalm. 1411 in rupium fissuris montium Ossero, Malaska supra Castelli di Spalato, Orien prope Cattaro; ad saxa mobilia circa Vrullia; in rupestribus circa Duara, Almissa et Ragusa. (Card. thalictroides All.; C. Plummeri Vill.; C. petiolaris DC.; Pt. dalmaticum Vis.) Rchb. fl. g. 4310. Mj.-In. . . . . . . **P. bipinnatum Rchb.**

Foliis omnibus pinnatipartitis petiolatis pinnatisve; foliolis ad oras scabriusculis integris lobatisve, tenue membranaceis, suborbiculatis; siliquis subarticulatis. — Radix annua, caulis ramosus, erectus; foliola viridia apice denticulo terminata; sepala membranacea, flavescentia; petala flava emarginata; stylus elongatus. ○. In graminosis asperis montanis ad Flumen, Tersat, Kuljanovo, Praputnik et Hrelin. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1412 in saxosis umbrosis Iroloque prope Trau, Radigne prope Dizmo, Rillič prope Duare, circa Vergoraz, in insula Brazza circa Neresi in coemeterio et prope Ragusa. Rchb. fl. g. 4309. (C. graca L.) Mj.-In. . . . . **Pt. graecum DC.**

3 Foliis pinnatis, foliolis carnosis subrotundis subintegerrimis; radice mulcipite. — Radix subcarnosa; caules humiles, diffusi, varie flexi, ramosi superiori parte pubescentes; foliola alia obovata, alia cuneiformia, aliaque suborbiculata, nonnulla apice emarginata; petioli pubescentes; flores pauci, albi; sepala oblonga, obtusa, margine membranacea; petala obovata. — Pedunculi, sepala, germen et siliquae villo tecta sunt. ⊙. Inter lapides liberos, in quos alpes calcareae. Badanj et Debelo-berdo fatiscunt, (WK) nec non in graminosis apricis litt. cr. circa Karlobago et Segniam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4312. (Card. carnosa WK.) In.-Il. . . . . **Pt. carnosum DC.**

Foliis petiolatis glabris glaucis ternatis pinnatisve, foliolis obovato-cuneiformibus repandis. — Caulis jam basi in ramos effusos diffusosque divisus; petioli ad basin ciliati; folia alia ternata, alia pinnata foliolis minimis glabris glaucisque; flores pauci; pe-

dunculi glabri; sepala ovata, e viridi flavescentia; petala alba, siliquae lineares stylo lineari compresso coronatae. ○. In arenosis maritimis litt. cr. circa Flumen, Martiščicam, Karlobago et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1311 var. β. in arenosis maritimis insulae Ossero, peninsulae Sabioncello prope Orebić et prope Cattaro ad Porta fiumera. — Rchb. fl. g. 4311. (C. microphylla Presl.) Mj.-In. . . . . . **Pt. maritimum Rchb.**

Gen. 104. **Dentaria L. Zubatka.**

Calyx erectus basi aequalis; siliqua lineari-lanceolata valvis planis enerviis ellastice disilientibus; stigma capitatum; semina aptera uniseriata, complano-subrotunda, funiculi placentae adnati. — Radix squamosa squamis dentiformibus. — Vis. fl, dalm. III. p. 129, g. 522; Koch syn. pl. p. 48; Rchb. fl. g. p. 676, gen. 824.

1 Foliis ternatis digitatisve 2

Foliis pinnatis, superioribus saepe indivisis 5

2 Foliis digitatis 3

Foliis ternatis, alternis, foliolis ovato-lanceolatis, serratis ciliatisque; petiolis basi triglandulosis; floribus albis, rarius incarnatis. — Caules adscendentes, inferne villosi, superne glabri; flores corymbosi; pedunculi utrinque basi glandula minuta stipati; petala obovata, infra medium uno alterove denticulo instructa; siliquae lineari-subulatae. ♃. In sylvis frondosis locis humidiusculis ad Toplikam, Lovrečinam in sylva Čret, copiosa in vallibus umbrosis ad Kravarsko, in Moslavina et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis umbrosis circa Jankovac et Kutjevo nec non in illis montis Papuk, praesertim ad scaturigines. Rchb. fl. g. 4313. Ap.-Mj. . . . . **D. trifolia WK.**

3 Caule trifoliato, foliis verticillatis ternatis 4

Caule 3—4-folio, foliis alternis petiolatis, superioribus ternatis, foliolis acuminatis inaequaliter serratis, exterioribus minoribus. — Radix nodosa; caulis erectus, teres; folia plerumque digitata foliolis lanceolatis, scabris; flores purpurascentes aut rosei; siliquae lineares. ♃. In sylvis montanis ad Sv. Šimon prope Zagrabia et circa Samobor (Klinggræff. ?) a nobis ibidem nondum lecta. Syll. fl. cr. — In sylvis subalpinis Dalmatiae Maly enum. pl. aust. g. 637, n. 4. — Rchb. fl. g. 4316. (D. pentaphyllos Scop.) Ap.-In. . . . . **D. digitata Lam.**

4 Staminibus corollam æquantibus; foliolorum axillis nudis, eglandulosis; floribus ochroleucis. — Radix carnosa horizontalis; ramosa; nodosa; folia petiolata ternata foliolis lanceolatis, acutis, serratis, glabris, caulina plerumque terna, rarius quaterna; calyx corolla fere triplo brevior, petala oblonga, plana, obtusa; siliquae compressae, glabrae. ♃. In sylvis umbrosis submontanis montanisque haud rara circa Kalnik, Zagrabiam, Toplikam, Sused, Sv. Jakob, Ivanščica, Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis umbrosis circa Karlovic, in convallibus Glibovac et Dragodol prope Stražilovo, nec non in fagetis circa Jankovac et in monte Papug. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1416 in sylvaticis montium Velebit et Prolog. Rchb. fl. g. 4314. (D. enneaphylla Jacq.) Mj.-In. . . . . . . **D. enneaphyllos L.**

Staminibus ungues petalorum æquantibus; foliolorum axillis semper glanduliferis; floribus laete persicinis. — Radix quoque carnosa, horizontalis nodosaque, caulis erectus aut adscendens; folia caulina terna, petiolata, ternata foliolis lanceolatis, acuminatis, serratis, ciliatis, utrinque glabris, glandulis axillaribus subulatis; sepala oblonga; siliquae sublineares, compresae, glabrae. . In sylvis montium altiorum ad Čabar. (Klinggræff.) Syll. fl. cr. — In sylvis montanis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. g. 637, n. 2. — Rchb. fl. g. 4315. Ap.-Mj. . . . **D. glandulosa WK.**

5 Foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus; axillis bulbiferis; floribus roseis aut pallide violaceis. — Radix generis, ramosa; caulis erectus; folia alterna, caulina intermedia ternata; foliola lanceolata, acuta serrata; flores corymbosi. ♃. In sylvis montanis et submontanis ubique in Croatia. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Virovitic, in fagetis ad Jankovec, Kutjevo, Karlovic, Semlin et in valle Stražilovo. Vis. fl. dalm. 1415 in sylvaticis montium Velebit, Biokovo, Krivoscie et Sella. Rchb. fl. g. 4318. Ap.-In. . . . . **D. bulbifera L.**

Foliis ternis sparsisve, pinnatis, foliolis 3—11, approximatis, lanceolato-acuminatis, grosse serratis; floribus ochroleucis. — Radix generis; caules erecti, teretes; folia pinnata terminante impari longissimo; sepala submembranacea; petala magna; siliquæ lineari-lanceolatae. ♃. In sylvis montanis et subalpinis montis Klek, in pinguibus humidiusculis umbrosis sylvarum Croatiae australis, veluti ad lacus Plitvicenses, inter Petrovo-selo et Korenicam, in monte Merzin, nec non illis alpis Pliešivica, Visočica et

Samar. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4320. (D. ochroleuca Gaud.) Ap.-Mj. . . . . **D. polyphyllos WK.**

Trib. II. Sisymbrieae s. siliquosae notorrhizeae. *Cotyledones incumbentes planae, dissepimento contrariae; radicula dorsalis.*

Gen. 105. **Hesperis L. Večernica.**

Calyx connivens, basi bisaccatus; siliqua linearis valvis carinatis subtrinerviis; stigma bilamellatum lamellis erectis, dorso planis; seminibus uniseriatis; cotyledones planiusculae, radicula dorsalis. — Vis. fl. dalm. III. p. 130, g. 523; Koch syn. pl. p. 49; Rchb. fl. g. p. 685, g. 833.

1 Foliis saltem inferioribus lyrato-runcinatis pinnatifidisve . . . 2
Foliis omnibus indivisis, ovato-lanceolatis, plus minusve dentatis 3

2 Patenti-divergens-villosa foliis obovato-spathulatis pinnatifidisque, superioribus lanceolatis ovatisve, dentatis; pedunculis calyce brevioribus; corollis pallide sulfureis, petalis ad ungues virentibus. — Radix biennis, caulis erectus teres, villosus; folia infima petiolata, oblonga, in lacinias inaequales, integerrimas divisa, superiora sessilia; flores noctu suaveolentes; pedunculi breves; sepala oblonga, margine membranacea; petala obovata, venosa, flava vel ex flavo purpurascentia; siliquae lineares viscoso-villosae. ♂. In rupestribus litt. cr. circa Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1418 in sterilibus saxosis et rupestribus ad Zara, Zaton, Verpolje, Trau, Clissa, Almissa et Ragusa; in montibus Mossor et Marian; in insulis Veglia, Brazza et Lesina. — Rchb. fl. g. 4375. Mj.-In **H. laciniata All.**
Observ. var. β. hirsuta, piloso-glandulifera, glutinosa; foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis, superioribus subcordato-lanceolatis, subpetiolatis, est: H. glutinosa Vis. vel H. secundiflora Boiss.

Patenti-breve-pubescens foliis inferioribus lyrato-runcinatis, superioribus oblongo-lanceolatis, basi incisisis sessilibus; pedunculis calyce longioribus; floribus racemosis; corollis pallide caerulescentibus incarnatisve, petalis ad ungues virentibus. — Radix biennis; caulis erectus, altissimus, pilis viscidis dense tectus; folia pilis viscidis consita; pedunculi filiformes, basi utrinque glandula stipati; calyx erectus, hirsutus; siliquae torulosae. ♂. In rupestribus Croatiae australis circa Janči, Korenicam, Bunić et in Vrebačka staza. Syll. fl.cr. — In saxosis et rupestribus Dalmatiae Tommasini. Rchb. fl. g. 4376. Mj.-Il. **H. runcinata WK.**

3 Caule simplici, stricto; foliis ovato-lanceolatis, dentatis, basi cuneatis; petalis cum mucrone emarginatis; panicula thyrsoidea; floribus lilacinis albisve. — Radix longa, biennis; caulis teres, hirsutus, simplex vel ramosus; folia acuminata, asperiuscula et villosa, alternantia, argute dentata vel serrata, infima plerumque petiolata; calyx hirsutus; siliquae teretes, longae, glabrae. ♂. In dumetis, ad sepes murosque haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1417 in rupestribus montis Snježnica, Veliverh supra Risano ad Pastrovicchio. — Rchb. fl. g. 4377. Mj.-In.

H. matronalis L.

Observ var. foliis anguste lanceolatis, acute dentatis aut subintegerrimis, cauleque simplici, est: H. sibirica L. In monte Ivanščica et ad Podsused.

Caule laxe erecto; foliis hispido-scabris, ovatis aut ovato-lanceolatis, dentatis, superioribus basi subhastatis; racemo laxe corymboso; pedunculis calyce plus duplo longioribus; petalis obtusis; floribus lilacinis albisve. — A priori distinctissima, licet cum illa plerumque confusa; radix perennis, non raro lignescens, caulis divergenti ramosus, rarius simplex. ♃. In dumetis locisque apricis rupestribus hinc inde, praesertim in Croatia australi et in litt. cr. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4378. (H. sylvestris Crntz.; H. heterophylla Ten.) Mj.-Ag. . . . . **H. inodora L.**

Gen. 106. Malcolmia R. Br.

Calyx connivens; siliqua linearis, compresso-teres, valvulis convexis trinerviis stigmate conico acuminato; seminibus uniseriatis; floribus purpureis. — Vis. fl. dalm. III. p. 131, g. 524; Koch syn. pl. p. 50; Rchb. fl. g. p. 685, g. 822.

1 Foliis saltem inferioribus integerrimis, obovatis; caule erecto, ramoso, pube adpressa vestito 2

Foliis evidenter serratis, inferioribus oblongo-obovatis, obtusis, superioribus oblongo-lanceolatis, acutis; calycibus basi gibbis; petalis obovatis, obtusis calyce paullo longioribus; siliquis adpresse-pilosis; stylo conico, subulato. ⊙. Vis. fl. dalm. 1420 in devexitatibus saxosis, herbidis montium Promina et Biokovo. In.-Il.

M. Orsiana M.

2 Foliis oblongo-spathulatis ellipticisve, basi attenuatis; pedicellis calyce brevioribus; siliquis pubescentibus, apice longe acuminatis; stylo longe subulato. — Spithamaea caule erecto ramoso; flores fere Cheiranthus annui L. laete rosei, sed minores; folia

viridia; habitus plantae laxus. ◯. In arenosis maritimis litt. cr. ad Flumen. Koch syn. pl. — Vis. fl. dalm. 1419 in arenosis maritimis et ad muros circa Ragusa et Castelnuovo. — Rchb. fl. g. 4372. Mj.-In. . . . . **M. maritima R. Br.**

Foliis obovatis; pedicellis calycis longitudine aut illi sublongioribus; siliquis teretibus, pubescentibus; stylo brevissimo. — Flores purpurascentes dimidio minores quam in M. maritima R. Br. ⨀. In asperis maritimis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 269, g. 639, n. 2. Mj.-In. . . . . **M. Chia Andr.**

Gen. 107. **Conringia Heist.**

Calyx erectus; siliqua triquetra, compresso-subulata, semina uniserialia, immarginata. — Flores albi aut pallide sulfurei, herbae glaucae; dissepimenti areolae obliquae. Rchb. fl. g. p. 686, g. 835.

1 Floribus sulfureis subalbidisve; caule folioso foliisque basi cordata amplexicaulibus, glabris glaucisque 2

Floribus albis; foliis radicalibus oblongo-spathulatis, subserratis, hispidulis; caule filiformi ramoso, subaphyllo; siliquis curvatis. — Radix gracilis, fibrillis aucta; caulis erectus, infra medium hirsutus, supra glaber; folia punctata, pilis partim simplicibus, partim ramosis inspersa, radicalia rosulata, terrae adpressa, caulina lanceolata sessilia integerrima vel paullisper et obiter denticulata; sepala ad apicem pilosa; siliquae adscendentes, glabrae. ◯. In agris locisque cultis ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Miklouš, Essekinum et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1422 ad muros et vias, in pratis locisque cultis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4380. (Arabis Thaliana L.; Sisym. Thalianum Gay.) Mj.-Sept. **C. Thaliana Rchb.**

2 Floribus sulfureis; siliquis erectis subtetragonis válvulis elevato-striatis, 3-nervibus. — Radix sublignosa, biennis; caulis erectus, ramosus; folia integra, crassa, radicalia obverse ovata, caulina ovata, basi biloba lobis rotundatis; sepala e viridi flavescentia erecta, oblonga, opposita duo concava, ad basin parum gibbosa; petala obovata lamina patula; unguis longus; siliquae strictae tetragonae, sulcatae. ◯. In agris et satis campi Podravani et Posavani haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4381. (Brassica austriaca Jacq.; Erys. austriacum Roth.; Erys. campestre Scop.) Mj.-In. . . . . **C. austriaca Pers.**

Floribus albidis vel pallescentibus; siliquis patentibus tetraquetris, valvulis enerviis aut uninerviis; foliis oblongis, obtusis integris. — Radix pluricaulis; caules teretes striati; folia inferiora in petiolum attenuata, caulina cordato-auriculata, quasi basi biloba, sessilia: petala oblongo-lanceolata obtusa; siliquae pedicello patente multoties longiores; stylus latitudinem siliquae subaequans; stigma capitatum obtusum aut emarginatum. — Antecedenti simile, differt tamen floribus majoribus, siliquis divergentibus, patulis tetragonis. ⊙. In agris et inter segetes in campo Podravano circa Varasdinum, in Medjumurje circa Nedelić, Čakovec et Štrigovo. Syll. fl. cr. —! Vis. fl. dalm. 1430 in agris circa Sebenico, prope Cittavecchia in insula Lesina, nec non in monte Velebit. — Rchb. fl. g. 4382. (Erys. perfoliatum Crntz.; Br. orientalis L.; Erys. orientale R. Br.) In.-Il. **C. orientalis Pers.**

Gen. 108. **Alliaria Trag. Češnjača.**

Calyx erectus, basi aequalis, siliqua demum tetragona, subulata; semina subcylindrica gyroso-sulcata; areolae dissepimenti tenues, transversae; flores albi. — Rchb. fl. g. p. 686, g. 734.

Foliis cordatis, crenatis petiolatis; siliquis pedunculo multoties longioribus. — Radix teres, biennis; caulis erectus, teres, glaber, laevis; folia petiolis ciliatis innixa, glabra laevia dentata; flores corymbosi; pedunculi glabri, patentes; sepala ovata, obtusa, glabra, quae decidunt ante perfectam petalorum explicationem et ita fit, ut flos calyce destitutus adpareat; siliquae adscendentes, glabrae, laeves. ♂. In dumetis et ruderatis, ad vias ad sepes ubique in Croatia. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Essekinum, Orahovica et Duzluk, in monte Papuk, nec non circa Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4379. Vis. fl. dalm. 1421 ad sepes et in sylvaticis circa Zara, Dernis, Konjsko, Dizmo et alibi. (Erys. Alliaria L.; Sisym. Alliaria Scop.) Ap.-Mj. . . . . **A. officinalis Andrz**

Gen. 109. **Sisymbrium L. Oranj.**

Calyx laxus, basi aequalis; glandulae hypogynae valvariae 4.; siliqua linearis valvulis convexis 3-nerviis; stylo brevissimo aut nullo; stigmate simplici; se-

minibus uniserialibus, immarginatis; cotyledones planae, radicula dorsali. Vis. fl. dalm. III. p. 131, g. 425; Koch syn. pl. p. 50; Rchb. fl. g. p. 689, g. 838.

1 Foliis saltem inferioribus plus minusve divisis, runcinatis, lyratis aut pinnatifidis, pinnatisve 2

Foliis omnibus indivisis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, pilis simplicibus conspersis, pubescentibus; calycibus demum horizontaliter patentibus; siliquis teretibus; seminibus linearibus, elongatis. — Radix lignosa; caulis erectus, teres 2—4-pedalis, glaber aut subvillosus, superne non raro ramosus; folia breviter petiolata, alterna, pubescentia, serrata vel dentata, sepala oblonga, obtusa, plana, primo patula, demum reflexa; siliquae graciles, glabrae, obscure tetragonae. ♃. In dumetis, ad ripas fluviorum et ad sepes circa Sv. Helenam, Toplikam, Zagrabiam et alibi in Croatia montana. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Daruvar et Pakrac. Rchb. fl. g. 4414. Mj.-Ag. . . . . . . **S. strictissimum L.**

2 Foliis simpliciter runcinatis, sinuato-lyratis aut pinnatifidis, nec unquam pinnatis 3

Foliis duplicato-pinnatis aut decompositis, tripinnato-partitis laciniis linearibus; floribus exiguis, luteolis; staminibus corolla longioribus; siliquis erecto-patulis pedicello filiformi triplo longioribus; stigmate truncato aut disciformi. — Radix fusiformis; caulis erectus, ramosus, pubescens; folia pubescentia; petala calyce breviora; siliquae numerosae, rugulosae. ⨀. In campis arenosis, ad vias, sepes et muros totius Croatie. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Essekinum, Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlin. Vis. fl. dalm. 1427 in ruderatis circa Benkovac. — Rchb. fl. g. 4408. Mj.-Il. . . . . . . **S. Sophia L.**

3 Siliquis subsessilibus, apicem versus attenuatis, subuliformibus, erectis vel rachi adpressis 4

Siliquis evidenter pedunculatis, teretibus, patulis, deflexisve . . 5

4 Foliis sinuato-lyratis laciniis triangularibus acuminatis inaequaliterque dentatis, superioribus repando-dentatis hastatis; siliquis axillaribus fasciculato-subternis brevissime pedicellatis arcuatis linearibus scabris; stigmate capitato. — Radix gracilis annua; caulis erectus ramosus, teres paucisque pilis inspersus; folia inferiora non raro pinnatifida laciniis alternantibus dentatis; flores parvi, aggregati insident axillis foliorum; corolla lutea; siliquae teretes glabrae pleraeque incurvatae. ◯. In ruderatis

et cultis horti œconomici Zagrabiensis; ad muros vetustos Zagrabiae, circa Samobor et Krapinam. — Rchb. fl. g. 4403. — Vis. fl. dalm. 1424 in ruderatis et ad vias insularum prope Zara, nec non circa Nona, Ragusa et Lesina. (S. polyceratium L.; S. polyceraton Spr.) Jn.-Il. . . . . . **S. polyceratum Rchb.**

Foliis runcinato-lyratis, inaequaliter dentatis, laciniis lanceolatis, acuminatis, terminali rotundata, superioribus anguste tripartitis; siliquis racemosis, conico-subulatis, rachi adpressis, brevissime pedicellatis, erectis, stigmate capitato. — Radix fusiformis, annua; caulis erectus teres setisque reflexis consitus, in ramos patentes divisus; folia pilosa; flores exigui, flavi; siliquae pubescentes. ⊙. In ruderatis et agris; ad sepes et vias vulgare in Croatia, nec minus in Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4401. — Vis. fl. dalm. 1424 in viis et ruderatis totius Dalmatiae. (Erys. officinale L.) Mj.-Jn. . . . **S. officinale Scop.**

5 Foliis inferioribus runcinatis aut sinuato lyratis 6

Foliis inferioribus pinnatifidis, vel profunde dentato-incisis laciniis linearibus, summis linearibus integerrimis; siliquis patulis; caule tereti, inferne hirsuto. — Radix lignescens perennis; caulis teres, ramosus inferne setis longis ad foliorum petiolos exasperatus; flores corymbosi; sepala patentia, linearia obtusa; corolla flava; siliquae longae, graciles, glabrae. — Pedale et ultra, gracile, glabriusculum, glaucescens foliorumque inferiorum forma multum varians. ♃. In Slavonia ad rupes calcareas prope Slankamen. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4413. (Erys. junceum W.; Cherr. junceus WK.; Brassica polymorpha Mur.) Mj.-Jn. **S. junceum M. B.**

6 Pedunculis brevibus incrassatis: caule foliisque pilosis hispidisve 7

Pedunculis filiformibus; caule foliisque viridibus 8

7 Calycis laciniis demum patentissimis; foliis inferioribus runcinato-pinnatipartitis, hispidis, laciniis dentatis basi auriculatis, auriculis adscendentibus, superioribus pinnati-partitis, glabris, laciniis linearibus, integerrimis. — Radix gracilis biennis; caulis erectus, teres, superne ramosus et glaber, secus pilosus; folia inferiora oblonga obtusa, pilosa, basin versus angustata, infima integra, subsequa runcinata, summa pinnata pinnis lanceolato-linearibus, glabris, terminali elongata; sepala linearia, obtusa, patentia; petala obtusa, ochroleuca; siliquae lineares, graciles glabrae. ♂. In arvis, ad vias marginesque agrorum, nec non in istis ruderatis circa Varasdinum, Martianec, Ludbreginum et

Bukovec, nec non in Medjumurje circa Nedelić, Čakovec et Prelog. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4406. — In Slavonia circa Semlin. (Kanitz.) (S. altissimum Poll.) Mj.-Il.. **S. pannonicum Jacq.**

Calycis laciniis erectis, demum conniventibus; foliis inferioribus lyrato-runcinatis, dentatis, basi auriculatis, auriculis assurgentibus, superioribus lineari-pinnatifidis cauleque subincanis. — Radix biennis, teres, albicans, caulis erectus, brevissimis pilis tectus, 1—3-pedalis et ultra; folia radicalia et caulina inferiora petiolata subincana, villosula, pinna terminalis est major et rotundata, pinna terminalis caulinorum est hastato-triangularis, acuta; caulina superiora et ramea hastata, summa indivisa; sepala erecta, oblonga, concava, ochroleuca; petala flavescentia, calyce duplo longiora; siliquae teretes, striatae, subvillosae. ♂. In ruderatis, incultis et ad vias haud rarum circa Zagrabiam, Samobor, Jaskam et Carolastadium. Syll. fl. cr. — In iisdem locis circa Čerević in Slavonia. — Vis. fl. dalm. 1416 in ruderatis locisque incultis circa Trau et Clissa. — Rchb. fl. g. 4407. (S. villosum Mnch.; Pachypodium Columnae Webb.) Mj.-Il. **S. Columnae Jacq.**

8 Floribus majusculis, patulis; petalis 2—3-lineas longis; siliquis junioribus thyrso convexo longioribus 9

Floribus exiguis, petalis vix 1 lineam longis; siliquis junioribus thyrsum fastigiatum superantibus; foliis runcinato-pinnati-partitis, laciniis lanceolato-acuminatis, margine superiori cristato-dentatis, terminali longiore; siliquis conferte racemosis, demum erecto patulis, pedicello quadruplo longioribus. — Radix teres, albicans; caulis erectus, ramosus; folia radicalia et pleraque caulina petiolata, flaccida pinnatifida laciniis inaequaliter serratis, extima majora; summa hastata et quaedam integerrima; flores pusilli; sepala patentia, flavescentia; petala flava, oblonga, obtusa, ungue suberecto, lamina patente; siliquae patentes, graciles, subteretes, torulosae. ♂. Ad vias agrorumque margines circa Varasdinum, Toplikam, Zagrabiam nec non in litt. cr. ad Flumen et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1425 in iisdem locis circa Ragusa. — Rchb. fl. g. 4408. Mj.-In. . . **S. Irio L.**

9 Foliis runcinato-pinnatifidis inferioribus cauleque glabris vel parce setulosis, laciniis e latiore basi triangulari-acutis, vel lanceolato-attenuatis terminali majore, foliorum superiorum elongatis; siliquis approximatis in pedicello adscendente vel contorto patulis

declinatisve. — Planta modo glabra, modo pilis raris adspersa; radix est biennis; caulis erectus, ramosus, ad duos pedes altus; folia radicalia in petiolum angustata, obtusa, inaequaliter dentata; caulina inferiora illis ferme similia, superiora oblonga, incisa et acuta, summa denticulata et sessilia; sepala flavescentia; petala lutea, calyce longiora, obtusa; siliquae graciles, ad semina torulosae. ♂. In collibus arenosis, siccis ad Sredičko, St. Mihail, Strigovo et alibi in Medjumurje. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4410. (S. affine W.) Jn.-Jl. . . . . . **S. austriacum Jacq.**

Foliis runcinato-pinnatifidis, inferioribus cauleque hispidis, laciniis dentatis, basi auriculatis; foliorum inferiorum oblongis, terminalibus confluentibus, superiorum lanceolatis, terminali maximo, hastato; siliquis remotiusculis, adscendentibus, subarcuatis, pedicello patente duplo longioribus. — Radix sublignosa; caulis 1—3-pedalis erectus, pilis deflexis consitus, superne ramosus; folia inferiora plerumque pinnata, reliqua pinnatifida, inaequaliter dentata, glabra aut subhirsuta; sepala patentia, e viridi flavescentia; petala obovata, obtusa, lutea; pedicelli patentes, inferiores pilosi, superiores glabri; siliquae graciles glabrae. ♂. In ruderatis, muris et collibus asperis circa Ivanec, Liepoglava, Krapina et alibi. Syll. fl. cr. — In iisdem locis in Slavonia circa Essekinum, Čerević et Semlin. — Rchb. fl. g. 4409. (Leptocarpaea Loeselii DC.) Mj.-Jn. . . . . **S. Loeselii L.**

Gen. 110. **Erysimum L. Trizalj.**

Calyx erectus vel clausus; glandulae hypogynae placentariae et valvariae binae; siliqua elongata tetragona, vel nervo in valvularum dorso prominente compresso-quadrangula; semina uniserialia; stigma truncatum vel bilobum; cotyledones planae, radicula dorsalis. — Flores lutei; herbae setulis partitis strigosae. — Rchb. fl. g. p. 686, g. 836.

1 Pedicellis longitudine sua calycem aequantibus aut plane illo brevioribus 2

Pedicellis calyce duplo vel plane triplo longioribus et siliquam dimidiam aequantibus; foliis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, repando-denticulatis dentatisve, scabriusculis pilis conformibus trifidis vestitis. — Radix annua vel biennis; caulis angulatus, subasper, 1—2-pedalis et ultra interdum inferiore parte incurvatus, reliqua erectus, superne in ramos floriferos divisus; folia acuta, summa integerrima, reliqua rariter denticulata; flo-

res parvi, inodori; sepala flavescentia; petala oblonga lutea; siliquae patulae. ○ v. ♂ In agris, ad vias et in glareosis fluviorum passim non rarum, veluti in Zagoria circa Krapinam thermasque Krapinenses, Zagon et Oroslavje; ad Zagrabiam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in ruderatis, circa Essekinum ad ripam Dravi, ad Vukovar, Čerević et Karlovic. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4383. (Cheir. sylvestris Lam.; Cheir. scapigerus W.) In.-Spt. **E. cheiranthoides L.**

Observ. var. β. foliis repandis vel subsinuato-dentatis; floribus exiguis, est: E. micranthum Buek.

2 Pedicellis calycem subaequantibus 3

Pedicellis calyce dimidio vel plane 2—3 brevioribus 4

3 Foliis integerrimis pilis conformibus trifidis scabriusculis, inferioribus oblongo-linearibus obtusis, superioribus lineari-lanceolatis acutis; siliquis erectis quadrangularibus, a latere subcompressis pubescenti-scabris. — Radix fusiformis biennis aut perennis; caulis erectus teres pilis adpressis consitus; folia setulis ramosis exasperata, inferiora longiora paucisque denticulis instructa, superiora multo breviora, angustiora magisque denticulata; pedunculi erecti, scabri; sepala oblonga flavescentia, pilis brevissimis inspersa, duo opposita basi gibba; lamina, petalorum oblonga, flava; siliquae longae, erectae. ♂. vel ♃. In collibus apricis et declivis montium Ivanšćica circa Belec, Zlatar, Krapinam et alibi in Zagoria; ad Zagrabiam, Samobor et Carolostadium. Syll. fl. cr. — In muris et rupestribus Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 270. g. 643, n. 4. — Rchb. fl. g. 4387. (E. altissimum Lej.; E. durum Presl.) Ap.-In. . . . . **E. virgatum L.**

Foliis remote denticulatis, rarius subintegerrimis, apice recurvatis, pilis fere omnibus simplicibus scabriusculis, inferioribus breviter mucronatis, superioribus linearibus acutis; siliquis patentibus, exacte quadrangularibus, incanis, angulis tamen glabrioribus viridibusque.— Radix lignescens, biennis; caulis erectus, 1—2-pedalis, subangulosus, simplex aut superne in ramos patentes divisus; folia acuta, marginibus conniventia, rarius anguste linearia, integerrima, ac veluti convoluta, demum evanida, saepius latiora, magis virentia et inferiora obiter dentata; rachis racemorum plerumque valde elongata; sepala glauca, duo opposita basi gibba; petala flava; stigma subbifidum. ♂. In apricis in-

cultis et arenosis ad Zagrabiam, Samobor et alibi haud rarum. Rchb. fl. g. 4394. (E. diffusum Ehrh.) Mj.-Il. **E. canescens Roth.**

4 Foliis lanceolatis aut oblongo-lanceolatis pilis conformibus trifidis, rarius simplicibus intermixtis scabriusculis 5

Foliis lineari-lanceolatis integerrimis vel remote denticulatis pilis omnibus simplicibus scabris; inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus linearibus acutis; pedicellis calyce triplo brevioribus; siliquis quadrangularibus puberulis vel canescentibus; caule angulato-sulcato; floribus luteis. — Radix lignosa; caulis plerumque simplex; folia sessilia angusta, acuta, scabriuscula, plerumque subcanaliculata, radicalia petiolata; pedunculi breves, tetragoni patuli; flores ampli suaveolentes; sepala pallide viridia ad apicem saepe aut fusca vel purpurascentia, duo opposita saepe basi protuberantia; petalorum unguis calyce longior, lamina flava; stylus brevissimus; stigma capitatum, bifidum; siliquae erectae. ♃. In montosis apricis ad rupes Kalnikenses; in saxosis ad Sv. Šimon prope Zagrabia; in litt. cr. circa Praputnik, Plaše, Hrelin et alibi. Syll. fl. cr. — In iisdem locis in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1428 in saxosis apricis collinis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4393. (E. lanceolatum R. Br.; E. linariaefolium Tausch.; Cheir. erysimoides Jacq.; Cheir. Bocconi All.) Mj.-In. . . . . **E. Cheiranthus Pers.**

5 Pilis conformibus, omnibus trifidis; siliquis quadrangularibus, angulis glabris, viridibus 6

Pilis difformibus, partim simplicibus, partim 2—3-fidis; siliquis concoloribus 7

6 Foliis repando-dentatis, inferioribus obtusis, breviter mucronatis, in petiolum angustatis, superioribus sessilibus acuminatis; petalorum laminis subrotundis; caule acutangulo, striato; siliquis stigmate crasso, capitato bilobo terminatis; stylo subnullo; floribus citrinis, vesperi odoris. — Radix ramosa; caulis basi incurvatus, demum adscendens erectusque, parum asper, medulla candida farctus, 1—3-pedalis et ultra; folia oblonga; sepala glabra, pallide flava, duo opposita ad basin magis protuberantia, duo apice gibba; petalorum unguis calyce brevior, lamina lutea. ♃. vel ♂. In montanis lapidosis ad Kalnik, Krapinam, Klanjec et Zagrabiam; in monte Ošterc prope Samobor nec non in illo Klek et Merzin; in arvis lapidosis circa Korenicam, Bielopolje et alibi in Croatia australi. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Duz-

luk, Čerević, Semlin, Rakovac et Karlovic. (Kanitz.) — Vis. fl. dalm. 1429 ad margines sylvarum et sepes ad Ballina Glavica, prope Dernis, Grab prope Knin et alibi in Dalmatia montana. Rchb. fl. g. 4390. (E. hieracifolium Jacq.; E. strictum DC.; E. lanceolatum Rchb.; Cheir. erysimoides L.) In.-Ag.

E. odoratum Ehrh.

Foliis inferioribus runcinato-dentatis aut pectinato-pinnatifidis lobo terminali trifido, superioribus repando-dentatis acuminatis; lamina petalorum subrotundo-obovata; siliquis incanis; stigmate truncato; caule acutangulo. — Radix fusiformis; caulis erectus; folia radicalia conferta, numerosa, petiolata; flores ampli; sepala oblonga pubescentia; petalorum unguis longissimus, lamina flava; siliquae hirtae. ♂. In rupestribus calcareis et nemorosis montium tractus Velebit et in ipsa Dalmatia. Maly enum. pl. aust. p. 270, g. 643, n. 7. — Rchb. fl. g. 4386. Mj.-In.

E. carniolicum Dollin.

7 Foliis acuminatis repando-dentatis, apice recurvatis; siliquis obtuse quadrangularibus aut subteretibus pedicello incrassato horizontaliter patente vix crassioribus et superne in stigma truncatum incrassatis. — Radix annua; caulis angulosus simplex vel ramosus; folia angusta, lanceolata undulata vel plana, scabriuscula; flores exigui; petala lutea; siliquae glabrae, obtusae, in racemum collectae. ⨀. In arvis, campis et ruderatis haud rarum in Croatia. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4384. (E. ramosissimum Crntz.) In.-Il. . . . . **E. repandum L.**

Foliis inferioribus obtusiusculis, lanceolatis, sinuato-dentatis integerrimisve, apice recurvatis in pedicellum attenuatis; superioribus acutis, sessilibus; siliquis obtuse quadrangularibus, dorso subcompressis; stylo stigmateque capitato coronatis. — Radix fusiformis; caulis erectus ramosus, angulosus; folia subcanaliculata; flores corymbosi; pedunculi breves, patuli; sepala oblonga, flavescentia; unguis petalorum longus, linearis; lamina obovata, flava. — Caulis, folia, pedunculi, dorsum calycis et siliquae consita sunt setulis adpressis. ♂. In rupestribus calcareis ad Kalnik, in monte Ošterc et Ivanščica, nec non in Croatia australi ad Zavalje, Bielopolje, Vrebačka-staza et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4385. (E. pallens Wallr.; E. hieracifolium DC.) In.-Il. . . . . **E. crepidifolium Rchb.**

Gen. 111. **Syrenia Andrz.**

Calyx clausus, bassi bigibbus; glandulae hypogynae placentariae nullae, valvariae 2; siliqua abbreviata tetragono-anceps valvulis navicularibus; stylo elongato filiformi; stigmatibus binis divaricatis; semina biserialia emarginata. Rchb. fl. g. p. 688, g. 837.

Foliis ovatis lanceolatisve amplexicaulibus; siliquis strictis ancipitibus stylo duplo longioribus; caule erecto sulcato. — Bipedalis virgata; folia radicalia lyrato-rucinata, viridia, in petiolum angustata, caulina sessilia dentibus remotis, acutis munita, summa sagittata; petala flava; siliquae rachi adpressae, canescentes. ♂. In ruderatis locisque lapidosis circa Illok in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) (Er. cuspidatum DC.; Cheir. bithynicus Pers.) Ap.-In. . . . . **S. cuspidata Rchb.**

Trib. III. Brassiceae s. siliquae orthoploceae Koch. *Cotyledones incumbentes, medio longitudinaliter plicatae et circa radiculam convolutae.*

Gen. 112. **Moricandia DC.**

Calyx erectus, basi bisaccatus; siliqua tetragona; semina biserialia, subulata. Rchb. fl. g. p. 694, g. 844.

Foliis caulinis cordato-amplexicaulibus, integerrimis glaucis; floribus persicinis cum calyce colorato. — Spithamaea, pedalis, caule ramoso, tereti, glabro. ♂. In hortis oleraceis ad Zagrabiam; in ruderatis et ad muros in litt. cr. circa Flumen et Karlobago hinc inde quasi spontanea, secus culta. Rchb. fl. g. 4431- Ap.-Mj. **M. arvensis DC.**

Gen. 113. **Brassica Tourn. Kupus.**

Calyx erectus; glandulae hypogynae valvariae et placentariae binae; siliqua lineari oblongave teretiuscula; valvulis nervosis convexis aut carinatis; stigmate capitato; semina uniserialia, globosa; cotyledones conduplicatae, radicula inclusa. — Vis. fl. dalm. III. p. 134, g. 828; Koch syn pl. p. 58: Rchb. fl, g. p. 694, g. 854.

1 Foliis viridibus, setoso-hispidis aut velutino-canescentibus . . . 2
Foliis glauco-pruinosis glabris, rarius hispidis 4
2 Caule suffruticoso velutino-canescente; radice lignescente . . . 3
Caule herbaceo; foliis viridibus inferioribus hirtis hispidisve, oblongo-obovatis lyratis scabriusculis petiolatis, superioribus cordato-oblongis amplexicaulibus, glabris; calycibus demum paten-

tibus; siliquis compressis; stylo subulato. — Caulis erectus glaucus ramosus, superne glaber, inferne setis exasperatus; folia radicalia lyrata, setis exasperata, caulina summa cordata glauca integerrima, media amplexicaulia oblonga; flores corymbosi; petala flava; siliqua subcylindrica valvulis carinatis, venosis; semina globosa nigra. ☉. vel ♂. Colitur in pluribus varietatibus. Vis. fl. dalm. 1435. In.-Il. . . . . **Br. Rapa L.**

Obsev. var α. radice annua tenui aut fusiformi, est: Br. campestris L.. occurritque in agris, inter segetes et in oleraceis; ubique vulgaris. Rchb. fl. g. 4434.

Var. β. radice crassa, carnosa, rotunda aut oblonga, est: Br. Rapa rapifera Metzg coliturque in hortis et agris in pluribus formis. — Rchb. fl. g. 4437.

Var. γ. oleifera; radice bienni simplici tenuique; caule elongato siliquis arcuato-patulis, est: Br. oleifera DC.

3 Foliis obtusis, basi auriculatis, inferioribus obovatis, lyratis grosse inaequaliter crenatis, petiolatis, superioribus lanceolato-lingulatis, serrulatis, semiamplexicaulibus; calyce laxo; siliquis compressis, nervo carinatis, crassis, polyspermis; stylo ovato-lanceolato, intus fungoso, aspermo. — Caulis basi lignosus, perennans, striatus angulatusque, pube simplici velutina, cana ut tota planta obtectus, superne glabratus; folia inferiora et illa in surculorum apice late obovato-lyrata lobo terminali maximo cordato-ovato, apice rotundato, lateralibus ovatis obtusis deflexis, omnibus crenatis, petiolis utrinque cordato-auriculatis; caulium superioribus oblongo-lingulatis acute serratis obtusis sessilibus, basi utrinque auricula amplexicaulibus; florum racemi paniculati, ramis erecto-patulis, pedicellis patentibus crassis; stylo siliquae latitudinem aequante, sursum attenuato; stigma oblongo-capitatum; semina subrotunda globoso-compressa, rufa, teniussime punctulata septo fere arachnoideo. ♄. Vis. fl. dalm. 1434 in maritimis insulae Pelagosa. In.-Il. . . . . **Br. Botteri Vis.**

Foliis obtusis, inferioribus obovatis lyratis, inaequaliter grosseque crenato-lobatis, petiolatis, supremis lanceolato-lingulatis integris semiamplexicaulibus; calyce laxo; corolla lutea; siliquis tetragonis crassis polyspermis; stylo conico subulato aspermo. — Caulis teretiusculus striatus; folia inferiora exauriculata, media et summa basi auriculata; siliqua 12—15 lineas longa, pedicello suo duplo triplove longior, tetragona, lateralibus venulosis, stylo

lineam longo conico-subulato, intus vacuo aut fungoso; stigmate capitato depresso; semina in quoque loculo 12—16 subrotunda, fusca. ⊙. vel ♂. Vis. fl. dalm. 1435 ad rupes scopulorum insulam Curzolam circumstantium. Mj.-In. . . . **Br. mollis Vis.**

Observ. Br. mollis Vis. affimis est Br. Botteri Vis., a qua tamen differt praeter notas alias siliquis 12—16 spermis, tetragonis et stylo subulato valvulis plus duplo angustiore, dum in hac est siliqua compressa brevior subhexasperma et stylus ovatus siliquae latitudinem adaequans. — Br. Botteri Vis. affinior est Br. incanae et Br. villosae, differt autem ab illa siliquis compressis crassioribus, brevioribus, angustioribus, polyspermis, stylo trilineari nec tenue-lineari; ab utraque autem: stylo crasso ovalilanceolato, nec tenue-subulato.

4 Foliis saltem inferioribus, et praesertim radicalibus hispidis et una cum caulinis inferioribus lyratis dentatis; siliquis arcuato-patulis. Vide supra 2.

Foliis omnibus glabris, plus minusve glaucis et pruinosis . . 5

5 Sepalis filamentisque brevioribus patulis; foliis caulinis superioribus oblongis basi late cordata amplexicaulibus, inferioribus lyratis; racemis laxis sub anthesi elongatis. — Radix fusiformis; caulis erectus striatus in ramos patentes divisus; folia omnia glabra, subtus glauca, radicalia lyrata marcescentia, caulina summa lanceolata integerrima, inferiora latiora dentato-crenata amplexicaulia; sepala supra medium patula; petala flava; pedunculi graciles, patentes; siliquae torulosae. ⊙. vel. ♂, Colitur et hinc inde in arvis agrisque quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4435. Ap.-Il. . . . . **Br. Napus L.**

Observ. var. β. radice annua, tenui, foliis quoque caulinis inferioribus lyratis; siliquis arcuatis, parvis, est: Br. praecox Kit. (Br. stricta Nestl.) Rchb. fl. g. 4436.

Sepalis staminibusque erectis; foliis inferioribus lyratis petiolatis, superioribus oblongis basi angustata sessilibus; racemis ante anthesim elongatis, laxis; calyce erecto clauso. — Folia glaberrima glauco-pruinosa, inferiora repando-undulata; siliquae teretes, elongatae, graciles. ⊙ et ♂. Colitur in plurimis varietatibus et hinc inde in ruderatis et oleraceis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4438. — Vis. fl. dalm. 1433. Mj.-Sept. **Br. oleracea L.**

Observ. var. β. acephala: caule elongato, tereti; foliis patentibus

planis; racemis paniculatis, est: Br. ol. viridis L. — Broskva-Kupus. Kelj.

Var. γ. crispa: caule elongato tereti; foliis patentibus crispis, est: Br. ol. crispa Alsch. — Kupus rudi ili Rudac.

Var. δ. bullata: caule abbreviato, tereti; foliis junioribus conniventibus, demum patulis, bullatis crispatisve; racemis paniculatis, est: Br ol. sabauda L. — Kupus savojski.

Var. ε. capitata: caule abbreviato, tereti; foliis laevibus, convexis, ante anthesin in capitulum compacte imbricatis; racemis panniculatis, est: Br. ol. capitata L. — Kupus glavati.

Var. ξ. Caulo-rapa: caule abbreviato sub foliis globoso-tumido, est: Br. ol. congylodes L. — Kranjska repa. Koraba.

Var. η. Botrytis: caule abbreviato, tereti; racemis corymboso-fastigiatis carnosis, floribus saepe abortivis, est: Br. cauliflora Alsch. — Rašika ili kupus cvietni.

Var. θ. asparagoides: caule elatiore; ramulis apice capitatis, carnosis, alabastra minima abortiva gerentibus, est: Br. ol. asparagoides Dalech. „Priramak."

Var. υ. frutescens: caule elato, tereti, inferius lignescente; floribus parvis, ungue petalorum sepala superate, est: Br. frutescens Vis.

Gen. 114. **Sinapis L. Gorušica.**

Calyx patens; siliqua teretiuscula torosa, valvulis 3—5-nervibus, rarius uninervibus; nervis vallidis; stylo producto; semina globosa, in quovis loculo uniserialia; cotyledones incumbentes canaliculato-complicatae. — Rchb. fl. g. p 693, g. 813.

1 Rostro siliquae aspermo 2

Rostro monospermo, ovato laevi indehiscente; foliis viridibus petiolatis lyratis hirtis, superioribus lineari-lanceolatis; calycibus patulis; siliquis rachi adpressis torulosis teretibus; stigmate emarginato. — Caulis ramosus una cum inflorescentia hispidus; flores lutei; siliquae rostro subarticulato, oblongo, seminifero subtorulosae. ♂. Vis. fl. dalm. III. p. 359 ad vias agrestes insulae Lissae. — Rchb. fl. g. 4423. (Hischfeldia incana Mnch.; Br. adpressa Vis.; Myagrum incanum L.; Cordylocarpus pubescens Sm.; Sin. inacana L.) Mj.-In. . **S. adpressa Schloss. et Vuk.**

2 Valvulis siliquae 3—5-nerviis, nervis lateralibus crassis; rostro ensiformi aut conico 3

Valvulis nonnisi uninerviis, nervis lateralibus obsoletis, rostro vix distincto; siliquis glabris tetragonis, rachi adpressis; foliis ramulorum deflexis, summis linearibus, integerrimis, glabris, inferioribus lyratis; calyce horizontaliter patente. — Caulis 2—4-pedalis, ramosus, ramis teretibus glabris; folia inferiora lyrata scabra dentata, superiora petiolata, angusta, glabra; flores parvi, petala obovata flava; siliquae parvae terminatae stylo elongato quadrangulari, semina fusca. ⊙. Inter segetes, in collibus lapidosis, ad vias et in salicetis in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4428. (Brass. nigra Koch.) Mj.-Ag. **S. nigra L.**

3 Siliquis hispido-canescentibus, rostro compresso ensiformi striato; foliis pinnati-partitis laciniis late ovalibus inaequaliter sublobato-dentatis terminalibus confluentibus. — Radix fusiformis; caulis setis exasperatus; folia scabra dentata, basi omnia lyrata vel pinnatifida; sepala linearia, horizontaliter patentia; petala flava; siliqua biangulosa torulosa setulis minutis reflexis consita setisque longioribus inspersa; semina e flavescenti fusca, rarius alba. ⊙. Inter segetes, ad sepes et in ruderatis in Croatia hinc inde non rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1437 in iisdem locis. Rchb. fl. g. 4424. (Brass. alba Bois.) Mj.-In. . . . **S. alba L.**

Syliquis cylindricis torulosis, glabris aut retrorsum hispidis, rostro conico subulato; foliis infimis lyrato-pinnatifidis aut omnibus indivisis ovatis inaequaliter dentatis. — Radix parva fusiformis; caulis 2—4-pedalis, striatus, setis reflexis consitus; folia petiolata scabra dentata, alia lyrata, alia ovata et aliqua hastata; sepala linearia setis reflexis exasperata rostro sulcato terminata; semina fusca. ⊙. Inter segetes, in agris, ad sepes et in ruderatis, ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1436. Rchb. fl. g. 4425. Ap.-Ag. . . . . **S. arvensis L.**

Observ. var. β. siliquis torulosis, incrassatis, retrorsum hispidis rachique adpressis; foliis hispidulis, rugosis, scabris, est: S. Schlosseri Heuffl in litteris. Occurrit in agris montanis lapidosis solo calcareo circa Kalnik, Rieka et Sudovec, nec non circa Karivaroš et Dobrizdenci in Zagoria; floret. Ag.-Oct. — Ulterius observanda.

Gen. 115. **Erucastrum Rchb.**

Calyx patens; glandula placentaris utrinque corniculata; siliqua teretiuscula subrostrata; valvulae nervo medio percursae caeterum laevissimae rostro submonospermo; semina uniserialia globosa, rarius oblonga et compressa; cotyledones incumbentes, canaliculato-complicatae — Rchb. fl. g. p 693, g. 843; Koch syn. pl. p. 60.

Foliis petiolatis, inferioribus sinuato-pinnatifidis, hispidis, superioribus dentatis glabris; siliquis tetragonis, cuspidatis. — Caulis erectus, 2—4-podalis, ramosus glaber, laevis; folia crassa; obtusa, inferiora punctis elevatis setiferis scabra, ciliata ovata, basi in petiolum angustata, pinnatifida laciniis rotundatis subdentatis, superiora successive angustiora, ciliata, utrinque glabra et laevia, summa linearia et integerrima; flores racemosi; pedunculi patentes, sepala patentia, linearia, obtusa; petala obovata flava; siliquae torulosae in racemum valde elongatum dispositae. ♂. In rupestribus ad Slankamen et Beška; in agris vineisque Syrmiensibus. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4430. (Brass. elongata WK.; Sinap. laevigata Poll.; Eruca elongata Bmg.; Guintheria elongata Andrz.) In.-Sept. . . . **E. elongatum Rchb.**

Gen. 116. **Diplotaxis DC.**

Calyx laxus basi aequalis; siliqua linearis compressa subulata, valvulis uninerviis convexis; stigmate obtuso, seminibus biserialibus; cotyledones conduplicatae, radicula inclusa. Vis. fl, dalm. III. p. 134, g. 527; Rchb. fl. g. p. 691, g. 840.

1 Petalis subrotundo-obovatis calyce triplo longioribus; stylo tereti; stigmate bilobo 2

Petalis cuneato-oblongis calyce paullo longioribus; stylo superne incrassato; stigmate retuso; caule nudo et nonnisi basi folioso, foliis sinuato-lyratis, lobo terminali ovali; pedicellis flore brevioribus. — Caulis herbaceus, 4—6-pollicaris, rarius ultra, ima basi foliatus; flores parvi, sulfurei; pedicelli flore recenter aperto breviores; petala obovata, cuneata sensimque in unguem attenuata. ☉. In agris hinc inde in Croatia australi, veluti circa Otočac, Korenicam; in vineis circa Bukari et Cirkvenicam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1432 in agris vineisque circa Sebenico et Spalato; in ruderatis circa Lesina. — Rchb. fl. g. 4416.

(Sisym. vimineum L.; Sis. pumilum Lam.; Sis. brevicaule Wib.) In.-Oct. . . . . **D. viminea DC.**

2 Caule ramoso, folioso basi non raro suffruticoso; foliis glaberrimis sinuato-dentatis vel pinnatifidis, laciniis linearibus, remotis, dentatis; pedicellis flore duplo longioribus. — Radix multiceps lignescens; caules ramosissimi angulati, paucis pilis inspersi; folia crassiuscula, glabra, summa angusta integra, dentata, reliqua pinnatifida; flores odori, in racemum dispositi; pedunculi glabri; petala flava, sepala patula; margine membranacea, duo opposita apice pilosa; filamenta duo filiformia, reliqua 4 latiora; stylus compressus; stigma bilobum; siliquae remotae, erectae, torulosae. ♃. In collibus incultis, in muris, ad vias et sepes totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in vineis circa Semlin et in agris ad Stražeman (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1431 in locis cultis et incultisque totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 4420. (Sisym. tenuifolium L.; Sinap. tenuifolia R. Br.) In.-Sept. **D. tenuifolia DC.**

Caule herbaceo, nonnisi basi foliato; foliis adpresse pilosis oblongo-lanceolatis serratis lyratisve aut sinuato-dentatis pinnatisve, laciniis obovatis dentatis terminali obovato, angulato-dentato; pedicellis florem aequantibus. — Radix fusiformis biennis; caulis erectus sulcatus setis consitus, superne ramosus, aphyllus; folia setis exasperata, rugulosa; sepala duo opposita basi gibba; petala flavescentia; siliquae longae torulosae stylo terminatae. ♂. In agris locisque incultis, in muris et ruderatis circa Krapinam, Zagrabiam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in agris circa Essekinum et Semlin. — Rchb. fl. g. 4417. — Vis. fl. dalm. 1431 var. β. cum priori. (Sisym. murale L.) Mj.-Sept. **D. muralis DC.**

Gen. 117. **Eruca DC. Riga.**

Calyx erectus basi aequalis; siliqua lineari-oblonga teretiuscula valvulis convexis, nervo carinatis; stigmate capitato; semina biserialia, globosa; cotyledones conduplicatae, radicula inclusa. — Vis. fl. dalm. III. p. 137, g. 529; Koch syn. pl. p. 62.

Foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis, laciniis dentatis incisisve, supremis lanceolatis sessilibus; floribus denique racemosis; pedicellis fructiferis incrassatis; siliquis crassis brevibus stylo ensiformi longo rostratis. — Flores lactei vel ochroleuci venis fusco-violaceis picti; pedicelli calyce deciduo breviores; rostrum valvulas

dimidium longum in apicem acutum angustatum. ⊙. Ad vias et in ruderatis cultisque hinc inde quasi spontaneum, secus cultum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1438 in iisdem locis. Rchb. fl. g. 4421. (Brass. Eruca L.; Sin. Eruca Rochl.) Mj.-Il.

E. sativa Lam.

Subdivisio II. Siliculosae latiseptatae Koch. *Silicula bivalvis dehiscens (turgida, oblonga evalvis, globosa, dorso compressa vel dorso plana); dissepimentum latitudinem diametri transversalis majoris siliculae, vel in siliculis valde turgidis, paullo tantum angustius.*

Tribus IV. Alysseae sive latiseptatae pleurorrhizae, *cotyledones accumbentes.*

Gen. 118. Vesicaria Lam. Mjeurica.

Calyx basi bisaccatus, vel aequalis; petala integra vel bifida; silicula inflato-globosa valvulis hemisphaericis; stylo filiformi deciduo loculis polyspermis. — Vis. fl. dalm. III. p. 114 g. 508; Koch syn. pl. p. 62; Rchb. fl. g. p. 672, g. 816.

1 Caulibus suffruticosis; staminibus basi intus dente obtuso incrassatis 2

Caulibus herbaceis; staminibus omnibus edentulis; foliis stellato-pubescentibus, obovato-spathulatis integris, radicalibus petiolatis majoribus; corymbis fructiferis confertis; siliculis glabris oligospermis; stylis persistentibus; seminibus ala membranacea marginatis. — Herbaceum molliter cinereo-tomentosum; radix conica inferne fibrillosa, multicaulis; caules sesquipedales, ut tota planta pilis brevibus adspersi cinerei; folia radicalia conferta, caulina oblongo-obovata, suprema linearia; pedicelli pube brevi cinerea patula villosi, erecto-patuli; petala apice biloba; silicula orbiculata, globoso-inflata glabra, stylo filiformi persistente terminata. ♃. Vis. fl. dalm. 1375 in monte Biokovo. Mj.-In.

V. microcarpa Vis.

2 Foliis glabris oblongis sessilibus, inferioribus spathulato-obovatis in petiolum attenuatis, integerrimis pilis simplicibus stellatisve setosis. — Radix lignosa, ramosa; caulis suffruticosus ramosus; folia integerrima rarius obiter dentata, inferiora conferta, superiora sessilia lanceolata; flores racemosi; sepala erecta, oblonga, dorso pilosa, duo opposita basi gibba; petala flava; stylus longus; stigma emarginatum; silicula magna inflata; semina margine membranacea. ♄. In rupestribus litt. cr. circa Flumen et

Novi. Syll. fl. dalm. 1373 in praeruptis rupestribus montium Mossor et Biokovo supra cataractam fluminis Cettina ad Duare, ad rupes Bergato et Gionchetto prope Ragusa et in monte de Ossero. Rchb. fl. g. 4283. (Alyssum utriculatum L.) Mj.-In. **V. utriculata Lam.**

Foliis molliter tomentosis oblongis sinuato-dentatis integerrimisve basi attenuatis, inferioribus oblongo-obovatis; floribus racemosis petiolatis; petalis, emarginatis, luteis; siliculis globoso-inflatis. — Radix longa teres; caulis erectus ramosus; folia radicalia numerosa, oblonga, in petiolum angustata; sepala erecta oblonga, concava; siliculae subrotundae, glabrae, laeves; semina margine membranacea. ♄. In rupestribus litt. cr. ad Flumen, Novi, Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1374 in saxosis apricis et muris domorum in urbe Sebenico et extra; circa Spalato et in insulis Veglia, Ossero, Cherso et Lesina. Rchb. fl. g. 4282. (Alyss. sinuatum L.; Aurinia sinuata Griseb.; Alyss. gemonense Wulf.) Mj.-Sept. . . . . **V. sinuata Poir.**

Gen. 119. **Alyssum L. Tarica.**

Calyx basi aequalis; petala integra aut bifida; silicula suborbiculata aut ovalis a dorso compressa vel plana loculis 1—4-spermis, seminibus marginalibus; filamenta dentata, apendice alaeformi vel basi intus dente obtuso incrassata, vel saltem breviora utrinque denticulo subulato fulta, cotyledones accumbentes. Koch syn. pl. p. 63; Vis. fl. dalm. III. p. 115, g. 509; Rchb. fl. g. p. 670, g. 815.

1 Filamentis exalatis et nonnisi basi intus dente obtuso instar calli, et hoc praecipue in brevioribus, conspicuo, stipatis; siliculis glabris, loculis 2—4-spermis; floribus luteis 2

Filamentis longioribus brevioribusve aut plane omnibus evidenter alatis vel dentatis; siliculis stellato-canescentibus - 3

2 Racemis fructiferis abbreviatis, secus paniculatis; petalis late emarginatis; siliculis ovalibus obovatisve, deplanis, medio convexis loculis biovulatis.— Suffruticosum molliter cano-tomentosum; folia oblonga, obtusa basi attenuata, inferiora obovato-lanceolata, petiolata repanda, superiora integra oblonga linearia sessilia; petala subbiloba; siliculae elliptico-orbiculatae, dorso convexae, margine planae. ♄. In saxosis montium Ivanšćica et Klek. Syll. fl. cr. — Vis.fl. dalm. 1376 in rupestribus montis Male Muline et Scopuli St. Andrea prope Trau, montis Marian ad eremum

St. Hieronimi prope Spalato et ad rupes maritimas insulae Lesina. Rchb. fl. g. 4280. (Aurinia saxatilis Desv.) Ap.-In.
A. saxatile L.

Racemis fructiferis elongatis; petalis laeviter emarginatis; siliculis ovalibus subrotundisve, medio inflatis, margine depressis, loculis quadriovulatis. — Suffruticosum; radix lignosa, multiceps; caulis erectus vel adscendens; folia integerrima, radicalia oblonga petiolata, aliqua subsinuata, caulina lanceolata, floralia minima; flores exigui; sepala pubescentia; petala obcordata aurea; siliculae stilo terminatae. ♄. In montosis calcareis Croatiae australis, veluti in rupibus circa Oštarije prope Karlobago, in monte Vratnik et alibi in rupestribus montium Velebit. Koch syn. pl. I. p. 58 in rupestribus insulae Ossero. (A. petraeum Ard.) In.-Il. . . . . **A. gemonense L.**

3 Filamentis longioribus a basi ultra medium margine alato, brevioribus vero basi appendice alæformi instructis; siliculae loculis uniovulatis; seminibus e funiculo libero pendulis 4

Filamentis longioribus vel alatis vel edentulis, brevioribus autem appendice alaeformi auctis vel denticulis fultis; silicula loculis 2—3-spermis; funiculis basi dissepimento adnatis 6

4 Caulibus adscendentibus stellato-incanis; foliis obovato-spathulatis 5

Caulibus prostrato-diffusis incanis tortuosis; foliis obovato-lanceolatis vel cuneiformibus; filamentis omnibus alato-bidentatis; siliculis obovato-ellipticis puberulis. — Suffruticosum; radix lignosa; folia canaliculata, obtusa, scabra; petala flava; siliculae scabrae; semina immarginata. ♄. In rupibus calcareis circa Čabar et Bosiljevo (Klinggræff.); in litt. cr. circa Flumen, Kukuljanovo et St. Cosmo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4276. Mj.-Sep.
A. tortuosum WK.

5 Caulibus decumbentibus flexuosis, apice ramoso-capitatis; foliis inferioribus subrotundo-spathulatis, superioribus obverse lanceolatis utrinque incanis; corymbis fructiferis laxiusculis; siliculis ovalibus obovatisve, monospermis. — Suffruticosum, argenteo-lepidotum stellatumque, A. alpestri L. apprime simile, differt tamen habitu graciliore, foliis multo longioribus floribusque confertis. ♄. Vis. fl. dalm. 1378 in apricis saxosis insulae Pago. Rchb. fl. g. 4279. Ap.-Mj. . . . . **A. narbonense Tin.**

Caulibus adscendentibus apice ramoso-corymbosis; foliis obverse lanceolatis obovatisve, subtus incanis; corymbis fructiferis densis;

siliculis subrotundis ovalibusve, 1—2-spermis. — Stelluloso-canescens; caulibus herbaceis et nonnisi ima basi lignescentibus; flores racemosi, subcorymbosi; petala retusa flava; stamina longiora alata, breviora basi alato-appendiculata; siliculae pube stellata sparsa scabriusculae; semina ala lata cincta. ♃. Vis. fl. dalm. 1377 in saxosis e ad sepes circa Sebenico, Dernis, Spalato et Clissa; circa Almissa et Ragusa, nec non in montibus Dinara, Marian et Stagnević prope Budua et in insula Ossero. — Rchb. fl. g. 4277. Mj.-Il. . . . **A. argenteum Vitm.**

Observ. var. β. foliis abbreviatis confertis; corymbis capitato-congestis, siliculis ovatis, puberulis, planis viridibus seminibusque immarginatis, est: A. murale WK. occurritque cum priori et praesertim ad moenia urbis Knin. Rchb. fl. g. 4278.

6 Suffruticosa; floribus suturate luteis flavisve; siliculis orbiculatis. 7

Herbacea; radice annua; floribus pallide luteolis, demum albis . 8

7 Stellato-canescens; siliculis emarginatis, incanis, dispermis stylo paullo longioribus. — Caules decumbentes apice ramosi; folia inferiora obovata, superiora obverse lanceolata; racemi fructiferi elongati; semina ala crassiuscula discolore marginata. ♄. In rupium fissuris montium altiorum, veluti Ivanščicae, Ošterc, Klek, Merzin et totius tractus Velebit. Syll. fl. cr. — In iisdem locis in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1379 in locis saxosis collinis circa Zara, Sebenico, Knin et Ragusa; in montibus humilioribus Promina et Lemeš; in insulis Pago, Zuri, Brazza aliisque. — Rchb. fl. g. 4274. (Adyseton montanum Fl. Wett.) Mj.-In. . . . . **A. montanum L.**

Stellato-virescens; siliculis evidenter emarginatis dispermis, stylo duplo longioribus, viridibus. — Suffruticosum, caulibus decumbentibus, apice racemosis, folia inferiora obovata, superiora lanceolata. — Simile praecendenti, a quo tamen differt perennitate, habitu robustiore grandiore; siliculis evidenter emarginatis retusisve; stylo longiore. ♄. Vis. fl. dalm. 1381 in collibus circa Sebenico. Ap.-Mj. . . . . **A. emarginatum Zahlbr.**

8 Petalis calyce duplo longioribus; siliculis hirsutis stylo suo 3—6-longioribus; staminibus brevioribus utrinque tubulo appendiculatis, longioribus edentulis 9

Petalis calycem subaequantibus aut illo paullisper longioribus: silicullis stellato-pubescentibus, stylo brevissimo apiculatis, patentibus 10

9 Caulibus decumbentibus; foliis oblongis stellato-pubescentibus; siliculis hirsutis stylo suo 6-tuplo longioribus. — Caulis jam ad radicem ramosus; folia infima ovata petiolata, caulina superiora lanceolata, in petiolum angustata; flores minuti, sepala hirsuta; siliculae orbiculatae. — Caulis, rami, folia consita sunt setis ramosis. ⊙. In cultis, ad margines agrorum et in saxosis apricis totius Croatiae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1380. Rchb. fl. g. 4270. Ap.-Mj. . . . . **A. campestre L.**

Observ. var. β. petalis calycem paullo superantibus; siliculis stylo duplo longioribus, est: A. micropetalum Fisch. occurritque cum priori praesertim in agro Ragusino Dalmatiae.

Caulibus erectis strictisve; foliis lanceolatis hirsutis; siliculis tuberculato-hirsutis longe racemosis stylo triplo-longioribus. — Radix gracilis; folia in petiolum angustata; flores minuti; sepala membranacea, dorso viridia et hirsuta; petala flava; siliculæ orbiculatae hirsutae. — Caules, rami, pedunculi, folia et siliculae tecta sunt pilis ramosis. ◯. Ad sepes et in agris glareosis circa Kalnik et Ljubeščicam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4271. Mj.-In. . . . . **A. hirsutum M. B.**

Observ. Persimile praecedenti, differt tamen statura multo majore et proceriore, hirsutie evidentiore styloque multum longiore.

10 Incano-stellatum; foliis obverse lanceolatis spathulatisve; siliculis stylo brevissimo apiculatis, patentibus 11

Stellato-virescens; foliis ovalibus utrinque attenuatis, 4 lineas latis pollicaribus; siliculis stylo duplo-longioribus, sub anthesi erectis, demum cernuis recurvisve. — Radix annua, fibrosa; folia ovalia basi longius in petiolum attenuata, apice auctiuscula; pedunculi florentes recti, patuli, demum recurvi; sepala oblongo-linearia angusta albo marginata, silicula dimidio breviora; siliculae late retuso-emarginatae, stylo emarginatura 3—4-plolongiore, loculis dispermis; semina emarginata. ◯. Vis. fl. dalm. 1383 in agris cultis et sterilibus insulae Lesina. Ap.-Mj.

A. latifolium Vis.

Observ. Affine calycino, differt tamen habitu ex omni parte vegetiore et grandiore, pube viridula, foliis multoties majoribus, siliculis grandioribus, stylo triplo longiore, et pedunculis fructiferis recurvis.

11 Foliis obverse lanceolatis aut obovato-spathulatis; siliculis pubescentibus, scabriusculis 12

Foliis lineari-lanceolatis; siliculis orbiculatis retusis disco elevatis glabris. — Radix gracilis; caulis herbaceus ramosus; folia incana, infima ovato petiolata, reliqua lineari-lanceolata; sepala dorso pilosa, decidua; petala flavescentia calyce longiora, stamina omnia appendiculata. ⊙. In collibus arenosis in comitatu Syrmiensi circa Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4268. Ap.-In.
A. minimum W.

12 Caulibus diffusis vel adscendentibus; filamentis nonnisi brevioribus basi appendiculatis; calycibus persistentibus; siliculis stellato-pubescentibus. — Radix gracilis; caules simplices aut ramosi; folia sparsa, erecta, subsessilia, obverse lanceolata, obtusa, integerrima versus basin angustata; flores corymbosi; sepala erecta ovata pilis tecta et in fructu persistentia; petala lineari-oblonga, emarginata, dorso pilosa; siliculae compressae, pubescentes. ○. In collibus apricis, ad rupes et in glareosis; haud rarum in sterilibus glareosis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1382. — Rchb. fl. g. 4269. (Clypeola calycina All.; Adyseton calycinum Scop.; Moenchia campestris Rth.) Ap.-Sept. . . . . **A. calycinum L.**

Caulibus erectis strictisve; filamentis omnibus appendiculatis; calycibus deciduis; siliculis tuberculato-puberulis, scabriusculis. — Radix gracilis ramosa; caules jam a basi ramosi, rarius simplices; folia inferiora in petiolum angustata, superiora obovata aut obovato-lanceolata, obtusa, integerrima, cinereo-incana; flores racemosi racemis demum elongatis; sepala erecta, pube cana tecta, demum evanida; petala-lineari-oblonga, emarginata pallide luteola, demum albida; siliculae orbiculatae emarginatae aut retusae; compressiusculae, disco convexiusculo tuberculato-piloso scabriusculae. ○. In locis saxosis, in glareosis et ruderatis sterilibus montium Kalnik, Ljubel ad Thermas Toplikenses. (A. phymatocarpum Schloss. et Vukot.) Syll. fl. cr. Ap.-In.
A. Schlosseri Heuffl.

Observ. Quasi intermedium inter A. minimum W. et A. calycinum L., differt tamen a priori caule stricto nec unquam diffuso et siliculis tuberculato-puberulis scabrisque; a posteriori iisdem notis nec non petalis calyce deciduo paullo longioribus filamentisque omnibus appendiculatis. Dr. Heuffl Regensb. Zeitung 1852 et in litt. 1851.

Gen. 120. **Koniga Rchb.**

Calyx patens; petala integerrima; stamina omnino edentula; glandulae hypogynae 8; silicula subovata, planiuscula; funiculi basi dissepimento adnati; semina utrinque subsolitaria circumalata. — Fruticuli pilis simplicibus subincano-sericei floribus albis. Rchb. fl. g. p. 669, g. 815; Koch syn. pl. p. 65.

Caulibus apice racemosis; foliis obverse lanceolato-linearibus acutis; racemis fructiferis elongatis; siliculis ovalibus breviter acuminatis, glabris, stylo duplo longioribus, monospermis; seminibus ala discolori anguste marginatis. — Radix multiceps; caulis spithamaeus gracilis suffruticosus ramosus setulisque adpressis tectus, secus decidui s; petala alba, lamina orbiculata; siliculae setulis inspersae, stylo terminatae. ♄. In locis asperis ad littora maris circa Flumen et Bukari Koch. syn. pl. — Rchb. fl. g. 4266. — Vis. fl. dalm. 1384 in maritimis insulae Pelagosa. (A. maritimum W.; Lobularia maritima Desv.; Clypeola maritima L.) Ap.-Sept. . . . . **K. maritima R. Br.**

Gen. 121. **Farsetia. Tured.**

Calyx basi bisaccatus; petala integra vel emarginata; silicula ovalis vel elliptica complanata, circumalata loculis polyspermis; semina marginata, circumalata. — Flores ochroleuci. — Vis. fl. dalm. III. p, 119, g. 510; Rchb. fl. g. p. 672, g. 818.

Pumila, stellato-incanescens; caulibus basi suffruticosis, ramis herbaceis teretibus adscendentibus; foliis inferioribus obovato-spathulatis, superioribus obverse lanceolatis acutis, integrls repandisve; petalis superne rotundatis integris; stylo longo, tomentoso deciduo; stigmate bilobo. — Radix multiceps; caules basi lignosi tortuosi, rami non triquetri in vivo, sed omnino teretes et in sicco irregulariter angulosi; stylus inferne' stellato-tomentosus, sed in fructu deciduus; siliculae oblongae. ♄. In rupestribus litt. cr. ad Flumen, Novi et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1385 in ruderatis, ad rupes montium supra Castel Sussuraz, ad moenia arcis Clissa, et prope Almissa. — Rchb. fl. g. 4288. (F. dalmatica Vis.; Alyss. gnaphalodes Portschl.; Lunaria scabra I. Host.) Apr.-Il. . . . . **F. triquetra DC.**

Gen. 122. **Berteroa DC.**

Calyx basi aequalis erectus; petala bifida; stamina breviora basi utrinque dente appendiculata; silicula aequalis subinflata, polysperma; semina immarginata. — Flores albi, indumentum stellato-tomentosum. — Vis. fl. dalm. III. p. 119, g. 511; Rchb. fl. g. p. 672, g 817.

1 Caule erecto vel saltem adscendente; siliculis ellipticis convexo-compressis pubescentibus 2

Caule procumbente vage diffuso; siliculis ovatis complanatis glabris. — Pedalis et ultra, stellato-scabra foliis oblongo-lanceolatis repando-denticulatis integrisve; petala prius alba, dein rosea, biloba lobis ovatis obtusis; siliculae divergentes; semina late marginata. ♂. Vis. fl. dalm. 1386 in ruderatis, acervis lapidum, hortis ac vineis ad pedem montium Velebit, circa Torrette di Sebenico, Dernis, Knin, Verlika, Sinj, Clissa, Aržano, Imoschi, Macarsca, Ragusa, Cattaro et Budua. (B. mutabilis DC.; Alyss. mutabile Vent.) Mj.-Sept. . . . . **B. procumbens Portenschl.**

2 Indumento adpresso, incano; siliculis ellipsoideis utrinque rotundatis, 12—16-spermis, incanis. — Radix fusiformis annua vel biennis; caulis herbaceus ramosus; folia lanceolata, integerrima obtusa incana, radicalia oblongo-ovata in petiolum longum ciliatum angustata; flores corymbosi; sepala ovata, obtusa, margine membranacea; petalorum lamina albida, unguis flavescens; silicula stylo persistente terminata. ♂. In collibus acerosis hinc inde in Croatia montana. Syll. fl. cr. — In Slavonia in collibus apricis circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4286. (Fars. incana R. Br.; Alys. incanum L.) In.-Il. . . . **B. incana DC.**

Indumento laxo, sparso; siliculis oblongis utrinque attenuatis, stylum vix ter superantibus. — Præcedenti valde similis, sed magis erecti-virgata, folia subdenticulata, silicula floresque majores; pedicelli longius pilosi; tota obscure virens, cinerascens. ♂. In iisdem locis ac prior, cujus varietas esse videtur. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4285. Mj.-In. . . . . **B. viridis Tsch.**

Gen. 123. **Lunaria L. Miesečnica.**

Calyx basi bisaccatus; petala integra; silicula oblonga, plano-compressa, carpophoro filiformi stipitata, dehiscens, loculis polyspermis; seminibus alato-marginatis distantibus, dissepimento adnatis. — Stamina edentula; cotyledones ac-

cumbentes; flores purpurascentes. Vis. fl. dalm. III. p. 120, g. 512; Koch syn pl. p. 66; Rchb. fl. g. p. 673, g. 816.

Siliculis elliptico-lanceolatis utrinque acutis; seminibus reniformibus longitudine sua duplo latioribus. — Radix multiceps; folia ampla rugosa cordata repando-dentata, acuta, hirsuta; petioli canaliculati, hirsuti, ad basin incrassati et dilatati; flores suaveolentes corymbosi; sepala purpurea, glabra, apice reflexa, duo opposita majora, concava, duo lateralia minima, linearia; petalorum lamina pallide rosea, venosa, ovata emarginata, in unguem linearem angustata; stylus brevis; stigma capitatum. ♃. In sylvis montanis subalpinisque montium Ivanščica, Zagrabiensium, montis Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis umbrosis montis Papuk. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1387 in umbrosis montis Snježnica et ad Bergatto prope Ragusa nec non circa Cattaro. — Rchb. fl. g. 4290. Mj.-In. . **L. rediviva L.**

Siliculis late ovalibus utrinque obtusis; seminibus cordato-subrotundis aequelatis ac longis. — Laxior ac pracedens, bipedalis et ultra; radix teres fibris aucta, annua; folia cordato-hastata petiolata hispida, inferiora ampla crenata, superiora angustiora breviori petiolo innixa, dentibus acutis istructa et in cuspidem integerrimam producta; sepala pubescentia lanceolata obtusa, purpurea; flores corymbosi inodori; petalorum lamina purpurea; patens, venosa, in unguem canaliculatum angustata; filamenta compressa; stylus longus compressus; stigma bilobum. ⨀. Vis. fl. dalm. 1388 in sylvis montis Dinara supra Almissa et circa Macarsca. Rchb. fl. g. 4289. (L. biennis Mnch.) Ap.-Mj.

L. annua L.

Gen. 124. **Clypeola Gaert. Štitenka.**

Calyx basi aequalis; stamina filamentis alato-dentatis; stigma subsessile; silicula disciformis bivalvis, margine alata, valvulis planis coalitis, dissepimento nullo, monosperma; cotyledones planae, radicula commissuralis. — Vis. fl. dalm. III. p. 107, g. 496.

Caulibus diffusis prostratis vel adscendentibus; siliculis elliptico-orbiculatis integris; foliis spathulato-lanceolatis, linearibus, oblongisque. — Planta pusilla; radix gracilis; cauliculus simplex jam ad radicem ramosus; pedunculi uniflori; petala flava demum albida; silicula umbillicata hispidata. — Caulis, rami, folia, pedunculi et sepala tecta sunt tomento facto e pilis ramosis. ⨀.

In saxosis et rupestribus apricis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Piket, Grišane et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1352 in apricis saxosis aridisque circa Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Veglia, Brazza et Lesina. Rchb. fl. g. 4230. Apr.-Sept. . . . . **C. Jonthlaspi L.**
Observ. var. β. fructibus glaberrimis, ala membranacea venoso-radiata, est: C. lejocarpa Vis. occurritque cum priori in saxosis apricis prope Trau in Dalmatia. —

Gen. 125. **Peltaria Jacq. Lukalika.**

Calyx basi aequalis; petala integra vel bifida; stamina dentata; stigma subsessile; silicula oborato-disciformis membranacea, margine filiformi, valvulis planis coalitis, disepimento nullo, 1—4 sperma; cotyledones planae, radicula commissurali. — Vis. fl. dalm. III. p. 107. g. 497; Rchb. fl. g. p. 664, g. 880 Koch syn. pl. p. 66.

Foliis radicalibus cordato-ovatis petiolatis, caulinis inferioribus spathulato-oblongis, basi attenuatis, superioribus oblongis basi sagittata aut cordata amplexicaulibus; siliculis reticulato-venosis; floribus albis. — Radix ramosa; caulis suberectus, teres, glaber, superne ramosus, 1—2-pedalis; racemi terminales et e summis foliis pauci axillares, corymbosi, erecti; petala nivea calyce duplo-longiora lamina patente, ungue brevi; silicula subpellucida. ♃. In sylvis locisque umbrosis, ad rivulos sylvaticos montium altiorum haud rara praesertim in Croatia australi ipsoque litt. cr., veluti circa Flumen et Bukari. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1353 in sylvaticis locisque umbrosis, petrosis, humidis circa Dernis, Salona, Clissa, Almissa, Macarsca, Ragusa et Cattaro, nec non in insulis Curzola et Pago simulque in montibus Velebit, Promina, Dinara et Biokovo. — Rchb. fl. g. 4231. (Clyp. perennis Ard.; Boadschia alliacea All.) Apr.-Mj. . **P. alliacea L**

Gen. 126. **Petrocallis R. Br.**

Calyx patens; stamina dentata; silicula elliptica a dorso compressa, valvulis convexiusculis, loculis bispermis; funiculi ex apice loculi egredientes toti dissepimento odnati; semina immarginata; carpophorum nullum; cotyledones accumbentes. Koch syn. p. 66.

Scapo pollicari simplici hirsuto; foliis trifidis ciliatis imis quibusdam 5-fidis; siliculis ovatis, glabris. — Radix multiceps; folia in rosulam disposita, parva crassa nitida, rigidula,

plana, inferne in petiolum angustata, superne in lacinias tres oblongas, ciliatas divisa; sepala erecta, obtusa, concava, virentia, saepius purpura suffusa; petala calyce duplo longiora, subrotunda, ex carneo caerulea; siliculae compressae. ♃. In summis jugis rupiumque fissuris montis alpini Snježnik prope Čabar. (Klinggræff.) Rchb. fl. g. 4256. (Draba pyrenaica L.; Dr. rubra Crntz.; Zizia pyrenaica Roth.) In.-Il . . **P. pyrenaica R. Br.**

Gen. 128. **Draba Tourn. Gladuš.**

Calyx basi aequalis; petala integra vel divisa; silicula oblonga vel elliptica a dorso compressa, plana vel valvulis subconvexis tumidiuscala; filamenta edentula; funiculi liberi semina immarginata. — Cotyledones accumbentes. Vis. fl. dalm. III. p. 120, g. 513; Koch syn. pl. p. 66; Rchb. fl. g. p. 664, g. 810.

1 Caule ramoso, folioso, foliis cordatis ovatisve evidenter dentatis . 2

Scapo simplici nudo, plane aphyllo aut bi-trifolio 3

2 Foliis caulinis cordato-ovatis amplexicaulibus, hirtis, floribus albis; siliculis elliptico-oblongis planis, glabris, pedicello patulo paullo longioribus, stigmate subsessili apiculatis. — Radix gracilis; caulis erectus spithamaeus; folia dentata, radicalia obovata, in petiolum angustata; caulina sessilia, cordata amplexicaulia; flores exigui; sepala glabra; germen ovatum; stigma capitatum; semina obovata. ⊙. In saxosis montium Kalnik, Ivanščica, Klek et illorum tractus Velebit; ad Korenicam et alibi in rupestribus montium Kapela. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1390 in collibus saxosis circa Trau et in monte Sella supra Cattaro. Rchb. fl. g. 4235. (D. nemorosa All.) Ap.-Mj. **D. muralis L.**

Foliis ovatis pubescentibus; floribus flavicantibus; siliculis elliptico-oblongis, puberulis, pedicello suo duplo triplove longioribus. — Radix gracilis; caulis strictus, pilosus, 5—6-pollicaris; folia setulis ramosis tecta, dentata ovata, infima in petiolum angustata, reliqua sessilia; flores racemosi; pedunculi glabri, primo breves et erecti, dein elongati et patentes; sepala dorso pilosa; petala flavescentia; silicula oblonga, lineari-lanceolata setulis minutissimis tecta, stigmate sessili terminata. ⊙. In iisdem locis ac antecedens, cujus varietas esse habetur, praesertim in partibus montanis circa Delnice, Lokve et Merzlavodica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4236. (D. nemoralis Ehrh.) Mj.-In . **D. nemorosa L.**

3 Petalis integris aut paullisper emarginatis; foliis rigidis, subcoriaceis, setoso-ciliatis; radice perenni 4
Petalis bifidis; foliis lanceolatis spathulatisve, herbaceis, nec setoso-ciliatis; floribus albis; radice annua 7
4 Floribus suturate flavis luteisve; scapo exacte aphyllo 5
Floribus albis, scapo 2—3-folio, superne glabro; foliis acutis glabris, inferioribus rosulatis, obovatis, margine cartilagineo-dentatis, setoso ciliatis, caulinis oblongis; siliculis lanceolatis, glabris, nervosis, pedicello erecto subaequalibus. — Radix multiceps; caulis erectus inferne pilosus, 1—2-pollicaris; folia ad oras ciliata, facie glabra, dorso ad costam paucis pilis inspersa, in rosulam disposita, spathulata, caulina alterna sessilia basi dilatata; sepala ovata, duo opposita basi gibba; stigma subsessile. ♃. In rupibus alpis Pliešivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1391 in locis lapidosis apricis montium Dinara et Prelog. — Rchb. fl. g. 4244. (D. androsacea W.; Dollineria ciliata Schott.) Mj.-In. . . . . **D. ciliata Scop.**
5 Sepalis oblongis flavescentibus corolla staminibusque dimidio brevioribus 6
Sepalis ovali-rotundatis, atrovirentibus hyalno marginatis staminibus corollaque dimidia brevioribus; siliculis lanceolatis ellipticisve pedicello brevioribus; stylo latitudinem dimidium siliculae subaequante. — Radix multiceps; scapus nudus, glaber; folia numerosa conferta, in rosulam disposita, subcoriacea, oblongo-linearia, margine carinaque setoso-ciliata; petala integra flava; silicula utrinque hirta, setoso-ciliata. ♃. In fissuris rupium montium altiorum Dalmatiae. Maly enum. pl. p. 276, g. 688, n. 2. Vis. fl. dalm. 1392 in apricis saxosis montis Biokovo. — Rchb. fl. g. 4255. (D. ciliaris Schrk.; D. lasiocarpa Roth.) Mj.-In. **D. Aizoon Wahlb.**
6 Foliis coriaceis carina pectinato-ciliatis; siliculis pedicellum, stylo latitudinem siliculae subaequantibus. — Radix ramosa multiceps; scapus simplex; folia numerosa sublinearia, acuta, crassiscula, nitida, plana et ad oras ciliata, in rosulam disposita; sepala concava, obtusa, sublinearia, patentia, et ex luteo virentia; petala oblonga flava, ungue brevissimo, plana et obsolete emarginata, calyceque fere dupplo longiora; stamina petalis longiora; silicula ovata acuta glabra vel setulis aliquot inspersa. ♃. In locis saxosis rupiumque fissuris in montosis et subalpinis ad

Sv. Šimon et Samobor. (Klinggræff.) Rchb. fl. g. 4254. (D. alpina Crntz.; Moenchia aizoides Roth.) Apr.-Mj. . **D. aizoides L.**

Foliis acutis carina pilosis; siliculis longe stylosis, margine hirtis. — Radix multiceps; folia numerosa, longa, crassa, linearia, acuta, ciliata, in rosulam disposita, primo erecta, dein patentia, tandem deflexa; scapus erectus, elongatus, e centro rosularum ortus; flores flavi in corymbum collecti; sepala ovata concava; petala obovata venosa; stamina petalis longiora; siliculae ad oras setulis exasperatae, in racemum dispositae, stylo longo terminatae. ♃. In rupium fissuris montium altiorum Dalmatiae. Portenschl. Rchb. fl. g. 4253. Mj.-In. . . **D. elongata Host.**

7 Siliculis ovato-ellipticis utrinque angustatis, demum obovato-oblongis, 30—70-spermis; stigmate sessili. — Herbula 1—3-pollicaris; radix fibrosa; scapus erectus setulis ramosis inspersus; folia lanceolata-spathulata in rosulam collecta integerrima aut subdentata, subtus glabra, facie setulis ramosis exasperata; sepala ovata paucis setulis inspersa; petala alba. ○. In locis cultis et incultis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae vulgaris. (Erophila vulgaris DC.) Febr.-Apr. . . . . **D. verna L.**

Observ. var. β. foliis dentato-serratis latiusculis scapoque majori simulque ramoso, est: D. Krockeri Andrz.

Siliculis orbiculari-ovalibus utrinque rotundatis, 15—20-spermis; stigmate exserto. — Humillima et omnino a priori distincta. ⊙. In collibus arenosis apricis cum priori. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4233. (D. Borhavii Verm.; D. spathulata Lang; Erophila praecox DC.) Feb.-Apr. . . . . **D. praecox Stev.**

Gen. 128. **Cochlearia Tourn. Kren ili Hren.**

Calyx patens basi aequalis; petala obovata integra; stamina edentula; silicula ovato-globosa, nervo dorsali destituta, estylosa utrinque polysperma, semina immarginata; flores albi. Rchb. fl. g. p. 668, g. 812.

Foliis radicalibus cordatis vel ovato-oblongis, crenatis, caulinis inferiobus pectinato-pinnatifidis, superioribus ovato-lanceolatis crenato-serratis, supremis linearibus subintegris. — Radix crassa, acris, ramosa; caulis erectus, ramosus; sepala ovata, obtusa concava, duo opposita carinata; siliculae ellipticae emarginatae. ♃. In hortis graminosis, ad sepes, in campis agrisque haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4262. (Armoracia rustica Fl. Wett.; Coch. rustica Lam.; Raphanus magna Mnch.) In.-Il. **C. Armoracia L.**

Foliis radicalibus ovatis, cordatis crenatis, caulinis lanceolatis dentatis, siliculis ellipticis denticulatis. — Radix subcylindrica sapore parum acri, sed subdulci prædita; caulis fistulosus altissimus superne ramosus; folia subcoriacea laevia, radicalia obtusa crenata, caulina dentata, inferiora in petiolum angustata, superiora sessilia; sepala oblonga; siliculae magnae inflatae. ♃. In graminosis hortisque oleraceis circa Semlin. (Kanitz.) Mj.-In. **C. macrocarpa WK.**

Gen. 129. **Kernera Medik. Kršika.**

Calyx patens; limbo petalorum subrotundo patentissimo; stamina longiora per paria sub apice incurvato-conniventia; silicula subglobosa, valvulis crassiusculis utrinque sexspermis; flores albi. Rchb. fl. g. p, 669, g. 813.

Foliis radicalibus ovato-spathulatis dentatis aut pinnatifidis, scabris, caulinis oblongis sessilibus. — Radix longa; caulis erectus gracilis, 3—6-pollicaris subangulatus, subflexuosus, glaber; folia radicalia lanceolata in petiolum attenuata, obtusa, punctis piliferis exasperata, dentata, rarius integerrima, acuta et laevia; florum racemi erecti; sepala ex albo flavescentia; petala patentia, nivea, calyce duplo longiora; stylus brevis, crassus; stigma capitatum; siliculae subrotundae, vix compressae. ♂. In saxosis ad Sv. Simon prope Zagrabia, ad rupes alpis Pliešivica et Visočica nec non alibi in saxosis montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1393 in saxosis montium Velebit. — Rchb. fl. g. 4269. (Myagrum sexatile L.; Cochl. sexatilis Lam.; Kern. myagroides Medik.; Nast. saxatile Crntz.) Mj.-In. . . . **K. saxatilis Rchb.**

Observ. var. β. foliis radicalibus basi auriculatis, caulinis sagittatis siliculisque lenticulari-obcordatis, est: K. auriculata Rchb. (Coch. auriculata Lam.; Myagr. montanum Berg.; Myag. auriculatum DC. — Rchb. fl. g. 4265. occurritque cum priori, sed illa multo rarius.

Trib V. Camelineae *sive latiseptatatae notorhizeae.*

Gen. 130. **Camelina Crntz. Lanak.**

Calyx erectus; lamina petalorum obovata, patentissima; silicula obovata, pyriformis aut subglobosa ventriculosa valvulis in stylum abeuntibus, loculis poli-

spermis; semina oblonga, immarginata; flores pallide flavi. — Rchb. fl. g. p. 673, g. 821; Koch syn. pl. p. 72.

1 Siliculis obovatis marginatis, pyriformibusve 2
Siliculis exacte globosis, cristatis laevibus; foliis ovato-lanceolatis, serrato-dentatis, basi integerrimis, amplexicaulibus. — Radix valde repens; caules erecti subangulati; ramosi; folia oblonga, radicalia ad basin angustata et incisa, caulina sessilia, serrata sagittata, amplexicaulia; flores racemosi; petala lutea; stylus crassus; stigma capitatum; silicula stylo terminata subsessilis, glabra; semina in quovis loculo quina. ♃. Ad margines agrorum et ad ripas fluviorum in Podravina, Posavina et alibi haud rara. — Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Vukovar, Čerević et alibi. — Vis. fl. dalm. 1394 in herbidis circa Ragusa. Rchb. fl. g. 4295. (Myag. austriacum Jacq.; Cochl. austriaca Vis.; Nast. austriacum Crntz.; Crantzia austriaca Vittm.; Leiolobia austriaca Schloss. fl. morav.) Iu.-Il. . . . . **C. austriaca Pers.**

2 Foliis intermediis oblongo-lanceolatis integerrimis vel denticulatis basi sagittatis 3
Foliis intermediis lineari-oblongis sinuato-dentatis pinnatifldisve, postice attenuatis, basi sagittata interdum dilatatis. — Radix fusiformis; caulis erectus pilis simplicibus inspersus; folia glabrescentia, tenuia; siliculæ pyriformes, quadricostatae demum laxe collabentes. ☉. In agris inter Linum haud rara in Zagoria et circa Toplikam. Syll. fl. cr. — In Slavonia inter Linum circa Bizovac. Koška et Našic. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4294. (Myag. dentatum W.; M. foetidum C. Bauh.; Coch. foetida Schk.; Moenchia arvensis Brnh.) Iu.-Il. . . . . . . **C. dentata Pers.**

3 Siliculis cuneato-pyriformibus quadricostatis; stylo longiusculo. — Radix fusiformis; caules teretes setulis consiti, superne ramosi; folia alterna sessilia, lanceolata, sagittata, caulem amplectentia utrinque setulis inspersa; flores minuti; sepala obtusa pilosa; petala flava; stylus teres. ☉. Inter segetes agrorumque margines haud rarum. — In Slavonia inter Linum circa Zvečevo, Čerević et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4292. (Myag. sativum L.; Moenchia sativa Roth.; Chamaelinum sativum Host.) Mj.-Il. **C. sativa Crntz.**
Siliculis obovato-rotundatis late marginatis, costis abbreviatis. — Procedenti gracilior, hirtella, petala quidquam angustiora, pallidiora; siliculae duriores, minores; semina minora; folia sagit-

tato-lanceolata subintegerrima, et una cum caule hispidula. ⊙. In agris glareosis montanis, ad margines viarum hinc inde cum priori, praesertim circa Sudovec, Rieka, Kalnik et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4293. (Myag. sylvestre C. Bauh.; Cam. sylvestris Wallr.) Mj.-In. . . . . **C. microcarpa Andrz.**

Subdivisio III. **Angustiseptatae.**

Silicula bivalvis dehiscens a latere compressa valvulis navicularibus, dorso carinatis vel alatis; dissepimentum angustum lineare vel lanceolatum utrinque attenuatum.

Trib. VI. Thlaspideae sive angustiseptatae pleurorrhizae.

Gen. 131. **Thlaspi L. Česlika ili Mošnjak.**

Calyx basi aequalis; petala aequalia; stamina edentula; silicula obovata aut orbiculata emarginata valvulis navicularibus foliaceo-alatis, loculis 2—8-spermis. Cotyledones subconvexae radicula commissurali. — Flores omnium albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 114, g. 507; Koch syn. pl. p. 73; Rchb. fl. g. p. 657, g. 797.

1 Foliis caulinis oblongis, basi sagittatis; seminibus arcuato-vel foveolato-reticulatis 2

Foliis caulinis cordatis; seminibus glabris 3

2 Foliis oblongis sinuato-serratis inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus sagittato-amplexicaulibus; siliculis elliptico-orbiculatis bilobis; seminibus utrinque subsenis arcuato-rugosis. — Radix parva fusiformis; caulis erectus ramosus glaber; folia dentata vel sinuato-serrata, radicalia obovata, obtusa; flores corymbosi; siliculae erectae, in racemum dispositae; semina nigra Allium redolentia. ○. In agris, ad vias et in ruderatis ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1370 in agris cultis circa Sebenico, Dernis et Lesina. Rchb. fl. g. 4181. Apr.-Sept.

Th. arvense L.

Foliis radicalibus lyrato-sinuatis, caulinis oblongis basi sagittata sessilibus; siliculis adscendentibus obovatis inflatis extrorsumque anguste alatis, emarginatis; seminibus foveolato-reticulatis. — Radix fusiformis; caulis erectus strictusve subsimplex, teres, striatus, inferne pilis patentibus consitus; folia glabra, laevia obtusa, radicalia petiolata repanda, caulina sessilia dentata; flores exigui corymbosi; pedunculi glabri; sepala ovata membranacea; stylus brevissimus, semina utrinque terna. — Odor totius plantae

alliaceus. ○. In agris collibusque herbidis circa Zagrabiam, Carolostadium et alibi haud rarum. Syl. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4182. Apr.-Mj. . . . . **Th. alliaceum L.**

3 Caule simplici, stylo saltem tertiam dissepimenti partem longo . 4

Caule ramoso; stylo brevissimo aut plane subnullo; foliis subdenticulatis, radicalibus subcordato-ovatis petiolatis obtusis, caulinis cordato-ovatis amplexicaulibus acutis; siliculis obcordato-bilobis; stigmate sessili. — Glabrum glaucescens; radix gracilis; caules erecti, humiles; flores exigui; sepala ovata, patula; petalorum lamina calyce paullo longior; fructus racemosi; silicula concava; semina laevia, utrinque subterna. ○. In agris praesertim solo calcareo et argillaceo, nec non in collibus arenosis, in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Semlin. — Vis. fl. dalm. 1371 in agris, arvis collibusque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4183. Apr.-In. . . . **Th. perfoliatum L.**

4 Caudiculis brevibus in caespitem coarctatis condensatisve; loculis ovarii 4—8-ovulatis, alis valvularum antice latitudine istius loculi 5

Caudiculis elongatis stoloniformibus, caulibus ipsis simplicibus; ovarii loculis nonnisi 2—4-ovulatis; siliculis subrotundo-obcordatis basi rotundatis. — Radix multiceps; caules erecti teretes; folia dorso ut plurimum livide purpurea, 3—6-pollicares, infima prostrata plana facie saturo et quasi caesio virore nitentia, subrotunda vel obovata petiolata integerrima, rarius uno alterove denticulo notata, obtusa, crassa; caulina oblongo-lanceolata aut cordato-sagittata sessilia; flores corymbosi; sepala ovata, obtusa saepius purpurascentia; corolla calyce duplo longior; petalorum lamina obovata brevi ungue instructa; siliculae glabrae subtus convexae, supra concavae. ♃. In montanis asperis, ad rupes et in virgultis solo calcareo, veluti in saxosis montium Ivanščica, Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis haud rarum in montosis. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1372 in rupestribus montium Velebit, Promina, Svilaja, Biokovo et Zarovica, nec non in collibus circa Zara, Dernis et Ragusa; in sylva Rillić, in insula Pago. Rchb. fl. g. 4187. Apr.-Mj. **Th. montanum L.**

5 Siliculis obcordato-triangularibus basin versus angustatis loculis 2-spermis; stylo dissepimentum dimidium longo; foliis glaucis subdentatis; petalis cuneatis calycem duplum longis. — Habitus multicaulis, caespitosus, folia saepe subtus una cum sepalis vio-

lacea, caulina oblongo-cordata sessilia; racemi fructiferi elongati; semina laevia. ♃. In petrosis montium altiorum cum priori, nec non in collibus solo calcareo litt. cr. ad Flumen. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1372 var. β. in iisdem locis cum antecedente cujus varietatem esse dicit. (Th. alpinum Crntz.; Draba carnica Scop.; Dr. carniolica Vis.) Rchb. fl. g. 4185. Mr.-Apr.

Th. praecox Wulf.

Siliculis obcordatis loculis 4—6-spermis, gibbis retusis stylo vix tertiam dissepimenti partem longo coronatis. — Spithamaeum glaucescens strictum aut multicaule-adscendens; flores parvi, petala albida calyx cum antheris violasceus; racemi fructiferi elongati; folia caulina ovato-cordata sessilia; radix multiceps; siliculae basin versus attenuatae; semina laevia. — Antherae primum luteae, mox purpureae aut violaceae, demum atrae; stamina plerumque longitudine petalorum, rarius breviora. ♃. In montosis lapidosis collibusque herbidis montium altiorum, veluti Klek, Merzin, ad pedem alpis Visočica, in alpe Samar et alibi in subalpinis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4184. (Th. caerulescens Presl.; Th. montanum Poll.; Th. calaminare Comp. fl. belg.) Apr.-Mj. . . . . **Th. alpestre L.**

Gen. 132. Teesdalia R. Br. Gorušina.

Calyx patulus; stamina basi lobulo appendiculata; siliqua a latere compressa subrotunda vel ovalis, secus concavo-emarginata; valvulis navicularibus dorso alato-carinatis carinatoque-subulatis; septo falcato mono-dispermis. — Cotyledones accumbentes. — H. parvulae annuae floribus albis. Rchb. fl. g. p. 658, g. 798; Koch syn. pl. p. 75; Vis. fl. dalm. III. p. 111, g. 504.

Scapo subnudo; petalis inaequalibus; foliis radicalibus orbiculari-spathulatis lyratoque-pinnatifidis. — Bi-sexpollicaris simplex; radix multiceps; caules erecti; folia terrae incumbentia, nonnulla pinnatifida, alia indivisa; flores incorymbum dispositi; petala alba; inflorescentia demum racemosa. ☉. In agris et campis, in sylvarum et ericetorum locis sterilissimis litt. cr. veluti circa Karlobago et Sv. Juraj; in arenosis maritimis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 280, g. 663. — Rchb. fl. g 4189. (Iberis nudicaulis L.; T. Iberis DC.) Apr,-In . . **T. nudicaulis R. Br.**

Caule patenti-ramoso folioso; petalis subinaequalibus; foliis lineari-pinnatifidis. — Bi-sexpollicaris, diffusa tenera, tota glabriuscula; radix fibrosa; caules humiles, teretes; folia pinnata

foliolis ellipticis acuminatis integerrimis, 6—12-jugis cum impari; flores corymbosi; calyx patulus; petala lactea integerrima; siliculae ovatae aut lanceolatae valvulis navicularibus. ☉. In collibus arenosis saxosis circa Samobor et Krapinam; in monte Klek et Merzin, nec non alibi in declivis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1362 in lapidosis apricis totius Dalmatiae littoralis a Zara Ragusam usque, nec non in insulis. — Rchb. fl. g. 4190. (Lep. petraeum Jacq.; Lep. Linnaei Crntz.; Hutschinsia petraea R. Br.) Apr.-Mj. **T. petraea Rchb.**

Gen. 133. **Iberis L. Ognjivac.**

Calyx basi aequalis patulus; petala bina exteriora majora; stamina edentula vel basi squamula aucta; stigma subsessile; silicula ovalis aut obovata, deplana, emarginata valvulis navicularibus alato-carinatis, septo falcato, loculis monospermis, semine demum deciduo; cotyledones planae. — Vis. fl. dalm. III. p. 111, g. 505; Koch syn. pl. p. 75; Rchb. fl. g. p. 659, g. 799.

1 Caule frutescente, ramis adscendentibus 2

Caule herbaceo erecto; radice annua 4

2 Foliis oblongis, basi attenuatis, integerrimis glabris 3

Foliis lineari-spathulatis, obtusis, carnosis, margine cartilagineo-serratis; pedunculis fructus latere superiore hirtis breviterque racemosis; siliculis subrotundis, emarginatis, lobis rotundatis stylo brevioribus. — Fruticulus praeter pedicellos glaberrimus a 4 ad 9 pollices altus; folia anguste spathulata basi in petiolum longe attenuata, superiora breviora sessilia; flores albi corymbosi densi, pedicellis in fructu patulis reflexisve; siliculae pedicello vix breviores; stylo lobos siliculae bis terve superante; stigmate capitato bilobo; semina obovata crassiuscula. ♄. Vis. fl. dalm. 1363 in petrosis apricis montis Orien. Il.-Ag. . **I. serrulata Vis.**

3 Floribus corymbosis; siliculis obcordato-subrotundis; floribus albis. — Fruticulus glabrescens ramis adscendentibus, foliis lineari-oblongis basi augustatis, obtusis; floribus violaceis; pedunculis fructus latere superiori hirtellis racemosis. ♄. Vis. fl. dalm. 1364 in montosis insulae Brazza. — Rchb. fl. g. 4198. In.-Il. **I. garrexiana All.**

Floribus longe racemosis; foliis lanceolato-oblongis acutis; siliculis ovali-orbiculatis sinu angusto excisis lobis acutis; floribus violaceis incarnatisve. ♄ Colitur in hortis hinc inde. Rchb. fl. g. 4199. In.-Il. . . . . **I. sempervirens L.**

4 Foliis simplicibus integerrimis dentatisve 5
Foliis linearibus pinnatifidis; floribus corymbosis, corymbis brevibus subumbellatis; siliculis obcordatis lobis triangularibus acutis divaricatis. — Radix gracilis; caulis erectus setulis brevibus exasperatus; folia scabriuscula pilis albis inspersa, inferiora pinnatifida aut saltem antice utrinque profunde 2—3-dentata dentibus elongatis linearibus obtusis, summa simplicia linearia; pedunculi scabriusculi siliculis umbellato-aggregatis; corolla alba rarius purpurascens. ⊙. In rupestribus calcareis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4195. In.-Il. . . . . **I. pinnata L.**
5 Foliis saltem inferioribus dentatis, rarius integerrimis, non carnosis 6
Foliis integerrimis carnosis apice obtusis, basi in petiolum attenuatis, inferioribus spathulato-subrotundis; pedunculis glabris vel latere superiori puberulis, floribus corymbosis; siliculis elliptico-subrotundis emarginatis, lobis late triangularibus acutis stylo subbrevioribus. — Radix gracilis; caulis 2—3-pollicaris ad basin teres, superne angulatus quandoque in ramos duas vel tres divisus; folia sparsa, carnosa obovato-spathulata; sepala ovata, obtusa; petala alba vel purpurascentia obovata ungue flavescente, ⊙. In saxosis montium Velebit, veluti in alpe Visočica, Badanj nec non in vertice et latere meridionali altissimi jugi alpini Debelo-berdo lapidibus liberis glareaque fere ex integro tecta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1366 in lapidosis jugi ejusdem alpis Sv. Berdo in latere dalmatico. (I. spathulata Berg.) Mj.-In. **I. carnosa W.**
6 Inflorescentia demum racemosa; corollis albis 7
Siliculis umbellato-aggregatis ovalibus bifidis basi ovatis in apicem subulatum acuminatis loculum aequantibus. — Radix teres; caulis erectus glaber; flores in corymbum collecti; pedicelli setulis inspersi; petala rosea vel carnea, rarius alba; siliculae bifidae laciniis distantibus acuminatis, stylo tamen brevioribus. ⊙. In locis incultis rupestribus litt. cr. ad Flumen, seccus ubique in hortis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1365 in locis incultis apricis, saxosis circa Sinj, Trau, Almissa, Duare, Macarsca, Sabioncello, Ragusa et Cattaro, nec non ad viam regiam in monte Velebit, in Dinara et Krivošcie; in insulis Lesina et Mezzo. Rchb. fl. g. 4184. Mj..In. . . . . . . **I. umbellata L.**

7 Foliis linearibus integerrimis, radicalibus subdentatis acutis; siliculis subrotundo-ovatis, antice emarginato-bilobis, lobis acuminatis loculo multo brevioribus, porrectis; floribus albis. — Praecedenti persimilis, caule gracili, pedali, ramoso et ab illa nonnisi foliis angustioribus, exacte linearibus lobisque siliculae apice subulatis diversa. ◯. In collibus saxosis Dalmatiae et litt. cr. Maly enum pl. aust. p. 280, g. 664, n. 4. — Rchb. fl. g. 4193. (I. divaricata Tsch.) In.-In. . . . . **I. linifolia L.**

Foliis lanceolatis obtusis in petiolum cuneato-attenuatis, anticeque utrinque 2—3-dentatis dentibus ovatis obtusis; siliculis suborbiculatis crena emarginatis lobis triangularibus porrectis; floribus lacteis. — Radix teres; caulis erectus, angulatus setulis inspersus ramosus; folia crassa marginibus conniventia ciliata, aliqua integerrima, alia dentata; flores corymobsi; pedicelli breves crassi; calyx compressus; siliculae dorso convexae; semina ovata. ◯. In ruderatis hinc inde quasi spontanea, secus in hortis frequentissime culta. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4197. In.-In . . . . **I. amara L.**

Gen. 134. **Biscutella L. Mahunka.**

Calyx basi aequalis vel sepalis oppositis basi calcaratis gibbisque inaequalis; petala aequalia flava; stamina edentula; silicula transversa, utrinque vel tantum basi emarginata valvulis planis orbiculatis marginatis; semine adhaerente. Cotyledones planae. — Vis. fl. dalm. III. p. 113, g. 506; Koch syn. pl. p. 76; Rchb. fl. g. 660, g. 800,

1 Calyce basi aequali; petalis erectis 2

Calyce basi bicalcarato; petalorum laminis patulis; caule hispidissimo; foliis sinuato-serratis oblongis, superioribus basi cordata amplexicaulibus; siliculis utrinque emarginatis, disco glandulosis, pedicellatis, scabris, margine alatis stylo aequilongis. — Radix fusiformis; caulis erectus angulatus; folia oblonga, obtusa, radicalia et caulina inferiora in petiolum attenuata, sinuato-lyrata, superiora sessilia, dentata, summa minima, omnia ut caulis setis longis numerosis rigidisque tecta; flores ampli; sepala oblonga pilisque inspersa; unguis petalorum longus, lamina obovata. ⊙. In rupestribus locisque ruderatis litt. cr. ad Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1367 in argillosis, saxosis, montosis circa Zara, Scardona, Sebenico, Boraja, Trau, Spalato, Clissa, Almissa, Macarsca et Ragusa, nec non in in-

sulis Veglia, Pago et Lesina. — Rchb. fl. g. 4208. (B. dilatata Vis.) Mj.-In. . . . . **B. hispida DC.**

2 Caule superne hispido; foliis obverse lanceolatis remote dentatis basique attenuatis, superioribus sessilibus; siliculis disco glabris, vel ciliato-glandulosis. — Caule longe exserto ramoso folioso, foliis oblongo serratis dentatisve. ⊙. Vis. fl. dalm. 1368 in agris scopulorum circa Lesina. — Rchb. fl. g. 4202. (B. coronopifolia W.; B. ciliata DC.; B. leiocarpa Vis.) Mj.-In. **B. didyma L.**

Caule superne glabro; floribus racemoso-corymbosis; foliis inferioribus oblongis obovatisve in petiolum angustatis remote serratis integrisve, caulinis oblongis linearibusve sessilibus; siliculis utrinque emarginatis, margine membranaceo discoque glabris. — Radix longa multiceps ramosa; caules erecti, teretes, superne ramosi; folia pilis albis utrinque hirta vel subglabra; flores odorati; sepala glabra ex flavo virentia, concava, petala calyce duplo longiora, patentia flava; siliquae didymae, planae, styloque coronatae. ⊙. In saxosis montium altiorum ad Zagrabiam, Samobor, Klek illorumque tractus Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1369 in pascuis montium Velebit et Biokovo. Rchb. fl. g. 4203. (B. alpestris WK.; B. ambigua Wallr.) Apr.-Sept. **B. laevigata L.**

Trib. VII. Lepidineae s. angustiseptatae notorrhizae. Koch.

Gen. 135, Cardaria Desv. Srdčena.

Calyx patulus; silicula cordiformis turgida, reticulato-foveolata, aptera, carinata, utrinque monosperma stylo exserto coronata. — Flores albi. — Rchb. fl. g. p. 661, g. 820.

Foliis villosis, oblongo-repando-dentatis integerisve basi attenuatis, caulinis sagittato-amplexicaulibus; floribus corymbasis. — Pedalis et ultra; radix valde repens per intervalla incrassata; caules erecti, villosi, ramosi; pedunculi graciles; sepala oblonga concava, obtusa, patula petalis fere duplo breviora; petalorum lamina oblonga, obtusa; siliculā glabra. ♃. In ruderatis, ad vias et in pascuis in Croatia frequens. Syll. fl. cr. — In Slavnnia in iisdam locis circa Essekinum, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1358 in arvis agrorumque versuris, in ruderatis et ad vias circa Zara, Sebenico, Dernis, Knin, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 4211.

(Cochlearia Draba L.; Draba umbellata Moris. Lepid. Draba L.; Drabra ruderalis Baumg.; Cardiolepis dentata Wallr.) In.-Il. **C. Draba Desv.**

Gen. 136. **Lepidium R. Br. Gerbica ili Gerbać.**

Calyx basi aequalis patulus; stamina edentula; silicula ovalis vel suborbicularis laevis, valvularum carina apice subalari utrinque monosperma; cotyledones planae, radicula dorsalis. — Rchb. fl. g. p. 661, g. 803.

1 Siliculis saltem a medio apicem versus alatis suborbicularibus . 2
Siliculis exacte apteris, aut apice tantum anguste alatis . . . 3

2 Siliculis circum-alatis, obtusis, rachi adpressis; foliis inferioribus petiolatis irregulariter incisis, lobatis, pinnatis bipinnatisve, superioribus sessilibus, linearibus, indivisis. — Erectum glaucum, pedale et ultra patenti-ramosum. ☉. Colitur et in ruderatis et oleraceis hinc inde quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4211. In.-In . . . . **L. sativum L.**

Siliculis a medio late alatis, rotundatis, papuloso punctatis; foliis cano-pubescentibus, radicalibus oblongis in petiolum angustatis basi sinuata dentatis, caulinis denticulatis basi sagittatis amplexicaulibus. — Radix fusiformis; caulis pedalis, erectus, superne ramosus et una cum foliis pubescens; folia radicalia longe petiolata obtusa integra vel pinnatifida, caulina alternatia, sparsa; flores minuti albi; silicula squamulis tecta. ○. In arvis locisque cultis solo calcareo et argillaceo et in rupestribus in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. — In Slavonia in agris circa Krivaj, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1360 in arvis vineisque circa Zara, Sebenico et Spalato, nec non in insulis Ossero, Brazza et Lesina. — Rchb. fl. g. 4214. (Thlaspi campestre L.; Iberis campestris Wallr.) In.-Il. . . . **L. campestre R. Br**

3 Foliis inferioribus pinnatis bipinnatisve; siliculis emarginatis, apice anguste alatis 4
Foliis omnibus integris, indivisis aut basi tantum incisis; siliculis vix emarginatis exacteque apteris 5

4 Siliculis subrotundo-ellipticis; foliis inferioribus pinnatis, pinnis multifidis, superioribus sessilibus indivisis profunde cordato amplexicaulibus. — Spithamaeum, glaucum radice gracili; caules erecti, ut folia glabri; flores exigui; sepala ovata, patula; petala nivea; fructus racemosi; siliculae concavae. ○. In pratis agrorumque versuris nec non ad agrorum margines in compo

Podravano haud rarum ad Nedielić et Čakovec. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4217. Mj.-In. . . . . **L. perfoliatum L.**

Siliculis subrotundo-ovalibus obtusis, patentibus; foliis inferioribus pinnatis bipinnatisque, superioribus sessilibus linearibus indivisis; floribus diandris, apetalis. — Spithamaeum corymboso-ramosum, foetens, radix fusiformis; folia glabra; racemi fructiferi longisimi; siliculae emarginatae. ♂. In ruderatis ad sepes domosque in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4215. (Nast. ruderale Scop.; Senkenbergia ruderalis Fl. Wett.) Mj.-Sept. **L. ruderale L.**

5 Siliculis ovatis acutis stylo brevi coronatis; foliis imis obovato-spathulatis basi indivisis incisisve, caulinis oblongo-lanceolatis aut anguste linearibus serratis, summis integerrimis; floribus virgato-paniculatis. — Pedale et ultra divaricato-ramosissimum; radix ramosa; folia glabra laevia radicalia petiolata, alia dentata, alia pinnatifida; flores minuti tetradynami tetrandri demum diandri; sepala pilis deciduis adspersa; petala spathulata alba; siliculae compressae. ♂. In collibus incultis litt. cr. ad Flumen, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Vetero-Banovce et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1359 in ruderatis et ad vias ubique locorum. — Rchb. fl. g. 4218. (Lep. Iberis DC.; Lep. Pollichii Roth.) In.-Sept. . . . . . . **L. graminifolium L.**

Siliculis subrotundis pubescentibus; foliis indivisis crenato-serratis, radicalibus ovatis obtusis longe petiolatis, superioribus ex ovata basi lanceolatis. — Pedale et altra, glaucescens; radix crassa; repens; folia crassa glauca inferiora petiolata, superiora multo minora, angustoria sesessilia, integerrima; flores minuti in paniculam dispositi; petala alba; silicula stigmate persistente terminata. ♃. In humidis udis ad fluvium Bednja ad Thermas Toplikenses et Slanje, sed rarissimum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4219. In.-Il. . . . . **L. latifolium L.**

Gen. 137. **Noccea Mnch.**

Calyx basi aequalis patulus; stamina libera edentula; siliqua ovalis utrinque bi-vel pleio-sperma valvulis navicularibus carinatis in apicem productis. — Flores albi. Rchb. fl. g. 663, g. 804.

Caule simplici nudo; petalis calyce duplo longioribus; foliis radicalibus pinnatis; siliculis oblongis utrinque acutis, stylo brevi terminatis. — Bi-tripollicaris, gracilis, multiceps; caules infra

foliorum rosulas procumbunt, reliqua parte sunt erecti et teretes; folia crassa, glabra, glauca, radicalia in rosulam congesta, exteriora in petiolum brevem angustata, obverse ovata vel lanceolata, rarius orbiculata, interiora ovata, sessilia, caulina erecta, sparsa, cordata basi amplexicaulia, subacuta; flores corymbosi; sepala erecta obtusa e viridi flavescentia. ♃. In glareosis humidis montium Velebit, velut in alpe Visočica, Debelo-berdo et in ipsa Pliešivica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4222. (Hutschinsia alpina R. Br.; Lep. alpinum L.; Draba Nasturtium Scop.) Apr.-Ag. **N. alpina Rchb.**

Caule ramoso; petalis calice tantum paullo longioribus; foliis pinnatifidis indivisisque; racemis elongatis, polycarpis; siliculis ovalibus, obtusis, polyspermis; stigmate subsessili; flores exigui. — Bi-sexpollicaris a basi ramosa ramis adscendentibus; folia radicalia pinnatifida, superiora lanceolata indivisa; petala calycem aequantia. ☉. Vis. fl. dalm. 1361 in arenosis scopuli Levrera prope Cherso et in illis insulae Sansego. Rchb. fl. g. 4221. (Lep. procumbens L.; Hutschinsia procumbens Desv.; Capsella procumbens Fries.; Thlaspi procumbens Lapp.; Nast. pumilum Magn.) Mr.-Ap. . . . . **N. procumbens Rchb.**

Observ. var. β. foliis omnibus indivisis integerrimisque, est: Noccea Berengeriana Vis.

Gen. 138. **Capsella Vent. Gusomača.**

Calyx basi aequalis; stamina edentula, libera; silicula triangularis obcordato-truncata, valvulis navicularibus carina obtusis, loculis polyspermis; cotyledones planae, radicula dorsalis — Vis. fl, dalm. III. p. 109, g. 501; Rchb. fl. g. p. 644, g. 806; Koch syn. pl. p. 79.

Foliis runcinato-pinnatifidis integrisve, caulinis superioribus indivisis; siliculis triangulari-obcordatis. — Radix fusiformis; caules pilosi, ramosi; flores exigui; petala integra; siliculae glabrae triangulares, emarginatae. ☉. In campis locisque cultis, ad vias muros et sepes in Croatia, Slavonia et Dalmatia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1357. Rchb. fl. g. 4229. (Thl. Bursa pastoris Mnch.) Apr.-Sep. . . . . . . **C. Bursa pastoris Mnch.**

Observ. var. β. foliis integris; floribus normalibus, est: C. integrifolia Mnch.

Var. γ. foliis sinuato-dentatis; floribus normalibus, est: C. sinuata Koch.

Var. δ. foliis pinnatifidis, est: C. pinnatifida Koch.

Var. γ. foliis pinnatifidis, laciniis antice incisis, est: C. coronopifolia DC.

Var. ε. floribus apetalis decandris, i. e. petalis in stamina mutatis, est: C. apetala Opitz, et tandem.

Var. ς. stylo lobos siliculae aequante, est: C. Noëana Rchb.

Varietates β usque ε occurrunt cum specie intermixte, varietas ξ autem ad vias prope Castel Muschio in insula Veglia.

Gen. 139. **Aethionema R. Br. Kamnica.**

Calyx sepalis oppositis basi subgibbus; stamina longiora connata aut apice dentata; stylus brevis; silicula ovalis vel subrotunda, valvulis navicularibus carina alatis, loculis mono-polyspermis; cotyledones incumbentes planae, radicula dorsalis. — Vis. fl. dalm. III. p. 108, g. 500; Koch syn. pl. p. 80; Rchb. fl. g. p. 663, g. 803.

Fruticosum, adscendens; foliis carnosis glaucescentibus, inferioribus suboppositis subrotundis oblongisve obtusis, caulinis alternis lineari-oblongis acutis; siliculis oligospermis; seminibus muriculatis. — Radix lignosa, ramosa multiceps; caules teretes, erecti vel adscendentes; folia subsessilia, carnosa, glauca integerrima; flores corymbosi, breviter pedunculati; sepala duo ad basin magis gibba; petala primo alba lineisque roseis variegata, dein tota rubescentia, interdum nulla; siliculae in racemum dispositae emarginatae margine membranaceo, summae plerumque superne convexae subtus concavae, reliquae vice versa. ♃. In locis glareosis lapidosis in litt. cr. circa Novi, Segniam, Karlobago, Konjsko et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1356 in saxosis apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4227. (Thl. saxatile L.) Mj.-In. . . . . **Aet. saxatile R. Br.**

Observ. var. β. siliculis subrotundis stylo exerto coronatis; foliis lanceolatis obtusis erecti imbricatis, infimis oblongis, est: Aet. gracile DC. occuritque cum priori in iisdem locis.

Trib. VIII. Brachyseptatae, *seu angustiseptae diplecolobeae Koch.*

Gen. 140. **Senebiera Pers. Senebierka.**

Calyx basi aequalis; stylus pyramidatus; silicula subreniformis valvulis coriaceis dorso carinatis rugoso-cristatis, indehiscentibus loculis monospermis. —

Flores albi. — Cotyledones planae radicula dorsali. Vis. fl. dalm. III. p. 109, g. 499; Koch syn. pl. p. 80; Rchb. fl. g. p. 661, g. 801.

Foliis pinnati-partitis lobis integris divisisve; siliculis stylo acuminatis basi emarginatis. — Radix fusiformis; caulis glaber jam ad radicem in romos terrae adpressos divisus; folia pallide viridia bipinnatifida; florum corymbi oppositifolii; petala alba; stylus prominens pyramidalis; siliculae in densum racemum collectae, sulcatae, punctis eminentibus cristatae, apice integrae. ⨀. In pascuis gramine humili obsitis, ad fossas et vias subhumidas ad Zagrabiam, Siscium et alibi in campo Posavano, nec mimis in illo Podravano. Syll. fl. cr. — In Slavonia in locis inundatis circa Bizovac, Čepin, Essekinum, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1355 in ruderatis arvisque sterilibus et ad vias circa Zara et Ragusa, nec non in insulis Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 4210. (Coronopus Ruellii All.; Coronopus vulgaris Desf.; Cochl. Coronopus L.) M.j-Il. . . **S. Coronopus Poir.**

Subdivisio IV. **Nucumentaceae DC.**

Silicula indehiscens septo evanido, quandoque unilocularis.

Trib. IX. Euclideae seu nucumentaceae pleurorhizae Koch.

Gen. 141. **Euclidium R. Br. Razvijuša.**

Stamina filamentis edentulis; stylus conico-subulatus: siliqua subglobosa valvulis hemisphaericis indehiscentibus, dissepimento completo bilocularis, disperma; cotyledones planae, radicula commissuralis. Vis fl. dalm III. p. 106, g. 494; Rchb. fl. g. 654, g. 786; Koch syn. pl. p. 81.

Foliis caulinis oblongo-lanceolatis petiolatis; siliculis hirtis scabrisve; stylo persistente recurvo. — Radix fibrosa; caulis hirsutus, scaber, ramosus; folia petiolata obtusiuscula, subaspera, dentata vel integerrima; flores sessiles exigui; sepala hirsutula ex viridi purpurascentia; petala obverse lanceolata alba laminaque patente; silicula subrotunda, dura et aspera in duo locumenta divisa; valvulae subrotudae cum dissepimento firmiter connatae. ⨀. Ad vias et agrorum margines, nec non in ruderatis et ad sepes circa Zagrabiam, Goricam et Lekenik. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1350 sine loci speciali indicatione. Rchb. fl. g. 4157. (Anastatica syriaca L.; Mygrum syriacum Lam.; Bunias syriaca Gaert.) Mj.-In. . . . . **E. syriacum R. Br.**

Trib. X. Isatideae seu nucumentaceae notorrhizae Koch.

Gen. 142. **Isatis L. Vrbolika. Vrbovnik ili Seč.**

Calyx patens; stamina edentula; stigma sessile; silicula (nucula) ovata vel oblongo-lanceolata bivalvis, valvulis navicularibus carinato-ovatis, dissepimento fenestrato loculisque monospermis; cotyledones planae, radicula dorsalis. — Flores flavi. — Vis. fl. dalm. III. p. 107, g. 498; Koch syn. pl. p. 81; Rchb. fl. g. p. 654, g. 789.

Foliis glaucis integerrimis, radicalibus oblongo-lanceolatis, caulinis sagittatis; siliculis cuneatis basi acuminatis, apice subspathulatis obtusissimis glabris latitudine triplo longioribus. — Radix fusiformis biennis; caulis erectus elatus, superne ramosus; folia radicalia obovata crenata undulata; caulina sessilia amplexicaulia integerrima; flores flavi racemosi; siliculae pendulae. ♂. In collibus apricis, in agris circa Stenjevec et Podsused quasi spontanea. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4177. Colitur hinc inde in agris. Mj.-In. **I. tinctoria L.**

Pubescens; foliis radicalibus oblongo-obovatis sinuato-dentatis, integrisve, caulinis sagittatis, floralibus linearibus subvillosis; pedicellis obconicis; floribus flavis; siliculis obverse lanceolatis obtusis acutisve villoso-canescentibus glabrisve. — Variat foliis radicalibus villosis glabrisve, dentatis integrisve, caulinorum auriculis lanceolatis longioribus, vel triangularibus brevioribus; siliculis villosis vel glabris, apice nunc acutis, nunc obtusis, nunc retusis, nunc etiam stigmate delapso anguste et leviter emarginatis et radice annua vel bienni. ⊙. vel ♂. Vis. fl. dalm. 1354 in agris saxosis locisque rupestribus circa Dernis, Trau, Spalato et Almissa, nec non in monte Marian. (I. lusitanica Moris.; I. rostellata Bertol.) Mj.-Il. . . . . **I. canescens DC.**

Gen. 143. **Myagrum L. Šupljovezka.**

Calyx basi subaequalis erectus; stylus conicus; silicula spathulato- obcordata, coriacea trilocularis pedicello inflato suffulta, loculo inferiori monospermo superioribus binis vacuis oblique collateralibus et in stylum coeuntibus; cotyledones apice canaliculatae, radicula dorsalis. — Vis. fl. dalm. p. 105, g. 491; Koch syn. pl. p. 81; Rchb. fl. g. p. 657, g. 795.

Foliis radicalibus obverse lanceolatis sinuatis obtusis, reliquis cordato- aut sagittato-lanceolatis amplexicaulibus subintegerrimis.

— Glaucescens caule ramoso paniculato-patente; totum glabrum et laeve; radix fusiformis; folia inferiora oblonga sinuata in petiolum angustata, reliqua sessilia; flores parvi in racemum collecti; sepala membranacea; petala flavescentia. ○. vel ♂. In agris inter segetes circa Jaška; in litt. cr. ad Flumen, Bukari, Bribir, Hrelin et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1347 inter segetes circa Zara nec non in insulis Veglia, Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 4176. (M. littorale Scop.) Mj,-In. **M. perfoliatum L.**

Gen. 144. Neslia Desv. Žumnaka.

Calyx patulus; petala erectiuscula; stylus filiformis deciduus; silicula (nucula) connato-bivalvis subglobosa dura, maturitate lacunoso-rugosa, unilocularis, unisperma; cotyledones planae, radicula dorsalis. — Flores luteoli. — Vis. fl. dalm. III. p. 106, g. 493; Koch syn. pl. p. 81; Rchb. fl. g. pag. 673, g. 820.

Foliis caulinis sparsis sagittato-lanceolatis; racemis paniculatis demum elongatis. — Radix fusiformis; caulis erectus scaber superne ramosus; folia hirsuta; petala lutea; silicula orbiculata scabra punctato-rugosa. ⊙. Inter segetes et ad margines agrorum viarumque in campo Podravano circa Gjelekovec, Imbriovec, Rasinja, Ludbreg et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1349 inter segetes et in cultis circa Zara, Sebenico, Trau, Radigne et Lesina, nec non in monte Promina. Rchb. fl. g. 4291. (Myag. paniculatum L.; Chamaelinum paniculatum Host.) Mj.-Sept.

N. paniculata Desv.

Trib. XI. **Zilleae seu** *nucumentaceae orthoploceae, Koch.*

Gen. 145. Calepina Adans.

Calyx erectus; petala alba basi flavida, exteriora submajora; stamina longiora filamentis basi alatis; stigma sessile; silicula (nucula) ovata apice attenuata connata bivalvis valvulis convexis, dissepimento nullo, monospermis; cotyledones curvatae subconduplicatae, radicula inclusa. — Vis. fl. dalm. III. p. 106, g. 495; Koch syn. pl. p. 82; Rchb. fl. g. p. 655, g. 790.

Foliis radicalibus rosulatis petiolatis obovatis sinuato-dentatis vel lyrato-pinnatifidis, caulinis oblongo-lanceolatis dentatis, acuminato-sagittatis. — Caules subangulati, alii procumbentes, alii erecti vel adscendentes; folia caulina inferiora minora intermediis in brevem petiolum angustata, suprema sagittata amplexicaulia; flores corymbosi; sepala ovata, obtusa, concava; corolla alba;

glandulae 4 rotundatae, quarum 2 inter germen et basin filamentorum breviorum, aliae 2 inter bina filamenta longiora et germen positae sunt. ⊙. In arvis et campis nec non ad margines agrorum ad Križevce, Verbovec, Zagrabiam et praeprimis ad Stenjevec alibique haud rara. Syll. fl. cr. — In moeniis Essekiensibus. WK. — Vis. fl. dalm. 1351 in ruderatis arenosis et in arvis circa Zaton, Trau et Lesina. Rchb. fl. g. 4163. (Crambe Corvini All.; Bunias cochlearoides Murr.; Laelia cochlearoides et Laelia iberoides Pers.) Mj.-In. . . . . **C. Corvini Desv.**

Trib. XII. **Buniadeae** **seu** *nucumentaceae spirolobeae cotyledonibus spiraliter involutis Koch.*

Gen. 146. **Bunias L. Riga.**

Calyx basi aequalis erectus; stylus filiformis; silicula tetraëdra angulis cristatis, quadrilocularis loculis binatim supraimpositis inseparabilibus; cotyledones lineares spiraliter convolutae radicula supera. — Flores flavi. — Vis. fl. dalm. III. p. 105, g. 492; Koch syn. pl. p. 82; Rchb. fl. g. 654, g. 788.

1 Silicularum cristis crassis truncatis subdentatis incisisve . . . 2
Silicularum cristis diametro longioribus membranaceis, striatis, apice subincisis; foliis lyratis lanceolatisque argute dentatis. — Folia radicalia variant qua runcinata, inciso-lyrata, lanceolato-dentata et integra et differt a sequenti tantum cristis siliculae margine incisis membranaceis diametro fructus sublongioribus. ○. Inter segetes litt. cr. circa Flumen, Martinšćica, Grišane, Novi et alibi cum sequenti. Rchb. fl. g. 4161. Mj.-In.
B. macroptera Rchb.

2 Silicularum cristis subdentatis; foliis radicalibus runcinatis; caulinis lanceolatis. — Spithamaea, pedalis diffusa rami graciles; folia sparsa, radicalia et caulina inferiora oblonga, obtusa, in petiolum attenuata, dentata vel pinnatifida, superiora et ramea sessila et subintegerrima; sepala e flavo virentia oblonga obtusa, glabra; petala flava patentia, emarginata; germen oblongum teres tuberculisque exasperatum. ⊙. Inter segetes litt. cr. circa Flumen, Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1348 in satis et agris totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4159. (Myag. Erucago Lam.; Eruca segetalis Segu.) In.-Il.
B. Erucago L.

Silicularum cristis incisis; foliis omnibus lanceolatis vix unquam dentatis, glabriusculis; caule paullisper muricato-scabro. — Ra-

dix fibrosa; caulis aculeis minimis exasperatus; folia pilis albis ramosis adspersa, inferiora obverse lanceolata, superiora angustiora minusque dentata; flores flavi; sepala conniventia; siliculae muricatae, ad angulos serratae. ☉. Inter segetes cum priori. Rchb. fl. g. 4160. Mj.-In.. . . . . . . **B. aspera Retz.**

Observ. Hae tres ita dictae species sunt potius varietates unius ejusdemque speciei Linneanae.

Gen. 147. **Laelia Pers.**

Calyx patens; silicula (nucula) ovata cristata bilocularis loculis sibi invicem impositis monospermis. — H. perennis; flores flavi. Rchb. fl. g. p. 654, g. 789.

Siliculis oblique ovatis apteris, gibbis verrucosis; foliis inferioribus runcinato-lyratis, superioribus lanceolato-dentatis. — Caules altissimi, ramosi, striati; folia scabra, ciliata; flores racemosi; pedunculi erecti longi; sepala patentia, oblonga, obtusa, flava dorso pilosa; petalorum unguis gracilis, lamina lata ovata; silicula obovata apicem versus angustata et incurvata. — Caules et folia ad oras et costas exasperantur corpusculis verrucaeformibus. ♃. In ruderatis et ad sepes horti oekonomici Zagrabiensis Novaves. Rchb. fl. g. 4162. (Bunias orientalis L.; Myag. taraxacifolium Lam.) Mj.-Il. . . . . **L. orientalis Pers.**

Subdivisio V. **Lomentaceae DC.**

Siliqua vel silicula transverse in articulos monospermos secedens.

Trib. XIII. **Cakilineae seu** *locumentaceae pleurorrhizae Koch.*

Gen. 148. **Cakile Tourn. Morgruša.**

Calyx sepalis oppositis basi gibbis; stigma sessile; silicula anceps biarticulata indehiscens, articulo inferiore subturbinato apice 4-corni, articulo superiore ensiformi ovatove basi bicorni; semine erecto; cotyledones planae radicula commissuriali. Vis. fl. dalm. III. p. 104, g. 489; Rchb. fl. g. p. 654, g. 787; Koch syn. pl. p. 82.

Foliis carnosis pinnatipartitis integrisve, laciniis lineari- aut oblongo-obovatis; siliculae articulo superiore cuspidiformi; floribus dilute violaceis, rarius albis. — Radix gracilis; caules flexuosi, in ramos multos patentes divisi; folia sparsa, crassa, glaucescentia; flores in densum corymbum collecti; siliculae in racemum dispositae quadrangulares, sed ita compressae, ut ensiformes ad-

pareant; semen ellipticum in articulo inferiore pendalum, in superiore erectum. ⊙. In litt. cr. ad ipsa littara maris, ad Flumen, Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1345 in littore maritimo totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4158. (Bun. Cakile L.; Cak. Serapionis Gaert.) Il.-Oct. **C. maritima Scop.**

Trib. XIV. **Raphaneae** *locumentaceae arthophloceae Koch.*

Gen. 149. Raphanistrum Tourn. Repica.

Calyx erectus; lomentum rostratum, demum moniliforme, articulatum transverse secedens, articuli maturi sulcato-rugosi costative. — Rchb. fl. g. p. 656, g. 793.

Foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis; lomentis cylindricis, 3—8-articulatis, inciso-angulatis; stylo articulum terminalem multo excedente. — Pedale, plus minusve patenti ramosum; folia lyrata, plus minusve dentata; summa subintegerrima; flores flavi, rarius albidi vel pallide lilacini venis violaceis picti. ○. In agris inter segetes hinc inde, praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr. — In Slavonia inter segetes circa Čerević. — Vis. fl. dalm. 1343 in vineis circa Lesina et in maritimis herbidis circa Cattaro. Rchb. fl. g. 4102. (Raphanus Raphanistrum L.; R. sylvestris Lam.; Raphanistrum Lampsana Gaert.; R. innocuum Fl. Wett.) Mj.-Ag . . . . **R. segetum Rchb.**

Foliis inferioribus interrupte lyratis; lomentis conicis, 1—5-articulatis. insicco-substriatis; stylo articulum terminalem multo excedente; floribus pallide lilacinis venis violaceis. — Habitus praecedentis, sed magis diffusum, rami tenuiores; flores minores; fructus crassiores, obtuse costati. Differt autem a praecedenti praeterea fructu basi parum crassiore, numero articulorum minore et articulis ipsis laevius striatis. ⊙. Vis. fl. dalm. 1344 in saxosis maritimis circa Ragusa. Rchb. fl. g. 4173. Mj.-In.
R. Landra Rchb.

Gen. 150. Raphanus L. Rotka.

Calyx erectus, basi subsaccatus; lomentum turgidum, spongiosum, indehiscens. — Flores lilacini aut albi. Rchb. fl. g. p. 656, g. 794.

Lomentis teretibus acuminatis pedicellum vix superantibus. — Flores dilute violacei venis saturatioribus picti. ⊙. Colitur in plu-

ribus varietatibus occurritque hinc inde in ruderatis et oleraceis quasi spontaneus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4175. In.-Sept. **R. sativus L.**

Gen. 151. **Rapistrum Tourn. Povezka.**

Calyx erectus, basi aequalis; stylus filiformis aut conicus, lomentum biarticulatum, articulo inferiore pedicelliformi, saepe sterili, superiore globoso, monospermo; cotyledones complicatae, radicula inclusa. — Vis. fl. dalm. III. p. 104, g. 390; Rchb. fl. g. p. 655, g. 791; Koch syn. p. 83.

Stylo breviter conico breviore articulo lomenti superiore; foliis pinnatis, laciniis oblongis angulato-dentatis. — Radix longissima teres; caulis angulatus ramosissimus, inferne setis reflexis hispidus; folia petiolata aspera, pinnatifida laciniis acutis dentatis; flores numerosi; sepala oblonga, obtusa cum flavedine virentia; petala lutea calyce duplo longiora, siliculæ rugosæ ♃. In agris et ad vias ad Siscium, Zagrabiam, Crisium et Varasdinum. Syll. fl. cr. In Slavonia ad vias et in agris circa Čerević et Karlovic (Kanitz) Rchb. fl. g, 4170. (Myag. perenne L.; Myag. triarticulatum Crtz; Rap. monospermum Koch.) In.-Sept. **R. perenne All**

Stylo filiformi articulum lomenti superiorem æquante vel plane superante; foliis lyratis breviterque dentatis, lacinia terminali maxima.-Radix fusiformis; caulis erectus teres hirsutus, spithamaeus pedalisve; folia setulis exasperata; folia radicalia potissimum pinnatifida laciniis dentatis, caulina superiora minus divisa et summa linearia integerrima; florum racemi longissimi; sepala flavescentia; petala sulfurea apice integra vel emarginata siliculae hirsutæ, rugosae. ☉ In agris et arvis sterilibus. Vis. fl. dalm. 1346 circa Sebenico, Dernis et Spalato, nec non in insulis Cherso, et Lesina -Rchb. fl. g. 4168. Myag rugosum L.: Cakile rugosa l' Herit.; Schrankia rugosa Med.) In.-Il. **R. rugosum All.**

Observ. var. β. foliis glabris, radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolatis et articulo lomenti inferiore glabro, est: R. glabrum Host.

Var. γ. caule foliisque scabris, radicalibus lyratis, caulinis laciniatis, supremis integris articulisque lomenti rugosis, hirtis est: R. hirtum Host. Utraque forma occurrit promiscue cum R. rugoso et R. perenni All.

Gen. 152. **Crambe L. Šulac.**

Calyx patens; filamenta longiora sub apice furcatim bifida laciniaque unica antherifera; silicula biarticulata, in articulos duos indehiscentes secedens, quarum inferior pedicilliformis, sterilis, superior globosus. monospermus; semen e funiculo longo filiformi a fundo loculi adscendente pendulum; cotyledones conduplicatae; Koch syn. pl. p. 83. Rchb. fl. g. p. 655, g. 791.

Siliculis astylis; foliis junioribus hispidis, senioribus cauleque subglabris, radicalibus decompositis, pinnulis oblongis dentatis incisisve-Radix valde crassa, longa, ramosa; caulis erectus, ramosus, glaber; folia dorso setis consita, ciliata, floralia simplicia inferiora, pinnatifida, superiora lineari-lanceolata, dentata; flores paniculati; petala alba; siliculæ glabrae: ♃. Ad margines agrorum et in graminosis circa Slankamen, in vineis ad Zanos versus Kamenice in comitatu Syrmiensi. (Kanitz). C. tataria Iacq.; C. laciniata Lam.) Ap.-Mj. . . . . . **C. tatarica Willd.**

Fam. XIII. **Capparideae Juss. Kopraće.**

Flores hermaphroditi regulares; Calyx 4-sepalus; corolla 4-petala cruciata petalis hypogynis aestivatione imbricatis; stamina 6 hypogyna vel indefinita antheris introrsis bilocularibus, filamentis filiformibus toro vel carpophoro insertis; ovario longe stipitato supero uniloculari, placentis 2 lateralibus; stigmate sessili attenuato; fructus baccatus ovoideus indehiscens unilocularis; semina albuminosa. — Vis. fl. dalm. III. 137; Koch syn. pl. p. 84.

Frutices foliis simplicibus sparsis; stipulis spinescentibus nullisve aut deciduis; floribus pedunculatis axillaribus solitariis alternis, ebracteatis.

Gen. 153. **Capparis Tourn Kapra.**

Character generis idem ac familiae.

Foliis subrotundis obtusis vel emarginatis; stipulis spinosis arcuatis; oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis. — Frutex ramosissimus 2—4 pedalis et ultra; rami elongati flexuosi; folia glaucescentia, pro insertione et aetate circuitu variabilia; corolla magna resea vel albida; stamina longissima post anthesim flacca, apice purpurascentia. ♄. In rupium fissuris litt cr. veluti ad Flumen et Segniam. Syll. fl, cr.-Vis. fl. dam. 1439 ad muros domorum et moenia urbium totius Dalmatiæ littoralis et insularis Rchb. fl. g, 4487. In.-Il. . . . . , **C. spinosa L.**

Observ, var. β. inermis, pedunculis folio longioribus, est: C. rupestris Sibth. et.

Var. γ. foliis cordato-ovatis; aculeis diutius persistentibus, est: C. ovata Desf.; utraque varietas occurrit intermixte cum specie.

Fam. XIV. **Cistineae Dunal. Cistaonice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx liber persistens 5-sepalus, sepalis duobus exterioribus minoribus nullisve, interioribus aestivatione contorto-imbricatis; corolla 5-petala caduca, aestivatione contorta, sed directione sepalis contraria; stamina numerosa hypogyna; ovarium liberum; stylo simplici; stigmate capitato; capsula plurilocularis ab apice dehiscens, polysperma, dissepimentis nullis vel incompletis unilocularis, valvulis in medio placentigeris, vel disepimentis completis plurilocularis et tunc placentis centralibus-Vis fl. dalm. III. p. 144; Koch syn. pl. p. 84.

Suffrutices, rarius herbae annuae foliis simplicibus, primariis oppositis petiolo basi dilatato exstipulatis vel basi angustato-stipulatis; floribus solitariis vel secunde racemosis.

Gen. 154. **Cistus L. Cistac.**

Calyx 5-sepalus sepalis duobus exterioribus inaequalibus vel nullis; stamina omnia fertilia; stigma capitatum. capsula valvis medio septigeris. Vis. fl. dalm III. p. 144, g. 541; Koch syn. pl. p. 85 Rchb. fl.g. p. 716. g; 863.

1 Stylo longitudine staminum vel illis longiore; floribus purpureis 2

Stylo subnullo, hinc stigmate subsessili; floribus albis luteisve 4

2 Caule adpresse-pubescente; foliis oblongo-lanceolatis linearibusve 3

Caule villoso-canescente; foliis petiolatis ovalibus, superioribus acutis; petiolis basi dilatatis trinerviis contorto-vaginantibus; 1—2floris, solitariis, axillaribus terminalibusque; seminibus minutissime punctulatis. — Frutex humilis in ramos patentes teretes villososque divisus; folia opposita; pedunculi erecti; sepala ovata, acuminata; petala rotundata purpureo-rosea; capsula ovata, obtusa, hirsuta. ♄. Vis, fl. dalm. 1465 in apricis saxosis circa Zara et Sebenico; in monte Marian prope Spalato, in Vrullia circa Ragusa et Cattoro, nec non in insulis Cherso, Ossero, Strazza et Lesina.-Rchb. fl. g. 4567. (C. pilosus L.; C, creticus Host.) Mj.-In . . . . **C. villosus L.**

3 Foliis petiolatis stellato-canescentibus margine subundulatis; petiolis uninerviis; floribus solitariis axillaribus terminalibusve pa-

niculatis patenti-villosis; seminibus squamulosis. — Folia ovali-spathulata; petioli basi dilatati nervoso-sulcati; racemi et pedunculi pubescentes; sepala disco villosa; petala roseo-purpurea. ♄. In montanis calcareis litt. cr. ad Flumen, Plaško, Piket, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1466 in saxosis apricis insulae Lissa, Cherso et Ossero. Rchb. fl. g. 4568. (C. undulatus Rchb.; C. garganicus Ten.; C. cretensis Jacq.) In.-Il. **C. creticus L.**

Foliis breve petiolatis margine undulatis rugosis scabris utrinque pilosis subcanescentibus, inferioribus ellipticis, oblongis acutis, basi attenuatis 3-nerviis, superioribus angustioribus basi connatis; pedunculis subsolitariis; sepalis longe acuminatis; capsula ovato-rotundata adpresse sericeo-pilosa. ♄. In saxosis circa Sebenico in Dalmatia Wellwitsch. Nobis incognitus, hinc ulterius observandus. In.-Il. . . . . **C. undulatus Dunal.**

4 Foliis lineari-lanceolatis sessilibus trinerviis reticulato-rugosis utrinque villoso-pubescentibus; racemis secundis; sepalis quinis exterioribus majoribus. — Fruticulus humilis in ramos plurimos hirsutos divisus; folia margine revoluta; flores in racemum collecti; sepala ovata acuta venosa; petala parva flava. ♄. Vis. fl. dalm. 1463 in asperis apricis circa Zara, nec non in insulis Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4561. (C. affinis Bert.; C. florentinus Lam.) Mj--In. . . . . **C. monspeliensis L.**

Foliis basi rotundatis obtusis hirto-scabris subtus subtomentosis; pedunculis in apice ramorum subumbellatis. — Folia fere Salviae officinalis L., sed breviora; flos magnus, corolla alba, ad ungues lutea, sicca flavescens; stigma subsessile. — Fruticulus valde ramosus ramis brevibus patentibus tomentosis. ♄. In asperis litt. cr. ad Flumen, Hrelin, Trebutin, Bribir, Novi et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1464 in collibus locisque apricis saxosis totius Dalmatiae littoralis et insularis. Rchb. fl. g. 4559. (Ledonia peduncularis Spach.) Mj.-In. **C. salvifolius L.**

Observ. var. β. foliis subcordato-ovatis acutis, est: C. corbariensis Pers. (C. salviaefolius DC.)

Gen. 155. **Helianthemum Gaert. Sunčanica.**

Calyx imbricato- 5-sepalus; stamina omnia fertilia vel exteriora sterilia; stigma capitato-trigonum; capsula chartacea 1—3-locularis, valvulis secus septum

incompletum vel nervum medianum seminigeris. Vis. fl. dalm. III. p. 144. g. 540; Rchb. fl. g. p. 711, g. 862.

1 Caule herbaceo; radice annua 2
Caule suffruticoso basi lignescente; radice perenni 4
2 Foliis evidenter stipulatis; caulibus adscendentibus. 3
Foliis exacte exstipulatis; caule erecto; foliis oppositis lanceolatis 3-nerviis hirtis, radicalibus obovatis; racemis bracteatis; pedicellis fructiferis patentissimis recurvisve; stigmate subsessili. — Tota planta consita est pilis patentibus albis viscosis; radix fusiformis; caulis humilis erectus in parvos ramos divisus; flores erecti flavi in racemum collecti; calyx valde pilosus; petala macula sanguinea ad basin notata, rarius immaculata; stylus elongatus deflexus; capsula nutans. ⊙. In arenosis collibusque apricis in litt. cr. ad Flumen, Bukari, Praputnik et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1456 in herbidis montium circa Ragusa, montis Vermaz contra Cattaro et montis San Giorgio insulae Lesina. Rchb. fl. g. 4526. (C, guttatus L.; C. acuminatus Viv.; C. plantagineus W.) In.-Ag. . . . . **H. guttatum Mill.**
3 Villosum foliis ovali-spathulatis ellipticisve denticulatis, floralibus alternis erectis; pedunculis horizontalibus calyce longioribus; stylo stigmate longiore, ovario autem breviore. — Radix brevis teres fibris aucta; caulis scabriusculus basi decumbens; folia breviter petiolata integerrima hirsuta; stipulae ovato-oblongae; flores solitarii oppositifolii; pedunculi adscendentes calyce paullo longiores; sepala interiora tria ovata acuta lineisque tribus villosis notata, duo reliqua breviora lanceolata; petala lutea calyce breviora; capsula ovata glabra, ad apicem trigona. ⊙. Vis. fl. dalm. 1457 in apricis saxosis circa Zara, Sebenico, Spalato et Salona, nec non in insulis Brazza et Lesina. Rchb. fl. g- 4538. (Cist. salicifolius L.; H. intermedium et H. denticulatum Thib.; H. annuum Pett.) Ap.-Mj. . **H. salicifolium Pers.**
Viscide pubescens rubens; foliis petiolatis ovalibus obtusis subtus sanguineis; pedunculis axillaribus oppositifoliis, demum reflexis; stipulis petiolatis folium subaequantibus. — Radix gracilis; caulis pilosus; folia subdenticulata hirsuta, inferiora petiolata ovata, subsequa obovata vel lanceolata, summa alterna, reliqua opposita; pedunculi laterales hirsuti; sepala membranacea ovata 3-nervia hirsuta; petala flava; stigma sessile. ○. In arenosis

herbidis circa Segniam, Draga, Sv. Juraj, Karlobago, Konjsko et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4539. (Cist. sanguineus Host.) Mj.-In. . . . . **H. refractum Rchb.**

4 Foliis omnino exstipulatis 5

Foliis evidenter stipulatis; caulibus diffusis 12

5 Caulibus diffusis, demum adscendentibus 6

Caulibus simplicibus adscendentibus; foliis radicalibus ovali-lanceolatis trinerviis, junioribus incanis, caulinis lanceolatis glabriusculis, summis alternis; corollis magnis sulfureis. — Basi suffruticosum spithamaeum; sepala glabra nitida; racemo laxissimo bracteato. ♃. In apricis insulae San Antiocho in Dalmatia. Maly enum. pl. aust. p. 286, g. 686, n. 2. Rckb. fl. g. 4528. Mj.-In. . . . . **H. Tuberaria Mill.**

6 Staminibus exterioribus brevioribus sterilibus; foliis angustissimis semiteretibus 7

Staminibus omnibus fertilibus; foliis oblongis, lanceolatis linearibusve, sed nunquam semiteretibus; petiolis oppositis, racemis bracteatis; pedicellis calycem aequantibus; stylo ovarium aequante 8

7 Caulibus diffusis, demum adscendentibus; foliis sparsis confertisque margine scabris, subciliatis, basi attenuatis, sessilibus; pedunculis solitariis unifloris; stylo ovarium ter superante; floribus flavis. — Radix multiceps; caules partim procumbentes, partim erecti; folia linearia crassa acuta integerrima, villo albido obsita; pedunculi primo erecti, demum reflexi; sepala duo linearia, tria reliqua ovata membranacea, ad nervos hispida. ♄. In saxis glareosis montium Kalnik, Ošterc, Klek et Merzin. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1460 in collibus locisque saxosis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4531. (Cist. Fumana Desv.) Ap.-Sept. **H. Fumana Mill.**

Caulibus erectis strictisve; foliis alternis imbricatis glabriusculis; pedunculis solitariis suboppositifoliis terminalibusve folio longioribus. — Priore elatius, ex omni parte majus; foliis omnino subteretibus. — Hujus et antecedentis flores expanduntur mane et circa decimam matutinam delabuntur petala et calyx invenitur jam clausus. ♃. In glareosis tractus montium Velebit, veluti in alpe Badanj et Visočica; in Dalmatia cum priori, cujus varietas habetur. Rchb. fl. g. 4530. (Cist. ericoides Cav.; H. calycinum W.) Ap.-Ag. . . . . . . **H. ericoides Dun.**

8 Foliis concoloribus utrinque incanis tomensisque. 9

Foliis discoloribus, i. e. superne canescentibus, dorso viridibus aut vice versa 10

9 Foliis ovatis lanceolatisve utrinque incanis et una cum caulibus piloso-tomentosis; racemis simplicibus. — Radix ramosa; caules breves glabri procumbentes; folia opposita petiolata, acuta, incana; sepala hirsuta subincana, tria majora 5-nervia, alia duo brevia linearia; petala cuneiformia flava; capsula ovata acutiuscula, trigona, hirsuta. ♄. In collibus glareosis montibusque saxosis ad Kalnik et Rieka alibique kaud rarum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4534. (Cist. canus L.; Cist. tomentosus Scop.) **H. canum. Dun.**

Foliis oblongo-ellipticis utrinque patenti-pilosis; petalis calycem duplum longis subintegerrimis. — Caules duri suffruticosi procumbentes et lignescentes; folia conjugata exstipulata; pedicelli conferti uniflori. ♄. In herbidis montium circa Bosiljevo, Delnice, Čabar et alibi in Croatia montana. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4536. (Cist. alpestris Scop.; Cist. oelandicus Jacq.; Cis. serpyllifolius L.) In.-Il. . . . . **H. alpestre Rchb.**

10 Foliis lanceolatis linearibusve 11

Foliis ovatis acutis distincte petiolatis, petalis calycem villosum excedentibus; caulibus trichotomo-diffusis. — Suffruticosum exstipulatum foliis discoloribus subtus in cano-tomentosis; rami rubentes; flores racemosi. ♄. In collibus montibusque glareosis Croatiae australis circa Ogulin, Otočac, Verhovina et alibi. (Cist. marifolius Roth.) Mj.-In. . . . . **H. marifolium DC.**

11 Foliis strigosis lanceolato-oblongis linearibusque; racemis simplicibus demum elongatis calycibusque cano-pilosis. — Suffruticosum ramis simplicibus adscendentibus piloso-tomentosis. Reliquis gracilius; racemus multiflorus; petala flava disco aurantiaco. ♄. In collibus saxosis litt. cr. circa Flumen, Vlaka, Plaško, Hrelin, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4532. (Cist. italicus L.; H. eriosepalon Sweet.) Mj.-In. . . **H. italicum Pers.**

Foliis petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis, subtus incano-tomentosis; ramis rubentibus. — Suffruticosum exstipulatum; radix ramosa, caules breves, glabri procumbentes; folia opposita petiolata; flores in racemum dispositi; sepala hirsuta subincana: petala flava; capsula acutiuscula trigona, hirsuta. ♄. In rupe-

stribus collibusque apricis haud rarum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4533. (Cist. vinealis W.; Cist. anglicus L.) Mj.-In.
H. vineale Pers.

Observ. Formas quinque posteriores, veluti: H. canum Dun., H. alpestre Rchb.; H. marifolium DC.; H. italicum Pers. et H. vineale Pers. complectit clar. Visiani sub unica specie, — quod et revera sunt — et quidem sub nomine: H. montanum Vis. fl. dalm. 1459, occurruntque omnes promiscue in apricis saxosis collium et montium totius Dalmatiae, nec non in illis Croatiae, praesertim australis.

12 Staminibus omnibus fertilibus; foliis petiolatis oppositis; stipulis ciliatis; racemis bracteatis; pedicellis calyci hirsuto subaequilongis fructiferis pendulis; sepalis inferioribus obtusis; stylo ovarium bissuperante 13

Staminibus exterioribus brevioribus sterilibus; foliis linearibus inferioribus oppositis, superioribus alternis; stylo ovarium ter superante 17

13 Foliis margine evidenter revolutis 14

Foliis omnino planis, nec margine inflexis 16

14 Foliis utrinque laete viridibus 15

Foliis oblongo-linearibus subtus incanis, margine arcte revolutis; calycibus striatis glabriusculis; floribus aurantiacis albidisve. — Caules decumbentes pilis adpressis tecti; folia breviter petiolata utrinque pilis in stellas dispositis consita, summa minima alterna, reliqua opposita; stipulae lineares; pedunculi villosi; calyx hispidulus; petala obovata ad basin sulfurea, secus aurantiaca, rosea aut albida. ♄. Vis. fl. dalm. 1458 in arenosis scopuli Bussi et in insula Lissa. (Cist. mutabilis Host.; Cist. angustifolius Jacq.; Cist. Barrelieri Sims.) Ap.-Mj. . **H. angustifolium Pers.**

15. Foliis oblongis glabriusculis nitidis confertis, margine nonnisi subrevolutis; stipulis bracteisque ciliatis. ♄. In apricis, pratis siccis montium Dinara et Biokovo in Dalmatia. Vis. fl. dalm. 1458 v. β. (Cist. serpyllifolius et Cist. helianthemoides Crntz.) Mj.-In. . . . . **H. nitidum Clem.**

Foliis oblongo-linearibus obovatisve hirtis; stipulis petiolo sublongioribus; calyce villosissimo; petiolis extrorsum repandis. — Suffruticosum stipulatum; caules 3—4-pollicares teretes in ramos oppositos erectos hispidosque divisi; folia floralia alterna linearia sessilia stipulisque destituta; reliqua opposita, facie vi-

ridia, dorso tomento albido tecta; pedicelli cernui; petala calyce longiora lutea, basi macula fulva notata; capsula parva; semina orbiculata. ♄. Vis. fl. dalm. 1458 var. γ. in apricissimis saxosis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4551. (Cist. hirtus L.) Mj.-In. . . . . **H. hirtum Pers.**

16 Foliis inferioribus subrotundis, reliquis ovato-ellipticis oblongisve; stipulis lineari-oblongis ciliatis petiolum excedentibus; petalis rotundatis dimidio brevioribus. — Suffruticosum procumbens ramis elongatis; folia pilosella; racemi laxi; pedunculi laterales pilis tecti uniflori; sepala exteriora lanceolata, interiora ovata, membranacea, nervosa hirsuta petala cuneiformia flava, basi saepius aurantiaca. ♄. In herbidis montanis collibusque apricis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1458 in apricis collibusque saxosis ubique frequens. Rchb. fl. g. 4547. (H. variabile Spach.) In.-Ag. . . . . . . **H. vulgare Gaert.**

Foliis ovalibus ellipticisve viridibus, fasciculato-pilosis; stipulis ciliato-hirtellis; petalis calycem hirsutum plus duplo longioribus rotundatis pallide sulfureis. ♄. In collibus apricis herbidis et in rupestribus haud rarum in Croatia et Dalmatia. Vis. fl. dalm. 1458 v. α. Rchb. fl. g. 4549. (Cist. gradiflorus Sopp.) Mj.-In. **H. grandiflorum Mill.**

Observ. H. angustifolium Pers.; H. nitidum Clem.; H. hirtum Pers. et H. grandiflorum Mill. sunt formae speciales H. vulgaris Gaert. quod clar. Spach. consequentissime appellat H. variabile, quod et revera est. Illum sequentus est et ipse clar. Visiani in sua fl. dalm. III. p. 145, sub n. 1458.

17 Foliis oblongo-linearibus acutiusculis 18

Foliis petiolatis ellipticis, obtusis ciliatisque; stipulis linearibus acutis ciliatis; sepalis nervo medio dentatis et una cum caulibus pedunculisque hirsutis. ♄. In lapidosis et rupestribus montium Velebit haud rarum. Kit. iter croaticum. Nobis incognitum ulteriusque observandum. Mj.-In. . . . **H. denticulatum Kit.**

18 Caulibus ramosissimis superne pubescentibus; foliis sublinearibus basi attenuatis petiolatis; racemis bracteatis 19

Caulibus pauci-ramosis ramisque erectis pubescentibus, superne glutinosis; foliis oblongo-linearibus lanceolatisve 22

19 Foliis margine evidenter revolutis 20

Foliis exacte planis, nec unquam margine revolutis, oppositis, brevissimis pubescentibusque, summis alternis; stipulis acutis, mu-

cronatis; racemis glutinoso-villosis paucifloris. — Humile 4—6-pollicare suffruticosum procumbens; stipulae erectae. ♄. Vis. fl. dalm. 1461 in collibus apricis locisque saxosis circa Sebenico, Trau et Ragusa, nec non in insulis Brazza, Lesina et Lissa. Rchb. fl. g. 4543. (Fumana viscida Spach.) Mj.-In.

H. thymifolium Pers.

20 Caulibus foliisque glabris 21

Foliis ramisque superne villôso-glutinosis villosisve; stipulis infe-ferioribus minutis, reliquis longis, laeviusculis. — Caules ramosi, inferiore parte decumbentes, dein adscendentes erectique, superne pilis ferrugineis et glutinosis tecti; stipulae ad singulum folium binae; calyx glutinosus; petala lutea, calyce breviora; ovata. ♄. Vis. fl. dalm. 1461 var. β. cum priori, cujus varietas habetur. Rchb. fl. g. 4544. (H. Barrelieri Ten.; Cist. glutinosus L.) In.-Il. . . . . **H. glutinosum Pers.**

21 Foliis carinatis; stipulis elongatis subulatis; pedunculis solitariis subterminalibus; calyce laevi. — Caulis brevis in ramos oppositos divisus; folia sessilia brevia linearia acuta, margine revoluta, floralia alterna duabus stipulis stipata, caulina prorsus quatuor stipulis suffulta; pedunculi flore longiores; sepala tria ovata acuta, lineis quinque distincta, duo exteriora brevia linearia; petala orbiculata, lutea, calyce longiora. ♄. Vis. fl. dalm. 1461 α. cum priori in insula Lissa Rchb. fl. g. 4541. (Cist. laevis Cav.; H. juniperinum Lag.) In.-Il. . . . . . . **H. laeve Pers.**

Foliis laete viridibus sublanceolatis; stipulis subulatis folio multo brevioribus; pedunculis racemosis calycibusque villoso-glutinosis. — Suffruticosum adscendens glabratum; folia opposita linearia submucronata margineque revoluta. ♄. In saxosis insulae Lesina Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 286, g. 686, n. 7; Rchb. fl. g. 4542. Ap.-Mj. . . . . **H. viride Ten.**

22 Ramis erectis pubescentibus superne glutinosis; foliis oblongo-linearibus, superioribus oblongo-lanceolatis petiolatis alternis; racemis foliatis paucifloris pedunculisque fructiferis recurvis; seminibus reticulato-foveolatis. — Stipulae superiores semiovatae aut semicordato-lanceolatae petiolo longiores; folia superiora oblongo-lanceolata; corolla calyce duplo longior; petala late breviterque obovata, lutea. ♄. Vis. fl. dalm. 1462 in apricis saxosis insulae Lesina. (Cist. arabicus L.; Cist. ferrugineus Lam.) Ap.-In. . . . . **H. arabicum Pers.**

Ramis adscendentibus; foliis alternis lanceolatis acutis, pubescentibus; racemo simpli laxifloro; sepalis acuminatis hirsutis; capsula ovato-rotundata adpresse-sericeo-pilosa; seminibus laevibus albo tomentosis. ♄. Maly enum. pl. aust. p. 393 et 286, g. 686, n. 9. Cum priori, cujus varietas habetur in insula Lesina in Dalmatia; nobis autem incognitum ulteriusque observandum. Mj.-In. . . . . **H. Savii Bert.**

Fam. XV. **Violarieae DC. Ljubićnice.**

Flores hermaphroditi irregulares; calyx liber persistens 5-partitus inaequalis laciniis aestivatione imbricatis, lateralibus minoribus; corolla 5-petala petalis inaequalibus hypogynis; 2 anticis minoribus, posticis magnis inferne in calcar cavum productis; stamina 5 hypogyna filamentis subnullis antherisque lateri inferiori filamentorum apice in membranam aridam productorum adnatis, ovario adpressis, liberis vel cohaerentibus; ovarium uniloculare; placentae 3 parietales; stylus 1; capsula trigona unilocularis ab apice dehiscens valvulis medio seminiferis. — Vis. fl. dalm. III. p. 149; Koch syn. pl. p. 88.

Herbae foliis alternis petiolatis; stipulis persistentibus; floribus axillaribus solitariis, pedunculis bibracteatis.

Gen. 156. **Viola Tourn. Ljubica ili Ljubičica.**

Choracter generis idem qui familiae.

1 Petalis 4 superioribus sursum directis sursumque imbricatis; stylo superne clavato 2
Petalis nonnisi 2 sursum directis, 2 intermediis lateraliter patentibus saepissime ad basin barbatis, impari semper imberbi; stylo basi constricto 4
2 Stylo adscendente, suberecto; stigmate magno urceolato utrinque pilorum fasciculo onusto et inferne labello munito 3
Stylo basi decurvo, dein in angulo flexo assurgente, superne clavatim-incrassato: caule debili subbifloro; foliis reniformibus obtusissimis crenatis; stipulis ovatis integerrimis; sepalis acutis; stigmate plano subbilobo; capsula acuta. — Radix repens; caulis gracilis, laevis; folia facie setulis adspersa, dorso glabra, ad oras ciliata; petioli canaliculati; stipulae integerrimae ovatae; pedunculi tetragoni; sepala ciliata; flores parvi lutei fusco-striati. ♃. In pratis udis humidis alpium montiumque altiorum Croatiae australis, veluti in alpe Samar, Badanj, Visočica nec non in montibus Sichelburgiensibus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1470

in locis udis sylvaticis montium Prolog et Biokovo. Rchb. fl. g. 4489. (V. uniflora Krock.) Mj.-In. . . . . . . **V. biflora L.**

3 Radice perenni; caulibus basi repentibus; foliis crenatis, inferioribus ovatis, superioribus ovalibus, lanceolatis linearibusve; stipulis digitato-partitis, laciniis linearibus integris; calcare subulato infra calycem longe producto; stigmate urceolato. — Radix flexuosa ramosa; caules simplices superne subtriquetri; folia alterna crenata glabra, inferiora subrotunda, superiora ovato-oblonga; pedunculi angulati; flores violacei intus macula lutea signati; capsula oblonga trigona. ♃. Vis. fl. dalm. 1471 in rupestribus montium Gnjat et Prolog. Rchb. fl. g. 4513. (V. gracilis Sibth.; V. heterophylla Bert.; V. Valderia Rchb.) Mj.-In. **V. declinata WK.**

Radice annua; caule adscendente aut erecto; foliis crenatis, inferioribus ovato-cordatis, superioribus ovalibus aut oblongo-linearibus; stipulis lyrato-pinnatifidis lacinia terminali crenata; calcare calycem excedente; stigmate urceolato-globoso. — Caules ramosi angulati; pedunculi tetragoni; sepala ovato-lanceolata acuminata setulis ciliata; petala integerrima; capsula globoso-ovata, sulcata. ⊙. In agris inter segetes et in campis sterilibus, in vineis et alibi frequens in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1472 in montibus Svilaja, Prolog et Biokovo. Rchb. fl. g. 4517. Mj.-Oct. . . . . **V. tricolor L.**

Observ. Planta admodum variabilis tam respectu magnitudinis et ramificationis, quam corollae coloris; etenim in arvis crescens flores minimos fert, illae in fertili humidoque solo ornantur corollis majoribus, spetiosioribus variegatisque. Distinguuntur autem sequentes varietates:

Var. α. corolla calycem superante, petalis superiobus violaceis caeruleisve; calcari crasso, est: V. trimestris Juss.

Var. β. corolla calycem subaequante ochroleuca, est: arvensis Mur.

Var. γ. minima, simplex; foliis fere omnibus tantum radicalibus, est: V. parvula Tin. v. V. micrantha Presl, et tandum.

Var. δ. foliis late ovatis; caulibus erectis succosis; petalis superioribus violaceis, lateralibus plus minusve albidis, est: V. bannatica Kit.

4 Acaules, i. e. caulibus nullis vel caudiculis subterraneis; sepalis obtusis 5

Caulescentes, i. e. caule saltem post anthesim emergente; sepalis acutis 12

5 Stigmate in rostellum attenuato; pedunculis fructiferis in terram prostratis, apice erectis 6

Stigmate in patellulam obliquam explanato, vel apice oblique truncato; pedunculis fructiferis erectis apice hamatis 11

6 Stolonibus procurrentibus, saepius reptantibus 7

Stolonibus plane nullis 9

7 Petalis 4 superioribus rotundato-obtusis, paullo angustioribus; floribus saturate violaceis albisve 8

Petalis 4 superioribus oblongo-obovatis ad unam tertiam partem albis intermedio notabiliter latiore, profundius emarginato, a basi ad medium fere pallido et striato, lineis disci saturatioribus; foliis primigenis exacte reniformibus. ♃. In collibus sylvaticis circa Sudovec et ad vetustam arcem Rieka, nec non in montanis herbidis et dumetis circa Zagrabiam et copiosa ad vetustam arcem Podsused. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4496. Videtur peculiaris forma esse V. odoratae L. (V. italica Mill.) Mr.-Ap. . . **V. suavis M. B.**

8 Foliis profunde cordatis, junioribus suborbiculatis petiolisque glabris; bracteis supra medium pedunculi; stipulis lanceolatis laxe fimbriato-glanduliferis; floribus suaveolentibus violaceis, rarius albis. — Stolones reptantes; post anthesim proveniunt non raro flores hebetati minimi a calyce clauso ocultati, qui sunt fructiferi; capsula est globosa et livida. ♃. In fruticetis, ad sepes, ad rivulos sylvarumque margines et alibi in Croatia, Slavonia et Dalmatia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1467. Rchb. fl. g. 4498. Mr.-Apr. . . . . **V. odorata L.**

Foliis cordatis serratis acutis; stolonibus elongatis; floribus albis, inodoris. — Differt a praecedente; foliis subtriangulato-cordatis conspicue acuminatis, sinu baseos profundo quidem, sed dilatato et aperto cordatis, foliis stolonum aestivalium subtriangularibus, angulo terminali abrupte acuminato, lateralibus rotundatis et stolonibus aestivalibus simul cum planta materna florentibus, cum stolones V. odoratae L. post anthesim orientes sequenti demum anno florent. Credimus hanc Violam nil esse, nisi formam V. odoratae floribus albis. ♃. In dumetis, colibusque apricis circa Toplikam, Zagrabiam, Samoborinum et alibi; ad

margines viarum inter Koproncam et Dugarieka. Syll. fl. cr. — Mr.-Apr. . . . . **V. alba Bess.**

Observ. var. β. floribus lilacinis variegatis; sepalis lingulato-oblongis patentibus, ost: V. lilacina Rossm.

9 Foliis petiolisque hirtis hispidisve 10

Foliis cordato-oblongis glabris, baseos lobis cuculato-inflexis inaequalibus; petiolis ciliatis; capsulis subglobosis 6-sulcatis pubescentibus; floribus odoris, corollis fauce glabris; calcare obtuso decurvo. — Radix ramosa; scapi superne trigoni, inferne subcompressi, in medio bracteis duobus subulatis instructi; sepala obtusa. In Moslavina — Videtur attamen dubia species. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Semlin. (Kan.)Rchb. fl. g. 4494. Ap.-Mj. **V. ambigua WK.**

10 Foliis profunde cordatis serratis supra pubescentibus, subtus petiolisque hispidis; petalis emarginatis, intermediis barbatis. — Radix sublignosa; petioli pilis deflexis consiti et ad basin illorum insertae sunt stipulae lanceolatae, dentatae; scapi (pedunculi) glabri infra medium bracteis duobus instructi; flores pallide-violacei, interdum albi, nutantes inodori; calyx glaber; petala, lateralia linea pilosa supra basin distincta; capsula pilosa. ♃. In pratis et arvis siccis, in pascuis et ad frutices circa Crisium, Kalnik, Toplikam, Zagrabiam et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Duzluk et Semlin in sylvis. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4493. Mr.-Mj. . . . . . . **V. hirta L.**

Foliis cordato-oblongis basi subtruncatis piloso-hirtis sinu baseos aperto utrinque arcuato; petalis integerrimis nec unquam emarginatis. — Affinis præcedenti, sed foliis basi subtruncatis oblongioribus nec minime emarginatis, floribusque odoratis, saturatioribus distinguitur. ♃. In pratis montanis collibusque graminosis cum prioribus in iisdem locis ad Zagrabiam alibique in montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4496. Mr.-Mj. **V. campestris M. B.**

Observ. Omnes posteriores sex species potius reduci deberent ad duas genuinas species et quidem videntur esse V. suavis M. B. et V. alba Bess. varietates V. odoratae L., et V. ambigua WK. et V. campestris M. B. illius V. hirtae L., quod revera et sunt.

11 Foliis reniformi-cordatis cordatisve glabris; sepalis obtusis; stipulis ovatis acuminatis glanduloso-serrulatis liberis; petalis dilute lilacinis venis violaceis variegatis. — Radix repens; folia

crenata; petioli subteretes glabri; pedunculi tetragoni in medio bracteis duabus instructi; flores parvi; stigma urceolatum. ♃. In pratis paludosis turfosisque circa Žabnik prope Varasdinum, ad Šestinam prope Zagrabia et alibi in Croatia montana et submontana. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4491. Mj.-In. **V. palustris L.**

Foliis cordatis glabris; petiolis alatis, stipulis lanceolatis glanduloso-denticulatis ultra medium petiolo adnatis; petalis omnibus basi saccatis; caudice repente. — Radix valde repens; stolones reptantes; folia repando-crenata obtusa; pedunculi erecti elongati; flores odori; sepala ovata, obtusa, caerulescentia; petala imberbia dilute caerulea; stigma obliquum. ♃. In pratis humidis turfosis et uliginosis secundum Host. fl. aust. II. p. 281. n. 7, a nobis in ditione florae nostrae nec dum lecta. Rchb. fl. g. 4492. (V. nitens Host.; V. hybrida Wulf.; V. scaturiginosa Wallr.) Mr.-Apr. . . . . . **V. uliginosa Schrad.**

12 Caulibus petiolisque glabris aut simpliciter pubescentibus . . 13

Caulibus erectis unifariam petiolisque carina pilosis; foliis latocordatis breviter acuminatis crenulatis, inferioribus subreniformibus; floribus caulinis apetalis fertilibus, radicalibus coloratis sterilibus; calycibus obtusis; floribus dilute purpureo-lilacinis. — Radix multiceps; caules, pedunculi et petioli triquetri et subvilosi; stipulae lanceolatae acutae; bracteae parvae lanceolatae. ♃. In sylvis montanis hinc inde praesertim in Moslavina, in monte Ivanšćica, Klek et Merzin. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4504. Ap.-Mj. **V. mirabilis L.**

13 Stipulis caulinis intermediis petiolo duplo brevioribus 14

Stipulis caulinis mediis foliaceis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis petiolo longioribus; sepalis acutis; calcare calycis appendices aequante; foliis e basi laeviter cordata lanceolatis superne pubescentibus. — Caules erecti subtriquetri ad angulos pilis brevibus consiti; folia oblonga oblique cordata in petiolum canaliculatum angustata, serrata, ad oras et venas setulis adspersa; stipulae maximae; pedunculi pubescentes; bracteae adstant flori duae lanceolatae ciliatae acuminatae; sepala margine membranacea; petala pallide caerulea; filamenta duo apophysi brevi subtriangulari acuta provisa; stigma pubescens. ♃. In nemoribus pratisque sylvaticis humidis circa St. Helenam, Božakovinam, ad Stubicam inferiorem et alibi in Zagoria. Syll. fl. cr. — In

Slavonia in sylvis circa Retfalu, Tenje et Čepin. Rchb. fl. g. 4508. (V. elatior Fr., V. stricta Horn.) Ap.-Mj.
V. persicifolia Schk.

14 Foliis cordatis obtusis crenulatis, inferioribus reniformi-cordatis; stipulis ovato-oblongis petiolo pluries brevioribus; sepalis oblongo-lanceolatis acutis; capsula ovata acutiuscula. — Radix multiceps: caules adscendentes pubescentes breves, dorso subcompressi, facie plani; petioli canaliculati; stipulae aliae integerrimae, aliæ dentatae; pedunculi tetragoni; petala integerrima pallide caerulea, infimum lineis saturatioribus variegatum; stylus cylindricus. ♃. In collibus pratisque montanis in Zagoria circa Lobor et Zlatar; in collibus arenosis in provincia Likana et Korbavia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4500. (V. livida WK.; V. glauca M. B.; V. Allionii Pio.) Mj.-In. . . . . . . **V. arenaria DC.**

Observ. var. β. Caulibus simplicibus brevissimis foliis subrotundis cordatis subcrenatis; stipulis dentatis; calcare curvato et germine ovato, est: V. nummulariaefolia Host, V. rupestris Schm. Rchb. fl. g. 4499.)

Foliis caulinis cordatis ovatisve acutis; stipulis lanceolatis . . 15

15 Foliis ovatis oblongisve basi subcordatis, infimis apice rotundatis; stipulis fimbriato-serratis; sepalis late lanceolatis acutis basi truncatis calcare infra calycem producto; capsula oblonga truncato apiculata; floribus pallide violaceis. — Radix ramosa numerosis fibris capillata; caules flexuosi canaliculati glabri; folia crenata, adulta purpura suffusa; petioli canaliculati; stipulae membranaceae; pedunculi tetragoni; unguis petalorum canaliculatus; stylus inflexus; germen ovatum. ♃. In ericetis collibus herbidis nec non in sylvis umbrosis ad Stražeman, Našice, Čepin, Vukovar, Čerević et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1469 in sylvis montium Velebit, supra Trau et Biokovo. Rchb fl. g. 4501. (V. ericetorum Schrad.; V. flavicornis Sm.) Mj.-In. . **V. canina L.**

Observ. var. α. foliis oblongo-lanceolatis subelongatis; stipulis foliaceis magnis; calcare brevi infra calycem vix aut plane non producto, est: V. montana L.

Var. β. calcare appendicibus calycis duplo longiori, porrecto; petalis elliptico-lanceolatis; capsula subturbinata acuta; est: V. Ruppii All. (Rchb. fl. g. 4505.)

Var. γ. glaberrima, viridis, ramosa; stipulis supremis postice subintegerrimis, est: V. lucorum Rchb.

Foliis cordato-ovatis, superioribus apice attenuatis, inferioribus subreniformibus; stipulis lineari-lanceolatis, fimbriato-serratis, lanceolato-acuminatis basi truncatis; calcare infra calycem longe producto; capsula oblonga acuta glabra; floribus pallide caeruleis. — Radix multiceps; caules adscendentes folia profunde cordata facie hispidula; calcar compressum integerrimum coloratum; calycis appendices superiores minuti rotundati in fructu oblongo acuto ovoidei, ♃. In sylvis montanis Croatiæ vulgatissima. Syll. fl. cr.-In Slavonia in rupestribus circa Vučin in sylvis circa Čepin et alibi haud rara.— Vis. fl. dalm. 1468 in sylvis montium Velebit. Svilaja et prope Grab. — Rchb. fl. g. 4503. (V. flexuosa Moret.; V. canina Sw. et LC.) Ap.-Mj.

V. sylvestris Lam.

Observ. var. β. foliis profunde, demum reniformi cordatis supra hispidulis; calcare apice emarginato decolori, albido; calycis appendicibus superioribus angulatis in fructu immutatis, flore maximo, est: V. Riviniana Rchb. fl. g. 4502.

Fam. XVI. **Droseraceae DC. Rosičine.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx liber 5-sepalus aestivatione imbricatus, sepalis ima basi cohaerentibus; corolla 5-petala hypogyna; stamina 5 quoque hypogyna antheris introrsis bilocularibus, rima longitudinali duplici dehiscentibus; ovarium liberum 1—3-loculare placentis parietalibus; styli plures saepe partiti vel stigmata plura sessilia integra emarginatare; capsula unilocularis loculicida dehiscens 3—5-valvis; semina plurima; embryo erectus albumine carnoso inclusus, radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. III. p. 359; Koch syn. pl. p. 97; Rchb. fl. g. p. 711.

Herbae palustres foliis alternis glanduloso-pilosis, junioribus circinatis: floribus saepius racemosis subsecundis vel terminalibus solitariis.

Gen. 157. **Drosera L. Rosika.**

Calyx profunde 5-fidus aut potius 5-sepalus sepalis ima basi cohaerentibus: petala staminaque 5; styli 3—5 bipartiti; capsula unilocularis apice 3—5-valvis; flores albi racemosi vel spicati subsecundi. — Folia juniora circinata ab apice basin versus involuta. Koch syn. pl. p. 97. Rchb. fl. g. p. 711, g. 861.

1 Foliis oblongo lanceolato-vel obovato-spathulatis margine pilis laete rubris circinatis 2

Foliis orbiculatis pilisque laete rubris circinatis; scapo erecto foliis triplo longiore spicato. — Folia rosulato-patentia, pili laete rubri, tota planta rubicunda; scapus 5—6-pollicaris; spica simplex aut

conjugata; flores parvi albi pedicellis erectis; stigma clavatum; capsularum valvulae medio seminiferae. ♃. In uliginosis, paludosis pratisque turfosis circa Žabnik prope Varasdinum, in illis ad Čret et Sv. Križ in Zagoria. (Clariss. Klinggræff.) Rchb. fl. g. 4522. (Ros solis septentrionalis Scop.) Il.-Ag. **D. rotundifolia L.**

2 Scapis erectis foliis duplo longioribus; foliis oblongo-lanceolato-spathulatis vel lineari-cuneatis. — Scapus 4—6-pollicaris; corolla magna rosea, rarius alba; semina oblonga testa reticulata laxissime inclusa. ♃. Vis. fl. dalm. p. 350 in paludosis circa Narenta. — Rchb. fl. g. 4524. (D. anglica Huds., D. obovata M. K.) Il.-Ag. . . . . **D. longifolia L.**

Scapis adscendentibus, basi arcuato-decumbentibus folio paullum longioribus; foliis obovato-cuneatis. — Flores parvi albi; scapi vix ultra pollicares sub spica. ♃. In paludosis turfosique cum prioribus, sed multo rarius. Rchb. fl. g. 4523. Il.-Ag. **D. intermedia Hayne.**

Gen. 158. Parnassia L. Talija.

Calyx 5-sepalus; corolla 5-petala; parapetala 5 setoso-ciliata glandulifera; stamina 5; stylus nullus; stigmata 4 sessilia; capsula unilocularis apice 4-valvis. — Flos terminalis, corolla nervosa, herba glabra. — Koch syn. pl. p. 98; Rchb. fl. g. p. 710, g. 850.

Parapetalis (nectariis) 9—13-radiatis, petalis breviter unguiculatis; foliis radicalibus cordatis, caulino cordato-amplexicauli; corollis candidis venis aquosis, parapetalis flavo-viridulis. — Radix fibrosa; caulis erectus angulatus simplex unifolius et uniflorus; petala obcordata; parapetala petalis opposita, apice setis globulo terminatis ciliata. — Stamina ante pollinis explosionem germini incumbunt, peracta autem explosione eriguntur. ♃. In pratis locisque humidis planitierum montiumque Croatiae australis, nec non circa Zagrabiam et in Zagoria haud rara. Rchb. fl. g. 4520. Il.-Ag. . . . . **P. palustris L.**

Observ. In Croatia australi praesertim montana haud rara et circa Zagrabiam copiosissima, in syll. fl. cr. erronee omissa.

Subordo III. Ovarium unicum placentis centralibus.
a) Petala et stamina disco basi calycis adnato inserta.

Fam. XVII. **Celastrineae R. Br**

Flores hermahproditi aut abortu unisexuales laciniis aestivatione imbricatis: calyx 4—5-fidus persistens disco carnoso intus adnatus; corolla 4—5-petala sub disci margine inserta perigyna; stamina supra discum inserta petalorum numero aequalia iisque alterna; ovarium liberum 4—5-loculare loculis uni-vel pluri-oculatis ovulis erectis; placentae centrales; albumen nullum aut carnosum; embryo erectus radicula hilum spectante. — Vis. fl. dalm. III. p 234.

Frutices foliis simplicibus compositisve oppositis petiolatis; stipulis parvis fugacibusque; floribus axillaribus cymosis vel racemosis.

Gen. 159. **Staphylea L. Klokoč ili Klokočina.**

Calyx 5-partitus coloratus basi intus disco tectus; petala staminaque 5 circa discum inserta; styli 2—3 subcoaliti; ovarium 2—3-lobum; capsula 2—3 locularis introrsum dehiscens loculis oligospermis. — Koch syn. pl. p. 160.

Foliis pinnatis, foliolis 5—7 oblongo-lanceolatis glaberrimis serratis basi pilosis; floribus racemosis; capsulis membranaceis inflatis. — Arbuscula valde ramosa foliis pinnatis cum impari; floribus racemosis racemis pendulis; bracteis setaceis; calyx coloratus 5-partitus laciniis obovatis; petala basin versus attenuata; capsulae sutura coalitae apicibus acuminatis introrsum dėhiscentes; semina ossea ad hilum truncata. ♄. In sylvis montanis saxosis circa Kalnik, Toplikam, in montibus Ivanščica in illis ad Zagrabiam et Samobor, nec non in monte Klek et Merzin alibique in Croatia istaque Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4823. Mj.-In. . . . . **St. pinnata L**

Gen. 160. **Evonymus L. Kurika.**

Calyx planus 4—5-fidus basi disco peltato tectus; petala 4—5 ad marginem disci inserta; stylus 1; capsula 3—5-lucularis, 3—5-angularis valvulis medio septigeris; semina in lobulis solitaria arillo succulento ad medium vel tota tecta. — Koch syn. pl. p. 161; Vis. fl. dalm. g. 235; Rchb. fl. g. p. 827, g. 942.

1 Capsulis subquadrilobis obtusangulis, laevibus, apteris 2
Capsulis subquinquelobis alato-angulatis; petaiis subrotundis; ramis teretibus vel subcompressis laevibus foliis oblongo-ellipticis serratis glabris. — Frutex 10—14-pedalis et ultra, ramuli compressi demum teretes, folia magna lata; pedunculus cymae longissimus filiformis debilis; petala ovata acuta carnea; fructus

*

magnus dilute kermesinus, arillus aurantiaco-coccineus; embryo seminibus non raro geminis. ♄. In sylvis montanis Zagrabiensibus circa Medvedgrad et fontem regium; in Zagoria; in monte Klek et Merzin. Syll. fl. cr. — In sylvis montis Papuk, ad Zvečevo et alibi. Rchb. fl. g. 5136. In.-Il . . . . . . **E. latifolius Scop.**

2 Ramis tetragonis laevibus; foliis ovali-lanceolatis serrulatis; pedunculis compressis; petalis oblongis viridulis; capsulis roseis quadrilobis acutangulis, arillo aurantiaco, seminibus albis. — Frutex 6—8-pedalis interdum orborescens ramis oppositis brachiatis junioribus tetragonis; folia petiolata acuminata glabra margine serrulata; pedunculi pauciflori; calycis laciniae concavae obtusae; petala ovata denticulata ex albo virentia; capsulae subkermesinae aut roseae. ♄. In sylvis dumetisque ubiqui in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1694 ad sepes circa Zara; in montibus Radigne, Dinara et alibi. Rchb. fl. g. 5134. (E. vulgaris Scop.; E. angustifolius Vill.) Mj.-In. . . **E europaeus L.**

Ramis caulibusque teretibus verrucosis; foliis ovalibus serrulatis; pedunculis filiformi-teretibus; petalis subrotundis obtusis dilute fuscis vel viridulis et fusco punctatis; capsulis subquadrilobis obtusangulis flavescentibus, arillo coccineo seminibusque nigris. — Frutex 5—6-pedalis ramis gracilioribus, foliis brevioribus; petala 4 magna fusca; capsula rosea. ♄. In sylvis montanis, in dumetis et ad sepes in Croatia et Slavonia inprimis montana haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1695 in montibus Velebit, Radigne, Klinovac et alibi. — Rchb. fl. g. 5125. Mj.-I. **E. verrucosus Scop.**

Fam. XVIII. Rhamneae R. Br. Pasjakovine.

Flores hermaphroditi aut abortu unisexuales regulares; calyx 4—5-fidus laciniis aestivatione valvatis deciduis tubo persistente ovarioque plus minus adhaerente; corolla minuta, petalis calycis laciniis alternis saepe squamiformibus; stamina tot quot petala iisque opposita; ovarium disco glanduloso cinctum 2—4-loculare loculis uniovulatis, ovulis erectis; stylus 1; stigmata 3—4, interdum ad basin usque partita; embryo rectus radicula hilum spectante. — Koch syn. pl. p. 161; Vis. fl. dalm. III. p. 231.

Frutices non raro arborescentes foliis simplicibus petiolatis stipulatis; floribus axillaribus solitariis aut fasciculatis.

Gen. 161. **Zizyphus Tourn. Čičimak.**

Calyx planus 5-fidus deciduus basi circumcisa remanente et fructui adhaerente; petala et stamina ante discum carnosum inserta; styli 2—3; drupa succulenta aptera, pyrena ovali 2—3-loculari, loculis monospermis; semina impressa sulco destituta; flores e viridi flavescentes. Koch syn pl. p. 161; Rchb. fl. g. p. 486, g. 641.

Foliis ovatis retusis denticulatis ramulisque glabris; aculeis geminis, altero recurvo, rarius nullis; drupis ovato-oblongis. — Frutex speciosus ramis divaricatis ramulisque aculeatis aculeis geminis uno recto, altero recurvo; folia alterna nitentia trinervia, juniora ad nervos pubescentia; flores axillares pedunculati petalis unguiculatis convolutis; styli duo breves; fructus oblongus ovatusve. ♄. In rupestribus apricis litt. cr. circa Flumen, Plaško, Bukari, Piket, Karlobago, Konjsko et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3111. (Z. sativa Desf.; Z. Jujuba Mill.; Rham. Zizyphus L.) In.-Ag. . . . . **Z. vulgaris Lam.**

Gen. 162. **Paliurus Tourn. Diraka.**

Calyx rotatus 5-fidus; petala obovata convoluta; stamina 5; ovarium pulvinari plano pentangulo semiimmersum; stylus tripartitus; drupa sicca horizontaliter circumalata, pyrena trilocularis trisperma. — Rchb. fl. g. p. 486, g. 641; Vis. fl. dalm. III. p. 232, g. 600.

Ramis pubescentibus; foliis ovatis breviter acuminatis 3-nerviis; floribus luteolis; ala fructus crenulata. — Frutex erectus ramis horizontaliter divaricatis flexuosis basi petiolorum biaculatis, aculeo breviori stipulari recurvo, tertio stipulato erecto; pedunculi ramosi; styli tres breves; fructus globosus. ♄. In locis incultis saxosis sterilibus litt. cr. et Dalmatiae vulgatissimus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1687. Rchb. fl. g. 3110. (P. australis Gaert.; Zizyph. Paliurus W.; Rham. Paliurus L..) In.-Ag.
P. aculeatus Lam.

Gen. 163. **Rhamnus Juss. Pasji-dren ili pasjački-stilac.**

Calyx urceolatus 4-, rarius 5-fidus laciniis post anthesim deciduis; petala angusta exigua; stamina 4 exserta; ovarium exacte liberum; stigmata 3—4;

drupa succulenta, pyrenae 1—4 obovatae antice exasperatae; cotyledones latere involutae naviculares. — Flores viriduli dioici vel polygami. — Rchb. fl. g. p. 487, g. 643.

1 Ramis oppositis; spinis in ramulis hornotinis terminalibus, serius alternis 2

Ramis alternis inermibus . . . . , ... 5

2 Petiolo (plerumque) longitudine stipularum 3

Petiolo stipulis 2—3-longiore; drupis calycis basi persistenti convexiusculae insidentibus; rima seminum clausa, basi apiceque cartilagineo-marginata; spinis terminalibus alaribusque; foliis subrotundo-ovalibus serratis basi subcordatis. — Frutex 6—8-pedalis et ultra erectus; ramuli in spinam attenuantur; folia sunt opposita, rarius alterna, juniora subtus ad venas pubescentia; petioli ciliati, flores pedunculati axillares vel laterales; stylus simplex; stigma quadrifidum. ♄. In sylvis dumetisque vulgaris in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1690 in dumetis circa Sinj et Ragusa. Rchb. fl. g. 3115. (Rh. hydriensis Hacq.) Mj.-In. . . . . **Rh. catharticus L.**

Observ. Baccae recentes 10—20 ingestae vel earumdem succus expressus, vel syrupus vel decoctum illarum vi purgante drastica pollent et parumper etiam diuretica gaudent. — Baccae ipsae immaturae, si cum albumine et aqua ebuliant colorem luteum, marcescentes autem laete viridem, maturissimae et caducae purpureum praebent.

3 Drupis calycis basi persistenti hemispharicae aut plano-convexiusculae insidentibus; rima seminum hiante margine cartilagineo cincta 4

Drupis calycis basi persistenti planissimae insidentibus; rima seminum clausa basi apiceque cartilagineo-marginata; spinis terminalibus alaribusque; foliis ellipticis vel subrotundis serrulatis; petiolis plerumque longitudine stipularum. — Frutex ramosissimus cortice fusco-cinereo; folia glabra obtusa venis et punctis pellucidis variegata, floralia conferta, reliqua remota alterna, omnia serrulata serraturis glandula termitis; stipulae lineares deciduæ; stamina 4; styli duo, rarius unicus; bacca parva colore luteo tingens. ♄. In locis saxosis litt. cr. ad Flumen, Bukari, Praputnik et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1689 in saxosis apricis et rupestribus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3113. (Rh. saxatilis Vis. nec Linn.) Mj.-In. .. **Rh. infectorius L.**

4 Foliis lanceolatis remote crenato-serratis; floribus femineis apetalis; drupis calycis basi persistenti plano convexiusculae insidentibus. — Fruticulus divaricato-procumbens spinis terminalibus alaribusque, cortice cinereo-testaceo; folia basi in petiolum brevem ciliatum attenuata acutiuscula, margine pubescentia, pleraque subcanaliculata; stipulae lineari-subulatae marcescentes deciduae; baccae atrae. ♄. In saxosis apricis collibusque arenosis circa Bosiljevo, Šetsina et Samobor. (Klingr.) Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Čerević. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3112. (Spina infectoria Clus. Mj.-In. . . . . **Rh. saxatilis L.**

Foliis subrotundo-ovalibus ovatisve suboppositis acuminatis inaequaliter denseque serratis; floribus polygamis; stylis ultra medium fissis; drupis mucronatis, mucrone e basi persistente styli orto, notabili, quippe e substantia succulenta fructus ipsius formato, basi calycis persistenti hemisphaericae angulatae insidentibus. — Frutex in solo fertili erectus, in asperis et saxosis jam ad radicem ramosus ramulis in spinam attenuatis; flores hermaphroditi; stylus bi-aut trifidus; bacca nigra nitida bi-aut trisperma. ♄. In asperis et ad sepes litt. cr. veluti ad Flumen, Segniam, Sv. Mihalj, Biljegovina, Bačvica et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3115. Mj.-In. . . . . . **Rh. tinctorius WK.**

5 Floribus in axillis foliorum fasciculatis; deciduis 6

Floribus racemosis dioicis; foliis ovatis, ellipticis lanceolatisve remote denticulato-serratis, glaberrimis coriaceis perenantibus; racemis axillaribus brevibus; baccis trinuculatis. — Frutex erectus valde romosus; petioli pubescentes; pedicellis superioribus adstat bractea integra, inferioribus tripartita aut tridentata, stamina pleraque inperfecta; germen trigonom; stylus brevis; stigma tripartitum. ♄. Vis. fl. dalm. 1688 in saxosis apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3119. (Rh. Clusii W.) Fb.-Apr. **R. alaternus L.**

6 Foliis ellipticis acuminatis subcordatisve serrulatis 2—3-pollicaribus, venis utrinque ad nervum medium subduodecim obliquis rectisque; stylo 3-fido; caule diffuso-erecto; cortice fusco; floribus-flavo-viridibus rubellisve. — Frutex inermis, jam ad radicem ramosis ramis patentibus vel adscendentibus; folia nitida subplicata acuta ad basin dorsi pubescentia; flores polygami; germen rotundatum; bacca nigra. ♄. In sylvis subalpinis alpinisque tractus montium Velebit frequentissimus; in sylvis montanis Croa-

tiae australis circa Sluin, Priboj, Korenica et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1691 in regione subalpina sylvatica montium Velebit et Vela-Paklenica; in Svilaja et Biokovo. Rchb. fl. g. 3118. Mj.-In. . . . . **Rh. alpinus L.**

Foliis ellipticis subrotundisve serrulatis, venis utrinque ad nervum medium 6 obliquis subarcuatis; stylo trifido; caule ramisque prostratis. — Fruticulus humillimus fissuris rupium arcte adhaerens, cortice albido et laevi, in extremitate ramulorum rugoso; folia petiolata venosa; pedunculi filiformes uniflori, flores tetrandri flavo-virides vel viridi-rubelli; petala excisa; stylus trifidus. ♄. In rupestribus litt. cr. montiumque Velebit haud rarus, veluti ad Karlobago, in monte Vratnik, in alpe Debelo-berdo et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3117. Apr.-M. **Rh pumilus L.**

Gen. 164. Frangula Dod. Krušina.

Calyx urceolatus 5-fidus; petala 5 unguiculata stamina 5 foventia; stylus indivisus; stigma coalito-capitatum; drupa succulenta; pyrenae 1—3 angulari-subrotundae, complonatae, basi umbilicatae; flores colorati hermaphroditi quinarii. — Rchb. fl. g. p. 488, gen. 644.

Foliis ellipticis acuminatis integerrimis; pedunculis calycibusque glabris vel adpresse pubescentibus; stigmate indiviso; caule erecto. — Frutex arborescens ramosissimus; folia acuta, subtus ad venas pubescentia; stipulae parvae lanceolatae acutae; stamina brevissima; calycis limbus cum petalis albus; germen subrotundum; stylus brevissimus compressus truncatus; bacca nigra. ♄. In sylvis et dumetis, ad rivulos fluviosque in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3120. (Rh. Frangula L.) Mj.-In. . . . . **Fr. vulgaris Rchb.**

Foliis ovalibus subrotundisve obtusis basi rotundatis subcordatisve crenato-serratis cartilagineo-marginatis; stigmate indiviso; caulibus adscendentibus. — Habitus praecedentis, sed folia opaca, 1—2-pollicaria; flores rubelli obtusiusculi; pyrenae potissimum ternae; calyx superficie interiore cum petalis albus. — Frutex 6—8-pedalis non raro arborescens; in solo pingui erectus, in sterili et saxoso jam ad radicem in ramos patentes divisus. ♄. In saxosis asperis litt. cr. circa Karlobago et Sv. Juraj; in pede alpis Debelo-berdo et ad Halan; in Croatia australi circa Janči Bielopolje et Vrebačka staza, nec non in montibus tractus Ve-

lebit haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3121. (Fr. Wulfenii Rchb.; Rh. Wulfenii Spr; Rh. pumilus Wulf.) Mj.-Iu.

Fr. rupestris Scop.

Fam. XIX. Terebinthaceae DC. Vonjače.

Flores unisexuales regulares; calyx minutus persistens 5-fidus aestivatione imbricatus; petala segmentis calycis numero aequalia, calyci inserta aestivatione valvata; stamina numero petalorum aequalia iisque alterna vel dupla plurave libera et ante discum ovarium cingentem inserta, vel basi connata disco nullo; ovarium uniovulatum; stigma 1 vel plura simplicia; fructus non dehiscens; embryo curvatus Koch syn. pl. p. 164; Vis. fl. dalm. III. p. 238.

Arbores succo resinoso odoratae foliis alternis exstipulatis simplicibus pinnatisve inpunctatis; floribus parvis paniculatis.

Gen. 165. Pistacia L. Pistač ili Trišlja.

Flores dioici apetali, mares calyce 5-fido disco glanduloso obducto; antheris 5 subsessilibus subtetragonis; foeminei calyce 3—4-fido disco nullo; ovario uniloculari; stigmata 3 crassiuscula subsessilia; drupa monosperma. — Vis. fl. dalm. III. p. 238, g. 608; Rchb. fl. g. p. 489, gen. 646.

1 Foliis impari-pinnatis membranaceis deciduis 2

Foliis abrupte-pinnatis coriaceis persistentibus, subquadrijugis, foliolis lanceolatis; petiolo alato. — Frutex erectus ramosissimus non raro arborescens; foliola sessilia integerrima, apice brevi mucrone terminata; stamina 4—5; fructus primo viridis, dein rubellus, tandem niger. ♄. In saxosis litt. cr. circa Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1702 in collibus totius Dalmatiae et in insula Ossero. Rchb. fl. g. 3123. Apr.-Mj.

P. Lentiscus L.

2 Foliolis subseptenis (5—7—9) ovato-oblongis obtusis mucronatis lanceolatisve utrinque attenuatis: petiolo exalato. — Arbor mediocris; foliola alterna integerrima, glabra facie saturrate viridia et nitentia, dorso pallida; flores paniculati; bracteae minimae lineares acuminatae; calyx fl. masc. 6-phyllus, foem. 4-sepalus; germen rotundum; styli tres crassi rubelli; drupa rotunda e caerulescenti atra. ♄. In asperis apricis litt. cr. ad Flumen et Bukari nec non circa Segniam, Jablanovac, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1701 in collibus apricis totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 3125. Apr.-Mj.

P. Terebinthus L.

Foliolis quinis, ternis solitariisque ovatis basi subattenuatis. ♄. E Syria adlata colitur in litt. cr. et dalm. passim. Syll. fl. dalm. — Vis. fl. dalm. Differt ab antecedente foliolis multo majoribus ovatis ad summum quinis et colitur praesertim in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3124. Mj.-In. . . . . **P. vera L.**

Gen. 166. **Rhus L. Ruj ili Rujevina.**

Flores hermaphroditi; polygami, monoici vel dioici; calyx 5-fidus; petala 5; stamina totidem ac petala ante discum perigynum inserta; ovarium uniloculare; styli 3 breves, vel stigmata tria sessilia; drupa sicca uni-, raro trisperma. — Koch syn. pl. p. 164; Vis. fl. dalm. III. p. 239, g. 609; Rchb. fl. g. pag. 489, g. 647.

1 Foliis pinnatis; floribus polygamis; drupa compressa 2
Foliis simplicibus obovato-subrotundis; drupa semicordata venosa glabra, pyrena triangulari; pedunculis pluribus sterilibus demum elongatis hirtis. — Frutex ramosissimus; folia alterna integerrima glabra; flores exigui in paniculam dispositi; bracteae lineares; calyx persistens laciniis oblongis obtusis patibusque; petala oblonga obtusa subvirentia; fructus obverse semicordatus cortice membranaceo rugoso. ♄. In collibus apricis saxosis sylvaticis in plerisque montibus Croatiae, Slavoniae totiusque Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1703. Rchb. fl. g. 3126. In.-Il. . . . . **Rh. Cotinus L.**

2 Foliolis 5—7-jugis, petiolis exalatis ramulisque pallide velutinis; foliolis ovato-lanceolatis inaequaliter grosse serratis concoloribus; thyrso compacto; floribus albis rubellisve. — Frutex mediocris rarius arborescens, villosus foliis impari-pinnatis. ♄. Vis. fl. dalm. 1704 in ruderatis et ad muros agrestes circa Salona, Gravosa et Breno. Rchb. fl. g. 3128. In.-Il. . . **Rh. Coriaria L.**

Observ. Foiia operi coriario inserviunt; flores et fructus adstringunt; hinc in diarrhoea mucosa et dysenteria chronica utiles.

Foliolis 8—10-jugis; petiolis exalatis villosis, ramulis dense badio-villosis velutinisque; foliolis ovato-lanceolatis acute serratis, subtus incanis pilosellisque. — Thyrsi badio-purpurei compacti-spadicem fere referentes. Frutex arbarescens ipsaque arbor speciosa. ♄. Ex America septemtrionali adlata frequemtissime culta et modo hinc inde in hortis, ad muros et sepes quasi spontanea facta. Rchb. fl. g. 3129. Mj.-Il. . . . . **Rh. typhina L.**

Fam. XX. **Amygdaleae Juss. Pečkovnice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx liber 5 dentatus intus lamina subcarnosa nectarifera obductus laciniis dentibusve aestivatione imbricatis; corolla petalis 5 annullo perigyno insertis, aestivatione incurvatis; stamina 20—30 libera cum petalis calycis margini inserta aestivatione incurvata; antheris introrsis bilocularibus. - Ovarium liberum uniloculare biovulatum ovulis pendulis; stylus unicus; stigma simplex; drupa carnosa aut coriacea putamine osseo aut lignoso bivalvi; semine abortu unico, rarius binis inversis; embryone exalbuminoso recto: cotyledonibus carnosis radicula ad hilum versa. — Koch syn. pl. p. 227; Vis. fl. dalm. III. p. 257; Rchb. fl. g. p. 642.

Ambores fruticesce foliis alternis simplicibus serratis: stipulis liberis; floribus pedicellatis bracteatisque.

Gen. 167. **Amygdalus L. Badem.**

Calyx subcylindricus aut campanulatus 5-fidus; corolla 5-petala; drupa extus velutina putamine irregulariter sulcato pertusore maturitate ruptili. — Koch syn. pl. p. 227; Vis. fl. dalm. III. p. 257, g. 626; Rchb. fl. g. p. 646, g. 785.

1 Drupa succosa sapidissima eduli; putamine sulcis irregulariter exarato et foraminibus pertuso 2

Drupa exsucca, coriacea maturitate irregulariter rumpente. . . 3

2 Foliis lanceolatis serratis; drupa tomentosa. ♄. Ex oriente adlata et modo frequentissime culta sub nomine Praska, Praskva ili Breskva. Vis, fl. dalm. — Rchb. fl. g. 4155. Ap.-Mj. **A. Persica L.**

Observ. distinguunter sequentes varietates:

Var. α. carne intus alba, est: A. leucocarpa Guimp.

Var. β. carne intus lutea aurentiaca, est: A. xanthocarpa Rchb.

Var. γ. carne sanguinea, est: A. haematocarpa Rchb.

Var. δ. carne lutea putamini adhaerente. est: A. cydoniaria Tabern.

Foliis lanceolatis simpliciter serratis; drupa glabriuscula. ♄. Ex oriente adlata frequenterque culta. (Golica.) Rchb. fl. g. 4156. **A. Nucipersica Rchb.**

Observ. colitur var. α. carne a putamine solubili et var. β. carne patumini adhaerente.

3 Caule fruticoso; radice valde repente 4

Caule arboreo 10—14 pedes alto et ultra 5

4 Foliis lanceolatis serratis glabris; floribus solitariis; calycis tubo lacinias suas superante; petalis obovatis obcordatisve laete roseis. — Fruticulus 2—3-pedalis; folia in petiolum angustata.

obtusa; stipula ad basin petioli utrinque una linearis, denticulata; flores speciosi breviter pedunculati bini aut terni; calyx angulatus in lacinias oblongas obtusas serrulatas divisus; petala patentia infra medium angustata; stamina rubicunda; germen ovatum; stylus infra medium lana tectus; fructus subrotundus. ♄. Colitur hinc inde in horsis. Rchb. fl. g. 4150. Ap.-M. **A. nana L.**

Foliis oblongis obovatisve basin versus angustatis serratis glaberrimis; calycis tubo lacinias suas aequante; petalis lineari-oblongis albis; fructu ovato. — Fruticulus primo virgaeformis in paucos ramos divisus, deinde crassior altiorque ramosissimus; folia acuta glabra laevia, juniora lanceolata vel lanceolato-ovata, perfecte evoluta obovata; stipulae utrinque ad basin petioli insertae sunt lineari-lanceolatae denticulatae et in petiolum item denticulatum decurrentes; flores sessiles basi squamis cincti; calycis laciniae breves concavae obtusae serrulatae; petala parva obovata brevi ungue instructa; germen ovatum; stylus infra medium pilis tectus; fructus dense tomentosus. ♄. Colitur hinc inde in hortis. Rchb. fl. g. 4149. Ap.-Mj. . . . **A. campestris Bess.**

5 Floribus praecocibus solitariis breviter pedunculatis; calycis laciniis patulis obtusis; petalis ovatis pallide roseis; foliis glabris ovato-lanceolatis denticulatis, dentibus glandula terminatis. — Arbor excelsa; folia evolvuntur ex singula gemma a duobus ad quinque circiter, longe petiolata, marginibus conniventia, facie laete viridia, dorso pallida utrinque glabra, laevia; germen et media styli pars inferior pilosa. ♄. Vis. fl. dalm. 1754 sponte in collibus incultis siccis et culta in tota Dalmatia; in Croatia et Slavonia hinc inde culta. Rchb. fl. g. 4152. Ap.-Mj. **A. communis L.**

Floribus coaetaneis; stylo stamina omnia superante; petalis calyce triplo longioribus; petiolis glandulosis; patumine drupaque compressis. — Petala sunt praemagna laete rosea, basi profunde rubra; semina dulcia. ♄. Colitur hinc inde. Rchb. fl. g. 4152. Ap.-Mj. . . . . **A. hybrida Dierb.**

Observ. coluntur praeterea:

Var. β. petiolis eglandulosis glandulosisve; stylo tantum stamina exteriora superante; putamine durissimo seminibus amaris: A. amara Hayne.

Var. γ. putamine fragili; seminibus dulcibus: A. fragilis Hell.

Gen. 168. **Prunus L. Šljiva ili Šljivica.**

Calyx campanulatus 5-fidus circumciso-deciduus; corolla 5-petala; drupa succosa indehiscens; putamen laeve vel sulcatum foraminibus destitutum. — Flores omnium albi. — Koch syn. pl. p. 228; Vis. fl. dalm. III. p. 258, g. 627; Rchb. fl. g. p. 642, g. 884.

1 Floribus axillaribus fasciculatis aut subsolitariis; foliis junioribus convolutivis 2

Floribus umbellatis aut racemosis; fructibus subglobosis sphaericisve putaminae turgido; foliis junioribus aut conduplicatis aut exsulcatis 9

2 Floribus solitariis; drupa subglobosa tomentosa 3

Floribus fasciculatis aut subsolitariis; fructibus e globoso-oblongis sphaericisve pruinosis pyrena compressa 5

3 Floribus incluse pedunculatis 4

Floribus etsi breviter, tamen exserte pedunculatis foliis ovatis acuminatis duplicato-serratis; petiolis glandulosis. — Frutex 5—6-pedalis divaricato-ramosus; folia duplicato serrata obscure viridia glabra; fructus atro-purpurascens carne luteo-aurentia; dulci. ♄. Ex oriente adlata et hinc inde culta. (P. atropurpurea L.) Rchb. fl. g. 4148. „Crna Natipierka, ili crna Kajsija." Mr.-Ap.

P. dasycarpa Ehrh.

4 Foliolis ovalibus; fructu subduriusculo; semine utplurime acerbo. — Fructus minor ac sequentis, ochroleucus subacerbus. ♄. Ad margines vinearum in dumetis quasi spontanea circa Hrelin et Grišane in litt. cr., secus culta. Rckb. fl. g. 4146. Mr.-Apr.

P. Amarella Trag.

Foliis subobcordatis; fructu molli succoso; seminibus dulcibus. — Fructus luteus, plus minusve rubens aut aurentiacus; flores pedunculi bracteis involuti; petalla ex albo rubella; putamen utraque margine sulcatum. ♄. Ex Armenia adlata, modo ubique culta. „Natipierka ili Kajsija prosta". Rchb. fl. g. 4147. Mr.-Ap.

P. Armeniaca L.

5 Gemmis floriferis unifloris pedunculis glabris 6

Gemmis floriferis subbifloris; pedunculis pubescentibus 8

6 Caulibus erectis; floribus albis niveisve 7

Caule ramosissimo; divaricato-prostrato ramis subspinescentibus velutinis; foliis ellipticis serratis incisisve; pedunculis subsolitariis abbreviatis; calycibus tubulosis; petalis obovatis; fructibus ovoideis subcarnosis. — Folia parvula petiolata acuta serrata sub-

tus incana; flores subsessiles rosei; fructus ruber pulpa tenui. ♄. Vis. fl. dalm. 1756 in summis jugis montium Velebit. (Cerasus prostrata DC.) Rchb. fl. g. 4134. Mj.-In. **P. prostrata Labil.**

7 Ramulis pubescentibus ramisque spinosis; foliis ellipticis vel lato-lanceolatis; fructibus globosis erectis nigris, vel caeruleo-pruinosis porrectis. — Flores foliis praecociores approximati; fructus serotini, hiemales, acerbi. ♄. In collibus apricis, dumetis locisque sylvaticis totius detionis florae nostrae vulgatissima. (Cèrni tèrn. Tèrnula.) Rchb. fl. g. 4135. (P. fruticans Weihe.) Ap.-Mj. **P. spinosa L.**

Ramulis glabris inermibus; foliis ellipticis; fructibus globosis pendulis. — Frutex 15—18-pedalis, ramis glabris; flores nivei condensati; fructus atrorubentes in pedunculo longo subdulcis et mollis. ♄. Colitur hinc inde. Rchb. fl. g. 4133. Ap.-Mj. **P. cerasifera Ehrh.**

8 Ramulis velutinis; foliis ellipticis; fructibus globosis nutantibus. — Flores nivei; petala subrotunda; fructus atroviolacei, sed variant rubicundi, flavi et virides. ♄. Colitur, sed provenit hinc inde in sepibus dumetisque quasi spontanea. „Tèrnovača ili cibara.“ Rchb. fl. g. 4137. Apr.-Mj. . . . . . . **P. insititia L.**

Coluntur occurruntque hinc inde quasi spontaneae:

Var. α. foliis obovato-lanceolatis in aequaliter argute serratis, ad venas pilosellis, calycibusque obtusis ciliatis; floribus subgeminatis coaetaneis, fructu globoso breve pedunculato nigro violaceo serotino. — In dumetis et ad sepes circa Lovrečina in pago Velika. Rchb. fl. g. 4136. Ap.-Mj. . **P. macrocarpa Wllr.**

Var. β. foliis ovali-rhombeis basi inaequalibus obtuse biserratis, subtus in venarum axillis villosis utrinque rugosis. — Rami turionum subspinescentes flores magni albissimi approximati, penduli, rubello-marmorei caeruleo-pruinosi, praecoces dulces. Colitur et ad sepes hinc inde quasi spontanea. (P. floribunda Whe.) Rchb. fl. g. 4138. Ap.-Mj. . . . . **P. vinaria Bechst.**

Var. γ. foliis longe petiolatis ovalibus glanduloso-serratis supra nitidis glabris, subtus villosis; fructibus subglobosis rubris aut flavis rubro-maculatis. ♄. Colitur et in sepibus quasi spontea. (P. rubella Bchst.) Rchb. fl. g. 4139. Ap.-Mj. **P. Brignola Rchb.**

Var δ. foliis ovatis crenatis utrinque pubescentibus; fructibus rotundis apice subexcavatis nigris. ♄. Uti prior. Rchb. fl. g. 4140. (P. subrotunda Bechst.) Ap.-Mj. . . . **P nigra. C. Bauh.**

Var. ε. foliis oblongo-ovatis basi biglandulosis, margine glanduloso-serratis utrinque pubescentibus; fructibus oblongo-ovalibus compressiusculis flavis. ♄. Uti priores. (P. lutea Bechst.) Rchb. fl. g. 4141. Ap.-Mj. . . . . **P. cereola Rchb.**

Ramulis glabris; foliis ellipticis; fructibus oblongis. — Petala oblongo-obovata, alba, sed in colorem virentem vergentia; folia juniora lanceolata obtusa pilis ad costam confertis, adulta latiora acuta. — Haec species est mater prunorum oblongarum variataque in hortis ut antecedens colore et magnitudine fructus. ♄. Colitur et occurrit passim quasi spontanea sub pluribus varietatibus. Rchb. fl. g. 4143. Ap.-Mj. . . . . **P. domestica L.**

Var. α. foliis ovato-oblongis; ramis erecti-pyramidatis; fructu ellipsoideo. — Petala elliptica angusta disjuncta; fructus serotinus saturate violaceus. ♄. Hinc inde culta et passim quasi spontanea. Rchb. fl. g. 4144. Ap.-Mj. . . . . **P. pyramidalis DC.**

Var. β. foliis ovali ellipticis serratis acuminatis subtus pubescentibus; fructu ovato-ellipsoideo, putamine compresso, ovali utrinque angustato. ♄. Uti prior hinc inde. Rchb. fl. g. 4145. Apr.-Mj. **P. damascena Rchb.**

9 Floribus umbellatis cum foliis evolutis aut paullo praecotioribus; foliis junioribus conduplicatis; stigmate capitato reniformi emarginato; stylo longitudinaliter sulcato 10

Floribus racemosis corymbosisve; foliis evolutis demum explicatis; stigmate capitato, non emarginato; stylo non sulcato . . . 13

10 Foliis planis, nudis subcoriaceis; petiolis eglandulosis 11

Foliis subrugosis ovato-lanceolatis subtus pilosellis conduplicatis; drupae ovato-globosae carne putamini adhaerente. — Arbor erecta foliis serratis petiolis biglandulosis; umbellis aggregatis sparsisque sessilibus, squamis gemmarum floriferarum aphyllis. — Rami arboris junioris verticillati adscendentes; fructus plantae sylvestris rubri acerbi. ♄. In sylvis montanis et subalpinis totius Croatiae et Slavoniae montanae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4132. Ap.-Mj. . . . . **P. avium L.**

Obs. Coluntur occurrnntque plures varietates quasi spontaneae et quidem:

Var. α. fruticosa erecta, foliis obovatis crenatis, pedunculis simplicibus; laciniis calycis serratis, fructu rubro acido, est: Pr. intermedia Rchb. fl. g. 4127;

Var. β. foliis obovato-acuminatis conduplicatis glabris; fructibus

cordiformibus, nigris, rubris aut flavescentibus; carne molli non acida, est: P. Juliana Rchb. fl. g. 4128.

Var. γ. foliis ovato-acuminatis glabris; fructu subcordiformi carne duriuscula subfragili dulci adhaerente, est: P. Duracina Rchb. fl. g. 4129.

11 Arborescens ipsaque arbor foliis ellipticis ovatisve 12

Fruticulus plerumque sesquipedalis foliis subcoriaceis lanceolato-ovatis serratis glabris; calycis laciniis serratis; stylo ad basin piloso. — Fruticulus in ramos breves saepius terrae adpressos divisus umbellis tamen ubique tectus; folia gemmarum lateralium obovata rotundato-obtusa; stipulae minimae denticulatae; corollae petala parva obovata; fructus ruber, auster globosus; radix stolonifera. ♄. In montium declivibus, ad aggeres et vias nec non ad rupes Kalnikenses, ad vetustam arcem Rieka; in montibus circa Samobor, in monte Ivanšćica, Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. — Circa Vučin, Zvečevo et passim in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) (Cerasus Chamaecerasus Host.) Rchb. fl. g. 4125. Ap.-Mj. . . . . **P. Chamaecerasus L.**

12 Arbuscula ramis declinatis pendulis non raro terram attingengentibus; foliis ovatis crenatis; calycis lacyniis integerrimis; fructu glabro atro-rubro austero. — Stipulae lineares denticulatae; folia involucri interiora obovata, exteriora membranacea denticulata, alia integra, alia trifida; calyx rubore suffusus; petala ex orbiculato ovata. ♄. Vis. fl. dalm. 1757 ad sepes marginesque agrorum circa Dernis, secus in Dalmatia ubique culta. (Ceras. Marasca Host.) Rchb. fl. g. 4131. Ap.-Mj. . **P. Marasca Rchb.**

Frutex arborescens ipsaque arbor ramis rectis patulisve; umbellis sessilibus; squamis gemmarum floriferarum interioribus foliiferis, foliis planis glabris nitidis, subcoriaceis ellipticis, omnibus profunde serratis acuminatis; petiolis eglandulosis; radice stolonifera; fructu globoso-depresso acido. ♄. Ex oriente adlata nunc ubique culta et hinc inde ad sepes et dumeta quasi spontanea. („Višnja.") Rchb. fl. g. 4130. Ap.-Mj. . . . . **P. Cerasus L.**

13 Corymbis pedunculatis convexis simplicibus; foliis subrotundo-ovatis subcordatisque obtuse serratis acuminatis. — Frutex 6—10-pedalis; fructus vix piso major. ♄. In silvis locisque montanis petrosis in subalpina adscendens circa Kalnik, Samobor, Sv. Šimon; in montibus tractus Velebit. Syll. fl. cr. — In comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1758 in collibus sylvaticis

circa Zara, Sebenico, Trau, inter Spalato et Salona; In fruticetis circa Ragusa, nec non in insulis Veglia, Cherso et Ossero. (Cer. Mahaleb Mill.) „Rašeljika." Rchb. fl. g. Ap.-Mj.

P. Mahaleb L.

Floribus evidenter racemosis, racemis erecto-pendulis 14

14 Racemis erectis; foliis sempervirentibus coriaceis serrato-dentatis subtus triglandulosis; fructus pisi majoris magnitudine, niger, ovatus. ♄. Ex oriente adlatus et in litt. cr. nec non in dalmatico frequenter cultus et hinc inde quasi spontaneus factus. Rchb. fl. g. 4123. „Lovor". Apr.-Mj. . . **P. Laurocerasus L.**

Racemis pendulis; foliis deciduis ellipticis subduplicato-serratis subrugosis petiolisque biglandulosis. — Arbor 20—30-pedalis; fructus piso vix major globosus putamine poroso, niger. ♄. In nemoribus humidis ad ripas in subalpinas regiones adscendes hinc inde, sed non frequens, veluti circa Samobor, Sv. Ana pod Turnom; in pede montis Klek et Merzin. (Padus avium Fl. Wett.; P. vulgaris Host.) Rchb. fl. g. 4119. „Sremza." Apr.-In.

P. Padus L.

Fam. XXI. **Lythrarieae Juss. Vèrbice.**

Flores hermaphroditi subregulares; calyx monosepalus liber persistens dentatus dentibus aestivatione valvatis vel distantibus, sinubus interdum exterius appendiculatis; corolla 4—7-petala calycis fauci inserta ejusque lobis alterna aestivatione imbricato-plicata; rarius nulla; stamina 2—12 infra petala tubo calycis inserta, antheris introrsis, dorso affixis bilocularibus multiovulatis a calyce liberis; ovarium liberum 2—4-loculare multiovulatum placentis centralibus; stylus unicus; stigma capitatum; capsulae membranaceae uni-biloculares polyspermae lacero-aut loculicide-dehiscentes; semina horizontalia aut adscendentia exalbuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa. — Vis. fl. dalm. III. p. 196; Koch syn. pl. p. 276.

Herbae foliis simplicibus indivisis exstipulatis oppositis alternisque; floribus axillaribus solitariis, vel in paniculas spiciformes terminales digestis.

Gen. 169. **Lythrum L. Vèrbica.**

Calyx tubulosus cylindricus 8—12-dentatus dentibus exterioribus erectis longioribus, interioribus patulis; corolla 4—6-petala; stamina petalis numero aequalia aut dupla; stylus filiformis; capsula bilocularis polysperma; placentae crassae dissepimento adnatae Vis. fl. dalm. III. p. 197, g. 576; Koch syn. pl p. 273; Rchb. fl. g. p. 640, g. 782.

1 Floribus 6-andris diandrisve axillaribus solitariis; foliis oblongo-linearibus aut lineari-lanceolatis 2

Floribus 12-adris purpureis dense verticillatis; foliis lanceolatis aut cordato-lanceolatis 3

2 Foliis lineari-lanceolatis sparsis; floribus hexandris; petalis calyce multo brevioribus; capsulis oblongis sexdentatis sessilibus. — Radix tenuis; caulis erectus ramosus; folia radicalia opposita reliqua alterna; flores subsessiles parvi, hexandri sed interdum tantum pentandri pallide violacei aut carnei. ☉. In locis hyeme inundatis, ad fossas et in pascuis in Croatia et Slavonia vulgare, nec minus in Dalmatia cum sequenti. Syll. fl. cr. et Vis. fl. dalm. — Rchb. fl. g. 4113. (L. hyssopifolium Sm.; Lyth. parviflorum Bad.) II.-Sept. . . . . . . **L. Hyssopifolia L.**

Foliis oblongo-linearibus inpetiolum attenuatis; floribus diandris bibracteatis; capsulis oblongis, quadridentatis. — Habitus fere praecedentis, sed flores minimi tenues elongati; rami opposite ramulosi divergentes. ☉. Vis. fl. dalm. 1591 cum priori in humidis et inundatis, nec non in palustribus salsis circa Zara, Spalato, Narenta et in insula Lissa. Rchb. fl. g. 4112. (Lyth. tribracteatum Salzm.) II.-Ag. . . . . . **Lyth. Thymifolia L.**

3 Foliis cordato-lanceolatis, inferioribus oppositis 4

Foliis lanceolatis inferioribus oppositis basi rotundatis, superioribus utrinque attenuatis; floribus ternatis dodecandris, inferioribus verticillatis, superioribus alternis; calycibus basi ebracteatis, dentibus aequalibus alterne subulatis. — Bipedale et ultra, virgatum, glabrum et nitidum; radix lignosa; caules erecti, inferne teretes, superne tetragoni, rami elongati; folia serrulata sessilia acuminata; flores speciosi; calyx purpurascens sulcatus 12-dentatus dentibus brevissimis; petala oblonga saturate purpurea; capsula oblonga. ♃. In humidis locisque inundatis circa Essek et Breznica nec non in pratis humidis in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4115. (Lyth. austriacum Jacq.; Lyth. acuminatum Willd.) In.-Ag. . . . . **Lyth. virgatum L.**

4 Glabriusculum; caule subquadrangulo; foliis oppositis; calycis dentibus externis erectis. — Radix lignosa; caulis erectus ramosus pilis brevissimis inspersus; folia ciliata setulis consita; calyx tubulosus hirsutus sulcatus duodecim dentatus; petala oblonga undulata; capsula calyce persistente tecta. ♃. In paludosis, salicetis, ad ripas et fossas in Croatia et Slavonia ubique vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1590 ad fossas et ripas

locaque paludosa circa Zara, Verlika, Salona, Narenta et Cattaro, nec non in insula Pago. Rchb. fl. g. 4116. Il.-Sept.
Lyth. Salicaria L.

Molle pubescens foliis oppositis verticillatisque; calycis dentibus externis patentissimis. — Praecedenti affine, differt autem foliis utrinque velutinis et directione dentium calycis. Stigma est jam sub aestivatione breve exsertum, postea plus minusve porrectum; caeterum tamen nil est, nisi varietas praecedentis. ♃. In pratis fertilibus humidiusculis ad Crisium, Božakovinam, Zagrabiam et praesertim in illis in Zagoria inferiore ad Čret et Sveti Križ. In.-Ag. . . . . **Lyth. tomentosum Mill.**

Gen. 170. **Peplis L. Piličnjak.**

Calyx campanulatus subcompressus 12-dentatus dentibus 6 brevioribus reflexis; petala 6 fauci calycis inserta fugacia, saepe nulla; stamina 6 ante calycis dentes latiores inserta; stylus brevissimus; stigma orbiculare; capsula bilocularis polysperma. — Calyce brevi campanulato differt a Lythro. — Koch syn. pl. p. 274; Rchb. fl. g. p. 639, g. 780.

Foliis oppositis obovatis aut obovato-cuneatis spathulatisve; floribus axillaribus solitariis subsessilibus. — Bi-tri-pollicare; radix fibrosa; caules decumbentes radicantes; folia glabra laevia; calycis dentes latiores ante et post anthesim connivent, angustiores subulati patent; germen ovatum; stigma sessile. ⊙. In locis hyeme inundatis, in pascuis humidis et ad ripas in Croatia haud rara; in Slavonia in iisdem locis praesertim in comitatu Veroviticensi nec non circa Duboka et Semlin. Rchb. fl. g. 4110. In.-Sept. . . . . **P. Portula L.**

Fam. XXII. **Portulaceae Juss. Tušakovice.**

Calyx bisepalus vel bifidus, rarius 3—5-sepalus aestivatione imbricatus; petala 5 imo calyci inserta vel in corollam monopetalam plus minusve connata; stamina numero petalorum vel pauciora et petalis opposita iisque adnata, vel indefinita libera omniaque fertilia; ovarium liberum vel ima basi calyci adnatum uniloculare tri-multiovulatum, placenta centrali libera; stylus 1 vel nullus; stigmata plurima; capsula circumcisa vel trivalvis; semina albuminosa embryone peripherico. — Koch syn. pl. p. 277.

Herbae plus minusve pingues, succulentae foliis exstipulatis, rarius stipulis scariosis instructae staminibusque corollae antepositis numero variis.

*

Gen. 171. **Portulaca L. Tušak ili Tušanj.**

Calyx bifidus deciduus basi circumcisa remanente; petala 4—6 calyci inserta libera vel basi coalita; stamina 8—15 fundo calycis inserta filamentis liberis vel petalis basi coalitis adhaerentia; ovarium subrotundum; stylus apice in stigmata 3—6 fissus vel partitus; capsula circumcisa. — Koch syn. pl. p. 278; Rchb. fl. g. p. 575, g. 722.

Caule ramisque prostratis; foliis oblongo-cuneatis carnosis; floribus axillaribus solitariis, geminis ternisve sessilibus; laciniis calycis obtuse carinatis. — Caules ramosissimi, diffusi terrae adpressi; sepala dorso compressa; petala obovata, apice integra vel emarginata virdi-flavescentia. ◯. In locis cultis, in arenosis et ad vias nec non in oleraceis in Croatia et Slavonia ubique vulgaris. Rchb. fl. g. 3716. Il.-Ag. . . . **P. oleracea L.**

Caule erecto, ramis diffusis adscendentibus; foliis obovatis; floribus alaribus solitariis pluribusque sessilibus; laciniis calycinis alato-compressis. — Praecedenti persimilis, differt tamen statura plus duplo majore, ramis ramulisque erectis vel erectiusculis, non prostratis atque humi adpressis et praecipue calycis carina alata. ⊙. Colitur hinc inde in hortis in usum oeconomicum. (P. latifolia Hornem.) In.-Ag. . . . . **P. sativa Haw.**

Gen. 172. **Montia L. Bunarka.**

Calyx disepalus persistens; corolla infundibuliformis tubo ad basin usque fisso limboque coalito - quinquepetala laciniis tribus minoribus; stamina 3 ad basin laciniarum minorum inserta; ovarium turbinatum; stylus brevissimus; stigmata 3 puberula; capsula calyce persistente cincta, 3-valvis, trisperma, seminibus subgloboso-angulatis scabris. — Koch syn. pl. p. 278; Rchb. fl. g. p. 575, g. 721.

Foliis oppositis spathulatis integerrimis; floribus albis pedunculatis; corolla 5-partita laciniis vel omnibus quinque, vel tantum tribus alternis staminiferis. — Tota planta glabra et succulenta; radix fibrosa; caulis humilis ramosus rigidiusculus adscendens ramis decumbentibus et radicantibus; germen turbinatum; stylus brevissimus; stigmata 3 pubescentia, semina reniformia. Pollicaris vel spithamaea. ♃. In locis humidis, praecipue arenosis et in fossis exsiccatis, nec non in agris declivibus humidiusculis ad Crisium, Velika, Lovrečina et alibi praesertim in Moslavina et Posavina. (M. minor Gmel.) Rchb. fl. g. 3715. Mj.-Sept. . . . . **M. fontana L.**

Observ. var. β. caulibus flaccidis in aqua fluitantibus elongatis foliisque intensius viridibus, est: M. major W. occurritque ad fontes et rivulos regionum precipue altiorum, veluti Zagoriae superioris.

Fam. XXII. **Paronychieae St. Hill. Herskavice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx liber herbaceus vel scariosus, monophyllus persistens limbo 5-partito laciniis aestivatione imbricatis; corolla pentapetala calycis fauci inserta petalis liberis; stamina 3—5 disco perygino aut subhypogyno inserta filamentis filiformibus liberis, antheris introrsis bilocularibus dorso affixis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium liberum uniloculare ovulis placentae centrali liberae affixis, vel uniovulatum ovulo ex apice funiculi elongati, e fundo loculi orti pendulo; styli 2—3 disjuncti vel basi concreti; fructus siccus trivalvis vel nucumentaceus et indehiscens calyce inclusus, monospermus, embryone annullari albumen includente vel capsularis, embryone subcurvo albumine dorso applicato. — Vis. fl. dalm. III. p. 154; Koch syn pl. p. 279.

Herbae annuae vel biennes foliis oppositis sparsisve; stipulis scariosis; floribus glommerulatis in spicam capitulumve congestis foliis floralibus bracteisque interstinctis.

Gen. 173. **Corrigiola L.**

Calyx herbaceus 5-partitus laciniis rotundatis albo-marginatis concavis; corolla petalis rotundatis calyce paullo longioribus; stamina 5; stylus brevissimus, stigmata 3 sessilia; nucula crustacea monosperma indehiscens; semen funiculo e fundo capsulae orto suspensum. — Vis. fl. dalm. III. p. 154, g. 545; Koch syn. pl. p. 279.

Foliis oblongo-lanceolatis; corymbis terminalibus foliatis subsessilibus; floribus pedicellatis confertis. — Radix gracilis; caules prostrati teretes glabri; folia alterna obtusa integerrima, subcarnosa glabra glauca; stipulae membranaceae; flores exigui albi. ⨀. Vis. fl. dalm. 1479 in arenosis insulae Curzola circa Lago di Blatta et in insula Veglia. Rchb. fl. g. 3711. Il.-Ag.

C. littoralis L.

Gen. 174. **Herniaria L. Priputnica.**

Calyx herbaceus 5-partitus laciniis ovatis; corolla petalis filiformibus calyci subaequalibus; stamina 5; stylus brevissimus bipartitus; utriculus membranaceus monospermus indehiscens, semina in funiculi basilaris apice recto. —

Stipulae et bracteae minimae, herbae ramosae prostratae. — Vis. fl. dalm. p. 154, g. 546; Koch. syn. pl. p. 276; Rchb. fl. g. p. 564, g. 708.

1 Caule herbaceo, ... 2
Caule fruticuloso, radice lignescente; foliis obovatis acutiusculis hirsutis; floribus glommeratis quadrifidis hirtis. — Caules prostrati ramosissimi ramis filiformibus villosis; folia parva conferta villosa; flores sessiles numerosi axillares glommerati; calycis laciniae apice villosae; stamina fertilia tantum quatuor ♃. In saxosis asperis Dalmatiae. Portenschlag. Host. fl. aust. I. p. 318. n. 3. Il.-Ag. . . . . **H. fruticosa Des. 7.**
2 Foliis calycibusque hirtis vel saltem ciliatis 3
Foliis calylibusque omnino nudis, glabrisque; glommerulis axillaribus subdecemfloris. — Radix fusiformis; caules prostrati in ramos alternos divisi; folia ovata aut elliptica integerrima subciliata, inferiora opposita, superiora alterna; stipulae membranaceae; florum racemuli solitarii alterni, oppositifolii, foliosi: flores sessiles luteovirides. ♃. In campis arenosis, pascuis siccis et in ericetis, praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1480 in arenosis siccis totius Dalmatiae. H. rotundifolia Vis.) Rchb. fl. g. 3646. . . . . . . **H. glabra L.**
3 Glommerulis axillaribus subdecem-aut plurifloris; calycibus fructiferis oblongo-ovalibus 4
Glommerulis subtrifloris; calycibus fructiferis ovali-subrotundis setis confertis aequalibus tectis; foliis ellipticis oblongisve. — Tota hirta canescens caulibus prostratis; foliis calycibusque hirtis, foliis oblongis lanceolatisque basin versus attennuatis, glommerulis laxis; pilis laciniarum calycis aequalibus; flores viriduli ♃. In apricis siccis litt. cr. circa Flumen, Martinšćica, Bukari, Portoré et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1482. in collibus apricis locisque arenosis siccis circa Sebenico, Spalato et in insulis Veglia et Ossero. (H. lenticulata All.) Rchb. fl. g. 3650. Mj.-In. . . . . **H. incana Lam.**
4 Foliis ellipticis oblongisve; setis calycinis terminalibus longioribus. Caules prostrati magisque definite pinnato-ramosi; folia calycisque laciniae hirtae apice seta longiore mucronatae; glommeruli subrotundi per laterales ramulos distiche seriati. ♃. In campis arenosis et in glarea fluviorum majorum veluti, Dravi, Savi et aliorum ad Varasdinum, Zagrabiam, Siscium et alibi.

Syll. fl. cr. — Vis. fl. Dalm, 1481. in arenosis siccis totius Dalmatiae. Ap.-In. . . . . **H hirsuta L.**

Foliolis obovato-lanceolatis in petiolum attenuatis laeviter tomentosis vel saltem pilis brevibus inspersis cinerascentibus, margine setulis longioribus ciliatis, secus scabriusculis. — Caules prostrati ramosissimi teretes hispiduli, ad ramificationes paullisper incrassati, basi sublignescentes; radix fusiformis fibris tenuibus aucta, lignescens; folia apice obtusiuscula setulaque apiculata cinereo-cancscentia, floralia minima, dense puberula; flores axillares subracemosi, glommerulis plurifloris, racemulis foliatis; calyx hirtus laciniis margine apiceque aequaliter setuloso-cilialis hirtisve; flores minimi corollae viridulae non exsertae. ♃. In arvis agrisque e inter segetes circa Crisium copiosissima. Syll. fl. cr. (H. Millegrana Pall). Il.-Sept.
H. cinerea Lam.

Gen. 175. **Paronychia Tourn. Herskavica.**

Calyx 5-partitus laciniis ovatis margine subscariosis; corollae petalis setiformibus minutissimis; stamina 5; stylus brevissimus bifidus; utriculus membranaceus operculo adnato indehiscens, monospermus, semine e funiculi basilaris apice pendulo. — Vis. fl. dalm. III. p. 155. g. 547; Koch syn. pl. p. 280; Rchb. fl. g. p, 564, g. 707.

1 Florum capitulis terminalibus 2

Floribus axillaribus terminalibusque. Herba prostrata 1—3-pollicaris rarius ultra; folia ovato-lanceolata ciliato- serrulata acuta stipulas excedentia. ♃. In apricis saxosis et glareosis montium Velebit, veluti in alpe Visočica, Badanj, Debelo-berdo et in monte Sladovac. Syll. fl. cr. (Illecebrum Paronychia L.; Ill. italicum Vill.; Par. hispanica DC). Rchb. fl. g. 3642. Ap.-Mj.
P. argentca Lam.

2 Foliis distantibus, patulis nec unquam imbricatis; caulibus reptantibus nodosis ramosissimis; bracteis suborbiculatis argenteo-scariosis, medio mucronulatis; segmentis calycis oblongis muticis. 3

Foliis dense imbricatis ovali-subrotundis, setoso ciliatis obtusis; stipulis folio brevioribus, capitulis terminalibus involucratis, baseos lateralibus minoribus; bracteis maximis rotundis capitula florum involucrantibus; calycibus muticis. Caules adscenden-

tes ramosi plus minusve canescentes. ♃. In rupestribus apricis circa Nona in Dalmatia: Welden. — Rchb. fl. g. 3645. Mj.-In.
P. imbricata Rchb.

3 Caulibus prostratis; foliis ellipticis aut oblongo-lanceolatis glabris, ciliatis, subcarnosis; floribus terminalibus bracteis acuminatis ocultatis. — Capitula propter bracteas magnas albo scariosas breve acuminatas quasi circumcisa. ♃. In apricis siccis saxosisque in litt. cr. circa Flumen, Segniam et Karlobago. Vis. fl. dalm. 1483 in arenosis apricis siccis, saxosis circa Nona, Scardona, Sebenico, Spalato, Ragusa et Stagnević, nec non in insulis Ossero, Veglia, Brazza; item in montibus Velebit, Gnjat, Svilaja, Marian, Biokovo et Sabo. (Illceb. serpyllifolium Vill.; Ill. Kapela Hacq.) Rchb. fl. g. 2643. Mj.-In.
P. serpyllifolia DC.

Caulibus adscendentibus et una cum foliis oblongis, carinatis setoso-ciliatis dense villosis hispidulisque; florum capitulis densis argenteis; segmentis calycinis muticis; bracteis acuminatis. Praecedenti persimilis et potius illius varietas, differt enim ab illa tantum villositate densa caulium foliorumque. ♃. In apricis asperis et glareosis litt. cr. circa Flumen, Martinšćica et Plaško. In Dalmatia cum antecdenti in iisdem locis. — Rchb. fl. g. 3644. Mj.-In. . . . . **P. capitata Lam.**

Gen. 176. **Polycarpon L. Plievuša.**

Calyx 5-partitus laciniis concavis margine anguste membranaceis; corollae petalis 5 lineari-oblongis brevibus; stamina 3—5; stylus brevissimus tripartitus trifidusve; capsula membranacea trivalvis, unilocularis, apice dehiscens, polysperma. — Vis. fl. dalm. III. p. 156, g. 548; Koch syn. p. 281; Rchb. fl. g. p. 566, g. 711.

Foliis membranaceis obovatis oppositis, caulinis subquaternis verticillatis; stylo tripartito. Caulis prostratus jam ad radicem ramosus ramis diffusis; folia subpetiolata; stipulae oppositae acutae membranaceae lacerae albae; flores minuti; bracteae stipulis similes, oppositae; calycis segmenta patula obovata concava, trinervia carinata, margine membranacea sub apice mucronata; petala alba. ○. In agris sabulosis macris circa Osekovo in Moslavina, in saxosis apricis et ad cisternam fratrum Capucinorum in Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1484 ad vias et in arenosis saxosisque ubique in Dalmatia obvium. — Rchb. fl. g. 3657. Il.-Oct. . **P. tetraphyllum L. fil**

Foliis carnosulis subrotundo-obovatis ellipticisve oppositis quaternisque; floribus terminalibus congeste-cymosis pentandris; stylo apice trifido; petalis subintegerrimis calyce brevioribus. Flores majores ac praecedentis, secus illi valde similis, differt tamen foliis subcarnosis floribusque exacte pentandris. ○. Vis. fl. dalm. 1485 in arenosis circa Sebenico et Ragusa, nec non in insula san Pietro di Nebi. (Hagea alsinifolia Bivon.; Mollia alsinefolia Roem.; Lahaja alsinefolia R. et Sch. Rchb. fl. g. 3658. Mj.-In. . . . . **P. alsinefolium DC.**

b, Petala una cum staminibus thalamo, nec unquam calyci inserta.

Fal. XXIV. **Sileneae DC. Klinčevice.**

Flores hrmaphroditi regulares; calyx monosepalus 5—6-dentatus dentibus aestivatione imbricatis; petala totidem quot dentes calycis illisque alterna vel una cum staminibus carpophoro plus minusve evidenti et elongato inserta; stamina petalorum numero dupla petiolorum unguibus alterne adnata, vel petalorum numero aequalia et cum illis alternantia; ovarium liberum, a basi ultra medium 3—5-loculare, vel basi tantum obsolete 3—5-loculare, multiovulatum, vel placenta centrali, superne saltem libera; styli 2—5 distincti; capsula dentibus 4, 6, 10 dehiscens vel pericarpium subcarnosum non dehiscens; semina albuminosa. — Koch syn. pl. p. 101.

Herbae, rarius fruticuli, saepius dichotomae foliis oppositis exstipulatis.

Gen. 177 **Velezia L.**

Calyx tubulosus 5—6-dentatus basi nudus; corolla fauce barbata petalis 5 angustis carpophoro stipitiformi insertis, limbo emarginato; stamina 5—6; styli; 2—3-capsula teres unilocularis apice 1—6-fida; placenta filiformis; semina pauca oblonga, subtus carinata. Vis, fl. dalm. III. p. 174, gen. 559; Rchb. fl. g. p. 803.

Calyce cylindrico puberulo folio duplo longiori; lamina petalorum bifida; floribus axillaribus subsessilibus roseis. — Prostrata 3—6-pollicaris flexuosa, ramosa, rigida; petalorum lamina calyce tereti elongato multo brevior rosea. ⊙. Vis. fl. dalm. 1531 in siccis saxosis circa Stretto di Morter, Vodiza prope Sebenico et Civitta-vechia in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 5007. In.-Il. . . . . **V. rigida L.**

Obsev. var. β. calycibus crassiusculis subclavatis folio subaequilongis; petalorum lamina obovata 4-fida; seminibus obovatio-quadrifida, est. . . . . **V. quadridentata Sibth.**

Gen. 178. **Gypsophila L. Sadarka.**

Calyx campanulatus angulatus 5-fidus; corolla petalis 5 inferne cuneato-attenuatis, apice carpophori obsoleti cyatiformi insertis; stamina 10; styli 2, capsula unilocularis apice 4-valvis; seminibus reniformi-globosis; floribus albis vel dilute roseis. — Koch syn. plant. p. 101; Rchb. fl. g. p. 801, gen 934.

1 Floribus fasciculato-paniculatis corymbosisve; radice perenni . 2
Floribus sparsis; calycibus rotundato-obtusis; foliis linearibus utrinque attenuatis; radix nonnisi annua. — Radix fibrosa; caulis glaber laevis erectus ramis filiformibus arrecti patulis; petala apice crenulata. ○. In agris campis locisque hyeme inundatis, aestate exsiccatis in Croatia et Slavonia ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4997. Il.-Ag. . . **G. muralis L.**
Observ. var. β. Caule adscendente; foliis lineari-lanceolatis subcarnosis petalisque emarginatis, est: G. serotina Hayne occurritque cum priori, cujus varietas est.

2 Caulibus e basi decumbente fruticulosa adscendentibus; foliis linearibus; subcarnosis, subtriquetris, paniculis fastigiatis; calycis laciniis obtusiusculis; staminibus exsertis. Radix crassa multiceps; caules teretes, subflexuosi erecti aut adscendentes; folia obtusa glabra punctis eminentibus utrinque et praecipue margine scabra, radicalia et caulina inferiora canaliculata, summa minima, facie plana, dorso convexa; rami ramulique villo viscido tecti; pedunculi calycesque glabri; bracteae oblongae membranaceae canaliculatae; calyx 5-fidus laciniis obtusis saltem margine membranaceis; petala apice indivisa vel emarginata; stamina primo patentia, demum reflexa. ♃. vel. ♄. In campis arenosis montanis et in saxosis circa Kalnik, Rieka et Sudovec. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1387. in saxosis montis Dinara loco „Ukovac“ dicto. (G. arenaria WK.; Lychnis Gyposphila Gmel.) Rchb. fl. g. 5002. Ag.-Spt. **G. fastigiata L.**
Caulibus herbaceis erectis; foliis late lanceolatis connato semiamplexicaulibus 3—5-nerviis; panicula elongata dichtoma laxeque ramosa; calycis laciniis acutis, staminibus corollam subaequantibus. Affinis G. perfoliatae L., quae differt foliis saltem inferioribus puberulis ex ovato lanceolatis brevioribus latioribusque; panicula glabra; pedicellis calycem obtusum subaequantibus, dum in Gyps. hac folia sunt glaberrima, longe lateque

lanceolata; panicula viscoso-puberula; pedicelli calyce acuto duplo triplove longiores floresque majores; folia basi 5-nervia, nervis extimis tenuioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 1488. in Dalmatia orientali. . . . . , . **G. scorzoneraefolia Desf.**

Gen. 179. Tunica. Scop.

Calyce 5-dentato basi squamis fulto; petala 5 basin versus sensim cuneato-attenuata; capsula unilocularis apice 4-valvis; semina peltata uno latere concava, altero excavata. — Koch syn. pl. p. 102.

Caulibus diffusis demum adscendentibus; foliis lineari-subulatis margine scabbris basi membranaceo-marginatis cauli adpressis. — Radix multiceps; caules graciles teretes ramosi; folia connata margine scabra, dorso convexa, facie plana infra medium margine membranacea; pedunculi glabri; calyx squamis 4 oblongis acutis margine membranaceis cinctus; petala pallide rosea lineis saturatioribus variegata; styli supra medium pubescentes. ♃. In collibus lapidosis campisque siccis, in ruderatis murisque ad Kalnik, Zagrabiam, Samobor et alibi in regionibus montanis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1489 in saxosis apricis totius Dalmatiae. (G. rigida Rchb.; G. Saxifraga Auct.) Rchb. fl. g. 5006. Mj.-Oct. . . . . . . **T. Saxifraga Scop.**

Observ. var. β. floribus plerisque subsessilibus in capitulum aggregatis binis ternisve, est: T. aggregata Moris.

Var. γ. caulibus 1—3-pollicaribus strictis evidenterque scabris, floribus minoribus, est: T. scabra Schult.

Gen 180. Dianthus L. Klinčić ili Karanfil.

Calyx basi squamis fultus 5 dentatus; petala 5 ad faucem in unguem linearem contracta apice carpophoro styliformi inserta; stamina 10; styli 2; capsula unilocularis apice 4-valvis; semina peltata, hinc convexiuscula, illinc concava et carina prominula percursa. — Koch syn. pl p. 102; Vis. fl. dalm. III. p. 158, g. 551; Rchb. fl. g. p. 803, g. 936.

1 Floribus in involucro scarioso polyphyllo magno congestis inclusisque; (calyce tereti; petalis longe unguiculatis, contiguis) . 2
Floribus ex involucro foliaceo exsertis, aut involucro plano nullo; (calycibus teretibus; petalis longe unguiculatis) 4

2 Caule glabro; foliis omnibus aut ciliatis, aut margine serrulato-scabris . . . . , ... 3

Caulis internodiis velutino-pubescentibus; foliis nonnisi infimis ciliatis, caeteris glabris; involucri squamis omnibus acutis; calycibus cylindraceis pedicellatis; petalis roseis lineari-spathulatis exsertis, bilobis; seminibus muricatis, dorso convexis cuculatis. — Superne glanduloso-pubescens; floribus capitatis; squamis calycinis latissimis, extimis cuspidatis, interioribus calycem excedentibus. ⊙. Vis. fl. dalm. 1492 in arenosis sterilibus insulae Lesina ad Cittavechia et in insula Lissa. Rchb. fl. g. 5010. (Tun. velutina Fisch.) In.-Il. . . . . **D. velutinus Guss.**

3 Foliis omnibus ciliatis; involucri squamis inferioribus obtusis; calycibus cylindraceis sessilibus; petalis obovatis retusis limbo vix exsertis, roseis. — Radix gracilis; caulis erectus rigidus spithamaeus simplex aut ramosus; folia linearia canaliculata ad oras carinamque setulis minimis exasperata; calyx quadrisulcatus squamis oblongis membranaceis mucronatis cinctus, inferioribus angustioribus; corollae lamina subemarginata glabra, ungue longissimo lineari. ⊙. In herbidis saxosis circa Kalnik, Samobor et in montibus tractus Velebit haud rarus. — In Slavonia in arvis lapidosis et ad vias circa Bankovce, Velika, Duboka, Stražeman et Vučin; circa Semlin et alibi praesertim ad Duzluk. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1490 in siccis saxosis apricis circa Zara, Sebenico, Torrette, Trau, Reviera dei Castelli nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 5009. (Tun. prolifera Scop.) In.-Ag. . . . . **D. prolifer L.**

Foliis omnibus margine serrulato-scabris; involucri squamis interioribus obtusis; calycibus supra ovarium ampliato-infundibularibus, centralibus attenuato-pedicellatis; petalis obcordatis exsertis. — Caulis sulcatus tetragono-compressus, superne ramosus; folia latitudine varia, infera obverso-lanceolata obtusa, reliqua linearia acuta basi breviter vaginantia et margine membranacea, caeterum serrulato-scabra; flores terminales involucro scarioso cincti subtriflori, squamis infimis acutis, reliquis obtusissimis calycemque omnino ocultantibus; petala rubro-violacea venis obscurioribus reticulata longeque unguiculata; capsula obovata; semina cymbaeformia. ○. Vis. fl. dalm. 1491 ad margines agrorum circa Castelnouvo di Cattaro, Budua et Pastrović. In.-Il.

D. obcordatus Reut et Marg.

4 Floribus aggregatis, i. e. fasciculato-capitatis corymbosisve involucratis 5

Foliis in caule ramisque solitariis 12

5 Squamis calycinis bracteisque glabris, nec sulcatis 6

Squamis calycinis bracteisque evidenter pubescentibus vel plane hirsutis sulcatisque; foliis linearibus utrinque attenuatis, apice obtusis. — Radix fusiformis; caulis pedalis et ultra, erectus teres ramosus, pubescens; folia plana pubescentia, ciliata, infima spathulata, reliqua lineari-lanceolata, carinata basique connata; calyx squamis 4 membranaceis oblongis in cuspidem attenuatis cinctus apiceque in lacinias subulatas divisus; petalorum lamina purpurea, punctis albis variegata, supra medium dentata, ad basin pilosa. ⊙. In ericetis, et sylvis; ad sepes in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1493 in pratis siccis circa Slimnica prope Zara et alibi in sylvaticis. Rchb. fl. g. 5011. (D. hirsutus Lam.) Mj.-Ag. . . . **D. Armeria L.**

6 Foliis omnibus sessilibus linearibus vel lineari-lanceolatis . . . 7

Foliis breviter petiolatis lanceolatis; bracteis exterioribus lineari-lanceolatis acutissimis reflexo-patentibus; squamis calycinis herbaceis ovatis aristatis, arista subulata tubum aequantibus; petalis barbatis. — Caulis adscendens pedalis et ultra; folia lata; flores aggregato dense fasciculati. ♃. In sylvis montosis, in dumetis et collibus sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5013. In.-Ag.. . . . . **D. barbatus L.**

Observ. var. β. bracteis squamisque ovato-subulatis tubo calycis brevioribus; petalis dentatis; foliis infimis brevissimis vaginaeformibus, reliquis confertis lineari-lanceolatis, est: D. lancifolius Tsch. occurritque in sylvaticis saxosis pratisque montanis circa Zagrabiam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5014.

7 Vaginis latitudinem folii 2—4 superantibus; squamis calycinis coriaceis 8

Vaginis latitudinem folii subaequantibus; squamis calycinis herbaceis ovatis aristatis; bracteis lanceolatis attenuato-acuminatis subquinquenerviis; petalis saturate rubris immaculatis. — Caules erecti teretes setulisque brevibus adspersi; folia acuta setulis consita serrulata ciliataque; florum fasciculi 2—3 caulem terminantes; involucri folia calyce breviora, ovata ciliata; calyx 5-dentatus dentibus ciliatis, basi fultus squamis 4 ovatis acutis calyce duplo brevioribus. — Inflorescentia habitusque fere D. barbati L. petalis tamen saturrate rubris immaculatisque facile distinguitur. ♃. In collibus graminosis dumetosis ad pedem al-

pis Visočica et Debelo-berdo. Syll. fl. cr. — (D. umbellatus DC.) Rchb. fl. g. 5022. II.-Oct. . . . . . . **D. collinus WK.**

8 Vaginis latitudinem folii 4-superantibus 9

Vaginis latitudinem folii nonnisi bis superantibus; squamis calycinis pallidis laevigatis oblongis, in apicem herbaceum lanceolato-subulatum tubumque subaequantem terminatis; petalis obovato-cuneatis rubris roseisve, supra pilosis; foliis lanceolato-linearibus margine serrulatis. — Flores variant in fasciculo pauci vel plures congesti; vagina foliorum longior vel brevior; bracteae apice emarginatae et ex emarginatura cuspidatae vel apice integrae et in cuspidem foliaceum attenuatae, quae postrema forma exhibetur sub D. glauceophylli Horn. vel D. capitati Poll. nomine. (Rchb fl.g. 5015.) ♃. In collibus apricis saxosis ad St. Rochum in provincia Likana. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1496 in sylvaticis herbidis totius Dalmatiae, praesertim montanae, veluti in montibus Velebit, Dinara, Biokovo et in insula Veglia. In.-Ag. **D. liburnicus Bartl.**

9 Foribus in capitulum terminale 12—30-florum congestis . . . 10

Florum capitulis nonnisi 4—7-floris; squamis calycinis brunneo-scariosis obovatis obtusissimis arista subulata tubum dimidium supuraentibus; foliis linearibus apice attenuato-acuminatis basi longe vaginantibus, margine serrulatis, subtus trinerviis, supremis vagina duplo brevioribus. — Radix longissima; caules pedales et ultra erecti, teretes; folia subcanaliculata, caulina basi connata; petalorum lamina cuneiformis dentata, facie pilis adspersa rubra aut rosea. ♃. In pratis siccis collibusque herbidis ad Crisium, Lobor, Zagrabiam et alibi in Croatia et Slavonia montana. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1495 in sylvaticis montium circa Ragusa. Rchb. fl. g. 5019. II.-Ag. **D. Carthusianorum L.**

Observ. var. β. bracteis squamisque obcordato-cuspidatis calyce acuto dimidio brevioribus cauleque tetraquetro, est: D. vaginatus Vill. occurritque in iisdem locis ac prior et praesertim circa Psarjevo, Kalnik et Samobor. Rchb. fl. g. 5018.

10 Caule basi decumbente lignoso, ramis annotinis arrectis simplicibus; foliis linearibus apice attenuato-acuminatis, margine serrulatis, subtus trinerviis bracteis squamisque oblongo-ovalibus aristatis, calyce profunde quinquefido dimidio brevioribus, dentibus lanceolato-acuminatis; petalis lineari-spathulatis sanguineis. — Caulibus obtuse-tetragonis nodoso-articulatis glabris, glau-

cescentibus; flores conferte aggregati in capitulum hemisphaericum, nodo suffultum; bracteae scariosae fuscae aristatae e nodo prodeuntes, capitulo breviores; fasciculi et flores breviter pedicellati, pedicellis bracteis conformibus; calycis tubus glaber striatus, basi ventricosus virescens, sursum attenuatus atropurpureus dentibus acuminatis elongatis ciliatisque; petala apice emarginata, aut rosea, supra viride-punicea, subtus atro-rubra. ♃. Vis. fl. dalm. 1494 in asperis et inter segetes Mavice prope Verlika; in saxosis montium Velebit et Prolog; in asperis circa Boccagnazzo et Trau. In.-Ag. . . . . **D. sanguineus Vis.**

Caulibus plus minusve erectis strictisve nec unquam basi lignosis; foliis omnibus linearibus integerrimis 11

11 Bracteis calycinis ovali-acuminatis, basi albido-pruinosis herbaceis, extimis calyce longioribus; caule geniculato-adscendente teretiusculo; foliis ventricoso-vaginantibus. — Radix multiceps; caules 2—3-pedales; folia inferne in tubum connata; florum capitulum stipatur foliis oblongis, in cuspidem attenuatis; calyx striatus; petalorum lamina rubra dentata facie pilis adspersa. ♃. In collibus apricis circa St. Rochum et Belaj, in pascuis ad Vrebačka-staza et alibi in provincia Likana. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Essek, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 5016. In.-Ag. . . . . **D. atrorubens All.**

Bracteis squamisve calyce acute 5-dentato serrulato dimidio brevioribus; petalis subtricrenatis glabris; caule tetraquetro; floribus minimis saturate rubris, rarissime albidis. — Radix multiceps; caules teretes adscendentes spithamaei aut pedales; folia linearia margine setulis minimis scabra, tantum inferiora basi connata; involucri loco foliola 2 brevissima, inferne dilatata et margine membranacea; calycis laciniae ciliatae; flores minimi. ♃. In collibus apricis herbidis ad Carolostadium, Kamenjak, Jelenje, circa Flumen, Bukari et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5017. (D. biflorus Sibth.) In.-Il. . **D. diutinus Kit.**

12 Petalorum laminae profunde fimbriate 13

Petalorum laminae nonnisi dentatae aut plane integerrimae; flores incarnati aut purpurei 19

13 Squamis calycinis calyce ipso 3—4-brevioribus 14

Squamis calycinis ovalibus ovatisve longe cuspidatis quaternis calyce dimidio brevioribus; calycis dentibus lanceolato-acuminatis, margine membranaceis, ciliatis; petalis supra pilosis; foliis li-

neari-attenuatis acutis planis, margine serrulato-scabris, subtus trinerviis; floribus carneis fragrantibus. — Radix horizontalis; caules erecti superne ramosi setulisque scabri; folia canaliculata, margine scabra, floralia minima dorso scabra; squamae calycinæ ovatae ciliatae in cuspidem subulatam scabramque attenuatae laciniis ciliatis; unguis petalorum canaliculatus, lamina cuneiformis in lacinias multas, breves divisa, dorso pallida, facie laete purpurea maculisque saturatioribus variegata, ad basin pilosa. ♃. In collibus petrosis sylvaticis dumetisque circa Kamenjak et Jelenje. Vis. fl. dalm. 1497 in saxosis circa Zara. Rchb. fl. g. 5031. (D. alpestris Sternb.; D. odoratissimus Vest.) Il.-Ag. . . . . **D. monspessulanus L.**

14 Foliis lineari-subulatis plus minusve glaucescentibus 15

Foliis lineari-lanceolatis viridibus acuminatis, inferioribus obtusiusculis; area petalorum oblonga; caulibus subsolitariis, bi-multifloris, floribus sparsis; calycis squamis ovatis acuminato-aristatis tubo triplo-brevioribus. — Caulis erectus pedalis et ultra; petala tenuisseme dissecta, rosea, herba viridis. ♃. In pratis humidis uliginosis circa Budinščina, Ratkovec et Lobor. Syll. fl. cr. — In Slavonia in pratis, udis turfosis haud rarus in comitatu Syrmiensi. Kit. iter I. cr. — Rchb. fl. g. 5032. Il.-Ag. **D. superbus L.**

15 Petalorum laminis calyce 2—3-brevioribus imberbibus; foliis viridibus 16

Petalorum laminis calycem aequantibus 18

16 Caulibus gracilibus subunifloris plurimisque ex eadem radice; foliis strictis supra paullisper canaliculatis, subtus subcarinatis 17

Caule adscendente tereti paucifloro; foliis aequalibus anguste linearibus strictis subulatis; squamis calycinis subsenis obovato-rotundatis, breve cuspidatis. — Radix multiceps; folia subcanaliculata ciliata; flores suaveolentes; laciniis calycis acuminatis margine membranaceis, ciliatis; petalorum lamina albida in lacinias lineares divisa, ad basin pilosa maculisque purpurəis variegata. ♃ In montanis herbidis alpinisque tractus montium Velebit, veluti in alpe Visočica, Badanj, Samar, Debelo-berdo, nec non in valle Farkašić-draga; ad Vrebačka staza et ad Modruš. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5027. In.-Ag. . **D. serotinus WK.**

17 Sqamis calycinis 4—6 ovalibus setaceo-cuspidatis; foliis integerrimis versus basin utrinque membranaceo-dilatatis; corollis can-

didis omnino nudis; petalorum unguibus lineari-subulatis; laminis subrhombeis. — Radix multiceps; caules spithamaei simplices aut superne ramo uno alterove aucti, glabri, laeves, primo decumbentes, dein erecti; folia lineari-subulata, canaliculata margine apicem versus scabriuscula, infra medium ciliata. ♃. In saxosis ad lacum Milanovo-jezero ad lacus Plitvicenses prope Priboj; in rupestribus subalpinis Samar, Badanj et Visočica. (D. saxatilis Pers.) Rchb. fl. g. 5028. In.-Il. . . **D. petraeus WK.**

Squamis calycinis quaternis ovatis acumine suo longioribus; petalorum laminis rotundatis, albis, sed viridi-zonatis, evidenter puberulis; foliis anguste linearibus, strictis, nonnisi infimis argute serratis. — Caules spithamaei, decumbentes, dein adscendentes 1—2 flori; calyx ovatus, elongato-attenuatus rubens; corolla parva; caudiculi dense caespitosi, basi decumbentes, demum adscendentes. — Praecedenti similis; differt autem corollis multo minoribus, petalis albis sed eleganter viridi-vittatis foliisque infimis argute serratis. ♃. In rupibus calcareis ad vetustam arcem Kalnik, et in cacumine montium, rupiumque fissuris ibidem copiosissimus indeque olim sub nomine D. petraei WK. ad amicos missus. Syll. fl. cr. . . **D. serrulatus Schloss. et Vukot.**

18 Caulibus tetragonis 2—5-floris; squamis calycinis subrotundo-ovatis breviter mucronatis; foliis glaucis margine scabris. — Glaucus caule paucifloro; folia turionum rigida condensata caulinaque e basi attenuata arrecta; petala ad medium digitato-multifida area intermedia integra obovata; caudiculi procumbentes radicantes ramosissimi dense caespitosi; flores rosei vel albi, ad faucem saepe maculati, rami imberbes. ♃. In rupestribus collibusque apricis circa Šestina et Markuševec prope Zagrabia; ad pedem montis Ivanšcica circa Podbela, Ivanec et Liepoglava. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5030. (D. blandus Rchb. in cath. hort. Dresd.) In.-Il. . . . . **D. plumarius L.**

Caulibus teretibus subunifloris; squamis calycinis ovatis obtusis breviterque acuminatis; foliis linearibus viridibus. — Palmaris, spithamaeus 1—3-florus; corolla magna alba, saepe disco laete purpurascente, petala ad medium pinnatifido-multipartita, area intermedia integra oblonga; caudiculis procumbentibus radicantibus ramosissimis dense cæspitosis. — Flores odorati, in laminæ basi macula virens pilis albidis vel purpureis adspersa. ♃. In campis arenosis, montanisque asperis circa Korenica, in monte Mer-

zin, in Farkašić- et Vilena-draga, in Jadrina Poljana et in ipsa alpe Plieśivica. Syll. fl. dalm. — Rchb. fl. g. 5026. (Tun. arenaria Scop.; D. arenarius var. β. L.; D. gallicus Pers.) In.-Ag. **D. caespitosus Kit.**

19 Calyce petalorum laminas subaequante 20

Calyce petalorum lamina definite longiore. 21

20 Squamis calycinis quaternis auguste lanceolatis tubi medium aequantibus subulato-cuspidatis; petalis purpureis subtus pallidioribus, supra pilis brevissimis adspersis et versus unguem pilis longis erectis fuscescenti-flavis barbatis lineisque ternis profunde purpureis pictis; foliis linearibus, inferioribus dilatatis. — Radix ramosa multiceps; caulis spithamaeus pedalis laete viridis nitens; calyx cum squamis fuliginosus; petalorum laminae saturate rubrae immaculatae; folia canaliculata margine serrulata. ♃. Ad rupes jugi alpini Visočica montium Velebit inter Pinum Pumilionem. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5035. . **D. nitidus WK.**

Squamis calycinis lato-ovatis brevissimis, exterioribus acuminatis, interioribus truncato-cuspidatis; petalis persicinis vel subkermesinis obovatis imberbibus; caulibus purpurascentibus; foliis viridibus acutis margineque scabris. — Radix lignosa, caules humiles spithamaei raro biflori, rarissime triflori geniculis caulinis purpureis; folia lineari-subulata canaliculata, floralia minima dorso scabra; laciniae calycis ciliatae; petalorum unguis canaliculatus, lamina cuneiformis minutissime ciliata in lacinias multas breves divisa maculisque late purpureis variegata, ad basin pilosa. ♃. In saxosis asperis ad Flumen, in Lazaretto Martinšćica, circa Bukari, in monte Sladovac et ad Karlobago. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5039. Il.-Ag. . . . . . **D. sylvestris Wulf.**

21 Caulibus exacte nudis glabrisque 22

Caulibus pubescenti-scabris, floribus solitariis; squamis calycinis subbinis ellipticis aristatis arista subulata calyce dimidio breviori; foliis lineari-lanceolatis, inferioribus obtusis basin versus attenuatis; petalis saturate kermesinis, basi albo punctatis annulloque purpureo ad faucem notatis. — Radix lignescens multiceps; caules graciles scabri, diffusi, in orbem dispositi pubescentes; folia canaliculata, basi connata, dorso et margine setulis adspersa, calycis squamae membranaceae ciliatae laciniis cuspidatis; styli tortuosi, inferne glabri, superne uno latere pilis purpureis ornati. ♃. In pratis et pascuis siccis, nec non in mon-

tanis sylvaticis totius Croatiae praesertim montanae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5040. (D. campestris M. B.) In.-Sept.

D. deltoideus L.

Observ. var. β. folis glaucis; floribus roseis albisve; petalorum laciniis triangularibus, contiguis, est: D. glaucus L. occurritque cum priori in fruticetis collibusque asperis Croatiae australis, veluti ad Janče, Žutalovka et ad Otočac. Rchb. fl. g. 5041.

22 Petalis obovato-cuneatis obovatisve 23

Petalis oblongo-lanceolatis acutis carneis; caule superne ramoso: foliis lineari-attenuatis acutis planis margineque serrulato-scabris; subtus tri-quinque nerviis, basi brevissime vaginatis; squamis calycinis senis ovato-acuminatis nervosis calycis tubo duplo brevioribus, dentibus oblongis anguste lanceolatis acuminatis, margine membranaceis ciliatisque; petalis roseis, supra glabris. — Planta mirum in modum varians; nunc interrupte et fasciculate racemosa, nunc paniculato-cymosa; squamis omnino vel tantum bascos ciliatis, pedunculis squamosis vel inferne nudis, uni-vel multifloris; petalis elliptico-lanceolatis vel elliptico-rotundatis, integris, denticulatis vel inciso-serratis. ♃. Vis. fl. dalm. 1498 in apricis saxosis collinis totius Dalmatiae litturalis. In.-Il.

D. ciliatus Guss.

Observ. var. α. floribus alternis subsessilibus, vel saltem infimis pedunculatis solitariis fasciculatisve, subracemosis; petalorum lamina elliptica aut lanceolata integra, est: D. racemosus Vis. Rchb. fl. g. 5047.

Var. β. floribus longe pedunculatis subsolitariis, pedunculis cymosis paniculatisve, petalorum lamina obovata, est: D. cymosus Vis., (D. littoralis Host.)

Var. γ. Simplex uniflorus; foliis abbreviatis obtusiusculis rigidis; petalorum lamina obcordata dentata, est: D. serrulatus Broch. occuritpue in asperis circa Ragusa.

23 Calycibus foliisque viridibus nec unquam glaucescentibus . . . 24

Caulibus foliisque evidenter glaucescentibus 25

24 Caulibus herbaceis ramosis, ramis divergentibus elongatis paniculatis scabris; foliis lanceolato-linearibus acutiusculis, margine serrulatis, subtus 3—5-nerviis, basi connatis; squamis calycinis subgeminis late obovatis subulato-cuspidatis tuboque calycis paullo brevioribus, dentibus elongatis lanceolato-subulatis margine membranaceis; petalis rubris, albo maculatis, supra pilosis, subtus

*

virescentibus. — Sesquipedalis, viridis; caules diffusi subtetragoni glabri geniculis incrassatis, ramulis 1—2-floris; foliis glabris, basi ad marginem hyalinis non vaginantibus. ♃. Vis. fl. dalm. 1499 ad sepes marginesque pratorum inter Verlika et Sinj. In.-Il. . . . . **D. viridescens Vis.**

Caulibus suffruticosis decumbentibus caespitosis, ramis gracilibus strictis simplicibus 1—2-floris; foliis anguste linearibus planis acuminatis margine serrulato-scabris, subtus 3-nerviis; squamis calycinis quaternis elliptico-lanceolatis cuspidatis calyce dimidio brevioribus, laxis, calycis dentibus lanceolatis acuminatis, margine membranaceis petalisque glabris albis apice integris parvisque. — Caules decumbentes fere repentes; flores parvi; calyx atrorubens squamis late ovatis, inaequaliter aristatis; petala obovata imberbia brevia. ♃. Vis. fl. dalm. 1500 in saxosis apricis montium Velebit ad Paklenicam montis Prolog, ad Kamešnica et Biokovo ad Triglav. Rchb. fl. g. 5042. (D. alpestris et D. furcatus Balb.; D. integer Vis.) Mj.-Il. . **D. strictus Sm.**

Observ. var. β. calyce pollicari squamas triplo excedente; petalis dentatis calyce sesquilongioribus, est: D. bebius Vis. occurritque cum priori. —

25 Caulibus suffruticosis basi lignescentibus; foliis margine glabris; squamis calycinis subrhombeis 26

Caulibus herbaceis procumbentibus radicantibus ramosis dein caespitosis subunifloris; squamis calycinis quarta parte ipso calyce brevioribus, adpressis, exterioribus ovali-, interioribus rotundato-acuminatis; petalis duplicato inciso barbatis; foliis glauco-pruinosis, margine scabris. — Radix multiceps; caule subterete subuniflori; folia lineari-subulata canaliculata; calyx 5-fidus laciniis latis margine membranaceis ciliatisque; petalorum suaveolentium lamina subcarnea saepius-purpura suffusa, basi pilosa, apice dentata; styli supra medium pubescentes. ♃. In rupibus montanis sylvaticis arenosis in litt. cr. circa Karlobago, et ad Podprag in rupium fissuris ad viam publicam, secus in hortis frequentissime cultus. Rchb. fl. g. 5044. Maly enum. pl. aust. p. 304, n. 28. Syll. fl. cr. (D. glaucus Huds.; D. plumarius Hortul.) Mj.-Ag. . . . . **D. caesius Sibth.**

26 Foliis linearibus acutis canaliculatis margine bascos ciliatis subtus trinervibus 27

Foliis late lanceolato-linearibus planis acuminatis, apice cartila-

gineis margine baseos subciliatis subtus 5—9-nervibus; sqamis calycinis 4 brevissimis striatis, apice nervosis mucronatis bifidisque; calycis dentibus ovatis margine et apice obtusiusculo incrassato cartilagineis petalisque glabris; floribus rubris. — Caules decumbentes, dein adscendentes firmi nodosi una cum foliis glauci; folia ramea lanceolata basi latiora; rami 1—2 flori; vaginae foliorum subcoriaceae, aphyllae, pallidae. ♃. Vis. fl. dalm. 1502 in rupestribus saxosis insulae Pomo. Mj.-In.

D. multinervis Vis.

27 Caule basi decumbente nodoso subcorymboso: foliis elongatis laxis; squamis calycinis 6, imbricato-adpressis, intimis emarginato-acuminatis; petalis contiguis roseis, dentatis, imberbibus. — Habitus fere D. Caryophylli L., sed caule laxo nodoso, foliis laxis squamisque distinctus. ♃. In saxosis montis Ošterc prope Rude ad Samobor; in Croatia australi in rupibus penes viam publicam Karlobago ducentem prope Oštarje. Syll. fl. cr. — Teste Sieber etiam in Dalmatia. Rchb. fl. g. 5052. (D. nodosus Tsch.) Mj.-Il.

D. longicaulis Ten.

Caule elongato, procumbente, ramosissimo aut simpici; squamis calycinis quaternis subrhombeis brevissimis bullatis acutis, calyce apice coarctato triplo brevioribus; petalis obovatis dentatis crenatisve imberbibus; foliis lineari-subulatis canaliculatis cauleque glaucis. — Habitus elongatus foliis longis latiusculis margine laevibus basi scabriusculis; flores solitarii. ♃. Vis. fl. dalm. 1501 in siccis saxosisque apricis totius Dalmatiae vulgatissimus, secus frequentissime cultus. Rchb. fl. g. 50551. Mj.-Il.

D. Caryophyllus L.

Observ. Planta admodum varians magnitudine vix spithamea aut bipedali; foliis longioribus brevioribusve, latiusculis aut angustissime linearibus, undique vel sola basi serrulato-ciliatis; squamis binis ad 8; calycibus ab 8 ad 12 lineas longis; petalis dentatis, dentato-crenatis aut integris, candidis, roseis aut purpureis varieque pictis. Distinguuntur autem praesertim:

Var. α. caulibus elongatis bi-aut plurifloris foliisque glabris; petalis saturate persicinis aut subkermesinis, est: D. virgineus Jacq.

Var. β. minor, caulibus subunifloris, nudis superioribus scarioso-vaginatis, subaphyllis; petalis obovatis dentatis distantibus, est: D. virgineus L. — Occurrit in saxosis apricis et arenosis

maritimis litt. cr. circa Flumen et Bukari. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5049.

Var. γ. caulibus foliisque inferioribus pubescentibus, est: D. pubescens Vis. occurritque in asperis insulae Lesina.

Var. ε. caule tetragono paucifloro; foliis anguste linearibus margine serrulatis; squamis binis calyce cylindrico-ventricoso quadruplo brevioribus laxis scariosis binisque angustioribus subremotis, est: D. caryophylloides Schult. occurritque teste clar. Klinggræff in saxosis apricis circa Markuševec et Vidovec prope Zagrabia. Rchb. fl. g. 5050. — Syll. fl. cr.

Gen. 181. Saponaria L. Sapunjača.

Calyx 5-dentatus basi nudus; corolla 5-petala petalis carpophoro cyathiformi insertis; stamina 10; styli 2; capsula polysperma unilocularis apice 4-fida; seminibus subrotundo-reniformibus — Vis. fl. dalm. III. p. 172, g. 554; Koch syn. pl. p. 108; Rchb. fl. g. p. 800, g. 933.

1 Calyce cylindrico 10-angulato aut exacte tereti; floribus corymboso-aggregatis aut fasciculato-capitatis; radice perenni . . . 2

Calyce late 5-alato-angulato; floribus laxe corymbosis; petalis crenulatis nudis; caule erecto glaberrimo; foliis ovato-lanceolatis basique connatis. — Radix fusiformis; caulis pedalis et ultra teres superne ramosus folia sessilia integerrima glauca amplexicaulia; pedunculi teretes; bracteae lanceolatae acuminatae; petalorum lamina obcordata ungue lineari; germen ovatum; stylii breves; stigmata pubescentia; semina globosa atra. — Tota laete virens; calyx ventricosus; petala laete persicina, raro alba; capsula ovata. ☉. Inter segetes circa Crisium Ludbreginum, Bukovec et alibi in campo Podravano. Syll. fl. cr. — In Slavonia in satis circa Čerević et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1526 in herbidis agrisque cultis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Ragusa et in insulis. Rckb. fl. g. 4991. (S. rubra Lam.; S. segetalis Neck.; Lychnis Vaccaria Scop.; Vaccaria parviflora Mnch.; Vac. vulgaris Host; Vac. pyramidata Gaert.; Gyps. Vaccaria Sibth.) Mj.-In. . . . . **S. Vaccaria. L.**

2 Floribus dense capitatis involucratis; caule subundo laevi; foliis infimis rosulatis spathulatis longe petiolatis trinerviis, caulinis obverse lanceolatis linearibusve; calyce cylindrico decagono; petalis oblongo-linearibus luteis squama minuta gemina coronatis. — Semipedalis; folia duriuscula capitulum densum; involucri

bracteae lineari-lanceolatae calyces subaequantes; stamina longe exserta. ♃. Vis. fl. dalm. 1525 in herbidis lateris meridionalis montis Biokovo. Rchb. fl. g. 4992. Ia.-Il. . **S. bellidifolia Sm.**

Floribus fasciculato-corymbosis paniculatisve; caule foliato scabrido; foliis elliptico-oblongis 3—5-nerviis; calyce cylindrico tereti; petalis obovatis carneis squama subulata, gemina coronatis. — Radix valde repens; caulis bipedalis et ultra erectus ramosus punctis eminentibus scaber; folia serrulata inferiora petiolata, superiora sessilia basique connata; flores suaveolentes; pedunculi scabri; bracteae membranaceae lanceolatae margine hispidulae; germen oblongum; styli filiformes; stigmata simplicia. ♃. Ad sepes, margines viarum, in dumetis et glareosis rivulorum fluminumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1524 ad sepes marginesque agrorum circa Ballina Glavica, Verlika, Knin, Sinj et Beljak. Rchb. fl. g. 4995. (Lych. officinalis Scop.) Il.-Sep. . . . . . . **S. officinalis L.**

Gen. 182. **Cucubalus Tourn. Gušavica.**

Calyx basi nudus subgloboso-campanulatus 5-dentatus dentibus deorsum flexis; petala 5 unguiculata; stamina 10; styli 3; bacca unilocularis; semina reniformia. Koch syn. pl. p. 108; Rchb. fl. g. p. 824, g. 939.

Caule debili 2—4-pedali et ultra brachiato diffuso subscandente; foliis ovatis basi attenuatis acuminatis ciliato-serrulatis; floribus axillaribus terminalibusque solitariis; baccis nigris. — Radix valde repens; caules longissimi tetragoni scabriusculi superne laxe pubescentes, ramosi ramis divaricatis; calyx membranaceus persistens; petala alba distantia bifida ad laminae basin denticulis aucta; germen pedicellatum; styli inferne villosi; baccae globosae nitidae. ♃. Ad sepes; in dumetis sylvisque montanis ad Crisium, Toplikam, Zagrabiam, alibique in Croatia et Slavonia haud rarus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5122. (Silene baccifera W.; Scribaea divaricata Fl. Wett.; Lych. baccifera Scop.; Lychnanthus scandens Gmel.) Il.-Ag. . . . . **C. baccifer L.**

Gen. 183. **Silene L. Silenka.**

Calyx 5-dentatus basi nudus; petala 5 unguiculata carpophoro stipi-aut cyathiformi inserta; stamina 10; styli 3; capsula basi 3—4-locularis, apice 6-valvis; semina reniformia, compressa dorso canaliculata, transverse rugosa. —

Koch syn. pl. p. 109; Rchb. fl. g. p. 812, g. 938; Vis fl. dalm. III. p. 165 et 171, g. 552.

1 Inflorescentia racemosa vel spicata, i. e. floribus alternis in racemos secundos et distichos plerumque geminatos, vel in spicas eodem modo comparatas dispositis cum flore solitario in dichotomia; herbae omnino annuae 2

Inflorescentia paniculata aut corymbosa, vel paniculato-racemosa, vel corymboso-paniculata, rarius floribus solitariis verticillatisve; herbae potissimum perennes, rarius annuae 11

2 Faucis corona connata, — rarissime libera — capsula in calyce subsessili basi 4-loculari, medio ventricosa 3

Faucis corona omnino libera; capsula in calyce clavato definite stipitata 3—4-loculari . . . . , ... 7

3 Calyce evidenter costato hirsutoque pilis articulatis 4

Calyce laeviusculo nudo glabroque; foliis inferioribus obovatis spathulatisve, superioribus lanceolatis; pedicellis omnibus calyce fructifero stricto, cylindrico, oblongo, reticulato brevioribus, supremis brevissimis; petalis bifidis; carpophoro brevissimo; capsulae inclusae. — Spithamaea-pedalis; flores secundi; petala bifida discoloria, subtus e viridi-livescentia; fructus rachi adpressi. ⊙. Vis. fl. dalm. 1505 in arenosis et apricis circa Trau, Ragusa et in insula Lesina. (S. bicolor Mnch.; S. spicata DC.; S. discolor Sibth.) Rchb. fl. g. 5059. In.-Il. . . **S. nocturna L**

Observ. var. β. petalis obverse linearibus emarginatis calyce inclusis, minimis, est: S. apetala Host, occurritque in iisdem locis ac prior.

4 Petalorum laminis integris crenatisve 5

Petalorum laminis evidenter excisis bifidisve 6

5 Foliis oblongis, inferioribus obovatis, superioribus lanceolatis; pedicellis omnibus calyce fructifero ovali erecto costisque strigoso brevioribus; petalis integerrimis; capsula calyci subaequilonga. — Gracilis erecta spithamaea, hirsuta; flores alterni secundi; petala pallide carnea; fructus laxe secundi racemosi erecti. ◯. Inter segetes, praesertim inter Linum in montanis circa Toplikam, Krapinam, Thermas Krapinensis et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in agris sylvaticis editioribus circa Klaustrum, Duzluk, Vučin et Zvečevo. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1503 inter segetes, ad margines agrorum et ad sepes circa Zara, Spalato,

Ragusa et in insulis Unie, Ossero, Veglia et Lesina. Rchb. fl. g. 5054. (S. quinquevulnera Host.) In.-Il. . . . . **S. gallica L.**

Foliis oblongis inferioribus spathulato-obovatis, superioribus lanceolatis; pedicellis inferioribus calyci fructifero ovali erecto-patulo costis lateribusque strigoso aequalibus longioribusve, petalis carneis laeviter crenulatis; capsula calyce sublongiore. — Praecedenti affinis, sed omni ex parte major, flores laxiores, pedicelli longiores et calyx, qui in illa costas habet strigosas, latere glanduloso-pubescentes, in hac est omnino strigosus, strigis laterum tamen brevioribus. Strigae sunt in utraque albae confervoideae. ○. Vis. fl. dalm. 1504 in vineis insulae Lesina ad Cittavecchia. Ap.-Mj. . . . . **S. lusitanica L.**

Observ. var. β. fructibus laxe secundis erectis, praecedentibus multo gracilior, minus hirsuta foliisque angustioribus, est: S. sylvestris Schott. — Caeterum videntur omnes tres praecitatae species una cum sequenti esse formae unius ejusdemque speciei, quae nonnisi statura majori aut minori, partium singularum laxitate aut rigore, indumento, pubescentia simplici aut glandulosa hirsutieque inter se paullisper discrepant.

6 Petalis evidenter excisis; floribus lateralibus erectis alternis; fructibus laxe secundis, inferioribus reflexis; caulibus foliisque viscoso-hirsutis. — Gracilis, erecta spithamaea; radix fibrosa, caulis ramosus flexuosus; folia acuta lanceolata vel obovata; flores axillares solitarii; calyx nervosus hirsutus, primo cylindricus, dein ventricosus; petalorum lamina elliptica emarginata pallide carnea, rarius alba. ○. Inter segetes, praesertim inter Linum circa Toplikam, Radoboj, Krapinam et alibi in societate cum S. gallica L. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5056. In.-Il. . . . **S. anglica L.**

Petalis oblongis bifidis; floribus persicinis erectis subsessilibus; calyce 1—3-costato; caulibus subtrichotomis strictis; foliis anguste lineari-oblongis elongatisve. — Habitus gracilis diffusus fere Cerastii trivialis L., sed caules et rami stricti; flores erecti, parvi; petalorum lamina oblonga emarginata bifidaque rosea vel persicina. — Tota planta piloso-viscidula. ⨀. Inter segetes in litt. cr. ad Portoré et Crkvenicam. Rchb. fl. g. 5057. (Lych. cerastoides Scop.) In.-Il. . . . . **S. cerastoides L.**

7 Petalis evidenter bifidis bipartitisve 8

Petalis integerrimis aut simpliciter emarginatis; foliis carnosis obtusis, infimis obovatis in petiolum attenuatis, superioribus ob-

longis lanceolatisve sessilibus; floribus parvis roseis alternis axillaribus alaribusque, pedicellis filiformibus fructiferis declinatis; calyce cylindrico, fructifero oblongo clavato, carpophoro capsula calycem aequante triplo breviore. — Tota glanduloso-pilosa; folia integerrima, crassa muricata; petala calyce paullo longiora supra carnea, subtus albida. ⊙. Vis. fl. dalm. 1508 in saxosis apricis insularum Ossero inter Lossin grande et piccolo, Solta et Lesina nec non circa Ragusa. (S. Tommasini Rchb., sed non Vis.) Rchb. fl. g. 5064. Mj.-In. . . . . **S. sedoides Jacq.**

8 Caulibus strictis, erectis vel adscendentibus 9

Caulibus prostratis diffusisque; foliis oblongis acutis; pedunculis axillaribus remotis, demum reflexis; calycibus costatis; floribus magnis laete persicinis. ◯. Rchb. fl. g. 5070. Colitur in hortis frequentissime et hinc inde ex hortis profuga et in rejectaculis ruderatisque quasi spontanea. (S. crispa Mnch.) Mj.-I. **S. pendula L.**

9 Caulibus elongatis laxis adscendentibus 10

Caule stricto puberulo exacte dichotomo; foliis ovali-lanceolatis nervosis; inflorescentia dichotoma; calycibus pilosis subsessilibus secundis, subanthesi horizontalibus, flore intermedio,- in dichotomia- evidenter pedunculato; corollis albis. — Radix ramosa; folia petiolata scabra acuta pubescentia, radicalia 5-, caulina 3-nervia; petioli ciliati; ad basin pedunculi utrinque bractea membranacea ciliata, basi connata; calyx 10-sulcatus scabriusculus; petala bifida laciniis subcrenatis; capsulae erectae rachi adpressae. ⊙. In agris inter segetes et in oleraceis circa Pisarovinam, Jamnicam, Ogulin, Otočac et alibi in Croatia praesertim australi non rara. Syll. fl. cr. — In iisdem locis in comitatu Syrmiensi nec non in vineis circa Stražeman et Velika in comitatu Požegano. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 5071. (S. membranacea Poir.) Il.-Ag. . . . . **S. dihotoma Ehrh.**

10 Foliis puberulis, inferioribus ovali-lanceolatis uninerviis, superioribus oblongo-linearibus utrinque attenuatis; floribus roseis remote spicatis secundis, 2—3-floris; pedicellis abbreviatis; calyce fructifero obovato, scabro ad nervos hirtello; carpophoro capsula subexserta triplo breviore. — Caulis erectus a basi ramosus pilis patulis mollibus longis obsitus, ramis virgatis erecto-patulis divaricatisve, laxissime 2—3-floris, pilis adpressis brevibus hirtella. ⊙. Vis. fl. dalm. 1507 in vineis circa Gelsa. Mj.-In.
S. remotiflora Vis.

Foliis pubescentibus, inferioribus obverse lanceolatis basi 3-nerviis, superioribus oblongo linearibus utrinque attenuatis; floribus roseis spicatis; pedicellis omnibus abbreviatis; calyce elongato clavato ad nervos strigis bulbosis hirto; carpophoro capsulam inclusam aequante. ☉. Vis. fl. dalm. 1506 in herbidis et ad sepes circa Zara, Trau, Much, in montibus Mossor et Vermaz et in insula Lesina. In.-Il. . . . . **S. trinervia Sebast.**

Observ. Sil. Gallinyi Heuff. non differt a praecedente, nisi foliis uninerviis, quae interim notae promiscuae sunt; sunt etenim etiam in S. trinervia Seb. folia basi 3-nervia et sursum tantum uninervia.

11 Inflorescentia paniculata vel racemoso-paniculata, i. e. floribus in paniculam simplicem dispositis, in vel pyramidalem latiorem, vel racemosam angustiorem congestis formatam e ramis oppositis dichotome divisis cum pedicello in dichotomia, rarius e ramis repetito dichotomis. — (Panicula mutatur hic interdum in racemum verticillatum, si rami breviores fiunt vel penitus deficiunt, aut in racemum simplicem, si solus flos primarius ramorum explicatur. Koch syn. pl. p. 110.) 12

Inflorescentia corymbosa, vel corymboso-paniculata, i. e. caule dichotome diviso cum pedicello solitario ebracteato in dichotomia et pedicellis terminalibus bibracteatis, ubi ex axilla harum bractearum non amplius ramuli emergunt. (Koch syn. pl. p. 112) 20

12 Petalis denudatis 13

Petalis evidenter coronatis 16

13 Petalis evidenter bifidis bipartitisve; floribus hermaphroditis . . 14

Petalis linearibus indivisis; calyce campanulato nudo; caulibus superne nudiusculis; foliis inferioribus lanceolato-spathulatis, superioribus linearibus; floribus parvis luteolis subverticillato-racemosis dioicis; calycis fructiferi subrotundi glabri dentibus triangulâribus nudis; capsula globosa subsessili. — Pedalis, folia alutaceo-scabriuscula; caulis medio viscosus; flores parvi viriduli; semina minima marginibus dorsalibus arcuatis. — Radix lignosa; styli a duobus ad quinque. ♃. In collibus arenosis circa Granešina, Markuševec et Šestina prope Zagrabia. Syll. fl. cr. — In comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1520 in collibus apricis saxosis circa Zara et Sebenico. Rchb. fl. g. 5095. (Cucub. Otites L.) In.-Sept. . . . . **S. Otites Sm.**

Observ. var. β. elatior, foliis caulinis lineari-lanceolatis patentibus;

racemis patenti-paniculatis, est: S. Pseudo-Otites Bess. occurritque cum priori in Dalmaltia et in asperis ruderatis ad Segniam in litt. cr. — Rchb. fl. g. 5085. (Lychn. Otites Scop.)

14 Foliis spathulato-lanceolatis aut ovali-spathulatis 15

Foliis inferioribus subrotundo-ellipticis basi barbato-ciliatis in petiolum decurrentibus; panicula erecta, subcongesta ramis appositis trichotomis viscoso-annulatis tri-multifloris; floribus porectis; calycibus clavatis dèntibus obtusis. Radix teres ramosa; caulis 1—2-pedalis hirsutus superne viscosus; folia puberula scabriuscula; inferiora elliptico-spathulata in petiolum longum attenuata, reliqua sessilia; panicula interdum thyrsoidea ramis pedunculisque valde viscosis; calyx clavatus 10-angulatus pubescens; lamina petalorum bipartita alba ad basin appendicibus dentiformibus instructa. ♃. In saxosis montium Kalnik et Ivanšćica; circa Samobor alibique in asperis montanis sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. g. 5111. (Cucub. catholicus Beck; C. floccosus Fic.) Mj.-In. . . . **S. nemoralis WK.**

Observ. var. β. foliis incano-subvillosis, radicalibus undulatis, caulinis lanceolatis; panicula trichotomo-diffusa, est: S. pilosa Spr. (Cucub. molissimus WK.; S. molissima DC.; Viscago molissina Baumg.) Rchb. fl. g. 5112., occuritque cum priori in pratis siccis sylvaticis comitatus Syrmiensis. (Kanitz).

15 Caulibus ramosis, superne glabratis viscosisve; foliis inferioribus ovali-spathulatis acutis, superioribus lanceolatis acuminatis; floribus brachiato-paniculatis suberectis; pedunculis 3-multifloris; corollis albis, subtus venis rubellis, plumbeis aut viridibus pictis; calycis fructiferi obovato-clavati 10-nervii dentibus ovato-lanceolatis, obtusis glabris; capsula obovata subexserta carpophoro breviore. — Laevis, pubescens, altior et graciliora S. nutante L., cujus folia, sed flores suberecti, paniculae rami longiusculi arrecti-patentes; 1—2 pedalis. ♃. In collibus lapidosis apricis litt. cr. circa Bukari, Novi, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. In pratis sylvaticis comitatus Syrmiensis. Heuffel. — Vis. fl. dalm. 1517. in collibus sylvaticis agrisque circa Zara, Verpolje, Trau, Spalato, Salona, Almissa, Ragusa nec non in insulis Veglia, Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 5110. (Cucub. italicus Jacq.; Cucub. silenoides Vill.; S. ocymoides H. Par.; Viscago clavata Mnch). Mj.-In. . . . . **S. italica L.**

Caulibus strictis patenti-ramosis, superne glabratis viscosisque;

foliis acutis petiolatis, inferioribus lineari-lanceolatis; floribus brachiato-paniculatis erectis; pedunculis trichotomis; calycis fructiferi clavato-obovati glabri dentibus obtusisusculis ciliolatis; petalis albis, lamina illorum obovata; capsula ovali exserta carpophorum superante. Caulis bipedalis patenti-ramosus; flores parvi, calyces campanulati, corollae pallide virentes aut plane albae. ♃. Vis. fl. dalm. 1519 in montibus prope Almissa nec non in monte Marian. (Viscaga fusca Mnch. Cucub. catholicus Jacq.; Cucub. glutinosus Retz.; S. glutinosa Pers.) Rchb. fl. g. 6103. In.-Il. . . . . **S. catholica Ail.**

16 Caulibus superne glanduloso-viscosis; radice perenni 17

Caulibus nudis, rarius superne glabrato-viscidulis; foliis inferioribus lanceolato-spathulatis obtusis puberulis; superioribus lineari-acuminatis; floribus roseis laxe 2—3-chotome paniculatis; calycis fructiferi ovato-subrotundi 10-nervii dentibus lanceolatis acutis; squamis coronae lanceolato-bipartitis acutis; capsula subglobosa subexserta, carpophoro crasso, brevissimo. ⊙. Inter Linum in agris montanis circa Toplikam, Crisium, Bistram inferiorem, Jakovlje et alibi in Zagoria. Inconstans, nec redit omni anno. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1514 in agris Lino consitis insulae Lesina; (S. cretica L.) Mj.-In. **S. annullata Thore.**

17 Panicula secunda sub anthesi infracto-nutante ramis oppositis 3—7-floris 18

Floribus brachiato aut sub fasciculato-paniculatis erectis, nec unquam infracto-patentibus 19

18 Caulibus simplicibus; foliis inferioribus lanceolato-spathulatis acutis, superioribus lanceolatis acuminatis; calycis fructiferi ovati 10-nervii dentibus lanceolatis acutis glanduloso-ciliatis; petalorum lamina discolori, supra albida, subtus livescente, profunde et anguste bifida; coronae squamis acute bipartitis; capsula ovato-oblonga exserta carpophoro multo longiore; dentibus patulis. Caulis pedalis flexuosus infractus villosus apicemque versus viscosus; folia radicalia in petiolum longum attenuata, caulina lanceolata, omnia pubescentia; calyces viscosi purpura suffusi; petala crenulata, capsula ovata tridentata. ♃. In asperis sylvaticis litt. cr. ad Flumen, in monte Klek (D. Štur). et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1516 in arenosis subalpi-

nis montium Velebit. Rchb. fl. g. 5106. (S. rubens Vest; S. cuprea Hortul). Mj.-In . . . . **L. livida W.**

Caulibus subramosis aut simplicibus; foliis inferioribus lanceolato-ellipticis in petiolum decurrentibus, superioribus lanceolatis omnibusque pubescentibus; petalis albis concoloribus, bipartitis laciniis linearibus; dentibus capsulae revolutis. Pedalis gracilis panicula minus composita; calyx albidus violaceus 10 striatus; capsula breviter stipitata. ♃. In collibus herbidis montiumque declivis petrosis, in pratis siccis, ad margines viarum in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 5108. (Lych. nutans Scop.; Cucub. quadrifidus Pall. est eadem, sed petalis monstrose 3—4-fidis). Mj.- In. . . . . **S. nutans L.**

Observ. var. β. caule foliisque glabris et nonnisi basi ciliatis, lanceolatis, est: S. infracta WK. occurritque cum prcendente in iisdem locis, sed multo rarius. Rchb. fl. g. 5109. (S. amblevana Lej).

19 Floribus virescentibus caulibus strictis viscosis pubescentibus subfastigiato- paniculatis multifloris foliis spathulatis lanceolatisque. Pubescens, superne viscosa; folia radicalia ovali-spathulata, caulina ovalia acuta; panicula brachiato-divergens pauciflora; calyces hyalini 10-nervii, fructiferi ventricosi; capsula magna ovata subsessilis; corona petalorum elongata. ♃. In sylvis montanis ad Crisium, Kalnik, Koprivnica, in montibus Ivanščica, Klek, Merzin et alibi in sylvis montanis totius Croatiae et Slavoniae. Rchb. fl. g. 5103. In.-Il. . . **S. viridiflora L.**

Floribus ochroleucis albisve, caulibus superne strictis; foliis lanceolato-spathulatis; paniculae rigidae subviscosae floribus ternatis erectis, laciniis petalorum obovato-ampliatis bifidis subtus venosis, corona petalorum non raro penitus absoleta vel acute bipartita; capsula ovali-conica inclusa, carpophoro subaequali. Puberula, superne glabrato-viscosa; caules simplices sesquipedales et ultra; folia acuta, superiora lineari-lanceolata; pedunculi subtriflori; calycis fructiferi elongati ovalis glanduloso-pubescentis dentes ovato-lanceolati acuminati. ♃. Vis. fl. dalm. 1518 in saxosis circa Stretto di Morter et prope Rogosnica inter Sebenico et Trau. Rchb. fl. g. 5113. Mj.-Ag. . . **S. paradoxa L.**

20 Calyce inflato nervoso multistriato et reticulato-venoso; caulibus foliisque glabris glaucisque 21

Calyce tubuloso, cylindrico, ovali urceolato aut cuneiformi, sed nunquam inflato, nec reticulato-venoso 22

21 Caulibus potissimum adscendentibus; foliis lanceolatis ellipticisve mucronatis integris; floribus alaribus terminalibusque, aut trichomo-fastigiatis cernuis; calycis dentibus ovatis acutis; petalorum lamina bipartita, basi bituberculata, ungue apice biauriculato; capsula inclusa carpophoro dimidio breviore. Radix multiceps; caulis pedalis et ultra; calyx albidus, lineis e purpureo viridibus reticulatus. ♃. In pratis siccis, collibus incultis, locis dumetosis petrosis ubique in Croatia, Slavonia et Dalmatia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1512. Rchb. fl. g. 5120. (Cucub. inflatus Salisb. Cuc. glaucus W.) Jn.-Sept. . . . . **S. inflata Sm.**

Caulibus erectis, superne dichotomo-ramosis; foliis amplexicaulibus ovalibus lanceolatisque cartilagineo-marginatis, superioribus acuminatis; pedunculis fructiferis incurvato-adscendentibus; calyce ovato demum capsula ovata repleto. Caulis 2—3-pedalis; folia magna lata; bracteae scariosae diaphanae; calyces infra medium 12-sulcati; flores fere S. inflatae Sm. sed minores, capsula autem multo major, ovata subsessilis. ♃. In sylvaticis asperis montis Klek Syll. fl. cr. (S. commutata Guss; S. Oserei Bmg.) Rchb. fl. g. 5121. Il.-Ag.

S. saponariaefolia Schott.

Observ. var. β. foliis lineari-lanceolatis; floribus cymoso-paniculatis aut solitariis, est: S. angustifolia Guss.

Var. γ. Caulibus prostratis; foliis ellipticis oblongisve margine cartilagineis crenulatis; floribus subsolitariis terminalibus erectis, est: S. maritima With.

Var. δ. glaucescens, foliis lanceolatis; calycibus angustioribus, sed longioribus ac in forma genuina, ovalis helveolo- reticulatis, est; S. oleracea Wib. (Cucub. Behen Schk.)

Omnes hae formae occurrunt permiscue cum forma genuina et var. γ. praesertim in rupestribus Croatiae australis ad Segniam, in monte Vratnik et in ipsa alpe Badanj et Visočica.

22 Calyce ovato, basin versus non angustato nervoso-multi-(25—30-) striato striis dense approximatis; caule foliisque lanceolato-linearibus basi connatis molliter pubescentibus; floribus roseis dichotomo-cymosis; dentibus calycis elongatis lineari-subulatis; petalorum lamina emarginata, squamis coronae bilobis; filamentis basi villosis; capsula ovata inclusa; carpophoro brevissimo

crasso. Vix spithamaea simplex stricta aut multicaulis obliqua; corollae laminae calyce pluries breviores roseae, corona crenulata; tota canescenti-puberula. ⨀. In collibus campisque arenosis ad Zagrabiam, sed rara (Klinggraeff). in campo turopolitano, ad Siscium et Karolostadium, nec non in litt. cr. ad Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1513. in agris circa Zara, Sebenico, Trau, Clissa, Verlika, Sinj., nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 5062. (Lych. conica Scop.; Cucub. conicus Lam.) Mj.-In. . . . . **S. conica L.**

Calyce nec unquam ovato, nec 25—30-striato 23

23 Seminibus lenticulari-reniformibus dorso sulcatis; petalis indivisis aut simpliciter emarginatis bifidisve. 24

Seminibus quoque lenticulari-reniformibus (excepta unica S. alpestri L.), sed petalis omnium albis et evidenter quadridentatis aut quadrilobis; caulibus dense caespitosis 33

24 Petalis integerrimis aut simpliciter emarginatis 25

Petalis abcordatis bilobisve 27

25 Caulibus, pedunculis calycibusque glanduloso-pilosis; foliis inferioribus obovatis, superioribus oblongo-lanceolatis Vide 7.

Glaberrima, aut puberula et nonnisi articulis superioribus viscoso annullatis vel plane nudis; 26

26 Puberula, stricta; foliis obovato-spathalatis, superioribus ovato-lanceolatis ciliato-serrulatis; floribus oblique corymbosis, petalis exsertis bifidis corona auctis. Caulis spithamaeus, sesquipedalisve; flores fere sequentis; folia autem S. inflatae Sm. ○. Ex Italia adlata, sed in hortis frequentissime culta, praesertim in litt. cr. ibidemque hinc inde in ruderatis quasi spontanea. Rchb. fl. g. 5078. In.-Ag. . . . . **S. rubella L.**

Glaberrima et nonnisi articulis superioribus viscosis; foliis ovatis aut ovato-lanceolatis, superioribus cordatis; floribus fasciculato-corymbosis, petalis roseis emarginatis; calycibus tuboloso-clavatis, 10-striatis, dentibus calycinis ovatis obtusis. Caules 1—2-pedales superne ramosi; folia sessilia; petala basi appendi culata. ⨀. Ad sepes et in ruderatis quasi spontanea, secus frequentissime culta. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 5079. In.-Il. **S. Armeria L.**

27 Radice annua; dentibus calycinis subulato-filiformibus aut lineari-lanceolatis acutisque 28

Radice perenni saepiusque lignescente 29

28 Caulibus superne dichotomis; pedunculis calycibusque viscoso-villosis; floribus alaribus terminalibusque, calycibus subventricoso-tubulosis 10.striatis, venulosis, fructiferis ellipticis; dentibus calycinis subulato-filiformibus; petalis dilute carneis coronatis; foliis oblongis acutis, supremis lanceolato attenuatis, infimis obovatis. — Spithamaea pedalisve, saepe humilior et uniflora, flores albi, pedunculati erecti. ☉. Inter segetes in oleraceis circa Crisium, Toplika, Zagrabia et alibi in Croatia. Syll. fl. cr.; Rchb. fl. g. 5063. Mj.-In.. . . . . **S. noctiflora L.**

Caulibus glabris, superne tantum viscidulis; foliis inferioribus lanceolato-spathulatis puberulis; capsulis subglobosis. Vide 16.

29 Floribus trichotomo corymbosis nutantibus aut simpliciter racemosis pedunculis longissimis 30

Floribus terminalibus subsolitariis, pedunculo erecto elongato; caulibus confertis, saepe caespitosis 31

30 Caulibus solitariis glabris superne viscidulis; foliis inferioribus obverse lanceolato-spathulatis acutis puberulis, superioribus linearibus acuminatis; floribus albidis violaceo-venosis corymbosis nutantibus, pedunculis subunifloris; squamis coronae ovato-bipartitis obtusis; capsula ovali-oblonga exserta carpophoro duplo longiori. — Radix et caules basi non raro lignosi, inferne puberuli; folia inferiora margine et costa ciliata, in petiolum attenuata; petala ungue cuneato, lamina obcordata biloba; capsula apice 4-fida. — Habitus fere S. chloranthae Ehrh. ♃ vel plane ♄, nec unquam ☉. Vis. fl. dalm. 1515 in rupestribus montis Biokovo. (S. picta Rchb. fl. g. 5073 nec Lin.) In.-L.

S. Reichenbachii Vis.

Caulibus adscendentibus debilibus ex una radice pluribus pubescentibus; foliis inferioribus obovato-spathulatis petiolatis, caulinis remotis lineari-lanceolatis linearibusve; floribus flavescentibus longissime pedunculatis erectis; calyce albido-viridi 10-lineato, petalorum lamina parallele-bifida. ♃. In saxosis sylvaticis rupiumque fissuris alpis Visočica, Badanj, Samar et Debelo-berdo tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5090.

S. flavescens WK.

31 Caulibus suffruticosis basi lignescentibus ramosis; foliis lineari-lanceolatis serrulatis 32

Caulibus decumbentibus, demum adscendentibus ramis erectis simplicibus; foliis lanceolato-acuminatis sessilibus integerrimis; in-

fimis in petiolum attenuatis, pedunculis erectis; calyce oblongo-clavato reticulato viscido-pubescente, dentibus lanceolatis; petalorum supra albidorum subtus citrinorum ungue cuneato-dilatato, apice biauriculato, lamina oblongo spathulata, coronae bipartitæ lobis subrotundis discretis; capsula inclusa carpophoro subaequali. ♃. Vis. fl. dalm. 1509 in saxosis apricis montium Dinara, Gnjat et Prolog. In.-Il. . . . . **S. graminea Vis.**

32 Caule ramosissimo, ramis suberectis puberulis; foliis lineari lanceolatis linearibusve serrulato-ciliatis subulatisve et integerrimis; pedunculis elongatis; calycis oblongo-clavati glabri dentibus ovato-rotundatis; petalis albidis, subtus rubellis aut e viridi-luteolis exauriculatis, coronae bipartitae lobis obtusis, ungue superne ciliato; capsula exserta carpophoro sublongiore. — Noduloso-suffruticosa, rami graciles 3—6-pollicares; flos majusculus; calyx viridis nervis purpurascens. ♄. In omnibus cacuminibus et jugis montium catenam alpinam Velebit constituentium et in ipso jugo subalpino Samar. (WK.) Vis. fl. dalm. 1510 in saxosis montium Velebit, Gnjat, Biokovo et Orien. — In saxosis alpium Pliešivica, Visočica et Debelo-berdo; in rupium fissuris ad Oštarije. Syll. fl. cr. — (Cucub. Saxifraga Lam.; Lychnis Saxifraga Scop.) Rchb fl. g. 5085. In.-Il. . . . . **S. Saxifraga L.**

Observ. var. β. foliis angustissime linearibus; petalis flavo-virentibus subtus luteolis; capsula subglobosa, est: S. petraea WK. occurritque ad moenia vetustae arcis „Okićgrad" nec non alibi cum priori estque illa frequentior.

Caulibus simpliciter ramosis, ramis erectis inferne puberulis; foliis lineari-lanceolatis linearibusve pellucide punctatis serrulato-ciliatis; pedunculis elongatis; calycis oblongo-clavati glabri dentibus lanceolatis acutis; petalis albidis, subtus, lividis, corona squamis dentiformibus, ungue superne ciliato; capsula subexserta carpophoro subaequali. ♄. In omnibus cacumibus et jugis montium catenam alpinam Velebit constituentium et in jugo subalpino, quod alpes Samar et Visočica conjugit. Vis. fl. dalm. 1511 in rupestribus elatioribus montium Velebit, Biokovo et Orien. (Silene Saxifraga WK.) In.-Il. . . . **S. Kitaibelii Vis.**

33 Caulibus dichotomis foliisque glabris et prioribus nonnisi superne viscidulis 34

Caulibus foliisque piloso viscidulis 35

34 Caulibus adscendentibus rigidulis, articulis illorum superioribus

pedunculisque viscoso-annullatis; foliis omnibus lineari-lanceolatis glabris; corymbo terminali paucifloro viscoso; petalis albis incumbentibus, coronatis; capsula oblonga calyce duplo-longiore. ♃. Ad sylvarum margines et in rupestribus subalpinis alpinisque tractus montium Velebit, veluti in monte Merzin, in alpe Pliešivica, Visočica, Samar et Debelo-berdo. Kit. iter croat. an. 1802 peract. (Kan. reliq. Kitaibelianæ.) — Ad sylvarum margines regionum alpinorum Dalmatiae. (Maly. enum. pl. aust. gen. 721, n. 53; Pett. herbar. viv. 1846.) (Lych. alpestris L., S. viscida Spr.) Rchb. fl. g. 5083. Il.-Ag. . **S. alpestris Jacq.**

Caulibus laxe filiformibus glabris et nonnisi superne viscidulis; foliis linearibus basi sparsim pilosis infimis lineari-spathulatis; calycibus glabris turbinatis; petalis albis obovatis coronatis; capsulis ovalibus calyce subaequalibus carpophoro autem triplo longioribus; seminibus laevibus margine obtuse paleaceis. — Gracilis adscedens 4—6-pollicaris ramosa, laxe caespitosa; flores albi. ♃. v. ♂. Vis. fl. dalm. 1521 in rupestribus alpium Velebit cum sequente sed rarissime. (Heliosperma quadrifidum Vis.; S. quadridentata Pers.) Rchb. fl. g. 5081. Il.-Ag. **S. quadrifida L.**

35 Caulibus simplicibus paucifloris; foliis omnibus lineari-spathulatis; calycibus pubescentibus turbinatis; petalis albis; capsulis ovalibus calycem subaequantibus carpophoro triplo longioribus; seminibus laevibus margine obsolete paleaceis. ♃ vel ♂. In alpinis subalpinisque montium Velebit rimas saxorum rupiumque explens, nec non in monte Merzin et alpe Pliešivica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1522 in lapidosis elatioribus montium Velebit et Orient. (Heliosperma pusillum Vis.) Rchb. fl. g. 5089. Il.-Ag. . . . . **S. pusilla WK.**

Caulibus dichotomis; foliis lanceolato-linearibus, infimis spathulatis; calycibus clavatis glanduloso-pubescentibus; petalis albis; capsulis subglobosis inclusis carpophoro subaequalibus; seminibus echinatis margine acute cristatis. — Tota viscido-pubescens caulibus erectis ramisque trifloris; foliis patulis vel recurvis ciliatis; petala spathulata obtuse 11-loba lobis lateralibus minoribus, coronae squamis in quovis petalo binis lineari-oblongis integris. ♃ vel ♂. Vis. fl. dalm. 1523 in saxosis apricis montis Sella supra Cattaro. (Hiliosperma Tommasinii Vis.; S. delicatula Bert.) Rchb. fl. g. 5064. In.-Il. . . **S. Tommasinii Vis.**

Gen. 184. **Lychnis L. Driemina.**

Calyx membranaceus herbaceo-nervosus 5-dentatus nudus; corolla 5-petala coronata; stamina 10; styli 5; capsula 5-dentato-dehiscens. — Rchb. fl. g. pag. 824, g. 940; Vis. fl. dalm. III. p. 173; Koch syn. pl. p. 115.

1 Capsula 5-loculari stipitata 2

Capsula nonnisi 1-loculari sessili 3

2 Radice annua; caule spithamaeo-pedali gracili, ramis erectis unifloris; calyce clavato nervoso; petalis obovatis e persicino dilute kermesinis; stipite capsulam subaequante. ○. In oleraceis et agris arenosis ad Toplikam, sed verosimiliter tantum qua profuga ex hortis, rarissima; inter segetes insulae Lesina in Dalmatia, Botteri. (Agrostema Coeli-rosa Tratt.) Rchb. fl. g. 5123. Il.-Ag. **L. Coeli-rosa L.**

Radice perenni; caule stricto 1—2-pedali viscoso; petalis laete roseis, rarius albis indivisis; foliis lanceolatis glabris basi ciliatis; floribus racemoso-paniculatis subverticillatis. — Radix multiceps; caules angulati; folia radicalia in petiolum attenuata; caulina basi connata; calyx membranaceus purpurascens subpubescens; capsula ovata; semina nigra. ♃. In graminosis siccis et declivibus montium virgultorum vulgaris in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5191. Mj.-In. . . **L. Viscaria L.**

3 Petalis 2 fidis 4

Petalis ultra medium 4-fidis, laciniis linearibus palmato-divergentibus; caule angulato superne viscido; foliis oblongo-lanceolatis; florum cyma trichotoma corymbiformi; calyce cylindrico costato, fructifero ovato; corollis roseis aut carneis coronatis, coronae squamis setaceo-bifidis. — Radix fusiformis; caulis quadrangularis setulis deflexis exasperatus; folia radicalia in petiolum attenuata, caulina basi connata; bracteae membranaceae acutae. ○. In pratis collibusque herbidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In dumetis circa Virovitic, Našić, Vučin, Čerević et Zemun. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1528 in herbidis ad Babindub prope Zara; in pratis sub Ballina Glavica prope Dernis; circa Salona et alibi. Rchb. fl. g. 5129. Mj.-Sept. . . . . . **L. Flos Cuculi L.**

4 Calyce laxo, fructifero inflato; petalis semibifidis coronatis . . 5

Calyce erecto subclavato; caule 1—2—3-pedali stricto hirsuto; foliis ovato-lanceolatis; floribus fasciculato-capitatis coccineis carneisve et albo variantibus. ♃. Colitur in hortis et hinc inde

in ruderatis et oleraceis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5128. . . . . **L. chalcedonica L.**

5 Caule inferne villoso; foliis superioribus ovato-lanceolatis attenuato-acuminatis; pedunculis calycibusque glanduloso-hirtis; capsula ovata conica, dentibus porrectis; floribus divisis, albis, rarissime rubicundis, vesperi apertis et suaveolentibus. — Caulis 1—2-pedalis superne divergenti-dichotomus, flores e dichotomia solitarii, terminales subterni altero laterali saepe hebetato; capsula magna ovato-conica ore urceolato arrecti-patulo. ♂. In collibus incultis, pratis siccis, ad agrorum et viarum margines vulgaris in Croatia et Dalmatia. Syll. fl. cr. In agris et dumetis circa Radovanci et Požega; ad Kutjevo, Daruvar, Vučin, Vukovar et circa Zemun in Slavonia. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1527. (Melandrium pratense Rochel.; L. pratensis Spr., L. arvensis Schk., L. dioica L.) Iu.-Sept. . . . . **L. vespertina Sibth.**

Caule, foliis, pedunculis calycibusque villosis, pilis simplicibus; foliis superioribus ovatis abrupte acuminatis; capsula subrotundo-ovata dentibus revolutis; floribus dioicis inodoris diu apertis purpureis, rarius albis. — Caulis 1—2-pedalis minus longe divergens; flores magis congesti; bracteae calycesque colorati; capsula urceolata. ♃. In dumetis et sylvis humidis ad rivos et fluvios in alpes adscendens, ubique. Syll. fl. cr.; circa Čerević et Zemun in Slavonia. (Kanitz.) (Melandrium sylvestre Roell.; L. dioica Curt.) Rchb. fl. g. 5126. Mj.-Sept. . **L. diurna Sibth.**

Gen. 185. **Agrostema L. Kukolj.**

Calyx coriaceus 5-fidus; corolla 5-petala petalis indivisis, retusis; stamina 10; styli 5; *capsula unilocularis 5-dentato-dehiscens. — Rchb. fl. g. p. 826, g. 941.*

1 Corollis purpureis coronatis, coronae squamis lanceolato-bipartitis pungentibus; caulibus foliisque tomentoso-lanatis; caulibus teretibus, foliis oblongo-lanceolatis; cyma trichotoma pauciflora; calyce oblongo costato-angulato; petalorum laminis obcordatis indivisis. — Bipedalis; folia radicalia obovato-spathulata, caulina ovalia et suprema ovato-acuminata; flores longe pedunculati; petala kermesina, rarius alba; capsula plicato-sulcata; semina reniformia granulata. ♃. In locis petrorsis montanis, in dumetis et ad vias in Croatia australi et in litt. cr. frequens; Syll. fl. cr. in Slavonia circa Djakovar, in montibus Papuk; circa Brodjance,

Nuštar, Sotin et Zemun. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1529 in sylvis montanis circa Mavice; in montibus Prolog, Mossor, Biokovo nec non circa Ragusa et Pastrovichio. (Lych. coronaria Lam.) Rchb. fl. g. 5133. In.-Ag. . . . . **A. coronaria L.**

Corollis kermesinis purpureisve nudis, (non coronatis); caule foliisque villosis; foliis linearibus acuminatis; calycis dentibus corolla longioribus; petalis obtusis emarginatisve; basi striatis. — Caulis 2—3-pedalis, gracilis, rami arrecti-patuli elongati flore terminali solitario; calyx longissime acuminatus petala kermesina, rarissime alba basique tristriata, parum excedens; semina subtriangula granuloso-muricata atra. ☉. Inter segetes ubique in Croatia, Slavonia et Dalmatia. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1530 et Rchb. fl. g. 5134. Syll. fl. cr. — (Lych. Githago Scop.) In.-Ag. . . . . **A. Githago L.**

Gen. 186. **Drypis Michel.**

Calyx tubulosus 5-dentatus, demum basi calloso induratus, dentibus spinescentibus; corolla 5-petala, lamina bifida basi squama duplici coronata; stamina 5; styli 3; capsula operculo membranaceo dehiscens 1-sperma; semen reniforme embryone spirali. Rchb. fl. g. p. 812, gen. 437; Koch syn. pl. p. 117.

Herba rigida nitida caespitosa pungens; caulibus ramisque nodosis tetragonis fragilibus; foliis oppositis sessilibus lineari-subulatis patentibus spinescentibus summis floralibusque ovato-acuminatis, basi spinoso-dentatis; floribus violaceis roseisve cymosis congestis subsessilibus parvis. — Folia dorso convexa; facie canaliculata, in spinam pungentem attenuata, superiora utrinque foliolo spinam referente aucta; bracteae quoque dorso convexae et margine hispidae; petala bipartita laciniis linearibus ad basin denticulisduobus instructis. ♃. In locis asperis et arenosis maritimis in litt. cr. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1532 in saxosis apricis ad mare circa Zara, Ragusa et in insulis Veglia et Ossero nec non in declivis montium Velebit, et Biokovo; ad Prosjek inter Duare et Macarsca. Rchb. fl. g. 5053. In.-Il. . . . . . **D. spinosa L.**

Fam. XXV. **Alsineae DC. Mišjakinje.**

Calyx 4—5-sepalus aestivatione imbricatus; petala totidem sepalis alterna; stamina 10 vel pauciora, libera annullo e glandulis formato magis minusve hypogyno inserta; ovarium liberum, 1-loculare pluri-multi-ovulatum; placenta centrali, libera; styli 2—5 distincti; capsula in dentes valvulasve magis minusve dehiscens; semina albuminosa; embryo periphericus, radicula ad hylum versa. Koch syn. pl. p. 117.

Plantae herbaceae, rarius basi suffrutescentes foliis oppositis exstipulatis (rarissime stipulatis et tunc stipulis scariosis.)

Gen. 187. **Sagina L. Tustika.**

Calyx 4—5-sepalus; corolla petalis 4 nullisve; stamina stylique 4; capsula 4-valvis, seminibus reniformibus margine hiloque nudis; flores albi aut viriduli. — Vis. fl. dalm. III. p. 175, g. 561; Rchb. fl. g. p 793.

1 Caule erecto, basi ramoso; pedunculis defloratis semper erectis; sepalis obtusis 2
Caulibus basi procumbentibus diffusisve, ramis adscendentibus; pedunculis defloratis hamatis, fructiferis erectis 3

2 Ramis lateralibus adscendentibus; foliis linearibus aristatis, basi ciliatis; sepalis duobus exterioribus brevissime mucronulatis; petalis viridulis lanceolatis minimis, calyce multo brevioribus; pedunculis puberulis. — Bi-tripollicaris, tenerrima obscure virens; pedunculi elongati pilosi; petala alba emarginata minutissima, semina linea nigra cincta. ☉. In agris, campis et pascuis in Croatia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1533 in vineis agrisque arenosis circa Zara et Ragusa nec non in insula Lesina. (Moenchia quaternella Alsch.; S. apetala L.) Rchb. fl. g. 4958. Mj.-In. . . . . **S. quaternella Schloss.**
Observ. Nomen specificum Alschingerianum retinendum censui, quum species hæc non sit apetala, sed petalis 4, licet minimis, tamen bene distinguendis provisa; nomen „S. apetala“ potius conveniret speciei sequenti, quae vere apetala est.

Ramis omnibus erectis; foliis linearibus mucronulatis quidem, sed exacte exaristatis, glabris; petalis plane nullis. — Erectiuscula dichotoma; folia teretia mutica glabra; pedunculi stricti, calyx obtusus; fructus erectus. ☉. Vis. fl. dalm. 1534 in siccis arenosis insularum Crappano et Lacroma. (S. maritima Don.; S. filiformis Pourr.) Rchb. fl. g. 4950. Mj.-Ag. . **S. stricta Fries.**

3 Caulibus procumbentibus basi radicantibus; foliis linearibus basi glaberrimis; sepalis obtusis, muticis; petalis obtusis calyce 2-4-brevioribus. — Radix fibrosa; caules glabri; folia mucronata glabra crenata basi connata, radicalia in caespitem collecta; pedunculi axillares solitarii uniflori foliis longiores; capsula ovata. ⊙. In agris, pascuis locisque graminosis humidiusculis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis comitatus Požegani et Viroviticensis nec non circa Zemun. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4959. Mj.-Oct. . . . . **S. procumbens L.**

Caule diffuso; foliis canaliculatis linearibusve aristatis basi subciliatis; sepalis exterioribus duobus acuminato-mucronatis capsulam subaequantibus; pedunculis calycibusque glanduloso-pubescentibus. — Intricato-ramosa obscure viridis: sepala oblonga acutiuscula capsulam subaequantia. ○. Inter segetes ad Crisium haud rara, rarior ad Lovrečinam et circa Verbovec. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4957. In.-Il. . . . . **S. depressa Schulz.**

Gen. 188. Spergula L. Čvorica.

Calyx 5-sepalus; corolla 5-petala petalis integris; stamina 5—10; ovarium multo-ovulatum; styli 5; capsula 5-valvis, polysperma; flores albi. Koch syn pl. p. 120.

1 Foliis oppositis, basi connatis, in axillis quandoque fasciculo foliorum minorum provisis; stipulis nullis 2

Foliis basi non connatis, sed spurie verticillatis, fasciculis scilicet duobus axillaribus oppositis folia caulina longitudine aequantibus et in verticillum expansis; stipulis scariosis utrinque inter folia caulina sitis 4

2 Petalis calycem aequantibus aut illo plane brevioribus 3

Petalis calyce evidenter longioribus; foliis lineari-filiformibus mucronulatis, superioribus fasciculatis; pedunculis etiam defloratis erectis. — Caules caespitosi ramosi diffusi 2—3 pollicares glabri; folia connata glabra ad basin subinde ciliata; flores pauci; sepala ovata obtusa carinata glabra; capsula calyce longior. ♃. In locis sabulosis humidis circa Crisium et in Moslavina circa Osekovo et Gračenica. Syll. fl. cr. (Spergella nodosa Rchb.) Rchb. fl. g. 4965. Il.-Ag. . . . . **S. nodosa L.**

3 Petalis calycem aequantibus; caule superne pedunculisque apice pilosiusculis; foliis linearibus acuminatis aristatis. — Caules basi

decumbentes radicantes, dein erecti glabri ramosi; folia connata pilis glanduliferis ciliata; pedunculi terminales et axillares solitarii uniflori; flores subcernui; sepala ovata obtusa subcarinata pilosa subviscida; petala alba obtusa stamina 5, rarius 10; capsula calyce parum longior. ♃. In arvis et inter segetes circa Stupnik et Brezovica; in agris circa Korenica et Bielopolje in Croatia australi. Syll. fl. cr. (Spergella subulata Rchb.) Rchb. fl. g. 4963. In.-Il. . . . . **S. subulata Sw.**

Petalis calyce evidenter brevioribus; caule pedunculisqua glabris; foliis linearibus breviter mucronatis; pedunculis defloratis nutantibus, fructiferis erectis. — Caules decumbentes teretes 2—3-pollicares geniculati subramosi, dein erecti; folia connata subulata plerumque ad genicula fasciculata; pedunculi plerique terminales solitarii erecti, uniflori calycis longitudine; flores cernui; petala suborbiculata alba integerrima; capsula ovata calyce duplo longior. ♃. In locis rupestribus muscosis montium Velebit, veluti in monte Vratnik et in ipsa Kapela majori in rupibus ad viam Josephinam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4962. (Spergella saginoides Rchb.; Spergula saginoides L.) Il.-Ag. **S. saxatilis W.**

4 Foliis supra convexis, infra sulco exaratis basi liberis stipulatis; seminibus globoso-lenticularibus scabriusculis vel piloso-verruculosis ala angusta laevi cinctis. — Caules erecti teretes geniculati superne paniculati pilosi et viscidi; panicula dichotoma divaricata; pedunculi uniflori basi bracteati; sepala ovata obtusa concava pilosa margineque scariosa; petala ovata; capsula calyce duplo longior. ⊙. In agris et campis praesertim inter Linum ubique vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3664. In.-Ag. **S. arvensis L.**

Observ. var. α. seminibus atris glabris subtilissime punctulato-scabris, est: S. sativa Boennigh.

Var. β. seminibus papillis clavatis, erectis albidis, denique bruneis obsessis, est: S. vulgaris Boenngh.

Var. γ. seminibus triplo majoribus papillisque clavatis strigoso-excentricis; caule foliisque glabris, est: S. maxima Weihe.

Foliis subteretibus subtus laevibus, basi liberis; seminibus plano-compressis laevibus ala dilatata radiato-striata cinctis, ante alam papilloso-scabris. — Caulis erectus; folia breviuscula subcarnosa; flores parvi fugaces; capsula globosa; semina complanata laevia margine punctato-scabra membrana latissima scariosa circumalata.

⊙. In campis et ericetis arenosis circa Toplika, Legrad, Crisium, Jaska et alibi in Croatia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3663. (Stellaria pentandra Scop.; Arenaria marginata Schreb.) Apr.-Mj. **S. pentandra L.**

Gen. 189. **Alsine L. Mišjakinja.**

Calyx 5-, rarius 4-sepalus; corolla 5-, rarius 4-petala petalis integris vel leviter emarginatis; stamina 10 aut pauciora; filamenta omnia subulata exterioribus basi biglandulosis; styli tres; ovarium multiovulatum; capsula 3-valvis seminibus reniformibus, hilo nudis. — Koch syn. pl. p. 122; Vis. fl. dalm. III. p. 176, g. 562.

1 Foliis linearibus ad basin evidenter scarioso-stipulatis 2
Foliis exacte exstipulatis 4

2 Foliis lineari-filiformibus semiteretibus carnosis subtus convexis; radice annua, caulibus prostratis; ramis racemosis; pedunculis defloratis refractis; sepalis enervibus margine membranaceis petalis carneis albisve 3
Foliis lineari-filiformibus mucronatis subcarnosis utrinque planis; caulibus perennantibus, ramis racemosis; pedunculis defloratis refractis; sepalis enerviis capsulam subaequantibus; seminibus obovatis compressis, dorso complanato aptero incrassato lateralibusque echinulatis; floribus roseis. — Caules teretes prostrati glabri; folia plana glauca; stipulae extrafoliaceae oppositae scariosae albae amplexicaules lacerae; paniculae rami pubescentes; sepala lanceolata hirsuta enervia margineque membranacea; petala calyce breviora laete rosea. ♃. In arvis et agris arenosis et subhumidis ubique in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1542 in palustribus maritimis totius Dalmatiae. (Arenaria rubra L.; Lepigonum rubrum Fries.; Stipularia rubra Haw.) Rchb. fl. g. 3660. Mj.-Sept. . **A. rubra Wahl.**

3 Capsula calycem subduplum longa; seminibus subrotundis complanatis margine lævissimis, fere omnibus scarioso-circumalatis; petalis albis. — Folia semiteretia carnosa; caule prostrato adscendente. A simillima A. marina L. differt: foliis semiteretibus longioribus; inflorescentia semper glandulosa seminibusque margine crasso laevibus, nec unquam asperis. ⊙. In oleraceis agrisque humidiusculis fertilibus circa Ludina, Osekovo et Popovača in Moslavina. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1542 in maritimis

cum praecedente, sed rarior. (Arenaria media L., Lepigonum marginatum Koch.) Rchb. fl. g. 3662. Il.-Sept. . **A. marginata Rchb.**

Capsula calycem subaequante vel illo paullum longiore; seminibus subrotundis complanatis scabris plurimis margine nudis, paucis scarioso-circumalatis; floribus roseis carneisve. — Caules prostrati glabri; folia semicylindrica carnosa glabra; stipulae albae scariosae amplexicaules lacerae; petala rosea majuscula. ☉. In humidis litt. cr. ad Flumen, Novi et Crkvenicam. Syll. fl. cr. — (Arenaria marina Roth.) Rchb. fl. g. 3661. Il.-Sept. **A. marina M. K.**

4 Foliis anguste-linearibus subulatisve 5

Foliis ovatis ellipticisve sessilibus acutis, glabris uninerviis carnosis; caulibus dichotomis procumbentibus; floribus solitariis alaribus axillaribusque; sepalis ovatis obtusis uninerviis; petalis albis obovatis calyce longioribus. — Herba dichotoma; folia crassiuscula; flores in dichotomia ramorumque apice solitarii; dentes calycini ovati obtusi uninervii; capsula globosa; semina magna nigra obovata scabra. ♃. In litt. cr. ad littora maris circa Novi; in rupestribus ad Karlobago in societate cum Polycarpo tetraphyllo L. Syll. fl. cr. (Arenaria peploides L., Honkenya peploides Ehrh.; Halianthus peploides Fries.) Rchb. fl. g. 3670. In.-Il. . . . . **A. peploides Wahlb.**

5 Radice annua 6

Radice perenni 9

6 Foliis subulato-setaceis subulatisve basi tantum 3-nerviis . . . 7

Foliis linearibus deplanis evidenter 3—5 nerviis 8

7 Caulibus dichotomis adscendentibus; foliis subulatis recurvato-patentibus; pedicellis calyce longioribus demum patentibus; petalis albis, parvis viridulisve; sepalis lanceolatis cuspidatis 3-nerviis capsulam ovato-oblongam subaequantibus, seminibus laeviusculis. — Folia trinervia glabra; basi dilatata connata; pedunculi erecti capillares; flores parvi. ○. In agris arenosis circa Zagrabia, Siscium, Karolostadium et alibi in submontanis montosisque. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1535 in agris arenosis et ad muros totius Dalmatiae. (Sabulina tenuifolia Rchb.) Rchb. fl. g. 4916. In.-Ag. . . . . **A. tenuiflora Wahlb.**

Observ. var. α. caulibus sepalisque glandulosis glabris, est: A. tenuiflora L.

Var. β. caulibus superne calycibusque glanduloso-puberulis, est: Alsine viscosa Schreb. (Arenaria viscidula Arduin.; Alsinella viscosa Hartm.)

Var. γ. floribus glanduloso-puberulis fasciculato-congestis, est: A. mucronata Maly. (Sabulina montana Rchb.)

Var. δ. glabra, sepalis inaequalibus, longioribus, capsulam duplo excedentibus, est: A. divaricata Vis.

Caule stricto superne tantum ramoso; foliis subulato-setaceis, inferioribus patulis, supremis erectis; floribus fasciculato-corymbosis albis, pedicellis erectis calyce brevioribus; sepalis lanceolatis acuminato-subulatis, albo-cartilagineis, stria dorsali herbacea uninervi, capsula oblonga longioribus, inaequalibus; seminibus rugulosis, dorso cristato-dentatis. — Caulis spithamaeus durus ramis alternis pubescentibus, superne dichotomis; pedunculi graciles uniflori; sepala lato marginata inaequalia corollam bis longa. ○. In rupium fissuris alpium croaticarum teste WK. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1536 in rupestribus montium Velebit et Mossor. (Arenaria fastigiata Sm.; A. fasciculata Jacq.; Als. mucronata Lam.; A. Jaquini Koch.; Sabul. fasciculata Rchb.) Rchb. fl. g. 4919. Il.-Ag. . . . . . . **A. fastigiata Grieseb.**

8 Villosa, caule divaricato-ramoso a basi florifero; foliis late-linearibus 3—5-nerviis; floribus axillaribus fasciculatis, petalis minimis albis; pedicellis calyce duplo brevioribus; sepalis lanceolatis cuspidatis valde inaequalibus 3-nerviis, margine angustissime membranaceis, capsula oblonga duplo longioribus; seminibus granulatis dorso cristato-dentatis. — Capsula oblonga trigona obtusa; funiculi rigidi e fundo capsulae semen nutans apice ferentes; semen lenticulare fuscum subreniforme utrinque tenuissime granulatum, margine compresso in dentes lanceolatos summo apice truncatos fissum. ○. Vis. fl. dalm. 1537 in argillosis circa Stobrez prope Spalato et in arenosis insulae Lesina. (Arenaria fasciculata L.; Minartia fasciculata Rchb.) Apr.

A. fasciculata Maly.

Caule ramosissimo; foliis linearibus recurvis; sepalis longe acutis, striatis margine membranaceo corolla multo-longioribus; capsula trivalvi calyce longiore; seminibus reniformibus. ⊙. In insula Lesina Dalmatiae (Bottori) Maly enum. pl. austr. pag. 296. n. 21. — Nobis incognita, ulterius observanda. (Aren. me-

diterranea Ledeb. ; A. triandra Schrk. ; Sabul. mediterranea Rchb.) In.-Il. . . . . **A. mediterranea Maly.**

9 Foliis 3—5-nervibus; caulibus cæspitosis 10

Foliis exacte enervibus 12

10 Petalis calycem subaequantibus 11

Petalis truncatis calyce multo, (subduplo), longioribus basique cuneatis; foliis lineari-subulatis, laevibus; pedunculis terminalibus subgeminis elongato-filiformibus ; sepalis subulatis remote 3-striatis; petalis truncatis; capsula exserta. — Caules in caespitem collecti tenues, procumbentes; folia planiuscula glabra; capsula oblonga conica. ♃. In pascuis saxosis, cacuminis alpis Visočica tractus montium Velebit. Syll fl. cr. — (Sabulina austriaca Rchb.) Rchb. fl. g. 4925. Il.-Ag. . . . . . . **A austriaca M. et K.**

11 Caulibus adscendentibus superne dichotomis floriferis nudiusculis; foliis lineari-setaceis; pedicellis calyce multo-longioribus; petalis albis; sepalis ovato-lanceolatis 3-nervibus cuspidatis; capsula oblonga calyce subbreviore; seminibus granulatis dorso echinatis. — Bi-tripollicaris fusco-virens rigidula; pedunculi subterni; bracteae breves patentes; inflorescentia glanduloso-puberula. ♃. In graminosis saxosis montium Velebit et Kapela. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1538 in cultis circa Zara et Sebenico nec non in saxosis montium Velebit, Beljak et Biokovo; in insula Lesina. (Arenaria verna L.; A. cæspitosa Ehrh.; A. saxatilis Roth.; Triphane caespitosa Rchb.) Rchb. fl. g. 4927 et 4929. Il.-Ag. **A. verna Bartl.**

Caulibus rigidis adscendentibus cymoso 3—5-floris; foliis lanceolato-linearibus acuminatis multinervibus ; capsulæ ovato-oblongae calycem subaequantis dentibus apice emarginatis callosis; seminibus rugosis, dorso squamoso-cristatis. — Planta admodum varians magnitudine a pollice ad 4 pollices; caulibus rigidis aut gracilibus; foliis linearibus longioribus, vel lanceolato-linearibus abbreviatis duris; floribus solitariis vel cymosis; sepalis ovato-lanceolatis vel lanceolato-linearibus plus minus longe acuminatis; pubescentia simplici vel glandulosa. ♃. Vis. fl. dalm. 1539 in cacuminibus saxosis rupiumque fissuris montium Biokovo et Orien. (A. Arduini Fenzl.; Aren. graminifolia Ard.) Il.-Sept. **A. graminifolia Gm.**

Obs. var. α. tota hirsuta superne glandulosa est: A. Rosani Ten. Var. β. foliis caulibusque inferne glabris, superne glanduloso-pubescentibus, est: A. alpicola Ten.

12 Foliis turionum incurvato-homomalis, caulinis subulatis margine scabriusculis, superioribus longioribus patentissimis; caulibus curvato-adscendentibus; pedunculis longissimis; petalis sepalisque rotundatis subaequalibus capsula dimidio brevioribus. — Fere spithamaea; caules ramosi procumbentes setulisque tecti; folia linearia basi dilatata connata facie plana, dorso convexa, margine setulis exasperata, summa breviora latiora canaliculata; pedunculi villosi. ♃. In alpinis et subalpinis Croatiae (?) Kit. — Rchb. fl. g. 4931. (A. laricifolia Vill.; Wierzbickia macrocarpa Rchb.) Il.-Ag. . . . . **A. macrocarpa Kit.**

Foliis subulato-triquetris obtusis enervibus; caulibus basi suffruticosis tortuosis erectis canescentibus, superne glandulosis 1—3-floris; pedicellis calyce longioribus; sepalis oblongis apice rotundatis obtusis 3-nervibus; capsulae oblongae calycem superantis dentibus apice emarginatis; seminibus rugosis dorso squamoso-cristatis. — Turiones fasciculis foliorum dense obsessi, tortuosi inferne stuposi; sepala oblonga aequalia incana margine scarioso purpurascente apiculoque albido. ♃. Vis. fl. dalm. 1540 in sterilibus apricis montis Rəska in insula Veglia; in saxosis montis Dinara et jugi Kamešnica montis Prolog. (Arenaria liniflora L. fil.; A. striata Vill.) Rchb. fl. g. 4932. Il.-Sp.

A. liniflora Vis.

Gen. 190. **Arenaria L. Pjeskarica.**

Calyx 5-sepalus; corolla petalis 5 indivisis; stamina 10, styli 3, capsula 6-valvis seminibus reniformibus hilo nudis, i. e. appendice arilliformi destitutis; flores albi. Koch. syn. pl. pag. 127; Vis. fl. dalm. III. p 180. gen. 563; Rchb. fl. g. p. 791; g. 926.

1 Petalis calyce evidenter brevioribus 2
Petalis calyce multo-longioribus 3

2 Caulibus paniculato-dichotomis, diffusis pubescentibus foliis ovatis ellipticisve acutis, ciliatis, inferioribus petiolatis; sepalis lanceolatis acuminatis 3-nerviis. Inflorescentia plantae junioris est fastigiato-cymosa, adultae racemoso-exserta tenuior variatque visciditatis gradu. ⊙. v. ♂. In agris campisque praecipue arenosis in ipsas alpes adscendens, nec non in hortis oleraceis in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. dalm. 1543 in arenosis, in arvis et ad muros totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. g. 4941. (Stellaria serpyllifolia Scop.) Iu.-Sept. . . **A. serpyllifolia L.**

Obs. var. β. caulibus foliisque viscidis, est ; A. viscida Loisl.

Caulibus filiformibus superne nudis ; follis petiolatis orbiculatis mucronulatis, floralibus linearibus; sepalis lineari lanceolatis acuminatis 5-nerviis. Caules gracillimi puberuli subramosi, superne floridi aphylli ; folia omnia pilosella tenuia venoso-reticulata, basi 3-nervia, utrinque in sicco punctis exstantibus aspera ; petala oblongo-obovata integra alba calyce capsulaque breviora ; capsula ovata, apice sex-rarius septemvalvis ; seminibus reniformibus rugulosis, dorso muricatis, hilo nudis. ○. Vis. fl. dalm. 1544 in monte Paklenica. Il.-Ag. . . . . . **A. orbicularis Vis.**

3 Foliis elliptico-aut ovato-lanceolatis margine aequalibus . . . 4

Foliis lanceolato-subulatis aristatis margine evidenter incrassatis subtus uninerviis, nervo valido ; caudiculis caspitosis, caulibus ipsis adscendentibus 1—3-floris ; sepalis ovata-lanceolatis acuminatis aristatis uninerviis ; petalis albis oblongo-obovatis calyce duplo longioribus. Caules stricti laeves semipedales ; folia rigida in apicem pungentem attenuata ; inflorescentia paniculata ; capsula oblonga calyce longior. ♃. In locis rupestribus pratisque montanis circa Šestinam, Sv. Šimon et Samobor. Syll. fl. cr. (A. juniperina Vill., Stellaria aculeata Scop.) Rchb. fl. g. 4946. Mj.-In. . . . . **A. grandiflora L.**

4 Foliis ovato-lanceolatis acutiusculis in petiolum brevem decurrentibus, basi setoso-ciliatis ; caulibus caespitosis adscendentibus ; floribus terminalibus subpaniculatis solitariisque ; sepalis siccitate nervosis ; petalis ovatis breviter unguiculatis. Caules procumbentes villosuli ; folia minuta integerrima ; pedunculi villosi 1—2-flori ; sepala oblongo-lanceolata, ad basin ciliata ; petala calyce duplo longiora ; capsula oblonga. ♃. In locis saxosis glareosis alpis Debelo-berdo tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 4942. In.-Ag. . . . . . . **A. ciliata L.**

Foliis elliptico-lanceolatis utrinque attenuatis cartilagineo-subserrulatis ; caulibus superne glabris, ramis gracilibus erectis bifloris ; pedunculis terminalibus inaequalibus ; sepalis ovatis carinatis enervibus. Radix multiceps ; caules in caespitem collecti filiformes glabri ; folia acuta rigidula, margine denticulata in petiolum attenuata, superiora sessiiia ; pedunculi filiformes, glabri laeves ; bracteae subulatae ; corolla calyce duplo longior ; capsula ovata. ♃. In fissuris rupium montium Velebit et Kapela, veluti in alpe Visočica, Badanj et Pliešivica. Syll. fl. cr. Vis.

fl. dalm. 1545 in alpestribus saxosis montium Velebit, Biokovo et Orien. Rchb. fl. g. 4945. (A. densa Kit). II.-Ag. **A. gracilis WK.**

Gen. 191. **Moehringia L.-Merinka.**

Calyx 4—5-sepalus; petala 4—5 integra vel leviter emarginata; stamina 8—10 ovarium multo-oculatum; styli 2—3; capsula 4-vel 6-valvis; semina globoso-reniformia nitida, ad hilum appendice arilliformi provisa; flores albi. Koch syn. pl. pag. 126; Vis. fl. dalm. III. pag. 181, gen. 564; Rchb. fl. g. p. 783; g. 920.

1 Foliis omnibus conformibus, omnibusque anguste linearibus aut subfiliformibus sessilibus; petalis calyce longioribus 2
Foliis aut omnibus aut saltem inferioribus ovatis petiolatis; petalis calycem subaequantibus aut plane illo brevioribus . . . 3

2 Foliis anguste linearibus acutiusculis deplanis evidenter 1—2-nerviis, (nervis saltem siccitate prominulis) nec unquam semiteretibus glabris et laete virentibus, aut levissime puberulis et subcanescentibus; pedunculis axillaribus alaribusque elongatis unifloris; sepalis ovatis acutis margine scariosis pallescentibus, dorso herbaceo viridi petalisque lanceolato-ovalibus subbrevioribus; Caules laxe caespitosi elongati flaccidi longe penduli, flores octandri, capsula valvis unilocularibus. ♃. Ad rupes humidiusculas et saxa umbrosa regionum subalpinarum montiumque decliviorum, veluti ad latus septemtrionale tractus rupium calcarearum Kalnikensium, ad moenia saxosa angustae vallis ad Sused. (In Syll. cr. occurrit errone sub nomine M. diversifoliae, Fenzl et qua talis etiam ad Amicos missa). In.-Ag. **M. flaccida Schloss. et Vuk.**

Foliis linearibus semiteretibus glabris connato-sessilibus acutis enerviis viridibus; sepalis ovali-lanceolatis uninervibus corolla brevioribus; pedunculis terminalibus 2—7-floris; capsula 4—5-valvi. Caules caespitosi procumbentes; flores octandri tetrapetali petalis calycem superantibus. ♃. Ad rupes umbrosas humidas montium Kalnik ad Vratno, circa Samobor, in monte Klek alibique in montanis et subalpinis Croatiae. Syll. fl. c.; ad rivulos et fonticulos montanos ad Jankovec et circa Velika in comitatu Požegano (Kanitz). Vis. fl. dalm. 2546 ad rupes umbrosas humidas in montibus Velebit, Promina, Svilaja, Biokovo et in Krivošcice. Rchb. fl. g. 4900. In-Ag. . . **M. muscosa L.**

3 Foliis infimis ovatis acutis petiolatis, reliquis lineari-lanceolatis acutiusculis basi in petiolum attenuatis; pedunculis terminalibus 1—3 floris, defloratis porrectis; sepalis ovatis uninerviis exterioribus acutis, interioribus obtusis; petalis calycem aequantibus. ♃. In rupibus calcareis umbrosis circa Krapina et Samobor. Jn.-Il. . . . . **M. diversifolia Fenzl.**

Foliis omnibus ovatis acutis 3—5-nerviis inferioribus petiolatis, petiolo folium aequante; caule ramoso puberulo; sepalis ovato-lanceolatis approximatis 3-nerviis; petalis calyce brevioribus. Spithamaea et ultra, dichotoma, pallide virens opaca; flores parvi; semina laevissima, margine carinata, strophiolo squamuloso. ♃. In dumetis et sylvis subhumidis in Croatia ubique vulgaris Syll. fl. cr., nec minus in sylvis montanis comitatus Požegani (Kanitz. Vis. fl. dalm. 1547 in sylvis montium Velebit. Rchb. fl. g. 4943. (Aren. trinervia L., A. plantaginea). Mj.-Ag. **M. trinervia. Clair.**

Gen. 192. **Holosteum Dill. Plievelj.**

Calyx 5-sepalus; corolla petalis 5 dentatis; stamina plerumque 5, rarius 3 v. 4; styli 3; ovarium multiovulatum; capsula apice 6-valvis, seminibus avoideis complanatis hilo nudis. Koch syn. pl. p. 129.; Vis. fl. dalm. III. p. 181, g. 565.; Rchb. fl. g. p. 783.

Foliis oblongis glaucis utrinque glabris; floribus umbellatis glanduloso-pubescentibus viscidis; pedunculis fructiferis reflexis; valvis apice circinatis. Spithamaeum multicaule; caules inferne glabri, superne pilis viscidulis adspersi; folia basi connata; margine ciliata; umbellae involucratae foliolis duobus latis connatisque; petala parva, infra medium ciliata, pleraque apice dentata; capsula apice sexdentata. ⊙. In cultis et incultis planitierum montiumque humiliorum Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1548; Rchb. fl. g. 4901. Mr.-Mj. . . . . **H. umbellatum L.**

Obs. var. β. foliis omnibus margine glandulosis est H. Heuffelii Rchb.

Gen. 193. **Stellaria L. Črevce ili Zviezdarka.**

Calyx 5-sepalus; corolla petalis 5 bifidis vel bipartitis; stamina 10, rarius pauciora; styli 3; ovarium multiovulatum; capsula 6-valvis vel 6-fida, semi-

nibus reniformibus scabris, hilo nudis. Flores omnium albi. Koch syn. pl. p. 129. Vis. fl. dalm. III. p. 181 g. 566.; Rchb. fl. g. p. 784.

1. Caulibus exacte teretibus 2
   Caulibus evidenter tetragonis 3
2. Petalis calycem aequantibus aut illo brevioribus bipartitis; caule adscendente dichotomo unifariam piloso; foliis ovatis breviter acuminatis petiolatis, superioribus sessilibus; floribus alaribus terminalibusque pentandris; capsula oblonga calycem superante. Caules prostrati ramosi geniculati; folia integerrima ad petiolos ciliata; pedunculi solitarii uniflori latere pilosi; sepala pilosa petalis bipartitis longiora; semina punctis eminentibus scabra. ⊙. In cultis, incultis, campis et in ruderatis ubique vulgaris. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1551; Rchb. fl. g. 4904. (Alsine media L.) Feb.-Nov. . . . . **St. media With.**
   Obs. var. β. major, corolla calycem subaequante decandra, est St: neglecta Whe.
   Petalis calyce evidenter longioribus 3
3 Foliis cordatis petiolatis acuminatis rameis sessilibus; caule adscendente superne villoso; panicula dichotoma; sepalis lanceolatis; petalis profunde bifidis calyce duplo longioribus; capsula oblonga calyce longiore ad medium usque et ultra in valvulas dehiscente. Radix repens; caules elongati humifusi radicantes teretes pubescentes; folia integerrima pilosa, inferiora ovato-cordata petiolata, superiora ovato-lanceolata sessilia, summa minima; flores erecti pedunculis pubescentibus; sepala oblongo-ovata margine membronacea inferne pubescentia. ♃. In nemoribus humidis sylvisque frondosis vulgaris. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1550 in nemorosis montium Velebit. Rchb. fl. g. 4909. Mj.-Il. . . . . **St. nemorum L.**
   Foliis linearibus inferioribus petiolatis subspathulatis; petalis calyce longioribus; caule striato superne dichotomo-paniculato paucifloro; pedicellis, calycibus margineque foliorum viscoso-pubescentibus; capsula apice tantum in dentes dehiscente. Palmaris spithamaea, erecta piloso-viscidula; petala alba bifida vix exserta; folia ciliata; capsula oblongo-cylindrica calyce duplo longior. ⊙. In graminosis, pascuis montanis ad Delnice, Grobnik, et alibi circa Lokve et Merzla-vodica in comitatu Riekensi. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1549. in vineis circa Cittavecchia in insula Lesina. (St. anomala Rchb., Cerastium ano-

malum WK.; Dichodon anomalum Bartl.) Rchb. fl. g. 4914. Mj.-In. . . . . **S. viscida M. B.**

4 Foliis saltem caulinis scabris ciliatisve 5

Foliis caulibusque glaberrimis glaucisque; caule erecto, debili foliisque sessilibus lineari-lanceolatis acutis; corymbo dichotomo; bracteis scariosis margine glabris, sepalis trinerviis; petalis bipartitis calyce longioribus; capsula oblongo-ovata calycem aequante. Caules erecti tetragoni; folia integerrima; flores subsolitarii in corymbis dichotomis. ♃. In pratis humidis montanis nec non in paludosis circa Zagrabia, Bistra et Jakovlje. Syll. fl. cr.; in sylvis circa Kravica in Slavonia (Kanitz); Rchb. fl. g. 4909. (St. palustris Retz. Mj.-Il. . . . **St. glauca With.**

5 Petatis calycem aequantibus aut illo longioribus 6

Petalis calyce brevioribus; caule diffuso, glabro; foliis sessilibus oblongo-lanceolatis glabris basi ciliatis; panicula dichotoma bracteis scariosis margine glabris; capsula ovata basi attenuata calycem subaequante ad medium usque et ultra in valvulas sex dehiscente. Caules debiles quadrangulares laeves; folia subundulata glaucescentia; pedunculi divaricati; flores parvi; sepala exteriora ciliata. ☉. In pratis paludosis, in nemoribus humidis, ad fossas et ripas fontesque circa St. Helena, Crisium, Zagrabia alibique in Croatia civili. Syll. fl. cr. (St. aquatica Pall; St. Dilleniana Leers., St. fontana Wulf., St. hypericifolia Wigg. Larbraea uliginosa Rchb. L. aquatica St. Hill.) Rchb. fl. g. 3669.-In.-Il. . . . . **St. uliginosa Murray.**

6 Caule adscendente foliis sessilibus lanceolato-acuminatis, carinaqua scabris; cyma dichotoma; bracteis herbaceis; calyce enervi petalis obovatis duplo breviori et capsulam globosam subaequante. Radix repens; caules superne ad angulos scabri, basin versus attenuati primo decumbentes, dein erecti; pedunculi longissimi; sepala lanceolata. ♃. In locis graminosis sylvarum, ad sepes et in dumetis in Croatia ubique vulgaris. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1552 in partis subalpinis montium Velebit et in monte Sella Rchb. fl. g. 4908. Aq.-Mj. . . . **St. Holostea L.**

Caule decumbente, demum adscendente; foliis lanceolato-linearibus laevibus, basi angustatis, apice attenuatis; cyma dichotoma patula; bracteis scariosis; calyce 3-nervi petala subaequante, capsula oblonga breviore. Radix multiceps; caules debiles ramosi superne compressi, secus quadrangulares; folia ad basin

ciliata; bracteae membranaceae cuspidetae ciliatae; sepala cuspidata margine membrancea; styli pubescentes. ♃. In campis, pratis et ericetis ubique in Croatia et Slavonia vulgaris. Vis. fl. dalm. 1553 in pascuis circa Dragalj in Krivoscie. Rchb. fl. g. 4911. Mj.-Il. . . . . **St. graminea L.**

Gen. 194. **Moenchia Ehrh.**

Calyx 4-sepalus; corolla petalis 4 integris; stamina 4; ovarium multiovulatum; styli 4; capsula apice 8-valvis; flores albi. Koch syn pl. pl. 131. Rchb. fl. g. p. 793. g. 927.

Caule subbifloro; floribus tetrandris. Gracilis glauca stricta, in humidis procumbens 1—3-pollicaris simplex aut subramosa; folia anguste-lanceolata acuta, paria 4. distantia; pedunculus striatus demum pollicaris. ⨀. In pascuis et ericetis Dalmatiae. Maly en. pl. pag. 299, gen. 712. (M. quaternella Ehrh., Sagina erecta L., M. glauca Pers., Alsinella erecta Mnch) Ap.-Mj. **M. erecta Fl. Wett.**

Gen. 195. **Malachium Fries.**

Calyx 5-sepalus; corolla 5-petala petalis bipartitis vel emarginatis; stamina 10; styli 5; ovarium multiovulatum; capsula 5-valvis, valvulis apice bifidis; flores albi. Koch syn. pl. p. 132; Rchb. fl. g. p. 765. g. 931.

Caule erecto apice dichotomo 3—9-floro; foliis lineari-lanceolatis acutis cauleque glaberrimis; bracteis margine scariosis; pedunculis erectis petalis calyce longioribus truncato-emarginatis; radice uni-vel pluricauli. Spithamaeum et ultra, gracile; foliorum paria remota; flores majusculi; sepala membranaceo-marginata; petala exserta emarginata; capsula calyce brevior; semina tenue granulata. ⨀. In locis herbidis, arvis incultis humidiusculis, ad vias circa Slanje, Crisium, Verbovec, Zagrabia alibique in Croatia civili. Syll. fl. cr. Circa Essek et in comitatu Syrmiensi haud rara in graminosis (Kanitz.); Vis. fl. dalm. 1558 in pascuis montium Velebit, Lemeš, Svilaja, in herbidis Scagliari et Župa prope Cattaro. (Cerastium manticum L., Stellaria mantica DC.; Moenchia mantica WK.) Rchb. fl. g. 4966. Mj.-In. . . . . **M. manticum Rchb.**

Caulibus adscendentibus scandentibusque basi radicantibus; foliis cordato-ovatis acuminatis sessilibus caulium sterilium petiolatis,

petiolo folium subaequante; panicula dichotoma divaricata glanduloso-pilosa; bracteis herbaceis; petalis bipartitis. Caulis 1—3-pedalis debilis ramosus pilosus; radix repens; sepala ovata pilosa viscida; capsula apice 5-dentata; semina reniformia scabra. Habitus ex integro Stellariæ nemorum L., sed folia sunt latiora cordata subamplexicaulia undulata glabra, nec ciliata, infima tantum petiolata; pedunculi laterales piloso-viscidi. ♃. Ad dumeta humidiuscula, ad ripas et fossas; in uliginosis, in Croatia et Slavonia ubique vulgaris. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1560 ad sepes et in locis udis ad St. Arcangelo inter Dernis et Knin. (Stell. aquatica Scop.; Cerast. aquaticum L.) Rchb. fl. g. 4967. Mj.-Oct. et ultra. . . . . . . **M. aquaticum Fries.**

Gen. 196. **Cerastium L. Rožac.**

Calyx 5-sepalus; petala 5 bifida vel emarginata; stamina 10, rarius 4-vel 5; ovarium multi-ovulatum; capsula apice 10-valvis; flores omnium albi. Koch syn. pl. p. 132; Rchb. fl. g. p. 795 g. 933.

1 Petalis calycem subaequantibus aut plane illo brevioribus . . 2
Petalis calyce evidenter longioribus 9
2 Bracteis omnibus herbaceis calycibusque apice barbatis . . . 3
Bracteis calycibusque apice imberbibus glabrisque 5
3 Pedicellis fructiferis calycem aequantibus brevioribusve. . . . 4
Pedicellis fructiferis calyce duplo triplove longioribus; caule suberecto; foliis ovalibus oblongisve, infimis obovatis petiolatis; cymae dichotomae floribus laxis; bracteis omnino herbaceis; staminibus basi pilosis; capsulis oblongis; foliis caulibusque albido-hirsutis. — Radix fibrosâ; caulis ramosus, rarius simplex; folia inferiora in petiolum attenuata, reliqua sessilia ovata; sepala ovato-lanceolata; petala parva bipartita laciniis obtusis. ☉ In agris, vineis collibusque arenosis ubique in Croatia vulgare; Syll. fl. cr. p. 181; in arvis lapidosis circa Duzluk et Zemun. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1556 in agris et vineis circa Sebenico, Trau, Spalato, Clissa et in insula Brazza. (C. strigosum Fries.; C. viscosum Poll., C. barbulatum Wahlb.) Rchb. fl. g. 4971. Apr.-In. . . . . **C. brachypetalum Desp.**
4 Caule erecto vel adscendente; foliis subrotundis ovalibusve inferioribus obovatis petiolatis; cymae dichotomae floribus glomeratis; pedicellis fructiferis bracteas calycesque subaequantibus; capsulis angustis linearibus apice rectis; caulibus foliisque vil-

losis. — Radix fibrosa; caules in caespitem collecti; sepala lanceolata acuta interiore margine membranacea; petala oblonga emarginata; filamenta basi glandulosa; capsula calyce duplo longior; semina lineata tuberculata. ⨀. In agris locisque cultis subhumidis; ad ripas et fossas ubique in Croatia et Dalmatia vulgare. Syll. fl. cr. — In Slavonia in pratis montanis circa Duboka, Našic, Karlovic et Zemun. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1554. (C. vulgatum L.; C. rotundifolium Sternb.; C. viscosum Fries.) Rchb. fl. g. 4970. Mj.-Sept. . . . . . **C. glomeratum Thuil.**

Caule erecto strictove; foliis rotundato-ovatis denticulo sive mucrone brevissimo terminatis; floribus fasciculatis; capsulis oblongo-incurvis, ore decemfido; foliis caulibusque hirsutis, pilis glandulosis. ◯. In agris arvisque circa Korenica in Croatia australi. Kit. iter croat. I. Mj.-In. . . . . . **C. rotundifolium Kit.**

Observ. Videtur nil aliud esse, nisi varietas praecedentis.

5 Caulibus diffusis demum adscendentibus, lateralibus saepe basi radicantibus. 6

Caulibus erectis vel adscendentibus ne unguam radicantibus . . 7

6 Foliis sessilibus ovato-lanceolatis acutis; pedunculis ternis lateralibus subtrifloris; sepalis basi longe villosis; capsula ovata immersa; caulibus foliisque villosis, nec unguam glabris; corollis campanulatis. ⨀. In Dalmatia sed ubi? Maly enum. pl. p. 299. Rchb. fl. g. 4978. (C. pilosum Sibth.) Il.-Sept. **C. illyricum Arduin.**

Foliis ovalibus oblongisve obtusis, infimis obovatis petiolatis, cymae dichotomae floribus demum laxis; bracteis scarioso-marginatis herbaceisve; pedicellis fructiferis calyce duplo longioribus; sepalis apice scariosis staminibusque glabris; capsulis oblongo-linearibus. — Folia saturate viridia; pedunculi visciduli; capsula calyce fere duplo-longior; semina rugusa. ◯. In agris cultisque subhumidis; in pratis et ad fossas in Croatia vulgare. Syll. fl. cr. In Slavonia ad Zemum. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1555 in arvis et pascuis totius Dalmatiae. (C. vulgatum Curt.; sed non L.) Rchb. fl. g. 4972. Apr.-Oct. . . . . . **C. viscosum L.**

Obs. var. α. bracteis omnibus scarioso marginatis, vel inferioribus omnino herbaceis petalisque calyci subaequilongis, est; C. triviale LK.

7 Caulibus erectis strictisve dichotomo-paniculatis, foliis ovato-lanceolatis acutiusculis pubescentibus; petalis calycem aequantibus.

⊙. In montanis herbidis circa Verbovsko, Grobnik et Jelenje. Syll. fl. cr.; in comitatu Syrmiensi. Kit. Rchb. fl. g. 4988. In.-Il. **C. microcarpum Kit.**

Caulibus adscendentibus erectisve, foliis ovato-oblongis obtusis; pedunculis glanduloso-pubescentibus fructiferis calyce duplo-triplove longioribus; paniculæ ramulis superioribus aggregatis . 8

8 Bracteis omnibus sepalisque semiscariosis apice glabris eroso-denticulatis. — Caules humiles superne visciduli; folia ovato-oblonga; pedunculi calyce breviores; sepala viscida; petala emarginata pleraque calyce breviora; stamina raro plura quam 5; capsula calyce fere duplo longior; semina punctis eminentibus scabra. ○. In collibus, agris vineisque arenosis haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1555 var. γ. Rchb. fl. g. 4968. Mr.-Mj. **C. semidecandrum L.**

Bracteis inferioribus herbaceis, superioribus calycibusque margine scariosis stria herbacea dorsali subexcurrente. ○. In arvis et pascuis siccis circa Crisium, Varasdinum et alibi in campo Dravano haud rarum. (C. ovale Bess.; C. pumilum Curt.) Rcbh. fl. g. 4969. Apr.-Mj. . . . . **C. glutinosum Fries.**

9 Foliis infimis ovatis acutis in petiolum abrupte contractis intermediis oblongis, superioribus lanceolatis attenuato-acuminatis; caulibus adscendentibus, lateralibus basi radicantibus; panicula multiflora denique sparsa; bracteis inferioribus herbaceis, superioribus anguste scarioso-membranaceis. — Radix repens; caules inferiore parte decumbentes, radicantes; folia et bracteae ciliatae; sepala lanceolata acuta; capsula apice 12—15-dentata. ♂. In sylvis montanis subhumidis in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Claustrum Duzluk et Našic, nec non in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4973. Mj.-Il. . . . . **C. sylvaticum WK.**

Foliis inferioribus lineari-lanceolatis subspathulatis oblongisve, nec unquam ovatis 10

10 Foliis linearibus elongatis margine subrevolutis subcarnosis subtus convexiusculis; cauliculis prostratis basi radicantibus, caulibus nodosis adscendentibus et una cum foliis albo-tomentosis; sterilibus dense caespitosis; floriferis erectis 7—15 floris; petalis albis lineatis bilobis; capsulae coriaceae dentibus varie connatis planis. — Radix multiceps; caules cespitosi inferiori parte decumbentes; petala ampla bifida; germen globosum. ♃. In ru-

pestribus ad viam publicam per Ostarijam Karlobago decentem, in alpinis Visočica, Badanj et Segestan, nec non circa Podprag Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1559 in saxosis apricis montium Velebit, Prolog, Mossor, Dinara supra Almissa, Biokovo; in montibus supra Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 4987. In.-Il.

C. grandiflorum WK.

Obs. var. β. foliis glabriusculis virescentibus junioribus pedunculisque cano-tomentosis, est: C. suffruticosum Rchb.

Foliis nec carnosis nec semiteretibus 11

11 Corollis sub anthesi patentissimis; caudiculis repentibus, sterilibus rosulatis, caulibus cæspitosis floriferis adscendentibus omnibus una cum foliis ellipticis lanceolatisque albo-tomentosis aut pilis lanatis dense tectis canescentibusque; bracteis herbaceis apice anguste scariosis; pedunculis 1—3-floris, defloratis infractis; capsula exserta cylindrica recta angulata. — Cauliculi 2—3-pollicares; folia duriuscula indumeto mollissimo villoso aut floccoso omnino involuta; flores 1—2, rarissime terni. ♃. In graminosis asperis montis Klek ad Ogulin. C. tomentosum L. β. aut C. floccosum v. decalvans. svadente Dr. Fenzl in litteris 1860. Cerastium hoc a nobis 1856 lectum Syll. fl. cr. non est illatum, Syll. fl. cr. quia initio nobis incognitum mansit.) Mj.-Il.

C. decalvans Schloss. et Vuk.

Corollis subanthesi campanulatis; foliis superioribus oblongo-ovalibus acuminatis linearibusve; pedunculis fructiferis erectis, calyce cernuo 12

12 Caulibus dense cæspitosis; foliis turionum cauliumque florentium lineari-subulatis rigidulis, fasciculatis; floribus terminalibus 3—7 umbellatis subsessilibus, pedunculo centrali exserto; bracteis sepalisque membranaceo-marginatis obtusis. — Radix multiceps; caules diffusi teretes ramosi, rami inferne glabri; superne pubescentes et viscidi; folia caulina stricta connata linearia vel lanceolata stricta; flores ampli petalis obovatis bifidis calyce duplo longioribus. ♃. In fruticetis et agrorum marginibus ad Varasdinum, Zelinam superiorem et Zagrabiam; in Croatia australi in subalpinis et in ipsa alpe Pliešivica. Kit. iter. cr. I. Vis. fl. dalm. 1557 var. γ. in saxosis apricis montium Prolog et Gnjat. (C. caespitosum Kit.; C. strictum DC.) Rchb. fl. g. 4982. Mj.-Il. . . . . **C. laricifolium Vill.**

Foliis nec unquam lineari-subulatis duriusculis, nec fasciculatis; caudiculis caespitosis repentibus 13

13 Caudiculis prostratis basi radicantibus, caulibus adscendentibus, turionibus dense caespitosis; pedunculis hirto-pubescentibus . . 14
Caudiculis nullis; caulibus diffusis demum adscendentibus pubescentibus non radicantibus; foliis oblongis infimis in petiolum angustatis subspathulatis; panicula multiflora, denique sparsa; bracteis inferioribus herbaceis, superioribus anguste scarioso-marginatis; pedicellis fructiferis calycem bis superantibus. ⊙. In agris et collibus herbidis Dalmatiae. (Alexander, Botteri.) Maly enum. pl. p. 300, n. 7. (C. praecox Ten.; C. ligusticum Viv.) Rchb. fl. g. 4979. Apr.-Mj. . . **C. campanulatum Viv.**

14 Foliis lineari-lanceolatis; bracteis membranaceo-marginatis circumciliatis; pedunculis trichotomis; floribus erectis; capsula curvula tertia parte exserta, ore valde obliquo dehiscente. — Radix valde repens; caules decumbentes pubescentes: rami viscidi; sepala ovata obtusa margine scariosa; petala magna obcordata calyce duplo longiora. ♃. In campis collibusque apricis, ad viarum agrorumque margines in ipsas alpes adscendens, in Croatia et Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1557 in apricis saxosis montium Dinara, Prolog et Biokovo. Rchb. fl. g. 4980. Ap.-In. . . . . **C. arvense L.**
Foliis linearibus acutiusculis ciliatis subtus glabris pedunculis calicybusque pilosis; capsulis globosis. — Caulibus adcendentibus geniculis tumidis. ♃. In graminosis asperis vallis subalpinae Senski-put; in cacumine alpis Debelo-berdo inter lapides calcareos. WK., nec non in asperis alpium Pliešivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4981. . . . . . . **C. ciliatum WK**
Obs. Videtur nil aliud esse, quam varietas antecedentis foliis angustioribus ciliatisque.

Fam. XXVI. **Elatineae Cambes. Pobarice.**

Calyx 3, 4, 5-fidus partitusve, aestivatione imbricatus; petala sepalis numero aequalia ilisque alterna, hypogyna; stamina tot quod petala vel numero dupla, libera hypogyna; ovarium liberum 3, 4, 5-loculare, valvulis septigeris, loculis pluriovulatis; styli numero loculorum; fructus capsularis; placentae centrales; semina filiformia, numerosa, exalbuminosa; embryo rectus vel cum semine curvatus, radicula ad hilum versa. Folia exstipulata. Koch. syn. pl. p. 137.

Gen. 197. **Elatine L. Pobarica.**

Char. generis idem, qui familiae.

1 Foliis oppositis 2
Foliis verticillatis, verticillis inferioribus 8—12-phyllis, foliis lineari-lanceolatis, superioribus 3-phyllis foliis ovatis; caule angulato-articulato; floribus albo-virentibus. — Semina sulcata transverse rugosa curvata reticulata. ◯. In lacubus paludibusque in Lonjskopolje ad Svinjičko, Kostrina et Osekovo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4108. Il.-Ag. . . . . **E. Alsinastrum L.**

2 Floribus axillaribus pedunbulatis octandris petalis sepalisque quaternis; foliis petiolo brevioribus. ◯. In locis inundatis et humidis, ad ripas fluviorum lacuumque, ad flavium Plitvica prope Žabnik, Kučane et Vèrbanovec in campo Podravano; ad ripas fluvii Bednja circa Slanje et Ludbreg. Syll. fl. cr. In paludosis locisque hieme inundatis circa Klokočevac, Zoljan, Feričance et Našic. (Kanitz.) — Rchb. fl. g. 4107. Il.-Ag. **E. Hydropiper L.**
Floribus tri-hexandrisve; petalis sepalisque ternis; foliis petiolo longioribus. 3

3 Floribus sessilibus, triandris, trigynis. — Humillima; calyx tripartitus; petala tria. ◯. In uliginosis ad Lanjsko-polje in Moslavina. Rchb. fl. g. 4104. Il.-Ag. . . . **E. triandra Schk.**
Floribus axillaribus alternis pedunculatis, hexandris. ⊙. In lacubus fluvii Bednja circa Veliki- i Mali-Bukovec et ad lacus fluvii Plitvica ad Verbanovec. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4105. Il.-Ag. . . . . **E. hexandra DC.**
Obs. Syllabo fl. cr. pag. 150 erronee inscripta fuit: Elatine Schuriana Hayne loco E. hexandrae DC., quae prior in ditione florae croaticae, in quantum nobis cognitum, nec dum lecta est.

Fam. XXVII. **Lineae DC. Lanovice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx 5-sepalus, rarius 4-fidus persistens aestivatione imbricatus; petala hypogyna tot, quot sepala, aestivatione contorta, interdum unguibus inter se et cum staminibus cohaerentia; stamina 5, rarius 4, petalis alterna, hypogyna, basi in annulum connata interjectis dentibus qua rudimentis staminum interiorum, petalis oppositis nullisve; antheris birimosis; ovarium dissepimentis 4, 5 completis, e membrana duplici formatis et 4, 5 incompletis, 8-vel 10-loculare, loculis uniovulatis, ovulis pendulis; placentae centrales; styli 4 vel 5; semina exalbuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa. Koch syn. pl. p. 137; Vis. fl. dalm. p. 214.

Herbae aut suffruticuli foliis alternis oppositisve, sessilibus, indivisis aveniis, basi interdum biglandulosis; floribus cymosis paniculatisve.

Gen. 198. **Linum Tourn. Lan.**

Calyx 5-sepalus, sepalis indivis; corolla 5-petala; stamina 5 basi coalita fertilia basi biglandulosa filamentis 5 sterilibus dentiformibus aucta; styli 5—3; capsula 5—10-locularis. Koch syn. pl. p. 138; Rchb. fl. g. p. 831, g. 945; Vis. fl. dalm. p. 215, g. 590.

1 Foliis omnibus alternis sparsisve vel tantum infimis oppositis . 2

Foliis caulinis omnibus oppositis laevibus oblongis obtusis eglandulosis, floralibus alternis acutis; sepalis ovali-lanceolatis acuminatis margine glanduliferis capsulam subaequantibus; caulibus teretibus superne dichotomis filiformibus. — Gracile filiforme spithamaeum laete virens glaberrimum, floribus albis, parvis, flavo-striatis; sepala passim glanduloso-ciliata. ⊙. In pratis, arvis et pascuis in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1646 in herbidis circa Knin et in montibus Ossero et Biokovo. (Cathartolinum pratense Rchb.) Rchb. fl. g. 5153. In.-Sept. . . . . , . . . **L. catharticum L.**

Obs. Herba fortiter purgans, sed hodie non amplius in usu.

2 Sepalis margine evidenter glanduloso-ciliatis 3

Sepalis margine exacte eglandulosis 10

3 Floribus flavis luteisve 4

Eloribus caeruleis, roseis albidisve 8

4 Foliis lineari-lanceolatis margine scabris; sepalis in apicem margine scabrum acuminato-attenuatis; radice omnium annua . . 5

Foliis margine glabris 3-nerviis, radice perenni 7

5 Pedicellis fructiferis brevissimis calyceque multo brevioribus; foliis margine serrulato-ciliatis scaberrimis axillisque uniglandulosis; ramis florigeris apice corymbosis spicatisve; sepalis lanceolato-attenuatis vix glanduloso-ciliatis capsula subrotunda acuta duplo longioribus. — Radix gracilis; caules humiles spithamaei aut robusti pedales et ultra, superne ramosi; folia stricta, superiora apice mucronata; petala parva pallide flavescentia rotundata. ⊙. Vis. fl. dalm. 1650 in locis siccis collinis apricis circa Sebenico, Spalato, Ragusa et in insulis Sansego, Cherso, Pago, Brazza et Lesina. (Cathartolinum strictum Rchb.) Rchb. fl. g. 5170. In.-Il.

L. strictum L.

Obs. var. β. florum corymbulis arcte spicatis, est: L. inaequale Presl vel L. strictum Sibth.

Pedicellis fructiferis calycem aequantibus aut plane illo longioribus 6

6 Ramulis paniculae glaberrimis apice laxe racemosis subbifloris; foliis lineari-lanceolatis laevibus, margine scabriusculis, axilla uniglandulosis: pedicellis fructiferis calycem subaequantibus longioribusve; sepalis ovalibus subulato-acuminatis capsula subrotunda dimidio-longioribus. — Semipedale, spithamaeum, raro ultra, filiforme fastigiatum; petala plerumque cum brevi acumine retusa; capsula parva; semina oblique ovalia testacea. ☉. In arvis incultis collibusque herbidis in submontanis Croatiae haud rarum. Syll. fl. cr. In comitatu Viroviticensi et Požegano in iisdem locis vulgare. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1648 in graminosis, dumetis olivetisque insularum Cherso et Lesina, nec non circa Ragusa. Rchb. fl. g. 5168. (L. gallicum L.; Cathart. gallicum Rchb.) Mj.-In. . . . . **L. aureum WK.**

Ramulis paniculae axillaribus basi interne puberulis, floriferis apice corymbosis tri-plurifloris; foliis lineari-lanceolatis utrinque scabris, margine serrulato-ciliatis, axilla uniglandulosis; pedicellis fructiferis calycem subaequantibus aut illo longioribus; sepalis lanceolato-attenuatis, capsula subrotunda acuta longioribus v. duplo-longioribus. — Medium inter L. aureum WK. et L. strictum L.; differt tamen ab illo altitudine pedali et in florescentia corymboso-pyramidata, dum illud est laxe corymbosum; foliis imprimis calycibusque acuminatis; petalis denique majoribus et acutis; ab altero habitu gracili filiformi-ramoso, petalis majoribus acutis, inflorescentia laxa. ○. In collibus siccis incultis in litt. cr. circa Flumen et Bukari. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1649 in sterilibus circa Zara, Sebenico, Verpolje, Trau, Spalato, Ragusa et Budna, nec non in insulis Veglia et Lesina. (L. gallicum Sibth.; Cathart. corymbulosum Rchb.) Rchb. fl. g. 5169. In.-Il. . . . . **L. corymbulosum Rech.**

7 Sepalis ovatis breviter acuminatis capsulam subaequantibus; foliis glabris 3-nerviis, inferioribus oppositis ellipticis, superioribus lanceolatis alternis; pedunculis fructiferis calycem pluries superantibus; stigmatibus cylindraceis. — Basi lignosum, 1-sesquipedale, durum; folia subcoriacea plurima obtusa, summa acuta, petala calycem triplum longa rotundata cum angulo, parallele

venosa, laete flava; capsula parva. ♃. In pratis montanis collibusque siccis apricis montanis in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In arvis siccis circa Virovitic, Zvečevo, Budanica; in comitatu Syrmiensi circa Vukovar, Čerević; ad Karlovic et Zemun. (Kanitz.) (Xantholinum flavum Rchb.) Rchb. fl. g. 5175. In.-Ag. **L. flavum L.**

8 Foliis ovato-lanceolatis lanceolatisve caulibusque villosis; sepalis lanceolatis antheris dorso affixis 9

Foliis linaaribus acuminatis margine ciliato-scabris caulibusque glabris; sepalis ellipticis, apice subulatis capsula parum longioribus; antheris basi affixis, stigmatibus capitatis. — Spithamaeum duriusculum, rigidum, cinereo-virens opacum radice lignosa suffruticulosum; inflorescentia corymboso-paniculata; flores pallide lilascentes aut ex albo rosei; capsula globoso-acuminata; semina oblique ovata testacea. ♃. In collibus arvisque montanis siccis solo calcareo circa Kalnik, Sudovec, Rieka, Zagrabia, Samobor alibique in Croatia montana. Syll. fl. cr. Circa Vučin, Zvečevo, Čerević, Karlovic et Zemun in Slavonia. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1647 in pascuis locisque apricis saxosis totius Dalmatiae littoralis et insularis nec non in montibus Velebit et Snieżnica. Rchb. fl. g. 5165. (Cathartolinum tenuifolium Rchb.) In.-Il. **L. tenuifolium L.**

9 Foliis ovato-lanceolatis oblongisve 3—5-nerviis; sepalis bracteisque glanduloso-ciliatis, caulibus tomentoso-villosis; stigmatibus cylindraceis; floribus lilacinis basi albidis. — Radix lignosa multiceps; e basi adscendens strictum, superne ramosum; folia acuminata, superiora sicut et sepala glanduloso-ciliata; flores subsessiles; sepala lanceolata acuminata hirsuta petalis magnis rotundatis duplo breviora. ♃. In pratis montanis collibusque incultis sterilibus circa Krapina, Stubica superior; Bistra, Jaska, Sv. Ana pod Turnom et alibi in Croatia montana. Syll. fl. cr. Circa Pečić et Mušić in comitatu Požegano; in comitatu Syrmiensi in Vučedol prope Čerević, circa Karlovic et Zemun. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1641 in arenosis ad viam circa Vrulja inter Almissa et Macarska; in monte Biokovo nec non in vineis circa Stagno. Rchb. fl. g. 5166. In.-Ag. . . . . . **L. hirsutum L.**

Foliis lanceolatis 3—5-nerviis villosis, superioribus, bracteis calycibusque glanduloso-ciliatis subglabris; caule pilis patentissimis villoso; stigmatibus clavatis; floribus dilute roseis, basi venis

violaceis. — E basi adscendente strictum pedale et ultra, pilis viscidis patentibus tectum superne ramosum; folia sessilia pubescentia, pilis glandula terminatis ciliata, summa angustiora; sepala ovata acuminata viscida ciliataque; petala obovata rosea aut purpurascentia lineisque saturatioribus variegata; germen globosum, pilosum. ♃. In pratis ericetisque montanis tractus montium Ivanščica ad Lobor, Radoboj et Krapina; circa Zagrabiam et in monte Klek. Syll. fl. cr. In collibus comitatus Syrmiensis. Kit. Rchb. fl. g. 5167. Il.-Sept. . . . **L. viscosum L.**

Obs. var. β. stylis stamina superantibus; floribus roseis stigmatibus cylindraceis foliisque exacte trinerviis, est: L. sylvestre Scop. occurrltque copiosissime in sylvis ericetisque montis Ošterc prope Samobor.

10 Floribus flavis luteisve 11

Floribus caeruleis, roseis, incarnatis albidisve 13

11 Annuum, glaucescens, glaberrimum; caulibus alato-angulatis dichotomis bifidisve; foliis lanceolatis bracteisque linearibus margine serrulato-scabris basi biglandulosis, inferioribus spathulatis; floribus axillaribus solitariis; sepalis lanceolato-linearibus serrulato-ciliatis capsula duplo longioribus; stigmatibus oblongis. — Semipedale et ultra, habitu foliisque majoribus obtusis L. flavo L. accedit; cyma est profunde dichotoma arrecti-patula calyces longi, petala illo duplum longiora. ⊙. Vis. fl. dalm. 1645 in vineis, olivetis et sterilibus apricis circa Zara vechia, Zaton, Verpolje, Trau, Spalato, Salona, Ragusa, Zuppa, Budua et in insulis Cherso et Lesina. (L. liburnicum Scop.; L. luteolum Bieb.; Xantholinum nodiflorum Rchb.) Rchb. fl. g. 5171. Mj.-Il.

L. nodiflorum L.

Suffrutescens; stygmatibus cylindraceis 12

12 Glaucum glaberrimumque; caulibus striatis; foliis anguste hyalino-marginatis basi biglandulosis, inferioribus spathulatis obtusis basi trinerviis, superioribus lanceolatis acutis; floribus dichotome-cymosis; sepalis lanceolato-acuminatis subciliatis capsulam superantibus; corolla campanulato-contorta. — Palmare spithamaeum radice lignosa suffruticosum; petala oblique oblonga. ♄. Vis. fl. dalm. 1643 in collibus apricis sterilibus calcareis circa Zara nec non ad Ossovnjak, Malfi et Gionchetto prope Ragusa. (Xantholinum campanulatum Rchb.) Rchb. fl. g. 5173. Mj.-In.

L. campanulatum L.

Laete virens glaberrimum; caulibus superne angulatis; foliis margine hyalino-membranaceis bracteisque subserratis basi biglandulosis, inferioribus obverse-lanceolatis 3—5-nerviis, superioribus lanceolatis cuspidatis; floribus fasciculato-capitatis; sepalis ovali-lanceolatis crebre serrulato-ciliatis capsulam subaequantibus. — E basi lignosa palmare-spithamaeum; caules florentes submembranaceo-angulati a foliorum decursu; panicula ramis dichotomis. ♄. In pascuis lapidosis apricis alpis Pliešivica ad Korenicom. Kit. Vis. fl. dalm. 1644 in saxosis apricis jugi Kamešnica. (L. serrulatum Bertol.; Xantholinum capitatum Rchb.) Rchb. fl. g. 5174. II.-Ag. . . . . **L. capitatum Kit.**

13 Radice perenni, multicauli 14

Radice annua; caule solitario; foliis lanceolato-linearibus acuminatis margine membranaceis capsula paullum brevioribus; stigmatibus clavatis; seminibus obovatis supra basin emarginatis. — Bipedale, laete virens, corolla et antherae diluto-caeruleae; semina testacea curvula. ☉. Colitur et hinc inde inter segetes et in ruderatis quasi spontaneum. Syll. fl. cr. et Vis. fl. dalm. 1638. Rchb. fl. g. 5154. (L. arvense Bauh.) In.-II. **L. usitatissimum L.**

Observ. var. β. sepalis ovali-acuminatis glabris capsula triplo brevioribus; petalis truncato-retusis integerrimis, capsulis magnis cum strepitu dehiscentibus, seminibus regularibus subspadiceis, est: L. humile Mill. Rchb. fl. g. 5155. Colitur et hinc inde quasi spotaneum.

14 Sepalis acutis ovatis lanceolatisve 15

Sepalis ovatis quidem, sed interioribus abtusissimis 16

15 Sepalis lanceolatis, acuminatis capsula duplo longioribus; foliis lineari-lanceolatis glabris, margine scabriusculis, acutis ad apicem usque remote denticulatis uninervibus. — Adscendens, spithamaeum pedale, folia sepalaque ad apicem usque dentata; petala sesquipollicaria laete caerulea. ♃. In pratis montanis locisque herbidis montium Žumbergensium, nec non illorum ad Sv. Anam pod Turnom. Syll. fl. cr. In pratis montanis Dalmatiae. Maly enum. pl. p. 327, n. 14. (L. acuminatum Mnch.) Rchb. fl. g. 5161. In.-II. . . . . **L. narbonense L.**

Sepalis ovatis acuminatis capsulam subaequantibus, interioribus obsolete ciliatis; foliis lineari-lanceolatis glabris; caulibus numerosis diffusis; stigmatibus clavatis; seminibus ovatis, basi in-

tegris. — Gracile adscendens spithamaeum; folia imperforata; nervo sepalorum medio excurrente, lateralibus duobus dimidiatis; corolla parva sepalis dilute caerulescentibus retusis; sepalorum mucrones setacei; capsulae parietes tenues; semen parvum ovale spadiceum. ♃. Vis. fl. dalm. 1639 in saxosis apricis pratisque montanis circa Trau, in monte Biokovo, in insulis Veglia, Ossero et in scopulo Pločica prope Lesina. Rchb. fl. g. 5158. In.-Il. **L. angustifolium Huds.**

16 Pedicellis fructiferis stricte erectis; petalis obcordatis, unguibus oblongo-trigonis 17

Pedicellis fructiferis reflexo-pendulis; unguibus petalorum obovatorum triangularibus; foliis lanceolato-linearibus linearibusve acutis, pellucide punctatis; sepalis ovalibus margine membranaceis acutis obtusisque capsulam subaequantibus; stigmatibus antheriformibus; seminibus obovatis supra basin emarginatis; floribus laete caeruleis, petalis purpureo-striatis, unguibus flavis — Bi-tripedale; flores laete caerulei, petala purpureo-striata ungue flavo; antherae albae; styli reflexi; stigmata capitata. ♃. In ericetis, ad vias, in colibus herbidis circa St. Helena, Psarijevo, Sudovec et alibi in Croatia submontana haud rarum. Syll. fl. cr.; ad fossas viarum circa Essek et Ćepin; in comitatu Syrmiensi, circa Karlovic et Zemun. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1640 in pascuis et pratis siccis planitiei circa Nona, in monte Velebit nec non in monte Triskavac insulae Veglia. Rchb. fl. g. 5156. . . . . **L. austriacum L.**

17 Petalis margine contiguis; capsula subrotunda calyce duplo longiore; sepalis ovatis glabris, interioribus obtusissimis; foliis lineari-lanceolatis glabris; floribus dillute caeruleis. — Plus minusve decumbens, folia imperforata; sepala ovalia hyalino-marginata basi 5-nervia; petala laetissime caerulea ungue flavo barbato; capsula magna, basi lata in apicem conico contracta; semina magna ovalia fusca. ♃. In collibus apricis, arvis sylvisque arenosis circa Zagrabia, Samobor, in monte Klek et alibi non adeo rarum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5149. . . . . **L. perenne L.**

Petalis obovato-cuneatis margine distantibus; sepalis rotundatis, tertia parte capsula brevioribus; foliis linearibus, infimis reflexis; caulibus declinatis. — Humile 4—6-pollicare decumbens, rarius spithamaeum-pedale suberectum, semper tamen oblique crescens; folia angustissima conferta, infima patentissima; flores in apice

caulis pauci magni pallide caerulei saturatius lineati; ungues et antherae ochroleucae; capsula parva immersa. ♃. In pascuis alpinis et subalpinis. Vis. fl. dalm. 1640 var. β. in iisdem locis ac L. austriacum cujus varietas esse videtur. Maly enum. pl. pag. 327, n. 11. Il.-Ag. . . . . **L. alpinum L.**

Gen. 199. **Radiola Gmel. Stozrnik.**

Calyx 4-fidus laciniis 2—3-fidis; staminibus fertilibus stylisque 4; caspula 8-loculari loculis monospermis; seminibus ovalibus laevibus, testaceis. Koch syn. pl. pag. 141; Rchb. fl. g. 831.

Tenerrima glaucescenti-opaca 1—4-pollicaris; caulibus filiformibus repetito dichotomis diffusis; foliis oppositis ovalibus aut lanceolatis; petalis calycem aequantibus albis. — Radix fibrosa; caulis humilis, ramosissimus teres glabriusculus; folia integerrima glabra; flores e dichotomia caulis pedunculati, solitarii minuti; capsula subrotunda. ◯. In arenosis humidis fossisque sylvaticis circa alodium Brezike, in locis lapidosis circa Stražeman versus montem Papuk et in arvis circa Bankovci in comitatu Požegano. (Kanitz.) (R. millegrana Sm.; Linum Radiola L.) Il.-Ag. . . . . **R. linoides Gmel.**

Fam. XXVIII. **Malvaceae R. Br. Sliezovnice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx 3, 4, 5-fidus persistens aestivatione valvatus, saepe duplex, exterior varie divisus vel e sepalis segregatis formatus; bracteis plus minusve connatis, basi calyculatis rarius nudis; petala tot, quot calycis laciniae et iis alterna, aestivatione spiraliter contorta unguibus inter se et cum staminum tubo connexis; stamina indefinita, hypogyna, filamentis inaequalibus in tubum connatis; antherae uniloculares rima transversali dehiscentes; ovarium pluriloculare loculis uni-vel plurioculatis, interdum lobatum; placentae centrales; capsula multilocularis, dissepimenta marginibus valvularum introflexis formata loculis monospermis; (vel fructus e carpellis pluribus monospermis circa processum receptaculi digestis intus dechiscentibus compositus.) Vis. fl. dalm. III. pag. 203.

Plantae herbaceae, rarius frutescentes ipsique frutices ramis teretibus, pilis saepe stellatis; foliis alternis petiolatis simplicibus aut palmatilobis stipulatis, floribus axillaribus aut racemosis paniculatisve terminalibus.

Gen. 200 **Malope L.**

Calyx exterior triphyllus, phyllis cordatis; styli supra medium divisi; carpella plurima congeste capitata, monosperma indehiscentia, calyce obtecta. Vis. fl. dalm. III. pag. 203, gen. 583; Rchb. fl. g. p. 770.

Foliis subcordato-ovatis obtusis crenato-serratis, superioribus subtrilobis stipulisque oblongo-lanceolatis ciliatis; pedunculis longissimis axillaribus unifloris. — Caulis humilis; folia longe petiolata ciliata facie glabra dorso ad venas setis adspersa; calycis exterioris foliola cordata acuminata hispida; petala magna, rosea aut violacea. — Caulis, petioli, pedunculi et sepala setis albis consita sunt. ♃. Vis. fl. dalm. 1605 in arvis loci Divulje dicti prope Trau. Rchb. fl. g. 4830. Mj.-In. . . . **M. malacoides L.**

Gen. 201. **Kitaibelia W. Kadivka.**

Calycis involucro 7—9-partito, calyce ipso 5-partito; carpidia plurima monosperma in capitulum aggregata. Rchb. fl. g. p 771, g. 907.

Caule 4—6-pedali ramoso, piloso; foliis petiolatis cordato 7-5-3-angulatis acuminatis duplicato-serratis; floribus axillaribus subgeminis; invulucro calycem excedente, corollam albam subaequante. — Radix ramosa multiceps; caules hirsuti; folia alterna pilosa; stipulae oblique cordatae acuminatae integerrimae, involucri laciniae ovato-lanceolatae acuminatae subintegerrimae et illae calycis ovatae; corolla ampla 5-petala petalis obcordatis basin versus angustatis ad margines barbatis; capsulae calyce persistente tectae. ♃. In prunetis et nemoribus comitatus Syrmiensis circa Barovik, in Vučidol; circa Vukovar et Sotin; ad Claustrum Beočin prope Illok: circa Čerević, Petrovaradinum et Karlovic nec non ad Clausrum Rakovac. (WK., Heuffl et Kanitz.) In.-Il. . . . . **K. vitifolia W.**

Gen. 202. **Abutilon Dill. Mračnjak.**

Calyx nudus (simplex, i e. involucro nullo) partitionibus complicato-carinatis; stylus multipartitus; carpidia 5—30, verticillata, 3-sperma; pedunculi articulati. Rchb. fl. g. p. 771, g. 908.

Foliis subrotundo-cordatis acuminatis dentatis tomentosis; pedunculis solitariis petiolo brevioribus; corollis vix exsertis luteis; carpidiis birostribus truncatis; caule 1—3-pedali. Caulis ramo-

sus tomentosus erectus; folia longe petiolata molissima; stipulae parvae; pedunculi geniculati; calyx 5-partitus laciniis carinatis villosis; petala emarginata, germina tomentosa. ⊙. In stagnis exsiccatis, ad fossas et sepes circa Dubrava, Lovrečina, Bedekovčina, Brebrovci in Moslavina et alibi haud rara in Croatia; Syll. fl. cr.; in ruderatis circa Požega, Cerovac, Bisovac et Našic; ad Vidovec, Babota Čerević, India et Zemun. (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1621. in udis, paludosis, ad fassas circa Narenta et in insulis Veglia et Curzola ad Lago di Blatta. (A. pubescens Mnch.; Sida Abutilon L.) Rchb. fl. g. 4833. Iu.-Ag.

A. Avicennae Gaert.

Gen. 203. Malva L. Sliezovača.

Involucrum calyce (calyx exterior) tripartitum; styli supra medium divisi; (vel styli plurimi inferne connati) carpella plura circa axim e receptaculi centro verticillata monosperma; (v. capsula orbicularis multilocularis e marginibus valvularum introflexis loculis monospermis, semina axi centrali affixa; valvulae maturitate solutae, carpella distincta referertes). Vis. fl. dalm. III. pag. 203, gen. 584.; Koch. syn. pl. pl. pag. 141.; Rchb. fl. g. p. 771;

1 Floribus axillaribus solitariis, sed saepe quoque terminalibus in apice caulis ramorumque congestis; foliis profunde divisis vel 5—7-partitis, ... 2

Floribus axillaribus fasciculatis; foliis lobatis 5

2 Caule diffuso hispidulo; floribus umbellatis terminalibus; foliis inferioribus subquinquelobis basi rotundatis, superioribus exacte trilobis, lobis acutis dentatis medio productiore; corollis magnis roseis lilacinisve. Radix crassa; caules teretes ramosi setulis minimis ramosis exasperati; folia margine setulis inspersa; lobi foliorum crenati; pedunculi setulis ramosis obsiti; involucri foliola ovata acuta venosa scabriuscula ciliata, illa calycis setulis ramosis tecta; petala cuneiformia emarginata, ad basin pilosa; stigmata violacea. ♃. Ad margines viarum agrorumque in campo podravano, veluti ad Ludbreg, Čukovec, Bukovec et alibi. Syll. fl. cr. (M. Bismalva). Rchb. fl. g. 4845. Il.-Sept.

M. decumbens Host.

Caule erecto-strictove, rarius adscendente; floribus axillaribus terminalibusque 3

3 Caule fasciculato-hispido; involucri laciniis ovatis; fructibus nudis 4

*

Caule erectiusculo simpliciter piloso; foliis radicalibus cordato-subrotundis, lobatis, caulinis 5-partitis laciniis pinnatifidis incisis bipinnatifidisve, pedunculis calycibusque hirsutis pilis simplicibus; carpellis dense hirsutis, margine rotundatis. Radix lignosa; caulis subangulatus; folia petiolata petiolis pilosis, dorso setulis raris inspersa; stipulae lineari-lanceolatae ciliatae pedunculi axillares longi uniflori, quandoque sub flore folio minimo tripartito instructi; calycis laciniae oblongae item pilis longis ciliatae; petala ampla cuneiformia emarginata purpurascentia aut rosea. ♃. In collibus incultis, in fruticetis ad vias circa Zagrabiam, Samobor et Crisium, praesertim autem in Crotia australi ad Ogulin, Otočac et alibi. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1613. in sylvaticis montium Velebit. Rchb. fl. g. 4841. In-Sept. . . . . **M. moschata L.**

4 Foliis inferioribus angulatis lobatisve, caulinis palmato-partitis laciniis subrhombeis trifidis inciso-dentatis pinnatifidisve; pedicellis calycibusque tomentoso-hirsutis, pilis fasciculatis; carpellis glabris tenuiter transverse rugosis dorso carinatis, margine rotundatis; floribus roseis. Bi-quadripedalis caule erecto fasciculato-hispido; bracteolae ovatae; carpidia glabra. ♃. In collibus apricis, in dumetis, ad vias haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1612 in apricis saxosis montis Ljubljan catenae montium Mossor prope Dugopolje. Rchb. fl. g. 4842. Il.-Sept. . . . . **M. Alcea L.**

Foliis inferioribus reniformi 5-lobis superioribus basi truncata palmati-5-partitis, partitionibus extrorsum angustatis acuminato-cuspidatis, acute inciso-serratis, bracteolis lanceolatis. Habitus antecedentis, differt tamen foliis palmatis bracteolisque angustis. ♃. Ad margines viarum et vinearum ad St. Helenam et Paukovec. Syll. fl. cr.; Rchb. fl. g. 4844. Il.-Sept. **M. italica Poll.**

Obs. Caeterum videntur M. procumbens Host. et M. italica Poll. nil aliud esse, nisi varietates M. Alcaee L., ubi prior nonnisi floribus fastigiatis, foliis minus incisis, caulinis superioribus nonnisi 3-fidis, intermediis 5-fidis, laciniis oblongis inaequaliter dentatis caulibusque diffusis aut saltem basi decumbentibus, et posterior nonnisi foliis palmatis bracteolisque angustis a specie genuina Linnaeana differt.

5 Foliolis involucri (sepalis exterioribus) ovatis ellipticisve; petalis calycem multo superantibus illoque multo-longioribus profunde emarginatis retusisve; foliis inferioribus reniformi-orbiculatis 5—7-lobis, superioribus 3—5-fidis; pedunculis calyce longioribus. 6

Foliolis involucri (sepalis exterioribus) lineari-lanceolatis; foliis obtuse 5—7 lobis, superioribus acute 3—5-fidis; petalis calyce longioribus aut illum subaequantibus. 7

6 Pedunculis fructiferis calycisque laciniis erectis; involucri foliolis elliptico-oblongis; corolla calycem triplo excedente; carpellis scrobiculato-rugosis, margine acutis; floribus roseo-violaceis purpureisve striis obscurioribus signatis aut prorsus albis. Radix ramosa; caulis plerumque erectus et in ramos multos patentes divisus; folia mollia villosa plicata serrata, suprema profundius divisa; capsulae reticulatae. ♂. vel ♃. In ruderatis, cultis et incultis, ad sepes et vias totius ditionis florae nostrae vulgaris. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1609; Rchb. fl. g. 4840. Il.-Spt. **M. sylvestris L.**

Pedunculis fructiferis patulis declinatisve; involucri foliolis ovato-oblongis; calycis laciniis fructui incumbentibus; corolla calyce sesquilongiore, rosea striisque purpureis signata; carpellis scrobiculato-rugosis, margine acutis. Adscendens; folia 5-angulata molle stellato-pubescentia, serrata; pedunculi 4—5 aggregati arrecti petiolo quadruplo breviores; calyx villosus. Habitas M. sylvestris L., sed corolla lilacina minor. ⊙. In ruderatis et ad margines vinearum circa Zelinam superiorem et inferiorem, St. Helenam et Paukovec; in cultis et oleraceis ad Zagrabiam. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1607 in arvis, ad vias et in ruderatis circa Trau et inter Spalato et Almissa. Rchb. fl. g. 4838. Il.-Ag. . . . . **M. nicaeensis All.**

Obs. var. β. foliis omnibus obtuse lobatis est: M. rotundifolia Vis. ocurritque circa Sebenico et in insula Lesina.

7 Corollis calycem 2—3-ve superantibus; profunde emarginatis; pedunculis calyce longioribus, fructiferis patulis declinatisve; involucri foliolis lanceolato-linearibus, calycis laciniis suberectis; carpellis laevibus margine rotundatis; floribus albidis roseisve venis saturatioribus striatis. Radix fusiformis multiceps; caules prostrati pedunculi subbini; carpella pubescentia. Sequenti persimilis, est tamen multo robustior, durior, corolla majuscula vi-

olaceo lineata aut lilacina. ○. In ruderatis, incultis et ad sepes haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1606 ad vias insulae Veglia. (M. vulgaris Trag., M. neglecta Wallr.) Rchb. fl. g. 4836. In.-Sept. **M. rotundifolia L.**

Corollis calycem subaequantibus aut illo brevioribus pallide caeruleis albisve, laeviterque emarginatis; pedunculis calyce brevioribus, fructiferis patulis declivisve; involucri foliolis anguste linearibus; calycis laciniis in fructu ampliatis erectis; carpellis scrobiculato-rugosis, margine acutis, dentatis. Radix multiceps; caules prostrati, diffusi; pedunculi subquaterni; carpella marginata reticulata, pubescentia; corollae non exsertae albidae; habitus gracilis. ⊙. In ruderatis et incultis, ad vias et sepes haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1608 in hortis et ad vias insulae Lesina. (M. borealis Wallm.) Rchb. fl. g. 4835. Mj.-Oct. . . . . **M. parviflora L.**

Gen. 204. **Lavatera L. Stola.**

Irolucrum calycis (calyx exterior) 3-fidum, calyci 5-fido adnatum; styli plurimi inferne connati; reliqua uti in genere Malvae. Koch syn. pl. pag 144; Rchb. fl. g. 773;

1 Caule herbaceo; radice annua rarius perenni; 2

Caule arborescente; foliis inferioribus cordato-orbiculatis obsolete obtuseque 5—7-lobis, superioribus acute angulato 5-lobis; pedunculis fasciculatis calyce longioribus patulis declinatisve; involucri foliolis elliptico-rotundatis amplis obtusis ad medium usque coalitis calycemque liberum superantibus; carpellis margine acutis; floribus roseo violaceis; caulibus foliisque stellato-velutinis. Quasi arbuscula radice longa ramosa; caulis erectus crassus superne ramosus ramis setulis ramosis adspersus; folia longe petiolata mollia; involucrum calycis magnum calyxque ipse lanatus; corolla purpurea; carpella reticulata et glabra. ♄. Vis. fl. dalm. 1611 ad muros domorum in urbe Sebenico, hortorum in insula Lesina, nec non in saxosis maritimis scopulorum S. Andraea di Lissa et S. Andraea di Ragusa. (Malva arborea Webb). et Berth. Rchb. fl. g. 4857. Il.-Sept. **L. arborea L.**

2 Axi fructus conico, evidenter exserto, scabro; foliis inaequaliter serratis inferioribus cordato-subrotundis obtuse 5—7-lobis . . 3

Axi fructus inter carpella depresso; foliis inferioribus reniformi-

orbiculatis obsolete obtuseque 5—7-lobis, superioribus acute angulato-5-lobis; pedunculis calyce longioribus, fructiferis patulis declinatisve; involucri foliolis ellipticis ovatisve, basi inter se et calyci adnatis, laciniis calycis fructui incumbentibus corolla rosea venis saturatioribus aut violaceis signata triplo brevioribus; carpellis tomentosis margine obtusis. Tota stellulato-hispida scabrave. ⊙. vel. ♂. Vis. fl. dalm. 1610 sponte in hortis insulae Lesina, secus culta. (L. cretica L., L. neapolitana Ten., Malva hederaefolia Vis.) Ix.-Ag. **L. hederaefolia (Vis)**.

3 Foliis superioribus acute 5-lobis, supremis 3-lobis, lobo medio longiore obtuso; pedunculis axillaribus solitariis; involucri foliolis elliptico-subrotundis cuspidatis, basi coalitis; floribus roseis. Tota pl. stellulato-scabra. Radix crassa ramosa; caulis erectus teres ramosus; folia crenata subincana; pedunculi uniflori. ♃. In collibus incultis, ad margines viarum et vinearum haud rara in campo podravano, circa Crisium, Zagrabiam, Samobor et alibi, in Croatia et Slavonia haud rara. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1614 in locis saxosis incultis circa Ragusa. (Malva thuringiaca Vis). Rchb. fl. g. 4854. . . . . . **L. thuringiaca L.**

Foliis superioribus acute 5-fidis, supremis 3-lobis, lobis omnibus lanceolatis acutis, medio duplo longiore duplicate-serrato; involucri foliolis elliptico-subrotundis; carpidiis ad medium coalitis; floribus roseis. Tota stellulato-scabra. Praecedenti persimilis, differt tamen ab illa lobis foliorum lanceolatis acutioribus loboque medio floralium multo longiore. ♂. Vis. fl. dalm. 1615 ad sepes et vineas ad Bossanka et Bergatto circa Ragusa. (L. ambigua DC., Malva Cyrilli Vis). In.-Sept. . . . . **L. Cyrilli (Vis)**.

Observ. In hortis vulgo colitur L. trimestris Lin. estque caule herbaceo, superne scabro; radice annua; follis inferioribus subrotundo-cordatis, superioribus angulatis, summis trilobis lobo intermedio lanceolato; pedunculis solitariis folio brevioribus floribus magnis laete roseis albisve. Rchb. fl. g. 4852.

Gen. 205. **Althaea L. Sliez bieli.**

Involucrum calycis (calyx exterior) 5—6-fidum; styli basi coaliti; carpella plura circa axim e receptaculi centro exstantem verticillata, monosperma. Vis fl. dalm. III. p. 207, gen. 585; Rchb. fl. g. p. 773;

1 Pedunculis nonnisi 1—2 floris 2

Pedunculis multifloris; caulibus foliisque cordatis ovatisve inae-

qualiter serratis crenatisve velutino-tomentosis; foliis inferioribus obsolete 5-lobis, superioribus subtrilobis; pedunculis axillaribus subsolitariis petiolo brevioribus; floribus ex albo carneis; carpellis stellato-tomentosis. Tota planta tomento denso tecta; radix crassa ramosa alba; folia mollia plicata; petala obcordata vix exserta. ♃. In pascuis pratisque humidis, ad fossas marginesque agrorum et viarum hinc inde in Croatia et Slavonia copiasissima, sed non ubique. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1616 in umbrosis udis, ad sepes et agros circa Nona, Zemoniko, Scardona, Salona, Narenta, Ragusa, nec non in insulis Lesina et Curzola. Rchb. fl. g. 4849. Il.-Ag. . . . . . **A. offcinalis L.**

2 Involucro 8—9-partito; carpidis dorso convexis marginibus rotundatis 3

Involucro nonnisi 6—7-partito; carpidiis (carpellis) dorso canaliculatis, marginibus membranaceis acutis 5

3 Caule foliisque scabris hispidisve 4

Caule foliisque velutino-tomentosis, cordatis ovatisque inaequaliter serratis, 5-fidis, supremis 3—5-fidis laciniis lanceolatis, terminali longiore; pedunculis axillaribus subgeminatis supremisque folium subaequantibus; floribus ex albo carneis; carpellis stellato-tomentosis. Althaeae officinali L. et A. cannabinae L. persimilis, et quasi his intermedia, differt tamen a priori, quam tomento refert, foliis divisis et a posteriori, quam refert foliis, differt pedunculis brevioribus, inflorescentia compactiore et praecipue tomento velutino carpellisque stellato-tomentosis. ♃. Vis. fl. dalm. 1617 frequentissima in agris insulae Veglia. Rchb. fl. g. 4848. Il.-Ag. . . . . **A. taurinensis DC.**

4 Foliis tomentoso-scabris inaequaliter serratis aut serrato-dentatis, inferioribus palmatis, superioribus digitatis, summis ternatis; pedunculis folio longioribus 1—2-floris; floribus roseis ungue purpureo; laciniis calycis ovatis acuminatis. Hominem alta virgata scabriuscula; folia summa minima aut subnulla; flores longe pedunculati; carpella transverse rugosa, secus glabra. ♃. Ad sepes et in dumetis litt. cr. circa Flumen, Kraljevica; etiam ad Grobnik. Syll. fl. cr., ad vias circa Čerević et Zemun in Slavonia (Kanitz). In.-Il. . . . . **A. cannabina L.**

Foliis hispidis crenatis, pilis horizontaliter patentibus, inferioribus reniformibus 5-lobis, mediis palmatis, superioribus profunde 3-fidis; pedunculis unifloris folia superantibus, floribus roseis

demum caerulescentibus: calycis laciniis elongato-lanceolatis. Spithamaea pedalis erecta aut adscendens; simplex aut ramosa; folia facie glabriuscula, dorso pilosa aut scabra; stipulae ovato-lanceolatae acutae; involucri laciniae lineares 7—8 calyce paullo breviores; carpidia ruguloso-glabra modiolo exserto pilisque stipato. ○. In agris et vineis solo calcaro et argillaceo, circa Rieka et Kalnik; in Croatia australi in saxosis haud rara circa Gospić, Karlobago, in Vrebačka-staza et alibi. Syll. fl. cr.; in Slavonia circa Karlovic, Čerević, Krušedol et Zemun. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1618 in agris, vineis sepibusque circa Zara, Sebenico, Spalato, Ragusa, nec non in insulis Veglia, Ossero et Lesina. In.-Ag. . . . . **A. hirsuta L.**

5 Stellato-hirta; caule erecto simplici; foliis cordatis obsolete lobatis lobis rotundatis crenatis; floribus axillaribus aggregato-subsessilibus. Quadri sex-pedalis corollis magnis roseis, pilis fasciculatis tecta; folia petiolata petiolis hispidis punctisque purpureis notatis; stipulae ciliatae, inferiores bi aut triphyllae; corolla magna rosea petalis patentibus bilobis striatisque. ♂. In saxosis apricis in litt. cr. circa Karlobago ad viam publicam, circa Segniam et alibi in asperis. In Slavonia non admodum rara ad margines agrorum viarum planitierum (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1619 var. β. in saxosis montis Male Muline dictis contra Trau; in monte Mossor inter Spalato et Almissa; circa moenia urbis Castelnuovo di Cattaro et circa Perasto. — Rchb. fl. g. 4850 In-Il. . **A. pallida WK.**

Stellato-hispida hirtave; foliis rugosis cordatis 5—7-angulatis crenatis; caule erecto homine altiore; corollis magnis roseis, purpureis, puniceis, flavis, albis aliterque tinctis et interdum plenis. Homine altior; folia variant valde obtutu illorum divisione, pedunculi sua longitudine et involucrorum magnitudine. ♂. Colitur in hortis et hinc inde in ruderatis et ad sepes quasi spontanea. Vis. fl. dalm. 1619. in iisdem locis cum priori, quae hujus varietas esse dicitur et a qua realiter tantum foliis leviter obtuseque lobatis indivisisve distinguitur. Rchb. fl. g. 4851.

A. rosea Cav.

Obs. var. γ. foliis obtuse palmato-5-lobis est: A. ficifolia Cav. ocurritque cum. priori in iisdem locis.

Gen. 206. **Hibiscus L. Sliežika.**

Involucrum calycis 5-fidi multipartitum; styli 5 inferne coaliti; capsula 5-locularis loculicide 5-valvis. — Vis. fl. dalm. III. pag. 209, gen. 586; Rchb. fl. g. pag. 774.

Caule herbaceo; radice annua; foliis dentatis, superioribus 3-partitis, lobis lanceolatis intermedio longissimo; calycibus demum vesicario-membranaceis nervosis. — Spithamaea, pedalis, erecta ramis decumbentibus; corolla ochroleuca basi atropurpurea. ☉. In cultis et ad vias; ad margines agrorum et ad vineas haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. —. Vis. fl. dalm. 1620 in agris arvisque circa Zara, Spalato, Sinj, Koinko, Ragusa et in insula Lesina. (Ketmia Trionum Scop.) Rchb. fl. g. 4860. In.-Ag. **H. Trionum L.**

Frutex non raro arborescens; foliis cuneiformi-ovatis 3-lobatis inaequaliter dentatis glabris subcoriaceis; corolla violascente aut alba macula baseos atrorubente. ♄. Colitur hinc inde. (Ketmia syriaca Scop.) Rchb. fl. g. 4862. . . . . . . **H. syriacus L.**

Gen. 207. **Gossypium L. Pamučika.**

Involucro calycis 3-partito inciso-laciniato, calyce ipso cyathiformi 5-fido; stigmatibus 3—5; capsula 3—5-loculari; semina lanigera. — Rchb. fl. g. pag. 774, gen. 913.

Bipedale et ultra; foliis rotundato-5-lobis mucronatis subtus uniglandulosis; caule herbaceo laevi; corolla flava, basi purpureo maculata. ☉. Colitur in litt. cr. et in recentiori tempore etiam circa Zagrabiam et alibi. Rchb. fl. g. 4859. Il.-Ag. **G. herbaceum L.**

Fam. XXIX. **Tiliaceae Juss. Lipovnice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx 5-sepalus, liber, deciduus, aestivatione valvatus; corolla petalis 5 hypogynis cum sepalis alternantibus, aestivatione imbricatis; stamina hypogyna indefinita antheris bilocularibus introrsis, dorso affixis, rima duplici longitudinaliter dehiscentibus; styli in unum coaliti stigmatibus liberis ovarium 1, 4, 10-loculare, loculi bi-vel pluri-ovulati; placentae centrales; fructus lignosus indehiscens 5-angularis, uni-plurilocularis, monodispermus; semina albuminosa, embryo rectus. Vis. fl. dalm. III. p 202; Koch syn. pl. pag. 144.

Arbores ramis teretibus, foliis alternis petiolatis stipulatis, serratis; floribus luteolis corymbosis pedunculo axillari bracteae membranaceae venoso-reticulatae longe adnato.

Gen. 208. **Tilia Tourn. Lipa.**

Char. gen. idem qui familiae.

1 Petalis basi squama staminifera auctis staminibusque in 5 fasciculos coalitis 2
Petalis basi nudis; staminibus liberis 3

2 Foliis basi inaequaliter cordatis acuminatis serratis, subtus albo-tomentosis, supra glabris petiolo fere quadruplo longioribus; capsulis turbinato-subglobosis tomentosis; ramulis nutantibus. — Arbor ramosissima ramulis nutantibus tomentosis; pedunculi et petioli tomentosi; bracteae magnae ad basin pedunculi usque ducurrentes; sepala ovata tomentosa; petala flava basin versus angustata; germen globosum tomentosum. ♄. In sylvis montanis, ad margines viarum et in vineis in Moslavina. Syll. fl. cr. In sylvis comitatus Syrmiensis. (Kanitz.) (T. alba W.; T. rotundifolia Vent.; T. tomentosa Mnch.; T. pannonica Jacq.) Rchb. fl. g. 5150. II.-Ag. . . . . **T. argentea Dsf.**
— — — — ramis valde divaricatis. ♄. In sylvis comitatus Syrmiensis praesertim ad Vukovar. Rchb. fl. g. 5151. II.-Ag. **T. flava Wolny.**

3 Foliis utrinque glabris oblique subrotundo-cordatis acuminatis; axillis venarum subtus barbatis 4
Foliis subdimidiato-cordatis infra villoso-pubescentibus, supra glabris, in axillis venarum barbatis; corymbis 3-floris; stigmatis radiis incurvis; capsula costata. — Arbor altissima ramulis tenellis et una cum petiolis pilosis; folia lata crenata mollia rugulosa; bracteae oblongae pubescentes; sepala externe glabra, intus pubescentia; petala spathulata; germen tomentosum. ♄. In sylvis montanis, ad pagos, in Croatia et Slavonia haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1604 in sylvaticis montium Velebit et inter Vergorac et Fort' opus. (T. platyphyllos Scop.; T. cordifolia Bess.; T. pauciflora Hayne.) Rchb. fl. g. 5139. **T. grandifolia Ehrh.**
Obs. var. β. fructu subgloboso ecostato est: T. sphaerocarpa Rchb. et occurrit in montibus circa Ragusa.

4 Foliis subtus glaucescentibus; petiolis folio dimidio longioribus; stigmatis radiis divergentibus; capsula obliqua; floribus inodoris. — Arbor excelsa ramis effusis valde elongatis ramulisque

glabris; folia serrata acuminata; bracteae angustatae ad basin pedunculi decurrentes; sepala dorso glabra, facie pubescentia; petala lineari-lanceolata obtusa; germen globosum tomentosum. ♄. In sylvis montanis in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1603 in nemoribus montium Velebit ad Paklenicam, admodum rara. Rchb. fl. g. 5137. (T. microphylla W.; T. ulmifolia Scop.) In.-Ag. . . . . . **T. parviflora Ehrh.**

Foliis utrinque concoloribus, nec subtus glaucis; petiolis folio dimidio brevioribus aut illud vix subaequantibus; staminibus basi liberis; capsula laevi obsolete pentagona; floribus odoratis. — Arbor excelsa ramis patentibus ramulisque glabris et laevibus; petioli elongati glabri; folia lata cuspide ad basin serrato terminata; pedunculi elongati filiformes; bracteae longae usque ad basin pedunculi decurrentes; sepala interne ad basin pilosa; petala obovata; germen subglobosum tomentosum. ♄. In sylvis montanis cum priori illaque copiosius. Syll. fl. cr.—Rchb. fl. cr. 5138. (T. vulgaris Hayne; T. Tecksiana J. Bauh.; T. intermedia DC.) In.-Il. . . . . **T. europaea L.**

Fam. XXX. **Hypericineae DC. Pljuskavice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx liber persistens 4—5-partitus, aestivatione imbricatus, laciniis saepe inaequalibus; corolla marcescens 4—5-petala, petalis hypogynis aequalibus aestivatione contortis; stamina numerosa polyadelpha hypogyna, filamentis filiformibus in 3—5 fasciculos petalis oppositos basi connatis, antheris introrsis bilocularibus, dorso affixis, versatilibus; styli plurimi, rarius in unum connati; fructus septis dehiscens, polyspermus capsularis, 3—5-locularis, vel immaturus baccatus, indehiscens unilocularis seminibus minimis axalbuminosis; embryone recto. — Vis. fl. dalm. III. pag. 152; Koch syn. pl. p. 146.

Plantae perennes vel suffrutescentes foliis oppositis subsessilibus exstipulatis integris, glandulis translucidis punctatis; floribus flavis paniculatis corymbosis cymosisve; petalis glandulis nigro-punctatis.

Gen. 209. **Androsaemum All. Kervavica.**

Calyx inaequaliter 5-partitus; corolla 5-petala; stamina numerosa polyadelpha; styli 3; fructus baccans unilocularis. Rchb. fl. g. p. 839, g. 947.

Glaberrimum, basi lignosum; caulis teres alternatim lineis oppositis percursus, 2—4-pedalis; foliis ovatis obtusis subdiscoloribus, minutissime perforatis. — Caules ramosi glabri laeves; folia opposita sessila ampla patentia, floralia minora et angustiora;

pedunculi basi nudi aut unica bracteola suffulti; sepala ovata glabra; petala oblonga; germen globosum. ♄. In sylvis frondosis submontanis, veluti in sylva „Ribnjača" ad arces in Moslavina. Syll. fl. cr. (Hypericum Androsaemum L.) Rchb. fl. g. 5192. In.-Il. . . . . **A. officinale L.**

Gen. 210. **Hypericum L. Pljuskavica.**

Calyx 5-sepalus vel 5-partitus segmentis subaequalibus; corolla 5-petala; styli 3; capsula 3-valvis, 3-locularis. Vis. fl. dalm. III. p. 545; Koch syn. pl. pag. 146; Rchb. fl. g. p. 836.

1 Sepalis integerrimis, nec margine fimbriatis, nec glanduloso ciliatis 2
Sepalis margine glanduloso-serrulatis fimbriatisve 7

2 Caule erecto vel basi decumbente et demum adscendente . . . 3
Caulibus procumbentibus diffusisve filiformibus subancipitibus; foliis ovali-oblongis pellucide punctatis; sepalis oblongis obtusis mucronulatis integerrimis ovario duplo longioribus. — Folia subsessilia et subtus ut calycis laciniae nigris punctis notata; sepala duo opposita majora ovata integerrima, reliqua duo minora ovato-lanceolata denticulata; petala minuta aurea; capsula rubra. ♃. In ericetis, pascuis, agris collibusque apricis circa Toplika, Kalnik, Crisium, Samobor et alibi in Croatia et Slavonia, et hic inprimis in comitatu Požegano et Viroviticensi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 5176. In.-Ag. . **H. humifusum L.**

3 Caule ancipiti aut evidenter quadrangulo 4
Caule erecto, teretiusculo foliisque glabris linearibus margine revolutis obtusis sessilibus oppositis; axillis ramuliferis; cyma terminali; calycis 5-partiti corolla plus duplo brevioris segmentis lanceolatis, acutis, integris; carpophyllis 3, longitudinaliter vittatis. Heuffl Regensb. Flora 1853. ♃. In saxosis montium Ivanščica praeprimis ad Belecgrad, circa Lobor et Krapina. Syll. fl. cr. p. 150. Il.-Sept. . . . . **H. Schlosseri Heuffl.**

4 Caule ancipiti; sepalis lanceolatis acutis 5
Caule exacte quadrangulari; foliis ovalibus 6

5 Foliis ovali-oblongis pellucide punctatis; floribus corymbosis; sepalis lanceolatis acutissimis, integerrimis, ovario duplo-longioribus; antheris petalisque margine nigro punctatis; stylis capsulam aequantibus divaricatis. — Radix horizontalis; caulis erectus

ramosus nigro-maculatus glaber et laevis; folia sessilia obtusa punctis marginalibus nigris, reliquis pellucidis provisa; petala aurea inaequalia striata, uno latere denticulata punctisque nigris variegata; stigmata nigricantia. ♃. In pratis siccis, ericetis collibusque in ipsas alpes adcendens; in agris et ad vias in ditione totius florae vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1475. Rchb. fl. g. 5177. II.-Sept. . . . . **H. perforatum L.**

Foliis lineari-oblongis; punctis pellucidis raris sed multo-majoribus; ramis aequalibus neque fastigiatis, potius pyramidatis, aliis sterilibus, aliis paucifloris; sepalis ovarium aequantibus acutis. ♃. In arvis agrisque siccis apricis in Croatia et Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1475 var. β.; Rchb. fl. g. 5177 var. β. II.-Sept. . . . . **H. veronense Schrk.**

Observ. H. veronense Schrk. praecedenti revera persimile, nec differt ab illo alio constanti charactere, nisi punctis foliorum pellucidis rarioribus, sed multo majoribus majorique ramositate; hinc potius simplex varietas censendum.

6 Angulis caulis nudis, apteris; foliis ovalibus sparse pellucido-punctatis impunctatisve; sepalis ellipticis obtusis integerrimis ovarium subæquantibus. — Radix lignescens; caules erecti ramosissimi. H. perforato L. persimile differt tamen ab illo caule angustissime alato, foliis majoribus apicem versus scabris grosseque reticulatis, punctis subnullis, capsula magis obtusa. ♃. In pascuis sylvaticis, ad fossas et ripas in Croatia vulgare. Syll. fl. cr. (H. delphinense Vill.; H. maculatum Crantz.; H. dubium Leers.; H. Leersii Gmel.) Rchb. fl. g. 3178. II.-Ag. **H. quadrangulum L.**

Caulis angulis subalatis; foliis ovalibus dense pellucido-punctatis; sepalis lanceolatis acuminatis integerrimis. — Caulis crassior ac reliquorum; flores plus dimidio minores glomeroto-cymosi; glandulae nigrae in sepalis petalisque rarae. ♃. In pratis udis ad fossas et ripas in planitiebus Croatiae non rarum. Syll fl. cr. (H. quadrangulare Sm.; H. quadrialatum Wahlb.) Rchb. fl. g. 5179. Vis. fl. dalm. 1476 ad rivulos et loca humida circa Verlika. II.-Ag. . . . . **H. tetrapterum Fries.**

7 Caule exacte nudo 8

Caule hirsuto teretiusculo; foliis ovalibus oblongisve subpetiolatis pellucide punctatis bracteisque puberulis hirsutisve; floribus paniculatis; sepalis oblongo-lanceolatis ovarium subaequantibus brac-

teisque supremis glanduloso-ciliatis, glandulis brevissime stipitatis; petalis inpunctatis; stylis capsulam subaequantibus. — E radice valde ramosa prodeunt praeter caules erectos plures cauduculi ramosi ac humifusi; folia subsessilia et subtus una cum sepalis punctis nigris distincta; sepala duo integerrima ovata, et reliqua duo ovato-lanceolata denticulata; petala minuta; capsula rubra. ♃. In sylvis et collibus incultis, in dumetis ad rivulos montanos in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1478 in pascuis montium Velebit. Rchb. fl. g. 5189. Il.-A. . . . . **H. hirsutum L.**

8 Sepalis evidenter glanduloso-ciliatis; caule erecto, tereti, glabro; foliis cordato-ovatis sessilibus 9

Sepalis setaceo-fimbriatis et nonnisi apice obsolete glanduliferis . 10

9 Foliis glabris, subtus glaucis pellucido-punctatis; sepalis obovatis obtusissimis, glandulis brevissime pedicellatis; seminibus subtilissime puctatis. — Caules erecti glabri rubicundi ramosi; folia cordata amplexicaulia; flores paniculati; petala facie aurea, dorso rubella. ♃. In ericetis sylvisque montanis frondosis ad Verbovsko et Bosiljevo. (Klinggræff.) In subalpinis montium Velebit haud rarum. Syll. fl. cr.; in latere septembrionali montis Papuk prope Drenovac in Slavonia. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 5175. In.-Il. **H. pulchrum L.**

Foliis nonnisi superioribus pellucido-punctatis semi-amplexicaulibus, subtus scabriusculis, margine nigro-glandulosis; sepalis lanceolatis acutis, glandulis globosis stipitatis; petalis impunctatis; seminibus subtiliter punctatis. — Radix multiceps; caules erecti teretes, superne aphylli; folia sessilia ovata aut oblonga margine punctis nigris variegata; bracteae et sepala dentata dentibus elongatis glandulaque nigra terminatis; petala flava oblonga, striata. ♃. In sylvis dumetisque submontanis croaticis et slavonicis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1477 in sylvaticis prope Grab et in insula Veglia prope urbem Veglia. Rchb. fl. g. 5187. In.-Ag. . . . . **H. montanum L.**

10 Fimbriis diametrum transversalem bracteae bis pluriesve excedentibus; seminibus longitudinaliter undulato-striatis 11

Fimbriis diametro sepalorum transversali brevioribus apice tenuiter glandulosis; caule erecto ancipite; foliis e cordata basi lanceolatis ovatisve, margine atro, disco pellucido-punctatis; sepalis acutis; seminibus subtiliter punctatis. — Pedale et ultra, gra-

cile; folia obscure viridia angustiora ac illa H. perforati L., sed illis longiora siccatione revoluta punctisque pellucidis sparsis et parvis notata; petala pallide flavescentia oblique truncata ad marginem transversum denticulata et nigro glandulosa. ♃. In montosis apricis litt. cr. ad Flumen Voloscam versus in marginibus vinearum dumetisque illarum. (H. Kohlianum Spr.) Rchb. fl. g. 5290. In.-Ag. . . . . **H. elegans L.**

11 Caule erecto tereti; foliis oblongo-lanceolatis antice attenuatis subtus glaucis margine remotiuscule, saepe in disco sparsim atropuctatis, punctis pellucidis nullis paucisve; bracteis anguste lanceolatis sepalisque setaceo-fimbriatis, fimbriis diametrum transversalem bracteae bis pluriesve excedentibus apice obsolete clavatis; seminibus longitudinaliter undulato-striatis. — Gracile pedale; folia pollicaria arrecta, superiora latiora, sed breviora, summa apice sicut bracteae omnino in lacinias setaceas soluta ita et sepala, quae sunt insuper externe nigro punctata ut folia, petalaque. ♃. In pratis sylvaticis inter frutices circa Zemun. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 5188. Mj.-In. . . . . **H. barbatum L.**

Caule erecto superne ancipiti; foliis late ovatis patentibus subtus reticulato-venosis margine dense minute nigro-punctatis semiamplexicaulibus acutis, disco punctis pellucidis destituto; bracteis ovatis sepalisque dense inaequaliter setaceo-fimbriatis, fimbriis apice obsolete clavatis, longioribus diametrum transversalem bracteae aequantibus; seminibus longitudinaliter undulato-striatis. — Subadscendens spithamaeum glabrum; folia coriacea reticulata grosso-pellucida. ♃. In montibus altioribus Croatiae australis, veluti in monte Klek et Vratnik. Syll. fl. cr. In sylvis comitatus Syrmiensis non rarum. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 5186. (H. Richeri Vill.; H. fimbriatum Lam.) Il.-Ag.

H. androsaemifolium Vill.

Observ. var. β. caule procumbente; foliis et floribus speciosis, est: H. alpinum WK. occurritque in alpe Pliešivica inter Pinum Pumilionem. (WK.)

Fam. XXXI. **Acerineae DC. Javornjače.**

Calyx 4, 5, 9-partitus aestivatione imbricatus; petala totidem circa discum glandulosum inserta lobis calycinis alterna, rarius nulla; stamina disco hypogyno inserta 8, rarius 5—12; ovarium liberum 2-loculare, loculis 2-ovulatis; stylus 1; stigmata 2; fructus bialatus secedens in carpella 2 indehisentia, nu-

cumentacea; albumen nullum; embryo curvatus cotyledonibus convolutis. — *Koch syn. pl. p. 148.*

Arbores fruticesve foliis oppositis petiolatis exstipulatis; floribus corymbosis vel paniculato-racemosis, viridulis aut flavescentibus, vel luteolo-viridulis.

Gen. 211. **Acer. Tourn. Javor.**

Charact. generis idem ac familiae.

1 Foliis simplicibus indivisis aut palmatis 2
Foliis impari-pinnatis fraxiniformibus; floribus dioicis. ♄. Colitur ubique in hortis. . . . . **A. Negundo Duhan.**

2 Foliis palmato 3—5-lobis 3
Foliis cordato-ovalibus integris subincisisve inaequaliter serratis; corymbis paniculatis erectis; floribus albido-luteolis; fructibus rubris. — Frutex saepius arborescens; folia longe petiolata lata, facie glabra, dorso ad venas et costam pubescentia, aliqua in breves lobos divisa; pedunculi glandulis pedicellatis inspersi stipatique bracteis longis linearibus membranaceis ciliatis; sepala oblonga obtusa flavescentia, concava et incurva; petala ciliata in unguem brevem attenuata. ♄. In nemoribus paliseciisque, in dumetis et ericetis ad St. Helenam, Gušcerovec; in Moslavina ad Vidernjak; in Posavina ad Pešcenica et alibi tam in Croatia quam in Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4824. Mj.-In. . . . . **A. tataricum L.**

3 Foliis evidenter palmato-5-lobis 4
Foliis nonnisi palmato-3-lobis, lobis obtusis integerrimis vel subrepandis; corymbis pendulis: sepalis petalisque obovatis glabris; staminibus florum masculorum corolla duplo-longioribus, alis fructus patulo-porrectis. — Arbor ramosissima; folia longe petiolata cordata triloba, aliqua ad lobum intermedium repando-serrata, juniora pubescentia, dein glabra; flores flavescentes; pedunculi filiformes debiles bractea lineari canaliculata ciliataque stipati. ♄. In montosis asperis saxosis litt. cr. ad Karlobago, Segniam et alibi; in Lika ad Ljubovo et Vrebačka-staza; in vineis in Zagoria in pede montis Ivanščica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1658 in sylvis circa Zara, Boraja, Radigne, Polica et alibi. Rchb. fl. g. 4826. Apr.-Mj. . . . **A. monspessulanum L.**

4 Corymbis evidenter erectis 5
Racemis cylindraceis pendulis: foliis cordatis, palmato-5-lobis

opacis, subtus glaucis, lobis ovatis inaequaliter serratis; ovariis villosis: staminibus florum masculorum corolla duplo-longioribus. — Arbor excelsa; folia ampla facie saturate viridia subtus pubescentia pallidaque; pedunculi communes dense villosi; reliqui glabri; calyx sexpartitus laciniis incurvis ciliatis obtusis, facie concavis; petala 6 cum calycis laciniis alternantia viridula. ♄. In sylvis montanis frondosis in ipsas alpes adscendens, in Croatia et Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1654 in sylvis subalpinis montium Velebit et Biokovo. Rchb. fl. g. 4829. Apr.-Mj. . . . . **A. Pseudo-Platanus L.**

5 Foliis basi cordatis truncatisve palmato 3—5-lobis, lobis plus minusve acuminatis, dentatis incisisve 6

Foliis subrotundis obtuse 5-lobis, subtus glaucis opacis tomentosisve, lobis rotundatis dentatis: corymbis floriferis nutantibus; filamentis glabris; ovariis puberulis; alis fructuum patulis. — Arbor elata; folia longe petiolata dentata lobota, facie glabra et saturate viridia, dorso canescenti-tomentosa; pedunculi filiformes ramosi stipatique bractea lineari, flor. flavescentes. ♄. In sylvis montanis saxosis circa Samobor et Sutinsko; in Croatia australi frequens, veluti in Vilena et Farkašić Draga; in monte Merzin nec non in demissis totius provinciae Likanae. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1656 in sylvis montium Velebit, Promina, Svilaja, Prolog et circa Verlika, Sinj et Arksano. (A. Opalus Ait., A. neapolitanum Ten., et A. obtusatum Kit). Rchb. fl. g. 4827. Apr.-Mj. . . . . **A. opulifolium Vill.**

6 Foliis subtus nitidis, lobis subquadratis solo apice sinuato-dentatis; floribus viridibus; filamentis ovariisque glabris. Arbor excelsa; folia ut reliquorum longe petiolata, cordata, lobata glabra et laevia; flores flavescentes in corymbum dispositi; pedunculi glandulis inspersi bracteisque linearibus acuminatis stipati; sepala 5 oblonga, obtusa; petala totidem patula spathulata. ♄. In sylvis montanis circa Toplica, Kalnik, in monte Ivanšćica et alibi in Croatia et Slavonia non rarum. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1655. in sylvaticis montium Svilaja. Rchb. fl. g. 4828. Apr.-Mj. . . . . **A. platanoides L.**

Foliis concoloribus, laciniis oblongis obtusiusculis integris lobatisve; sepalis petalisque villosis; alis fructuum divaricatissimis Arbor procera in sylvis, in sepibus et dumetis frutex subarborescens; folia petiolata cordata, pubescentia, 5-loba; florum

corymbi erecti: petola lineari-spathulata ciliata pilosa. ♄. In sylvis montanis asperis saxosis; vulgare in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1657 in sylvis montium Velebit, nec non circa Nona, Zara, Sinj Dizmo. Radigne et alibi. Rchb. fl. g. 4825. Mj.-In. . . . . **A. campestre L.**

Fam. XXXII. **Hippocastaneae DC. Madjalače.**

Calyx 5-dentatus aestivatione imbricatus; corolla irregularis 4—5-petala sub disco hypogyno inserta; stamina 7, rarius octo, inserta libera inaequalia; ovarium liberum 3-loculare, loculis biovulatis ovulis erectis, valvis medio septiferis; capsula 2—4-sperma; semen hilo lato basilari, exalbuminosum; embryo curvatus. Koch syn. pl. p. 159.

Arbores foliis digitatis quinis septenisve, oppositis exstipulatis, floribus paniculatis speciosis.

Gen. 212. **Aesculus L.-Madjal ili divji Kestanj.**

Char. generis idem qui familiae. Rchb. fl. g. p. 768.

1 Corollis 5-petalis planiusculis; capsulis echinatis; foliis digitatis septenis foliolis obovatis acute duplicato-serratis acuminatis. Arbor excelsa speciosa; paniculae terminales erectae; corolla alba, sed petala duo superiora roseo luteoque picta; semina maxima spadicea hilo amplissimo cinerascente. ♄. Ex Asia septemtrionali adlata, hic terarum culta et hinc inde quasi spontanea facta Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 4822. Ap.-Mj. **Aes. Hippocastanum L.**

Corollis 3-petalis conniventibus; capsulis inermibus brevibusque; foliis quinatis 2

2 Foliis glabris; floribus rubris incarnatisve. petalis obovatis, unguibus longitudine calycis. ♄. Spontanea in Carolina, Florida et Brasilia, apud nos frequenter in hortis culta. Mj.-In. **Aes. Pavia Ait.**

Foliis subtus ad costam pubescentibus. aequaliter serrulatis; floribus flavis luteisve, corollis 4-petalis, petalorum unguibus calyce longioribus. ♄. Spontanea in iisdem locis ac prior et apud nos in hortis culta. Mj.-In. . . . . **Aes. lutea Will.**

Fam. XXXIII. **Ampelideae Humb. Vinjage.**

Calyx monosepalus, parvus margine integer aut subdentatus; petala 4—5, cum dentibus calycinis (si adsunt) alternantia, disco glanduloso extus inserta:

stamina tot, quot petala et ante ista disco inserta; ovarium liberum, 4-ovulatum, ovulis erectis; stylus 1; stigma simplex; bacca; semina albuminosa; embryo rectus radicula ad hilum versa. Koch. syn. pl. p. 150.

Frutices scandentes nodosi, foliis petiolatis alternis palmatis stipulatis; floribus minutis viridulis in racemum ramosum congestis; pedunculis oppositifoliis, saepius in cirrhos ramoso abeuntibus.

Gen. 213. **Vitis L. Vinika ili vinska loza.**

Calyx obsolete 5-dentatus; corolla petalis 5 apice in calyptram cohaerentibus, basi demum solutis; stamina 5; stigma 1 sessile. Vis. fl. dalm. III. p. 219. g Rchb. fl. g. p. 485.

Foliis cordato-subrotundis 5-lobis inaequaliter inciso-serratis; racemis pendulis. ♄. Sponte ad sepes, margines viarum et in dumetis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatia montanae. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1652. Rchb. fl. g. 5108. Mj.-In. **V. vinifera L.**

Foliis 5-partito-laciniatis subcompositis subtus pubescentibus; paniculis laxissimis. Baccae remotae flavo-virentes. ♄. Ex America septemtrionali adlata, frequentissime culta. Rchb. fl. g. 3109. **V. laciniata L.**

Gen. 214 **Ampelopsis Michaux. Lozika beršljanasta.**

Calyx repando 5-dentatus; petala 5 patentia; stamina 5 e scypho; stylus 1 stigmate capitato; bacca 2—4 sperma. Rchb. fl. g. p. 485 g. 640

Foliis quinato-digitatis, foliolis petiolatis, ovali-lanceolatis grosse serratis glabris; corymbis dichotomis. Alte scandens; folia autumno laete rubescentia, demum fere coccinea; flores viriduli. ♄. Colitur in hortis et hinc inde ad muros et rupes quasi spontanea facta. (Cissus quinquefolia Prsh.; Vitis hederacea W.; Ampel: hedaracea Mich.; Hedera quinquefolia L). Rchb. fl. g. 3107. Il.-Ag. . . . . **A. quinquefolia Rchb.**

Fam. XXXIV. **Meliaceae Juss.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx monosepalus 2-fidus, liber, intus disco glanduloso hypogyno obductus, lobis aestivatione imbricatis; corolla 5-petala disco inserta petalis liberis aestivatione valvatis; stamina 10, disco affixa, filamentis latis apice bifidis, marginibus in tubum facie antheriferum simul

coalitis; antheris bilocularibus dorso affixis, introrsis longitudinaliter dehiscentibus; ovario libero 5-loculari, loculis biovulatis, placentis centralibus; stylo columnari, stigmate capitato 5-fido; drupa elliptica nucleo osseo 5-loculari loculis monospermis, semine pendulo; embryone inaxi albuminis carnosi recto radicula hilo proxima. Vis. fl. dalm. f. III. p. 220.

Arbores foliis alternis bipinnatis; florum paniculis axillaribus multifloris.

Gen. 215. **Melia L.**

Charact. generis idem qui familiae.

Foliis bipinnatis laevibus, foliolis ovatis cuspidatis subserratis; paniculis aphyllis; floribus pallide lilacinis, columna staminum atropurpurea, flores fragrantes. ♄. Vis. fl. dalm. 1653 fere sponte ad Gravosa circa Ragusa et prope Cattaro. In.-Il. **M. Azedarach L.**

Fam. XXXV. **Geraniaceae DC. Ždralovnice.**

Flores hermaphroditi; calyx 3-sepalus persistens aestivatione imbricatus, sepalum superius in floribus subirregularibus basi in calcar cavum productum pedunculo arcte adnatum; petala 5 cum sepalis alternantia hypogyna libera aestivatione contorta; stamina 10 hypogyna, filamentis basi plus minusve connatis, alternis saepe sterilibus; antheris introrsis bilocularibus, dorso affixis, longitudinaliter dehiscentibus; ovarium e carpellis 5-formatum, 5-loculare rostratum, loculi 2-ovulati ovalis pendulis, rostrum ex axi elongato stylisque axi adnatis compositum, stigmatibus 5 coronatum; funiculi umbilicales axi et non valvulis adnati; carpella maturitate monosperma, valvulae a basi ad apicem cum stylo solutae; semina exalbuminosa; embryo curvus cotyledonibus convoluto- aut flexuoso-plicatis. Koch. syn. pl. p. 150; Vis. fl. dalm. III. p. 210,

Plantae herbaceae caule simplici aut dichotomo ad articulos fragili; stipulis membranaceis; foliis inferioribus oppositis petiolatis palmatifidis; pedunculis 1—2-floris, pedicellis bracteolatis.

Gen. 216. **Geranium L. Ždralinjak ili Iglica.**

Calyx 5-partitus; corolla 5-petala regularis; stamina 10, omnia fertilia; glandulae 5 nectariferae ad basin staminum majorum; carpella subrotunda aut oblonga, recti-caudata, caudis lateralibus, demum circinatim revolutis. Vis. fl. dalm. 588. Rchb. fl. g. p. 777;

1 Radice annua fusiformi, gracili descendente simplici vel ramoso-fibrosa, plerumque multicauli 2
Radice (rhizomate) perenni, praemorsa obliqua vel horizontali fibris longis terrae infixa, vel fusiformi et descendente, demum

tortuosa et nodosa, multicipite, rudimentis scilicet petiolorum annorum praeteritorum tecta 9

2 Petalis obovatis obcordatisve 3

Petalis oblongo-cuneatis subintegris calyce mucronulato longioribus; glabris; molliter pubescens, foliis orbiculato-reniformibus 5—7-fidis, segmentis obovatis breviter lobatis inciso-crenatis; floribus carneis, pedunculis bifloris folio brevioribus. Pubescenti viscidulum divaricotoque diffusum; radice fibrosa; caulis erectus ramis divaricatis; folia pubescentia et praesertim subtus viscosa sinusque illorum puncto rubro distincti; sepala aristata patula; petala cuneiformia integra obtusa basique striis tribus rufis distincta. ⨀. In arvis, campis, vineis virgultisque nec non ad sepes ad Varasdinum, Crisium, Zagrabiam alibique in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. circa Zemun (Kanitz); Vis. fl. dalm. 1631 ad sepes, vineas et agros insulae Lesina et in monte Velebit. Rchb. fl. g. 4878. (G. subrotundum Ehrh. G. viscidulum Freis; G. semiorbiculare Hort.). Mj.-Ag.

G. rotundifolium L.

3 Petalis obovatis integerrimis 4

Petalis obcordatis bilobisve 5

4 Caule glabro; foliis orbiculato-reniformibus 5—7-fidis nitidis, segmentis obovatis 3—5-crenatis lobatisve; pedunculis bifloris, supremis folio longioribus; floribus roseis, petalis longe unguiculatis glabris calyce connivente rugoso aristato longioribus; carpellis reticulato-rugosis apice pubescentibus, caudis glabris; seminibus laevibus. Vix spithamaeum, saepe rubens; radix brevis fibris fasciculatis aucta; caules teretes ramosi, superne pilis adscendentibus inspersi, inferne glabri: folia facie laete viridia et nitentia; stipulae membranaceae; pedunculi villosi basi bracteis ovatis purpureisque fulti: sepala margine membranacea, dorso compressa, apice in acumen attenuata; germina dorso, stylus ad apicem setulis inspersa; stigma roseum. ◯. In sylvis umbrosis petrosis montium, veluti ad rupes Kalnikenses, circa Samobor, Krapina et Lobor nec non in subalpinis rupestribus montium Velebit. Syll. fl. cr.; in monte Papuk in comitatu Požegano; Vis. fl. dalm. 1633. in umbrosis saxosis et rupestribus montium Velebit et Mossor, nec non circa Clissa, Vergoraz, Ragusa, Cattaro et in insula Lesina. Rchb. fl. g. g. 4872. Mj.-Ag. . . . . **G. lucidum L.**

Caule lanuginoso; foliis 3—5-palmato-partitis segmentis petiolatis oblongis pinnatifidis incisisque; pedunculis 2-floris folio longioribus; petalis longe unguiculatis glabris persicinis striis tribus albidis notatis calyceque aristato longioribus; carpellis sulcato-rugosis caudisque glabris; seminibus laevibus. Herba hircino-foetida, rubens, radix fibrosa; caules valde ramosi, rubro colore suffusi; folia longe petiolata ternata foliolis pinnatifidis; petioli patentes vel divaricati stipulae et bracteae lanceolatae acuminatae; pedunculi pilis viscidis tecti; sepala lanceolata bisulcata, apice appendice filiformi instructa; filamenta subulata; antherae ovatae croceae; stylus hispidus; stigmatis laciniae purpureae. ☉. In sylvis umbrosis in rupibus, ad sepes et in ruderatis ubique vulgare. Syll. fl. cr.; Vis. fl. dalm. 1634; Rchb. fl. g. 4871. Apr.-Oct. . . . . . **G. Robertianum L.**

5 Petalis calyem subaequantibus 6

Petalis calycem longe excedentibus, basi subtiliter ciliatis; valvulis transverse rugosis, secus glabris; seminibus laevibus; foliis 7—9-fidis, ambitu reniformibus, laciniis inferiorum antice incisis obtuse crenatis; caule diffuso molliter pubescente villosove floribus purpureis. Indumento molli, carpidiis rugoso-glabris facile distinguitur. Caulis palmaris pedalis, diffusus; pedunculi folio longiores; pedicelli glandulosi. ☉. Ad vias agrorumque margines; in cultis, et ad sepes in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. Circa Zemun (Kanitz) Vis. fl. dalm. 1632 in iisdem locis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 4879. Mj.-Ag. . . . . **G. molle L.**

Observ. var. β. petalis calyce duplo longioribus est: G. villosum Rchb. fl. g. 4880 occurritque in saxosis ad Scagliari prope Cattaro.

6 Petalis oblongo-obcordatis, valvulis seminibusque brevibus, molliter pubescens, foliis obcordato-reniformibus 5—9-partitis, segmentis 3—5-fidis; pedunculis bifloris; petalis calycem subaequantibus basi ciliatis; carpellis pubescentibus; floribus parvis violaceis aut caerulescentibus. ◯. Radix fusiformis; caulis pilosus; folia pubescentia, caulina pleraque opposita, sepala hirsuta, tria ovata, duo lanceolata, petala emarginata purpurea in unguem longum glabrumque angustata. In ruderatis ad vias et sepes in Croatia et Slavonia ubique vulgare. Syll. fl. cr.;

Vis. fl. dalm. 1628 ad sepes circa Ragusa. (G. malvaefolium Scop.; G. parviflorum Curt.) Rchb. fl. g. 4777. Mj.-Ag. **G. pusillum L.**

Petalis breviter obcordatis 7

7 Foliis 5—7-partitis; valvulis laevibus, sed saepe pilosis; seminibus favoso punctatis; foliis orbiculatis 5—7-partitis, segmentis lineari-multifidis 8

Foliis palmato-5-lobis, laciniis rhombeis grosse inciso-dentatis, supremis trifidis, lobo unico laterali longiore; pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis; petalis calycem aristatum aequantibus; valvulis transverse rugosis hirtis; seminibus laevibus; floribus dilute-roseis venis saturatioribus percursis. — Spithamaeum et ultra, demum divaricato-diffusum; caulis rubens pilosus villoque brevi viscido tectus et in ramos dichotomos, divaricatos divisus; folia mollia petiolata; bracteae et stipulae lanceolatae cuspidatae, pilosae; sepala viscido-villosa ciliata apiceque compressa; petala cuneiforma emarginata, pallide purpurea venisque saturatioribus picta, ad basin barbata. ⊙. In vineis et sylvaticis montis Čerevićensis in Slavonia. (Kanitz.) (G. novum Winterl.; G. Winterli Roth.) WK. t. 123. Rchb. fl. g. 4873. Iu.-Spt. **G. divaricatum Ehrh.**

8 Pubescens; pedunculis bifloris folium subaequantibus; petalis purpureis supra basin barbatis; carpellis caudisque patenter pilosis. — Radix cylindrica fibrillis capillata; caulis setulis tectus ramosus; folia hirta palmata 5—7-partita, floralia tripartita; bracteae lanceolatae; pedunculi una cum calyce pilis viscidulis tecti; petala emarginata ad basin ciliata. ⊙. In agris inter segetes et in oleraceis in Croatia et Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1629 in cultis circa Zara, Sebenico Trau, Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 4876. Il.-Ag. . **G. dissectum L.**

Glabriusculum; pedunculis bifloris filiformibus folio evidenter longioribus; petalis emarginatis calycem longe aristatum aequantibus supra basin barbatis; carpellis glabratis laevibus, caudis pilosis. — Gracillimum decumbens aut quasi adscendens; radix gracilis fibris aucta; caules ad radicem ramosi ramis effusis; folia 5-partita foliolorum laciniis linearibus ciliatis; bracteae et stipulae lineari-lanceolatae cuspidatae hirsutae; sepala ovata, ciliata; petala cuneiformia ciliata, purpurea venisque saturatioribus picta; stylus setulis inspersus. ⊙. In agris, dumetis locis-

que saxosis ubique vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1630. Rchb. fl. g. 4875. In.-Ag. . . . . **G. columbinum L.**

9 Floribus caeruleis, purpureis violaceisve 10

Floribus atro-violaceis, petalis unguiculatis subrotundo-obovatis subcrenulatis calyce duplo longioribus; staminibus inferne pilosis; pedunculis bifloris; foliis palmato-5—7-fidis, segmentis rhombeis inciso-dentatis. — Pedale et ultra, villosum; radix lignosa multiceps; caules erecti ramosi purpureisque maculis variegati; folia disco maculata, corollae planae subreflexae. ♃. In sylvis pratisque montanis; ad sepes et in ruderatis in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1625 in sylvaticis ad Paklenicam montium Velebit et in monte Sella. Rchb. fl. g. 4891. Apr.-Il. . . . . **G. Pheum L.**

10 Floribus dichotomo-fastigiatis aut lateriflоro-pyramidatis, pedunculis 2-floris 11

Pedunculis nonnisi unifloris; petalis brevissime unguiculatis obcordatis purpureis aut violaceis calyce duplo longioribus; staminibus erectis glabris; hirsutum, foliis orbiculatis 5—7-partitis, segmentis subtrifidis. — Pedale et ultra divergenti-diffusum; radix lignosa repens; caules erecti vel adscendentes, geniculati setisque patulis consiti, ramosi; folia hirsuta; pedunculi elongati, in medio nodosi et ad nodum bracteis duobus instructi; sepala hirsuta, 3-nervia patentia, margine membranacea; petala eleganter purpurea basique pilosa; corollis maximis. ♃. In collibus apricis asperis in regionibus submontanis ad rupes Kalnikenses, praesertim in valle Vratno; circa Šestina, ad vetustam arcem Medvedgrad et Belecgrad; in monte Klek et alibi in Croatia. Syll. fl. cr. In sylvaticis montis Papuk; circa Vukovar et Zemun. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1623 in sylvaticis circa Zara, Verlika, Trau, Sinj, Prugovo, Ragusa, Cattaro et alibi. Rchb. fl. g. 4894. In.-Sept. . . . . **G. sanguineum L.**

11 Petalis obcordatis obovatisve 12

Petalis spathulatis longeque unguiculatis; integris calyce duplo longioribus; staminibus declinatis glabris; foliis palmato-5—7-fidis, segmentis superne inciso-dentatis; pedunculis 2-floris; calycibus ante anthesim globoso-inflatis; caule erecto dichotomo. — Spithamaeum-pedale, tenuissime puberulum radice crassa ramosa repente fibrisque vallidiuscula; caules breves erecti pilisque viscidis tecti; folia longe petiolata, mollia villosa; stipulae et

bracteae membranaceae acuminatae, pilosae purpurascentes; sepala concava, ad nervos compressa, margine membranacea; petala læte rosea, duo superiora minora; stamina declinata, rosea glabra, basi dilatata; stylus inferne pubescens, laciniae stigmatis interne villosae. ♃. In montanis, alpium saxosis circa Modruš, in monte Merzin, ad Halan alibique in subalpinis sylvaticis montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1622 in saxosis montium Prelog, Mossor, Dinara supra Almissa et Biokovo. Rchb. fl. g. 4886. Apr.-Il. . . . . **G. macrorrhizon L.**

12 Inflorescentia dichotomo-fastigiata, pedunculis 2-floris 13

Inflorescentia lateriflоro-pyramidata pedunculis 2-floris 18

13 Petalis obcordatis bilobisve 14

Petalis obovatis integris aut simpliciter emarginatis 15

14 Petalis obcordatis bifidis calyce mucronato duplo longioribus supra unguem utrinque dense barbatis; valvulis laevibus adpresso-pubescentibus; foliis ambitu reniformibus 7—9-fidis, laciniis inferiorum antice incisis obtuse crenatis; caule erecto foliisque pubescentibus subvillosis; floribus caeruleo violaceis, pedicellis defloratis declinatis. — Radix fusiformis; caulis hirsutus, ramosus ramis patentibus; folia mollia hirsuta lobata lobis incisis; stipulae lanceolatae acutae, purpurascentes; bracteae-minimae pilosae; pedunculi filiformes villo viscido tecti; sepala ovato-lanceolata, nervosa, villosa; petala cuneiformia bifida. ♄. In pratis sylvaticis saxosis. Vis. fl. dalm. 1627 in herbidis circa Trau, Spalato, Ragusa nec non in insula Lesina. (G. umbrosum WK. t. 124., G. villosum Ten.) Rchb. fl. g. 4881. Il.-Oct.
G. pyrenaicum L.

Petalis cuneato-obcordatis caeruleo-violaceis profunde bilobis, lobis rotundatis sepala ovalia villoso-canescentia subduplum longis carpidiis rostrisque pubescentibus, seminibus acupunctatis; simpliciter pubescens, foliis orbiculatis palmato-5—7-partitis, segmentis anguste bipinnati-partitis. — Spithamaeum, gracile; radix tuberosa, tuberibus globoso-napiformibus; caulis inferne aphyllus, superne ramosus et foliosus; folia radicalia longe petiolata quinata, ramea breviter petiolata ternata, summa minima subsessilia. — Caulis, rami, pedunculi foliaque teguntur setulis brevibus. ♃. Vis. fl. dalm. 1626 inter segetes circa Zara, Sebenico, Trau et Spalato. Rchb. fl. g. 4885. Apr.-Mj. **G. tuberosum L.**

15 Caule erecto superne glanduloso-piloso 16

Caule diffuso superne pedunculisque hirsuto, pilis eglandulosis reversis; floribus purpureis, pedicellis defloratis cum calyce erecto declinatis; petalis calyce aristato duplo-longioribus; valvulis laevibus adspersis pilis patentibus eglandulosis; foliis hispidis, palmato-5-fidis inciso-dentatis. — Pedale et ultra, gracile; radix longa multiceps; caules elongati debiles ramosi et hispidi ramis incrassatis; stipulae in cuspidem longum attenuatae ciliatae; sepala patentia margine membranacea setulis scabra. ♃. In pratis humidis in Moslavina circa Osekovo, Gračenica et Voloder. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4892. Iu.-Sept. . . **G. palustre L.**

16 Pedicellis defloratis erectis; floribus purpureo-violaceis, petalis unguiculatis basi longe barbatis; staminibus lineari-lanceolatis . 17

Pedicellis defloratis cum calyce nutante refractis; floribus caeruleis; petalis obovatis brevissime unguiculatis, basi nudis, calyce longe aristato duplo-longiorrbus; foliis palmato-5—7-partitis, segmentis bipinnatifidis; staminibus filiformibus, seminibus glabris. — Pedale et ultra, caule dichotomo, radice ramosa lignescente; folia venosa rugosa setulisque scabra; stipulae et bracteae longae, membranaceae, cuspidatae; sepala margine membranacea, in cuspidem canaliculatum attenuata. — Pedunculi, calyces et pistilla teguntur villo viscido. ♃. In pratis, ad ripas et dumeta humida circa Zagrabia, Sv. Simon, Vrabče; ad Rude prope Samobor alibique in Croatia submontana haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1624 in Dalmatia orienlati. (Neumayer.) Rchb. fl. g. 4883. Iu.-Il. . . . . **G. pratense L.**

17 Pedunculis confertim corymbosis; foliis subseptem-partitis inciso-serratis nudiusculis; petalis retusis calycem duplum longis; filamentis barbatis solo apice glabris. — Pedale; radix lignescens multiceps; caules tetragoni flexuosi, superne flexuosi et ramosi; folia mollia, venosa pilisque mollibus tecta; stipulae et bracteae membranaceae viridulae; sepala pilosa, ovata acuminata; corolla violascens, rarius alba aut alba violaceo-striata. ♃. In sylvis et pratis sylvaticis montanis, haud rarum circa Verbovsko, Gomirje, Ogulin et in monte Klek. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4882. Iu.-Ag. **G. sylvaticum L.**

Pedunculis summis brevibus, congestis, hirsutis; foliis amplis palmato-7-lobis, lobis inciso-lobatis serratisque, venis hirsutis pilis brevibus adpressis, superioribus sessilibus, inferioribus petiolatis, petiolis hirsutis illis oppositis, his alternis; stipulis bracteisque

lanceolatis, fuscis; calyce piloso, sepalis oblongis, 3-nerviis, seta herbacea longiuscula terminatis; petalis caeruleis subcrenatis emarginatisve. ♃. Kanitz in reliquiis Kitaibelianis ex itinere Kitaibelii croatico I. p. 107. ♃. In cacumine alpis Plieševica ad Korenicam in Croatia australi ibidemque inter Pinum Pumilionem. (Kit. I.) In iisdem locis alpis Visočica et Debelo-berdo. Il.-Ag.

G. alpinum Kanitz.

18 Petalis lamina patente emarginatis, vel illa reflexa laceris . . 19
Petalis calycem duplum longis rotundatis, integerrimis; caule diffuso superne pedunculisque hirsuto. Vide 15.

19 Pedunculis elongatis, pedicellis abbreviatis; petalis lamina simpliciter emarginatis; foliis caulinis 3-lobis, lobis ovali-rhombeis acuminatis serratis; caule tetragono; carpidiis undique pilosis et transverse plicatis. — Pedale glabriusculum folia tantum juniora pilosella, facie obscure viridia, dorso pallida et nitentia; stipulae lanceolatae cuspidatae; sepala ovata, dorso convexa, nervosa glabraque; corolla lilascens. ♃. In asperis sylvaticis montis Oštere prope Samobor. Syll. fl. cr. In Dalmatia. (Alschinger.) Maly enum. pl. p. 325, g. 764, n. 5. Rchb. fl. g. 4887. In.-Il.

G. nodosum L.

Pedunculis oppositifoliis alternis demum divaricatis; foliis 5—7-partito-palmatis, summis sessilibus, lobis rhombeis inciso-crenatis; petalis lamina reflexis laceris; filamentis glabris; carpidiis transverse plicatis pilosis. — Pedale habitu G. Phaei L.; villosum corollis e livido-lilascentibus. ♃. Ad sepes in Dalmatia. (Bluff.) Maly enum. pl. p. 325, g. 764, n. 3. Rchb. fl. g. 4889. Mj.-Il.

G. reflexum L.

Gen. 217. **Erodium l'Herit. Čapljan ili Čapuljka.**

Calyx 5-sepalus tubo nectarifero destitutus; corolla 5-petala; stamina 10 breviter monadelpha, 5 fertilia et 5 alterna sterilia; carpella lineari-turbinata caudis subterminalibus demum spiraliter tortis, intus barbatis Koch syn. pl p. 155; Vis. fl. dalm. III. 213, g 589; Rchb. fl. g. p. 776.

1 Foliis bipinnatipartitis 2
Foliis cordato-ovatis obtusis trifidis lobatisve crenato-dentatis; petalis aequalibus calyce sublongioribus; filamentis omnibus lanceolatis. — Spithamaeum, pilosum, radix fusiformis, caules hirsuti; folia longe petiolata petiolis pedunculisque longissimis hirsutis; bracteae villosae; sepala appendiculata; corolla parva

roseo-lilascens, rostra pollicaria. ♂. In rupestribus, ad vias et muros in litt. cr. ad Novi, Cirkvenica et Karlobago. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1637 in ruderatis et cultis circa Zara, Trau, Spalato, Ragusa nec non in insulis Ossero, Cherso et Lesina. (Geranium molacoides L.) Rchb. fl. g. 4868. Ap.-Iu. **E. malacoides W.**

2 Filamentis fertilibus basi lanceolatis ciliatis integrisque, superne filiformibus glabris; segmentis foliorum decurrentibus, rachide alata dentata; petalis subinaequalibus supremis binis emarginatis retusisve. — Pedale et ultra; caules demum elongati et deflexi; folia radicalia longissime petiolata, decursive pinnata pinnis incisis laciniisque dentatis; pedunculi multiflori pedicellis fructiferis deflexis; bracteae oblongae, villosae; petala purpurea; carpidiorum caudae bipollicares et ultra. ⊙. In herbidis litt. cr. ad Flumen, Bukari, Portoré et Segniam. Syll. fl. cr. Circa Zemun (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1636 in herbidis et apricis circa Zara, Sebenico, Spalato et Clissa nec non in insulis Veglia et Lesina. (Ger. Ciconium L.) Rchb. fl. g. 4866. . . . . **E Ciconium W.**

Filamentis glabris fertilibus basi rotundato-dilatatis integrisque; segmentis foliorum pinnatifidis, rachide nuda; petalis subinaequalibus calycem subaequantibus. — Multicaule diffusum, ramosum ramis ad basin incrassatis; stipulae et bracteæ ovatæ acutæ ciliatæque; pedunculi axillares multiflori, pilosi; sepala ovata, nervosa, petala obovata purpurea; styli coaliti, inferne barbati. ⊙. In agris locisque cultis arenosis in Croatia et Slavonia ubique vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1635 in iisdem locis circa Zara, Sebenico, Trau, Castelli, Spalato et Ragusa nec non in insulis. (Ger. cicutarium L.) Rchb. fl. g. 4864. Mr.-Oct. . . . . **E. cicutarium Sm.**

Obs. var. α. subacaule, segmentis foliorum inciso-pinnatifidis sessilibus obtuse ovatis, est: E. pimpinellifolium Rchb. fl. g. 4865. Var. β. caulescens, foliorum segmentis sessilibus oblongis acute remoteque laciniato-pinnatifidis, est: E. chaerophyllum Cav.

Gen. 218. Tropaeolum L. Dragoljub.

Calyx 5-partitus supra calcaratus; corolla 5-petala irregularis, petala tria inferiora minora aut subnulla; stamina 8 libera; carpidia tria spongiosa indehiscentia. Rchb. fl. g. p. 775, g. 915.

Foliis peltatis repandis nervis marginem non attingentibus; petalis obtusis. — Succosum, scandens; folia longe-petiolata; flores

luteo-aurantiaci. ☉. Colitur ubique in hortis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4863. In.-Oct. . . . . **Tr. majus L.**

Fam. XXXVI. **Balsamineae A. Rich. Neticaljke.**

Calyx 5-sepalus irregularis, deciduus, aestivatione imbricatus, sepala duo petalo impari proxima, plerumque deficientia, impar multo majus et calcaratum; corolla 3-petala, petalum superius symetricum, duo lateralia bifida asymetrica e duobus coalitis formata; stamina 5 hypogyna ovarium arcte cingentia, antherae biloculares plus minusve connatae, rimis longitudinalibus dehiscentes; ovarium 5-loculare, loculis pluriovulatis, ovulis pendulis; semina albuminosa; embryo rectus, radicula hilum spectans. Koch syn. pl. p. 156.

Herbae succulentae tenerae; folia exstipulata.

Gen. 219. **Impatiens L. Netek.**

Stigmata 5 in unum coalita; capsula elongata, valvulae a basi ad apicem introrsum revolutae una alterave spiraliter contorta. Rchb. fl. g. p. 702.

Pedunculis 3—4-floris solitariis folio brevioribus sub folio patulis; calcare apice adunco, foliis ovatis grosse dentatis; geniculis caulinis tumidis.— Pedalis et ultra; caulis succosus patenti-ramosus, flexuosus, glaber, laevis nitidusque; flores penduli flavi intus pallide aurantio-punctati. ☉. In nemorosis et dumetis humidis in sylva Lokva ad Lovrečinam, circa Šestinam et Vrabče prope Zagrabia nec non alibi in Croatia submontana. Syll. fl. cr.; ad rivulos in convallibus circa Virovitic, in monte Papuk in comitatu Požegano, nec non in Syrmiensi. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4483. II.-Sept. **J. Nolitangere L.**

Pedunculis unifloris aggregatis; foliis lanceolatis, superioribus alternis; calcare flore breviore. — Flores rubri, variant albi et ex utroque colore mixti, variegati, non raro pleni. ☉. Colitur in hortis et hinc inde in ruderatis quasi spontanea. Rchb. fl. g. 4484. II.-Sept. . . . . **J. Balsamina L.**

Fam. XXXVII. **Oxalideae DC. Ceceljače.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx 5-partitus (v. 5-sepalus) persistens aestivatione imbricatus; corolla 5-petala hypogyna petalis interdum ima basi coalitis aestivatione contortis; stamina 10 basi saepe monadelpha interiora petalis opposita, longiora; antherae birimosae non adnatae; ovarium unicum liberum, 5-loculare, loculis pluriovulatis, placentis centralibus; styli 5; capsula 5—10-

valvis, seminibus pendulis arillo carnoso ab apice elastice dehiscente inclusis, albuminosis; embryo rectus, inversus, radicula ad hilum versa. Koch syn. pl p. 157; Vis. fl. dalm. III. p. 218.

Herbae acidae, foliis vernatione spiraliter convolutis, petiolatis, alternis, trifoliatis, stipulis membranaceis nullisve; pedunculis axillaribus plurifloris aut radicalibus unifloris.

Gen. 220. **Oxalis L. Cecelj.**

Charact. gen. idem ac familiae.

1 Scapo unifloro basi articulato, foliis longiore, medio bibracteato; caudice repente, dentato articulato; foliis ternatis, foliolis obcordatis; stylis longitudine staminum interiorum; petalis oblongo-obovatis leviter emarginatis. — Radix ramosa, nodosa reptans, ad nodos squama dentiformi instructa; petioli debiles hirsutuli, basi articulati; sepala oblonga acuta ciliata; corolla alba violaceo-striata, rarius violacea; capsula ovata obtusa. ♃. In nemorosis et dumetis humidis haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4898. Ap.-Mj. . . **O. Acetosella L.**

Obs. var. β. corolla calyce duplo tantum longior; stamina 5 calycis longitudine et 5 fere evanidis, est: O. parviflora Lej.

Caule erecto aut prostrato plus minusve ramoso et folioso . . 2

2 Caule solitario erecto ramoso, sparse puberulo; foliis ternatis, exstipulatis, foliolis obcordatis; pedunculis 2—5-floris folium subaequantibus; pedicellis fructiferis erecto-patulis; stolonibus subterraneis subcarnosis persistentibus. — Spithamaea-pedalis, flores lutei. ⊙ vel ♂. In hortis oleraceis et ad sepes circa Toplika, Varasdinum, Zagrabia et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4895. Ap.-In.-Sept. . . . . . **O. stricta Jacq.**

Obsv. Propagatur stolonibus carnosis crassitie pennae corvinae per hiemem durantibus, qui anno sequente novam plantam emmittunt; cum fructifera vero pereunt, dum iterum novi in futuro anno progerminantes orti sunt.

Caulibus diffusis pubescentibus, basi radicantibus; foliis basi stipulatis, foliolis obcordatis; pedunculis subbifloris folio subaequalibus; pedicellis fructiferis refractis. — Rami spithamaei repentes; flores lutei. ⊙. In viis, hortis cultisque totius Dalmatiae littoralis et insularis vulgaris. Vis. fl. dalm. 1651. (O. villosa Bieb.; O. pusilla Salisb.) Rchb. fl. g. 4896. Mj.-I. **O. corniculata L.**

Fam. XXXVIII. **Zygophylleae Brow. Dvoliskovice.**

Flores hermaphroditi regulares laciniis aestivatione imbricatis; calyx 5-sepalus deciduus; corolla petalis 5 hypogynis liberis patentibus; stamina 10 cum petalis inserta libera antheris introrsis; ovarium 1, 5-loculare loculis uni-vel pluriovulatis, vel septis transversis supraimpositis instructis; placentae centrales, ovula horizontalia vel pendula; fructus capsularis 5-coccus, coccis demum solutis indehiscentibus, dorso inaequaliter tuberculatis spinosisve; embryone exalbuminoso recto; cotyledonibus foliaceis, radicula supera. — Koch syn. pl p. 158; Vis. fl. dalm. III. p. 238.

Herbae procumbentes, diffusae, foliis oppositis abrupte pinnatis bistipulatis, stipulis membranaceis; pedunculis solitariis axillaribus unifloris. —

Gen. 221. **Tribulus Tourn. Dvolistak.**

Char. generis idem ac familiae.

Foliis 4—8-jugis, foliolis oblongis subaequalibus; pedunculis folio brevioribus; corollis calycem subaequantibus; fructibus tuberculato-echinatis spinosisque. — Procumbens $^1/_2$—2-pedalis floribus flavis. ⨀. Ad vias, in vineis et cultis litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari, Segnia et alibi. Syll. fl. cr. In comitatu Syrmiensi et circa Zemun in iisdem locis (Kanitz). Vis. fl. dalm. 1700 in apricis ad vias, agros et vineas totius Dalmatiae praesertim littoralis. Rchb. fl. g. 4821. In.-Oct. . . **T. terrestris L.**

Fam. XXXIX. **Rutaceae Juss. Rutvače.**

Flores hermaphroditi regulares laciniis aestivatione imbricatis; calyx 3—6-partitus persistens; corolla petalis 4—6 basi carpophoro affixis, liberis, sub anthesi patentissimis; stamina 8—12 cum petalis inserta libera hypogyna, antheris introrsis; ovarium lobatum, lobi loculique numero laciniarum calycis, loculi 3—4-ovulati; placentae centrales; stylus 1 e medio loculorum ovarii progrediens, stigmate simplici; capsulae loculi introrsum dehiscentes; semina albuminosa; embryo inter albumen, radicula ab hilo remota. Koch syn. pl. p. 158; Vis. fl. dalm. III. p. 236.

Herbae perennes aut suffrutices foliis alternis simplicibus aut decomposite lobatis pinnatisve glanduloso-punctatis; florum corymbo aut racemo terminali bracteato.

Gen. 222. **Ruta L. Rutvica.**

Calyx 4-partitus persistens; corolla petalis totidem unguiculatis concavis; stamina 8—10 antheris muticis; capsula 4—5-loba, 4—5-locularis disco 8—10-

foveolato insidens loculis polyspermis. — Flores omnibus lutei. Vis. fl. dalm. g. 405; Koch syn. pl. p. 158; Rchb. fl. g. p. 765, g. 897.

1 Petalis fimbriatis; lobis capsulae acuminatis; pedicellis glaberrimis 2

Petalis integerrimis dentatisve; lobis capsulae obtusis; foliis subtripinnatis petiolatis ambitu subtriangularibus, pinnis apicem versus decrescentibus 3

2 Foliis decompositis, laciniis obverse lanceolatis obovatisve glaucis; gibbis capsulae erectis cuspidatis. — Radix lignosa; caules suffruticosi adscendentes angulati ramosi; folia saturate viridia; flores in corymbum dispositi petalis ex viridi flavescentibus. ♄. Vis. fl. dalm. 1698 in collibus saxosis apricis et in ruderatis circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Ossero, Veglia, Cherso, Bua, Brazza, Giuppana et in montibus Marian et Mossor. (R. angustifolia Pers.) Rchb. fl. g. 4813. Mj.-Il. . . . . **R. chalepensis L.**

Foliis subsessilibus subtripinnatis pinnis basin apicemque versus decurrentibus, infimis substipularibus, foliolis lineari-oblongis vel ovato-cuneatis; gibbis capsulae globosae acutis, conniventibus. — Pedalis, obscure virens; bracteis magnis late ovatis cordatisque. ♃. In agris lapidosis incultis in litt. cr. circa Flumen, Bukari, Portoré et alibi, nec non in insula Veglia et Ossero. Syll. fl. cr. et Koch syn. pl. p. 159, n. 3. Rchb. fl. g. 4815. Mj.-In. . . . . **R. bracteosa DC.**

Observ. R. bracteosa DC. videtur nil aliud esse, nisi varietas lato bracteata R. chalepensis L., quacum etiam intermixte in insulis dictis occurrit.

3 Foliolis ovali-oblongis, terminalibus obovatis spathulatisve; gibbis capsulae rotundatis. — Caules teretes ramosi; folia supradecomposita glauca; petala integerrima. ♃. In collibus lapidosis litt. cr. circa Flumen, Segniam, Karlobago et alibi in asperis, secus ubique in hortis culta et hinc inde in ruderatis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4814. In.-Il. **R. graveolens L.**

Foliolis oblongo-linearibus, terminalibus foliorum inferiorum elongato-obovatis; capsulae gibbis obtusis distantibus. — Caules suffruticosi-adscendentes; folia bipinnata; petala crenata. ♄. In collibus lapidosis pratisque apricis in litt. cr. circa Flumen, Karlobago, nec non alibi in rupestribus montium tractus Velebit, ad

Podprag et Halan. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1697 in iisdem locis circa Verpolje, Trau, Ragusa, Cattaro et Krivošcie, nec non in montibus Velebit et Mossor; in insulis Cherso, Pago et Lesina. (R. chrithmifolia Mor.; R. graveolens Vis. non Linn.) Rchb. fl. g. 4812. Mj.-Il. . . . . **R. divaricata Ten.**

Gen. 223. Haplophyllum. A. Juss.

Calyx 5—6-partitus; corolla petalis totidem attenuato-unguiculatis planis; stamina 10—12 antheris glandula apiculatis, filamentis basin versus dilatatis; stylus e basi integerrimus; capsula 5-locularis, 5-fida loculis pleiospermis. — Folia simplicia aut ternata sessilia. — Vis. fl. dalm. III. p. 237, g. 406; Rchb. fl. g. p. 766, g. 898.

Foliis patentissimis glabris subtus glaucescentibus linearibus, in basin attenuatis, infimis lanceolatis; cyma coarctata calycibusque pilosis. — Spithamaea; folia supra laete viridia, quaedam cum pari axillari; flores majusculi laete flavi. ♃. In lapidosis sterilibus, ad margines vinearum in litt. cr. (Host.) Vis. fl. dalm. 1699 in agris lapidosis circa Smilić, Knin, Ogorje, Sinj et Konjsko, nec non inter Almissa et Duare, ad Vergoraz, Ragusa et Krivošcie. (R. linifolia L.; R. spathulata Fl. graec.) Rchb. fl. g. 4816. Mj.-In. . . . . **H. linifolium A. Juss.**

Foliis mediis ternatis sessilibus; foliolis linearibus integerrimis canescentibus; capsulis caruncula coronatis. — Colore opaco, foliis exacte linearibus, pubescentia, floribus minoribus sordide luteolis, fructu tandem distinguitur a praecedenti. ♃. In agris lapidosis derelictis in Dalmatia. Maly enum. pl. p. 324, g. 759, n. 7. (R. patavina Fl. graec.; Pseudoruta patavina Mich.) Rchb. fl. g. 4817. Mj.-In. . . . . **H. patavinum A. Juss.**

Gen. 224. Dictamnus L. Jesenak.

Calyx deciduus 5-partitus, petala totidem unguiculata subinaequalia; stamina 10 declinata; ovarium carpophoro brevi crasso elevatum. — Folia pinnata; flores racemoso-paniculati. — Koch syn. pl. p. 159; Rchb. fl. g. p. 767.

Petalis elliptico-lanceolatis acutis lateralibus obtusiusculis; ovario stipite suo breviore; foliolis oblongo-ellipticis serrulatis; floribus roseis venis purpureis percursis. — Caules 2—3-pedales ut racemus et ipsa petala glandulosus, graveolens; pericarpii lobi apice truncati introrsum et extrorsum gibbere acuto; semina globosa

atro-nitida. ♃. In sylvis montanis saxosis montium circa Zagrabia et Rasinja; in asperis apricis circa Lokva, Moravica, Vučin et Merkopalj. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Sotin, in Vučidol, Vukovar, Čerević et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4819. (D. albus L.) Mj.-In. . . . . **D. Fraxinella Pers.**

Petalis ellipticis, tribus superioribus obtusissimis cum apiculo, supremo emarginato; ovario stipite suo longiore; foliolis ellipticis crenulatis. — Flores in planta sicca sunt lilacino-rosei venisque violaceis picti; folia rotunde crenulata, nec serraturis patulis serrulata. ♃. In pratis montanis arvisque lapidosis circa Flumen, praesertim versus Voloska; in saxosis ad Kamenjak et Jelenje. Mj.-In. . . . . **D. obtusiflorus Koch.**

Observatio. Propter corollae partitionem profundissimam, imo corollam pseudopolypetalam hic locorum sequi deberet Familia Pyrolacearum Lindl et Fam. Monotrapearum Nutt.; quae tamen obtutu peculiaris affinitatis naturalis cum Fam. Ericacearum Desf. serius penesque illam pertractabuntur.

Ordo II. **Symphysogynae.**

i. e. pl. ovario calyci adnato sive infero praeditae.

Subordo I. Ovarium unicum et uniloculare.

Fam. XL. **Grossularieae DC. Ogrozdjače.**

Flores hermaphroditi, rarius abortu unisexuales, regulares; calyx 4—5-fidus tubo ovarium connatum superante, limbi colorati lobis aestivatione imbricatis; corolla petalis 4—5 calycis fauci insertis, minimis aestivatione distinctis; stamina 5, rarius 4, inter petala inserta, libera; pistillum ovario infero uniloculari multiovulato, placentis binis oppositis parietalibus; stylo basi simplici superne 1—4-fido; stigmatibus brevissimis obtusis simplicibus; fructus baccatus calycis limbo marcescente coronatus, pulposo-succosus, unilocularis polyspermus seminibus horizontalibus; embryone albuminoso recto. Vis. fl. dalm. III. pag. 141; Koch syn. pl. p. 292

Frutices spinosi aut inermes foliis alternis fasciculatisve palmatolobis, lobis crenato-dentatis, petiolis exstipulatis, pedunculis ex foliorum axillis aut fasciculis plurifloris.

Gen. 225. **Ribes L. Grozdić.**

Char. gen. idem, qui familiae.

1 Pedunculis subunifloris, (1—3-floris), bi-tribracteatis; caulibus aculeatis, aculeis tripartitis 2
Floribus racemosis, racemis multifloris; caulibus inermibus . . 4
2 Baccis glanduloso-setosis aut saltem pubescentibus 3
Baccis exacte nudis, purpureis; aculeis reclinatis; pedunculis unifloris; ovariis, calycibusque glabris, petiolis, foliis bracteisque ciliatis. ♄. Colitur in hortis et hinc inde ad sepes et in ruderatis quasi spontaneum. Ap.-Mj. . . . . . . **R. reclinatum L.**
3 Bracteis tripartitis; baccis glanduloso-hirsutis. — Folia pubescentia subrotunda, obtuse triloba incisaque; pedunculi 2—3-bracteati, villosi, bracteae ellipticae; calycis basi setoso-glanduliferi superne villosi laciniae oblongae reflexae; petala elliptica obtusa erecta; genitalia exserta; flores viriduli aut carnei; baccae pallido-virides pellucidae edules. ♄. In sylvis montium Ivanščica et in illis ad Trakostjan. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis montis Papuk et in illis ad Orahovica. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1450 in sylvis tractus montium Velebit. Ap.-Mj. **R. Grossularia L.**
Bracteis connato-tubulosis; baccis pilosellis glabrescentibus. — Ovaria pilis brevibus mollibus glandulosis obsita, baccae maturae denique glabrae. ♄. Cum priori in iisdem locis. Ap.-Mj. **R. Uvacrispa L.**

Observ. Multae varietates et hybridae formae coluntur in hortis omnesque videntur esse hybridae proles unius ejusdemque speciei cultura exortae.

4 Bracteis pedicello brevioribus; racemis denique pendulis . . . 5
Bracteis lanceolatis pedicello longioribus; racemis glanduloso-pilosis erectis; calyce glabro, plano, laciniis ovatis; petalis spathulatis. — Racemi masculi 20—30-flori, ovario nullo, antheris polline instructis perfectis; feminei 2—5-flori ovario perfecto et antheris polline destitutis; flores flavescenti-virides, feminei magis virentes; folia triloba dorso lucida, facie saturate viridia. ♄. In sylvis montanis Zagrabiensibus, in illis montis Klek, Merzin alibique in illis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3633. Mj.-In. . . . . **R. alpinum L.**
5 Calyce glabro; sepalis petalisque spathulatis; bracteis ovatis . 6
Calyce pubescente glanduloso-punctato campanulato, laciniis limbi

oblongis recurvatis; petalis oblongis; bracteis subulatis pedicello brevioribus; foliis subquinquelobis subtus glanduloso punctatis; racemis pubescentibus pendulis. — Frutex erectus; petioli villosi; folia serrata ciliata graveolentia facie glabra, dorso ad venas villosa; flores virentes, petala in superficie interiore rubra; baccae nigrae cimices redolentes. ♄. In locis sylvaticis humidis montium Ivanšćica et ad Radoboj, secus ubique in hortis cultum et hinc inde ad sepes, in ruderatis et dumetis quasi spontaneum. Rchb. fl. g. 3637. (Botrycarpum nigrum Rchb.) Apr.-Mj.

R. nigrum L.

6 Stylo integro, stigmate bilobo; calyce campanulato, laciniis ciliatis; racemis spicisve pubescentibus 7

Stylo bifido: calyce pelviformi, laciniis margine glabris racemisque subnudis, glabriusculis cernuis, defloratis pendulis; bracteis ovatis pedicello brevioribus; foliis subquinquelobis. — Caulis (frutex) erectus; folia subtus pubescentia cordato-subrotunda; flores albido-viriduli, petala obcordata; baccae rubrae, rarius carneae vel albido-flavescentes. ♄. In sylvarum locis humidiusculis montium Zagrabiensium; in fruticetis ad margines pratorum hinc inde, secus ubique in hortis cultum et in ruderatis sepibusque quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis montis Papuk. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1448 in sylvaticis montis Sella supra Cattaro. (Grossularia rubra Scop.) Rchb. fl. g. 3634. Ap.-M.

R. rubrum L.

Observ. var. β. calycis fundo fuscescente vel saltem punctis ejusdem coloris adsperso; petalis brevibus; stylo breviusculo; filamentis antherarum latitudinem non aequantibus, est: R. sylvestre Sturm. occurritque cum priori hinc inde.

7 Racemis longissimis pendulis, floribus confertis; petalis laciniisque calycinis obovatis apice denticulatis reflexis. — Frutex ramosissimus ramis elongatis, junioribus hirsutis, adultis glabris; folia ampla, cordato-rotunda 3—5-loba subtus canescentia lobis serratis ciliatisque; pedunculi hirsuti, pedicelli basi bractea ovata fulti; petala flavo-viridia cuneiformia minima; fructus rubri austeri. ♄. In dumetis sylvisque in monte Merzin prope Korenica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1449 in sylvis tractus montium Velebit. Rchb. fl. g. 3636. (R. spicatum Robs.; R. croaticum Host.) Mj.-In. . . . . **R. vitifolium WK.**

Racemis floriferis erectis, fructiferis pendulis; laciniis calycinis ciliatis revolutisque; bracteis flore brevioribus. — Frutex ramosus; petioli pilosi, folia 5-loba serrata ciliata facie glabra, dorso ad venas pilosa; racemi oblongi, pedicelli bractea fulti; calyx campanulatus 5-fidus; petala rosea minima erecta; baccae depressae obscure sanguineae. ♄. In saxosis ad Severin et Lukovdol; in asperis dumetosis in litt. cr. in Vinodol circa Bribir et ad Segniam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3635. Mj.-In. **R. petraeum Wulf.**

Fam. XLI. Cacteae DC. sive Cactoideae Vent.

Flores hermaphroditi regulares; calyx adhaerens laciniis indefinitis apice liberis pluriserialibus in corollam polypetalam calyci inisertam sensim transeuntibus, petala bi-multiserialia libera, vel in tubum elongatum connata et apice tantum libera; stamina numerosa vel indefinita, disco apicem ovarii investienti inserta; stylus unicus; stigmata plurima; ovarium uniloculare multiovulatum, ovula placentis parietalibus in series verticales digestis affixa; bacca matura farcta; semina in pulpa nidulantia exalbuminosa; embryo curvatus aut spiralis; radicula ad hilum spectans. — Koch syn. pl. p. 291; Vis. fl. dalm. III. pag. 142.

Herbae aut fruticuli carnosi ramis compressis, ramulis (articulis) complanatis ovatis fascisulato-spinosis; foliis rudimentariis subulatis cito deciduis; floribus ab articulorum margine aut spinarum fasciculis exorientibus.

Gen. 226. Opuntia Tourn. Nopal.

Sepala ovario adnata filiformia, summa plana brevia; petala indefinita libera; stylus basi constrictus; stigmata plurima erecta; bacca tuberculata; semina subreniformia. Koch syn. pl. p. 291; Vis. fl. dalm. III. p. 143.

1 Caule fruticoso erecto; articulis ellipticis obovatisve 2
Caule herbaceo diffuso, prostrato, repente, viridi vel cupreo; articulis subrotundis, ovalibus obovatisve divaricatis; spinis fasciculatis plurimis setaceis areolarum tomentum aequantibus, vel solitariis multo longioribus; floribus flavis. ♃. Vis. fl. dalm. 1451 ad muros circa Zara; in coemeterio ad Forte Baron; in saxosis ad eremum S. Girolamo prope Spalato. (Cactus Opuntia nana DC.; Opuntia vulgaris Hav.) In.-Il. . . . . . . **Op. nana Vis.**

2 Laete virens, spinis fasciculatis, paucis setaceis areolarum tomentum subaequantibus, vel subsolitariis duplo longioribus; floribus flavis. — Frutex 2—3-pedalis; flores in articulis summis sessiles magni; bacca magna saturate purpurascens, pyriformis edulis. ♄. Vis. fl. dalm. 1452 in locis saxosis apricis insulae Le-

sina. Rchb. fl. g. 3639 circa Flumen ad margines vinearum „del Bellvedere“ quasi spontanea. (Op. vulgaris Ten.; Cact. Opuntia L.) In.-Ag. . . . . **Op. Ficus indica Mill.**

Glaucescens spinis 4—6-vallidis divergentibus inaequalibus subulatis albidis lanugine obsoleta; floribus flavis, extus aurantiis. ♄. Vis. fl. dalm. 1453 in saxosis apricis ad viam inter Ragusa et Gravosa. Mj.-Il. . . . . **Op. amyclaea Ten.**

Subordo II. Ovarium pluriloculare placentis in loculorum basi affixis multiovulatis.

Fam. XLII. Mesembryanthemeae Fenzel. Čupavčice.

Flores hermaphroditi regulares; calyx monophyllus tubo carnoso cum ovario connato, limbi superi 5 partiti laciniis filiformibus inaequalibus aestivatione imbricatis; corolla polypetala petalis linearibus calycis fauci insertis; stamina plurima filamentis filiformibus receptaculo insertis, antheris introrsis versatilibus bilocularibus loculis latere dehiscentibus; pistillum ovario infero pluriloculari placentis in loculorum basi multiovulatis; stamina 4—5 in apicis ovarii centro sessilia; capsula demum sicca, superne radiatim costata costis longitudinaliter dehiscentibus; seminibus pluribus globosis; albumine farinaceo; embryone curvato peripherico. — Vis. fl. dalm. III. p. 143.

Herbae succulentae foliis exstipulatis papulosis; floribus solitariis axillaribus albis.

Gen. 227. Mesembryanthemum L. Čupavac.

Char. generis idem, qui familiae.

Herbaceum caespitosum pellucide papulosum foliis oppositis alternisque teretiusculis obtusis sessilibus; floribus axillaribus tetragonis; petalis calyce brevioribus — Tota planta pellucide papulosa foliorumque basi glabra nec ciliata. ⊙. Vis. fl. dalm. 1454 in maritimis arenosis insulae Pelagosa. In.-Il. **M. nodiflorum L.**

Herbaceum diffusum pellucide papulosum; basi simplex, foliis oppositis subcordato-ovatis planis petiolatis, supremis sessilibus; floribus axillaribus terminalibusque pentagynis; petalis calyce longioribus. ◯. Vis. fl. dalm. 1455 circa Ragusa in maritimis arenosis. Rchb. fl. g. 3806. . . . . **M. crystalinum L.**

Subordo III. Ovarium pluriloculare, sed loculis superimpositis, diaphragmate separatis biserialibus, inferioribus 3, superioribus 5, seminibusque loculorum superiorum processibus, a pariete ortis, affixis.

Fam. XLIII. **Granateae Don. Mogranjače.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx monsepalus coloratus tubo ovario adnato, limbo 5—7-fido aestivatione valvato; petala 5—7 calycis tubo inserta, aestivatione imbricata; stamina plurima cum petalis inserta antheris introrsis, supra basin affixis; pistillum germine infero, ovarium pluriloculare loculis superimpositis multiovulatis biserialibus; stylus unicus; stigma capitatum, bacca corticata, calyce persistente coronata; semina arillo succulento inclusa exalbuminosa; embryo radicula recta ad hilum versa, cotyledonibus convolutis. Vis. fl. dalm. III. p. 200; Koch. syn. pl. p. 263.

Arbuscula ramis tetragonis spinescentibus; foliis oblongis integris impunctatis; floribus subsessilibus coccineis.

Gen. 228. **Punica Turn. Mogranj.**

Charact. gen. idem ac familiae.

Frutex arborescens 10-pedalis et ultra foliis membranaceis nitidis integerrimis oppositis oblongis; flores magni cum calyce coriaceo coccinei solitarii aut 2—4; petala ovalia penninervia; pomum aurantii magnitudine rubrum, pulpa lutea; semina pallide sanguinea. ♄. Colitur hinc inde in litt. cr. Vis. fl. dalm. 1600 ad sepes circa Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Cherso. Lesina aliisque. Rchb. fl. g. 4103. In.-Sept. **P. Granatum L.**

Subordo IV. Ovarium bi-pluriloculare placentis centralibus

Fam. XLIV. **Myrteae Juss. vel Myrtaceae R. Br. Mierčike.**

Flores hermaphroditi regulares; calycis tubus ovario adhaerens adnatusve limbo 4—5-fido lobis aestivatione valvatis; petala tot, quot calycis laciniae et cum iis alternatia aestivatione imbricata; stamina plurima cum petalis inserta antheris bilocularibus dorsoque affixis, longitudinaliter dehiscentibus; ovarium pluriloculare placentis centralibus; stylus unicus; stigma simplex; semina exalbuminosa; embryo rectus cotyledonibus non convolutis; radicula ad hilum versa. — Vis. fl. dalm. III. p. 201; Koch. syn. pl. p. 275.

Arbusculae ramulis tetragonis inermibus; foliis integris punctato-glandulosis; floribus axillaribus solitariis fasciculatisve albis.

Gen. 229. **Myrtus Tourn. Mierča.**

Char. generis idem, qui familiae.

Frutex 4—8-pedalis foliis ovato-lanceolatis acuminatis distantibus; pedunculis fructu duplo longioribus folioque paullo brevioribus; bracteolis 2-linearibus deciduis florique subjectis; calyce 5-fido sepalis ovatis lanceolatisve acutis. ♄. Vis. fl. dalm. 1601 in apricis saxosis totius litt. dalmatici, frequentius in insulis. In litt. cr. in iisdem locis, sed rarius. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4118. In.-Il. . . . . **M. communis L.**

Frutex 2—5-pedalis foliis elliptico-acutis approximatis parvis; pedunculis fructum subaequantibus. — Foliorum parvitate et pedunculorum brevitate potius quam forma fructus alliisque notis a praecedenti facile distinguitur. ♄. Vis. fl. dalm. 1602 in scopulo Lapad prope Ragusa. In.-Ag. . . . . **M. tarentina Bertol.**

Fam. XLV. **Philadelpheae Don. DC. Pustariljače.**

Calycis tubus turbinatus ovario adhaerens limbo 4—10-partito persistente; petala calycis laciniis alterna iisque numero aequalia, aestivatione convoluta; stamina 20 et plura cum petalis fauci calycis inserta; stigmata plurima; capsula calyci semiadnata 4—10-locularis, polysperma; semina subulata in angulis loculorum centralibus ad placentam angulatam cumulata; arillo laxo membranaceo, albumine carnoso; embryo inversus; radicula ab hilo remota. — Koch syn. pl. p. 275.

Frutices foliis oppositis impunctatis et alis exstipulatis, vena marginali nulla; flores albi.

Gen. 230. **Philadelphus L. Pusterilj.**

Char. gen. idem, qui familiae.

Frutex 4—8-pedalis foliis ellipticis acuminatis, serrato-denticulatis, supra glabris subtus hirtis; floribus racemosis; calycis laciniis acuminatis; stylo profunde quadrifido staminibus breviore. — Flores albi fragrantes. ♄. In rupibus ad vetustam arcem Okić. Syll. fl. cr. in hortis frequentisseme cultus. Rchb. fl. g. 3629. Mj.-Il. . . . . **Ph. coronarius L.**

Fam. XLVI. **Pomaceae Lindl. Jabučnjaci.**

Flores regulares hermaphroditi involucris aestivatione imbricatis; calycis tubus ovario adnatus limbo 5-dentato vel 4-fido marcescente; corolla petalis 5 margini tori insertis; stamina viginti cum petalis annullo, calycis faucem cingenti, inserta, aestivatione incurvata, antheris introrsis bilocularibus; discus epigynus saepe nectariferus apicem ovarii tegens. Ovarium 2—5-loculare, loculi bi-vel pluriovulati, ovulis erectis; placentae centrales stylis stigmatibusque 5 vel paucioribus; fructus carnosus, loculis membrana tenuissima molli et vix visibili vel chartacea et subcartilaginea vel osseo vestiti; hinc fructus vel baccatus, vel pomaceus, vel drupaceus, drupa pleiopyrena; semina exalbuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa. Koch syn. pl. p. 258; Vis. fl. dalm. III. p. 242.

Arbores fruticesve ramulis interdum spinescentibus; foliis simplicibus dentato aut pinnatisectis pinnatisve, stipulatis; stipulis liberis saepius caducis; floribus aggregatis solitariisve.

Gen. 231. **Crataegus L. Glog.**

Calyx tubo urceolato, limbo 5-fido; petala 5 orbiculata; styli tot, quot ovarii loculi; ovarium 2—5-loculare, loculis biovulatis; drupa disco contracto, diametro drupae transversali angustiore terminata mono-penta-pyrena, pyrenis bivel abortu monspermis Vis. fl. dalm. III. p. 613; Rchb. fl. g. p. 628, g. 764.

1 Fructibus coccineis aurantiisve 2

Fructibus nigris; ramulis, petiolis cymisque lanuginosis; foliis subtus tomentosis ovatis acutis inciso-pinnatifidis angulatis, angulis ovatis duplicato-serratis; stipulis semiovatis serratis. — Frutex erectus ramis paucis spinescentibus; folia lata utrinque villo tecta; stipulae falcatae; pedunculi tomentosi; bracteae lineari-lanceolatae, membranaceae; calyces tomentosi; petala concava alba, demum colore roseo picta; styli 5. ♄. In saxosis vallis Vratno montium Kalnik, circa Samobor. Syll. fl. cr. — In sylvis slavonicis circa Virovitic, Vukovar, Illok et Karlovic. (Kanitz.) (Mespilus nigra W.) Rchb. fl. g. 4051. Mj.-In.

C. nigra WK.

2 Ramulis nudis glabrisque; ramis spinosis; laciniis calycis lanceolatis ovalibusve 3

Ramulis junioribus tomentosis; pedunculis calycibusque crispovillosis calycis laciniis triangularibus acutis glandulosis; foliis obovatis 3—5-fidis basi cuneatis, laciniis integris vel 1—3-dentatis. — Frutex humilis, inermis, floribus 2—3-gynis corollis albis; fructus majusculi subglobosi eduli coccinei. ♄. In collibus

inter dumeta litt. cr. circa Segniam, seccus cultus. Syll. fl. cr. in Dalmatia prope Lissa nel Soglio S. Andrea. Portsch. Rchb. fl. g. 4049. Mj.-In. . . . . **C. Azarolus L.**

3 Foliis coriaceis cuneato-obovatis, ovatisve, pinnatifido-flabellatis . 4

Foliis subcoriaceis elliptico-lanceolatis vel obovato-ellipticis integris crenato-serratis, demum nitidis glabris; calycis segmentis triangularibus, in fructu conniventibus: floribus 5-gynis. — Frutex humilis spinosus, flores albi, fructus coccinei serotini. ♄. Vis. fl. dalm. 1717 ad sepes et colles al Giunchetto prope Ragusa et ad Suttorina inter Ragusa et Cattaro. (Mesp. Pyracantha L.) Rchb. fl. g. 4052. Mj.-In. . . . . **C. Pyracantha Pers.**

4 Foliis obovato-subtrifidis extrorsum serratis; floribus digynis; corymbo glabro. — Frutex jam a basi ramosus, ramis expansis, spinis validis armatus; folia obtusa, ad costam venasque villosula; petioli pedunculique villosi; flores graveolentes; bracteae lanceolatae dentatae rubellae; calycis glabri laciniae reflexae: petala orbiculata concava denticulata; styli 2—3. ♄. In dumetis planitierum montiumque humiliorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1716 ad sepes et loca inculta totius Dalmatiae vulgaris. (Mesp. Oxyacantha Scop.) Rchb. fl. g 4047. Mj.-In. . . . . , . **C. Oxyacantha L.**

Foliis ovatis basi rotundatis cuneatisve 3—5-lobis; corymbis lanuginosis vel saltem pubescentibus: frutices arborescentes ramis erectis 5

5 Foliis profunde 3—5-fidis laciniis acutis, extrorsum serratis, basi cuneatis; floribus monogynis; corymbis lanuginosis. — Frutex in mediocrem arborem excrescens ramulis in spinas angustatis: folia primum pubescentia, demum glabra; petala suborbiculata, concava patentia; stylus unicus; fructus ovatus, ruber semine unico. ♄. In sylvis montanis totius Croatiae et Slavoniae, sed priore rarior. Syll. fl. cr. (Mesp. monogyna Ehrh.) Rchb. fl. g. 4048. Mj.-In. . . . . **C. monogyna Jacq.**

Foliis ovatis subtrifidis laciniis obtusis, subtus villosis; floribus corymbosis 5-gynis, corymbo calycibusque pubescentibus; fructu ellipsoideo 5-spermo, coccineo. — Frutex in arborem mediocrem excrescens, ramis spinosis; folia facie pubescentia, dorso villosa; stipulae foliaceae, petiolatae, integerrimae; pedunculi calycesque tecti pilis longis, mollibus; laciniae calycis parvae, acutiusculæ,

apice reflexae; petala pleraque ad apicem denticulata; styli a duobus ad quinque. ♄. In sylvis comitatus Syrmiensis. (WK.) (Mesp. pentagyna W.) Rchb. fl. g. 4050. Mj.-In. **C. pentagyna WK.**

Gen. 232. Cotoneaster Medik. Mušmulača.

Calyx tubo turbinato, limbo 5-fido. Petala ovata; ovaria 2—5 inter se libera biovulata; drupa pyrenis 5 inter se cohaerentibus et calyce carnoso adnatis, apice nudis liberis, nec carni immersis. — Koch syn. pl p. 259; Vis. fl. dalm. III. p. 243, g. 612; Rchb. fl. g. p. 629, gen. 765.

Foliis subrotundo-ovatis, basi rotundatis acutis emarginatisve; calyce glabro margine pedunculisque subpubescentibus; floribus fasciculatis, fasciculis subtrifloris; fructu glabro. — Frutex humilis in ramos exspansos divisus; folia facie glabra, dorso tomentosa; stipulae adcretae ad singuli petioli basin duae lineares membranaceae; bracteae deciduae canaliculatae; petala minima alba colore roseo suffusa; fructus sanguinei nutantes. ♄. In saxosis montanis, ad rupes in subalpina adscendens; circa Podsused, in Kalnik, Samobor, Sv. Ana pod Turnom, in monte Klek. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1715 in umbrosis sylvaticis montium Velebit, Svilaja altit. ped. 4000—5000. (Mesp. Cotoneaster L.) Rchb. fl. g. 4053. Mj.-In. . **C. vulgaris Lindl.**

Foliis ovalibus rotundato-obtusis, calycibus pedunculisque tomentosis; corymbis sub-5-floris; fructu coccineo lanuginoso. — Frutex ramosissimus; folia facie pubescentia, rarius viridia, dorso cano-tomentosa; stipulae breves lanceolatae; bracteae membranaceae pubescentes; petala alba obovata denticulata, apice saepe bifida; fructus erecti. ♄. In declivibus et praeruptis petrosis subalpinis et alpinis, veluti ad rupes Kalnikenses, in illis montis Ivanščica, Klek, Merzin et alibi in illis tractus montium Velebit. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1715 var. β. cum priori, cujus varietatem esse dicit. (Mesp. tomentosa Mill.; M. coccinea WK.; M. pygmaea Bmg.) Rchb. fl. g. 4054. Mj.-In.
C. tomentosa Lindl.

Gen. 233. Mespilus L. Mušmula.

Calycis limbus 5-partitus, in fructu persistens connivens; petala 5 rotundata; styli 2—5; drupa (pomum) pyrenis 2—5 undique immersis apice area dilatata,

fere latitudine ipsius drupae, terminata. — Koch. syn. pl. p. 259; Rchb. fl. g. p. 630, g. 767.

Frutex 2—5-pedalis ramosissimus foliis brevissime petiolatis lanceolatis subserratis, indivisis subtus tomentosis; flores albi, fructus brunnescens demum pulposus. ♄. Inter virgulta et in sepibus Croatiae littoralis quasi spontaneus, secus ubique cultus. Syll. fl. cr. (M. valgaris Rchb. fl. g. 4059.) Mj.-In. . **M. germanica L.**

Gen. 234. **Cydonia Tourn. Gunja. Tunja ili Dunja.**

Calycis limbus 5-partitus laciniis foliaceis serratis; petala 5, rotundata; styli 5; pomum (drupa) calyce aucto reflexo coronatum, includens capsulam 5-locularem membranaceam loculis bisseriali-pleiospermis. — Koch syn. pl. p. 260; Rchb fl. g. p. 631, gen 769.

Foliis ovatis basi obtusis integerrimis subtus calycibusque tomentosis. — Frutex arborescens floribus magnis subsolitariis, corollis ex albo rubellis; pomum magnum citrinum subglobosum. ♄. In rupestribus, dumetis et sepibus litt. cr. et ad margines vinearum in Moslavina quasi spontanea secus ubique culta. Syll. fl. cr. (Pyrus Cydonia L.; Cyd. maliformis Mill.) Rchb. fl. g. 4069. Mj.-In. . . . . **C. vulgaris Pers.**

Gen. 235. **Pyrus L. Kruška.**

Calyx urceolatus limbo 5-fido; petala 5 orbiculata; styli tot, quot ovarii loculi; pomum 5-, rarius 2—3-loculare, loculis mono-dispermis cartilagineis vel membranaceis. (A. genere Cydoniae differt, loculis fructus 2-spermis vel abortu 1-spermis; a Crataego, Cotoneastro et Mespilo, loculis membrana chartaceo-cartilaginea et non ossea vestitis.) Arbores fruticesve arborescentes, in statu spontaneo spinescentes floribus umbellatis. — Koch syn. pl. p. 260; Vis. fl. dalm. III. p. 244, g. 614; Rchb. fl. g. p. 630, gen. 768.

1 Stylis liberis; fructu subrotundo vel turbinato, basi non umbillicato, sed integro in pedunculum immediate transeunte . . . 2
Stylis basi connatis; fructu ad insertionem pedunculi intruso, umbillicato 4
2 Foliis petiolo triplo-quadruplove longioribus 3
Foliis ovatis petiolum subaequantibus serrulatis, adultioribus, ramulis gemmisque glabris; corymbis simplicibus; fructibus turbinato-globosis, calyce reflexo lanato coronatis. — Flores albi

extus carnei. ♄. In sylvis Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1718 sponte in sylvis circa Boraja. Colitur in hortis et pomariis in plurimis variatatibus. Rchb. fl. g. 4064. Mj. **P. communis L.**

Obs. var. β. tomento foliorum oblongo-ovalium denso fere in autumnum usque persistente, est: P. Pollveria Lej.

Var. γ. ramis spinosis; pomis basi productis, foliis junioribus lanatis, est: P. Achras Gaert.

3 Foliis ovatis ellipticisve breviter acuminatis apice obsolete serrulatis subtus tomentosis; corymbis simplicibus. — Arbor mediocris floribus albis, antheris persicinis; fructibus duris, nisi post nivis lapsum geluque tactis pulposis edulibusque; hinc nomen speciei originem trahit. ♄. In sylvis montanis, ad margines vinearum hinc inde. Rchb. fl. g. 4062. Mj. . . . **P. nivalis Jacq.**

Foliis oblongo-lanceolatis, breviter acuminatis apice obsolete serrulatis subtus tomentosis. — Rami verrucoso-punctati spinescentes; folia acuta subtus aequaliter tomentosa, demum glabrescentia; fructus subgloboso-turbinati, obscure virides. ♄. In apricis asperis litt. cr. circa Flumen, S. Cosmo, Praputnik et Grišane. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1719 in asperis sylvaticis totius Dalmatiae. (P. cuneifolia Vis.; P. salicifolia Alsch.; P. salviaefolia Petter.) Rchb. fl. g. 4060. Apr.-Mj. **P. amygdaliformis Vill.**

Observ. var. β. ramis cicatricosis inermibus, foliis junioribus ovato-lanceolatis cuspidatis subtus omnino, supra ad costam umbellamque lanato-floccosis, adultis ovato-ovalibus rotundatis obiter crenatis glaberrimis, est: P. eriopleura Rchb. 4061 occurritque in monte Roglica Dalmatiae. (Welden.)

4 Foliis ovatis acutis obtuse duplicato-serratis, petiolo duplo longioribus; petalis subrotundo-obovatis; fructibus globosis. — Pedunculi pubescentes; flores albi extus rosei suaveolentes; calycis laciniae patentes. ♄. In sylvis dumetisque planitierum et montium humiliorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1720 in collibus saxosis ad Verpolje, in monte Mossor et in insula Veglia ad Capriccio Rchb. fl. g. 4067. Ap.-Mj. . . . . , ... **P. Malus L.**

Obs. var. β. foliis etiam junioribus calycibusque glaberrimis, floribus saturate roseis petalisque lanceolatis, est: P. acerba DC. occurritque hinc inde cum priori in iisdem locis.

Foliis ovato-oblongis acuminatis crenato-serratis, supra pubescen-

tibus, subtus umbellisque sessilibus tomentosis. — Arbor excelsa. ♄. In sylvis montium Ivanšćica versus Liepoglava et Ivanec. (P. Polliveria Reit.) Rchb. fl. g. 4068. Ap.-Mj. **P. dasyphylla Borkh.**

Gen. 236. **Aronia L. Aronika.**

Calyx tubo turbinato, limbo 5-fido; petala 5 cuneato-oblonga; ovarium 5-loculare loculis dissepimento incompleto divisis, biovulatis; bacca abortu ovulorum loculis monospermis. — Differt a Pyro loculis bifidis et membrana loculos investiente tenuissima, vix cartilaginea — Koch syn. pl. p. 261; Vis. fl. dalm. III. p. 243, g 611; Rchb. fl. g, p. 629, g. 766.

Foliis elliptico-subrotundis serratis obtusis emarginatisve, mucronatis, junioribus subtus flocoso-lanatis; fructu urceolato, fauce constricto demum glabro; laciniis calycinis extus lanatis reflexis. — Frutex humilis pedunculis calycisque tubo dense lanato-tomentosis. ♄. Vis. fl. dalm. 1714 in rupestribus elatioribus montium Velebit ad Vela-Paklenica et in Svilaja. (Amelanchier cretica Pers.; Am. orbicularis Borkh.; Crat. cretica Desf.) Rchb. fl. g. 4058. Mj.-In. . . . . **A. cretica Pers.**

Foliis ovalibus obtusis, subtus tomentosis, demum glabrescentibus; petalis lanceolato-cuneatis. — Frutex 2—6-pedalis ramulis junioribus lanato-tomentosis; folia petiolata serrulata, obtusa; pedunculi lanuginosi subquadriflori; bracteis ad basin pedicellorum subulatis rufis; fructus subrotundus coronatus calyce persistente, primo viridis, tandem ater, carne albida succulenta. ♄. In declivibus montium rupiumque fissuris, veluti circa Kalnik, Samobor, Krapina, in monte Ivanšćica, Klek et alibi in Croatia etiam australi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4057. (Mesp. Amelanchier Nüll.; Ar. Amelanchier Rchb. Pyr. Amelanchier W.) Apr.-Mj. . . . . **A. rotundifolia Pers.**

Gen. 237. **Sorbus L. Oskoruš.**

Calyx 5-fidus persistens, in fructu inflexus; petala 5 rotundata; styli 3—5; bacca abortu 1—5-sperma. — Arbores floribus cymosis. — Differt ab Aronia loculis septo incompleto destitutis; a Pyro, membrana loculos investiente tenuissima et molli, non cartilaginea — Koch syn. pl. p. 261; Rchb. fl. g. 627, gen. 763.

1 Foliis pinnatis junioribus villosis, adultioribus glabris, foliolis acute serratis 2

Foliis simplicibus, indivisis lobatisve 3

2 Gemmis glabris glutinosis; fructibus pyriformibus, viridibus testaceisve. — Arbor excelsa foliis supra ruguloso-venosis, subtus subvillosis; petiolo communi pubescente; floribus trigynis. ♄. In montosis sylvaticis et ad vineas quasi spontanea. Syll. fl. cr. In sylvis slavonicis circa Budanica, in convallibus ad Dernje, in Markovdol et alibi in comitatu Syrmiensi culta et quasi spontanea. Vis. fl. dalm. 1723 ad vias aggrestes circa Stretto, Trau, Almissa, et in insula Brazza. (Pyr. domestica Sm.; Pyr. Sorbus Gaert.) Rchb. fl. g. 4041. „Oskoruša". Mj. . **S. domestica L.**

Gemmis tomentosis; fructibus globosis magnitudine pisi aut quidquam majoribus coccineis. — Arbor mediocris floribus subtrigynis. ♄. In sylvis et nemoribus montium humiliorum, veluti in illis Ivanščica, Ošterc et Klek, nec non in Moslavanis. Syll. fl. cr. In Slavonicis montibus ad Požegam et Zoljan, circa Našic, Ćerević et alibi (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4039. (Pyr. Aucuparia Gaert.) „Jarebika". Mj.-In. . . . . **S. Aucuparia L.**

Obs. var. β. foliis subtus in venarum axillis barbatis, petiolis, cyma, calycibus ovariisque lanuginosis, est: S. lanuginosa Kit. occurritque praesertim in montibus sylvaticis Moslavanis.

3 Foliis ellipticis duplicato-serratis indivisis sublobatisve, basi cuneata integerrimis, petiolo multo longioribus subtus cano-tomentosis. — Frutex exaltatus, sed vix arborescens floribus racemoso-corymbosis, pedunculis ramosis, stylis 2—4 liberis; fructibus globosis endocarpio membranaceo, foliis duplicato-serratis vel margine minute lobatis, serraturis lobisve a medio folio basin versus decrescentibus, petalis patentibus albidis. ♄. In sylvis montanis in alpes adscendens, veluti in illis ad Kalnik, Rieka, et Ivanščica, circa Zagrabiam et Samobor; in monte Klek et Merzin. Syll. fl. cr. In Slavonia in convallibus montibusque humilioribus circa Požega et alibi. (Aria nivea Host.; Mesp. Aria Scop.; Pyr. Aria Ehrh.) Rchb. fl. g. 4044. „Mukinja". Mj.-In.
S. Aria Crtz.

Foliis late ovatis lobatis, lobis truncatis subcordatisve demum glabratis, acuminatis, serratis, imis patentibus. — Arbor excelsa foliis alternis facie laete viridibus, dorso pallidis; flores corymbosi ingrate odori, pedunculis ramosis, stylis 2—5 basi connatis; petala alba suborbiculata patentia. ♄. In sylvis montanis in alpes adscendens haud rara in Croatia. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Virovitic, Budanica, Klokočeva, Našic,

Zoljan, Gradac et Požega; ad vias circa Čaglić et Gradiška, nec non in comitatu Syrmiensi haud rara. (Crat. torminalis L.; Pyr. torminalis Ehrh.) Rchb. fl. g. 4046. „Brek.“ Mj.-In.

S. torminalis Clus.

Fam. XLVII. **Onagrariae Juss. Pupaljice.**

Flores hermaphroditi subregulares; calyx tubulosus ovario adnatus limbo 2-4-5-fido, dentibus aestivatione valvatis; corolla petalis tot quot sepala calycis fauci inserta aestivatione imbricato-contorta, rarius nulla; stamina octo aut quatuor aut plane duo cum petalis affixa, antheris introrsis bilocularibus longitudinaliter dehiscentibus; ovarium bi-pluriloculare placentis centralibus; stylus unus, stigma capitatum aut fissum; semina exalbuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa. — Koch syn. pl. p. 264; Rchb. fl. g. p. 633.

Herbae foliis simplicibus exstipulatis oppositis alternisque; floribus axillaribus solitariis, vel racemosis terminalibus.

Tribus I. **Onagreae DC.** *Calycis tubus ovario longior, pars libera cum limbo decidua.*

Gen. 238. **Epilobium L. Vèrbovka.**

Calyx tubo longissimo ovarium connatum superante, limbo quadripartito circumcise deciduo; corolla tetrapetala; stamina 8; stylus 1, filiformis; stigmata 4 cruciata aut in clavum coalita; capsula linearis; seminum coma sericea. — Vis. fl. dalm. III. p. 198, g. 577.

1 Foliis sparsis; floribus explanatis; calycis tubo subnullo; stamina ex basi connivente reflexa, declinata 2

Foliis inferioribus oppositis, superioribus alternis; floribus infundibuliformibus; calycis tubo brevi quidem, sed tamen conspicuo staminibusque erectis 3

2 Foliis lanceolatis evidenterque venosis; petalis unguiculatis, obovatis; stylo denique declinato. — Caules 2—4—6-pedales simpliciusculi; folia bi-tripollicaria in petiolum brevissimum attenuata obiter denticulata aut plane integerrima pubescentia, acuminata; flores pedicellati in racemum dispositi, pulchre purpurei, rarius albi; bracteae denticulatae obtusae pubescentes; laciniae calycis lineares, dorso setulis tectae. ♃. In sylvis ad margines viarum praesertim in submontanis in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis, veluti in monte Papuk, circa Zvečevo, Duboka, Jankovac et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1592 in sylvis montis Biokovo. (Ep. Gesneri All.;

Ep. spicatum Lam.; Chamaenerion spicatum Scop.) Rchb. fl. g. 4097. Il.-Ag. . . . . **E. angustifolium L.**

Foliis linearibus utrinque attenuatis exacte aveniis; petalis sessilibus elliptico-oblongis basin versus attenuatis; stylo basi pubescente stamina aequante, demum recurvato. — Radix lignescens ramosa multiceps; caules erecti, basi glabri, superne villosi, alii simplices, alii jam ad radicem ramosi; folia erecta; flores racemosi rosei; pedicelli uniflori erecti bractea lineari suffulti; calycis laciniae patentes lanceolato-lineares tomentosae; petala obtusa; filamenta inaequalia. ♃. In locis glareosis, ad rivulos et fluvios majores, praesertim in montosis; inter frutices et in salicetis ad fluvium Savum prope Zagrabia, Podsused et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Jankovec; haud rarum in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 4096. (Ep. Dodonaei Vill.) Il.-Ag. . . . . **E. angustissimum Ait.**

Observ. var. β. foliis integerrimis linearibus rigidulis calloso-mucronatis (siccatione margine revolutis); stylo stamina aequante, est: E. rosmarinifolium Hænke occurritque praesertim in sylvaticis subalpinis, veluti in monte Ivanščica, Klek, Merzin et alibi.

3 Caulibus exacte teretibus laevibusque 4

Caulibus quidem teretibus, sed lineis elevatis quatuor, aut saltem duabus oppositis decurrentibus notatis 9

4 Stigma quadrifidum laciniis patentibus 5

Stigma clavatum, indivisum apice emarginatum; foliis lanceolatis apicem versus sensim attenuatis integerrimis vel denticulatis basi cuneata sessilibus. — Radix fibrosa fibrisque plurimis capillata; caulis pubescentia ipsa crispula et adpressa, interdum in lineas decurrentes disposita; folia margine revoluta pubescentia; laciniae calycis pubescentis oblongae acutiusculae; petala rosea bifida. — Ex axillis foliorum inferiorum oriuntur stolones graciles radicantes. ♃. In pratis paludosis, turfosis, ad fossas circa Crisium, Sv. Helena, Božakovina et alibi in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In fossis circa Essek et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4080. (Chamaemerion palustre Scop.) Il.-Ag.

E. palustre L.

Observ. var. α. pilosum, caulis pilis brevibus, horizontaliter patentibus obsitus, est: E. simplex Tratt.

Variet. β. foliis ovatis vel ovato-lanceolatis evidenter denticulatis cauleque apice cum floribus virgineis nutante, est: E. Schmidtianum Rostk.

5 Foliis evidenter dentatis serratisve 6

Foliis exacte integerrimis ovatis acuminatis venis et margine pubescentibus; inferioribus petiolatis caule pubescente. — Radix stolonifera fibrisque aucta; caulis flexuosus pubescens superne ramosus; florum racemus foliosus; petala aequalia obovata bifida, primo albida, demum carnea; stamina inaequalia. ♃. In sylvaticis montanis circa Delnice, Lokva et Merzla-vodica, nec non ad Skrad. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4090. In.-Il. **E. origanifolium Tsch.**

6 Foliis breviter petiolatis aut subsessilibus 7

Foliis oppositis amplexicaulibus basique foliacea paulisper decurrentibus lanceolato-oblongis cuspidatis denticulato-serrulatis, superioribus alternis, serraturis inflexis. — Radix valde repens stolonifera; caules teretes altissimi, et ramosissimi pilisque simplicibus longioribus et glandulosis brevioribus villosus; florum racemi foliosi; petala magna rosea, obcordata aequalia; stylus staminaque erecta; germen tomentosum. ♃. In paludosis sylvaticis humidis et ad fossas in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1593 in locis udis sylvaticis et ad ripas circa Zara, Skardona, Dernis, Verlika Trau et Narenta. (E. grandiflorum All.; E. ramosum Huds.; E. amplexicaule Lam.; E. aquaticum Thuill.) Rchb. fl. g. 4093. Il.-Ag. . **E. hirsutum L.**

Observ. var. β. foliis oblongis denticulatis pubescentibus acutis; caulis parte superiore, pedunculis calycibusque dense lanato-villosis, est: E. intermedium Mur. estque forma hybrida E. parviflori et E. hirsuti. Rchb. fl. g. 4091.

Variet. γ. puberulum foliis sessilibus lanceolatis, lineari-attenuatis denticulatis; caule basi strigoso-pubescente, est: E. rivulare Wahlb. — Videtur esse forma hybrida E. palustris et E. hirsuti. Rchb. fl. g. 4094.

7 Foliis sessilibus lanceolatis acutis denticulatis, inferioribus breviter petiolatis, oppositis; calycibus muticis; stigmatibus cruciatim patentibus. — Radix fibrosa; caulis erectus villosus simplex aut superne in unum alterumve ramum divisus pilisque simplicibus villosus vel tantum pubescens; folia mollia villosa denticulata pleraque opposita; petala parva dilute violacea aut pur-

*

purascentia. ♃. In pratis paludosis, ad ripas et in salicetis in subalpinas adscendens in Croatia et Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1594 in humidis umbrosisque circa Salona et in insula Pago. Rchb. fl. g. 4091. (E. pubescens Roth.; E. molle Lam.; E. villosum Ait.) Il.-Ag.

E. parviflorum Schreb.

Foliis ovato-acutis aut oblongo-lanceolatis; calycibus mucronatis . 8

8 Puberulum foliis ovato-acutis basique rotundatis, inaequaliter remoteque serrulatis; stigmatibus cruciatim patentibus. — Radix ramosa fibrisque plurimis firmata; caulis erectus spithamaeus pedalisve pubescens, simplex aut ramosus; folia pilis arcuatis ciliata ad venas et costam pubescentia; calyx pubescens laciniis lanceolatis; petala obovata purpurea. ♃. In sylvis dumetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1595 in sylvaticis et dumetis montium Velebit, Biokovo et Krivoscie. Rchb. fl. g. 4087. Il.-Ag. . . . . **E. montanum L.**

Observ. var. β. foliis ovato-oblongis obtusis, longius petiolatis ramulisque foliatis brevibus in foliorum axillis, est: E. nutans Lej. — Tota planta saepe rubro colore suffusa.

Variet. γ. minutum, foliis quadruplo minoribus, magis ovatis et approximatis, brevius quidem, conspicue tamen petiolatis quandoque omnibus alternis, crassiusculis nitidisque, est: E. collinum Gm.

Puberulum, foliis oblongo-lanceolatis, remote serratis, basi cuneatis integris, omnibus longiuscule petiolatis glabris; calycibus mucronatis; floribus roseis albisve; stigmatibus globoso-conniventibus. — Foliis utrinque attenuatis et omnibus longius petiolatis differt ab Ep. montano L. ♃. Vis. fl. dalm. 1596 in sylvaticis montium Velebit. Il.-Ag. . . . **E. lanceolatum Sebast.**

9 Foliis saltem intermediis basi foliacea decurrenti adnatis; inferioribus subpetiolatis lanceolatis a basi ad apicem sensim angustatis denticulato-serratis; stigmatibus in clavum connatis. — Radix ramosa; caulis erectus ramosissimus subglaber aut setulis adpressis consitus lineisque 2—4 elevatis decurrentibus angulatus; folia ad oras et venas pubescentia tantum summa alterna, reliqua opposita; calyx pubescens; petala purpurea alterna bifida; stamina indivisa. — Planta nitidissima strictissima caule exacte tetragono. ♃. In locis paludosis ad rivulos, fossas et fontes in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1597

ad ripas aquarum Kerka alla Cascata, circa Trau, in Pianura di Canali et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 4081. Il.-Ag.

E. tetragonum L.

Observ. var. β. opaca adscendens e basi virgata foliis lineari-lanceolatis sessilibus in lineam utrinque mox confluentem decurrentibus; turionibus elongatis, est: E. obscurum Schreb. Rchb. fl. g. 4082.

Foliis non decurrentibus, plus minusve petiolatis aut sessilibus . 10

10 Foliis aut exacte sessilibus, aut breviter petiolatis 11

Foliis evidenter petiolatis oblongis utrinque acutis dense inaequaliterque denticulato-serratis, margine venisque puberulis, inferioribus oppositis; stigmatibus in clavum coalitis vel denique patentibus. — Radix fibris plurimis capillata; caulis ramosus multiflorus lineis 2—4 elevatis decurrentibus angulatus, superne pubescens; folia pleraque ovato-lanceolata; calyx 4-dentatus dentibus linearibus acutis; petala pallide rubra. ♃. In fossis, ad rivulos locaque paludosa in Croatia et Slavonia, praesertim montana haud rarum. (E. nudum Schum.; E. nutans Horn.) Rchb. fl. g. 4083. Il.-Ag. . . . . **E. roseum Schreb.**

11 Foliis subpetiolatis oppositis, omnibus aut saltem inferioribus obtusis; caulibus paucifloris lineis duabus puberulis percursis . 12

Foliis ternis quaternisve verticillatis sessilibus subamplexicaulibus oblongo-ovatis acuminatis inaequaliter denticulato-serratis glabris, venis margineque puberulis superioribus alternis; stigmatibus in clavum coalitis. — Caulis strictus simplex lineisque 2—3—4-elevatis, decurrentibus puberulis signatus. ♃. In pratis montanis et subalpinis humidis circa Delnice et Lokve, nec non in montibus Zagrabiensibus, haud rarum in illis tractus Velebit. Syll. fl. cr. (E. trigonum Schrk.) Il.-Sept. . . **E. alpestre Jacq.**

12 Foliis e basi rotundata sensim angustatis lanceolatis remote denticulatis; superioribus breviter petiolatis, inferioribus oppositis; stigmatibus in clavum coalitis vel patentibus. — Caulis ex adscendente basi strictus subpubescens lineisque 2 vel 4 elevatis decurrentibus notatus. ♃. In pratis sylvisque humidis, ad fontes et rivulos montis Ivanšćica ad Belecgrad et in illis circa Radoboj, non admodum rarum. Rchb. fl. g. 4089. Il.-Ag.

E. virgatum Fries.

Observ. Habitus fere E. palustris L., differt tamen: caule lineis 2 vel 4 decurrentibus elevatis, quae non e pilis solis formatae

sunt, notato, apice cum floribus virgineis erecto et non nutante foliisque evidentius denticulatis et basi rotundatis.

Foliis ovatis acuminatis remotiuscule repando-denticulatis glabris, infimis obtusis, superioribus alternis; stigmatibus in clavum coalitis. — Radix ramosa; caulis erectus humilis, pubescens lineisque 2 elevatis puberulis signatus; folia primo nitide viridia, dein rubella; calyx setulis arcuatis consitus, 4-partitus laciniis lanceolatis acutis; petala bifida pallideque rosea; stigma pubescens. ♃. Ad rivulos et fontes in montosis et subalpinis ad Klenovnik, Radoboj, Krapinam, Klanjec et alibi tractus montium Ivanšćica. Syll. fl. cr. (E. alsinefolium Vill.; E. alpestre Schmidt.) Rchb. fl. g. 4084. Il.-Sept. . **E origanifolium Lam.**

Gen. 239. **Oenothera L. Pupaljka.**

Calycis limbo valvati-4-partito oblique decidente; corolla 4 petala petalis emarginatis; stamina 8; stigma cruciatum; capsula 4-locularis, 4-valvis; semina apice calva. Rchb. fl. g. p. 637, g. 775; Koch syn. pl p. 268.

Caule villoso submuricacto; foliis planis, ovato-lanceolato-angustatis sinuato-dentatis; petalis stamina superantibus tubo calycis autem fere dimidio brevioribus. — Radix crassa carnosa, demum lignescens; caulis erectus ramosus angulatus; folia acuta subvillosa, radicalia et caulina inferiora petiolata; petala divisa flava. ♂. In glareosis fluminum, in salicetis, pascuis et ad vias in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia ad margines vinearum circa Virovitic, ad ripas fluvii Korešnica. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 4099. In.-Ag. . . . . **Oe. biennis L.**

Caule piloso purpurascente et muricato-aspero; foliis lanceolatis planis denticulatis; petalis staminibusque aequalibus tubo calycis triplo brevioribus. — Habitus Oe. biennis L, gracilior glabrior; caule pilis basi bulbosis pubescente; folia angustiora; flores flavi minores. ♂. In ruderatis glareosisque circa Varasdinum, Zagrabiam et alibi quasi spontanea. Rcbh. fl. g. 4098. — Syll. fl. cr. Il.-Ag.. . . . . **Oe. muricata L.**

Trib. II. **Jussieae DC**. *Calycis tubus ultra ovarium non productus, limbus 4—6-fidus persistens; fructus capsularis dehiscens.*

Gen. 240. **Isnardia L. Mekčina.**

Calyx tubo campanulato ovarium connatum subaequante limboque 4-fido persistente; corolla 4-petala v. nulla; stamina 4; stylus filiformis deciduus; stigma capitatum; capsula brevis 4-valvis, 4-locularis polysperma loculicido dehiscens; semina nuda. — Vis. fl dalm. III. p. 199; Koch syn. pl. p. 268; Rchb. fl. g. p. 633, gen. 773.

Glabra; caule radicante aut natante; foliis oppositis oblongo-obovatis petiolatis acutis integris; floribus axillaribus viridulis solitariis, capsulis subquadratis. — ☉. vel ♃. In fossis stagnisque exsiccatis circa St. Helena, Dubrava et ad Okolje in Moslavina, nec non alibi in paludosis udisque Croatiae haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1598 in aquosis et inundatis ad Narenta. (I. nitida Mchx.) Rchb. fl. g. Il.-Ag. . **I. palustris L.**

Trib. III. **Circeae DC.** *Calycis tubus ultra ovarium non productus limbo 4-fido deciduo.*

Gen. 241. **Circea L. Bahornica.**

Calycis limbus 2-partitus; petala 2 obcordata; stamina 2 cum petalis alternantia; fructus nucumentaceus 2-locularis loculis monospermis; semina erecta. — Flores albi vel dilute rosei. — Koch syn. pl. p. 269; Vis. fl. dalm. III. p. 200, g. 579; Rchb. fl. g. p. 637, g. 776.

1 Bracteolis setaceis 2

Bracteolis plane nullis; foliis ovatis basi rotundatis subcordatisve repando-denticulatis. — Radix valde repens; caulis erectus pubescens; folia saturate viridia petiolis canaliculatis; inflorescentia racemosa puberula; petala basi obtusa profunde excisa calycemque aequantia. ♃. In nemoribus umbrosis humidisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1599 in umbrosis circa Zara; in sylva castanearum supra Stolivo in Canale di Cattaro. Rchb. fl. g. 4101. Il.-Ag. . . . . . **C. lutetiana L.**

2 Foliis ovatis subcordatisve repando-dentatis; fructibus subgloboso-obovatis. — Glabra sequente multo major et pinguior; genicula incrassata; petioli teretes canaliculati; flores magni antecedentis, petalis calycem aequantibus basi obtusis, bifidis. ♃. In nemoribus humidis umbrosis et ad rivulos in montanis in Croatia haud rara cum priori et sequente. Rchb. fl. g. 4101. Il.-Ag. **C. intermedia Ehrh.**

Observ. Est quasi forma intermedia inter C. lutetianam L. et C.

alpinam L. et quidem magnitudo et folia suboblongo-cordata atque flores prioris, habitus autem, foliorum dentes et bracteolae sequentis.

Foliis lato-ovatis profunde cordatis repando dentatis; fructibus oblongo-clavatis. — Tenera, palmaris spithamaea, glaberrima; folia tenuia petiolis planis membranaceo-alatis; bracteae minimae; petala calyce breviora basi obtusa, bifida. ♃. In umbrosis sylvaticis montium altiorum, veluti: Ivanšćica, Sv. Jakob,Ošterc prope Samobor, Klek et alibi, praesertim in subalpinis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4100. Il.-Ag.

C. alpina L.

Trib. IV. **Hydrocaryes Link.** *Calycis tubus adnatus limbo persistente; fructus nucumentaceus.*

Gen. 242. **Trapa L. Vragulić ili Rašak.**

Calycis limbus 4-partitus persistens; corolla 4-petala; stamina 4; stylus 1, stigma capitatum; ovarium calyci ad medium adnatum, 2 loculare loculis 1-ovulatis ovulis pendulis; nux dura calycis laciniis auctis et induratis 2—4 spinosa, 1-sperma; cotyledones inaequales. — Koch syn. pl. p. 269; Vis. fl. dalm. III. p. 195, g. 573; Rchb. fl. g. p. 633, g. 772.

Foliis submersis pectinato-partitis laciniis capillaceis, emersis rosulatis rhombeis dentatis, petiolis medio inflatis; fructibus quadrispinosis, spinis patulis decussatis apice retrorsum scabris. — Herba natans; caulis longissimus; folia natantia nitida; pedunculi villosi; calycis laciniae primo conniventes, dein patentes; petala alba inciso-emarginata in unguem brevissimum purpureum attenuata; stigma cavum. — Radix longissima ramosa ramis oppositis ♃. In stagnis fossisque fluvii Lonja et in Lonjsko-polje; in fossa ad Koprivnicam, nec non alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in aquis stagnantibus ad Vukovar et alibi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1587 in lacu Nadin. Rchb. fl. g. 4076. Mj.-Ag. . **T. natans L.**

Fam. XLIII. **Halorageae R. Br. Žiernuljače.**

Flores regulares; calycis tubus ovario adnatus limbo 4-partito; petala tot, quot laciniae calycis iisque alterna ad faucem tubi inserta; stamina petalis numero dupla vel aequalia; ovarium uni-pluriloculare loculis 1-ovulatis ovulisque pendulis; placentae centrales; stylus nullus; stigmata tot, quot ovarii locumenta, sessilia papulosa vel penicilliformia; fructus nucumentaceus; semina albuminosa; embryo rectus centralis, radicula ad hilum versa. — Flores unisexuales. Koch syn. pl. p. 269.

Herbae aquaticae submersae aut natantes foliis exstipulatis verticillatis, rarius oppositis; floribus verticillatis solitariisve.

Gen. 243. **Myriophyllum Vaill. Krocanj.**

Character generis idem, qui familiae; flores monoici, rarius hermaphroditi; corollae roseae minimae.

1 Floribus verticillatis, verticillis axillaribus furcatisve; foliis verticillatis pinnati-partitis 2
Floribus femineis paucis axillaribus ad basin spicae masculae verticillatis; foliis verticillatis pinnatipartitis laciniis capillaceis; floribus masculis alternis spicatis spicis virgineis nutantibus. — Reliquis tenuius et dichotomum; folia aequaliter decrescentia; spica terminalis nudiuscula, exigua. ♃. In stagnis ad Slatinam in Moslavina, nec non in Lonjsko-polje. Rchb. fl. g. 4073. In.-Il. **M. alterniflorum DC.**

2 Bracteis omnibus pectinate-pinnatifidis flore 2—3-plo longioribus; floribus verticillatis, verticillis axillaribus spicatisve. — Folia verticillata inferiora pinnata superiora pectinato-pinnatifida subaequilonga; stigmata solida uncinata. ♃. In lacubus, stagnis fossique ubique in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1586 in aquis lente fluentibus ad lacum di Boccagnazzo prope Zara. Rchb. fl. g. 4075. Il.-Ag. . . . . **M. verticillatum L.**
Observ. var. β. bracteis flores subaequantibus; pinnis fere contiguis; foliis floralibus flores paullo excedentibus, est: M. pectinatum DC. occurritque cum priori praesertim circa Narenta in Dalmatia.
Bracteis inferioribus nonnisi incisis verticillum aequantibus vel paullum superantibus, caeteris omnibus integris verticillloque brevioribus; floribus verticillatis, verticillis spicatis, spicis virgineis erectis. — Petala obovata subretusa; spica aphylla. ♃. In stagnis et fossis vulgare in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1585 in aquosis lacus Morinje prope Sebenico. Rchb. fl. g. 4072. In.-Ag. . . . . **M spicatum L.**

Fam. XLIX. **Saxifrageae Vent. Kamenićnice.**

Flores hermaphroditi regulares involucris aestivatione imbricatis; calyx persistens 4—5-partitus; corollae calyci affixae petala 4—5 libera rarissime nulla; stamina cum petalis calyci inserta decem, rarius octo filamentis subulatis liberis, antheris introrsis bilocularibus, basi affixis, longitudinaliter dehiscenti-

bus; ovarium uni-vel biloculare carpellis duobus margine seminiferis constans loculis multiovulatis; placentae parietales in uniloculari, centrales in biloculari; styli 2 (rarius 4—5-) persistentes; stigmata oblique adnata; fructus capsularis, saepe bilobus intra stylos foramine vel rima a basi ad apicem dehiscens; embryo in axi albuminis, radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. III. p. 192; Koch syn. pl. p. 293.

Herbae foliis alternis simplicibus exstipulatis; floribus cymosis aut corymbosis.

Gen. 244. **Saxifraga Tourn. Kamenika.**

Calyx 5-partitus aut 5-fidus ovario adnatus (rarissime liber) corolla 5-petala; stamina 10; styli 2 persistentes, hinc capsula birostris, bilocularis inter stylos foramine dehiscens, polysperma seminibus dissepimento utrinque affixis. — Vis. fl. dalm. III. p. 192, g. 571; Koch syn. pl. p. 293; Rchb. fl. g. p. 552, g. 702.

1 Caudiculis perennantibus foliatis 2
Caudiculis supra terram plane nullis; caulibus foliatis; bracteae ad basin pedunculorum geminæ altera minore; calyx semiadnatus vel plane liber et patens 13

2 Foliis ad marginem linea longitudinali punctorum ipressorum et squama alba calcarea foveolata serius elabente tectorum notatis omnibusque basi ciliis non articulatis obsitis 3
Foliis margine vel plane impunctatis vel saltem punctis (si adsunt) squama calcarea non tectis 7

3 Foliis rosularum (caudicolorum) punctis numerosis signatis; floribus albis 4
Foliis rosularum margine nonnisi 5—7-punctatis, lanceolato-spathulatis cartilagineo marginatis integris; floribus racemosis pilis purpureis glanduliferis obsitis, petalis obovatis trinerviis calyce subaequilongis. — Racemus est atroviolaceus, petala purpureo-caerulea. ♃. Vis. fl. dalm. 1581 in rupestribus montium di Montenegro finitimis Dalmatiae. (S. porophylla Bartol.; S. Friderici Augusti Biasolet.; S. caesia L.) In.-Ag. . . . **S. media Gou.**

4 Foliis rosularum lingulatis evidenter serratis aut crenatis . . . 5
Foliis rosularum linearibus obtusis integerrimis; ramis nudis unifloris vel ramis apice 3—6-floris subpaniculatis, panicula erecta; petalis obtusis obovatis cuneatisve. — Calyx glanduloso-pilosus; petala alba immaculata. ♃. In alpinis et subalpinis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 243, g. 596, n. 4. Rchb. fl. g. 3616. In.-Il. . . . . **S. crustata Vest**

Observ. var. β. caule a basi paniculato, panicula nutante pyramidali ampla multiflora et ubique glanduloso-pilosa, est: S. longifolia Lapp. occurritque cum priori in rupibus alpis Debelo-berdo.

5 Foliis rosularum argute serratis, serraturis acuminatis 6

Foliis rosularum crenatis, crenis cartilagineis truncatis, foliorum caulinorum truncatis denticulatisque: caule superne racemoso-paniculato, ramis elongatis nudis apice corymbosis 6—12-floris: petalis albis rubro-croceoque punctatis obovatis. — Folia crenis brevibus latis truncatis, nec serraturis acuminatis extrorsumque versis, cincta; caulis rectus, saepe sesquipedalis. ♃. In rupibus calcareis Kalnikensibus; in locis petrosis montis Klek, nec non in illis alpis Visočica. Rchb. fl. g. 3620. (S. Hostii Tsch.) In.-Ag. . . . . **S. elatior M. et K.**

6 Floribus paniculatis, panicula pyramidali ramis e medio 5—15-floris, petalis cuneatis niveis concoloribus aut ad unguem purpureo-venosis. — Radix ramosa stolonifera: folia rosularum spathulato-obovata; petala triplinervia calyceque triplo longiora. ♃. Vis. fl. dalm. 1579 in montibus Dalmatiae orientalis. (S. pyramidalis Lapp.) Rchb. fl. g. 3622. Il.-Ag. . . **S. Cotyledon L.**

Floribus racemosis racemisque nudis unifloris vel apice bi-trifloris; petalis subrotundis niveis, vel viridi-albis basique purpureo-punctatis; calyce plerumque glabro, rarius glanduloso-piloso. — Radix multiceps; folia rosularum anguste spathulata aut lingulata; petala obovato-rotundata triplinervia calyceque duplo longiora; calyx plerumque glaber germinique adnatus. ♃. In rupium fissuris montium altiorum, veluti in illis ad Kalnik, Okić, Klek, Merzin et alibi in illis tractus Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1580 in saxosis rupestribus montium Velebit, Dinara, Prolog, Biokovo, Sella et in Montenegro. (S. paniculata Mill.) Rchb. fl. g. 3621. In.-Ag. . . . . **S. Aizoon L.**

7 Calyce omnino libero laciniis refractis 8

Calycis laciniis erectis rarius patulis; ovario calyci plerumque adnato 10

8 Staminibus sursum latioribus; ciliis foliorum articulatis, illis ad basin folii non articulatis 9

Staminibus subulatis; ciliis foliorum non articulatis; petalis patentibus lanceolatis omnibusque in unguem attenuatis, albis punctisque duobus citrinis notatis; caudiculis rosulatis vel sparse foliatis, foliis obovato-cuneatis subsessilibus apice dentato-serra-

tis; scapo apice corymboso; calyce infero refracto. ♃. Ad rivulos montium altiorum alpiumque, veluti in pede alpis Snieżnik prope Čubar. (Noë.) Rchb. fl. g. 3623. In.-Il. . . **S. stellaris L.**

9 Caudiculis rosulatis, foliis subrotundo-obovatis spathulatisve obtusissimis repando-crenatis glaberrimis margine cartilagineis; petiolo plano cuneato glabro; scapo paniculato. — Spithamaea, caule gracili fragilissimo; folia plerumque subtus violascentia; petala alba macula baseos gemina crocea. ♃. Ad rupes umbrosas locis humidiusculis, veluti in valle ad Podsused prope Zagrabia; in saxosis ad Ozalj. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3625. In.-Il. . . . . **S. cuneifolia L.**

Caudiculis apice foliosis, foliis reniformibus crenatis petiolisque longissimis flexis utrinque hispidulis opacis. — Caulis aphyllus superne in ramos floriferos divisus bracteae ad basin ramorum et pedicellorum geminae lineares ciliatae obtusae; calycis laciniae ovatae, margine purpureo membranaceae, primo erectae, dein reflexae; petala obovata in brevem unguem attenuata, facie maculis flavis purpureisque eleganter variegata; styli breves; stigma villosum. ♃. In saxosis montium in litt. cr. secundum Scop. et Host. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3628. In.-Il. **S. Geum L.**

10 Folia saltem basin versus ciliis non articulatis obsita, ante apicem tuberculo notata, cui foveola parva nuda impressa est . . 11

Folia omnia ciliis evidenter articulatis obsita, ad marginem vel apicem non impresso-punctata 12

11 Foliis lanceolato-linearibus spinuloso-aristatis ciliatisque, caulinis remotis patentibus; caudiculis prostratis gemmiferis, gemmis folio fulcrante dimidio brevioribus; caule plurifloro. — Radix repens; caules florentes primum decumbentes, dein adscendentes; folia acuta; calycis laciniae obtusae mucronatae; petala oblonga lutea calyce duplo longiora. ♃. In locis saxosis humidiusculis montium tractus Velebit in alpes adscendens, veluti in alpe Visočica et Badanj. J. Host. Rchb. fl. g. 3698-b. Il.-Ag. **S. aspera L.**

Foliis linearibus mucronatis setuloso-ciliatis subtus planis, supra convexiusculis ante apicem unipunctatis; calycibus semiinferis laciniis patentibus muticis. — Caudiculi caulesque adscendentes; petala citrina punctis croceis notata. ♃. In glareis udisque regionum subalpinarum tractus montium ad Čubar. Noë et J. Host. (S. autumnalis Fl. dan.) Rchb. fl. g. 3607. Il.-Sept.

S. Aizoides L.

12 Foliis lanceolatis acutis mucronatis indivisis basi in petiolum dilatatum attenuatis siccitate 3-nerviis; caule aphyllo 1—3-floro, petalis ovatis acutis laciniis calycis brevioribus angustioribusque. — Folia pilis albis uti et caulis, pedunculi calycesque adspersa; petala citrina aut purpurascentia. ♃. In rupium fissuris alpium montiumque altiorum tractus Velebit. Rchb. fl. g. 3581. In.-Il. **S. sedoides L.**

Foliis radicalibus caespitose aggregatis petiolatis spathulato-lanceolatis obovatisve in petiolum attenuatis apice tridentatis integerrimisve siccitate 3—5-nerviis; caule nudo vel unifolio subbifloro; petalis obovatis emarginatis calycis lacinia duplo latioribus longioribusque, albis. — Habitus Androsace obtusifoliae All.; flos magnus albus. Rchb. fl. g. 3590. In locis petrosis alpium montiumque altiorum ad Čubar et Delnice. Noë. In.-Il. **S. androsacea L.**

13 Caule stricto aut erecto solitario 14

Caule solitario decumbente laxe ramoso-paniculato folioso; pedunculis unifloris bibracteatis fructum multoties superantibus; foliis palmato-trifidis laciniato-dentatis, inferioribus subreniformibus, supremis basi cuneatis integris trifidisque lobis acuminatis, petiolo inferiorum elongato semitereti canaliculato; petalis obovatis calyce duplo longioribus; radice simplici. ♃. In locis petrosis humidis circa Sluin et non minus in illis ad lacus plitvicenses. Syll. fl. cr. (S. geranioides Host.; S. Ponae Sternb.; S. rupestris W.) Rchb. fl. g. 357. Mj.-In. . . . . **S. petraea L.**

14 Foliis radicalibus cuneatis spathulatisve integris aut trifidis aut tripartitis 15

Foliis radicalibus reniformibus cordatisve crenatis aut laciniatis . 16

15 Pedunculis unifloris fructu multoties longioribus; foliis caulinis palmato-trifidis integrisque. — Radix fibrosa annua; caulis ramosus; folia radicalia basin versus attenuata; flores minuti; petala obovata integra calyce longiora alba. ⊙. In muris vetustis, locis arenosis, in agris, pratis collibusque totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1584. Rchb. fl. g. 3569. (S. annua Lapp.) Ap.-In. . . . . **S. tridactylites L.**

Racemis apice trifloris pedicellis bracteatis fructiferis racemosis fructum subaequantibus; foliis radicalibus congestis, cuneatis antice 3—5-dentatis dentibus porrectis, caulinis alternis. — Caulis solitarius erectus foliosus plus minusve ramosus; radix fibrosa

biennis; folia radicalia in rosulam congesta; calycis laciniae acutiusculae; petala alba. ♂. In locis asperrimis montium altiorum ipsorumque alpium, veluti in fissuris rupium alpis Visočica, Badanj et Debelo-berdo. Kit. iter cr. Vis. fl. dalm. 1584 var. β. cum priori, praesertim in monte Biokovo. (S. petraea Gunn. et non L.; S. Bellardi All.) Rchb. fl. g. 3570. Mj.-In. **S. controversa Sternb.**

16 Calyce semisupero; foliis radicalibus reniformibus lobato-crenatis; radice grumosa aut granulata; petalis oblongo-obovatis calyce duplo longioribus 17

Calyce infero (exacte libero) patente; foliis radicalibus cordato-reniformibus subrotundisve inaequaliter grosse crenatis longe petiolatis, caulinis inciso-dentatis lobatisve; petalis lanceolatis calyce duplo longioribus. — Radix lignescens multiceps; caulis erectus paniculatus multiflorus plus minusve pilosus pilis patentibus, superioribus capitulo purpurascente terminatis; folia ciliata facie glabra, dorso pilosa petiolata, petiolis radicalibus longissimis, reliquis succesive decrescentibus; petala alba basi punctis flavis, supra sanguineis picta; styli brevissimi conniventes. ♃. In sylvis montanis et subalpinis haud rara in Croatia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1582 in locis humidis rupestribus montium Velebit, Biokovo, Snieżnica, Krivoscie et Sella, nec non in illis de Montenegro. Rchb. fl. cr. 3577. (Miscopetalum rotundifolium Haw.) In.-Ag. . . . . **S. rotundifolia L.**

Observ. var. β. crenis foliorum obtusis breviterque apiculatis, est: S. repanda Wild.

Var. γ. caule paucifolio foliisque ad basin ramulorum paniculae integerrimis margine incrassatis ciliatisque, panicula ramosissima multiflora, est: S. lasiophylla Schott. occurritque in sylvis subalpinis alpis Debelo-berdo ad Mali-Halan.

17 Caule simplicissimo multifolio apice cymoso cyma trifida 3—5-flora; foliis caulinis superioribus sessilibus oblongis basi incisis, summis linearibus integris axillisque bulbiferis. — Spithamaea pedalisve stricta. ♃. In collibus graminosis pratisque montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis ad Čerević. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3575. (S. veronicaefolia Bertol.; S. Russi Presl.) Mj.-In. . . . . **S. bulbifera L.**

Caule erecto superne ramoso-corymboso paucifolio; foliis caulinis cuneatis 3—5-fidis. — Radix lignescens fibris aucta et tuberibus

minutis cincta; folia radicalia et caulina inferiora longepetiolata petiolis canaliculatis, superiorum brevibus basique gibbis et in axillis foliorum bulbillis nullis insertis: petala alba striata; styli longi erecti; stigmata villosa. ♃. In pratis siccis collibusque apricis comitatus Syrmiensis haud rara. (Heuffl.) Rchb. fl. g. 3576. Ap.-Mj. . . . . **S. granulata L.**

Gen. 245. **Chrysosplenium L. Żutina.**

Calyx 4-fidus semisuperus coloratus laciniis duabus oppositis minoribus; corolla nulla; stamina 8 antheris unilocularibus aut potius stamina tantum 4, sed filamentis ad basin usque bipartitis circa discum glandulosum partem ovarii liberam cingentem inserta; styli 2; capsula birostris unilocularis ad medium in valvulas duas dehiscens et tum cyatum quadrilobum in medio semina nitida gerentem referens. — Flores cum foliis floralibus corybum aureum exhibent. — Koch syn. pl. p. 306.

Foliis alternis reniformibus profunde crenatis, crenis emarginatis. — Radix gracilis repens; caules erecti angulati superne in ramos brevissimos divisi; folia facie laete viridia, dorso pallida; folia floralia breviter petiolata suborbiculata basi in aequalia, summa minima integerrima. ♃. In udis, ad fontes et rivulos locis subumbrosis in Croatia vulgaris. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montium Papuk, circa Kutjevo et alibi. (Kan.) Rchb. fl. g. 3567. Apr.-M. . . . . **Chr. alternifolium L.**

Foliis oppositis semiorbiculatis repando crenatis basique truncatis. — Habitus praecedentis, flores flavo-virentes, interdum quinquelobi. ♃. In asperis humidis ad rivulos in latere septemtrionali montium Ivanšćica, veluti ad Ivanec et in convallibus ad viam ducentem Liepoglava Krapinam versus; in iisdem locis non tam rarum, ac vulgo creditur. Rchb. fl. g. 3566. Apr.-Mj. **Chr. oppositifolium L.**

Fam. L. **Umbelliferae Juss. Štitarke.**

Flores hermaphroditi, rarius polygami aut dioici exterioribus interdum irregularibus; calycis tubus ovario adnatus limbo 5-dentato; petala 5 calyci inserta cum laciniis calycis alternantia aestivatione involuta; stamina 5 cum petalis inserta et cum iisdem alternantia, caduca, aestivatione incurvata; ovarium biloculare loculis uniovulatis, ovulo pendulo; rarissime uniloculare; styli duo, singuli basi in discum epigynum, dimidium apicis ovarii occupantem (stylopodium) dilatati; fructus constans merecarpiis 2 (carpellis 2) cum dimidia calycis parte concretis, ex apice axis bifidi vel bipartiti pendulis, a basi ad apicem solutis, raro concretis; semen pericarpio adnatum, rarius liberum; albumen

magnum: embryo minutus in apice albuminis pendulus, radicula ad hilum versa. Koch syn. pl. p. 307; Vis. fl. dalm. III. p. 24; Rchb. fl. g. p. 439.

Herbae aromaticae vel virosae caule sulcato aut striato; foliis alternis, raro oppositis, saepissime divisis compositisve basi dilatata vaginantibus; floribus umbellatis, umbellis verticillo bractearum (involucrum), umbellulis autem bracteolarum (involucellum) subtus cinctis: fructibus oleo aethereo aromaticis.

Subdivisio I. **Orthospermae** *Albumen sectione transversali teres vel ad latus interius planum vel planiusculum, nec marginibus incurvatum, nec saccato-concavum.*

Tribus I **Hydrocatyleae Spr.** *Fructus a latere contractus, vel a latere plano-compressus dorso convexo aut acuto. Albumen antice planiusculum: petala patentia integra acuta apice recto vel subinflexo. — Umbella imperfecta.*

Gen. 246. Hydrocotyle L. Pupac.

Calyx margo obsoletus; petala acuta ovata recta: fructus a latere plano-compressus biscutatus, merecarpiis evittatis, jugis 5 filiformibus, carinali et lateralibus saepe obsoletis, intermediis 2 arcuatis; semen carinato-compressum. Koch syn. pl. p. 307; Vis. fl. dalm. III. p. 25, g. 409.

Foliis peltatis orbiculatis lobato-crenatis 7—9-nerviis; floribus quinis capitato-umbellatis: fructibus subdidymis, carpellis tricostatis. — Tota planta succosa e flavo-virens lucida: pedunculi et petioli juniores curvuli pilloselli: corolla alba aut rosea petalis obtusis. ♃. In stagnis et inundatis circa Trakošćan et in illis in Lonjsko-polje et in Moslavina. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1152 in palustribus circa lacum Boccagnazzo prope Zara. Rchb. fl. g. 3089. Mj.-In. . . . . **H. vulgare L.**

Tribus II. **Saniculeae Koch.** *Fructus seccione transversali subteres jugis quinis aequalibus vel jugis oblitoratis squamatus aculeatusve; umbellae capitatae simplices vel compositae.*

Gen. 247. Sanicula Tourn. Zdravac.

Calycis margo lobis foliaceis persistentibus quinis: petala oborata apice emarginato-infracta et in apendiculam petalum subaequantem producta; fructus subglobosus hamoso-aculeatus ejugatus indehiscens; flores subsessiles polygami: umbellae compositae — Vis. fl. dalm. III. p. 26, g. 410; Koch syn. pl. p. 307.

Foliis radicalibus palmato-partitis, laciniis obovatis trilobis inciso-serratis, caulinis brevissime petiolatis nullisve; floribus umbellae exterioribus brevissime pedicellatis masculis. — Herba saturate viridis nitida pedalis et ultra: folia radicalia longe petiolata.

caulina 1—2 subsessilia aut inferius breviter petiolata; cyma demum divergenti-diffusa; flores albi aut rubelli; fructus lappacei virentes. ♃. In sylvis umbrosis Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1153 in umbrosis sylvaticis montium Velebit. Dinara, Biokovo et circa Duare. Rchb. fl. g. 3092. Apr.-Mj. . . . . **S. europaea L.**

Gen. 248. Astrantia Tourn. Zviezdovka.

Calycis margo 5 dentatus dentibus foliosis; petala oblongo-obovata apice marginato-infracta et in appendiculam petalum subaequantem protracta; fructus jugis 5 obtusis rugis vesicularibus tectis, juga minora fistulosa includentibus, demum dehescens. — Flores pedicellati polygami: umbellae compositae. Vis. fl. dalm. III. p. 26, g. 411; Koch syn. pl. p. 308.

Dentibus calycinis ovatis obtusis breviterque mucronatis, jugorum dentibus acutis. — Habitus sequentis, folia radicalia pedati-quinque-loba lobis rhombeis subtrifidis duplicato-serratis, caulina tripartita; umbellae parvulae, involucella lanceolata integerrima; flores et involucri foliola semper alba. — Radix praemorsa fibris aucta; caulis gracilis superne ramosus. ♃. In pratis convallibusque subalpinis montanisque circa Samobor, Radoboj et Krapina. Syll. fl. cr. (A. minor Scop.) Rchb. fl. g. 3095. Il.-Ag. **A. carniolica Wulf.**

Dentibus calycinis ovato-lanceolatis in mucronem acuminatis; jugorum dentibus obtusis. — Radix crassa nigricans fibris plurimis aucta; caules 1—2-pedales et ultra, erecti striato glabri laeves superne ramosi; folia glabra laevia, radicalia pedati-5-loba, caulina 3-loba lobis dentatis, dentibus mucronatis; petiolus folii floralis membranaceus; folia involucri membranacea venis viridibus variegata; flores pallidi, rarius rosei. ♃. In pascuis montanis collibusque sylvaticis in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis umbrosis montis Papuk. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3096. Il.-Ag. . . . . **A. major L.**

Gen. 249. Hacquetia Neck. Nizanj.

Calycis margo 5-dentatus dentibus foliaceis foliolis acutis; petala erecta obcordato-oblonga acumine longo inplicato-infracto: fructus globoso-compressus

calyce persistente coronatus; merecarpia (carpella) gibbo-convexa jugis 5 filiformibus intus canali perfossis notata. Koch syn. pl. p. 308; Rchb. fl. g. pag. 482, g. 633.

Folia profunde pedati-5-partita laciniis flabelliformibus trifidis circum-circa serratis. — Rhizoma apice proligerum fibris crassis nigris; petioli et scapi spithamaei; umbellae capitato-contractae; flores flavi; involucrum maximum sub-5-phyllum foliolis obovatis e medio inciso-serratis viridibus. ♃. In sylvis montanis et subalpinis in Croatia et Slavonia vulgaris. (Astrantia Epipactis L. fil,; Dondia Epipactis Sprg.) Rchb. fl. g. 3091. Ap.-Mj.
H. Epipactis Neck.

Gen. 250 Eryngium Tourn. Katerljan.

Calycis margo lobis foliaceis persistentibus quinis; petala oblongo-oborata apice emarginato-infracta et in appendiculam petalum subaequantem producta; fructus oboratus strigosus aut tuberculatus ejugatus. — Flores sessiles in umbella simplici capitata oblongave paleis pungentibus intermixtis exterioribus involucrantibus. Vis. fl. dalm. III. p. 26, g. 412.

1 Foliis ternato-bipinnatifidis vel duplicato pinnatifidis aut saltem tripartitis, laciniis trifidis 2
Foliis radicalibus basi subcordato-ovatis indivisis 4
2 Floribus corymbisque amethystinis cyaneisve 3
Floribus corymbisque viridi-glaucescentibus aut pallide viridibus; foliis spinoso-dentatis, inferioribus triangulari-ovatis decursive lateque bipinnatipartitis, reliquis ovato-acuminatis auriculoto-amplexicaulibus pinnatifidis lobisque incisis; involucri foliis subsenis lineari-lancealatis subintegris capitula globosa excednntibus, paleis indivisis. — Radix longa teres; caulis erectus valde ramosus; paniculato-divaricatus, pedalis et ultra; folia glabra caesia rigida ternato-bipinatifida reticulato-venosa spinoso dentata, radicalia petiolata, auriculae superiorum laciniato-dentatae; calyx corolla longior petalis ex ochroleuco-pallidis obtusis bifidisque. ♃. In arenosis, collibus sterilibus, ad margines viarum planitierum et montium humiliorum Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1156 in agrestibus et sterilibus, in campis et ad vias totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3098. (E. vulgare Lam.) In.-Spt. . . . . **E. campestre L.**
3 Foliis spinoso-dentatis ovato-oblongis decursive pinnatipartitis, laciniis incisis pinnatifidisve, omnibus vaginato-petiolatis subden-

tato-spinosis capitula globosa excedentibus; paleis externis integris trifidisve. — Radix crassa; caulis erectus subfractiflexus pedalis et ultra pariterque strictus, superne cyanescens, apice corymbosus; involucra capitulis longiora; corolla calycem excedens. ♃. In apricis siccis litt. cr. circa Flumen; in provincia Likana, nec non circa Bosiljevo; nec minus in sterilibus Croatiae australis, veluti in Modruš, Korbavia et Lika. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1157 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3099. (E. Bourgati Vahl.; E. dilatatum Lam.) Il.-Ag.

E. amethystinum L.

Observ. var. β. laciniis foliorum radicalium inciso-spinosis remotiusculis; vaginis a basi pectinato-spinosis, capitulis paucis; involucellis lanceolatis spinoso-dentatis, est: E. dilatatum Lam. occurritque cum priori hinc inde in Dalmatia. Rchb. fl. g. 3100.

Foliis spinoso-dentatis, inferioribus subcordato-ovatis tripartitis, laciniis trifidis tripartitisve, reliquis amplexicaulibus subpalmato-quinquepartitis auriculatis incisis reflexis; caule ramosissimo divaricato; involucri foliolis quinis lineari-lanceolatis basi uni-bidentatis capitula globosa exedentibus: paleis omnibus tricuspidatis. — Radix multiceps; caulis strictiusculus spithamaeus pedalisve; folia radicalia breve petiolata pedati-palmata laciniis pinatifidis carinatis; capitula parva. ♃. Vis. fl. dalm. 1158 in apricis saxosis et agrestibus circa Trau, Spalato, Macarsca et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3101. (E. cyaneum Sibth.; E. microcephalum Sieb.) Mj.-In. . . . . **E. creticum Lam.**

4 Involucris lineari-lanceolatis, saltem basi spinoso-dentatis, dentibus distantibus, capitulum ovatum aequantibus vel plane superantibus 5

Involucris ovatis plus minusve partitis fissisve 6

5 Involucri foliolis quinis lineari-lanceolatis et nonnisi basi 1—2-dentatis capitula globosa breviterque pedunculata excedentibus; foliis radicalibus cordato-oblongis grosse dentato-spinosis, superioribus palmato-laciniatis; paleis externis tricuspidatis. — Caulis erectus dichotomus et una cum florum capitulis involucrisque superne cyanescens. ♃. In Dalmatia (Eble). Maly enum. pl. aust. p. 387, n. 105 et p. 220, g. 509, n. 4. In.-Il. **E. dichotomum Pers.**

Involucri foliolis lineari-lanceolatis spinoso dentatis dentibus distantibus: foliis radicalibus petiolatis ovali-cordatis obtusis crenato-serratis, caulinis mediis sessilibus indivisis, superioribus 5-

partitis spinoso-serratis; caule apice corymboso. — Radix fusiformis; caulis erectus sulcatus pedalis et ultra, superne cyanescens; folia viridia; paleae externae tricuspidatae, inferiores integrae. ♃. In locis siccis arenosis; in campis, pratis et ad fluvios, praesertim in campo Possavano ad Siscium, Prelošćica et Mužilovčica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3103. In.-Il. **E. planum L.**

9 Involucris ovatis spinoso-dentatis subtrifidis; foliis radicalibus cordato-reniformibus petiolatis, superioribus amplexicaulibus subpalmato-lobatis; paleis tricuspidatis. — Radix repens; caulis a basi ramosus, teres erectusque; totum glauco-pruinosum foliis cæsiis plicatis rigidisque; folia caulina ovata sinuato-spinoso-dentata; capitula cyanescentia. ♃. In locis arenosis litt. cr. circa Flumen, Kraljevica, Cirkvenica, Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. cr. 3102. Vis. fl. dalm. 1155 in arenosis maritimis circa Nona, Castelnovo, Budua et in insulis Ossero, nec non in illis Ragusinis. In.-Ag. . . . . **E. maritimum L.**

Involucri foliolis multifido-pinnatifidis setoso-dentatis capitulum oblongum paullo superantibus; foliis radicalibus caulinisque inferioribus oblongis; cordatis spinoso-dentatis, superioribus laciniatis. — Radix teres; caulis erectus pedalis et ultra eleganter caerulescens una cum foliis superioribus, apice 1—3-cephalus; paleae exteriores tricuspidatae, reliquae simplices. ♃. In pascuis alpis Plieśivica et Visočica, nec non in illis tractus montium Velebit altiorum. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 3104. Il.-Ag. **E. alpinum L.**

Trib. III. **Ammineae. Koch.** *Fructus a latere evidenter compressus et plerumque latusculis contractis didymus. Merecarpia jugis 5 filiformibus, rarius subulatis, lateralibus marginantibus, omnibus aequalibus; albumen tereti-vel gibbo-convexum antice planiusculum, vel sectione transversali teres; umbellae perfectae, compositae.*

Gen. 251. **Cicuta L. Trubelika ili Gugutva.**

Calycis margo 5-dentatus dentibus foliosis; petala obcordata cum lacinula inflexa; fructus subrotundus a latere contractus didymus; merecarpia jugis 5 planiusculis aequalibus, lateralibus marginantibus; valleculae univitatae vittis valleculas replentibus paullo magis prominulis, quam juga; carpophorum bipartitum; albumen seccione transversali teres. Koch syn. pl. p. 310; Rchb. fl. g. p. 472, g. 616.

Fibris radicis filiformibus; foliis tripinnatis, foliolis lineari-lanceolatis acutis serratis; stipulis obtusis petiolo adnatis. — Rhi-

zoma tuberosum septatum fibrisque plurimis firmatum; caulis altissimus sulcatus ramosus; folia glabra; nonnulla biternata, alia pinnata; umbellae oppositifoliae umbellulis densis; flores parvi petalis albis, apice inflexis. ♃. In fossis, rivulis paludibusque campi Podravani ad Mali-Bukovec; campi Possavani circa Martinskaves, Siscium et alibi praesertim in Lonjskopoljo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3038. (Cicutaria aquatica Lam.; Coriandrum Cicuta Roth.) II.-Sept. . . . . **C. virosa L.**

Observ. var. β. humilis radice cauleque tenui, laciniis foliorum linearibus parce serratis vel integerrimis; umbellis 5—8-radiatis, est: C. angustifolia Kit. (C. tenuifolia Fröhl.) occurritque cum priori in Lonjskopolje et alibi in Moslavina et circa Obedišće et Novoselec.

Gen. 252. **Apium L. Ač ili Celer.**

Calycis margo obsoletus; petala subrotunda integra; stylopodium depressum; fructus subrotundus a latere contractus didymus; merecarpia jugis 5 filiformibus aequalibus, lateralibus marginantibus; valleculae univittatae; carpophorum indivisum; albumem gibbo-convexum antice planiusculum. Koch syn. pl. p. 310; Rchb. fl. g. p. 472, g. 617; Vis. fl. dalm. III. p. 28, g. 413.

Glabrum, caule fistuloso sulcato; foliis pinnatipartitis, foliolis cuneato-ovatis apice incisis dentatisque, summis trifidis. — Radix in planta sylvestri fusiformis, ramosa, in culta subrotunda carnosa; umbellae fastigiatae subproliferae umbellulaeque nudae floribus albis minutisque. ♃. Vis. fl. dalm. 1159 in paludosis salsis circa Nona, Zara, Obrovazzo, Spalato, Salona, Ombla et Cattaro, nec non in insulis Cherso, Ossero et Lesina. — In Croatia et Slavonia nonnisi culta et hinc inde in ruderatis et oleraceis quasi spontanea. Rcbb. fl. g. 3039. (Sison Apium Roth.; Seseli graveolens Scop.; Sium graveolens Vis.) II.-Sept.
A. graveolens L.

Gen. 253. **Petroselinum Hoffm. Peršun.**

Calycis margo obsoletus; petala subrotunda vix emarginata inflexo-apiculata; stylopodium breviter conicum; fructus ovato-attenuatus; carpelli jugis filiformibus valleculisque univittatis. Umbellae compositae hemisphaericae involucro

1—2-phyllo, involucellis polyphyllis. — Vis. fl. dalm. III. p. 29, g. 414; Koch syn. pl. p. 311; Rchb. fl. g. p. 472, g. 618.

Foliis nitidis bipinnatipartitis, inferiorum foliolis ovato-cuneatis trifidis dentatis, caulinis pinnatipartitis laciniis lineari-lanceolatis involucellis filiformibus. — Caulis erectus angulatus 1—2-pedalis et ultra ramosissimus floribus e viridi flavescentibus. ♂. Colitur in usum culinarum et hinc inde in oleraceis et ad sepes quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1160 ad vias insulae Veglia, secus ubique in hortis cultum. (Apium Petroselinum L.) Rchb. fl. g. 3050. In.-Ag. . . **P. sativum Hoffm.**

Gen. 254. Trinia Hoffm. Sèrdiška.

Flores unisexuales, monoici aut dioici: calycis margo obsoletus; petala floris masculi lanceolata apiculo involuto, aliorum ovata apiculo inflexo; fructus ovalis ovatusve carpelli jugis filiformibus, valleculis univittatis evittatisve; columella bipartita; umbellae ut plurimum e centro proliferae, fastigiatae subnudae oppositae et quasi paniculatae: involucellum oligophyllum aut nullum; flores albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 29, g. 415; Rchb. fl. g. p. 473, g. 619; Koch syn. pl. p. 311.

Stylis filiformibus; fructus subrotundi jugis obtuse carinatis, columella carpellis adnata. — Tota glabra; radix napiformis; caulis erectus angulatus striatus; folia subbipinnata petiolis in membranam amplam, integram, concavam expansis, foliolis linearibus crassis; involucrum nullum aut monophyllum. ♂. In montanis herbidis saxosis circa Markuševec, in monte Sv. Jakob; in Zagoria hinc inde; in provincia Likana haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1161 in rupestribus montium Velebit, in devexitatibus montis Promina et Svilaja. — In comitatu Syrmiensi frequens in pratis siccis praesertim circa Vukovar, Čerević et Kerčedin. Rchb. fl. g. 3041 et 3042. (Apium pumilum Crtz.; T. glauca et T. pumila Rchb.; T. Henningii M. et K.; Pimpinella dioica L.) Mj.-Ag. . . . . **T. vulgaris DC.**

Stylis basi incrassatis conicis; fructus ovali-oblongi jugis obtuse carinatis, columella a carpellis libera. — Non solum habitu elatiore foliisque elongatis, sed potius et praesertim fructibus dimidio longioribus, ovali-oblongis, stylopodio conico, stylis longioribus et columella libera a praecedenti differt, cui secus semillima; insuper est pedalis et ultra, tota glauca, radix napiformis. ♂. Cum priori in iisdem locis in Croatia et Slavonia.

sed illa rarius. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1162 in devexitatibus abruptis montis Biokovo. (T. Kitaibelii M. B.; Pimpinella glauca WK.; T. ramosissima Rchb.) Rchb. fl. g. 3043. Mj.-In. . . . . **T. elatior Gaud.**

Gen. 255. Helosciadium Koch. Šutranka.

Calycis margo breviter 5-dentatus; petala ovata integra; fructus ovatus carpelli jugis filiformibus, valleculis univittatis, columella indivisa. — Umbellae oppositifoliae involucro mono-polyphyllo vel nullo, involucello polyphyllo. — Vis. fl. dalm. III. p. 30, g. 416; Koch syn. pl. pag. 312; Rchb. fl. g. pag. 475, y. 622.

1 Caule saltem basi prostrato, saepe radicante aut plane procumbente et radicante 2

Caule erectiusculo aut diffuso, nec radicante nec repente; foliis ternato-multisectis lobis capillaceis, caulinis subsessilibus; umbellis oppositifoliis sessilibus pedunculatisve 2—3-radiatis, umbellulis pedunculatis; involucro utroque nullo. — Totum glabrum. ♃. In Dalmatia-? (Alex.) Maly enum. pl. aust. p. 387, n. 106 et pag. 221, g. 514, n. 4. (Aethusa Ammi Spr.; Sison Ammi Jacq.) In.-Il. . . . . **H. leptophyllum DC.**

2 Caule basi radicante; foliis omnibus pinnatipartitis petiolatis umbella laterali multo longioribus, segmentis ovatis aequaliter serratis; involucro monophyllo vel nullo. — Pedale et ultra, demum adscendens radice repente, caule ramoso ex axillis foliorum radices agente; foliis superioribus ternatis, reliquis impari pinnatis; foliolis ovato-lanceolatis terminali trifido, obtuse acuteve serratis; peduncullo umbellae nullo, brevi vel etiam ipsam umbellam superante; involucro nullo vel mono-diphyllo. ♃. Vis. fl. dalm. 1163 in aquosis circa Zara, Sebenico ad lacum Morinje, Ragusa, Cattaro et prope Gelsa in insula Lesina. (Sium nodiflorum L.; Seseli nodiflorum Scop.) Rchb. fl. g. 3050. In.-Il. **H. nodiflorum Koch.**

Caule omnino prostrato et radicante; foliis omnibus-petiolatis pinnatipartitis umbella paullo longioribus, segmentis subrotundo-ovatis inaequaliter serratis lobatisque; involucro polyphyllo. — Radix teres brevis; cauliculi teretes diffusi repentes; folia pinnata, impari ut plurimum trilobo; flores albi. — Herba spithamaea præcedente gracilior, foliis conformibus; involucris 2—5-phyllis, involucellis angustioribus; fructus compresso utrinque

convexiusculo. ♃. Vis. fl. dalm. 1164 in inundatis Dalmatiae. (Sium repens Jacq.; Sison inundatum Fl. Wett.) Rchb. fl. g. 3049. In.-Il. . . . . **H. repens Koch.**

Gen. 256. **Ptychotis Koch. Mirod.**

Calycis margo breviter 5-dentatus; petala obcordato-bifida plica transversali in apiculum inflexum producta notata; fructus ovatus oblongusve, carpelli jugis filiformibus, valleculis univittatis; columella bipartita, demum libera. — Vis. fl. dalm. III. p. 30, g. 417; Koch syn. pl. p. 312.

Foliis omnibus multipartitis laciniis capillaribus, radicalium abbreviatis subverticillatis; involucro nullo, involucellis polyphyllis setaceis aristatis; fructu ovato. — Radix simplex; caulis spithamaeus pedalisve fractiflexus ramis patentibus diffusisque; umbella pedunculata; floribus albis; fructus interstitiis laevibus. ☉. Vis. fl. dalm. 1165 in agris et apricis sterilibus saxosis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Macarsca, Ragusa vecchia, Zuppa et Cattaro, nec non in insulis Ossero, Lesina et Brazza. (Ptych. ammoides Koch; Seseli verticillatum Desf.; Ammi minimum Riv.; Seseli ammoides L.; Seseli corsicum Lk.; Ses. pusillum Brot.) Rchb. fl. g. 3044. Mj.-In. . **Pt. verticillata DC.**

Gen. 257. **Falcaria Riv. Sèrpak.**

Calyx in floribus fertilibus tubulosus, margine 5-dentatus; petala obcordato-emarginata apiculo inflexo; fructus lineari-oblongus; carpelli linearis jugis quinis longitudinaliter unistriatis, valleculis 1—3-vittatis; columella bifida libera. — Umbellae polygamae involucro polyphyllo, involucello diphyllo. Vis. fl. dalm. III. p. 31, g. 418; Koch. syn. pl. p. 313; Rchb. fl. g. p. 475, g. 623.

Foliis radicalibus simplicibus ternatipartitisque, caulinis ternatipartitis segmentis lateralibus 2—3-fidis, intermediis trifidis omnibusque lanceolato-linearibus aequaliter approximato-serratis. — Pedalis bipedalisve divergenti-ramosissima, glauca radice repente; caule tereti floribusqe albis. ♂. In satis agrisque in Medjumurje circa Subotica, Novaki et Čakovec. Syll fl. cr. In Slavonia in agris arvisque lapidosis haud rara, praesertim in comitatu Syrmiensi. Vis. fl. dalm. 1166 ad agrorum margines et secus vias circa Dernis. Rchb. fl. g. 3051. (Sium Falcaria L.; Seseli Falcaria Crtz.; Bunium Falcaria M. B.; Drepanophyllum agreste Hoffm.; Critamus agrestis Bess.) Il.-Sep. . . . **F. Rivini Host.**

Gen. 258. **Sison Lang. Sèrdiška.**

Calycis margo obsoletus; petala subrotunda emarginata apiculo inflexo; styli brevissimi; fructus ovatus, carpelli jugis filiformibus, valleculis supra medium univittatis, vittis clavulatis; columella bipartita adnata. — Umbella pauci-radiata floribus albis. — Vis. fl. dalm III. p. 31, g. 419; Koch syn. pl. p. 314; Rchb. fl. g. p. 474, g. 621.

Caule erecto paniculate-ramoso; foliis pinnatipartitis, inferiorum foliolis ovatis aut ovato-lanceolatis sublobatis dentatisque, superiorum tenuissime laciniatis; umbellis 3—4-radiatis radio centrali multo breviore, pedunculatis; involucris involucellisque subtriphyllis. ♂. Vis. fl. dalm. 1167 in agris siccis circa Zara. (Sium Amomum Roth.; S. aromaticum Lam.; Seseli Amomum Scop.; Cicuta Amomum Crtz.; Smyr. heterophyllum Mnch.) Rchb. fl. g. 3047. Il.-Ag. . . . . **S. Amomum L.**

Gen. 259. **Ammi Tourn. Morač.**

Calycis margo obsoletus; petala profunde obcordata apiculo inflexo; fructus ovato-oblongus, carpelli jugis filiformibus, valleculis ab apice ad basin univittatis; columella bipartita libera. Umbellae multiradiatae involucro filiformi-tripinatifido, involucello polyphyllo. — Vis. fl. dalm. III. p. 31, g. 420; Koch syn. pl. p. 314; Rchb. fl. g. p. 475, gen. 624.

Caule glabro; foliis pinnatipartitis, foliolis lanceolatis 2—3-fidis argute cartilagineo-serratis, superioribus pinnatifido-linearibus. — Pedale et ultra glaucescens, patenti-ramosum, foliis radicalibus simpliciter pinnatis foliolis, quinis ovalibus floribusque albis. ♃. In agris in litt. cr. circa Flumen, Cirkvenica, Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1168 ad semitas agrorum et in cultis circa Zara, Sebenico, Spalato, Salona, Ragusa et in insulis Sansego et Lesina. Rchb. fl. g. 3052. Il.-Ag. **A. majus C.**

Gen. 260. **Aegopodium L. Jarčevac.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordata apiculo inflexo; stylopodia conica stylis longis; fructus ovatus, carpelli jugis filiformibns, valleculis evittatis; columella libera apice bifida. — Umbellae nudae subradiantes, primaria fertili lateralibus sterilibus. — Vis. fl. dalm. III. p. 32, g. 421; Koch syn. pl. p. 314; Rchb. fl. g, p. 476, g. 626.

Radice repente; caule erecto striato; foliis inferioribus biternatipartitis bipinnatipartitisve, segmentis ovatis argute inaequaliter-

que serratis, lateralibus semicordatis, supremis cordatis, summis ternatis, omnibus acuminatis; umbellis solitariis. — Caulis 2—3-pedalis sulcatus; folia radicalia biternata; caulina ternata foliolis petiolatis ovatis glabris; petala nivea; fructus utrinque tricostatus. ♃. In cultis, herbidis, ad sepes et in sylvis ubique vulgaris in Croatia. Syll. fl. cr. In sylvis circa Sotin, Čerević et Semlin in Slavonia. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1169 in umbrosis herbidis montium Krivoscie. Rchb. fl. g. 3054. (Ligust. Podagraria Crtz.; Ses. Aegupodium Scop.; Pimp. angelicaefolia Lam.; Sison Podagraria Spr.; Podag. Aegopodium Mnch.) Mj.-Spt. **Aeg. Podagraria L.**

Gen. 261. **Carum L. Kumin.**

Calycis margo obsoletus; petala obovata emarginata cum lacinula inflexa; styli deflexi; fructus fusiformi-compressus; merecarpia jugis 5 filiformibus aequalibus, lateralibus marginantibus; comissura plana; valleculae univittatae; carpophorum liberum apice furcatum. Umbellae fastigiatae, flores albi, disci steriles; involucrum submullam, involucella plane nulla. — Koch syn. pl. p. 314; Rchb. fl. g. p. 476, g. 627.

Foliis bipinnatis, foliolis pinnatifido-multipartitis, paribus infimis ad petiolum communem decussatis; involucro utroque nullo. — Pedalis et ultra virgato-patens; radix fusiformis; caulis angulatus; radii radiolique inaequales. ♃. In pratis et pascuis in Croatia et Slavonia vulgaris. Rchb. fl. g. 3055. (Seseli Carum Scop.; Ligusticum Carvi Roth.; Apium Carvi Crtz.; Bunium Carvi M. B.; Aegop. Carum Wib.) Ap.-Ag. . . . . . . **C. Carvi L.**

Gen. 262. **Bunium L. Topana.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordata apiculo inflexo; stylipodia depressa; fructus oblongus; carpelli jugis filiformibus, valleculis 1—3-vittatis; columella libera apice bifida. — Umbella fastigiata, involucra et involucella plurimis polyphylla; flores albi aut flavo-viriduli omnes fertiles; radix omnibus tuberosa. Vis. fl. dalm. III. p. 32, g. 422; Rchb. fl. g. p. 477, g. 628.

1 Caule pedali et ultra erecto plus minusve ramoso 2
Caule pumilo, spithamaeo nec ultra, decumbente flexuoso vix foliis longiore; foliis ternato-bipinnatipartitis laciniis lanceolato-linearibus carnosis enerviis; umbellis 5—6-radiatis contractis, radiis umbella fructifera duplo-longioribus; involucro utroque oligophyllo, foliolis lanceolatis acuminatis; pedicellis fructiferis erectis, fruc-

tibus ovoideis approximatis; flores albi, antherae roseae; styli in fructu reflexi; vittae ternatae. ♃. In rupestribus alpinis Debelo-berdo montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1172 in saxosis subalpinis jugi Monte Santo (Debelo-berdo) dicti in montibus Velebit et supra Cattaro, nec non in insula Brazza. (Bun. petraeum Ten.; Ligust. alpinum Spr.; Wallrothia tuberosa Spr.) Rchb. fl. g. 3058. Mj.-Il. . . . . . . **B. alpinum WK.**

2 Valleculis fructuum nonnisi univittatis 3

Valleculis exacte trivittatis 4

3 Foliis subtripinnatis, laciniis linearibus acutis; umbellis 12—24-radiatis, involucro utroque polyphyllo, foliolis lanceolatis acuminatis, pedicellis defloratis erectis, fructibus accumbentibus oblongis; caule tereti striato; radice subglobosa. ♃. In agris collibusque apricis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 222, g. 520, n. 3. — Rchb. fl. g. 3057. Il.-Ag. . **B. Bulbocastanum L.**

Foliis ternato-subtripinnatipartitis carnosis laciniis linearibus acutis; umbellis 8—10-radiatis involucro utroque oligophyllo, foliolis lanceolatis acuminatis, pedicellis fructiferis incrassatis divaricatis; fructibus oblongo-linearibus distantibus. — Tuber subrotundum Avellanae majoris magnitudine; caulis ramosus ramis patulis vel divaricatis; folia omnia petiolata, radicalia petiolis teretibus tripartita partitionibus bipinnatipartitis linearibus canaliculatis, caulina petiolis membcanaceo-dilatatis bipinnatipartita, supremis lineari-tripartitis laciniis omnibus conformibus; styli stylopodio incumbentes. ♃. Inter segetes et in arvis litt. cr. et provinciae Likanae editioribus haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1170 in cultis et satis circa Zara, Spalato, Ragusa, nec non in insula Lesina et Brazza. (B. divaricatum Cessati; Carum divaricatum Koch; B. Bulbocastanum Pett.; Sium Bulbocastanum Alsch.) Mj.-In. . . . . **B. ferulaceum Sm.**

4 Foliis radicalibus ternato-bi-tripinnatipartitis laciniis linearibus abbreviatis uninerviis mucronulatis; umbellae radiis nonnisi 6-8-umbellulam fructiferam quadruplo superantibus; involucro utroque oligophyllo, foliolis lanceolatis acuminatis; pedicellis fructiferis erectis; fructibus avoideis approximatis. — Differt a praecedenti praeprimis pedicellis fructiferis non incrasatis, nec divaricatis, fructibus approximatis ovoideis, nec unquam linearibus. ♃. In agris inter segetes et in arvis lapidosis in Croatia australi, veluti circa Korenica, Bielopolje, Vrebačka-staza, ad Gospić, Ošta-

ria et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1171 in saxosis circa Sebenico, Verpolje, Ragusa, Cattaro, in monte Biokovo nec non in insulis Cherso et Lesina. (B. divaricatum Bert.) In.-Il.

B. montanum Koch.

Foliis radicalibus longe petiolatis caulinisque brevissime vaginatis ternato-supradecompositis, foliolis lanceolato-partitis incisis; involucro nullo, involucello extrorso 2—3-phyllo foliolis ovalibus. Tuber radicis oblongus; caulis flexuosus, superne subramosus; folia radicalia triternata foliolis cuneato-oblongis lanceolatisve glabris; lateralibus oppositis integerrimis aut apice denticulatis, terminali trifido; folium caulinum unum alterumve ternatum foliolis linearibus, summa simplicia angustissima vaginis latis membranaceis; flores albi. ♃. In saxosis asperis insulae Lesina in Dalmatia. Botteri Insl. fl. v. Dalm. im oestr. W. Bl. 1852 p. 34. — Neilr. Beitr. zur Maly's enum. pl. p. 193. Rchb. fl. g. 3059. (B. majus Gou.; B. flexuosum Sm.; B. ammoides Lk.; Myrrhis ammoides Spr.; Conopodium denudatum Koch.) Il.-Il.

B. denudatum DC.

Gen. 263. **Pimpinella L. Aniš ili Onliz.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordata apiculo inflexo; stylopodia pulvinata; fructus ovatus, carpelli jugis filiformibus, valleculis multivittatis; columella bifida libera. — Umbellae nudae fastigiatae floribus albis aut roseis. Vis. fl. dalm. III. p. 33, g. 423; Koch syn. pl. p. 316; Rchb. fl. g. p. 477, g. 629.

1 Fructibus evidenter puberulis villosisve 2

Fructibus exacte nudis glabrisque 4

2 Foliis omnibus pinnatis, radice bi-aut perenni 3

Foliis radicalibus simplicibus cordato-subrotundis inciso-serratis, mediis pinnatis, foliolis cuneatis lobatis dentatisve, summis trifidis indivisis; fructibus ovatis adpresso-pubescentibus. — Pedalis et ultra, tota canescens, saepe a basi patenti ramosa; petala alba, dorso pilosella. ☉. In agris hortisque culta. Syll. fl. cr. (Anisum vulgare Gaert.; Tragium Anisum Spr.) Rchb. fl. g. 4060. Il.-Ag. . . . . **P. Anisum L.**

3 Glauco-canescens foliis uni-bipinnatipartitis glabriusculis, segmentis ovato-rhombeis incisis bi-trilobis, superiorum lobis lanceolatis; fructibus ovoideis villis adpressis tomentoso-canescentibus; stylopodio pulvinato, stylis fructu brevioribus. — Habitus P. saxifragae L., sed longe tenuior et gracilior, vaginis superioribus

aphyllis floribusque albis. ♃. Vis. fl. dalm. 1175 ad rupes maritimas insulae Lissa, secus in hortis culta. (P. canescens Lois.: Trag. Columnae Spr.: Tr. glaucum Presl.) Rchb. fl. g. 3051. In.-Il. . . . . **P. Tragium Vill.**

Pubescens foliis pinnatipartitis, segmentis oblique cordatis subrotundis duplicato-crenatis, superiorum bipinnatifido-laciniatis: fructibus subrotundo-ovatis villis patulis hispidis: stylopodio conico: stylis fructum aequantibus. — Radix longa albida: caulis teres, superne ramosus striatus subvillosus: umbellae primum nutantes, dein erectae nudae floribus omnibus fertilibus: petala alba dorso hirsuta. ♂. In collibus incultis apricis circa Flumen, Praputnik, Cirkvenica alibique in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1176 ad margines agrorum et in collibus circa Sebenico, Clissa, Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3062. (P. hispida Lois.; Trag. peregrinum Spr.; Tr. tauricum Led.; Ledebouria pimpinelloides Lk.: Apium peregrinum Moris.) In.-Il.

P. peregrina L.

4 Caule angulato sulcato folioso, foliis pinnatipartitis segmentis ovato-oblongis dentatis lobatisve, infimis petiolatis, impari trilobo: stylis ovario longioribus: fructu ovato-oblongo. — Radix fusiformis ramosa: caulis erectus ramosus glabriusculus: folia pinnata foliolis omnibus ovatis; radiis umbellarum gracilibus non involucratis; flores omnes fertiles. ♃. In pratis collibusque herbidis et in dumetis in Croatia vulgaris. Syll. fl. cr. In Slavonia in dumetis circa Virovitic et Čerević. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1173 in pascuis sylvaticis ad pedes montium Velebit in Paklenica. Rchb. fl. g. 3064. (P. major Jacq.: Trageselinum magnum Mnch.: Tr. majus Lam.) Mj.-Sept. . . . **P. magna L.**

Observ var β. floribus roseis, est: P. rubra Hoppe occurrique in montibus altioribus et in subalpinis;

Var. γ. foliolis palmato-pinnatifidis laciniis lanceolatis incisoque serratis, est: P. orientalis Gan. vel P. media Hoffm.

Var. δ. foliolis palmato-pinnatifidis, phyllis lin. est: P. dissectaRetz.

Caule striato-tereti superne nudiusculo foliolis pinnatipartitis subrotundis ovatisve serratis incisisve, infimis subsessilibis, caulinis bipinnato-linearibus, supremis vaginato-linearibus indivisis; stylis ovario brevioribus; fructu ovato. — Caulis ramosus quandoque diffusus ramis angulatis: foliis glabris, foliolis, radicalium subsessilibus subrotundis argute dentatis serratisve. ♃. In pas-

cuis collibusque incultis, in dumetis sylvis pratisque in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1174 in asperis siccis circa Sebenico, Verlika, Konjsko et Prugovo. Rchb. fl. g. 3063. (P. minor Riv.) In.-Sept.. . . . **P. Saxifraga L.**

Observ. var. β. folioiis foliorum omnium dissectis, est: P. dissectifolia Wallr. sive P. hircina Leers.

Var. γ. foliolis subrotundo ovatis crenatis, est: P. poteriifolia Wallr. occurritque in locis sterilissimis;

Var. δ. foliolis ambitu subrotundis subpalmato-incisis, laciniis lanceolatis acuminatis, est: P. alpina Host occurritque in subalpinis.

Var. ε. tota pubescens foliolis ovatis radiceque caeruleo-lactescente, est: P. nigra W. — Var. β et ε occurrunt praesertim in monte Prolog et Paklenica in Dalmatia.

Gen. 264. **Sium Tourn. Hrenak.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata emarginata apiculo inflexo; stylopodia pulvinata; fructus ovoideus calycis dentibus coronatus, carpelli jugis filiformibus obtusatis, valleculis multivittatis; columella bipartita carpellis utrinque adnata. — Umbellae et umbellulae involucratae involucris pleiophyllis floribusque albis. Vis. fl. dalm. III. p. 34, g. 424; Rchb. fl. g. p. 478, g. 630.

1 Jugis carpelli aequalibus, vittis superficialibus 2

Jugis extimis antemarginalibus reliquis crassioribus, vittis subcorticalibus; foliis pinnatipartitis, segmentis ovato-lanceolatis; inaequaliter inciso-serratis lobatisve, superiorum lanceolatis; involucro polyphyllo subpinnatifido. — Glabrum, stoloniferum caule tereti striato inani umbellisque oppositifoliis pedunculatis; petala alba subaequalia; fructus ex ovato rotundatus compressus rugosus utrinque angulatus. ♃. In fossis, rivulis stagnisque haud rara in Croatia, praesertim in uliginosis in Posavina et Moslavina. Syll. fl. cr. In Slavonia ad scaturigines in montanis, ad rivulos fossasque circa Duzluk, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1178 secus aquas fluminis Kerka, nec non circa Zara, Trau, Salona et Cattaro. Rchb. fl. g. 3065. (S. minus Riv.; S. nodiflorum Fl. D.; Berula angustifolia Koch.) Il.-Ag. **S. angustifolium L.**

2 Carpophoro bipartito cruribus merecarpiis adnatis; foliis pinnatis, foliolis lanceolatis basi inaequalibus, aequaliter arguteque serratis, foliorum submersorum bipinnatifidis multifidisve; involucro

polyphyllo. — Radix fibrosa stolonifera; caulis altissimus, nudus, inermis ramosus crassus, ad basin angulosus; folia ex oblongo lanceolata, modo valde latiora semperque argute serrata et aucta; fructus ex ovato oblongus utrinque striatus. ♃. In aquis stagnantibus lenteque fluentibus in compo Podravano circa Mali-Bukovec, Selnicam, Legradinum nec non in Moslavina et praesertim in Lonjskopolje et in campo Posavano. Syll. fl. cr. In Slavonia ad fluviorum ripas, in fossis stagnisque circa Daruvar, in lacu Palača, circa Klokočevac, Koška, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1177 in aquosis circa Metković. Rchb. fl. g. 3066. (Cicutaria aquatica Bull.; Cicuta latifolia Fl. W.; Coriandrum latifolium Crntz.) Il.-Ag. . . . **S. latifolium L.**

Carpophoro bipartito, cruribus omnino liberis; foliis inferioribus pinnatis foliolis oblongis aequaliter acute serratis, terminali ovato basique subcordato, superioribus ternatis foliolis lanceolatis; involucro mono-, rarius polyphyllo. — Radix tuberoso-fasciculata, caulis subdiffusus 1—2-pedalis et ultra. ♃. Colitur hinc inde in hortis in usum œconomicum. Rchb. fl. g. 3067. (Sisarum Germanorum Moris.) In.-Ag. . . . . **S. Sisarum L.**

Gen. 265. Bupleurum Tourn. Svinjac.

Calycis margo obsoletus; petala subrotunda arcte involuta integra circinata lacinula lata retusa; stylopodio depresso; fructus a latere compressus vel subdidymus oblongus ovatusve, carpelli jugis alatis filiformibus obsoletisve lateralibus marginantibus; valleculae vittatae vel evittatae; columella (carporophorum) libera bifida; albumen antice planiusculum. — Umbellae fastigiatae involucra varia, involucella foliacea: folia simplicia; flores luteoli. — Vis. fl. dalm. III. p. 35, g. 425; Koch syn. pl. p. 318; Rchb. fl. g. p. 479, g. 631.

1 Foliis saltem superioribus perfoliatis ovalibus; valleculis evittatis 2
Foliis sessilibus aut plane petiolatis, nec unquam perfoliatis . . 3

2 Caule superne ramoso; involucris post anthesim erectis; valleculis striatis evittatis. — Glauco virens; caule ramisque erectis; foliis mucronatis multinerviis, inferioribus oblongis basi attenuatis amplexicaulibus, caulinis ovato-elliipticis superioribusque subrotundis perfoliatis; umbellis terminalibus 5—8-radiatis nudis; involucellis ovatis mucronatis; pedicellis fructum oblongum laevem subaequantibus. ☉. Inter segetes solo argillaceo et calcareo totius Croatiae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl.

dalm. 1186 in satis et agris circa Dernis et Knin. Rchb. fl. g. 3077. In.-Il. . . . . **B. rotundifolium L.**

Caule a basi ramoso; involucris semper patentibus; valleculis granulatis evittatis. — Glaucum foliis mucronatis multinerviis, infimis basi attenuatis, inferioribus oblongis amplexicaulibus, cauiinis ovatis perfoliatis; umbellis terminalibus 2—3-radiatis nudis: involucellis subrotudis mucronatis; pedicellis fructu ovato granulato brevioribus. ○. Inter segetes in litt. cr. circa Bukari et Portoré. Vis. fl. dalm. 1185 inter segetes et in cultis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 3071. (B. subovatum Spr.) Mj.-In. . . . . **B. protractum Lk.**

3 Fructibus evidenter granulatis 4

Fructibus exacte glabris 5

4 Foliis lineari-lanceolatis; merecarpiis inter juga granulato-muricatis, jugis granulato-crispulis. — Caule a basi ramoso, ramis inferioribus patulis; foliis anguste linearibus acuminatis trinerviis; umbellis plurimis, axillaribus simplicissimis, terminalibus subtriradiatis, involucro 2—3-phyllo foliolis linearibus inaequalibus. in volucelli pentaphylli foliolis lineari-sabulatis cuspidatis umbellula florente longioribus; pedicellis fructu subrotundo ruguloso scabro brevioribus. ⊙. Ad margines viarum in Moslavina; in collibus apricis circa Flumen, Kraljevica et alibi in litt. cr. Vis. fl. dalm. 1184 in agris sterilibus circa Spalato, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3070. (B. Columnae Guss.; B. Pollichii Gm.) In..Il. . . . . **B. tenuissimum L.**

Foliis lanceolatis, inferioribus obtusiusculis muronatis, superioribus aristatis; jugis fructuum obsoletis. — Spithamaeum glaucum caule erecto ramoso; umbellis terminalibus 3—5-radiatis, lateralibus incompletis; involucelli foliolis lanceolatis umbellas superantibus; fructibus granulatis. ⊙. In herbidis Dalmatiae. Maly en. pl. aust. p. 223, g. 525, n. 2. (Odontites semicomposita Spr.; Od. luteola Hoffm.) Rchb. fl. g. 3069. Il.-Ag. **B. semicompositum L.**

5 Foliis simpliciter venosis, ovatis vel ovato-oblongis inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus basi profunde cordata amplexicaulibus. — Caulis 1—2-pedalis, herba glauca inflorescentia flavicante demum livescente; involucellis ellipticis breviter acuminatis umbellam æquantibus; jugis filiformibus argutis; valleculis trivittatis. ♃. In sylvaticis montium Papuk in Slavonia. (Kanitz.) In sylvaticis montanis et subalpinis Dalmatiæ.

Maly enum. pl. aust. p. 223, g. 525, n. 13. Rchb. fl. g. 3078. Il.-Ag. . . . . **B. longifolium L.**

6 Radice perenni, saepius lignescente 7
Radice tenui, omnibus annua 9

7 Foliis caulinis basi attenuatis linearibus aut lanceolatis . . . 8
Foliis caulinis e basi cordata vel ovata amplexicauli attenuato-acutis, radicalibus vero lineari-lanceolatis linearibusve acuminatis basin versus attenuatis; involucro subtriphyllo, involucelli foliolis ellipticis acuminatis umbellulam excedentibus; jugis anguste alatis valleculisque univittatis. — Radix lignescens; caulis erectus teres simplex aut ramosus; folia radicalia copiosa, caulina alterna sessilia; fructus oblongi striati. ♃. In pascuis alpium saxosis in Debelo-berdo et Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3084. (B. angulosum Spr.) In.-Ag. . . . **B. ranunculoides L.**
Observ. var. β. foliis radicalibus angustissimis vix linea dimidia latioribus, est: B. caricifolium Rchb. occurritque cum priori in rupibus alpis Visočica.

8 Foliis caulinis superioribus lanceolatis utrinque acutis, inferioribus ellipticis oblongisve in petiolum attenuatis. — Radix ramosa, demum multiceps; caulis ramosus, gracilis pedalis et ultra, teres, flexuosus; folia 5—7-nervia et inter nervos venosa; involucella lanceolata cuspidata; petala subrotunda; fructus ovatus compressus lineis elevatis utrinque distinctus, jugis anguste alatis valleculisque planis trivittatis. ♃. In collibus siccis lapidosis ad Toplikam, in satis ad Slanje et Ludbreg, in rupibus calcareis vallis Vratno ad Kalnik. Syll. fl. cr. In collibus sylvaticis circa Čerević in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3086. Il.-Ag. **B. falcatum L.**
Foliis caulinis superioribus linearibus, radicalibus lanceolato-linearibus in petiolum attenuatis, omnibus acutis 5-nerviis et inter nervos venosis. — Caulis basi suffrutescens erectus laxe paniculatus; umbellae 5—10-radiatae, involucrum 1—3 phyllum, involucelli subpentaphylli foliola lanceolata acuminata umbellaque breviora, margine hyalina trinervia; pedicelli aequales fructum oblongum subaequantes. ♃. Vis. fl. dalm. 1183 in saxosis sylvaticis montium Biokovo, Prolog et Orien. Rchb. fl. g. 3087. (B. Sibthorpianum Rchb.; B. baldense M. B. sed non WK.) Il.-Ag. . . . . **B. exaltatum Bieb.**

9 Involucelli foliolis umbellulam excedentibus; foliis nonnisi 3—5-nerviis 10

Involucelli foliolis lanceolato-linearibus acutis umbellula brevioribus; foliis lineari-lanceolatis acuminatis 7-nerviis, inferioribus basin versus attenuatis. — Caulis erectus ramosus; umbellae 3—5-radiatae; involucrum 2—3-phyllum; involucella subpentaphylla opaca obsolete trinervia; pedicelli aequales fructuque ovato-oblongo breviores. ⊙. In saxosis asperis Croatiae australis, in Farkašić-draga; in litt. cr. circa Flumen, Bukari, Kraljevica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1182 in saxosis apricis circa Zara, Trau et Ragusa. Rchb. fl. g. 3074. (B. baldense WK.; B. trifidum Ten.; B. badium Lang.) Il.-Ag. **B. junceum L.**

10 Involucellis ellipticis lanceolatisve evidenter aristatis; foliis linearibus trinerviis sessilibus; umbellis 3—5-radiatis; involucro utroque pentaphyllo; pedicellis ovario duplo brevioribus 11

Involucellis ovali-lanceolatis cuspidatis subulatisve; foliis 3—4-nerviis 12

11 Involucellis impellucidis ellipticis planis 3-nerviis, nervis pinnatis; pedicellis aequalibus. — Spithamaeum humile, caulis subfractiflexus patenti-ramosus, ex omni parte virens; folia acuminata, inferiora basin versus attenuata; foliola involucelli herbacea margine pellucido cincta, secus opaca nervis omnibus venoso-ramosis. ⊙. In collibus asperis herbidis circa Janče in Croatia australi, nec non in litt. cr. circa Flumen, Novi, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1180 in apricis saxosis sterilibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3072. (B. Odontites Sm. et. M. K.; B. veronense Turr.; B. glumaceum Spr.; Odontites luteola Spr.) Il.-Ag. . . . . **B. aristatum Bart.**

Involucellis pellucidis lineari-lanceolatis planis 3-nerviis nervo medio pinnato; pedicellis extimis duplo longioribus. — Praecedenti persimile; differt autem ab illo praesertim pedicellis florum valde inaequalibus fructuque multo longioribus; involucellis nervo intermedio tantum venoso-ramoso, nervis venisque herbaceo-marginatis caeterumque ex toto albis pellucidis. ○. In saxosis apricis ad viam Karlobaganam; circa Sv. Rok, Gospić, Medak et alibi in provincia Likana. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3073. (B. Fontanesii Guss.; B. baldense Turra.) In.-Il. . . **B. Odontites L.**

12 Foliis linearibus cuspidatis 3—5-nerviis, inferioribus basi attenuatis; caule paniculato, ramis virgatis 13

Foliis obverse lanceolatis cuspidatis nonnisi 3-nerviis, inferioribus longe petiolatis, superioribus lineari-lanceolatis; umbellis biradiatis; involucri 2—3-phylli et involucelli pentaphylli foliolis ovalibus cuspidatis margine membranaceis opacis trinerviis, nervis omnibus utrinque ramoso-venosis pedicellis aequalibus, fructu brevioribus. — Radix fusiformis simplex; caules erectiusculi vel adscendentes graciles ramosissimi, fragiles ramis ramulisque filiformibus patule paniculatis; folia laevia, suprema lineari-lanceolata; fructus oblongo-linearis rugulosus valleculis univittatis, jugis tenuissimis. ☉. Vis. fl. dalm. 1179 in sterilibus montium Velebit ad Vela-Paklenica. In.-Ag. . . . . . . **B. Kargli Vis.**

13 Pedicellis fructu ovali dimidio brevioribus; ramis virgatis basi ramulosis, ramulis brevibus erectis cauli subadpressis; umbellis lateralibus subbiradiatis. — Bi-quadripedale strictum arrecti-virgatum ramis pyramidatis; umbellae terminales subquinqueradiatæ; involucelli foliola lanceolata acuminata; valleculae fructus vitta prominula percursæ. ○. In collibus graminosis circa Semlin. (Kanitz.) In locis incultis et ad agrorum margines cum sequenti in Dalmatia. Maly enum. pl. aust. p. 223, g. 525, n. 3. β. Rchb. fl. g. 3075. (B. junceum MB.) Il.-Ag. . . **B. affine Sadl.**

Pedicellis fructum lineari-oblongum aequantibus; ramis patulis apice umbelliferis; umbellis omnibus subquinqueradiatis; involucelli foliolis lanceolato-subulatis acutis. — Caule paniculato pedali et ultra patenti-ramoso; umbellae omnes perfectae radiis inaequalibus; valleculis fructus concavis evittatis. ☉. In vineis locisque lapidosis in Zagoria circa Radoboj et Krapinam; ad sepes et frutices circa Sv. Helenam, Paukovec et Zagrabiam. In ruderatis collibusque apricis circa Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1181 inter segetes insulae Torcola prope Lesina. Rchb. fl. g. 3076. (B. tenuissimum Gaert.; Isophyllum Gerardi Hoffm.) Il.-Ag. . . . . **B. Gerardi Jacq.**

Trib. IV. **Seselineae Koch**. *Fructus sectione transversali teres vel teretiusculus; merecarpia jugis 5 filiformibus vel alatis, lateralibus marginantibus aequalibus vel paullo latioribus; albumen dorso convexum et antice planum vel subteres; raphe marginalis vel submarginalis; umbellae perfectae. Koch syn. pl. p. 321.*

Gen. 266. **Oenanthe Lam. Tèrbulja.**

Calycis margo 5-partitus persistens; petala obcordato-biloba apiculo inflexo; fructus oblongus, subturbinatus aut cylindraceus stylis erectis longis coronatus; carpelli jugis 5, interdum aliis 5 minoribus alternantibus, extimis subinde latioribus, valleculis 1-vittatis; carpophorum indistinctum; flores albi, radiales umbellae potissimum steriles, rarius subaequales fertilesque. Vis. fl. dalm. III. p. 38, g. 426; Koch syn. pl. p. 321; Rchb. fl. g p. 463, g. 602,

1 Floribus umbellularum mediis subsessilibus et fertilibus, exterioribus longius pedicellatis radiantibus et sterilibus; radice fasciculata fibris plus minusve incrassatis, passim napuliferis . . 2

Floribus umbellularum omnibus aequaliter pedicellatis omnibusque fertilibus et subaequalibus; radice fusiformi fibris simplicibus ad genicula verticillatis aucta. — Caulis ramosissimus ramis divaricatis; folia 2—3-pinnata segmentis refractis cuneato-ovatis, inciso-pinnatifidis, submersis capillaceo-multifidis; fructus ovales utrinque crasse 5-jugi jugis extimis confluentibus. ♃. rarius ♂. In fossis et rivulis planitierum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1190 in aquosis circa Narenta. Rchb. fl. g. 3002. (Phaelandrium aquaticum L.) Il.-Ag.

Oe. Phaelandrium L.

Observ. Radix saepe stolones repentes agit, quae in proximum annum perdurant, dum radix primaria cum caule quotannis perit, ut in nonnullis Menthis. — Juga fructus numero variant, hinc Phaelandrium L. ab Oenanthe tantum jugis paucioribus diversum, ab hoc genere divelli non licet.

2 Foliolis saltem foliorum caulinorum una cum petiolo fistulosis et filiformibus; caule ad nodos constricto, basi stolonifero; umbellis terminalibus subtriradiatis 3

Foliis planis et nec unquam fistulosis; nec caulibus stoloniferis . 4

3 Fibris radicis fasciculatae passim napuliferis, napulis sessilibus fusiformibus, inferne incrassatis; foliis bipinnati-partitis, segmentis inferiorum ovatis, basi cuneatis, apice inciso-pinnatisectis, superiorum supremisque simplicibus linearibus abbreviatisque; fructibus cylindraceis aut oblongo-conicis pedicello apice calloso insidentibus; carpello exteriori 5-, interiori 10-jugo. — Pedalis et ultra; caulis fistulosus erectus teres subinflatus sulcatus glaber; umbellae alternae pedunculatae, primordiales 3-, reliquae 5-radiatae; umbellulae densae; petala carnea albave. ♃. In pratis paludosis, in fossis stagnisque Croatiae. Syll. fl. cr. In

Slavonia in paludosis circa Našic, Koška, Jankovac et Semlin. (Kanitz.) Nec minus circa Gaj, Lipik et Pakrac. Rchb. fl. g. 2993. In.-Il. . . . . **Oe. fistulosa L.**

Radicis fasciculatae fibris napuliferis, napulis oblongo-fusiformibus sessilibus carnosis; foliis radicalibus tripinnatis laciniis linearibus angustissimis decussatis, caulinis simpliciter pinnatis bipinnatisve petiolo fistuloso brevioribus, pinnulis linearibus integerrimis; umbellis 3-radiatis; stolonibus elongatis foliatis, non raro radicantibus, foliis simpliciter pinnatis, pinnulis 2—3-fidis laciniis linearibus. — Praecedente humilior et gracilior; caulis laevis obiterque striatus; stolones elongati graciles; folia radicalia supra decomposita illis Mei Mutellina Gaer. simillima pinnulis sessilibus decussatisque; umbellae alternae pedunculatae, terminales 3-, laterales 5—6-radiatae; umbellulae condensatae, involucella multiphylla foliolis lineari-lanceolatis submembranaceis; dentes calycini acutiusculi subulati; petala alba; fructus ovales. ♃. In dumetis ad rivulos in Moslavina et in isto Lonjskopolje. In.-Il. . . . . . . **Oe. meifolia Schloss et Vuk.**

4 Fructu compacto, quasi drupaceo, i. e. fructibus omnibus uniuscujusque umbellulae in capitulum hemisphaericum compactum durumque, quasi drupam siccam referens, congestis conglobatisque, exasperatum foliolis calycinis persistentibus 5

Fructibus singulis distinctis, nec unqua in drupam concretis conglobatisve 6

5 Radicis napulis oblongis caudatis, basi attenuatis; foliis radicalibus bipinnatis, foliolis cuneato-subtrifidis, caulinorum foliolis elongatis simplicibus bifidisve, linearibus; umbellis nudis 3—6-radiatis. ♃. In pascuis humidis Dalmatiae. Maly en. pl. aust. p. 224, g. 526, n. 5. Rchb. fl. g. 3000. In.-Il. **Oe. globulosa L.**

Radicis napulis oblongis fasciculatis; foliis bipinnatis, foliolis cuneato-rhombeis incisis; umbellae radiis crassis rigidis complanatis sulcatis, umbellulis proliferis; fructu turbinato, profunde sulcato. — Planta magna rigida; folia Libanotis montanae; All.; fructus indehiscens. ♃. In palustribus Dalmatiae circa Trau. (Portensch.) Rcbh. fl. g. 3001. Il.-Ag. . . . . . **Oe. prolifera L.**

6 Fructuum jugis omnibus subaequalibus, nec unquam extimis in latum crassum et suberosum marginem confluentibus . . . 7

Fructibus obovatis utrinque 9-jugis, jugis extimis carpelli utriusque in marginem communem latum crassum suberosum con-

erectis. — Radix fibrosa fibris cylindricis subincrassatis; caulis subangulatus striatus medulla farctus solidusque simpliciusculus vel subramosus; folia caulina inferiora et media pinnato-partita pinnis 3-partitis, laciniis lineari-oblongis abrupte acutis, suprema pinnatipartita, laciniis vix angustioribus acutioribusque; umbellae terminales 3—5-radiatae parvae; involucri 3—5-phylli et involucelli polyphylli foliolis lanceolato-linearibus acuminatis, radiis erecto-patulis, in fructu arcuato-adscendentibus; petala vix radiantia, subrotundo obcordata, ad tertiam partem biloba, apiculo inflexo; fructus sectione transversa subquadratus, fuscus jugis albidis; calycis dentibus lanceolato-subulatis erectis; pedicellis exterioribus longiusculis sterilibus calyce profundius diviso, sequentibus brevissimis margine calloso tumido apice cinctis, intimis nullis. ♃. Vis. fl. dalm. 1189 in pratis udis ad Cascata della Kerka supra Scardona. In.-Il. . **Oe. marginata Vis.**

7 Fructibus cylindraceis basi annullo calloso cinctis; foliis 2—3-pinnatis 8

Fructibus ellipticis oblongisve basin versus attenuatis aut obovatis et sub calyce contractis, omnino ecalosis 10

8 Radicis fasciculatae napulis oblongo-fusiformibus clavatisve, aut oblongis utrinque attenuatis sessilibusque 9

Radicis fibris filiformibus demum in tuber ovale subglobosumve incrassatis. — Tota glabra; caulis ramosus erectus striatus fistulosus; folia bipinnatipartita segmentis inferiorum ovatis, basi cuneatis, apice inciso-pinnatifidis, superiorum supremisque simplicibus linearibus; petioli fistulosi basi membranacei vaginantes; involucra et involucella pleiophylla setacea; laciniae calycis lanceolatae acuminatae, petala alba apice inflexo, exteriora majora radiantia; carpellum exterius 5-jugum, interius 10-jugum; styli rigiduli elongati. ♃. In pratis udis litt. cr. circa Grobnik, Gerovo et Praputnik. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1187 in pratis locisque graminosis udis circa Zara, Trau, Spalato, Ragusa et Breno, nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 2998. (Oe. chaerophylloides Pourr.) In.-Il. . . **Oe. pimpinelloides L.**

9 Caulibus simpliciusculis solidis medulaque farctis erectis leviterque sulcatis; napulis radicis oblongo- aut elongato-clavatis. — Folia inferiora 2—3-pinnati-partita segmentis elongatis, superiorum pinnati-partitis segmentis linearibus, omnibus subconformibus breviusculis obtusisque; involucra subnulla, involucella fructu

cylindrico, utrinqud multijugo breviora. ♃. In pratis fertilibus ad Dombram, in dumetis et ad ripas rivulorum in Moslavina, circa Topolovec, Prelošica et Svinička in campo Posavano. Syll. fl. cr. In iisdem locis circa Čerević et alibi in comitatu Syrmiensi. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1188 in pratis udis locisque aquosis circa Zara, Sebenico, Morinje Trau, Spalato, Salona et Breno. Rchb. fl. g. 2994. (Oe. peucedanifolia Sm. Oe. virgata Koch; Oe. tenuifolia Froel.; Oe. prolifera Host.) Mj.-In.

Oe. silaifolia M. B.

Caulibus ramosis fistulosis striatis sulcatisve; napulis radicis fasciculatae sessilibus oblongis utrinque attenuatis. — Folia conformia, pinnatisecta, radicalia bipinnata foliolis pinnatifidis, segmentis inferioribus bifidis, laciniis lineari-lanceolatis, caulina summa pinnata laciniis linearibus elongatis; umbella 5—8-radiata fructifera contracta; involucro nullo, involucelli foliolis lanceolato-acuminatis umbellula brevioribus; floribus exterioribus sterilibus longe pedunculatis petalis radiantibus apice fissis, basi in unguem protractis; fructus cylindrici pedicello incrassato quadruplo breviore suffulti et annullo calloso ad basin cincti, apice calyce 5-dentato coronati. ♃. In fossis viarum pratisque humidis ad Zagrabiam, Jaskam, Karolostadium, praesertim in fossis secus viam ferream Zagrabia Karlostadium, nec minus ad illam Siscium ducentem fraquentissima. Mj.-Il. . **O. media Griesb.**

Observ. Oe. media Gr. est inter Oe. siliafoliam M. B., cujus fructum radicemque possidet, et inter Oe. peucedanifoliam Poll., quam habitu suo, ramositate, caulis, foliorum petalorumque forma refert, quasi media, unde et illius nomen petitum.

10 Caule ramoso, solido, glabro leviterque striato; napulis radicalibus sessilibus ovalibus oblongisve; fructibus oblongis basin versus attenuatis sub calyce contractis. -- Caulis erectus aut e basi decumbente adscendens; folia radicalia bipinnata, caulina superiora pinnata, omnium laciniae lineares, sed radicalium breviores; petala radiantia alba, in unguem elongatum attenuata obcordata ad tertiam partem fissa, lacinula inflexa. ♃. In pratis fertilibus montanis et ad margines vinearum in Moslavina frequens, nec rarius circa Crisium, St. Helenam et Paukovec. Syll. fl. cr. In graminosis et ad margines vinearum ad Požegam (1865). Rchb.

fl. g. 2997. (Oe. filipenduloides Thuil.; Oe. Pollichii Gmel.; Oe. patens Mnch.; Oe. aquatica Lob.) In.-Il. **Oe. peucedanifolia Poll.**

Caule simpliciusculo erecto fistuloso, profunde sulcato vel plane canaliculato; napulis radicalibus ovalibus sessilibus deorsumque attenuatis; fructibus ovatis pedicello suo multo crassioribus apice obsolete 5-dentatis. — Caulis strictus 1—3-pedalis glaber; folia radicalia bipinnata foliolis pinnatifidis segmentis inferioribus bifidis; folia caulina summa pinnata laciniis omnium conformibus lineari-lanceolatis; umbellae 10—12-radiatae fructiferae patentes; involucrum oligophyllum; involucella polyphylla foliolis inaequalibus umbellulis brevioribus; flores exteriores steriles longe pedunculati petalis radiantibus apice fissis in unguem protractis. ♃. In pratis, dumetis et sylvis planitierum locis humidiusculis hieme inundatis; copiossima in sylva Maximir prope Zagrabia, nec minus in illis ad Reznik, Kraljevec Nart et alibi in campo Posavano. (Oe. silaifolia Heuffl, sed non M. B.) Mj.-In. **Oe. bannatica Heuffl.**

Observ. Proxima et simillima Oe. silaifoliae MB., quam habitu refert et a qua nonnisi fructu ovato omnino ecaloso, napulis radicalibus sessilibus ovalibus deorsumque attenuatis et caule profundius sulcato, in sicco subcanaliculato differt.

Gen. 276. **Aethusa L. Peršunjak.**

Calycis margo obsoletus; petala obovata emarginata cum lacinula inflexa; fructus ovato-globosus; merecarpia (carpella) jugis 5 elevatis crassis acuteque carinatis, lateralibus marginantibus et paullo latioribus carinaque subulata cinctis; valleculae univittatae; albumen semiglobosum; carpophorum bipartitum. (Umbella planiuscula, hinc radiis valde inaequalibus; involucrum subnullum, involl ucella extrorsa pendula; folia tripinnato-composita foliolis rhombeis insico-lacimatis; flores albi.) — Koch syn. pl. p. 323; Rchb. fl. g. p. 464, g. 603.

Foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis; involucelli foliolis ternis umbella longioribus; pedicellis fructiferis exterioribus fructu duplo longioribus; vittis comissurae basi subdistantibus. — Radix fusiformis; caulis teres ramosus; folia glabra saturate viridia bipinnata foliolis decurrentibus pinnatifidis; petala alba. ○. In cultis et ruderatis in Croatia et Slavonia; frequentissima in oleraceis et inter segetes. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3003. In.-Sept. **A. Cynapium L.**

Observ. var. β. caule depresso, pygmaeo, in ramos soluto; foliis inferioribus tripartito-palmatis laciniisque obovatis trifidis, superioribus subconformibus, est: Ae. segetalis Boennig. occurritque in agris submontanis, praesertim post messem.

Gen. 268. **Foeniculum Adans. Komorač.**

Calycis margo incrassatus edentatus; petala integra subrotunda, apiculo subquadrato retuso involuto; fructus ovatus aut oblongus stylis reflexis coronatus; carpelli jugis quinis obtusis extimis latioribus marginantibus, valleculis univittatis; columella bipartita libera. — Umbellulae flores omnes conformes aequaliter pedicellati, lutei. Vis. fl. dalm. III. p. 39, g. 427; Koch syn. pl. p. 323; Rchb. fl. g. p. 465, g. 604.

Foliis decompositis laciniis omnium capillaribus flaccidis. — Caulis 2—3-pedalis et ultra, basi teres; foliorum vaginae longae herbaceae, superne sub petiolo breviter exserto auriculatae; fructu oblongo stylis brevissimis coronato ovali, nec ad comissuras contracto. ♂. In hortis cultum et hinc inde in ruderatis et ad sepes quasi spontaneum, praesertim in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1191 in apricis saxosis rupestribus et ad agrorum margines totius Dalmatiae praesertim littoralis. Rchb. fl. g. 3004. (Aeth. Foeniculum L.; Foen. vulgare Gaert.; F. majus Riv., Meum Foeniculum Spr.) In.-Il. . . . . . **F. officinale All.**

Foliis inferioribus 2—3-pinnatipartitis, supremis pinnatipartitis segmentis omnium filiformibus, supra canaliculatis; petiolis vaginantibus margine membranaceis, supremo interdum aphyllo; umbellae terminales multiradiatae, flores flavi. — Radix fusiformis ramosa; caulis solidus striatus ramosus ramis adscendentibus; fructus oblongus ad comissuram contractus; stylis stylopodio longioribus. ⊙. Vis. fl. dalm. 1192 in arvis cultisque Dalmatiae praesertim circa Trau et Lesina. (Ridolfia segetum Moris.; Aneth. segetum Urv.; Meum segetum Guss.) Mj.-Ag.

F. segetum Presl.

Gen. 269. **Seseli L. Šašastika.**

Calycis margo 5-dentatus dentibus crassiusculis brevibus; petala obovata aut obcordata apiculo inflexo; fructus ovatus oblongusve subteres stylis reflexis coronatus; carpelli jugis filiformibus vel crassis, lateralibus marginantibus; co-

lumella bipartita libera. — Umbellae involucro subnullo et umbellulae polyphyllo fultae. Vis. fl. dalm. III. p. 40, g. 429; Koch syn. pl. p. 323; Rchb. fl. g. p. 466, g. 606,

1 Involucellis ad apicem fere in cupulam pelviformem connatis . 2
Involucelis omnino liberis discretisque aut ima basi cohaerentibus 4
2 Caule herbaceo stricto simpliciusculo, rarius superne subramoso, nec unquam basi lignescente 3
Caule sufruticoso elato ramoso; foliis 2—3-ternatipartitis laciniis filiformibus mucronulatis canaliculatis divaricatis, supremis 1-2-ternatipartitis; umbellis multiradiatis globosis; involucro oligophyllo; pedunculis sulcatis involucellisque cupula acuminato-dentata fructibusque in vallecula univittatis tomentosis. — Planta 3—6-pedalis radice lignosa ramosa crassa flavescente; caulis basi lignosus, caeterum herbaceus ramosus striatus, rore glauco obductus; folia radicalia viridiora petiolata, caulina glaucescentia sessilia sensimque minus divisa; rami floriferi basi vagina petiolari amplexi, divergentes alterni tomentosi sulcati; umbellæ pedunculis tomentosis striato-sulcatis suffultae radiis 20—30 in globum congestis; involucella tomentosa pelviformia decemfida lobis acuminatis; petala obovata inflexo-obcordata, alba, exteriora caeteris duplo longiora latioraque; fructus anguste oblongus pube ramosa conspersus. ♄. Vis. fl. dalm. 1194 in urbe Cattaro ad tecta et muros domorum, extra urbem ad rupes; circa Bergatto et Ombla prope Ragusa, nec non in montibus Ragusinam ditionem ab Hercegovina dirimentibus. Sept.-Oct. **S. globiferum Vis.**
3 Caule omnino laevi; foliolis subtrifidis laciniis lineari-lanceolatis serrulatis acutis. — Pedale gracile vix ramosum; folia crassiuscula glauca tripinnata et circumscriptione oblongo-ovata; umbellae 9—12-radiatae radiis angulatis inferne fructibusque junioribus puberulis; involucellis connato-pelviformibus dentatis. ♃. In locis asperis saxosis rupiumque fissuris montium Ivanšćica ad Belec-grad, in illis Zagrabiensibus ad Markuševec, nec non ad Samobor. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3008. (S. articulatum Crtz.; Sium Hippomarathrum Roth.: Hippomarathrum pelviforme Fl. W.; Hipp. vulgare Rochl.) Il.-A- . **S. Hippomarathrum L.**
Caule striato erecto apice ramoso; foliis bi-triternatipartitis laciniis subulato-filiformibus acuminatis canaliculatis, summis tripartitis simplicibusve; umbellis pauciradiatis contractis, involucro nullo, pedunculis, cupula involucelli denticulata fructibus-

que multivittatis tomentosis. — Bipedale, habitus strictus junceus durus, foliorum laciniae 4—6-pollicares scopariae, vaginis summis solitariis brevibus; flores rubelli; fructus ovalis subcompressus stellato-tomentosus. ♃. Vis. fl. dalm. 1193 in apricis saxosis rupestribusque circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Clissa, Almissa et Ragusa, nec non ad pedem montium Velebit et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3009. (Ses. Hippomarathrum Alsch, nec L.) Sept.-Oct. . . . . **S. tomentosum Vis.**

4 Floribus albis aut extus rubellis 5

Floribus flavis; caule ramisque tenuissimis; foliis ternatis, foliolis tripartitis, laciniis triquetro-setaceis longissimis; involucro brevissimo submonophyllo; involucellis setaceis. — Pedale bipedale diffusum; radix ramosa; folia radicalia et caulina inferiora triternata, superiora succesive minora, summa simplicia; umbellæ 6—10-radiatae radiis elongatis tenuibus; calycis dentes acuti; petala flava apiceque inflexa; fructus ovatus, costatus. ♃. In rupestribus apricis litt. cr. circa Segniam. Syll. fl. cr. In saxosis et rupium fissuris Dalmatiae, praesertim littoralis. Maly enum. pl. aust. p. 225, g. 530, n. 6 et Host fl. aust. I. p. 392. Rchb. fl. g. 3010. Il.-Ag. . . . . **S. gracile WK.**

5 Umbellis umbellulisque semiglobosis; involucellis lanceolatis acuminatis, margine lato membranaceis 6

Umbellis fastigiatis 7

6 Caule ramisque tortuosis divaricatis; foliis radicalibus et caulinis inferioribus ternato-tripinnatis circumscriptione triangularibus; umbellis 6—10-radiatis, radiis argute angulatis interne puberulis; involucro 1—3-phyllo, involucellis sub anthesi umbellulam aequantibus. — Rigidum, glaucum caule tortuoso-ramoso prostrato; petioli inferne basin versus dilatati margine membranacei foliisque ternatis, caulinorum vaginis amplexicaulibus apice foliis biternatis stipatis, summis minimis simpliciterque ternatis; umbellae laterales oppositifoliae; involucri et involucellorum foliola lineari-lanceolata; petala alba; fructus ovali-oblongi valleculis univittatis, jugis crassis scabro-hirtis. ♃. In apricis rupestribus litt. cr. circa Flumen, Praputnik, Bukari, Kraljevica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1189 in arenosis sterilibus circa Torrette, Dernis et Spalato. Rchb. fl. g. 3017. (S. polyphyllum Ten. Il.-Ag. . . . . **S. tortuosum L.**

Caule stricto simpliciterque ramoso; foliis radicalibus caulinisque inferioribus tripinnatis circuitu oblongo-ovatis, laciniis linearibus; umbella primaria 20—30-radiata radiis angulatis subaequalibus inferne fructibusque junioribus puberulis; involucro plane nullo, involucellis umbellulam superantibus. — Radix fusiformis tenuis bi- aut perennis; caulis erectus teres striatus subvillosus plerumque purpura suffusus, coloratus; petioli caulinorum membranacei vaginantes foliis multiplicato-pinnatis stipati, pinnulis lanceolato-linearibus acutis dorso villosiusculis; petala alba vel purpurea; fructus ovati. ♂ vel ♃. In collibus herbidis montibusque sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae praesertim montanae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3018. (S. annuum L.; S. bienne Crtz.; S. tortuosum Poll.; Sium annuum Roth.; Selin. dimidiatum DC.; Carum simplex W.) II.-Ag. **S. coloratum Ehrh.**

7 Radiis umbellarum subteretibus interne puberulis glabrisve . . 8

Radiis umbellarum argute angulatis interne fructibusque ipsis dense puberulis; foliolis filiformibus setaceisve 10

8 Umbellis 10—20-radiatis; involucellis sub anthesi vix dimidium pedicellorum attingentibus 9

Umbellis nonnisi 3—6-radiatis; involucellis subulatis angustissime membranaceo-marginatis pedicellos sub anthesi aequantibus; fructibus junioribus ruguloso-puberulis, adultis glabris; valleculis tristriatis trivittatisque. — Radix multiceps ramosa; caulis gracilis 2—5-pedalis geniculatus, callosus dichotomus, rarius jam a basi ramoso-divaricatus; folia glauca, radicalia triternato-composita decompositaque, circuitu triangularia, vaginis summis elongatis arcte ramum involventibus; foliolis anguste subtrigono-linearibus petiolisque teretibus; fructus glabri interstitiis rugulosis. ♃. In saxosis montium Kalnik frequentissimum, nec non in litt. cr. circa Flumen et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1197 in rupestribus montium Velebit. Rchb. fl. g. 3015. (S. Gouani Koch; S. glaucum Jacq.; S. osseum Crntz.; S. peucedanifolium Merat.; S. Lobelianum Horn.) II.-Ag. . . . . **S. elatum L.**

9 Petiolis teretibus, rarius a latere compressis; umbellis 10—15-radiatis; fructibus junioribus rugulosis breviter turbinato-ovatis, maturis glabris leviterve puberulis, valleculis unistriatis, univittatis. — Caulis erectus 1—2-pedalis ramosus, geniculatus, teres medullaque alba farctus; folia radicalia ternato-tripinnata circuitu triangularia foliolis lanceolato-linearibus vel simpliciter li-

nearibus, caulina superiora pinnata, his proxima ternata, summa simplicia omniaque cum caulibus glauca; involucelli foliola setacea, parva. ♃. In collibus herbidis montibusque sylvaticis circa Podsused prope Zagrabia, Samobor et in monte Klek. Syll. fl. cr. nec non in comitatu Syrmiensi, ubi haud rarum. (Kan.) Rchb. fl. g. 3013. . . . . **S. glaucum L.**

Petiolis supra canaliculatis; umbellis 15—20-radiatis, radiis ovarioque oblongo glabris; fructibus maturis lineari-oblongis, valleculis unistriatis univittatis. — Radix perennis fusiformis apice ramosa; caulis 1—2-pedalis et ultra erectus nitidus compresso-teres; folia radicalia tripinnatipartita laciniis supra planis aut vix canaliculatis subtus neřvo costatis, margine glabris vel serrulato-ciliatis; caulina bipinnata et pinnatipartita petiolis vaginantibus arcteque amplexicaulibus, vaginis latis margine membranaceis, extus nervosis, supremis vagina sola aphylla constantibus omnibusque glaucescentibus. ♃. In saxosis collibusque herbidis provinciae Likanae, haud rarum circa Medak, Sv. Rok et in Vrebačka-staza. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1195 in herbidis rupestribus montis Promina, nec non in monte Jelenagora ditionis Ragusinae. Rchb. fl. g. 3014. (S. elatum Wahlb.; S. glaucum MB.; S. tauricum LK.; S. decipiens Ledeb.; S. promonense Vis.) Il.-Ag. . . . . **S. varium Trev.**

10 Foliolis involucelli basi connatis; caule erecto flexuoso; foliolis setaceis; umbellis germinibusque dense tomentosis. — Radix ramosa; folia radicalia supradecomposita, caulina superiora bipinnata aut simpliciter pinnata, summa simplicia, vaginam membranaceam terminantia; umbellae primo nutantes, dein erectae; foliola involucelli lanceolata, in cuspidem attenuata margine membranacea, dorso setulis tecta; petala alba apice inflexa; fructus ovatus sulcatus, primum albidus tomentosus, dein albo-fuscescens calvescens scabriusculus. ♂. In collibus herbidis montium Ivanščica ad Belecgrad et circa Lobor, nec non in litt. cr. circa Grobnik, Praputnik et Pribir. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3011. Ag.-Sept. . . . . **S. leucospermum WK.**

Foliolis involucelli exacte liberis; caule stricto simpliciterque ramoso; foliolis filiformi-linearibus planiusculis; radiis umbellae fructibusque nonnisi junioribus puberulis, nec unquam cano-tomentosis. — Radix fusiformis ramosa; caulis herbaceus subramosus; folia radicalia caulinaque inferiora ambitu oblongo-ovata,

bipinnatipartita nitida laciniis cuspidatis subtus convexis, summa pinnatipartita simpliciaque; umbellae planae nudae 5—6-radiatae radiis valde inaequalibus; involucella lineari-acuminata margine membranacea ciliata pedicellosque aequantia; fructus ovales in vallecula angusta univittati jugis crassis, demum glabri. ♃. In montosis apricis et rupestribus litt. cr. circa Karlobago et Sv. Juraj. Syll. fi. cr. — Vis. fl. dalm. 1196 in pascuis siccis locisque saxosis collium montiumque circa Zara, Sebenico, Dernis, Spalato, Salona et Clissa, nec non in montibus Promina et Dinara, non minus in vineis circa Ragusa. Rchb. fl. g. 3021. (S. glaucum Vis.; S. multicaule Jacq.) Il.-Ag. . **S. montanum L.**

Gen. 270. **Libanotis Crntz. Zdravinjak.**

Calycis margo 5-dentatus dentibus subulatis a basi circumcisa deciduis; petala obcordata inflexo acuminata; fructus ovali-oblongus subteres stylis reflexis coronatus; carpelli jugis crassis, extimis marginalibus, valleculis bivittatis, comissura quadrivittata; columella bipartita libera. — Umbellae hemisphaericae involucro et involucellis polyphyllis. Rchb. fl g. p. 468, g. 607; Vis. fl. dalm. III. p. 43, g. 430; Koch syn. pl. p. 325.

Foliis bi-tripinnatis, foliolis pinnatifido-incisis laciniis lanceolatis mucronatis, paribus foliorum infimis ad costam mediam decussatis; fructibus hirtis. — Radix subfusiformis ramosa; caulis firmus strictus 3—4-pedalis robustus et una cum ramis angulato-sulcatus, villosus; folia ampla; umbella magna densa convexa; involucra angustissime linearia pubescentia; fructus hirti. ♃. Inter frutices in collibus apricis, in sylvis montanis in alpes adscendens, veluti circa Podsused et alibi in Croatia. Syll. fl. cr. In arvis lapidosis apricis circa Zvečevo, Vučin et Retfalu; in sylvis montanis circa Čerević et Semlin in Slavonia. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1199 in sylvaticis montium Velebit. Rchb. fl. g. 3019. (L. Riviniana et L. daucoides Scop.; L. vulgaris DC.; Atham. Libanotis L.; Seseli Libanotis Koch; L. athamantica Fl. W.) Il.-Ag. . . . . **L. montana L.**

Foliis bipinnatis pinnatisve, foliolis laciniatis incisisve laciniis difformibus acutis; umbellis 20—30-radiatis planis, radiis aequilongis dense puberulis; fructibus hirtis, — Radix fusiformis, simplex; caulis vix sesquipedalis ramosissimus profunde angulato-sulcatus pubescens; foliola sessilia, nitida saepiusque falcata, infima ad costam decussata; involucrum et involucella an-

gustissima subulata canaliculata; umbellae densissimae primo hemisphaericae, dein planae; petala conformia sordide alba subovata acuminata apice inflexo dorsoque hirtella. ♃. In rupestribus sylvaticis ad pedem alpis Debelo-berdo secus ad viam publicam versus Hallan et Podprag ducentem in provincia Likana. (L. nitida Vis. fl. dalm. II. t. 28; L. mont. var. pubescens DC.; Seseli Libanotis β pubescens D.; Atham. pubescens Retz. Neilr. Nachtr. zur Maly's enum. pl. p. 197.) Il.-Ag.

L. pubescens Schloss. et Vukot.

Observ. Lib. nitida Vis. fl. dalm. absque diagnosi. Maly enum. pl. aust. p. 411 in Dalmatia. — Nobis incognita, ulterius observanda.

Gen. 271. **Cnidium Cuss. Ośak.**

Calycis margo obsoletus; petala obovata apice inflexo biloba; fructus oblongus subteres stylis reflexis coronatus, carpelli jugis quinis aequaliter anguste alatis, extimis marginantibus, valleculis univittatis, columella bipartita libera. — Umbella hemisphaerica, involucris involucellisque polyphyllis. — Vis. fl. dalm. III. p. 45, g. 433; Koch syn. pl. p. 326; Rchb. fl. g. p. 468, g. 608.

Foliis bipinnatis, foliolis pinnatipartitis, laciniis lineari-lanceolatis apiculatis, foliolis involucelli setaceis setuloso-scabris umbellam aequantibus vel plane superantibus. — Caulis sesquipedalis gracilis, erectus, ramosus, sulcatus, glaber; folia glabra vaginis laxis; petioli margine membranacei; involucelli foliola patentia, exteriora umbellam aequantia; petala ovato-lanceolata aequalia aut obcordata. ☉. In pratis dumetosis et in fruticetis circa Zagrabiam et Samobor. Jos. Host et Klinggræff. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3022 (Selin. Monieri L.; Ligust minus Lam.; Cicuta sinensis Zucg.) Il.-Ag. . . . . **C. Monieri Cuss.**

Foliis tripinnatis, foliolis pinnatipartitis laciniis lanceolato-linearibus mucronatis; foliolis involucelli setaceis glabris pedicellos aequantibus. — Tri quadripedale; caulis solidus striatus ramosus; petioli membranacei amplexicaules; pedunculi oppositifolii erecti striati; petala subaequalia alba vel flavescentia; fructus elliptici utrinque alis 5-membranaceis muniti. ♃. In rupestribus apricis litt. cr. circa Flumen, Cirkvenica, Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1203 in saxosis alpestribus montium Velebit, Dinara, Svilaja, Biokovo et Pastrovicchio, nec non circa Verlika, Almissa, Macarsca et in insula Cherso. Rchb. fl. g.

3024. (Ligust. apioides Lam.; Lig. cicutaefolium Vill.; Laserp. silaifolium Jacq.; Selin. Seguieri Pitter. Imperrat. Seguieri Alsch.) Il.-Ag. . . . . **C. apioides Spr.**

Gen. 272. **Athamanta Koch. Nevesika.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obcordata inflexo acuminata; fructus oblongus sub apice attenuatus dense villosus, carpelli costae 5 obtusae valleculis 1—3-vittatis, comissura quadrivittata.— Umbella hemisphaerica; involucrum oligo-, involucella polyphylla; flores albi. Rchb fl. g. p. 470, g. 610; Koch syn. pl. p. 327.

1 Floribus albis; radice ramosa aut multicipite; involucelli foliolis oblongo-lanceolatis cuspidatis membranaceis, stria dorsali herbacea; fructibus in collum attenuatis 2

Floribus flavis ochroleucisve; radice longa fusiformi simpliciuscula 3

2 Foliis tripinnatis laciniis linearibus acuminatis, bi-trifidis subtus hirsutis; umbella 6—9-radiata; fructibus hirtis, pilis patentissimis. — Radix multiceps; caulis erectus teres striatus subramosus, lanuginoso-canescens; folia radicalia ex vaginis latis caulis basin ocultantibus prodeuntia multiplicato-pinnata pinnis linearibus brevibus acutis, caulina minus divisa; petala dorso hirsuta apice inflexa. — Interdum tota planta plus minusve hirsuta praesertim in subalpinis. ♃. In locis petrosis montanis, praesertim in illis ad Petrinjam, nec non in subalpinis tractus montium Velebit, veluti sub alpe Visočica et Samar. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1200 in saxosis subalpinis montium Velebit, Mossor et Orien. Rchb. fl. g. 3026. (Lib. cretensis Scop.; Lib. hirsuta Lam.) Il.-Ag. . . . . **A. cretensis L.**

Foliis pinnato-supradecompositis laciniis filiformibus divaricatis, utrinque glabris; umbella 15--25-radiata; fructibus velutinis, pilis brevibus erecto-patulis. — Radix ramosa; caulis erectus ramosus teres striatusque; involucrum polyphyllum foliolis margine membranaceis caducis; fructus striatus. — A praecedente differt radice superne non divisa caulibusque ex eodem capite pluribus prodeuntibus superne rigide patenti-ramosis. ♂. In locis petrosis rupiumque fissuris montium Velebit circa Mali-Halan et Podprag. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3027 et 3028. (A. rupestris Rchb.; Lib. rupestris Scop.) **A. Mathioli Wulf.**

3 Foliis tripinnati-partitis laciniis linearibus brevibus acuminatis bitrifidis erectis hispidulis; vaginis involucrisque membranaceis

lanuginosis; petalis flavis, longe unguiculatis extus hirtis; fructu hirto flavescente. — Radix fusiformis simpliciuscula; folia radicalia viridia brevia breviterque petiolata laciniis sparse et breviter hirtis; caulis strictus, a basi ramosissimus canescens ramis superne verticillatis; umbellae 10—12-radiatae; foliolis involucri et involucelli quinis senisve membranaceis flavidis hyalinis lanuginosisque costa viridibus, radiis pube patula hirtellis; fructus oblongus setis flavidis patentibus hirtus pedicello suo sesquilongior; pars superior plantae flavescens. ☉. Vis. fl. dalm. 1201 in apricis saxosis montis Prolog. Il.-Ag. . . **A aurea Vis.**

Foliis inferioribus triternato-partitis, extimis bipinnato-partitis laciniis bi-trifidis, segmentis anguste-linearibus acuminato-mucronatis, crassiusculis rigidis, glabris, supremis tripartitis puberulis; involucri foliolis plurimis lineari-lanceolatis acuminatis margine membranaceis; petalis dorso hirsutis flavescentibus. — Radix cylindrica perennis; caulis depressus caespitosus pubescens striato-sulcatus subverticillato-ramosissimus ramis confertis erecto-patulis; umbellae axillares oppositae, terminali majore, omnes hemisphaericae et omni ex parte pubescentes floribus centralibus sterilibus, 30—50 radiatae radiis sulcato-angulatis; umbellulae hirsutae floribus ochroleucis, 20 et ultra, pedicellatis densisque; fructus oblongo-ovatus, subteres, collo coarctatus stylis longe reflexis coronatus; carpelli 9-jugati jugis primariis quinis crassis obtusis, extimis marginantibus, quatuor secundariis filiformibus omnibus stellato-pilosis. ♃. In rupestribus apricis circa Mali-Halan et Podprag, nec non in subalpinis Debelo-berdo et Visočica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1202 ad moenia arcis Clissa, in rupestribus circa Almissa, Duare, Vrullia, Prossik et montis Biokovo; prope Ragusa versus Valle di Breno et circa Cattaro. Rchb. fl. g. 3029. (A. verticillata Portsch.; A. flavescens et Portenschlagia ramosissima Vis.) Il.-Ag. **A. ramosissima Portensch.**

Gen. 273. **Ligusticum L. Koprenjak.**

Calycis margo obsoletus; petala obovata emarginata cum lacinula inflexa, brevissime unguiculata; fructus ovato-oblongus e dorso convexo-compressus, stylis reflexis coronatus, carpelli jugis quinis aequaliter subulatis, extimis marginantibus; valleculis tri-pluririttatis; carpophorum (columella) bipartitum libe-

rum; albumen semiteres — Umbella fastigiata; flores albi. Vis. fl. dalm. III. p. 46, g. 434; Koch syn. pl. p. 328; Rchb. fl. g. p. 470, g. 611.

Caule ramoso fistuloso striato, superne sulcato ramis supremis verticillatis; foliis supradecompositis, laciniis linearibus cuspidatis; longis distantibus; involucro oligophyllo nullove. — Bi-quadripedale et ultra, glabrum, rami strictim erecto-patuli oppositi aut subverticillati; umbella magna multi-radiata radiis inaequalibus, umbellulae laxiflorae. ♃. In montanis et subalpinis circa Delnice et Čubar, nec non in alpinis et subalpinis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus circa Stražeman et Captol in comitatu Požegano. Vis. fl. dalm. 1204 in petrosis apricis montis Orien. Rchb. fl. g. 3030. (Selin. Seguieri L. fi.; Imperat. Seguieri Spr.; Melanoselinum Seguieri Sweet.) Il.-Ag. . . . . **L. Seguieri Koch.**

Gen. 274. **Silaus Bess. Koromač ili Koromica.**

Calycis margo obsoletus; petala obovato-oblonga in lacinulam inflexam coarctata, integra vel emarginata, basi appendiculata vel truncato-sessilia; fructus ovatus; mericarpia (carpella) jugis argutis subulatis, valleculae concavae trivittatae comissura 4—6-vittata. — Umbella fastigiata, involucrum oligo-, involucella polyphylla; flores virentes aut pallide luteoli. — Koch syn. pl. p. 328; Rchb. fl. g. p. 471, g. 612.

Caule superne angulato-sulcato; foliis supradecompositis, radicalibus tri- v. quadripinnatis segmentis lateralibus integris aut bipartitis, terminalibus tripartitis, laciniis linearibus mucronatis; involucro 1—2-phyllo. — Bi-tripedale ramis elongatis gracilibus foliisque laete viridibus. ♃. In pratis fertilibus circa Toplikam, Slanja et alibi in campo Podravano. Syll. fl. cr. In Slavonia in fossis (aquiductu) ad Brodjance. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3032. (Peuced. Sijaus L.; Peuc. pratense Lam.; Cnid. Silaus Spr.; Seseli selinoides Jacq.; Sium. Silaus Roth.) In.-Ag. **S. pratensis Bess.**

Gen. 275. **Crithmum Tourn. Motrika.**

Calycis margo obsoletus; petala subrotunda integra involuta, lacinula obovata; frutus ovalis sectione transversali subteres; mericarpia jugis 5-elevatis argutis subulatis pericarpio spongioso obtectis, extimis latioribus marginantibus, valleculis trivittatis; semen liberum vittis copiosis omnino tectum; columella libera,

bipartita. — Umbellae fastigiatae; involucro et involucellis polyphyllis; flores albido-viriduli. Vis. fl. dalm. III. p. 46, g. 329; Rchb. fl. g. p. 472, g. 615.

Pedale et ultra, basi saepe lignosum, caule striato crasso; foliis carnosis; inferioribus 2—3-pinnatipartitis segmentis lanceolatis elongatis acutis, terminalibus ternato-partitis, foliis supremis sæpius vagina sola constantibus. — Vittae extus ob pericarpium crassum, quo obducuntur, incospicuae. ♃. In petrosis maritimis circa Flumen, Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1205 in rupestribus et saxosis maritimis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3037. (Cachrys maritima Spr.) Il.-Oct. **Cr. maritimum L.**

Trib. V. **Angeliceae Koch.** *Fructus a dorso compressus margine dilatato alato, ob alas mericarpiorum hiantes duplicato cinctus, et ideo margine bialatus; mericarpia (carpella) jugis 5 alatis vel dorsalibus 3 filiformibus, lateralibus semper in alam dorsalibus subduplo latiorem exspansis. Albumen antice planiusculum; umbellae perfectae.*

Gen. 276. **Levisticum Koch. Ljubčac.**

Calycis margo obsoletus; petala incurvata subrotunda integra cum lacinula brevi; fructus a dorso compressus, subdeplanus mericarpiis versus marginem hiantibus utrinque bialatus; mericarpia jugis 5 alatis, ala jugorum lateralium duplo latiore; vallecullae univittatae; carpophorum (columella) bipartitum; albumen antice planiusculum. — Umbellae fastigiatae; involucra et involucella polyphylla; flores flavo-virentes. Koch syn. pl. pag. 330; Rchb. fl. g. pag. 463, g. 601.

Planta laevis nitens saepius hominem alta et ultra; folia ternipinnato-decemposita, foliola cuneato-rhombea inciso-serrata, superiorum longiora tri-bifida aut integerrima, involucra lanceolata membranaceo-marginata. ♃. In hortis frequentissime cultum et hinc inde ad sepes quasi spontaneum. Rchb. fl. g. 2992. (Ligust. Levisticum L.; Ang. Levisticum All.; Ang. paludapifolia Lam.; Levist. vulgare C. Bauh.) In.-Ag. . . **L. officinale Koch.**

Gen. 277. **Selinum L. Selenka.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordata inflexo acuminata; fructus a dorso compressus subdeplanus mericarpiis carina angusta convexis (raphe centrali); carpella jugis 5 membranaceo-alatis, ala jugorum lateralium duplo latiore; valleculae univittatae, exteriores saepe bivittatae; carpophorum bipartitum; al-

bumen antice planiusculum. — Umbellae fastigiatae; involucra oligo-, involucella polyphylla; flores albi. Koch. syn. pl. p. 330; Rchb. fl. g. p. 461, g. 598.

Caule sulcato-angulato; foliis subtripinnatis pinnulis ovato-lanceolatis pinnatifido-incisis, lacinulis lanceolato-linearibus apice calloso-mucronulatis; involucro setaceo deflexo, 2—5-phyllo. — Bipedale et ultra; flores primum virginei-rubelli, dein sub ipsa anthesi albi. ♃. In pratis sylvisque planitierum et montium totius Croatiae et Slavoniae vulgare. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2982. (S. membranaceum Vill.; S. angulatum Lam.; S. Pseudocarvifolia All.; Agel. Carvifolia Spr.; Laserp. selinoides Scop.; Mylinum Carvifolia Gaud.) Il.-Ag. . . . . **S. Carvifolia L.**

Gen. 278. **Angelica L. Kravojac.**

Calycis margo obsoletus; petala lanceolata acuminata integra; carpelli jugis mediis prominentibus filiformibus, extimis in alam membranaceam expansis, valleculis univittatis; comissura (columella) bipartita libera. — Umbella convexa; involucrum nullum aut oligophyllum, involucella polyphylla; flores albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 47, g. 436; Rchb. fl. g. pag. 462, g. 599; Koch syn. pl. pag. 331.

Foliis tripinnatis foliolis ovatis lanceolatisve argute serratis non deccurrentibus terminali integro bifidoque, lateralibus subsessilibus basi inaequalibus quandoque bifidis. — Bi-tripedalis et ultra; folia amplissima flores virginei-rubelli demum albi; involucella radiolos aequantia; foliola aequaliter serrata, saepius duplicato-inciso-serrata et grosse rotundato-crenata. ♃. Ad sepes. in pratis locisque humidis sylvarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1206 secus aquas fluminis Kerka ad Slap. Rchb. fl. g. 2988. (Ang. palustris Riv.; Selin. sylvestre Crntz.; S. pubescens Mnch.; Imperat. Angelica Fl. W.) Il.-Ag.

A. sylvestris L.

Observ. var. β. foliolis summis basi plus minusve decurrentibus; involucris 3—4-phyllis minus caducis, est: An. montana Schleich. occurritque cum genuina in pratis fertilibus montium altiorum tractus Velebit.

Gen. 279. **Archangelica Hoffm. Andjelika.**

Calycis margo 5-dentatus; petala elliptica integra, acuminata acumine incurvato; fructus a dorso subcomprnssus mericarpiis margine hiantibus, utrinque bialatus; mericarpia jugis crassiusculis carinatis, tribus dorsalibus elevatis, 2

lateralibus in alam duplo latiorem dilatatis; albumen pericarpio non adhaerens nucleum liberum vittis copiosis nudisque tectum constituens; carpophorum bipartitum. — Umbella hemisphaerica; involucrum nullum aut 1-phyllum; involucella polyphylla extrorsa; flores albo-viriduli. — Koch syn. pl. p. 332; Rchb. fl. g. p. 462, g. 690.

Caule glabro tereti striato; foliis bipinnatis, foliolis ovatis subcordatisve inaequaliter serratis, terminali tri-, lateralibus subbilobis; petiolis superioribus saccato-inflatis; umbellis farinoso-puberulis. — Hominem alta, crassa, succosa, petala virentia, fructus maturi albidi. Variat involucellis serratis umbellulas excedentibus. ♃. In locis herbidis montanis Croatiae australis, praesertim circa Priboj, ad lacus Plitvicenses et alibi. Non raro in hortis culta et hinc inde ad sepes quasi spontanea, preprimis in Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2990. (Ang. Archangelica L.; Ang. officinalis Mnch.; Ang. sativa Mill.) Il.-Ag.

Ar. officinalis Hoffm.

Trib. VI. **Peucedaneae DC** *Fructus a dorso plano-vel lenticulari-compressus margine dilatato alato complanato cinctus; mericarpia jugis primariis 5 filiformibus, quandoque tenuissimis, lateralibus margini dilatato contiguis vel in eundem abeuntibus secundariis nullis; raphe marginalis, fructus ideo utrinque unialatus; albumen complanatum vel dorso convexiusculum; umbella perfecta.*

Gen. 280. **Ferula Tourn. Devesilj.**

Calycis margo breviter 5-dentatus; petala ovali-acuminata integra; fructus ellipticus vel oblongus, plano-compressus margine crassiusculo, carpelli jugis 5, tribus mediis filiformibus, extimis obsoletis in marginem abeuntibus; valleculis 3-plurivittatis; columella bipartita. — Umbellae amplae hemisphaericae, nudae aut involucratae; flores lutei. — Vis. fl. dalm. III. p. 48, g. 437; Rchb. fl. g. p. 460, g. 597.

1 Valleculae fructus dorsales 3-vittatae, commissurae 4-vittatae; involucrum nullum; caulis teres 2
Valleculae fructus dorsales et commissurae multivittatae; involucrum polyphyllum; caulis sulcatus aut plane angulatus . . . 3
2 Caule erecto, ramis alternis verticillatisque; foliis supradecompositis viridibus, laciniis elongatis linearibus, summarum vaginis amplissimis ventricosis aphyllis; umbella centrali subsessili lateralibus masculis pedunculatis; fructus basi angustati jugis acutis. — Caulis 4-6-pedalis et ultra, umbellis lateralibus oppositis.

♃. Vis. fl. dalm. 1207 in saxosis apricis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 2984. (F. nodiflora Sibth.) Il.-Ag. . . . **F. communis L.**

Caule erecto procero ramoso; foliis supradecompositis, supra viridibus nitidis, subtus glaucis, laciniis late linearibus planis, summarum vaginis aphyllis ampliatis ventricosis; umbellis omnibus pedunculatis, lateralibus masculis; fructus utrinque vix angustati jugis acutis, commissura pubescente. ♃. Vis. fl. dalm. 1208 ad muros hortorum secus mare circa Ragusa et in monte Marian prope Spalato. (F. tingitana Scop.; F. neapolitana Ten.; F. nodiflora Bert.) Mj.-In. . . . . **F. glauca L.**

3 Caule erecto sulcato-angulato, ramis verticillatis; foliis circuitu late ovatis supra decompositis laciniis linearibus cuspidatis divaricatis, ad costas primarias decussatis; involucris involucellisque polyphyllis, foliolis oblongo-lanceolatis acuminatis reflexis fructibus obovatis, jugis obtusis. — Quadripedalis et ultra, stricta ramis verticillatis pyramidatisque. ♃. In pratis sterilibus locisque saxosis asperis in litt. cr. circa Novi et Segniam, nec non ad Korenicam et in Valle Vilena-draga inter frutices. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1209 in saxosis apricis circa Spalato, Clissa, Konjsko, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 2982. (F. nodiflora Jacq.; Ferulago galbanifera et F. nodiflora Koch.) Il.-Ag.

F. Ferulago L.

Observ. var. β. foliis circuitu late rhombeis; involucri foliolis lanceolato-linearibus brevibus fructibusque minoribus et angustioribus ac praecedentis, est: F. sulcata Desf. occurritque in collibus apricis saxosis circa Sv. Rok et alibi in provincia Likana.

Ceule erecto striato, vix angulato, ramis subverticillato-corymbosis; foliis circuitu oblongis tripinnatipartitis, laciniis linearibus cuspidatis divaricatis, ad costas primarias decussatis; involucris involucellisque polyphyllis, foliolis oblongo-lanceolatis acuminatis reflexis coriaceis; fructibus ovali-oblongis, jugis obtusis. ♃. In collibus apricis lapidosis provinciae Likanae haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1210 in saxosis montium Baljak prope Prugovo et Mossor; in umbrosis castaneti supra Stolivo et in Castello di Cattaro. Rchb. fl. g. 2981. (F. Barrelieri Ten.; F. communis Pett.; Lophosciadium Barrelieri Grieseb.) Il.-Ag.

F. sylvatica Bess.

Gen. 281. **Taeniopetalum Vis. Ošak.**

Calycis margo 5-partitus dentibus ovatis acuminatis margine membranaceis; petala subrotunda integra involuta crassa costata margine membranacea ultra apicem contractum in appendicem subrotundam membranaceam emarginatum expansa; stylopodium floris convexum, margine depresso utrinque 5-crenatum, stylis erectis brevissimis in fructu conicum, stigmatibus globulosis, fructus ovali-oblongus, a dorso compressus, margine crassiusculo plano cinctus, sectione transversali oblongo-lineari lepidoto-cinereus; carpello utrinque 5-jugato jugis extimis absoletis vel in marginem abeuntibus; valleculae prominulae vittis solitariis pericarpio tectis; commissura vittis binis superficialibus; columella bipartita libera. Vis. fl. dalm. III. p. 49, g. 438.

Radice fusiformi; foliis radicalibus et caulinis inferioribus 2—3-pinnatipartitis, petiolis vaginantibus costisque striatis, laciniis crassiusculis carinatis oblongo-linearibus mucronatis, in sicco canaliculatis; foliis mediis pinnatipartitis, superioribus sola vagina petiolari amplexante integra lata coriacea compressa constantibus; umbellis axillaribus et terminalibus pedunculatis bractea unica lineari-lanceolata aut plane nulla, vel vagina petiolari summa involucratis; radiis 4—12 inaequalibus striatis; involucellis polyphyllis, foliolis lanceolato-linearibus acuminatis, subtus lepidotis membranaceis patulis; petalis carinatis, vitro multum augente adspecta vittis arcuatis ramosis, ad costam utrinque 2—3, discoloribus. — Herba glauca, demum rufescens; caulis compresso-teres, striatus solidus 2—4-pedalis, superne ramosus, vaginatus; flores albo-viriduli. ♃. Vis. fl. dalm. 1211 in vineis rupestribus insulae Jaklian prope Ragusa, nec non in monte Dinara. II.-Ag. . . . . **T. Neumayeri Vis.**

Observ. Generi Ferulae affine potius habitu quam characteribus; differt enim calyce, petalis et fructu; ab omnibus autem Peucedaneis discrepat epicarpio squamuloso vittas omnino ocultante petalisque lineis ramosis vittas resiniferas fructus simulantibus exornatis.

Gen. 282. **Peucedanum L. Smudnjak.**

Calycis margo evidenter 5-dentatus; petala obcordata acumine inflexo truncato tridentato; fructus deplanus, mericarpiis 5-jugis; jugis dorsalibus carinatis, extimis remotioribus obsoletis margineque alari impositis; vittae dorsales 4 angustatae, commissurales autem 2—4. — Umbella subnuda, umbellulae setaceo-involucratae; flores luteoli, rarius ochroleuci et rarissime albidi; folia suprema

saepissime ad vaginas petiolares reducta; foliola elongata lineari-setacea aut lanceolato-linearia. Rcbh. fi. g. p. 459, g. 596.

1 Foliis qninquies ternato-compositis, folioiis lineari-setaceis . . 2

Foliis pinnatipartitis segmentis solitariis ternatisve lanceolato-linearibus integerrimis acuminatis coriaceis 3—5-nerviis, nervis extimis marginantibus; involucro 2—3-phyllo nullove; umbellæ fructiferae contractae radiis 5—8 intus puberulis; fructibus elliptico-orbiculatis pedicellos aequantibus. — Stirps glabra viridis; caulis strictus gracilis sesquipedalis ramosus ramis alternis; folia radicalia fusco-viridia pinnatipartita, caulina ternato-partita breviusque petiolata, suprema simplicia. ♃. In sylva Jasikovac prope Gospić copiosissima. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1213 in pratis circa Boccagnazzo prope Zara, circa Nona in Petrovopolje, ad Dernis, Verlika et Konjsko. Rchb. fl. g. p. 866, n. 2977-b. (P. Petteri Vis.; P. parisiense Koch.) Il.-Sep. **P. coriaceum Rchb.**

2 Foliis quinato-decompositis, foliolis ternatis triquetro-setaceis circinatis acuminatis supraque canaliculatis; involucro monophyllo nullove; umbellae radiis plurimis erectis glabris; floribus flavis; fructibus ovalibus pedicello brevioribus et angustissime alatis. — Radix crassa valida; caulis 3—4-pedalis; involucella sub-12-phylla. ♃. Vis. fl. dalm. 1214 in rupestribus montium Svilaja, Biokovo et Snježnica, nec non in Krivoscie, Greben, Dubrava et Pastrovicchio. Rchb. fl. g. 2977. Ag.-Sept. **P. longifolium WK.**

Foliis quinato-decompositis, foliolis lineari-elongatis acuminatis sessilibus deflexisque, extimis basi approximatis; foliorum summorum vaginis herbaceis angustis, foliolis ternis nullisve; involucellis radiatis dimidio brevioribus. — Radix fusca brachium crassa bipedalis, polycephala; caulis 3—6-pedalis; radii umbellae glabri; flores lutei; pedicelli fructu duplo-triplove longiores. ♃. In graminosis siccis dumetosis; ad margines agrorum viarumque, nec non in dumetis et sylvis comitatus Syrmiensis haud rarum. (Kan.) In pratis fertilibus Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 229, g. 548, n. 1. Rchb. fl. g. 2975. (P. altissimum Desf.; Selin. Peucedanum Roth.) In.-Il. . **P. officinale L.**

Gen. 283. Schlosseria Vukotin. Syll. fl. cr. p. 107. Korevina.

Calycis margo 5 dentatus denticulis obtusis minimis quandoque obsoletis; petala obovata apiculo oblongo obtuso inflexo; stylopodia mammillaria flavo-virentia stylis brevissimis stigmatibusque oblongis erectis coronata; fructus ovalis compressus, extus plerumque rubescens margine plano latiusculo cinctus, stylopodiis stigmatibusque persistentibus atro-rubris acuminatus; jugis tribus dorsalibus tenuissimis, extimis supra marginem vel ab ipso indistinctis, valleculis 1—3-vittatis, commissura plana utrinque 1—2-vittata; flores graveoletentes, albi extus saepe rubelli.

1 Caule angulato sulcato erecto; foliis utrinque nitidis; radiis umbellae latere interiore puberulis hirtisve; fructibus ovalibus, valleculis 3-vittatis 2

Caule tereti striato erecto vel adscendente; foliis glaucescentibus opacis pinnatis, pinnis sessilibus, foliorum inferiorum multifidis, laciniis linearibus acuminatis baseos decussatis; foliolis caulinorum indivisis lanceolato-linearibus attenuatis acutissimis; involucellis plerumque pentaphyllis nullisve; radiis umbellae glabris; valleculis fructus oblongis univittatis. — Herba tota glaucescens; foliola omnia late decurrentia et confluentia lineari-attenuata acuminata, lateralia falcato-divergentia; radii laeves; flores albi. ♃. In dumetis ad Grobnik, Jelenje et Severin. Syll. fl. cr. In rupestribus locisque asperis ad Flumen. Noë. Koch syn. pl. p. 334, n. 4. β. Rchb. fl. g. 2943. (P. Schotii Bess.; Pastinaca glauca Scop.; Imper. glauca Bart.; Peuc. petraeum Noë in litt. Pterosel. glaucum Rchb.) In.-Il. **Schl. glauca Schloss. et Vukot.**

2 Foliis pinnatis, pinnis foliorum omnium sessilibus multifidis vel foliorum supremorum indivisis, laciniis linearibus acutis baseos decussatis; radiis umbellae latere interiore hirtis, involucellis submonophyllis. — Tota planta exceptis radiis umbellarum glabra est; radix fusiformis; caules 1—3-pedales; folia radicalia et caulina inferiora petiolata petiolis teretibus, antice sulcatis composita ex foliolis opositis pinnatis vel tantum pinnatifidis basique folio simili auctis, hinc ad costam decussatis; superiora minus divisa et suprema simpliciter pinnata petiolis membranaceis, planis debilibusque innixa; radii umbellae inaequales, primo patentes, demum erecti; flores omnes fertiles petalis oblongis, facie albidis, dorso rubellis, rarius ochroleucis aut virentibus. ♃. In pratis fertilibus, in dumetis et sylvis in Croatia et Sla-

vonia haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2944. (P. Chabraei Gaud.; P. carvifolium Vill.; Selin Chabraei Jacq.; Sel. podolicum Bess.; Sel. Carvifolia Crtz.; Pterosel Chabraei Rchb.; Imper. Chabraei Spr.; Imp. pimpinelloides Boennigh.; Palimbia Chabraei DC.) Il.-Ag. . . . **Schl. Chabraei Schloss. et Vukot.**

Foliis pinnatipartitis segmentis sessilibus, radicalium subpalmato-laciniatis decussatis, lobis oblongis integris, superiorum obovato-rhombeis, lobis lanceolato-linearibus, supremis simplicibus; umbellae radiis 6—12 latere interno puberulis; fructibus ovalibus, stylopodio persistente conico acuminatis, pedicello subaequalibus. — Radix crassa ramosa nigricans multicaulis; caulis laevis glaber; folia omnia petiolata pinnatipartita saturate viridia, radicalium petiolis vaginantibus supra canaliculatis, subtus angulatis; caulinorum petiolis longe dilatatis subtus striatis; involucra et involucella submonophylla foliolis lineari-subulatis caducis nullisve; radiis umbellae erectis angulatis exterioribus centrali duplo longioribus, in fructu approximatis conniventibus. ♃. In pratis siccis ad fossas et margines agrorum in planitie circa Zagrabiam et Crisium. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1215 in pascuis et graminosis circa Zara, Dernis, Verlika et Aržano. Rchb. fl. g. 2971. (Pastinaca et Palimbia selinoides Vis.; Peuc. heterophyllum Vis.; Seseli pimpinelloides Host.; Past. pimpinellifolia MB.) Ag.-Oct. . . . . . . **Schl. heterophylla Vukot.**

Gen. 284. Cervaria Riv. Jelenčica.

Calycis margo 5-dentatus; petala obcordata inflexo acuminata; fructus convexus; mericarpia jugis 5 dorsalibus margineque obsoleto cum disco confluente; valleculae univittatae, vittae commissuriales apertae discum percurrentes. — Umbella ampla involucrata, flores albi. — Rchb. fl. g. p. 455, g. 579.

Foliis triplicato-pinnatis segmentis ovatis oblongisve glaucis subspinuloso-serratis, inferioribus basi extrorsum lobatis, superioribus confluentibus; involucro universali polyphyllo reflexo, vittis commissurialibus parallelis, rectiusculis et carpophoro approximatis. — Bi-tripedalis; caulis striatus ramosus; folia bipinnata foliolis duriusculis, terminalibus trifidis, singula duplicato-serrata aut inciso.serrata serraturis mucronatis; fructus circuitu ovatus, superne igitur angustatus. ♃. In collibus incultis, pratis siccis sylvisque montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. Ad margines vinearum, in pratis arvisque siccis circa Požega, Selce, Kutjevo,

Orahovica, Zoljan, Našice, Essek et Karlovic in Slavonia. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1216 in collibus siccis circa Zara, Zaton, Konjsko et Ragusa, nec non in sylvaticis montium Komm et Mossor. Rchb. fl. g. 2952. (Selin. Carvifolia L.; Atham. Cervaria Jacq.; Ligust. Cervaria Spr.; Peuced. Cervaria Cuss.) Ag.-Sept.

C. Rivini Gaert.

Gen. 285. **Oreoselinum Clus. Šutranka.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obcordata inflexo acuminata; fructus deplanus, mericarpia jugis 5 dorsalibus carinatis, margine alari distincto; interstitiis univittatis, vittae commissurales apertae discum circumdantes. — Umbella ampla involucrata; flores albi. — Rchb. fl. g. p. 455, g. 588.

Foliis bi-tripinnati-partitis seu triplicato-pinnatis, ramificationibus petioli refracto-divaricatis, foliolis nitidis ovatis inciso-vel subpinnatifido-dentatis, dentibus breviter acuminato-mucronatis; involucro universali polyphyllo reflexo, vittis commissuralibus arcuatis margini contiguis. — Bipedale et ultra; caulis teres striatus ramosus; rami divergenti-adscendentes; folia quinato-supradecomposita petiolis fractiflexis, foliolis ovatis vel cuneato-rhombeis inciso-pinnatifidis integrisve, saepe confluentibus, summis in vagina pollicaria linearibus aut subnullis; fructus obovato-orbicularis margine eburneo, vittis dorsalibus turgidis; commissuralibus semicircularibus margini approximatis. ♃. In pratis siccis sylvisque montanis totius Croatiae. In vineis dumetisque circa Virovitic et Bazie in Slavonia. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1217 in sylvaticis ad Mavice supra Verlika et in monte Dinara. Rcbb. fl. g. 2951. (Atham. Oreoselinum L.; Puece. Oreoselinum Mnch.; Cervaria Oreosel. Gmel.; Oreos. nigrum Delarb.) Ag.-Sep.

O. legitimum MB.

Observ. var. β. foliis bipinnato-partitis, segmentis late-ovatis lateque inciso-lobatis basi subtruncatis, est: O. latifolium Vis. occurritque in vineis semiinsulae Sabioncello in Dalmatia et

Var. γ. foliis bipinnatipartitis hirsutulis segmentis magis cordato-ovatis subtrifidis lobisque latissimis grosse-dentatis, est: O. cordifolium Vis. occurritque cum specie genuina in monte dalmatico Dinara.

Gen. 286. **Pteroselinum Rchb. Krilica.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obcordata inflexo acuminata; fructus deplanus; mericarpia jugis 5 dorsalibus carinatis, margine alari distincto; valleculis univittatis vittisque commissuralibus 2—4 medium discum percurrentibus. — Umbellae involucratae, involucro polyphyllo; flores albi aut luteoti. — Rchb. fl. g. 453, g. 587.

1 Margine mericarpiorum minus dilatato; caule angulato-sulcato subpaniculato ramis virgatis; foliis tripinnatis, foliolis ovatis pinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis mucronatis margineque scabris, involucro universali 5—8-phyllo patente. 2

Margine mericarpiorum lato subdiaphano; caule sulcato subramoso; foliis ternato-tripinnatis, laciniis lanceolato-linearibus acuminatis margine glabris; involucro universali polyphyllo, denique deflexo, radiis umbellae interne puberulo-scabris; petalis lato-obcordatis unguiculatis albis. — Caulis 1—2-pedalis et ultra medulla alba farctus simplex aut ramosus; folia multiplicato-pinnata petiolis teretibus striatis basique membranaceis et vaginantibus; foliola incisa mucrone exiguo terminata; involucri foliola lanceolato-linearia acuminata, margine membranacea; umbella ampla radiis superne puberulis villosisve; petala aequalia, alba. ♃. In locis saxosis asperis, inter frutices, veluti in valle petrosa Vratno montium Kalnikensium ad rupes, nec non in illis montis Klek et Ivanšćica. Syll. fl. cr. In Slavonia ad rupes in monte Papuk. (Kan.) Rchb. fl. g. 2949. (Selin. austriacum Jacq.; Sel. argenteum Crtz.; Sel. nigrum Lam.; Oreos. austriacum Hoffm.; Peuced. austriacum Koch.) Il.-Ag. . . . **Pt. austriacum Rchb.**

2 Radiis umbellae glabris; stylis fructus reflexis stylopodio parum longioribus; floribus parvis luteolis. — Radix ramosa; caules erecti, bi-tripedales ramosissimi; folia multiplicato-pinnata; costae foliorum striatae canaliculatae, caulinorum superiorum membranaceae; umbella plana; involucri foliola plerumque 5, angusta, acuta, brevia et patula; petala flavescentia ovata apice inflexa. ♃. In collibus montibusque lapidosis siccis et ad viarum margines totius Croatiae et Slavoniae. Syll fl. cr. — Rchb. fl. g. 2946. (Selin. austriacum Crtz.; Cnidium alsaticum Spr.; Ligust. alsaticum Lk.; Cervaria alsatica Gaud.; Peuced. alsaticum L.) Ag.-Sept. . . . . **Pt. alsaticum Rchb.**

Radiis umbellae latere interiore puberulo-scabris; stylis fructus reflexis tertiam fructus partem superantibus; floribus praecedente multo majoribus albisque. — Caulis 1—2-pedalis ramosissimus. ♃. In montosis siccis asperis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Praputnik, Portoré et alibi in saxosis. Syll. fl. cr. (Selin. venetum Spr.) Il.-Ag. . . . . **Pt. venetum Rchb.**

Gen. 287. **Tommasinia Bertol. Miričnjak.**

Calycis margo late 5-dentatus; petala unguiculato-obcordata acuminata involuta; fructus subdeplanus sutura centrali, mericarpii jugis 5, dorsalibus carinatis lateralibus late alatis; valleculis univittatis, vittis commissuralibus binis. — Umbella hemisphaerica, involucrum subnullum, involucella polyphylla; flores e viridi flavescentes. — Rchb. fl. g. p. 455, g. 599 (Ostericum); Koch syn. pl. pag. 336.

Foliis tripinnatis, foliolis ovatis acutis serratis lateralibus saepe bilobis, terminalibus trifidis; vaginis amplis inflatis involucro nullo. — Caulis teres subtiliter striatus pruinosus, 2—4-pedalis et ultra, ramosissimus; habitu quidem Angelicae, sed calycis dentes definite ovato-acuminati; umbellae primariae plerumque lateralibus verticillatim dispositis auctae. ♃. Ad margines vinearum circa Toplikam, imprimis in Vinea Futač et in vicinis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2954. (Peuc. verticillare Koch; Angelica verticillaris L.; Imperatoria verticillaris DC.; Ostericum verticillare Rchb.) Il.-Ag. . . . . . . **T. verticillaris Bertol.**

Observ. Praecitata genera: Peucedanum, Schlosseria, Cervaria, Oreoselimum, Pteroselinum et Tommasinia potius habitu peculiari, quam characteribus generico-specificis inter se differunt, quum limites transituum difficillime stabiliuntur.

Gen. 288. **Thysselinum Hoffm. Ošak.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obcordata acumine inflexo obtuso aut subemarginato; fructus convexus; mericarpia plano-convexa jugis 5 dorsalibus invicem contiguis obtusatis, valleculis vix ullis, univittatis, margine alari angusto; vittis commissuralibus 2 luteis pericarpio tectis. — Umbella involucrata; vaginae caulis omnes foliigerae; flores albi. — Rchb. fl. g. p. 453, g. 586; Koch syn. pl. p. 336.

Foliis tripinnatis, foliolis profunde pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis margine scabriusculis; involucelli foliolis liberis. — Caulis sulcatus fistulosus, 3—4-pedalis et ultra; radix

superne simplex, apicem versus divisa; folia radicalia triternata foliolis glabris, lateralibus duobus oppositis, integerrimis aut apice denticulatis, terminali trifido aut tripartito; folium caulinum unum alterumve ternatum foliolis linearibus, superiora simplicia angustissima affixa vaginis latis, membranaceis; involucrum oligophyllum caducum aut plane nullum; involucella linearia, margine membranacea; petala alba; fructus ovatus. ♂. In pratis paludosis, in pratorum dumetis et ad fossas stagnaque circa Toplikam, Crisium, Božakovinam et Zagrabiam. Syll. fl. cr. In Slavonia in paludosis pustae Palanka. (Kan.) Rchb. fl. g. 2941. (Selin. palustre L.; Sel. sylvestre Jacq.; Sel. Thysselinum Crtz.; Thys. Plinii Spr.; Thys. sylvestre, palustre et angustifolium Rchb. fl. g. 2940, 2941 et 2942; Peuced. sylvestre DC.; Peuc. palustre Mnch.) Il.-Ag. . . . . **Th. palustre Hoffm.**

Observ. variat foliorum laciniis latioribus, angustioribus imo angustissimis, approximatis et remotioribus atque magis minusve divaricatis; hinc species Reichenbachianae in fl. exc. g. p. 453 sub. n. 2940, 2941 et 2942 vix ac ne vix quidem varietates, sed potius formae inconstantes unius ejusdemque speciei dicendæ.

Gen. 289. Anethum Tourn. Kopar.

Calycis margo obsoletus; petala ovalia integra involuta apiculo subquadrato retuso; fructus ovalis dorso compresso lenticularis; carpelli jugis tribus dorsalibus acute carinatis, exterioribus subobsoletis in marginem planum abeuntibus, valleculis vitta solitaria lata repletis; columella bipartita. — Umbella nuda; flores lutei. Vis. fl. dalm. III· p. 53, g. 442; Koch syn. pl. p. 337; Rchb. fl. g. p. 459, g. 595.

Foliis bipinnatis glaucis, foliolis elongato-filiformi-trichotomis; fructu late alato ovali-subrotundo utrinque emarginato. — 2—3-pedale et ultra caule ramoso subpruinoso. ○. Inter segetes in litt. cr. circa Flumen et Cirkvenica, secus ubique in hortis cultum et hinc inde in ruderatis et oleraceis quasi spontaneum. Vis. fl. dalm. 1219 in hortis et satis circa Sebenico, Dernis et Trau. Rchb. fl. g. 2973. (Pastin. Anethum Spr.; Selin. Anethum Roth.) In.-Ag. **A. graveolens L.**

Foliis bipinnatis, foliolis breve lineari-trichotomis; fructu angustissime marginato. — Praecedente multo gracilius, rigidulum, superne strictum patenti-ramosum, ramis brevioribus. ○. Hinc

inde cultum, praesertim in litt. cr. (Meum segetum Gus.) Rchb. fl. g. 2974. In.-Il. . . . . **A. segetum L.**

Gen. 290. **Opapanax Koch. Kirovnica.**

Calycis margo obsoletus; petala subrotunda integra involuta, apiculo acuminato; styli brevissimi; fructus ellipticus plano-compressus, margine dilatato convexo; carpelli jugis tribus mediis filiformibus, extimis a margine indistinctis; valleculis 2—3-vittatis prominulis; columella demum bipartita — Umbella subglobosa, involucrum oligophyllum; flores flavi. — Vis. fl. dalm. III. p. 50, g. 439; Rchb. fl. g. p. 459, g. 594.

Foliis inferioribus bipinnato-partitis, segmentis oblique cordatis sessilibus, impari basi attenuato, caulinis pinnato-ternatove-partitis, segmentis oblique cuneatis, impari petiolato, supremis spathulatis indivisis; fructus margine valleculis bi-trivittatis angustiore. — Radix brachium crassa bipedalis, caulis 4—6-pedalis; folia petiolis vaginisque hispido-scabra bipinnata, foliola pinnarum subquina serrata; caulis superne trichotomus; vaginis supremis subaphyllis; umbellae quaedam proliferae. ♃. In collibus et pascuis montosis lapidosis, ad sepes et dumeta in provincia Likana et Otočana haud rara, veluti ad Verhovina, Priboj, Bielopolje, Bunić et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1212 in apricis saxosis circa Sebenico, Clissa, Konjsko, Ugljane, Ragusa et Cattaro; in insulis circa Zara et Narenta; in monte Biokovo. Rchb. fl. g. 2972. (Past. Opopanax Gou.; Laserp. Chironium L.; Ferula Opop. Alsch.; Opop. glabrum Bernh.; Past. altissima Lam.) In.-Il. . . . . **Op. Chironium Koch.**

Gen. 291. **Pastinaca Tourn. Pasternjak.**

Calycis margo obsolete 5-dentatus; petala subrotunda integra involuta apiculo lato retuso; fructus ellipticus plano-compressus margine dilatato complanato cinctus; mericarpia jugis tenuissimis, tribus intermediis aequidistantibus, duobus lateralibus conspicue remotis marginique dilatato contiguis; valleculae univittatae, vittae lineares acutae longitudine vallecularum; albumen complanatum; columella bipartita, — Umbellae et umbellulae nudiusculae; flores flavi. — Vis. fl. dalm. III. p. 58, g. 441; Koch syn. pl. pag. 337; Rchb. fl. g. pag. 458, g. 593.

Foliis pinnatis supra nitidis, subtus pubescentibus; foliolis ovato-oblongis oblongisve. — Radix fusiformis; caulis erectus ramosus angulatus sulcatus scabriusculus, 1—3-pedalis; foliola inciso-

serrata aut crenato-serrata obtusa, lateralia basi lobata ternataque, terminali trilobo, serraturis brevissime mucronatis, involucris nullis. ♂. In pratis collibusque incultis, in dumetis et fruticetis in Croatia et Slavonia vulgaris. Collitur frequentissime in usum oeconomicum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1218 in pratis circa Verlika, Stermizza et Knin. Rchb. fl. g. 2969. (P. pratensis Fl. dan.; Selin. Pastinaca Crtz.; Aneth. Pastinaca Wib.) Il.-Ag. . . . . **P. sativa L.**

Foliis pinnatis opacis utrinque pubescentibus, foliolis ovatis basi subcordatis obtusis. — Radix fusiformis ramosa; caulis 3—4-pedalis angulato-sulcatus scabriusculus; foliola crenato-serrata lateralia basi lobata ternataque, inferiora subcordata, terminali trilobo; fructus ovalis utrinque attenuatus. ♂. In collibus dumetisque, ad margines viarum in litt. cr. circa Sv. Juraj et Karlobago; in provincia Likana circa Gospić, Medak et Sv. Rok; in Korbávia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Čerević. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1218 β. in pratis circa Narenta. Rchb. fl. g. 2970. (P. sylvestris Mill.; P. latifolia DC.) In.-Ag. **P. opaca Bernh.**

Gen. 292. **Heracleum L. Popanjak ili Medvedjidlan.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata apiculo inflexo emarginata, exteriora saepe radiantia bifida; fructus orbicularis obovatusve plano compressus; mericarpii jugis tribus dorsalibus capillaribus, exterioribus remotioribus margineque dilatato contiguis, vallecularum vittis solitariis angustis obverse clavatis, deorsum deficientibus; columella bipartita. — Umbella ampla, involucrum caducum oligophyllum; flores albi, rosei aut luteoli. Koch syn. pl. p. 338; Vis. fl. dalm. III. p. 53, g. 453; Rchb. fl. g. p. 456, g. 542.

Foliis scabro-hispidis tri-quinipinnato-partitis pinnatifidisve, segmentis lobatis serratis, terminali 3—5-lobo; ovario glabro; fructibus suborbiculatis glabris, vittis fructu dimidio paullo longioribus. — Radix fusiformis biennis; caulis erectus 2—5-pedalis ramosus, angulatus, sulcatus, scaber; folia subtus pubescentia hispidaque, foliola singula petiolata cordato-ovata paucis sinuata incisa aut pinnatifida, terminali trilobo; involucra et involucella lanceolata. ♂. In pratis et sylvis subhumidis, ad margines agrorum viarumque in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1220 in pratis montanis circa Ver-

lika, Stermizza, nec non in monte Dinara et Krivoscie. Rchb. fl. g. 2964. In.-Sept. . . . . **H. Spondylium L.**

Var. β. foliorum laciniis elongatis, floribus albis maculis 2 viridibus basi signatis, est: H. elengans Jacq. occurritque cum priori in sylvis montium altiorum umbrosis.

Foliis supra scabris, subtus puberulis cordato-subrotundis, subpalmatilobis, lobis late ovatis incisis trifidisve dentato serratis acutis; ovario puberulo; fructibus obovato-orbiculatis emarginatis glabris vittisque fructus paullo brevioribus. — Radix crassa multiceps; caulis altissimus teres sulcatus scaber pubescens in paucos ramos divisus; folia ampla simplicia scabra subtus canescentia, radicalia longe petiolata triloba lobis plicatis, caulina profundius divisa; involucella dimidiata; petala alba inaequalia obcordata, extimum reliquis multo majus. ♃. In sylvis montium altiorum tractus Velebit nec non in illis circa Delnice et Čubar. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1221 in pascuis montium Velebit et in apricis petrosis montis Orien. Rchb. fl. g. 2962. (H. Pollinianum Bertol.; H. pyrenaicum Lam.; H. amplifolium Poll.) Il.-Ag. . . . . **H. platyphyllum Ram.**

Gen. 293. Tordylium Tourn. Orjašica.

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata apiculo inflexo emarginata, exteriora radiantia bifida; fructus orbicularis a dorso plano-compressus margine accessorio incrassato rugoso-tuberculato cinctus; mericarpia jugis tenuissimis, 3 dorsalibus aequidistantibus, 2 lateralibus margini incrassato contiguis vel ab eo plane obtectis; valleculae 1—3-vittatae. — Umbella involucrata; flores albi. — Koch syn. pl. pag. 339; Vis. fl. dalm. III. pag. 54, g. 454; Rchb. fl. g. pag. 452, g. 585.

1 Fructus valleculis trivittatis, commissura multivittata 2

Fructus valleculis nonnisi univittatis, commissura bivittata. — Totum hispidum, caule elato angulato pilis reversis munito; folia pinnata segmentis obtuse serratis, inferiorum ovalibus, superiorum lanceolatis terminali multo longiore; involucri foliola linearia umbella breviora; fructibus setoso-hispidis, margine subcrenatis. ☉. In collibus incultis inter frutices, nec non ad sepes ad Toplikam, Kalnik, Zagrabiam et alibi in Croatia montana haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis collibusque apricis circa Požega, Bankovci, Duzluk et Zoljan; in convallibus circa Orahovica, Ivanovce et Mušić nec non ad Čerević. Vis. fl.

dalm. 1222 ad sepes Dalmatiae montanae circa Dernis et in fruticetis montis Visočica prope Sinj. Rchb. fl. g. 2939. (T. magnum Brot.; T. lusitanicum W.; Herac. Tordylium Spr.) Mj.-In. . . . . **T. maximum L.**

2 Caule erecto sulcato; foliis pinnatis trijugis subsericeo-pubescentibus, foliolis inferiorum ovatis aut cordatis obtusis inciso-crenatis, superiorum lanceolato-linearibus acutis integris involucro umbella laxa multoties breviore; involucellis umbellulas aequantibus; fructibus dorso furfuraceis multistriatis, margine crasso rugoso. — Spithamaeum-pedale a basi divisum; folia primaria simplicia singula subsericeo-micantia; umbella densa, umbellulae petalo unico subaequaliter bilobo radiantes. ⨀. Vis. fl. dalm. 1223 in pascuis siccis locisque incultis apricis totius Dalmatiæ frequens. Rchb. fl. g. 2936. (T. humile Desf.; T. officinale Rchb.; Condylocarpus apulus Hoffm.) Mj.-In. . . **T. apulum L.**

Caulibus adscendentibus striatis, superne nudis foliis pinnatis unibijugis foliolis ovatis obtusis inciso-crenatis, terminali cordato-ovato, superiorum lanceolato; pedunculis elongatis; involucro umbella duplo breviore, fructifera contracta; involucellis umbellulam superantibus; fructibus dorso glandulosis trijugatis, margine crasse rugoso. — Praecedenti persimile, sed differt insuper petalis binis radiantibus inaequaliterque bilobis; dum in T. apulo tantum unicum et quidem subaequaliter bilobum radiat. ◯. Vis. fl. dalm. 1224 in saxosis apricis sterilibus circa Sebenico, Trau, Spalato, Salona, in Scopulo Scoludraz et in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 2937. (T. apulum Rchb.; T. microspermum Ten.; T. grandiflorum Mnch.) Mj.-In. . . . . **T. officinale L.**

Trib. VII. **Silerineae Koch.** *Fructus a dorso lenticulari compressus; mericarpia jugis primariis 5, lateralibus marginantibus; secundariis 4 minus prominulis; albumen antice planiusculum.*

Gen. 294. **Siler Scop. Timoj.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata emarginata cum lacinula inflexa; fructus a dorso lenticulari-compressus; mericarpia jugis filiformibus elevatis obtusis, primariis 5, lateralibus marginantibus, secundariis 4 minus prominulis; valleculae subjugis secundariis univittatae. — Koch syn. pl. p. 340; Rchb. fl. g. p. 452, g. 584.

Folia ternato-pinnata foliolis magnis, dilatatis, rotundatis obtuse inciso-crenatis duriusculis, subtus glaucis; involucra subnulla

aut decidua; umbella ampla; fructus costis tantum carinatis, nec alatis. — Tota planta glabra; radix crassa ramosa; caulis erectus teres ramosus, 3—6-pedalis glaucescens; folia radicalia et caulina inferiora triternata longe petiolata, petiolis basi in vaginam caulem amplectentem dilatatis; caulina superiora biternata sessilia, summa ternata; petala parva aequalia alba in umbellis amplis. ♃. In montanis inter frutices et ad sylvarum margines, veluti in monte Ivanšćica, Kalnik, Sv. Jakob prope Zagrabiam, Ošterc ad Samobor, Klek et alibi. Syll. fl. cr. In Slania in locis apricis in dumetis circa Čerevič in montosis, nec non ad vineas monasterii Gergetek. Rchb. fl. g. 2936. (S. trilobum Scop. et Crtz.; Ang. aquilegifolia DC.; Laserpit. aquilegifolium Jacq.; Laserp. trilobum L. et Bm.) Il.-Ag.

S. aquilegifolium Gaert.

Trib. VIII. **Thapsieae Koch.** *Fructus ovatus oblongusve a dorso compressus vel sectione transversali subteres mericarpia jugis primariis 5 filiformibus, quandoque setulosis, lateralibus plano commissurali impositis, secundariis 4, interioribus filiformibus, exterioribus alatis, vel omnibus alatis ala inermi; hinc fructus vel 8-alatus vel utrinque bialatus; albumen antice planum.*

Gen. 295. **Laserpitium Tourn. Gladaš.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata imarginata cum lacinula inflexa; mericarpia jugis primariis 5 filiformibus, 3 intermediis dorso, 2 lateralibus plano commissurali impositis, secundariis 4, omnibus alatis, alis integris; valleculae sub jugis secundariis univittatae. — Umbella ampla, involucrum polyphyllum, flores albi aut flavi. — Vis. fl. dalm. III. p. 55, g. 545; Koch syn. pl. p. 340; Rchb. fl. g. p. 449, g. 582.

1 Floribus luteolis flavisve margine saepius purpura suffusis; foliis radicalibus et caulinis inferioribus ternato-bipinnatis biternatisve foliolis ovatis aut cordatis inaequaliter crenato-serratis integris aut bifidis 2

Floribus albis aut rubellis, nec unquam luteis 3

2 Umbellae radiis latere interiore hirto-scabris, petalis subrotundo-obcordatis flavis purpureoque marginatis fructuum jugis primariis hispidulis. — Radix teres longissima; caulis erectus striatus laevis glaucescens; superne ramosus; umbella ampla, involucri oligophylli foliolis linearibus patentibus illis involucelli setaceis; calycis dentes acuminati. ♃. In sylvis tractus montium Velebit haud rarum; in provincia Likana circa Ternava et Oštaria; non minus in sylvis ad Korenicam, veluti in monte Merzin, et in

*

valle Farkašić-draga. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montis Papuk. (Kan.) Rchb. fl. g. 2930. (L. trilobum Sut. nec L.) Il.-Ag. **L. marginatum WK.**

Umbella patente radiis inaequalibus glabris, petalis subrotundo-obcordatis luteolis; fructuum jugis primariis glabris. — Radix fusiformis crassa; caulis teres striatus glaber; folia nitida, subtus glauca el glabra foliolis omnibus cordato-ovatis trilobis dentato-mucronatis subincisisque margine laevibus; fructus oblongialis latioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 1226 in sylvis montium Svilaja sub jugo Suover. (L. luteolum Gaud.) Il.-Ag. . **L. Gaudinii Moretti.**

Observ. Praecedenti persimile, discrepat tamen ab illo florum colore simpliciter, luteolo nec petalis purpureo-marginatis, foliorum segmentis (foliolis) margine glabris, impari basi cuneato et radiis umbellæ latere interiore glabris.

3 Costis primariis glabris aut vix hispidulis; foliis inferioribus ternato-2—3-pinnatis, aut biternatis, tripinnatis aut supradecompositis 3

Costis primariis evidenter patenti-hispidis; foliis bipinnatis, margine dorsoque hirsutis pilosisve, foliolis pinnatifidis laciniis lanceolatis. — Radix fusiformis ramosa; caulis bi-tripedalis gracilis, angulato-sulcatus basi hispidus pilis reversis obsitus, superne ramosus; folia inferiora bipinnata subsequa minus divisa; radii umbellae villosi; folia involucri deflexa oblonga acuminata foliolis involucelli similia; calycis dentes concavi patuli ovati acutique; petala alba, quandoque dorso pilosa; fructus glaber utrinque bialatus. ♂. In sylvis dumetisque humidis pratisque sylvaticis ad Sv. Helenam, Paukovec, Crisium, Zagrabiam et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis ad Kutjevo. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 2922. (L. gallicum Scop.; L. selinoides Crntz.; L. minus Riv.) Il.-Ag. . . . . **L. pruthenicum L.**

4 Caule tereti simpliciterque striato 5

Caule sulcato hirsuto; foliis subtus petiolisque hirtis ternato-tripinnatis, foliolis ovatis inaequaliter serratis, terminalibus trifidis basi cuneata decurrentibus, lateralibus subbifidis, vaginis summis saccato-inflatis; fructibus glabris. — Radix praelonga ramosa; caulis bi-tripedalis ramosus; folia dorso hirsuta; vaginae foliorum inflatae; foliola involucri et involucellorum lineari-lanceolata acuta dorsoque hirsuta; petala alba purpureoque colore suffusa; fructus ovalis utrinque alis quatuor membranaceis auctus. ♃. In

umbrosis sylvisque montanis ad Priboj, Leskovac lacusque Plitvicenses, nec non alibi in sylvis submontanis Croatiae australis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2924. (L. Chironium Scop.) Il.-Ag. **L. Archangelica L.**

5 Foliolis integerrimis indivisisque aut trilobis glaberrimis; caule tereti striato glabro 6

Foliolis crenatis serratisve vel multifidis 7

6 Foliis radicalibus caulinisque inferioribus triternatis, foliolis lanceolatis indivisis trilobisve, venis primariis obliquis; fructibus lineari-oblongis, stylis reflexis fructui adpressis. — Radix teres simplex aut ramosa foliorum emarcidorum reliquiis setiformibus coronata; caulis brachiatus erectus glaberrimus; vaginae petiolares amplae tumidae amplexicaules; folia glaucescentia petiolata; foliola involucri et involucellorum lanceolata aut ovata acuta, concava patentia aut reflexa; petala alba subaequalia; fructus oblongo-linearis alis omnibus angustatis, externis paullo latioribus. ♃. In saxosis sylvaticis subalpinis montium Ivanšćica, Sv. Jakob prope Zagrabia, Klek et in illis ad Modruš, nec non in illis tractus Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1227 in sylvaticis montium Velebit ad Vela-Paklenica et circa Ragusa. Rchb. fl. g. 2929. (L. montanum Lam.; L. trifoliatum Sieb.; Ligust. garganicum Till.; Siler. montanum Lam.; Sil. lancifolium Mnch.) Il.-Ag . . . . **L. Siler L.**

Var. β. foliolis late ovatis lateralibusque saepe oblique cordatis, est: L. gargonicum Bertol. (Ligust. gargonicum Ten.) occurritque intermixte cum priori.

Var. γ. foliis triplicato-pinnatis, foliolis cuneiformibus 3—5-fidis, laciniis lineari-lanceolatis acutis setaceo-mucronatis; involucris linearibus inferne membranaceo-marginatis, apice pubescentibus et brevissime ciliatis, est: L. angustissimum W. occurritque in asperis alpis Samar et Badanj, montium Velebit.

Foliis radicalibus caulinisque inferioribus ternato-bi-triternatis, foliolis lineari-lanceolatis linearibusve indivisis, venis primariis margini parallelis; fructibus ovalibus; stylis rectis subdivaricatis. Radix teres; caulis erectus laevis in unum alterumve ramum divisus; involucri foliola lineari-lanceolata; fructus utrinque alis quatuor membranaceis instructus. ♃. In sylvis subalpinis Croatiæ australis, praesertim in montibus Kapela, ad Jezerana, Žutalokva et in monte Vratnik. Rchb. fl. g. 2928. Il.-Ag. **L. peucedanoides L.**

Var. β. foliis lineari-longissimis acutis illis Peucedani officinalis aequalibus, est: L. angustifolium Scop. occurritque in sylvaticis dumetosis montis Kapelae majoris ad Modruš.

Var. γ. foliis triplicato-pinnatis, foliolis multipartitis laciniis linearibus mucronatis glabris; involucris et involucellis linearibus brevissimis pubescentibus ciliatisque, est: L. formosum W. occurritque in asperis tractus montium Velebit.

7 Radiis umbellae nudis glabrisque; foliolis terminalibus trifidis . 8

Radiis umbellae latere interiore scabris; foliis radicalibus caulisque inferioribus ternato-bipinnatis, foliolis ovatis serratis basique cordatis omnibus indivisis vel terminalibus radicalium trifidis. — Radix longissima; caulis leviter striatus teres glaber et glauco rore tectus; vaginae petiolares inflatae; umbellae amplae; involucri foliola acuminata patentia vel reflexa; petala subaequalia, alba aut rubentia; fructus glabri utrinque alis membranaceis 4 instructi. ♃. In montanis et subalpinis inter frutices in Croatia haud rarum, veluti in montibus ad Kalnik, Ivanščica ad Lobor, Radoboj et Krapina, in montibus Zagrabiensibus et Samoborinis et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in dumetis montis Papuk. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1225 in saxosis ad Vela-Paklenica montium Velebit. Rchb. fl. g. 2932. Il.-Ag. . . . **L. latifolium L.**

Var. β. foliis subtus petiolisque utrinque hirto-scabris, est: L. asperum Crntz.

8 Radiis umbellae omnibus aequilongis; foliis radicalibus sub-bipinnatis foliolis cordatis ovatisve, inaequaliter serratis; petalis breviter unguiculatis. — Radix longa ramosa, rugosa; caulis teres glaber, plerumque simplex; foliola radicalia infima longe petiolata ternata aut tripartita, reliqua simplicia, tripartita aut integra; folia caulina dimensione et divisione succesive decrescentia; involucri folia inaequalia laceolato-subulata margine membranacea, illa involucelli setacea; petala alba lato-obcordata basique in unguem brevem contracta. ♃. In sylvis lapidosis montium Velebit, uti in alpe Visočica, Samar et Badanj, nec non in illis alpis Debelo-berdo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2931. (L. trilobum Crntz.; L. aquilegifolium Murr.) Il.-Ag. **L. alpinum WK.**

Radiis umbellae inaequalibus; foliis multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatifidis laciniis lanceolatis involucro subnullo; caule glabro, stricto, ramoso; radice multicipite ramosa. — Folia innixa sunt petiolis membranaceis caulem amplectentibus, foliola glabra plana

in lacinias oblongas mucronatas divisa; pedunculi oppositifolii erecti striati; foliola involucri simplia aut pinnatifida pauca aut nulla; involucella polyphylla foliolis linearibus; petala subaequalia; fructus elliptici utrinque alis quinque (?) membranaceis muniti. ♃. In saxosis asperis Croatiae australis. ? Host fl. aust. I. p. 372. Nobis incognitum ulteriusque observandum. II.-Ag. **L. silaifolium W.**

Trib. IX. **Daucineae Koch.** *Fructus a dorso lenticulari-compressus vel sectione transversali subteres; mericarpia jugis primariis 5 filiformibus (setulosis), lateralibus plano commissurali impositis, secundariis 4 magis prominulis aculeatis, aculeis liberis vel in alam connatis; albumen complanatum vel subsemi-teres, antice planiusculum.*

Gen. 296. **Orlaya Hoffm. Moračina.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata apicolo inflexo emarginata exterioribus radiantibus bifidis; fructus a dorso lenticulari-compressus, mericarpii jugis primariis 5 setigeris, secundariis 3 bi-trifariam aculeatis subtus univittatis, externis altioribus hamato-aculeatis; albumen complanatum, postice convexiusculum. — Umbella foliolis indivisis involucrata; flores albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 58, g. 447; Koch syn. pl. p. 343; Rchb. fl. g. p. 448, g. 580.

Caule ramisque erectis; foliis 2—3-pinnatipartitis laciniis brevibus linearibus acutis; umbellis multiradiatis; involucris et involucellis pentaphyllis lanceolatis margineque membranaceis; petalis externis umbellularum exteriorum ovario multo-longioribus; aculeis fructus subulatis erectis. — Petalis glabriusculis; caulis erectus teres superne ramosus; folia glabra aut parum hirsuta multiplicato-pinnata petiolis inferne membranaceis, superne teretibus; foliola exigua lanceolata confluentia in foliola pinnatifida; vaginae superiores saepe aphyllae; involucri foliola lanceolata acuminata, unum reliquis majus; involucella 3 reliquis majora utraque margine membranacea. ☉. Inter segetes praecipue solo calcareo ad Toplikam, Crisium, Zagrabiam et alibi in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1233 in satis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 2914. (Caucalis grandiflora L.; Daucus grandiflorus Scop.; Platyspermum grandiflorum D. fl; Echynophorus pycnocarpos Coll.) In.-II. **O. grandiflora Hoffm.**

Caule diffuso, ramis divaricatis; foliis 2—3-pinnatipartitis, laciniis brevibus oblongo-lanceolatis acutis, umbellis 2—3-radiatis; involucris et involucellis subtriphyllis lanceolatis margine mem-

branaceis; petalis externis umbellularum exteriorum ovario aequalibus; aculeis fructus lanceolato-subulatis patentibus. — Pedalis et ultra glabra petiolis plerumque hispidulis, corollis roseis albisve; fructibus magnis rubentibus. Caulis est totus ramosus diffusus et ad angulos muricatus; folia dorso hispidula illorumque costa hispida. ⨀. Inter segetes litt. cr. circa Flumen, Bukari, Cirkvenica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1234 inter segetes cum praecedente. Rchb. fl. g. 2913. (Cauc. platycarpos L.; C. latifolia Lam.) Mj.-In. **O. platycarpos Koch.**

Gen. 297. Daucus Tourn. Mèrkva ili Merlin.

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata apice inflexo emarginata exterioribus radiantibus bifidis; fructus dorso subcompressus; mericarpii jugis primariis setigeris, secundariis alatis altioribus, inter se aequalibus, simpliciter aculeatis subtus univittatis. — Vis. fl. dalm. III. p. 57, g. 446; Koch syn. pl. p. 334; Rchb. fl. g. p. 448, g. 581.

1 Involucri foliolis late pinnatifidis, illis involucelli lanceolatis margine albo membranaceis ciliatis integris divisisve umbellam aequantibus 2

Involucri foliolis trifidis pinnatifidisve illis involucelli integris trifidisve herbaceis, nec albo marginatis umbellulaque subbrevioribus vel illam superantibus 3

2 Foliis bipinnatifidis, foliolis cuneato-ovatis inciso-dentatis carnosulis nitidis, laciniis oblongis mucronatis; aculeis fructus setaceis simplicibus fructus latitudine brevioribus. — Caulis rigide ramosus et una cum petiolis hispidus; involucri et involucelli foliola eleganter albo-marginata floresque luteoli, rarius albi aut amoene rubri. ♂. Vis. fl. dalm. 1231 in saxosis maritimis scopulorum circa Lesina. Rchb. fl. g. 2917. (D. lucidus L.) In.-Sept. **D. Gingidium L**

Observ. var. β. hirsuta; foliorum segmentis (foliolis) pinnatifidis lobis latioribus, est: D. lucidus L. fil.

Var. γ. scabra; foliolis pinnati-partitis lobis angustis, est: D. maritimus Lam.; occurritque in saxosis insulae Lesina.

Foliis bipinnatis, petiolis secundariis divaricate patentibus, foliolis ovatis oblongisve inciso-pinnatifidis; pedunculo umbellae apice dilatato convexo; fructus aculeis setaceis apice stellato-glochidiatis aut aristula inflexa munitis fructusque latitudine brevioribus. — Habitus D. Carotae, sed praeter fructum jam floribus

dimidio minoribus sordideque albidis et caule retrorsum scabro distinguendus. ♂. Vis. fl. dalm. 1232 cum praecedente in saxosis maritimis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 2918. **D. mauritanicus L.**

Observ. var. β. foliolis ovatis lobatis villosis pedunculo umbellae àpice vix dilatato; involucro brevi breviterve diviso, est: D. hispidus Host fl. aust. I. p. 356.

3 Fructus aculeis apice glochidiatis 4

Fructus aculeis subulatis apiceque simpliciter incurvis; foliis bitripinnatis, foliolis lanceolatis cuspidatis, superiorum longioribus linearibus; involucri foliolis trifidis pinnatifidisque, illis involucelli integris trifidisve umbella subbrevioribus. — Radix fusiformis; caulis erectus 1—3-pedalis, teres, ramosus, sulcatus hispidusque; folia hispida flos umbellae centralis atro-sanguineus sterilis, reliqui albi, ♂. In pratis et pascuis, ad sylvarum margines in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1228 in arvis, pratis et collibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2916. (D. polygamus Jacq. Colitur frequentissime in usum oeconomicum.) In.-Ag. . . . . **D. Carota L.**

Observ. var. β. foliolis latis petalisque exterioribus majoribus aculeis fructus simplicibus glochidiatisque, est: D. mauritanicus All. nec L. occurritque in pratis insulae Lesina.

Observ. Hæc varietas refert quasi D. maximum Desf., differt tamen ab illo involucellis umbellam non excedentibus, aculeis non omnibus, sed paucis glochidiatis cum uncinatis plurimis mixtis.

4 Foliis 2—3-pinnatis, foliolis ovatis inciso-pinnatifidis, lobis oblongolanceolatis mucronulatis, superiorum lanceolato-linearibus; foliolis involucelli exterioribus trifurcatis pinnatifidisque umbellam superantibus margineque membranaceis, ciliatis. ♂. Vis. fl. dalm. 1229 in arenosis sterilibus circa Perzagna in Canale di Cattaro. Colitur in insula Lesina. Mj.-In. . . . **D. maximus Desf.**

Foliis 2—3-pinnatis, foliolis abbreviatis multifidis, lobis oblongis mucronatis hispidulis brevibus; involucelli foliolis simplicibus lineariquc - setaceis; aculeis fructus lanceolato-subulatis apice glochidiatis, fructusque latitudinem superantibus; jugis primariis distiche setulosis. ♂. Vis. fl. dalm. 1230 in arvis arenosis insulae Lissa. In.-Il. . . . . **D. setulosus Guss.**

Subdivisio II. **Campilospermae Koch.**

Albumen margine inflexum, vel totum vel ad latus interius sulco longitudinali exaratum.

Trib. X. **Caucalineae Koch**. *Fructus a latere compressus sive contractus vel subteres; mericarpia jugis primariis 5 filiformibus setosis vel aculeatis, 3 intermediis dorso, 2 lateralibus plano commissurali impositis; secundariis 4 magis prominulis aculeatis, vel copia aculeorum totam valleculam obtegentium obliteratis; albumen involutum, vel margine inflexum. — Flores albi vel rubelli.*

Gen. 298. **Caucalis Hoffm. Stidka.**

Calycis margo 5-dentatus dentibus ovato-lanceolotis; petala obovata marginata apiculo inflexo, exteriora radiantia bifida; fructus a latere (ad commissuram) subcompressus; mericarpii jugis primariis simpliciter, secundariis uni-vel trifariam aculeatis, subtus univittatis. — Umbella fastigiata involucro subnullo, involucellis 3—6-phyllis; flores albi, centralis masc. sterilis. — Vis. fl. dalm. III. p. 59, g. 448; Koch syn. pl. p. 343; Rchb. fl. g. p. 446, g. 577.

1 Aculeis jugorum secundariorum universalibus glabris 2

Aculeis jugorum secundariorum triserialibus confertis scabris, apice glochidiatis; foliis 2—3-pinnatis lacinulis linearibus acutis; involucellis pentaphyllis; umbellis fructiferis contractis. — Palmaris-6-pollicaris divergens foliis lineari-decompositis, pinnis oppositis per costam decurrentibus, scabris; flores parvi rosei, rarius albi. ⨀. Inter segetes litt. cr. circa Flumen, Novi, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1236 in ruderatis et ad margines agrorum insulae Lissa. Rchb. fl. g. 2905. (C. parviflora Lam.) Mj.-In. . . . . **C. leptophylla L.**

2 Foliis 2—3-pinnatis pinnulis pinnatifidis lacinulis linearibus acutis; involucro submonophyllo; aculeis jugorum secundariorum e basi conica subulatis, apice hamatis, diametrum mericarpii tranversalem aequantibus aut plane superantibus. — Spithamaea divergenti-ramosa pilis raris adspersa; folia lanceolato-decomposita, inferiora petiolata petiolis canaliculatis, superiora vaginis amplexantibus margine membranaceis insidentia; pedunculi crassi, oppositifolii; flores albi. ⨀. Inter segetes totius Croatiæ et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1235 inter segetes circa Zara, Sebenico, Trau et Spalato, nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 2906. (Dauc. platycarpos Scop.; Echinophora daucoides Riv.) Mj.-In. . . . . **C. daucoides L.**

Foliis 2—3-pinnatis, pinnulis pinnatifidis, lacinulis linearibus acutis, involucro plane nullo vel monophyllo; aculeis jugorum secundariorum diametro mericarpii transversali multo brevioribus et basi subcylindrica cuspidatis, cuspide sursum flexa. — Spithamaea et ultra, rigidi-ramosa. ○. Inter segetes solo calcareo circa Kalnik, Rieka, Sudovec, Ljubeščica et alibi. Syll. fl. cr. Mj.-In.

C. muricata Bisch.

Gen. 299. **Turgenia Hoffm. Pernatka.**

Calycis margo 5-dentatus dentibus setaceis; petala obovato apiculo inflexo emarginata exterioribus radiantibus bifidis; fructus a latere (ad commissuram) contractus subdidymus; mericarpia jugis 2 plano commissurali impositis muriculatis, caeteris septem bi-trifariam aculeatis, aculeis aequalibus, secundariis subtus univittatis. — Umbella fastigiata flores albi vel cum fructu purpurei. Vis. fl. dalm. III. pag. 60, g. 449; Koch syn. pl. pag. 344; Rchb. fl. g. pag. 447, g. 578.

Foliis bipinnatis, pinnis lanceolatis inciso-serratis; umbella 2—3-radiata, involucris albo-membranaceis; fructus aculeolis jugorum commissuralium diametrum transversalem commissurae aequantibus aut brevioribus. — Radix fusiformis; caulis erectus spithamaeus et ultra-pedalis ramosus angulatus hispidusque; umbellae pedunculatae terminales et oppositifoliæ; involucri foliola ovata, acuta margineque membranacea, involucelli foliola illis involucri similia; fructus ovatus setisque uncinatis tectus. ⊙. Inter segetes litt. cr. circa Kraljevica, Novi et alibi in agris lapidosis. In Slavonia inter segetes et ad margines agrorum viarumque circa Čerević et ad Komina prope Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1237 in satis et cultis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 2907. (Cauc. latifolia L.; Tord. latifolium L.) Il.-Ag.

T. latifolia Koch.

Observ. Forma, nec varietas, fructibus saepe fere duplo majoribus et aculeis jugorum commissuralium diametrum transversalem commissurae superantibus, est: T. multiflora DC. occurritque cum priori praesertim in Dalmatia.

Gen. 300. **Torilis Adns. Čekinjavka.**

Calycis margo 5-dentatus dentibus triangulari-lanceolatis; petala obovata apiculo inflexo emarginata exterioribus radiantibus bifidisque; fructus ovalis a latere contractus; mericarpia jugis primariis 5 setulosis, secundariis copia aculeorum totam valleculam univittatam occupantium oblitteratis. — Umbellae

subconvexae oppositifoliae et terminales, involucra autem 5—8-phylla; flores albi, rarius purpurascentes. Vis. fl. dalm. III. p. 611, g. 459; Koch syn. pl. p. 344; Rchb. fl. g. p. 447, g. 579.

1 Umbellis longe pedunculatis 2
Umbellis glomeratis sessilibus oppositifoliis; fructibus exterioribus aculeatis glochidiatis, interioribus granulato-scabris. — Spithamaea, pedalis et ultra, a basi diffusa, tota aspera; folia subbipinnata foliolis laciniatis, acutis; flores exigui omnes fertiles; petala alba; fructus dense congesti setis uncinatis et glochidiatis hispidi. ⊙. In agris litt. cr. circa Flumen, Kraljevica, et alibi haud rara. Vis. fl. dalm. 1240 in agris locisque sterilibus totius Dalmatiae frequens. Rcbh. fl. g. 2908. (Cauc. nodosa Huds.; Tordyl. nodosum L.; Cauc. nodiflora Lam. et All.) Ap.-Mj. . . . . **T. nodosa Gaertn.**

2 Aculeis fructus glochidiatis; involucro oligophyllo aut plane nullo 3
Aculeis fructus incurvis apice simplicibus acutisque non glochidiatis; foliis bipinnatis, foliolis inciso-serratis umbellis longe pedunculatis; involucro polyphyllo. — Bi-tripedalis ramis patentibus; foliola ovato-lanceolata incisa; flores albi aut rosei, fructus virides aut purpurascentes. ⊙. In sylvaticis, inter frutices, in saepibus dumetisque totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1238 in sylvaticis et fruticetis montium Velebit et Dinara. Rchb. fl. g. 2911. (Cauc. Anthriscus Scop.; Tord. Anthriscus L.; Tor. rubella Mnch.) In.-Sept.
T. Anthriscus Gmel.

3 Petalis ovarium aequantibus; stylis stylopodio vix duplo-longioribus; foliis infimis bipinnatis, superioribus pinnatis ternatisque, foliolis inciso-serratis, terminali foliorum superiorum saepe elongato; umbellis longe pedunculatis. — Caulis teres striatus, saepius jam a basi ramosus ramis diffusis aut divaricatis dichotomus; folia scabriuscula subhirsuta; fructus oblongi setis glochidiatis hispidi. — Interdum sunt petala duo interiora basi connata. ◯. In agris inter segetes, ad sepes et in dumetis hinc inde praesertim circa Crisium, in campo Podravano; circa Zagrabiam, Karolostadium, nec non in litt. cr. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Essekinum. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1239 ad sepes, in locis incultis et inter segetes totius Dalmatiae vulgaris. Rchb. fl. g. 2910. (Scad. infesta Jacq.; Cauc. arvensis Huds.; T. helvetica DC.) Il.-Ag. . . . . **T. infesta Hoffm.**

Variet. β. caule ramisque rigidis angulatis, umbellis involucratis fructuumque aculeis abbreviatis, est: T. microsperma DC. occurritque in sylvis submontanis ad Crisium et Thermas Varasdinenses cum priori.

Petalis ovario dimidio brevioribus; foliis infimis bipinnatis foliolis lanceolatis elongatis incisis, superioribus ternatis, foliolis inciso-serratis terminali saepe elongato et remote serrato, summis tripartitis indivisisve; umbellis longe pedunculatis. — Caulis 1—2-pedalis ramosus ramis erecto-patulis, flores minimi; foliola superiora valde angustata et plerumque elongata. ⊙. In agris ad sepes et in dumetis in montanis circa Severin et Lokve nec non in litt. cr. circa Bribir, Novi et Cerkvenica. Vis. fl. dalm. 1239 β. cum T. infesta Hoffm., cujus varietas habetur, in iisdem locis. (Cauc. helvetica Jacq.; C. divaricata Hell.; C. Segetum Thuil.; C. arvensis Schult.; C. procumbens Riv.) Apr.-In. **T. heterophylla Guss.**

Trib. XI. **Scandicineae Koch.** *Fructus ovalis aut pyramidatus, a latere evidenter compressus vel contractus, saepius rostratus; mericarpia jugis 5 filiformibus quandoque alatis, vel basi oblitoratis et apice tantum conspicuis, lateralibus, omnibus aequalibus, secundariis nullis; albumen convexum vel margine involutum.*

Gen. 301. **Scandix L. Iglenjača.**

Calycis margo obsoletus; petala obovato-cuneata cum lacinula inflexa; fructus oblongo-linearis ad commissuram (a latere) compressus, longissime rostratus, jugis obtusis; vittis obsoletis vel nullis. — Umbella fastigiata, involucrum submonophyllum, involucella polyphylla; flores albi. Vis. fl. dalm. III. p. 62, g. 451; Koch syn. pl. p. 345; Rchb. fl. g. p. 442, g. 572.

1 Fructus rostro a latere compresso; columella apice bifida . . 2

Rostro fructus a dorso compresso, bifariam hispido; columella setacea indivisa. — Humilis, folia tenue multipartito-composita foliolis linearibus, acutis, planis pilosisque; involucelli foliola subbidentata; petala alba, in floribus centralibus subaequalia, in exterioribus exteriora longiora; rostrum fructus ultra pollicare margine retrorsum aculeoto, dorso laevi. ○. Inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1241 inter segetes totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 2883. (Sc. Pecten-Veneris L.; Myrhis Pecten-Veneris All.; Chaeroph. Pecten-Veneris Crntz.; Chaer. rostratum Lam.) Mj.-In. . . **Sc. Pecten L.**

2 Foliis tripinnatis, foliolis setaceis, summarum filiformibus; involucelli foliolis ovato-lanceolatis integris bifidisve; petalis exterioribus internis paullo majoribus; fructu rostroque undique hirtis. Caulis spithamaeus et ultra erectus ramosus pilosus, basi glaber. ⨀. Inter segetes et in ruderatis in litt. cr. circa Flumen in Martinšćica, ad Tersat et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1242 in agris et sterilibus insulae Ossero circa Lossin piccolo et in insula Selve. (Myrh. australis All.; Chaeroph. australe Crutz.) Apr.-Mj. . . . . **Sc. australis L.**

Foliis tripinnatis, foliolis linearibus, superiorum longioribus; involucelli foliolis obovatis obtusis emarginatisve, margine albo-membranaceis ciliatis; petalis inaequalibus, exteriore maximo; fructu rostroque undique hirtis. — Caulis erectus, basi albo-villosus, superne glaber, divisus; folia inferiora ad petiolos villosa, seccus glabra; umbellae radii 3—6 divaricati; involucri foliolo ramentaceo, margine in villos fisso; involucelli pentaphylli foliolis late ovatis, margine hyalinis; petala 4 brevissima oblongo-obovata, quinto obovato apice rotundato multoties majore integro. ⊙. Vis. fl. dalm. 1243 in locis asperis insulæ Cherso et Lossin piccolo insulae Ossero. (Sc. hirsuta Biasol.; Chaeroph. grandiflorum Lam.) Ap.-In. . . . . **Sc. grandiflora L.**

Gen. 302. **Anthriscus Hoffm. Krasuljica.**

Calycis margo obsoletus; petala obovata truncata aut apiculo inflexo obcordata, saepe brevissima; fructus ad commissuram (a latere) contractus rostratus; mericarpia subteretia ejugata, rostro tantum 5-jugato; albumen tereti-convexum. — Umbellae terminales aut oppositifoliae subfastigiatae; involucrum oligophyllum aut nullum, involucella polyphylla; flores albi. Vis. fl. dalm. III. p. 452; Koch syn. pl. p. 346; Rchb. fl. g. p. 443, g. 573.

1 Caule exacte glabro simpliciterque striato 2
Caule saltem basi hirto aut undique pubescente 3

2 Foliis tripinnatis sparse pilosis, pinnis oblongis obtusis mucronulatis ciliatis; fructibus ovato-acuminatis, uncinato-aculeatis, stigmatibus in rostri apice subsessilibus. — Caulis suberectus teres, humilis, saepe divergenti-diffusus; folia ternato-decomposita, foliola pinnatifida laciniis brevibus obtusis, subtus in nervis sparse pilosis; petioli pilosi, vaginae ciliatae; umbellae 4—5-radiatae oppositifoliae; fructus aculeati aculeis subulatis incurvatis, rostri sulcis tertiam fructus partem subaequantibus; involucella dimi-

diata 2—3-phylla; stylus brevissimus; stigmata subsessilia. ☉. In locis incultis circa pagos, in plateis, ad vias, nec non in nemoribus umbrosis dumetisque totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia ad sepes circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1244 in hortis cultisque circa Dernis. Rchb. fl. g. 2886. (Scand. Anthriscus L.; Cauc. Scandix Scop.; Toril. Anthriscus Gaertn.; Tor. scandicina Gmel.) In.-Sept. . . . . . **A vulgaris Pers**

Foliis trisecto-decompositis, foliolis ovatis pinnatipartitis, lobis oblongis inciso-dentatis obtusiusculis; vaginis et involucellis ciliatis; fructibus oblongis glabris, tuberculatis ciliarumque serie basi cinctis. — Caulis 1—2-pedalis dichotome-repetito partitus, umbellis primariis in dichotomiis, laevis, ad genicula paullisper incrassatus; petioli basi in vaginam dilatati, vaginis margine denticulatis ciliatisque; styli subulati; involucrum 2—3-phyllum; involucella polyphylla. — Sequenti valde affinis et nonnisi pube caulis glauco-velutina, petalis majoribus integris aut vix emarginatis, nec apice bilobis et fructus tuberculis rarioribus diversa. ☉. In locis incultis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 411. In.-Il. . . . . **A. sicula Vis.**

3 Caule basi hirsuto aut saltem supra geniculis puberulo; involucellis 2—4—5 ciliatis, fructibus oblongis linearibusve. . . . 4

Caule foliisque pube brevissima subholosericeis; foliis 2—2-pinnatis foiiolis oblongis mucronulatis margine hispidulis; umbellis 5—7-radiatis subnudis; petalis exterioribus majoribus; fructibus oblongo-linearibus tuberculato-muricatis rostro brevissimo 5-jugatis, stylis stylopodio longioribus. — Caulis fistulosus, praesertim ad genicula, ubi tumidulus, nunc sulcatus, nunc striatus glauco-velutinus, pedalis et ultra; foliola pinnatifido-incisa valdopere variantia latius aut tenuius dissecta, lacinulis obtusis acutisve. ♂. In umbrosis sylvaticis montium Velebit, praesertim in subalpinis alpium Urlaj, Visočica et Debelo-berdo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1245 in subalpinis umbrosis montium Velebit, Mossor et Biokovo. Rchb. fl. g. 2888. (Scand. fumarioides WK.; Chaer. nemorosum Rchb. fl. exsicc.) In.-Il. **A. fumarioides Spr.**

Observ. var. β. foliolis latioribus pinnatifidis, lobis obtusis, involucro oligophyllo, est: A. Hladnikiana Rchb. occurritque in umbrosis montis Sella in Dalmatia.

4 Caule basi hirsuto, superne glabro; involucellis 5 longo-ciliatis; fructibus oblongis 5
Caule supra geniculis puberulo, involucellis dimidiatis 2—4-phyllis; fructibus linearibus sulcisque rostri dimidium fructus subaequantibus 9
5 Fructibus oblongis tuberculatis, tuberculis setula muricatis, sulcis rostri quintam fructus partem subaequantibus. — Sequenti valde affinis; differt tamen, excepto fructu, insuper: caule superne pruinoso-puberulo subglaucescente multo tenuius sulcato; vaginis foliorum superiorum late auriculato-membranaceis et involucellorum ciliis rigidulis. ♃. In nemorosis sylvisque umbrosis ad Medvedgrad prope Zagrabia; in monte Klek et Kapella minori. Syll. fl. cr. In nemorosis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 235, g. 564; Neilr. Nachträge zur Maly's enum. pl. p. 204. Rchb. fl.g. 2891. (Chær. nemorosum MB.) Mj.-In. **A. nemorosa Koch.**
Fructibus oblongis laevibus vel tantum superne tuberculatis, tuberculis muticis, sulcis rostri quintam partem fructus aequantibus. — Folia laete tripinnata foliolis ovatis lobatis, laciniisque inferiorum incisis, umbellis multi-radiatis pedunculis nudis; fructus punctulati rostro quintam fructus partem aequantis quinquejugato, stylis stylopodio longioribus. ♃. In pratis, ad sepes, in dumetis, ad ripas rivulorum in alpes usque adscendens in Croatia et Slavonia valgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1248 ad sepes et ripas, in locis udis et pinguibus circa Promina et Verlika. Rchb. fl. g. 2892. (Chaer. sylvestre L.; Anth. elatior Bess.; Cerefolium sylvestre Riv.) Mj.-In. . . . **A. sylvestris Hoffm.**

Observ. var. β. vaginis ad insertionem pilis patulis obsitis; foliis ciliatis, foliolisque involucelli elongatis, est: A. ciliata Schloss.; (Chaer. ciliatum Kit.) occurritque in dumetis et fruticetis ad Modruš. (Kit. iter cr. prim.)

Variat in super: α. foliis tripinnatis, foliolis in lacinulas aproximatas angustas valde incisis: A. sylvestris DC.

β. foliis bipinnatis, foliolis multo minus incisis lobulis latioribus: A. alpestris Wimm. et

γ. foliis bipinnatis, foliolis in lacinulas lineares distantes pinnatipartito-dissectis: A. tenuifolia DC. Omnes hae formae occurrunt cum specie in iisdem locis.

6 Fructibus linearibus setuloso-muricatis, rostro tertiam fructus partem aequante quinque-jugatis, stylis conniventibus stylopodio lonlongioribus; foliolis cuneato-ovatis inciso-pinnatifidis, lobis oblongis mucronulatis ciliatis; umbellis 5-radiatis subsessi libus subnudis. — Simillima sequenti, sed fructibus muricatis rostroque breviore et stylis apice sibi invicem incumbentibus adfatim differt. ◯. Ad sepes et in ruderatis circa Kalnik, Crisium et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1247 in cultis hortisque oleraceis circa Dernis. Rchb. fl. g. 2888. (Chaer. trichospermum Schult.) Ap.-Mj. **A. trichosperma Schult.**

Fructibus linearibus laevibus glabris, rostro dimidium fructum subaequante; stylis erecto-patulis stylopodio longioribus; foliis sparse pilosis, foliolis ovatis inciso-pinnatifidis, lobis oblongis mucronulatis ciliatis; umbellis 5-radiatis subnudis. — Caulis teres, sub geniculis aequalis, gracilis; vaginae et petiolorum ramificationes pilosae; umbellae primariae sat longe pedunculatae, pedunculis radios puberulos fructiferos ter-quaterve superantibus. ♂ vel ⊙. Ad sepes, vineas sylvarumque margines totius Croatiæ vulgaris. Syll. fl. cr. In Slavonia in dumetis vineisque circa Vukovar, Čerević et Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1246 in hortis insulae Morter. Rchb. fl. g. 2887. (Scandix Cerefolium L.; Chaer. Cerefolium Crntz.; Chaer. sativum Lam.; Cerefolium sativum Bess.) Mj.-In. . . . . **A. Cerefolium Hoffm.**

Gen. 303. Physocaulis Tausch. Miehurnjača.

Calycis margo obsoletus; petala obovata obtusa vel obcordata apiculo inflexo fructus obovato-lanceolatus erostris, ad commissuram (a latere) contractus, mericarpii jugis obtusissimis latis, vittis solitariis pericarpio tectis; stigmatibus in apice stylopodiorum conicorum sessilibus; columella bifida. Vis. fl. dalm. III. p. 65, g. 453; Koch syn. pl. p. 348.

Caule sub geniculis inflato, foliis ternato-bipinnatis pinnulis ovatis pinnatifido-incisis dentatisque; fructibus hispidis setis tuberculo insidentibus. — Herba hirta; umbellae 2—3-radiatae subnudae, umbellulae involucellis linearibus; fructus majusculi tuberculato-setosi; flores albi. ◯. In dumetis sepibusque litt. cr. circa Flumen, Bukari, Cirkvenica, Selce et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in comitatu Syrmiensi in iisdem locis. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1249 in sterilibus, dumetis sepibusque totius Dalmatiae. Rchb.

fl. g. 2890. (Chaer. nodosum Lam.; Anthr. nodosa Pers.; Torilis macrocarpa Gaertn.; Biasolettia nodosa Bertol.; Scand. nodosa L.) Mj.-In. . . . . **Ph. nodosa Tsch.**

Gen. 304. **Chaerophyllum L. Krabilica.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordata apiculo inflexo; fructus a latere contractus oblongus vel linearis erostris; mericarpii jugis 5 obtusissimis aequalibus, lateralibus marginantibus; vittis in valleculis solitariis perspicuis; stylis stylopodio aequalibus filiformibus. — Umbellae terminales et in dichotomia, convexae, involucro subnullo aut oligophyllo, involucellis polyphyllis; flores albi, rarius rosei et in Ch. colorato L. flavi. Vis, fl. dalm. III. p. 65, g. 454; Koch syn. pl. p. 348; Rchb. fl. g. p. 444, g. 574.

1 Floribus albis, rarius rubellis roseisve 2
Floribus flavis; foliis tripinnatis, petiolis secundariis refracto-patentibus, foliolis pinnatifidis patulis, laciniis linearibus; involucellis coloratis glabris; fructibus linearibus. — Bi-pedale et ultra, caulis ad genicula aequalis una cum foliis hirsuto-pilosus; involucella una cum petalis flava; styli divergentes; fructus crassitie breviores. ♂. Vis. fl. dalm. 1250 in apricis asperis totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 2895. (Myrhis colorata Spr.) In.-Il. . . . . **Ch. coloratum L.**

2 Foliolis incisis pinnatifidisque 3
Foliolis indivisis ovato-oblongis acuminatis serratis; involucellis lato-lanceolatis subulato-acuminatis ciliatis; stylis divaricatis, stylopodio conico longioribus. — Bipedale et ultra; caule sub geniculis tumido; folia bi-triternata aut triternato-pinnatifida vaginis pilosis, amplexicaulibus, facie glabra, subtus scabriuscula et ad nervos venasque pilosa; petala alba; fructus oblongus, gracilis, glaber. ♃. In hortis graminosis, nemoribus pratisque sylvaticis in Moslavina ad Osekovo, Kutinja; in Slavonia circa Pakratz, Požega et in sylva ad Eminovci. In dumetis circa Virovitic et in sylvis in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 2902. (Myrhis aromatica Spr.; M. latifolia Riv; Scandix tinctoria Scop.) Il.-Ag. . . . . **Ch. aromaticum L.**

3 Radice tuberosa aut napiformi, interdum subrotunda 4
Radice simpliciter fibrosa, nec unquam tuberosa aut napiformi . 5

4 Caule sub geniculis inflato, basi hispido, superne glabro; foliis supradecompositis, foliolis profunde pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis acutis, superiorum linearibus angustissimis; involu-

cellis lanceolatis cuspidatis glabris; stylis reflexis stylopodium subaequantibus. — Tuber breve napiforme; caulis saepe hominem altus purpureo-maculatus; folia tenuissime composita; petala latissima alba; styli divergentes. ♂. In dumetis locisque incultis et sylvaticis, ad sepes et inter frutices totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia inter frutices circa Drenovac, Karlovic et Semlin. Rchb. fl. g. 2896. (Scand. bulbosa Roth.; Myrh. foetens Riv.; Myrh. bulbosa Spr.) Mj.-In. . . . . . **Ch. bulbosum L.**

Caule ad genicula tumido secus glaberrimo et laevi; foliis tripinnatis, foliolis lanceolato-linearibus elongatis acuminatis, superiorum linearibus; involucellis glabris; fructibus lineari-subclavatis. — Radix tuberosa; herba omnis glaberrima; caulis erectus striatus glaucus immaculatus, divaricate ramosus; umbellae in ramis terminales et in dichotomiis nudae; radiis fructiferis erectis; umbellulae fructiferae strictae, involucelli 1—4-phylli foliolis elongatis linearibus; floribus pluribus abortivis; fructus pedicello subaequalis linearis, saepe basi angustior jugis obtusis laevibus; valleculis anguste linearibus univittatis; stylopodium pulvinatum stylis duplo longioribus divaricatis; stigmatibus depresso-capitatis. ♂. Vis. fl. dalm. 1251 in umbrosis circa Verlika et Mavice. Mj.-In. . . . . **Ch. laevigatum Vis.**

5 Caulibus infra genicula tumidis inflatisve; stylis reflexis; petalis nudis glabrisque 6

Caulibus ad genicula aequalibus, vix tumidulis; stylis erectis divaricatisve; petalis involucellisque ciliatis 7

6 Foliis bipinnatis, foliolis ovato-oblongis lobato-pinnatifidis, lobis obtusis breviter mucronulatis subcrenatis; involucellis ovato-lanceolatis cuspidatis ciliatis; petalis glabris. — Bipedalis et ultra; caulis sub geniculis evidenter inflatus, basi hispidus, superne hirsutus, purpureo-maculatus; folia mollia, hirsutula; umbellae primo nutantes dein erectae radiis inaequalibus; petala semibiloba; flos centralis sterilis, extimi fertiles. ♂. In dumetis locisque incultis et sylvaticis, ad sepes et inter frutices totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in dumetis et ad sepes circa Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1252 ad sepes, in dumetis et ad fossas circa Verlika et Stermica, nec non in insula Cherso. Rchb. fl. g. 2894. (Scand. temula Roth.; Sc. nutans Mnch.; Myr. temula Gaertn.) Mj.-In. . . **Ch. temulum L.**

*

Foliis tripinnatis, foliolis ex ovata basi lanceolatis acuminatis incisis serratisque, basi pinnatifidis, in apice longe protracto simpliciter serratis; involucellis late lanceolatis cuspidatis ciliatis petalis glabris; stylis stylopodium aequantibus. — Reliquis gracilius, flavo-virens; radix multiceps; caulis saepe purpureo-maculatus pedalis et ultra; umbellae involucratae foliolis 5—8-lanceolatis acuminutis ciliatis; petala semibifida apice valde inflexa; flos centralis brevissime pedicellatus; fructus oblongus glaber. ♃. In collibus incultis inter frutices sylvarumque margines circa Fužine et Merkopalj, nec non in Croatia australi ad Korenicam et in ipsa alpe Plieśivica, in sylvis subalpinis montium Velebit, veluti sub alpe Badanj et Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2900. (Myrh. aurea Gaertn.; Scand. aurea Roth.) In.-Il. . . . . **Ch. aureum L.**

Observ. var. β. caule foliisque omnino, glabris, est: Ch. monogonum Kit. occurritque in ruderatis et in ipsis tectis ad Bosanci et Severin.

7 Foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis inciso-serratis, inferioribus pinnatifidis; involucellis lanceolatis acuminatis herbaceis margine membranaceis; stylis stylopodium pluries excedentibus; carpophoro ad basin usque partito. — Tri-quadripedale; caulis glabrescens; folia magna; involucella radiolis breviora late membranacea villoso-ciliata; fructus cylindrici. ♃. In pratis sylvisque montanis et alpinis, veluti in illis montium Ivanšćica, ad Radoboj et Krapinam, nec non in monte Klek, ad catarractas Sluinenses et in monte Merzin. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2899. (Ch. Cicutaria Rchb.; Ch. hirsutum Vill et non L.) In.-Il. . . . . **Ch. Villarsii Koch.**

Foliis duplicato-ternatis, foliolis 2—3-fidis pinnatifidisve inciso-serratis; involucellis lato-lanceolatis acuminatis margine petalisque ciliatis; stylis stylopodium pluries excedentibus; carpophoro tantum apice bifido. — Bi-tripedale, saepe adscendens, hirsutissimum, procerius et ad caulem glabrescens; folia hirsuta; umbellae longe pedunculatae pedunculis hirsutis; flores albi aut rosei. ♃. Ad rivulos in sylvis montanis pratisque irriguis montium Kalnik, Ivanšćica, Ošterc prope Samobor, nec non ad catarractas Sluinenses et in ipsa alpe Plieśivica. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montis Papuk. (Kan.) Rchb. fl. g. 2897. (Ch. palustre Lam.; Ch. Cicutarium Host.; Ch. Cicutaria Vill.; Myrh. hirsuta Spr.) Il.-Ag. . . . . **Ch. hirsutum L.**

Gen. 305. **Biasolettia Koch. Cvolina.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordato-biloba apiculo inflexo acuto; fructus oblongo-linearis apice attenuatus erostris a latere (ad commissuram) compressus; mericarpia jugis 5 argutis, subulatis aequalibusque, lateralibus marginantibus; valleculae planae univittatae; styli stylopodio duplo longiores; albumen antice sulco profundo exaratum. Vis. fl. dalm. III. p. 66, g. 445; Koch syn. pl. p. 350.

Foliis bipinnatis glabris margine scabriusculis, foliolis pinnatipartitis laciniis inferiorum lanceolatis, superiorum linearibus. — Radix tuberosa tubere globoso nucis avellanae majoris magnitudine, inferne fibras ramosas agente; caulis solidus teres vix striatus pedalis et ultra, a medio ramose dichotomus, ramis divergentibus; folia omnia petiolata petiolis petiolulisque canaliculatis; vaginis margine albo-membranaceis longe ciliatis striatis; umbellae in ramis terminales 8—12-radiatae hemisphaericae, laxae, nudae radiis vix striatis nudis; umbellulae sub 20-florae involucello pentaphyllo persistente fultae, involucellis lanceolato-acuminatis patulis, margine anguste membranaceis, exterioribus majoribus; patulis albis; stamina erecta; stylopodium in flore juvenili pulvinatum nitidissimum, glabrum, dein opacum puberulum bilobumque, stylis erecto puberulis coronatum; umbellae fructiferae strictae radiolis erectis fructui subaequilongis. ♃. In sylvis umbrosis montium Velebit ad Mali-Halan. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1253 in sylvaticis umbrosis montium Velebit, Biokovo et Veli-verh supra Risano. (Myrh. cynapioides Guss.; Bunium cynapioides Bert.; Freiera Biasolettiana Rchb.; Fr. cynapioides Grieseb.) Mj.-In. . . . . **B. tuberosa Koch.**

Gen. 306. **Myrhis Scop. Čehulja.**

Calycis margo obsoletus; petala obovata emarginata cum lacinula inflexa; fructus a latere compressus; semen involutum tectumque membrana dupplici, exteriore elevata in juga 5 arguta, acute carinata, intus cava; interiore arcte adnata; vittae nullae. — Styli basi sensim incrassati, flares albi. — Koch syn. pl. p. 350; Rchb. fl. g. p. 446, g 575.

Foliis villosulis pilis brevibis; involucellis lanceolatis acuminatis. Bi-tripedalis; habitus Chaeroph. aurei L., sed tota mollis molliterque pubescens; caulis fistulosus striatus pilosus; folia magis composita, multiplicato-pinnata, subtus sericeo-villosa; foliola

ovata aut oblonga incisa costis teretibus ad basin vaginantibus lacinulisque in foliolum longe lanceolatum acutumque confluentibus; involucrum nullum, involucella 5-phylla foliolis lineari-lanceolatis; flores plerique steriles, fertiles in centro. ♃. In pascuis alpinis et montanis, praesertim inter Pinum Pumilionem alpis Plieŝivica, nec non in alpe Badanj et Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2903. (Scandix odorata L.; Chaeroph. odoratum Lam.) In.-Il. . . . . **M. odorata Scop.**

Trib. XII. **Smyrneae Koch.** *Fructus turgidus ovatus a latere (ad commissuram) compressus vel contractus; mericarpia 5-jugata jugis interdum obsoletis, lateralibus marginantibus vel margine saltem proximis; albumen involutum vel latere interiore sulcatum, ideoque sectione transversali semilunatum vel complicatum.*

Gen 307. **Echinophora Tourn. Ježovka.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata emarginata lacinula inflexa, exteriora majora radiantia bifida; fructus indehiscens ovatus subteres, breviter rostratus caro pedicelli inclusus floribusque sterilibus persistentibus coronatus, rostro exserto; mericarpii jugis undulatis aequalibus, vittis solitariis membranaque arachnoidea tectis; albumen involutum — Umbella pluriradiata rigida; involucrum et involucellum polyphyllum spinescens; flores albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 67, g. 456; Koch syn. pl. p. 352; Rchb. fl. g. p. 440, g. 567.

Foliis pinnatis, foliolis pinnatifidis, superiorum simplicibus trifidisque laciniis linearibus rigidis subtrigonis in spinam acuminatis. — Humilis caule rigide ramoso divaricato foliisque duris. ♃. Vis. fl. dalm. 1254 in arenosis maritimis circa Breno, Castelnuovo in Canale di Cattaro, Budua et in insulis circa Zara. Rchb. fl. g. 2875. Mj.-In. . . . . **E. spinosa L.**

Gen. 308. **Prangos Lindl.**

Calycis margo obsoletus; petala elliptica emarginata apiculo inflexo; fructus ovalis ad commissuram compressus pericarpio fungoso, jugis alatis, extimis latioribus marginantibus; valleculis latis planis commissuraque evittatis; semine multivittato; columella bipartita. — Vis. fl. dalm. III. p. 68, g. 457.

Foliis supradecompositis, laciniis linearibus setaceisve divaricatis mucronatis; floribus flavis; fructibus ovalibus. — Calycis tubus fere turbinatus octagonus, limbus vix marginatus, obsoletus; petala inflexione apiculi linearis petali dimidium vix superantis emarginata, basi rotundata et unguiculo destituta, dorso uninervia

facie plica longitudinali exstante; stylopodia planiuscula stylis erectis, stigmatibus capitatis; fructus ovalis ad commissuram compressus, hinc sectione transversali ellipticus, laevis, nitidus, glaber; mericarpii jugis alatis, alis planis undulatisve integris, lateralibus latioribus marginantibus; semen oblongum subtrigonum, sive dorso convexum, lateralibus planis, facie sulco exaratum ob margines introflexos, undique vittis resiniferis prominulis longitudinaliter lineatum et aromaticum. ♃. Vis. fl. dalm. 1255 in montibus circa Ragusa. (Laserp. ferulaceum Linn.) Mj.-Il.

P. ferulacea Lindl.

Gen. 309. **Physospermum Guss.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata acumine inflexo; fructus ad commissuram (a latere) contractus; mericarpia reniformi-globosa 5-juga jugis tenuissime filiformibus aequalibus, extimis marginantibus; valleculae late univittatae. — Umbella gracilis patentissima, involucrum et involucella polyphylla; flores albi; fructus drupacei putamine ante maturitatem a pyrena soluto, vesicario. Rchb. fl. g. p. 442, g. 570.

Glabrum; foliis inferioribus triternato-compositis foliolis cuneatis, inciso dentatis, summis hebetatis squamaeformibus. ♃. In collibus apricis dumetisque ad Claustrum Gergetek, nec non in colle dumetoso versus Stražilovo in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 2880. (Ph. commutatum Roth; Danaea aquilegifolia W. G.; Ligust. aquilegifolium W.; Sison sylvaticum Brot.; Smyrn. nudicaule MB.) In.-Ag. . . **Ph. aquilegifolium Koch**

Gen. 310. **Smyrnium L. Lesandra.**

Calycis margo obsoletus; petala elliptica aut lanceolata integra acumine inflexo; fructus didymus ad commissuram angustam compressus retractusve, maturitate succosus; mericarpii reniformi-globosi jugis dorsalibus exstantibus, extimis marginantibus obsoletis; valleculae multivittatae; albumen involutum. — Umbella convexa, involucra varia aut nulla; flores e viridi luteoli. — Vis. fl. dalm. III. p. 68, g. 458; Koch syn. pl. p. 352; Rcbh. fl. g. p. 442, g. 571.

1 Foliis caulinis summis rameisque simplicibus cordato-amplexicaulibus 2

Foliis omnibus compositis, inferioribus subtriternato-partitis, supremis ternato-partitis, foliolis ovatis inciso-serratis trilobisve. — Bipedale et ultra radice tuberosa extus nigricante; caule tereti sulcato aptero; folia radicalia et caulina inferiora supradecom-

posita, superiora ternata, foliola ovata glabra serrata, saturate viridia, inferiorum lateralia basi inaequalia; petala e viridi luteola. ♃. Vis. fl. dalm. 1256 in locis udis umbrosis, in hortis ruderatisque circa Trau, Macarsca et Ragusa, nec non in insulis Arbe, Pago et Lesina. Rchb. fl. g. 2882. Mj.-In. **S. Olusatrum L.**

2 Caule sulcato exacte aptero; foliis inferioribus biternato-partitis, foliolis subovatis inciso-serratis, foliis superioribus indivisis cordato-amplexicaulibus obtusis, summis orbiculatis; floribus e viridi luteolis. — Variat forma foliorum in foliis radicalibus et foliis summis crenulatis vel integerrimis. ♃. Vis. fl. dalm. 1257 in pratis montium Velebit. (S. Dodonaei Spr.; S. Matthioli Presl.) Mj.-In. . . . . **S. rotundifolium Mill.**

Caule striato angulato superne alato; foliis inferioribus triternato-partitis, foliolis cuneato-ovatis inciso-serratis, superioribus indivisis ovatis oblongisve basi cordata amplexicaulibus, summis cordato-ovatis. — Bi-tripedale radice tuberosa, tubere subgloboso; caulis erectus ramosus, superne angulato-alatus; folia nitida radicalia supradecomposita, caulina ima triternata, superiora ternata, summa et ramea simplicia, omnia e viridi flavescentia; umbellae axillares; petala flavo-virentia. ♃. In sylvis, pratis dumetisque litt. cr. et Croatiae australis vulgare. Syll fl. cr. In Slavonia in sylvis dumetisque circa Lušac prope Vukovar. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1258 in sylvaticis montium Velebit ad Verlika, in Boraja, in montibus Visosnica et Lubljan, ad Rillić, Perzagno, in monte Pastrović et in insula Brazza. Rchb. fl. g. 2881. (S. Dioscoridis Spr.) Mj.-In. . . **S. perfoliatum L.**

Gen. 311. **Conium L. Živolina.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordata apiculo inflexo brevissimo; fructus ovatus ad commissuram compressus; mericarpia jugis 5 prominulis undulato-crenulatis aequalibus, lateralibus marginantibus; valleculae multistriatae, evittatae; albumen sulco profundo angusto incisum. — Umbella fastigiata; involucrum 3—5-phyllum, involucella extrorsum 2—3-phylla; flores albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 69, g. 459; Koch syn. pl. p. 351; Rchb fl. g. 441, g. 568.

Caule erecto maculato ramosissimo; foliis supradecompositis, foliolis oblongis incisis, laciniis acutis; involucellis lanceolatis, umbellula brevioribus. — Glaberrimum 2—3-pedale et ultra; caulis fistulosus laevis pruinosus sanguineo-maculatus; petioli teretes subcarinati fistulosi; foliola folii supradecompositi ovato-oblonga,

inciso-dentata apiculis albidis. ♂. In ruderatis, dumetis ad vias et sepes ubique in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1259 in ruderatis umbrosis circa Zara, Sebenico, Dernis, Knin, Verlika, Sinj, Trau, Castelnuovo di Cattaro et in insulis Sansego et Brazza. Rchb. fl. g. 2876. (Cicuta maculata Lam.; C. minor Lam.; Coriand Cicuta Crtz.) Mj.-In. **C. maculatum L.**

Observ. var. β. caule striato diffuso-ramoso, umbellis umbellulisque proliferis, est: C. striatum Tratt.

Var. γ. involucellis linearibus umbellulam subaequantibus; caule altissimo subimmaculato, est: C. croaticum Kit. — Una alteraque forma occurrit in iisdem locis, ac ipsa species.

Gen. 312. **Pleurospermum Hoffm. Komorač.**

Calycis margo 5-dentatus; petala obovata integra acumine lato inflexo; fructus a latere (ad commissuram) compressus ovatus; mericarpia membrana duplici instructa, exterior inflata et in juga 5 tumida, cava, interior arcte adnata et juga 5 minora exterioribus opposita exserens; valleculae membranaceae, interiores 1—2-vittatae, ideoque vittae semini ipsi impositae; albumen sectione transversali semilunare. — Umbella fastigiata; involucra et involucella subpolyphylla; flores albi. — Koch syn. pl. pag. 351; Rchb. fl. g. p. 441, g. 569.

Caule striato-sulcato, superne erecte ramoso; foliis infimis triternatis, caulinis e vagina brevi late quinato-pinnatis ternatisque; involucello polyphyllo; mericarpiorum jugis obtusis carinatis, carina subcrenulata. — Bi-tripedale glabrum; caulis crassus non septatus subsimplex; foliola cuneato-oblonga in petiolum suum decurrentia, incisa; umbella maxima 30—40-radiata; radiis scabris arecto-patulis; involucra umbellae primariae laciniata. ♃. In subalpinis montanisque humilioribus, veluti in subalpinis montis Mala-Kapela et in pede alpis Pliešivica. Rchb. fl. g. 2878. (Ligust. austriacum L.; L. Gmelini Vill.; Physasper. Gussoni La G.) Il.-Ag. . . . **P. austriacum Hoffm.**

Gen. 313. **Alschingeria Vis. Doljan.**

Calycis margo obsoletus; petala obcordato-reniformia, inflexo excisa, apiculo subquadrato brevissime unguiculata; fructus ovatus ad commissuram compressus retractusque, sectione transversali subdidymus; mericarpii subovati jugis ob-

tusis crassiusculis, dorsalibus approximatis, extimis altioribus marginantibus; valleculis univittatis; seminis sulco profundo exarato tegumento ante maturitatem non adhaerente; columella bipartita. Vis. fl. dalm. III. p. 69. g. 460.

Foliis radicalibus tripinnatis, foliolis oblongo-ovatis acutis incisis; umbellis oppositis verticillatisque. — Caulis 2—3-pedalis sulcatus, superne ramoso-paniculatus nudiusculus; foliola radicalium ovata inciso-serrata subtus puberula basi cuneata integra dentibus mucronatis; superiora ternato-partita, floralia indivisa ligulata integerrima; inflorescentia paniculata florum pedunculis subverticillato-proliferis; involucrum polyphyllum foliolis oblongo-lanceolatis acutis, margine membranaceis; involucellis oligophyllis conformibus; flores centrales umbellae mediae et plurimi lateralium abortivi; calycis margo in flore edentulus, in fructu dentibus brevissimis lanceolatis incurvis; corolla pentagona petalis obcordato-reni formibus, ob inflexionem apiculi subquadrati emarginati petalum subaequantis late excisis, dorso virescentibus crassiusculis, margine hyalinis tenuibus et exterius rubescentibus intus plica longitudinali exstante divisis, unguiculo crassiusculo minimo; stamina inclusa; styli recti teretes parallele adpressi albidi stigmatibus truncatis; stylopodio convexiusculo laevi; fructus fuscus; vittae anguste lineares; valleculae externae latiores. ♃. In sylvis dumetisque Croatiae australis ad Vrebačka-staza, Žuta Lokva, circa Kriviput, Trebutin et Vojvoduša; non minus in ipsis alpibus Samar, Silag et mali Urlaj. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1260 in rupestribus elatioribus et sylvaticis montium Promina et Svilaja. Rchb. fl. g. 2934. (Laser. verticillatum WK.) In.-Ag. . . . . **A. verticillata Vis.**

Gen. 314. **Scaligiera DC.**

Calycis margo breviter 5-dentatus; petala subrotundo-obcordata; apiculo inflexo bilobo, brevissime unguiculato petalum aequante; fructus subrotundo-ovatus didymus, ad commissuram compressus, edentulus; stylopodiis crassis oblongo-cylindricis divisis; stylis refractis; mericarpii semiovati jugis 5 filiformibus aequalibus subtus anguste subbivittatis, extimis marginantibus; valleculis univittatis rugosis; commissura rugosa planiuscula late bivittata; seminis albumine intus sulco exarato; columella demum libera, ad medium bifida. Vis. fl. dalm. III. p. 70, g. 461.

Radice napiformi; caule glauco dichotomo; foliis 2—3-pinnato-supradecompositis, foliolis petiolatis rhombeo-ovatis rotundatisve

crenato-serratis mucronulatis subtrilobis, basi cuneatis integris, caulinis inferioribus pinnatipartitis, foliolis oblongis linearibusve trifidis, superioribus linearibus vaginantibus integris; involucellis oligophyllis; stylis stylopodio duplo longioribus. — Radix carnosa oblonga deorsum fibrillosa; folia radicalia petiolis elongatis, basi flexuosis filiformibus; foliolis late dentatis, dentibus mucronulatis; caulis nunc a basi, nuc supra ramosissimus, glaucus striatus teres, superne nudus, folio uno alteroque instructus longe petiolato et tripartito, partitionibus bipinnatisectis foliolis ovatis, oblongis vel linearibus trifidis; foliis reliquis lanceolato-attenuatis sola vagina constantibus; umbellae terminales involucro nullo, rarius monophyllo, radiis subduodenis, florentes planae, fructiferae convexae, radiis erecto-patulis; floribus albis; receptaculo communi hemisphaerico; involucellis 2—3-phyllis lineari-setaceis; calyx floris dentibus 5 brevibus triangularibus; sulcus albuminis saepius duplex carina media longitudinali divisus. ♃. Vis. fl. dalm. 1261 in saxosis collibus sylvaticis insulae Lesina frequens, rarius in agris. Rchb. fl. g. p. 477, n. 3059. (Sc. Tournefortii Bois.; Bunium creticum D' Urv.; Pimp. cretica Hampe; Pimp. napiformis Vis.; Sium napiforme Spr.; Bun. napiforme W.; Bun. majus Host.; Pimp. anisoides Maly.) In.-Il. **Sc. cretica Vis.**

Subdivisio II. **Coelospermae Koch.**

Albumen hemisphaerico-vel saccato-convexum.

Trib. XIII. **Coriandreae Koch.** *Fructus globosus vel mericarpiis 2 subglobosis didymus; mericarpia jugis primariis 5 depressis flexuosisque vel sulcum obsoletum formantibus, lateralibus ante marginem accessorium positis, secundariis 4 magis prominulis omnibusque apertis.*

Gen. 315. **Bifora Hoffm.**

Calycis margo obsoletus; petala obovata apiculo inflexo emarginata, subaequalia vel exteriora radiantia bifida; fructus didymus evittatus; mericarpia subgloboso-ventricosa, granulato rugosa, striis 5 impressis obsoletis notata, lateralibus 2 semicircularibus ante marginem accessorium positis; commissura biforata; albumen saccato-concavum. — Umbella pauciradiata subnuda; flores albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 71, g. 462; Koch syn. pl. pag. 352; Rchb. fl. g. pag. 440, g. 566.

Umbellis 2—3-radiatis; petalis subaequalibus; mericarpiis transverse-oblongis in rostrum breve coeuntibus; stylis brevissimis

divergentibus. — Humilis, divergens; folia divaricata incisa. ○. Inter segetes campi Turopolitani circa Otok, Zaprudje, Mlaka nec non in litt. cr. ad Selce, Novi et circa Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1262 inter segetes totius Dalmatiae. — Rchb. fl. cr. 2873. (B. testiculata Rechb. et Spr. Bifora flosculosa Spr.; Coriandrum testiculatum L.) Mj.-In. . **B. flosculosa MB.**

Umbellis 3—6-radiatis; petalis exterioribus majoribus; mericarpiis globosis distinctis muticis; stylis elongatis decumbentibus. — Elatior praecedente, patenti-ramosa, profunde striata, umbella ampla; fructus nonnisi sub lente rugulosus; involucra numero variantia aut nulla, foliola tenuissima recta; flores albi petalorum basi rubro-maculata. — Herba hujus et praecedentis redolet cimices. ○. Inter segetes litt. cr. circa Portoré, Zagorje et Sv. Jakob. In Slavonia in agris circa Voćovac et Semlin. Vis. fl. dalm. 1263 inter segetes Dalmatiae montanae circa Dernis et Mavice. Rchb. fl. g. 2874. (B. dicocca Hoffm.; Bifora radians Spr.) Mj.-In. . . . . **B. radians MB.**

Gen. 316. Coriandrum L. Paprica.

Calycis margo 5-dentatus, dentibus acutis inaequalibus persistentibus; petala obovata apiculo inflexo emarginata; fructus globosus indehiscens; mericarpia jugis primariis 5 depressis flexuosis, lateralibus ante marginem accessorium positis; secundariis 4 magis prominulis carinatis; valleculae evittatae; albumen excavatum, membrana soluta tectum. — Umbella 3—5-radiata subnuda; flores albi. — Vis. fl. dalm. III. p. 72, g. 463; Koch syn. pl. p. 353; Rchb. fl. g. p. 440, g. 565.

Bipedale et ultra odore cimicino foetens, glabra; folia inferiora ternata aut quinato-pinnata foliolis ovato-subrotundis incisis, superiora lineari-decomposita; involucella dimidiata foliolis lanceolatis; involucrum monophyllum lineare; petala alba vel rubicunda ⊙. In hortis frequenter culta et hinc inde profuga et in ruderatis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1264 in cultis circa Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2872. (C. melphitense Ten.) Mj.-In. **C. sativum L.**

Fam. LI. Araliaceae Juss. Bèršljanovice.

Flores hermaphroditi regulares; calycis tubus ovario adnatus, margine 4—5-dentato; corolla 5—10-petala ante discum epigynum inserta petalis lata basi sessilibus, aestivatione valvatis; stamina 5 cum petalis inserta et cum iis al-

ternantia vel petalis numero aequalia ovarium bi-pluriloculare loculis uniovulatis, ovulo pendulo; stylus 1, vel plures stigmate simplici terminati; fructus baccatus; semina albuminosa pendula; embryo rectus exilis, radicula ad hilum spectante. — Frutices scandentes foliis exstipulatis. Koch syn. pl. p. 353.

Gen. 317. **Hedera L. Bèršljan.**

Char. generis idem, qui familiae.

Caule fibrillis radiciformibus scandente; foliis sempervirentibus coriaceis glabris nitidis angulato-quinquelobis, supremis ramulorumque florentium integris ovatis acuminatis; floribus luteolis aut virentibus umbellatis umbellisque simplicibus pubescentibus; baccis atris turbinatis 5—10-locularibus. ♄. In sylvis, ad rupes et muros totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1265 ubique ad terram, saxa et arbores. Rchb. fl. g. 3106. Spt.-Oct. . . . . , ... **H. Helix L.**

Fam. LII. **Corneae DC. Svibovine.**

Fructus drupaceus, caetera ut araliacearum.

Gen. 318. **Cornus Tourn. Drien ili Svib.**

Calycis margo brevissimus 4-dentatus; petala 4 libera; stamina 4 antheris ovato-oblongis; stylis filiformibus stigmate simplici; fructus drupaceus, drupa putamine biloculari loculis mono-aut dispermis. — Koch syn. pl. p. 354; Rchb. fl. g. p. 202, g. 262,

Ramis erecto-patulis; foliis ovatis subtus pallidis hysteranthiis; floribus umbellatis luteis, involucro tetraphyllo paullo longioribus; drupa oblonga rubra. — Foliola involucri ovata obtusa concava, dorso villosa, interiora duo minora; pedicelli villosi; fructus pruniformes, maturi coccinei fere pollicares mollescentes et pallentes sapore acido-dulci. ♃. In collibus siccis locisque montanis inter frutices Croatiae et Slavoniae montanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1266 in sylvaticis et ad sepes circa Zara, Boraja, Salona, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 1227. Mr.-Apr. **C. mas L.**

Ramis strictis; foliis ovatis concoloribus synanthiis; floribus cymosis nudis; drupa globosa. — Rami hyeme sanguinei; flores albi; drupae piso minores nigrae globosae. ♄. In collibus lapidosis in dumetis, ad sepes planitierum montiumque humiliorum

totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1267 ad sepes totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1226. Mj.-Sept.

C. sanguinea L.

Fam. LIII **Loranthaceae Don. Imeljače.**

Flores hermaphroditi aut diclines regulares; calyx cum ovario connatus limbo integro aut lobato; corolla 4-petala aut connato-4-partita disco epigyno inserta aestivatione valvata; stamina tot quot petala iisque opposita filamentis corollae adnatis nullisve, antheris bilocularibus introrsis; ovarium inferum disco annullari cinctum uniloculare, ovulo unico ex apice loculi pendulo; stylo simplici aut nullo; stigmate capitato; bacca monosperma umbillicata, semine in verso, albumine carnoso; embryone subclavato, radicula supera. — Vis. fl. dalm. III. p. 23; Koch syn. pl. pag. 354.

Fruticuli parasitici sempervirentes glabri, radice simplici corticem arborum fruticumve perforante lignoque sese infingente, caulibus dichotome ramosis, ramis nodoso-articulatis foliosis aphyllisve, exstipulatis. floribus bracteatis.

Gen. 319. **Viscum Tourn. Imela ili Melj.**

Flores unisexuales mas. calyx nullus; corollae quadripartitae lobi anthera multicellulosa adnata sessili polliniferi foem. calyx margine integro supero, corolla tetrapetala; stigma sessile capitatum; bacca monosperma, intus mucilaginosa. — Vis. fl. dalm. III. p. 23, g. 408; Koch syn. pl. p. 354; Rchb. fl. g. p. 203, g. 263.

Caule di-pentachotomo ramosissimo articulato; foliis oblongo-lanceolatis obtusis, basi attenuatis, 5-nerviis; floribus axillaribus terminalibusque glomeratis subquinis. — Fruticulus parasiticus foliis coriaceis; floribus minutis flavis, drupis albo-hyalinis. ♄. In ramis arborum praeprimis Mali, Pyri et Pini totius Croatiae e Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. daim. 1151 parasiticum ad ramos Pyri communis sylvetris circa Mavice supra Verlika et Quercus Cerris in Zagorje circa Unešić et in monte Velebit. Rchb. fl. g. 1228. Mar.-Apr. . . . . **V. album L.**

Caule sub-trichotomo-ramosissimo articulato aphyllo, ramis subcompressis dichotomis, articulis basi vagina pelviformi cinctis; floribus masculis axillaribus sessilibus, foemineis terminalibus breviter pedicellatis ternis. — Flores e virido-flavescentes minuti; bacca caerulea oblonga minusque carnosa quam praecedentis. ♄. Vis. fl. dalm. 1152 parasiticum in Junipero Oxycedro in insulis Cherso et Lesina, circa Trebocconi et Ključ prope Dernis, nec

non circa Macarsca. Rchb. fl. g. 1229. (Arceuthobium Oxycedri MB.; Razumowskia cucasica Hoffm.) Ap.-Mj. **V. Oxycedri DC.**

Gen. 320. **Loranthus L. Lèpak.**

Flores hermaphroditi vel dioici; calycis margo superus brevis truncatus aut dentatus; petala 4—8, saepius 5—6-disjuncta, vel plus minusve concreta; stamina tot quot petala iisque opposita; filamenta petalorum basi adnata, apice libera; stylus filiformis, stigma simplex, bacca monosperma — Koch syn. pl p. 355; Rchb. fl. g. p. 203, g. 264.

Glaber, ramosissimus, ramis teretibus; foliis oppositis petiolatis ovato-oblongis obtusis subattenuatis parce venosis; spicis terminalibus, laxis simplicibus; floribus abortu dioicis hexapetalis. — Fruticulus parasiticus in Quercubus floribus flavescenti-virentibus basique dilute-flavis. ♄. In ramis Quercuum, Tiliarum et Castaneae Vescae in Croatia et Slavonia copiosissimus. Rchb. fl. g. 1230. Apr.-Mj. . . . . **L. europaeus L.**

B. Plerosanthae gamopetalae.

s. pl, floribus completis monopetalis.

Ordo I. Synpetalae eleuterogynea.

i. e. pl. floribus completis gamopetalis ovario libero s. supero.

Subordo I. Ovaria 4, singulo uniovulato, disco, hypogyno insidentia; stylus 1, mediante disco cum ovario cohaerens.

Fam I. Boragineae. Iuss. Porečnice.

Flores hermaphroditi, aestivatione imbricati; calyx liber monosepalus persistens limbo nunc apice, saepius medio, rarius basin usque partito; corolla monopetala hypogyna, 5-fida regularis vel inaequalis; stamina 5, corollae inserta illiusque laciniis alterna; ovaria 4 libera disco hypogyno inserta, unilocularia uniovulata, vel bilocularia loculis biovulatis ovulisque pendulis; vel ovarium unicum maturitate in nuculas 4 secedens; stylus 1 in medio ovariorum; nuces 4 calyci inclusae; embryo exalbuminosus rectus radicula supera, cotyledones foliaceae. Vis. fl. dalm. II. p. 237; Koch syn. pl. p. 570.

Herbae, rarius suffrutices, plus minus asperae, setosae foliis alternis exstipulatis integris; floribus ut plurimum in cymas scorpioideas bifariam digestis.

Trib. I. **Heliotropeae Koch.** *Ovarium 1 suturis 4 praeditum apice stylum communem gerens, maturitate in nuces 4 basi planas secedens.*

Gen. 321. Heliotropium Tour. Sunčac.

Calyx 5-dentatus; corolla hypocrateriformis pervia sinubus inter lobos plica longitudinali usque ad staminum insertionem producta et rarius superne dente terminata notatis; nuces marginibus subcohaerentes et ante maturitatem quasi fructum solitarium referentes; stylus simplex. Vis. fl. Dalm. II. 238, g. 367; Koch syn. pl. p. 571; Rhb. fl. g. p. 347, g. 462.

Caule erecto; foliis ovato-rhombeis ovatisve scabro-pubescentibus integerrimis planis; spicis solitariis conjugatisque; calyce 5-partito, fructifero stellato-patente; nuculis quaternis. — Spithamaeum, corolla alba, rarius carnea fornicibus luteolis, tubo piloso, laciniis obtusis. ◯ In agris, ad vias locisque cultis humidiusculis circa Vukovec prope Rieka in comitatu Crisiensi, in Mosla.

vina circa Osekovo et in Posavina cirka Martinskaves et Luka. Syll. fl. cr. — In Slavonia, praesertim in comitatu Požegano in agris frequentissimum, sed nec in comitatu Syrmiensi rarum. (Kan) Vis. fl. dalm. 1047 in arvis locisque cultis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2378. Sl.-Ag. . . . . **H europaeum L.**

Caule prostrato; foliis ovato-rhombeis adpresse pilosis, subtus incanis obsolete serrulatis plicatis; spicis subsolitariis: calyce utriculari clauso brevissime 5-dentato cum nucula subsolitaria deciduo. — Nucula, ubi unica, ovata est, calyce arcte et omnino inclusa, dorso convexa verruculosa, fusca, facie plana, pallida, veluti si altera, cui jungi deberet, non deficeret; corolla minuta alba. ⨀ Vis. fl. dalm. 1048 in agris supra Carin. (Piptoclaina supina G. Don.) Il.-Ag. . . . . **H supinum L.**

Trib. II. **Cynoglosseae Koch.** *Nuculae 4 distinctae stylo persistenti adnatae.*

Gen. 222. **Asperugo Tourn. Porežina.**

Calyx 5-fidus laciniis basi dentatis, in fructu auctus reticulato-venosus et in valvas binas parallele erectas sinuato-angulosas compressus; cocolla hypocrateriformis fauce squamis convexis clausa; nuculae verruculosae gynobasio conico membranaceo-alato superne affixae. Vis. fl. Dalm. II. p. 239 g. 368, Koch syn. pl. p. 571; Rchb. fl. g. p. 346, g. 459.

Procumbens muricato-scabra foliis oblongo-lanceolatis, saepe oppositis et secundis integerrimis; floribus axillaribus fasciculatis, pedunculis brevibus in latus folio oppositum saepius dejectis. — Caulis 1—2-pedalis subdichotomus, hispidus; flores caerulei. ♃. In locis cultis, in ruderatis, et ad sepes circa Zagrabiam, Samobor et in Croatia australi circa Otočac, Gospić, Medak et Sv. Rok. — Syl. fl. cr. — In Slavonia in ruderatis circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1049 in cultis, ruderatis et ad vias circa Zara, Scardona et Trau. — Rchb. fl. g. 2370. Ap.-Sept.

A. procumbens L.

Gen. 323. **Echinospermum Sw. Čičkovac.**

Calyx 5-dentatus laciniis in fructu patulis; corolla hypocrateriformis fauce squamis convexis clausa; nuculae pyramidato-triquetrae, dorso verruculosae, margine glochidiatae, a basi ad apicem gynobasio affixae; flores caerulei. Vis. fl. dalm. II. p. 241, g. 370, Koch syn. pl. p. 571; Rchb. fl. g. p- 345, g. 457.

Caule superne ramoso; foliis lonceolato-oblongis obtusis, utrinque adpresse pilosis, margine ciliatis; racemis foliosis; pedunculis fructiferis erectis; nuculis dorso granulatis, margine biseriato-glochidiatis. — Radix lignescens; caulis erectus ramosus spithamaeus interdum et ultrapedalis; sepala linearia acuta ciliata, primo erecta, dein patula; corolla pallide caeruleae fauce alba. ☉ In collibus incultis siccis planitierum montiumque humiliorum, in arvis et in glareosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1053 in asperis incultis apricis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2366. C. Myos. Lappula L. Rochelia Lappula Roem. Cynog. Lappula Scop. Lappula Myosotis Much. Echinosp. vulgare Sw.) Il.-Sept. . . . . . **E. Lappula Lehm.**

Observ. var. β. obscure virens hirsuto-hispida, divergenti-ramosa, calycis laciniis lanceolatis corollaque immersa, est: Echin. squarrosum Rchb. occurritque in arvis lapidosis, in vineis et muris vetustis ubique. Rchb. fl. g. 2367.

Gen. 324. **Cynoglossum Tourn. Mišjak.**

Calyx 5-dentatus aut 5-partitus campanulatus laciniis integris fructiferis patentissimis; corolla infundibularis vel subrotata fauce squamis convexis clausa; nunculae depressae undique glochidiatae aut muricatae, margine obtusae vel proprio prominulo cinctae, dorso stylo adnatae; fructus cernui. Vis. fl. dalm. II. p. 240, g. 369; Koch syn. pl. 572; Rchb. fl. g. p. 344, 853

1 Filiis inferioribus oblongo-lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis. . . . . 2.

Filiis inferioribus ellipticis acutis in petiolum attenuatis, caulinis superioribus subcordato-amplexicaulibus; racemis simplicibus, pluribus; corolla unicolore, purpureo-caerulea; nuculis dorso planis aequaliter glochidiatis margineque crassiusculo prominulo cinctis. — 1—2-pedale strictum, corolla exserta; calyces fructiferi horizontales; folia tomentosa. ♂ In collibus incultis, in ruderatis, ad sepes et vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1050 in locis saxosis sylvaticis in Dalmatia montana supra Dernis, prope Verlika et alibi. — Rchb. fl. g. 2360. Mj.-Il. . . . . **C. officinale L.**

Observ Var. β. foliis supra glabratis, superioribus subcordato-oblongis acutis, est: C. sylvaticum Haenke; occuritque in montanis sylvaticis. —

Var. γ. foliis scabris utrinque albo tuberculato-strigosis, superioribus subcordato-ovatis obtusis, est: C. cheirifolium Jacq. (non L.) (C. off: parvifolium Vis.) occurritque in monte Velebit ad viam a Sv. Rok versus Hallan ducentem. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1050. γ. in locis saxosis montium Velebit.

2 Albido-tomentosum; foliis caulinis superioribus subcordato-amplexicaulibus oblongo-lanceolatis; racemo conjugato; corolla venis discoloribus reticulata; nuculis dorso convexiusculis aequaliter glochidiatis, margine non prominulis. — Praecedente laxius, totum pilis mollibus tectum; radix fusiformis, caulis racemosus; flores nutantes corollis dilute caeruleo-violacco-venosis, fornicibus sanguineis. ♂ In locis incultis asperis, ad vias in litt. cr. circa Flumen, Martinšćica, Senj, Sv. Juraj Vranjak et alibi. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1051 in apricis saxosis incultis, ad vias ubique frequens. — Rchb- fl. g. 2361. — (C. creticum Vill. C. amplexicaule L.) Mj.-In. . . . . . . **C. pictum Ait.**

Cano-villosum; foliis caulinis superioribus basi dilatatis, subcordato-amplexicaulibus, oblongo-lanceolatis, supremis acutis; racemo conjugato; corolla unicolore, purpureo-caerulea; nuculis dorso planis glochidiatis, margine plano cristato-dentato erecto intus nudiusculo cinctis. ♂. Vis. fl. dalm. 1052 promiscue cum praecedente. Mj.-In. . . . . **C. Columnae Ten.**

Gen 325. **Omphalodes Tourn. Pupanka.**

Calyx 5-partitus; corolla rotata fauce fornicibus clausa; nuculae 4 depressae margine membranaceo, apice contracto inflexoque cinctae cyatiformes, dorso stylo adnatae; fructus laxe erecti. Koch. syn. pl. p. 572: Rchb. fl. g. p. 345, g. 455.

Foliis petiolatis subglabris, radicalibus cordato-ovatis caulinis superioribus ovato-lanceolatis; raecemis geminis laxifloris; floribus azureis. — Radix carnosa fibris aucta caules floriferi erecti aut adscendentes angulati ramosi spithamaei, steriles decumbentes radicantes; folia rugulosa hirsutula ciliata; pedunculi teretes pubescentes; sepala lanceolata; corollae tubus brevis angulatus limbus 5-fidus laciniis apiculatis. ♃. In sylvis umbrosis montanis locis humidis in Moslavina circa Jelengrad; in Zagoria circa Stubica et Karivaroš. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2364. (O. repens Schrad.; Cyn. Omphalodes L. Picotia verna R. et S.) . . . . **O verna Mnch.**

Foliis scabris, radicalibus spathulatis, caulinis lanceolatis sessilibus, inferioribus oppositis, superioribus alternis; pedunculis axillaribus. — Caulis prostratus, basi ramosus angulatus ad angulos setulis adpressis inspersus; radix gracilis; folia ciliata setulis consita; pedunculi uniflori setulis tecti, fructiferi elongati deflexique; calycis laciniae ovatae ciliatae; corolla caerulea limbo 5-fido laciniis rotundatis. ◯ In nemoribus dumetisque humidiusculis circa Thermas Varasdinenses. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2362. (Cyn. scorpioides L.) Ap.-Mj. . **O. scorpioides Lehm.**

Trib; III. **Anchuseae Endl.** *Nuculae 4 disco hypogyno insertae, basi annullo tumido striato instructae et intra annullum excavatae, stylus liber.*

Gen 326. **Barago Tourn. Poreč.**

Calyx 5-partitus sub anthesi patentissimus; corolla rotata fauce squamis brevibus crassis erectis emarginatis obsita; stamina exserta filamentis crassis brevissimis, appendice longiore subulata extus praeditis, antheris lanceolato-linearibus mucronatis conice conniventibus; nuculae verrucosae erectae in medio basi excavata, strophiolata et annullo crasso plicato circumdata. Vis- fl. dalm. II. p. 255, g. 381; Koch syn. pl. p. 573; Rchb. fl. g. 346, g. 460.

Hispida, caule ramoso; foliis inferioribus ellipticis obtusis basi attenuatis; floribus in racemo secundis, distichis; corollae laciniis ovatis planis, squamis intus villosis. — Herba succosa; folia alterna; corolla azurea, rarius alba, antherae atrae. ◯ In hortis culta ibidemque et in ruderatis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1086. in cultis oleraceis totius Dalmatiae. In.-Il. . . . . **R. officinalis L.**

Gen. 327. **Anchusa L. Volujak.**

Calyx 5-fidus aut 5-partitus; corolla hypocrateriformis aut infundibuliformis tubo recto, fauce appendicibus convexis velutinis aut setosis clausa; stamina inclusa antheris subsessilibus; nuculae lacunoso-rugosae, basi excavatae, strophiolatae annulloque crasso plicato circumdatae. Vis. fl. dalm. II. p. 251, g. 378; Koch syn. pl. p. 573; Rchb. fl. g. p. 342, g. 452.

1 Calyce 5-partito; nuculis oblongis erectisque. . . . . 2.
Calyce 5-fido; nuculis depressis apice obliquis; foliis planis, inferioribus oblongo-spathulatis basi attenuatis subrepandis obtusis, caulinis lanceolatis acutis sessilibus integris; racemis conjugatis laxis; calycibus hispidissimis fructiferis ampliatis bracteisque ovato-lanceolatis duplo-longioribus, dentibus lanceolatis acutis; corollae

tubo recto calycem superante; fornicibus obovato-oblongis truncatis pubescentibus; nuculis reticulato-rugosis granulatis apice oblique producto bicostatis. — Tota hispida, pilisque canescens; caules debiles adscendentes aut diffusi; radix fibrosa; calyces campanulati in flore parvi, in fructu parum vel etiam quidam duplo triplove ampliores, breviter pedunculati, laxe erecti vel subnutantes; flores purpureo-caerulei. ♃. In pratis siccis et ad margines agrorum in campo Podravano circa Gjelekovec et Legrad; ad margines viarum circa Jaska et Okić. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm, 1075 in herbidis ad margines agrorum circa Sebenico, secus aquas „alla Fontana" prope Verlika, nec non circa Aržano. . . . . **A. microcalyx Vis.**

2 Fornicibus corollae vix exsertis aut paullisper prominulis. . . 2

Fornicibus longe exsertis evidenter papillosis; fructibus deflexis; foliis oblongis obtusis denticulatis et verrucoso-hispidis; racemis laxis foliatis; calyce lineari-partito; corolla tubo immerso, in vivo pallido-carnea, fere alba, in sicco luteola. ♃. In ruderatis saxosis litt. cr. ad Karlobago. — In agris et ad vias in Dalmatia (?) Maly enum. pl. aust. p. 187, g. 424. n. 8. secundum Bluff. — Rchb. fl. g. 2357. (A. aegyptiaca DC. Asper. aegyptiaca Jacq. Lycop. aegyptiaca L. Lyc. Milleri Horn.) In.-Il.

A. verrucosa Lam.

3 Fornicibus ovatis velutinis; foliis lanceolatis hispidis; bracteis ovato-lanceolatis; calyce 5-fido. 4

Fornicibus oblongis penicillato-spinosis; racemis conjugatis, demum corymbosis; nuculis complanatis reticulato-rugosis obtusis; floribus azureis; foliis nitidis. 6

4 Calycibus 5-partitis laciniis obtusis; caule simplici. 5

Calycibus acute 5-fidis, post anthesim globuloso-conniventibus; caulibus angulatis ramosis; foliis lanceolatis integerrimis planis hispidis; pilis ramorum paniculae calycisque patulis floribusque dense imbricatis. — Tota strigoso-scabra; radix fusiformis; folia radicalia caulinaque inferiora in petiolum attenuata reliqua sessilia basique dilatata; rami paniculae densiflori variegati; flores secundi bracteis ovatis suffulti, tubus corollae purpureo-caerulescentis albidus. ♃. In locis incultis lapidosis ad vias et muros totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2351. (A. lycopsoides Bess. A. angustifolia DC.) Mj.-Sept.

A. officinalis L.

Observ. Var. β. Spicis demum laxis longissimis; calycis longissimi laciniis etiam in fructu erectis, nec conniventibus; foliis anguste lanceolalis denticulatis hispidissimis et scaberrimis, est: A. arvalis Rchb. fl. g. 2350.

5 Foliis oblongo-lanceolatis integris dentatisve acutis, inferioribus in petiolum attenuatis superioribus sessilibus; racemis conjugatis canis bracteis ovato-lanceolatis aut oblongis obtusis calycibus campanulatis obtusis corollae tubum rectum aequantibus; nuculis reticulato-rugosis granulosis, intus acute bicostatis; floribus parvis coeruleis. — Radix ramosa; caulis angulatus pilosus 1—2-pedalis; folia oblonga hispida, saepius undulata; flores in racemis secundi, bracteis lanceolatis suffulti; pedunculi et pedicelli setulis adpressis stipati; calyx 5-partitus laciniis ovatis obtusissimis, concavis apiceque incurvis, corollae parvae. ♃. In sylvaticis comitatus Syrmiensis circa Višić; in montibus calcareis circa Beočin, Karlovic, Maradik et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1077 in campestribus herbidis inter Sinj. et Ribarić, nec non in convallibus montis Dinara. — Rchb. fl. g. 2347. — (A. Barrelieri Bess. et DC. Buglossum Barrelieri All. Myosotis obtusa WK.) Mj.-In.

A. obtusa Schloss. et Vukot.

Foliis lineari-lanceolatis calloso-punctatis strigosis subundulatis hispideque ciliatis; spicis laxis; bracteis calyce brevioribus; calycibus tubum corollae subaequantibus; corollis ochroleucis. — Relquis loge mitior minusque hispida; caulis 1—2-pedalis et ultra, hispidus corolla typice ochroleuca, variat autem alba, rosea, cyanea et variegata; folia integerrima acuta; bracteae ovato-lanceolatae vel oblongae obtusae; calycis laciniae obtusiusculae; fornices pilis crassis dense obtectae velutinae, nuces oblique depressae reticulato-rugosae. ♃. In pratis sylvaticis Syrmiensibus, nec non in illis circa Vukovar. (Kan.) Rchb. fl. g. 2348. Il.-Ag.

A. ochroleuca MB.

Observ. Var. β. floribus caeruleis, spicis imbricatis congestis, est: A. leptophylla R. S. — Rchb. fl. 2349. occurritque ad margines viarum circa Zagrabiam, nec non in locis apricis saxosis ad Samobor. Syll. cr. p. 85.

6 Tubo corollae styloque calyce evidenter brevioribus; foliis ovali-oblongis tuberculato-strigosis, superioribus ovatis acuminatis. — Setoso-hispida, caule erecto strigoso, superne ramoso-paniculato

patulo; corollae subimmersae; racemi breves basi bracteis binis ovatis suffulti; laciniae calycis lineari-lanceolatae; corollae eleganter caeruleae. ♃. In graminosis siccis ad vias et margines agrorum in lit.. cr. veluti ad Crkvenicam, Novi, Segniam, Lukovo et Jablanac. Syll. fl. cr. — In aggeribus ad viam ferream ad Zagrabiam, Zdenčinam et Jaskam. — Vis. fl. dalm. 1076 ad vias et in cultis totius Dalmatiae frequens. — Rchb. fl. g. 2356. Mj.-In. . . . . **A. italica Retz.**

Tubo corollae styloque calycem saltem aequante aut illum plane superante; foliis ovato-oblongis denticulatis undulatis tuberculato-strigosis. — Caulis 2—3pedalis ramosissimus, corollae magnae saturate eleganterque azureae concolores, nec unquam venosae. ♃. In graminosis Croatiae australis, veluti circa Gospić, Plaško, ad Vrebačka staza, Bielo-polje, Bunič et alibi; in aggeribus ad viam ferream prope Zagrabia, Zdenčina et Jaska. — In Slavonia in agris circa Tenje, Essek, Vukovar et Čerević, in pomariis circa Karlovic, Beočin et Semlin; nec non circa Pežegam, Kutjevo et Stražeman. — Rchb. fl. g. 2355. (Buglossum vulgare Dod. Bug. italicum Trag.) Mj.-In. . . . . . **A. azurea Mill.**

Observ. Var. β. corollis maximis dilute azureis reticulato-venosis fornicibusque roseo-barbatis, foliis anguste lanceolatis strigoso-hirsutis vixque tuberculatis, est: A. paniculata Ait. occurritque cum praecedente.

Observ. Anch. italica Retz, A. azurea Mill. et A. paniculata Ait. videntur esse formae unius ejusdemque speciei, quo et A. angustifoliam. Rchb. fl. g. 2333, (non L.) pertinere censemus, — uti et ipse claris. Koch (syn. pl. p. 574. n. 3.) asseruit et comprobavit.

Gen. 328. **Lycyopsis L. Krivošija.**

Calyx 5-partitus; corollae tubus infracto-flexus sursumque curvatus fornicibus rotundatis hispidis clausus vel arcuatus et limbum irregularem obliquum gerens; nuculae rugulosae, basi impressae; fructus erecti, flores in nostris caerulei. Koch. syn. pl. p. 574; Rchb. fl. g. p. 342, g. 451.

Caule erecto ramoso; foliis lanceolatis repando-dentatis hispidis inferioribus in petiolum attenuatis superioribus semi-amplexi-caulibus; racemis foliatis; tubo corollae in medio curvato. — Semipedalis pedalisve hispidissima erecta; folia undulata; calyx hispidus; corollae tubus albidus, limbus caeruleus; fornices albae;

nuculae angulatae, rugosae. ◯ In arvis locisque cultis in campo Podravano circa Varasdinum, Nedelić et Čakovec. — Syll. fl. cr. — In Slavonia in comitatu Syrmiensi haud rara. (Kan.) Rchb. fl. g. 2343. (Anch. arvensis Lk. et MB.) In.-Il. . **L. arvensis L.**

Caulibus adscendentibus; foliis oblongo-lanceolatis repando-dentatis hispidis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus exacte amplexicaulibus; racemis superne nudis subsolitariis; tubo corollae reticulato, limbo irregulari obliquo. — Tota setis rigidis inaequalibus scaberrima; caules angulati, alii decumbentes, alii adscendentes, nonnulli plane erecti; folia repanda; bracteae calycesque purpurascentes; calycis laciniae lineares; corolla ex cyaneo et purpureo variegata. ⊙ In locis cultis et ad vias litt. cr. circa Kraljevica; Crkvenica, Selce Novi, Pavile et Sv. Juraj. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1078 in apricis, incultis, ad vias totius Dalmatiae littoralis et insularis. — Rchb. fl. g. 2344. (L. bullata Cyr. Anch. variegata Lehm. A. perlata Lam. A. verrucosa Lej.) In.-Il. . . . . **L. variegata L.**

Gen. 329. **Nonnea Medik. Sèrdovica.**

Calyx 5-fidus, demum inflatus; corolla infundibuliformis fauce squamis exiguis plicato-ciliatis munita, pervia; stamina inclusa; nuculae rugosae aut nervosae, basi excavatae strophiolatae et annullo marginatae: fructus deflexi. Vis. fl. Dalm. p. 250 g. 373; Koch. syn. pl. p. 575; Rchb. fl. g. p. 338, g. 447,

1 Limbo corollae pallide flavo, ochroleuco albidove. 2

Limbo corollae intense purpureo-fusco; caule erecto subsimplici; foliis lanceolatis integerrimis adpresse pilosis, floralibus ovato-lanceolatis, limbo corollae aequalis tubum aequante. — Pedalis et ultra, opaca cinereo-virens; caulis erectus superne in ramos florigeros patentes divisus; flores solitarii, modo axillares, modo oppositifolii; calyx tubulosus semiquinquefidus, tubus corollae glabrae parum incurvatae calyce longior. ♂. In agris et ad vias circa Essekimum, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2316. (Lyc. pulla L. Anch. pulla. MR.) Mj.-In. . . **N. pulla DC.**

2 Pubescens setis longioribus intermixtis; foliis radicalibus oblongo-spathulatis obtusis, mediis semiamplexicaulibus oblongis, floralibus ovato-lanceolatis acutis; calycis laciniis acuminatis tubum corollae subaequantibus; limbo corollae pallide flavo exserto: nuculis oblongis longitudinaliter nervosis, apice compressis, intus acute carinatis, areola basilari obliqua margine aucto plano cir-

cumdata. — Decumbens, folia duplicato-ciliata hispidaque; corollae magnae. ⊙ Vis. fl. dalm. 1073 circa Ragusa. — Rchb. fl. g. 2328. (A. lutea MB. A. dubia Nocc. Lyc. lutea Lam. Oscampia trichotoma Mnch.) Mj.-In. . . . . . . **N. lutea Rchb.**

Hirto-setosa; foliis oblongo-linearibus obtusis, basi attenuatis, superioribus semiamplexicaulibus, floralibus ovato-lanceolatis acutis; calycis laciniis acuminatis corollam subaequantibus, nuculis reniformibus transverse reticulato-venosis, utrinque rotundatis, sub apice intus carinatis; areola in sinu renali margine obtuso circumdata. — Radix carnosa apice divisa; caulis erectus solitarius, hispidus angulatus; folia caulina lingulata enervia bullata bullis apice hirtis, margine setis raris serrulato-ciliata, sessilia subdecurrentia; calyx hirsutus pentagonus; corollae minutae albidae tubo basi parum ampliato, fauce in latus deflexa subcampanulata squamulisque quinis viridibus apice piliferis praedita, limbi lobis rotundatis aequalibus calycem paullo superantibus; antherae sessiles plumbeae tubi apici insertae. ○. Vis. fl. dalm. 1074 in agris argillosis circa Sebenico, Trau, Salona, Spalato, Clissa et in insula Lesina. (Anch. ventricosa Sibth. A, lutea Pett. Lyc. Sibthorpiana Lehm. Lyc. obtusifolia Portensch. Lyc. ciliata Host.) Rchb. fl. g. 2315. Mj.-In.

N. ventricosa Grieseb.

Gen. 330. Symphytum Tourn. Gavez.

Calyx 5-partitus; corollae tubo cylindrico, limbo inflato breviter 5-lobo, fauce squamis lanceolato-subulatis, glanduloso-serrulatis conice conniventibus clausa; stamina inclusa antheris oblongo-linearibus; nuculae laeves aut rugosae, in media basi excavatae, strophiolatae et annullo dentato circundatae. Vis. fl. Dalm. II. p. 255, g. 380; Koch syn. pl. p. 575; Rchb. fl. g. p. 346, g. 461.

1 Rhizomate vel tubera subrotunda gerente, vel tereti crasso carnoso et nodoso. 2

Radice fusiformi ramosa; caule alato in ramos soluto; foliis ovato-lanceolatis acuminatis basi contractis decurrentibus, superioribus lanceolatis; corollae dentibus recurvatis; antheris filamento longioribus. — Radix crassa fibris napiformibus aucta; caulis bipedalis et ultra succosus hispidus et a foliis decurrentibus alatus; folia radicalia petiolata 2—3 pollices et ultra lata, 10—15 pollices longa, caulina angustiora decurrentia; corollae purpureae, rarius ochroleucae aut albae, ♄. In hortis graminosis pratisque

udis, ad fluviorum ripas, fossas et dumeta pratorum totius Croatiae et Slavoniae Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1083 in herbidis circa Zara. — Rchb. fl. g. 2376. Mj.-In. . . . **S. officinale L.**

Observ. variet. β. calyce tubo corollae breviore patente, fornicibus obtusis stamina aequantibus corollisque violaceis, est: S. patens Sibth. — Rchb. fl. g. 2377.

Variet. γ. corollis albis et stylo exserto. est: S. bohemicum Schm. — Utraque forma occurrit intermixte cum specie, sed valde raro. —

2 Rhizomate tereti crasso carnoso, praemorso, nodoso; caule simplici semialato; foliis ovatis petiolatis, superioribus ovato-oblongis acuminatis ellipticisve, infimis minoribus sub anthesi emarcidis semidecurrentibus, omnibus rugoso-scabris; corollis infundibuliformi-tubulosis 5-dentatis, dentibus recurvatis; antheris filamento duplo longioribus; squamis inclusis. — Spithamaeum pedale, rhizoma obliquum, postice praemorsum et breviter ramosum, antice fibris descendentibus auctum; caulis simplicissimus vel apice bifidus; folia summa opposita; corollae ochroleucae. ♃. In sylvis umbrosis, inprimis montanis Crotiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1084 in sylvaticis montium Svilaja, ad Mavice prope Verlika, in monte Mossor et in fruticeto Bosanka prope Ragusa. — Rchb. fl. g. 2372. Ap.-In. . **S. tuberosum L.**

Rhizomate gracili elongato tubera subrotunda agente; caule semialato subramoso; foliis ovatis petiolatis, superioribus ovato-oblongis acuminatis semidecurrentibus; corollae subcylindricae dentibus erectis rotundatis, antheris longitudine filamentorum; squamis (fornicibus) exsertis. — Praecendeti simile, sed corollae tubo albido, limbo dilute flavescente, radice gracili tubera subrotunda gerente facile distinquitur. ♃. Vis. fl. dalm. 1085 in herbidis circa Zara, Spalato et Salona. Rchb. fl.g. 2373. (S. tuberosum Alsh. non L. S. macrolepis Gay. S. punctatum Gaud. S. filipendulum Bisch. S. Clusii Gm.) Mj.-In.

S. bullosum Shimp.

Trib. IV. **Lithospermeae Koch.** *Nuculae 4 vel 2 disco hypogyno insertae, basi non excavatae, sed basi plana vel convexiuscula affixae; stylus liber.*

Gen. 331. **Onosma L. Oštrika.**

Calyx 5-partitus laciniis subaequalibus; corolla tubuloso-clavata, intus nuda, imbo contracto 5-dentato; stamina tubo corollae inserta inclusa antheris sub-

hastatis lanceolatis conniventibus, connectivo in membranam producto apice appendiculatis, margine serrulatis. lobis baseos divaricatis connexis; nuculae 4 ovatae uniloculares monospermae basique truncatae. Vis. fl. dalm. II. 243, g. 362; Koch. syn. pl. p. 576; Rchb. fl. p. 337, g. 448.

1 Caule ramoso; foliis lineari-lanceolatis hispidissimis setis tuberculo glabro insidentibus. 2

Caulibus simplicissimis; foliis lineari-lanceolatis hispidis setis tuberculo stellato-piloso insidentibus, floribus e basi ovata lanceolatis filamentisque anthera longioribus. — Spithamaeum pedale hispidum setis longioribus tuberculo echinato-stellato impositis patulis, minoribus interpositis; caules basi lignosi; folia inferiora obtusa basi longe attenuata, superiora acuta, racemi subbini; calycis laciniae lineares corollae dimido breviores. ♄ In locis asperis apricis litt. cr. circa Flumen, Sv. Kosmo, Zagorje, Selce et Novi, nec non in Croatia australi in acerosis circa Gospić, Brušane et in rupestribus montis Merzin prope Korenica, nec non in valle Farkašić-draga. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1068 in saxosis apricis collinis totius Dalmatiae litt. et insularis. — Rchb. fl. g. 2321. (O. tenuifolium Tsch.) Ap.-In.

O. stellatum WK.

Observ Variet. β. foliis linearibus margine revolutis, adpresse denseque setosis, est: O. angustifolium Lehm. occurritque in apricis asperis circa Segniam et Karlobago.

Variet. γ. Foliis lineari-oblongis brevibus; antheris filamento suo corollisque calyce plus duplo longioribus; est: O. montanum Sibth. occurritque teste clar. Biasolettio in insula Pago.

2 Antheris margine omnino glabris. . . . . 3.

Antheris margine evidenter denticulato-scabris. — Strictum superne ramosum caule tereti, subangulato setisque pungentibus tecto; folia erecta integerrima obtusa, margine subrevoluta, radicalia angustiora, caulina sessilia lanceolata; flores obliqui subsessiles corollis flavescentibus calyce duplo longioribus, cylindrico-clavatis axillaribus saffultisque bracteis ovato-lanceolatis; calycis laciniae erectae lanceolatae acutae. ♂. In collibus lapidosis apricis circa Samobor. Syll. fl. cr. — In Slavonia in vineis circa Semlin et alibi in Syrmia. (Kan.) Rchb. fl. g. 2320. — Mj.-In. . . . . **O. arenarium WK.**

3 Strictum pyramidato-ramosum foliis subspathulato-oblongis; limbo corollae 5-dentato, dentibus latissimis rotundatis et nonnisi apice

abrupte acutis; antheris tubi ventre inclusis, filamentis crassis latis parteque libera anthera sua paullo breviore. — Caulis pedalis, rubens setis divergentibus hispidissimus; corollae albae demum ochroleucae; folia radicalia in orbem disposita, rosulata angusta acuta integerrima, caulina alterna sessilia. ♂. In collibus asperis apricis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Zagorje, Selce et Novi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2319. (Cerinthe echioides Scop.) In.-Il. . . . . **O. echioides L.**

Caule herbaceo adscendente erectove ramis paniculatis patentibus; foliis inferioribus lineari-oblongis obtusis, basi longe attenuatis, superioribus lanceolatis acuminatis basi ovata amplexicaulibus, racemis plurimis; calycis laciniis oblongo-linearibus corollae paullo brevioribus; antheris apice exsertis, filamentis brevissimis. — Praecendenti O. echioidei affine, differt tamen calyce corollam dimidiam superante; corollae dentibus ovatis acutis; antheris apice membranaceo supra corollae dentes reflexos exsertis, filamentorum parte libera anthera sua triplo breviore. ♂. Vis. fl. dalm. 1057 in aridissimis apricis sterilibus in kninskopolje, circa Muč prope Sinj; in parte orientali montis Biokovo, nec non in ditione Ragusina. In.-Il. . . . . **O. Visianii Clement.**

Observ. Onosma orientale W. corollis cylindricis acutis; calycibus fructiferis pendulis foliisque linearibus hirtis a clariss. Host in sua fl. austr. I. p. 237, qua prope Spalato al castello proveniens, citatum, est nobis incognitum et a clariss. Vis. in floram suam dalm. non receptum, hinc dubium ulteriusque observandum.

Gen. 332. **Cerinthe Tourn. Visika. ili Voska.**

Calyx profunde 5-partitus laciniis inaequalibus; corollae tubulosae fauce nuda, limbo 5-partito connivente aut 5-dentato demum reflexo; stamina tubo inserta antheris subhastatis acuminatis serrulatis exsertis basi utrinque filiformi-caudatis; nuculae binae, biloculares dispermae. Vis. fl. dalm. II. p. 241, g. 371; Koch syn. pl. p. 577; Rchb fl. g, p. 349, g. 449.

1 Limbi corollae inciso-5-fidi dentibus lanceolato-linearibus acuminatis; filamentis brevissimis, fere subnullis. . . . . 2.

Limbo corollae truncato breve et reflexi quinquedentato; filamentis antheras suas subaequantibus. . . . . 3.

2 Corollae laciniis apice reflexis; foliis glabris immaculatis laevissimis, nec ciliatis; corolla sulfurea cingulo ante apices lato violaceo

filamentisque anthera quinquies brevioribus. ♂. In alpinis et subalpinis Dalmatiae (?) Maly enum. pl. p. 188, g. 439, n. 4. — Rchb. fl. g. 2325. (C. glabra Mill. C. suevica Mart.) Mj.-Sept.

C. alpina Kit.

Corollae laciniis erectis; foliis albo-maculatis, laevibus glabris integris emarginatisve inferioribus spathulatis, superioribus cordato-amplexicaulibus ovato-oblongis; corollae flavae fauce constricta, tubo turbinato. — Radix ramosa; caulis teres; flores axillares solitarii secundi; calycis laciniae ciliatae in tubum conniventes, exteriores latiores ovatae, interiores lanceolatae; corolla basin apicemque versus attenuata laciniis convergentibus; nuculae bisulcatae nigrae. ◯ In campis ad agrorum viarumque margines totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1056 ad sepes et in herbidis circa Novegradi, inter Zara et Obbrovazzo, prope Clissa, Almissa et Narenta, nec non in monte Sella supra Cattaro. — Rchb. fl. g. 2323. (C. acuta Much. In.-Il.

C. minor L.

Observ. variet. β. corollae tubo sub limbo maculis purpureis picto foliisque concoloribus, laeviusculis ciliatis auriculatis rotundatis conniventibus subincumbentibus; segmentis calycinis ovato-lanceolatis cilialatis, est: C. maculata MB.

3 Filamentis antheras aequantibus aut illis quidquam brevioribus; corollis violaceis aut livide purpureis. . . . . 4.

Filamentis anthera longioribus; corollae flavae limbo campanulato-ventricoso; foliis albo-verrucosis asperis serrulato-ciliatis, inferioribus spathulatis, superioribus cordato-amplexicaulibus ovatis; filamentis rectis. — Gracilis spithamaea pedalis; corollae ventricosae infra medium angustatae tubus vittis 5 longitudinalibus brunneis subcomfluentibus signatus, rarius concolor, limbus filamentaque laete lutea. ◯. In cultis asperis herbidisque litt. cr. circa Karlobago, Konjsko, Lukovo et Stanište. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1054 in cultis insulae Pelagosa. Rchb. fl. g. 2328. In.-Il. . . . . **C. aspera Roth.**

Observ. var. β. corollis ventricosis quidem, sed utrinque contractis, tubo angustato flavo, basi filamentisque ferrugineis, foliis strigosis, est: C. strigosa Rchb. occurritque in campis arvisque asperis Croatiae australis circa Bunić et Bielopolje. Iter nostrum per Cr. aust. de 1852. — Rchb. fl. g. 2329. (C. aspera Sieb.) . . . . **C. strigosa Rchb.**

4. Limbo corollae campanulato ventricoso, 5-dentato; dentibus truncato-rotundatis, tubi parte inferiore angustata, superiore autem ampliata, sed duplo breviore; filamentis anthera paullo brevioribus; caule foliisque glauco corruscantibus corollisque livide purpureis. ⊙. Colitur in hortis et hinc inde in ruderatis quasi spontanea. Host. fl. austr. I. p. 237 in asperis Dalmatiae. — Maly enum pl. aust. p. 188, g. 429, n. 1. et clarisis Petter in litt. et herb. dalm. — Rchb. fl. g. 2327. (C. glauca Mnch.) In.-Ag. . . . . **C. major L.**

Limbo corollae supra medium ventricosae, fauce constrictae adscendente, filamentis infracto-adscendentibus antheras suas subaequantibus; foliis laevibus integris glabris, inferioribus spathulatis alboque maculatis, superioribus cordato-amplexicaulibus ovatis. — Caulis teres ramosus; folia omnia glauca laevia obtusissima; flores violacei in racemos dispositi; bracteae basi cordata amplexantes, superiores ellipticae; calycis laciniae inaequales glabrae vel serrulato-ciliatae; corollae conico-clavatae, apice subincurvae fauceque constrictae tubus angulatus albidus faucemque versus zona ochroleuca acute flexuosa cinctus et deorsum gibbosus, limbus violaceus; stamina medio tubo inserta filamentis e basi infracta adscendentibus, antherae inflexae; pistillum stylo filiformi, stigmate capitato retuso aut emarginato. ○. Vis. fl. dalm. 1055 in sylvaticis Boraja inter Sebenico et Trau. — Rchb. fl. g. 2326. (C. purpurea Vis.) Mj.-In. . . . . **C. retorta Sibth.**

Observ. Cerinthe major L., quae referente clariss. Host fl. aust. I. p. 237 et ipso clar. profess. Petter (in litteris et herbario exsiccato) in Dalmatiae asperis sterilibus provenit, deberet esse teste Magnifico Neilreich: „Nachtraege zur Malys enum. pl. austr.“ pag. 164 identica cum C. aspera Roth, aut saltem illius varietas; quod nobis autem esse non videtur. — Vivam plantam dalmaticam quidem non vidimus, sed in hortis croaticis cultam repetitis vicibus examinavimus eamque cum C. majori L. a clasis. Petter in asperis Dalmatiae lectam nobisque cum plurimis aliis ab ipso lectore acquisitis comparavimus, quas adamussim convenire comperimus exceptis illis vegetationis modficationibus, quibus plantae in hortis solo pingui cultae ab ilis in apricis aridisque Dalmatiae sponte provenientibus, differi solent.

Nec jurare vellemus in verba ejusdem magnif. referentis, qui eodem loco cum Gr. et Sh. asserit, Cerintidem maculatam MB.

pertinere ad Cer. alpinam Kit., sed profitemur unacum Ledeb. Boiss. III. 102, Vis. fl. dalm. II. p. 243, Koch syn. pl. p. 577, eandem esse veram et indubitatam varietatem Cer. minoris L., de quo nos in plantis vivis iteratis vicibus persuasimus.

Gen. 333. **Echium Tour.n Lisičina.**

Calyx subaequaliter 5-partitus; corolla infundibularis aut subcampanulata, intus nuda glabra, limbo oblique inaequaliter 5-lobo; stamina filamentis elongatis inaequalibus tubo inferne adnato-decurrentibus, antheris oblongis exsertis; stigma verticaliter bifidum; rarius indivisum; nuculae 4 liberae rugosae, basi acute marginatae concavae. Vis. fl. dalm. II; p. 248, g. 347. Koch syn. pl. p. 577; Rchb. fl. g. p. 335, 443.

1 Floribus secus ramos terminales racemosis. . . . . 2.
Florum racemis in thyrsum terminalem dispositis. . . . . . . 4.
2 Corollis evidenter exsertis; staminibus corollam subaequantibus calycibusque in fructu immutatis. . . . . 3.
Corollis tubulosis subregularibus vix exsertis; staminibus corollae dimidium brevioribus, tubumque subaequantibus; foliis obovato-oblongis aveniis obtusis basi attenuatis; calycis in fructu aucti campanulati laciniis ovato-lanceolatis. — Pedale, decumbens tuberculato-hispidum pilis patentibus; folia radicalia et caulina inferiora in petiolum attenuata, reliqua sessilia; racemi florum unilaterales; stylus villosus; stigma bifidum. ◯. Vis. fl. dalm. 1066 in sterilibus insularum Cherso, Morter, Betina, Lesina, Lissa, in forte St. Nicolo; prope Sebenico, circa Trau, Spalato, Salona, Lissa et Ragusa. — Rchb. fl. g. 1290. (E. calycimum Vil. E. prostratum Ten. F. lusitanicum All.) Mj.-In.
E. parvifloruum Mnch.
3 Foliis radicalibus ovato-spathulatis, linearibus; caulinis lanceolatis villosis basi connata sessilibus; bracteis cordato-lanceolatis acutis; calycis laciniis lanceolato-acuminatis; corolla infundibuliformi-campanulata. — Erectum, minute tuberculato-hispidum pilis patentibus; pedale et ultra; folia oblonga obtusa; corollae majusculae violascentes unicolores; stamina adscendentia. ◯. Vis. fl. dalm. 1067. in maritimis circa Ossero, Trau, Spalato et Ragusa. —Rchb. fl. g. 2292. (E. lusitanicum Mill.) Mj.-In.
E. plantagineum L.
Foliis oblongis, superioribus lanceolatis basi cordata amplexicaulibus; spicis elongatis simplicibus. — Caulis herbaceus

ramosus; corolla calyce duplo longior violacea, insignis, staminibus tubum illius aequantibus. ⨀. In campis et ad vias Dalmatiae. Maly enum pl. austr. p. 189, g. 430, n. 5. — Vis. fl. dalm. 1067. β. in iisdem locis cum priori, cujus varietatem esse dicit. — Rchb. fl. g. 2291. (E. creticum Lom.) Mj.-Il.

E. violaceum L.

4 Florum racemis simplicibus. . . . . 5.

Florum racemis omnibus aut saltem inferioribus bi-trifidisve; tubo corollae calycem superante; staminibus divaricatis corollae multo longioribus. — Setoso-hispidissimum, caule herbaceo strictissimo 2—4-pedali et ultra; radix fusiformis biennis; folia lineari-lanceolata acuta integerrima, radicalia in petiolum attenuata, caulina sessilia; bracteae lanceolatae acutae; calyx angulatus una cum pedunculo hirsutissimus laciniis inaequalibus, summa longissima et inferiora brevissima; corolla brevisima incurvata, externe setulis consita albida aut roseo vel caeruleo colore leviter suffusa laciniis brevibus obtusis. ♂. In asperis incultis sterilibus totius littoralis croatici. Syll. fl. cr. — In pascuis collibusque apricis, ad vias marginesque agrorum totius Slavoniae, praesertim in comitatu Požegano frequentissimum. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1070 in asperis incultis sterilibus totius Dalmatiae, praesertim littoralis. — Rchb. fl. g. 2297. (E. pyrenaicum Desf. E. asperrimum Lam. E. italicum L. E. pyramidatum A. DC.) In.-Ag.

E. altissimum Jacq.

5 Tubo corollae calyce longiore. . . . . 6.

Tubo corollae calyce evidenter breviore aut illum subaequante; foliis lanceolatis acutis, floralibus lineari-lanceolatis: staminibus declinatis, a stylo divaricatis, limbo corollae adpressis multoque longioribus. — Setoso-hispidum, caulis simplex aut ramosus 1—2-pedalis tuberculato-hispidus; folia angusta; racemi axillares; calycis laciniae lanceolatae, inferior minima; corolla prius rubens, dein caerulea, serius alba, extus hirsuta. ♂. In locis rupestribus, in arvis et agris, ad vias et muros totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1068 in sterilibus, in arvis et viis totius Dalmatiae, sed sequente rarius. — Rchb. fl. g. 2294. In.-Spt. . . . . **E. vulgare L.**

Observ. variet. β. racemis pyramidatis patentibus; calyce tubum corollae aequante; staminibus immersis, est: E. Wierzbickii

Habrl occurritque in incultis et ruderatis circa Rackaniža in Medjumurje ad limites Styriae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2295. Var. γ. caule foliisque pilis mollibus densis subsericeis vestito, est; E. molle Pett. occurritque in locis minus aridis sertilibusque circa Clissa et Almissa Dalmatiae.

6 Stylo apice bifido; staminibus declinatis parallelis a limbo corollae remotis; foliis lanceolatis elongatis repandis cauleque pustulato tuberculato hispidis. — Simplex grosse hispidum, bulbo setarum crasso nigricante; foliis fere linearibus, floralibus interdum ovato lanceolatis, sparsim valde setosis; flores caerulei, virginei, rubri striis 5 violaceis notati. — Praecedenti (E. vulgari L.) persimile, differt tamen ab illo, setis crassioribus et rigidioribus tuberculo duplo latiori insidentibus tuboque corollae duplo longiore. — ♂. In locis incultis sterilibus litt. cr. circa Novi, Pavile, Sv. Juraj et Vranjak, nec non ad Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1069 in apricis sterilibus circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Macarsca, Ragusa et Budua, nec non in insulis Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 2293. (E. tuberculatum Hoffm. — E. vulgare Alsh. — non L.) Mj.-Il. . . . **E. pustulatum Sibth.**

Stylo apice indiviso: tubo corollae calyce staminibusque corrolla multo longioribus; foliis lineari-lanceolatis. — Caulis erectus sesquipedalis et altior pilis albidis hispidis punctisque atrovirentibus exasperatus; folia acuta integerrima, crassa pilisque albidis dense tecta, radicalia in petiolum attenuata, caulina sessilia; thyrsus longissimus; corolla extus hirsuta lineisque 5 prominentibus subpentagona, punicea aut cum purpura rubens, rarius carnea; filamenta saturate rosea; stylus pilis consitus. ♂. In pratis et pascuis circa Essek, Bobota, Vukovar, Karlovic et India. (Kan.) Rchb. fl. g. 2298. Ln.-Il. . . **E. rubrum Jacq.**

Gen. 334. **Pulmonaria Tourn. Plućnjak.**

Calyx tubulosus pentagonus limbo 5-fido, fructifer ampliatus; corollae infundibuliformis fauce pilosa fornicibusque destituta; stamina inclusa filamentis brevissimis, antheris oblongis utrinque bilobis: nuculae 4 liberae, basi planae ovatae breves. — Vis. fl. dalm, II. p. 239, g. 375; Koch syn. pl. p. 578; Rchb fl. g. p. 337, g. 446.

1 Foliis capitum radicalium sterilium elliptico-lanceolatis vel simpliciter lanceolatis. . . . . 2.

Foliis capitum radicalium sterilium exterioribus cordatis petiolatis petiolo anguste alato; pilis caulis setosis intermixtis paucis articulatis glanduliferis. — Radix repens fibris validis carnosis aucta; caules erecti aut adsendentes subangulati setis viscidis tecti, superne ramosi; folia ciliata punctis eminentibus setigeris scabra, caulina sessilia undulata, suprema cordata; pedunculi ramosi foliisque minimis ovato-lanceolatis suffulti; laciniae calycis breves; corollae tubus angulatus, limbus glaber; filamenta fauci tubi inserta. — Flores primum rubri, dein violacei; folia saepe, praesertim radicalia, maculis dilute viridibus sordideque albidis adspersa. ♃. In sylvis frondosis umbrosis totius Croatiae ipsiusque Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2314. Mr.-Mj. **P. officinalis L.**

2 Pilis caulis mollibus articulatis omnibus viscoso-glandulosis; foliis radicalibus elliptico-lanceolatis simpliciterque lanceolatis in petiolum late alatum decurrentibus. — Stricta molliter sericeoque-pubescens; radix ramosa, nec unquam tuberosa; caulis obsolete angulatus, folia mollia pilis brevissimis tecta acuminata; calycis laciniae lanceolatae; corolla usque ad basin laciniarum limbi pilosa; filamenta medio tubi inserta. Flores primum rubri, dein violacei. ♃. In collibus herbidis et prunetis, ad margines viarum sylvarumque et ad sepes circa Crisium, Lovrečinam, Zagrabiam, in campo Savano, in Moslavina et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — In Slavonia in umbrosis graminosis circa Čerević. (Kan.) Rchb. fl. g. 2311. — (P. media Host.) Mr.-Mj **P. mollis Wolff.**

Pilis caulinis setosis intermixtis paucis glanduliferis; fauce corollae intus infra circulum barbatum pilosa; foliis radicalibus in petiolum alatum decurrentibus. — Radix nodosa fibris validis firmata; caules angulati setis deflexis hispidi; folia mollia quidem, sed tuberculis minimis piliferis exasperata, caulina inferiora oblonga sessilia, reliqua minora, ramea ovato-lanceolata; pedunculi calycesque pilosi; tubus corollae angulatus; filamenta brevisima et apici tubi corollae inserta. ♃. In nemoribus sylvisque montanis tractus montium Ivanščica, Sv, Jukob, ad Samobor et in illis montis Klek, Kapelae minoris ipsiusque alpis Plješivica. Syll fl. cr. — In Slavonia in sylvis circa Bankovci, Tenje, Vukovar, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl .dalm. 1071 in sylvis

montium Velebit, Promina et Beljak. Rchb. fl. g. 2310. (P. pannonica Clus. P. tuberosa Schrk.) Ap.-Mj. . **P. angustifolia L.**

Gen. 335. **Lithospermum Tourn. Biserka.**

Calyx aequaliter 5-partitus; corolla infundibuliformis aut hypocrateriformis fauce pervia quidem, sed tamen plicis pilosis vel fornicibus pubescentibus paullo coarctata; stamina tubo inserta antheris ovatis; nuculae ovatae basi planae. Vis. fl. dalm. II. p. 244, g. 378; Koch syn. pl. p. 569; Rchb. fl. g. p. 336, g. 444,

1 Fauce corollae nuda glabraque vel 5-gibba aut 5-plicata, semper epilosa. . . . . 2.
Fauce corollae penicellis pilorum quinis praedita; filamentis brevissimis, imo tubo affixis; nuculis tuberculatis fuscis; foliis oblongo-linearibus acutis, inferioribus in petiolum attenuatis; racemis fructiferis densis, pedicellis brevissimis; corollae tubo exserto; nuculis ovato-acuminatis triquetris, dorso laevibus. — Spithamaeum, villis patentibus hispidum; caulis herbaceus erectus, apice ramosus; flores flavi. ☉. Vis. fl. dalm. 1063 in sylvis apricis saxosis circa Zara, ad Dračane prope Trau, ad Stobrez prope Spalato et in insulis Ossero, Selve et Lesina. — Rchb. fl. g. 2300. Apr.-Mj. . . . . **L. apulum L.**

2 Fauce corollae plicata aut 5-gibboso-impressa. . . . . 3.
Fauce omnino laevi; nuculis laevissimis; floribus primo rubris, demum azureis. . . . . 6.

3 Fauce evidenter plicata; nuculis asperis fuscis; filamentis brevissimis infra medium tubi corollae affixis; caule foliisque adpresse strigosis. 4
Fauce 5-gibboso-impressa; filamentis medio tubo corollae affixis brevissimis; nuculis ovatis laevissimis albis; foliis lanceolatis acutis trinerviis; corollae tubo calycem aequante. — Pedale et ultra, adpresse strigosum, scabrum caule herbaceo erecto rigido, superne ramosissimo; folia integerrima; spicae terminales foliosae, recurvatae; corolla parva albida, luteola aut ochroleuca. ♃. In locis ruderatis, sylvaticis dumetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fi. cr. — Vis. fl. dalm. 1059 ad sepes et vineas circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Ragusa et Cattaro, non minus in insulis Veglia et Cherso. — Rchb. fl. g. 2303. Mj.-In.
L. officinale L.

4 Floribus caeruleis corollisque exsertis. . . . . 5.
Floribus albis corollisque calycem aequantibus; foliis oblongo-lanceolatis, superioribus acutiusculis; pedicellis basi tenuibus; nuculis ovato-attenuatis lacunoso-tuberculatis. — Radix teres fibris aucta; caulis erectus angulatus, setis adpressis consitus, superne ramosus; folia hispida, subtus punctata, inferiora in petiolum attenuata, reliqua sessilia; calyx hispidus; corollae tubus angulatus flavescens. ♂. In agris inter segetes totius Croatiae et in Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1060 in agris et campis vulgare. — Rchb. fl. g. 2302. (Rhyntispermum arvense Lk. Mj.-In.
L. arvense L.

5 Foliis inferioribus obovato-oblongis petiolatis majoribus, superioribus oblongo-linearibus; pedicellis a basi incrassato-clavatis; nuculis ovato-attenuatis lacunosis granulatisque. — Radix simplex fibrosa; totum strigis nitidis albis obtectum; caules palmares aut 4—6-pollicares ramosi vel simplices, basi purpurascentes, apice floriferi, ibique ante anthesim circinati; folia sessilia, subtus magis canescentia et costa prominente instructa, enervia, alterna, ad caulis apicem disticha, basi ciliata; flores solitarii axillares secundi; pedicelli breves, fructiferi valde incrassati et longiores; laciniae calycis lineares duabus minoribus; lobis corollae inaequalibus duobus reliquis minoribus; nuculae ovatae, apice acutae. ○. Vis. fl. dalm. 1061 in collibus saxosis circa Zara, in Zagorje prope Dernis, circa Sebenico, Castelli, Spalato et inter S. Giovanni et Neresi in insula Brazza. - Rchb. fl. g. 2201. (L. tenuiflorum Host.) Mj.-In. . . . . **L. incrassatum Guss.**

Foliis inferioribus oblongo-ovatis petiolatis, superioribus oblongis; pedicellis basi tenuibus; nuculis ovato-attenuatis muricato-granulatis. — Caulis herbaceus superne ramosus semi-palmaris; folia obtusa; tubus corollae speciosae gracilis pilosus basi inflatus. ○. Vis. fl. dalm. 1062 in saxosis insulae Lesina et circa Trau. — Rchb. fl. g. 2299, (L. minimum.) In.-Il. **L. tenuiflorum L.**

6 Filamentis brevissimis summo tubo insertis, inclusis; nuculis laevissimis albis; foliis adpresse pilosis lanceolato-acuminatis basi attenuatis; racemis fructiferis laxis; corolla calycem duplo excedente; nuculis ovatis obtusis. — Radix lignescens plures caules emmittens; caules herbacei patenter pilosi, floriferi erecti, steriles prostrati, non raro apice radicantes et medio arcuatim

erecti; folia alterna breviter petiolata hirsuta, margine saepe revoluta; calyx hispidus; corolla extus setulis tecta, tubus angulatus, laciniae limbi serrulatae. ♃. In sylvis montanis saxosis, veluti in illis tractus Kalnik et Ivanšćica, Sv. Jakob et Ošterc: in montibus Klek, Kapela et Pliešivica, nec non in illis tractus Velebit. Syll. fl. cr. — In Slavonia in arvis elatioribus et in dumetis circa Duzluk, ad rudera arcis vetustae Požega, circa Zoljan, Vučidol, Essek, Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1064 in umbrosis sylvaticis circa Zara, Scardoña, Trau, Spalato, Polizza, et in tota Dalmatia montana, nec minus in insulis Veglia et Pago. (Rhytispermum purpureo-caeruleum.) Mj.-In. . . . . **L. purpureo-caeruleum L.**

Filamentis filiformibus elongatis infra medium tubi affixis exsertis; foliis oblongis linearibusve obtusis basi attenuatis, subtus incanis, margine rivolutis, recemis cymosis, confertis; calycis incano-sericei laciniis lanceolatis, corolla tubuloso-infundibuliformi glabra triplo-brevioribus; nuculis ovatis oblique attenuato-rostratis. — Adpresse pilosum caule basi ramoso, suffruticoso, superne canescente; corollae paullum in latus deflexae lobis erectis aequalibus; antherae oblongo-lineares recti obtusae, basi acute bilobae, dorsi medio vel paullo infra affixae; stigma capitatum, truncatum vel obsolete bilobum; nuculae basi margine acuto prominulo auctae. ♄ Vis. fl. dalm. 1065 in rupestribus apricis circa Clissa, Almissa, intra Duare et Macarsca, in monte Biokovo, nec non in montibus altioribus circa Ragusa, in Vermaz et Krivoscie prope Cattaro, ad Pastrovicchio et in Montenegro. — Rchb. fl. g. 2306. (L. petraeum A. DC. Echium petraeum Portschl.) In.-Il. . . . . **L. rosmarinifolium Rchb.**

Gen. 336. **Alkanna Tsch. Stružkavac.**

Calyx 5-partitus; corollae infundibuliformis fauce squamis transversis, convexis, exiguis glabrisque munita, secus pervia; stamina inclusa, filamentis antheris brevioribus; nuculae ovatae, verrucoso-asperae, basi plana margineque angusto plano circumdatae. Vis. fl. dalm. II. p. 250, g. 376.

Foliis imis spathulato-lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis, caulinis lanceolatis floralibusque subcordatis acutis sessilibus; racemis foliosis distichis; calycis laciniis linearibus corollae tubo paullo brevioribus; nuculis incurvis. — Hirsuta canescens, caules procumbentes et una cum foliis hispidi et canescentes; flores primo rubentes, dein caerulei; squamulae faucis corollae minutae,

glabrae, transversae, quaerendae aculo armato inter ipsa stamina, quorum duo inferiora et infra squamas affixa. ♃. Vis. fl. dalm. 1072 in argillosis apricis circa Sebenico; in agris sterilibus circa Cittavecchia in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 2346. (Lith. tinctorium DC. Anch. tinctoria Desf.) Apr.-In. . **A. tinctoria Tsch.**

Gdn. 337. Myosotis Dill. Potočnica.

Calyx 5-fidus vel 5-partitus corollae hypocrateriformis vel subrotatae fauce squamis convexis glabriusculis clausa; stamina inclusa filamentis brevissimis; nuculae 4 liberae, antice convexae, postice obtusae carinatae carinaeque minutae punctiformi, versus nucis basin sitae, affixae, secus laevissimae. — Vis. fl. dalm. II. p. 253, g. 378; Koch syn. pl. p. 580; Rchb. fl. g. p. 340, g. 450.

1 Calycibus adpresse setosis, in fructu apertis. . . . . 2.
Calycibus patule villosis, pilis inferioribus uncinatis. . . . . 4.
2 Radice descendente undique fibrosa annua aut bienni. . . . . . 3.
Rhizomate obliquo caulisque angulati basi repente: foliis lanceolato-oblongis, inferioribus basi attenuatis; racemis nudis; calycis fructiferi turbinato-campanulati 5-dentati pedunculo tereti deflexo brevioris dentibus ovatis floribusque insignibus. — Crassiuscula, robusta, 1—2-pedalis et ultra, adscendens aut decumbens; stylus calyce, calyx autem vix pedunculo brevior; corolla magna, laete coelestina, rarius alba, virginea aut persicina. ♃. In pratis et ericetis humidis, ad fossas, ripas paludesque totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in paludosis pratisque udis circa Duboka, Našice, Kožica, Essek, Čerević, Vukovar, Karlovic, Semlin et alibi, praesertim in comitatu Viroviticensi, vulgaris. — Vis. fl. dalm. 1079 in humidis, ad aquas et ripas haud rara. — Rchb. fl. g. 2342. (M. scorpioides W. M. perennis Mnch.) Mj.-Il. . . . . **M. palustris With.**

Observ. forma β. lobis corollae emarginatis, calyce demum irregulariter 5-fido pilisque caulis patentibus, est: M. repens Don. — Rchb. fl. g. 2339, occurritque in paludosis, sylvaticis umbrosis;

forma γ. corollae lobis emarginatis quidem, sed calyce oblongo-campanulato obiterque 5-dentato: caule adpresse striguloso; est: M. strigulosa Rchb. occurritque in pratis fertilibus turfosis. Rchb. fl. g. 3240;

forma δ. calyce breve campanulato-5-dentato, caule adpresse-, ramis patenti-pilosis, est: M. laxiflora Rchb. occurritque in pratis paludosis sylvaticis. Rchb. fl. g. 2341.

3 Foliis obovato-oblongis, inferioribus in petiolum attenuatis; racemis inferne bracteatis; calycis fructiferi turbinato-campanulati 5-fidi pedunculo erecti-patulo, superne incrassato brevioris dentibus oblongo-linearibus acutiusculis. — Radix annua ramosa; caules 3—6-pollicares erecti vel adscendentes; flores minuti pallide caerulei. ⊙. Vis. fl. dalm. 1080 in locis incultis circa Sebenico. Mj.-In. . . . . **M. pusilla Lois.**

Foliis caulinis lineari-oblongis obtusis; calyce 5-fido; stylo brevissimo; nuculis glabris; caule tereti, strigoso; radice descendente undique fibrosa. — Caulis in ramos longissimos laxe adscendentes fere solutus; calycis maximi profunde partiti laciniis lanceolatis obtusis; corollae parvae, pallide caeruleae aut lilascentes. ♂. In fossis, paludibus et uliginosis in Lonjskopolje, in Posavina circa Topolovec, Mužilovica et Lonja. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2325. (M. uliginosa Schrad. lingolota R. S.) In.-Sept. **M. caespitosa Schulz.**

Observ. Caulis in viva planta praecipue inferne, crassior, quam in M. palustri With. et linea a margine foliorum decurrente impressa notatus, quae linea in M. palastri With. prominet angulumque acutum efficit. Flores sunt semper minores laciniis angustioribus et plerumque integris instructi.

4. Racemis sessilibus basi foliatis; pedunculis saltem florum inferiorum bracteola fultis; calycibus profunde 5-fidis. . . . . . 5.

Racemis evidenter pedunculatis; bracteis plane nullis. . . . 6.

5 Pedicellis fructiferis erectis calyce hispido brevioribus; tubo corollae incluso; foliis obovato-lanceolatis; caule superne flexuoso ramoso — Graclis humilisque villoso-hispida simplex et in sterilissimis jam a basi florens aut multicaulis caulibus angulatis; folia setis adscendentibus hispida, radicalia obovata, caulina inferiora lanceolata in petiolum attenuata, reliqua sessilia; flores exigui eleganter cyanei. ☽ In locis arenosis cultis et incultis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Semlin in arvis et campis. (Kan.) Rcbb. fl. g. 2330. (M. arvensis Rbhb. M. arenaria Shrad) Apr.-In. . . . . **M. stricta Lk.**

Pedicellis fructiferis reflexis calyceque multoties brevioribus; tubo corollae paullisper exserto; foliis lanceolatis basin versus attenuatis; caule angulato ramoso setisque deflexis hispido. — Bitripedalis flaccida; folia hispida, radicalia et caulina inferiora latiora in petiolum canaliculatum ciliatum attenuata, reliqua

sessilia; corollae minutae lobis rotundatis. ☉. In sylvis dumetisque humidiusculis circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2334 Mj.-In.

M. sparsiflora Mik.

6 Pedicellis fructiferis calycem aequantibus aut illo plane longioribus. 7.

Pedicellis fructiferis calyce evidenter brevioribus; tubo corollae denique calyce duplo longiore; antheris basin fornicum attingentibus, foliisque caulinis lineari-lanceolatis. — Gracilis, caulis ad divisionem usque strictus ibique foliorum pari opposito provisus: calycis profunde 5-fidi fructiferi clausi pilosi pilis baseos divaricatis; flores primum sulfurei, deinde caerulescentes, denique violacei. ☉. In locis cultis subhumidis, in nemorosis, fluviorum glareis, ad ripas circa Toplikam, Budinščinam, Krapinam Thermasque Krapinenses. — Rchb. fl. g. 2333. Mj..In. **M. versicolor Pers.**

7 Calyce fructifero clauso. . . . . 8.

Calyce etiam fructifero aperto; pedicellis fructiferis horizontaliter patentibus, calycem aequantibus; stylo tubo corollae incluso. — Gracilis filiformis, adscendens; corollae parvae coelestinae; calyx profunde 5-fidus patulo-pilosus; stylus brevissimus. ☉. In collibus agrorumque versuris Croatiae australis circa Gospić, Bunić, in Bielopolje et Vrebačka-staza Syll. fl. cr. In Slavonia in montanis circa Čerević; in collibus circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2332. — (M. collina Rchb. M. hispida Schleich.) Mj-In.

M. filiformis Sch.

8 Corollae limbo plano; foliis saturate viridibus; pedunculis fructiferis calycem aequantibus. . . . . 9.

Corollae limbo concavo; foliis canescentibus; pedunculis fructiferis calyce duplo longioribus. — Radix annua aut biennis; folia inferiora obovato-oblonga basi attenuata petiolata, caeteris oblongo-lanceolatis sessilibus; calycis dentibus lineari-lanceolatis acutis; corolla calycem duplo excedente. ♂. In agris collibusque totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in agris arvisque circa Duzluk, Čerević et Semlin. Vis. fl. dalm. 1081 in agris totius Dalmatiae — Rchb. fl. g. 2330. (M. arvensis Auct.) Mj.-Sept.

M. intermedia Lk.

9 Radice annua aut bienni; foliis radicalibus caulinisque inferioribus longe petiolatis ovato-lanceolatis, superioribus oblongis amplexicaulibus; caule ramisque decumbentibus. — Caulis jam ad radicem dividitur in ramos primo breves adscendentes, de-

mum elongatos decumbentes; folia mollia setis brevibus consita ciliata obtusa; calyx hispidus laciniis lanceolatis; corolla saturate caerulea. ♂. In sylvis montanis in ipsas alpes adscendens circa Zagrabiam, Samobor, in monte Klek, Kapela alibique in montanis sylvaticis Croatiae australis. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2336.) M. decumbens Host.) Mj.-Il. . . . . **M. sylvatica Hoff.**

Radice perenni; foliis inferioribus obovato-oblongis petiolatis, caeteris oblongo-lanceolatis; calycis fructiferi campanulati dentibus lineari-lanceolatis; acutis subaequalibus; corolla calycem duplo excedente. — Radix lignescens, multiceps; caules erecti angulati ramosissimi ramis tortuosis, setisque patentibus tecti; folia radicalia emarginata, caulina lingulata apice deflexa; corollae cyaneae lineis niveis in stellam dispositis variegatae, rarius albidae, concolores. ♃. In sylvis montium altiorum alpiumque umbrosis, veluti in illis Ivanšćicae, Klek, Kapelae, Plješivicae, Visočicae et alibi tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1082 in umbrosis demissis montium Promina, Lemeš, Biokovo et Snieżnica. (M. rupicola Sow. M. sylvatica Host. M. lithospermifolia Horn. M. suaveolens. Rchb. fl. g. 2337 et 2338.) Mj.-Il. . . . . **M. alpestris Hoppe.**

Fam. 45. **Labiatae Juss. Usnače.**

Flores hermaphroditi irregulares: calyx liber persistens monosepalus dentatus: corolla monopetala decidua hypogyna limbo saepissime bilabiato 4—5-lobo lobis aestivatione imbricatis: stamina 4 tubo corollae inserta, raro subaequalia, saepissime didynama, rarissime bina, filamentis tenuibus, antheris 2-locularibus, vel lobis confluentibus unilocularibus, basi-fixis: ovaria 4 libera disco hypogyno inserta, unilocularia, uniovulata ovulo erecto; stylus in medio ovariorum; nuculae monospermae liberae; embryo rectus, radicula infera ad hilum versa; albumen nullum. Vis. fl. dalm. II. p. 182; Koch syn. pl. p. 630; Rchb. fl. g. p. 306.

Plantae herbaceae, rarius suffrutescentes, plerumque aromaticae caule tetragono; ramis oppositis decussatis; foliis oppositis exstipulatis; floribus in cymas digestis oppositas verticillum mentientes, rarius solitariis geminisve axillaribus.

Trib I. **Ocymoideae Benth** *Corolla bilabiata; stamina declinata; antherae reniformes uniloculares rima semicirculari dehiscentes, semine emmisso patellulam orbicularem planam exhibentes.*

Gen. 338. **Ocymum L. Basilje i. Bosiljak.**

Calycis labium superius integrum, inferius 4-dentatum: labium corollae superius 5-fidum, inferius integrum: stamina labio corollae inferiori incumbentia: antherae reniformes uniloculares, in patellulam orbicularem planam dehiscentes. Koch syn. pl. p. 631.

Foliis petiolatis ovatis oblongisve remote et obsolete serratis glabris: calycibus ciliatis; caule pubescente: floribus albis. ☉. Ex India orientali adlatum ob gratum odorem in hortis frequentissime cultum. Il.Ag. . . . . **O. Basilicum L.**

Gen. 339. **Lavandula L. Tierma i. Despit.**

Calyx oblongo-tubulosus 5-dentatus dentibus 4 inferioribus brevisimis, supremo majore, in fructu connicentibus clausus; labium corollae superius bifidum, inferius trifidum; stamina cum stylo tubo corollae abscondita; antherae reniformes uniloculares in patellulam orbicularem planam dehiscentes: nuculae oblongae laeves. Vis. fl. dalm. II. p. 183, g 324; Koch syn. pl. p. 631; Rchb. fl. g. p. 236, g. 427.

Foliis oblongo-linearibus indivisis, inferioribus axillaribusque canis, margine revolutis; spica interrupta; bracteis rhombeo-ovatis cuspidatis membranaceis ferrugineis; calycibus tomentosis; floribus caeruleis; radice lignescente. ♄. Vis. fl. dalm. 922 in locis saxosis apricis collinis circa Torretta prope Spalato, circa Clissa et in insula Ossero; insuper in hortis frequentissime culta. Rchb. fl. g. 2234. (L. vera DC. L. vulgaris Lam.) Il.-Sept. **L. Spica L.**

Foliis obovato-lanceolatis indivisis, margine revolutis canis, superioribus viridioribus: spica subcontinua, bracteis linearibus canotomentosis. — Radix lignescens, caulis spithamaeus pedalisve tetragonus; flores caerulei. ♄. Vis. fl. dalm. 923 in locis saxosis apricis ad Ragusam prope Ombla et Lapad, nec non circa Rissano. insuper hinc inde in hortis culta. — Rchb. fl. g. 2225. Il.-Ag. . . . . **L. latifolia Vill.**

Trib. II. **Menthoideae Benth** *Corolla subcampanulata vel infundibuliformis limbo 4—5-fido lobis subaequalibus: stamina distantia recta; antherarum sacculi paralleli vel divaricati, rima dehiscentes.*

Gen. 340. **Mentha Tourn. Metvica.**

Calycis 5-dentati faux pilis non clausa, sed aperta; corolla infundibuliformi-campanulata limbo 4-fido, lobo supremo quidquam latiore emarginato, annullus

in tubo nullus; stamina distantia recta, superne divergentia; nuculae ovoideae apice convexae, rotundatae. Vis. fl. dalm. II. p. 184, g. 325; Koch syn. pi. p. 631; Rchb. fl. g. p. 306, g 399.

1 Floribus verticillatis, verticillis axillaribus decrescentibus, aut terminalibus aequalibus approximatis et quasi in capitulum congestis. 2.
Floribus spicatis, spicis elongatis terminalibus simplicibus compositisve. 6.
2 Verticillis omnibus remotis, basi foliis duobus oppositis fultis. . 3.
Floribus verticillato-capitatis; dentibus calycis e basi triangulari subulatis, fructiferis porrectis; tubo sulcato. . . . . 5.
Calycibus tubuloso-campanulatis, dentibus triangulari-lanceolatis latitudine longi ribus. . . . . 4.
Calycibus exacte campanulatis, dentibus triangulari-ovatis aeque latis ac longis, calycis fructiferi porrectis; foliis petiolatis ovatis ellipticisve serratis. — Caulis erectus ramosus hirsutus; folia rugosa hirsuta, supra medium serrata, primo patentia, demum deflexa; pedicelli glabri; calycis hirsuti dentes acuti; corolla pilosa. ♃. In cultis subhumidis, ad ripas marginesque viarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2077. Il.-Ag. . . . . **M. arvensis L.**
Observ variet. β. foliis ovato-lanceolatis, verticillis densis confertis, calycibus pedicellisque dense hispidulis, est: M. lanceolata Beck.
Variet γ. foliis rhombeo-lanceolatis, basi cuneatis integerrimisque, apicem versus crenato-serratis, petiolis verticillos excedentibus, pedicellis glabriusculis, est: M. tenuifolia Host;
Variet. δ. humilis ringens erecta, foliis ovali-lanceolatis calycibusque villosis, pedicellis glabriusculis, est: M. austriaca Jacq.
Variet. ε. ringens hispida, foliis late-ovatis obtusis paucicrenatis, rugosis, nervoso-plicatis subdeflexis, est: M. agrestis Sole.
Variet. ζ. caule procumbente dense folioso, foliis parvis ovatis obtusis; pedicellis glabris, est: M. procumbens Thuil.
Variet. η. foliis longe petiolatis ovatis parvis, saepe nitidis, verticillis magnis speciosis, est: M. diffusa Lej.
Omnes haec formae et adhuc plures aliae, in fl. austr. Host. II. p. 149 et seq. citatae occurrunt intermixte cum specie.
4 Foliis subsessilibus ellipticis lanceolatisve basi apiceque acutis serratis serraturis acuminatis antrorsumque versis. — Caulis erectus, 1—2-pedalis purpurascens, in ramos patentes divisus

setulisque paucis inspersus; folia horizontalia, margine ciliata, pleraque purpura suffusa, petiolis brevibus ciliatis; bracteae lanceolatae acuminatae, hirsutae, ciliatae; corolla purpurascens fauce pilis stipata. ♃. Ad ripas et fossas, in locis subhumidis in Lonjskopolje, in Posavina circa Topolovec, Svinično, Sisek, et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2082. (M. prima Dod. M. rubra Sole.) Il.-Ag. . . . . **M. gentilis L.**

Observ. variet. β. tota hirsutie patentissima dense obducta, foliis lanceolatis acutis basique longe cuneatis, est: M. acutifolia Rchb. fl. g. 2078 occurritque ad stagna fluvii Bednja et Plitvica in campo Podravano. Syll. fl. cr. —

Variet. γ. verticillis distantibus; corolla pedicellisque glabris, calycibus apice barbatis; foliis oblongo-lanceolatis sessilibus floribusque parvis rubellis, est: M. rubra Huds. — Rchb. fl. g. 2084.

Foliis evidenter petiolatis ovatis ellipticisve serratis, serraturis patentibus calycisque fructiferi dentibus porrectis. — Florum verticilli distantes pedunculati, corolla calycem tubulosum ciliatum duplum longa; caulis erectus hirsutus, 1—2-pedalis et ultra; folia crassa, plus minusve rugosa pallideque viridia pilosa aut plane hirsuta. ♃. Ad aquas stagnantes et fluentes in Croatia vulgaris. Syll. fl. cr. — In Slavonia rarior, circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2081. Il.-Sept. . . . **M. sativa L.**

Observ. variet. β. foliis lato-ovatis bullato-rugosis plus minusve crispis, pilosis et irregulariter inciso-dentatis, est: M. dentata Roth. occurritque cum priori.

Variet. γ. corolla calyce paullo tantum longiore, est: M. parviflora Schulz. (M. austriaca Jacq.)

Variet. δ. foliis villosis subovatis, nervoso-plicatis et a basi serratis; corollae pilosellae laciniis omnibus obtusis, est: M. palustris Much. — Rchb. fl. g. 2080 occurritque ad ripas et stagna totius Croatiae. Syll. fl. cr.

5 Verticillis oblongo-capitatis; foliis cordatis inciso-serrato-dentatis undulato-crispis bullatisque subsessilibus; staminibus corollam aequantibus. — Pedalis et ultra divaricato-ramosa subhirsuta, folia rugosa, facie pilosa, dorso subincana, subtomentosa. ♃. In hortis frequentissime culta et in ruderatis hortorumque rejectaculis hinc inde quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2092. Ag.-Sept. . . . . **M. crispa L.**

Verticillis dense capitatis; foliis petiolatis ovalibus serratis glabriusculis; calyce tubuloso nudoque, pedicellis autem retrorsum hispidulis. — Stricta simplex aut superne breve ramosa, pubescens hirsutave, non raro atro-rubens; folia oblonga, ovata, rarius subcordata; florum verticilli globosi terminales axilaresque; pedicelli deorsum, calyces sursum villosi; flores magni rosei aut lilacini. ♃. Ad ripas et fossas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 926 ad sepes, ripas et fossas totius Dalmatiae littoralis et insularis. — Rchb. fl. g. 2086. Il.-Ag. **M. aquatica L.**

Observ. variet. β. foliis ovatis oblongisve brevissime petiolatis pilosis hirsutisve, est: M. hirsuta L.

Variet. γ. tota glabrescens et nonnisi calycibus ciliatis foliisque longe petiolatis, est: M. citrata Ehrh, et M. odorata Sole, Rchb. fl. g. 2087 et 2088.

6 Spicis oblongo-cylindricis; dentibus calycis fructiferi sulcato-striatis, porrectis; foliis petiolatis serratisque. . . . . 7.

Spicis lineari-cylindricis densis aut inferne interruptis; bracteis lineari-subulatis, calycibus leviter striatis, villoso-canescentibus fructiferis ventricosis superne coarctatis, dentibus lineari-subulatis, denique paullo conniventibus; foliis subsessilibus ovatis lanceolatisve dentato-serratis, subtus plus minusve tomentosis; floribus violaceis. ♃. Ad ripas, fossas et dumeta, in pratis dumetisque, in humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 924 frequens in agris argillosis tam Dalmaciae littoralis, quam montanae. — Rchb. fl. g. 2104. Il.-Sept. **M. sylvestris L.**

Observ. var. β. foliis ovalibus apice obtusis, est: M. rotundifolia Sole occurrique ad sepes insulae Lesina circa Gelsa.

Variet. γ. spicis pluribus in apice caulis congestis, remotis; foliis oblongo-lanceolatis, est: M. polystachya Vis. fl. dalm. 924 v. γ. occurritque in agro Spalatensi.

Variet. δ. tomento in caule foliisque laxo, sed crassiore; foliis oblongis basi angustatis subcordatis, subtus albo-tomentosis, supra cano-pubescentibus caulisque angulis lonuginosis, est: M. canescens Roth. — Rchb. fl. g. 2103 occurritque cum specie in iisdem locis.

Variet. ε. villosa, temento caulis foliorumque adpresso; foliis magnis cordato-ovatis aequaliterque serratis, spicis densis attenuatis, est: M. nemorosa W.

Variet. ζ. foliis ovatis utrinque candicantibus, breve petiolatis, serraturis subaequalibus; bracteis plumosis, est: M. molissima Brkh

Variet. η. foliis brevibus margine undulatis et inciso-dentatis, dentibus lanceolatis inaequalibus, acuminatis, est; M. undulata W. — Rchb. fl. g. 2100. — Occurrit ad ripas Fiumarae aliorumque rivulorum circa Flumen et Bukari.

7 Spicis foliisque glabris; bracteis superioribus lanceolatis calycibus glandulosis tubo glabriusculo: dentibus calycinis lanceolato-subulatis, margine ciliatis. . . . . 8.

Spicis foliisque plus minusve villosis: bracteis superioribus lineari-subulatis; calycibus costatis, dentibus calycinis lineari-setaceis; foliis petiolatis ovato-ellipticis serratis acuminatis. — Stricta villosa spicis crassis floribusque roseis. ♃. Ad fossas et stagna circa Markuševec, Šestinam et Horvati prope Zagrabia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2102. . . . . **M. nepetoides Lej.**

8 Foliis sessilibus lanceolatis acutis serratis; pedunculis calycibusque glabriusculis, dentibus calycinis subhirsutis. — Caulis erectus, ramosus glaber; folia facie laete, dorso pallide viridia, floralia minima, subintegerrima, cuspidata; corolla purpurascens. ♃. Vis. fl. dalm. 926 in humidis sylvaticis et ad ripas rivulorum insulae Lesina, secus in hortis loco sequentis frequenter culta. — Rchb. fl. g. 2094. (M. spicata Crtz. M. tenuifolia Lj.) Il.-Ag. **M. viridis L.**

Foliis petiolatis subovatis vel ovato-oblongis planis serratis, subtus cauleque pilis brevibus raris adpressisque adspersis; calyce basi glaberrimo; bracteis superioribus lanceolatis; tubo calycis sulcato, dentibus denique porrectis. ♃. Colitur in hortis et hinc inde aufuga in ruderatis hortorumque rejectaculis quasi spontanea. Syll. fl. cr- — Rchb. fl. g. 2093. Il.-Sept. . **M. piperita Huds.**

Gen. 341. **Pulegium Mill. Poljačak.**

Calyx bilabiatus labio superiore trifido, dentibus triangulari-lanceolatis, inferiore bifido, dentibus subulatis, fructifer pilis clausus; corollae infundibuliformis quadrifidae subaequalis lacinia superiore integra, tubo subito in faucem ventricosam antice, carinato-compressam ampliato; stamina distantia recta, superne divergentia; antherarum sacculi paralleli rimis longitudinalibus parallelis 2 dehiscentes. Koch syn. pl. p. 636; Rchb. fl. g. p. 311, g. 402.

Foliis petiolatis pubescentibus pilosisve ellipticis obtusis obsolete dentatis; florum verticillis globosis omnibus remotis: calycibus

tubulosis, fructiferis annullo pilorum clausis; dentibus calycinis superioribus recurvatis. — Spithamaeum, pedale, caules villosi in ramos divisi; rami steriles effusi radicantes, floriferi erecti vel adscendentes; folia parva punctata setulisque arcuatis consita; bracteae ciliatae hispidulae, exteriores ovatae, interiores lanceolatae; calyx sulcatus; corolla purpurea, rarius alba, superne setulis tecta. ♃. In inundatis, uliginosis, palustribus agrisque humidiusculis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 927 in locis humidis argillosis ubique in Dalmatia. — Rchb. fl. g. 2114. (Mentha Pulegium L.) In.-Ag.

P. vulgare Mill.

Observ. variet. β. caulibus foliisque dense albo-villosis, est: P. tomentellum Mill. (M. tomentella Hoffm.) occurritque teste clariss. Vis. in locis siccis apricis insulae Ossero; in Pianura di canali et colle Postranje ditionis Ragusinae.

Gen. 342. **Lycopus Tourn. Vučjasapka.**

Calyx campanulatus subaequaliter 5-dentatus; corolla infundibuliformi-campanulata limbo 4-lobo, superiore latiore emarginato: stamina duo inferiora distantia, superioribus nullis vel abortivis; antherarum loculis connectivo dilatato conjunctis; nuculae obovatae compresso-trigonae apice truncatae, costa callosa crassa utrinque longitudinaliter marginata. — Vis. fl. dalm. II. p. 186, g. 326; Koch syn. pl. p. 636; Rchb. fl. g. p. 306, g. 398.

Foliis ovato-oblongis basi attenuatis inciso-dentatis, dentibus triangularibus, inferioribus longioribus; corollae lobo infimo lateralibus duplo latiore; staminibus superioribus nullis. — Bi-tripedalis; radix repens caulis erectus pubescens; folia scabra rugosa; flores axillares in glomerullos collecti: bracteae lineares mucronatae; corollae interne barbatae, albae maculisque purpureis variegatae. ♃. Ad stagna, fossas et ripas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 928 ad fossas et loca humida in tota Dalmatia. — Rchb. fl. g. 2065. Il-Ag.

L. europaeus L.

Foliis late ovatis pinnato-partitis, superioribus lanceolatis laciniis oblongo-linearibus; corollae lobis tribus inferioribus subaequalibus; staminum superiorum rudimentis subulatis apice capitatis. — Sexpedale, radix valde repens cortice fungoso tecta; caules altissimi pilosi ramosi; folia pubescentia omnia ad nervum medium usque pinnatifida laciniis superioribus confluentibus. ♃. Ad

ripas fluviorum et in locis humidis in Moslavina circa Potok, Gračenica et in Lonjskopolje; in Podravina circa Mali Bukovec, Selnica et Otok. Syll. fl. cr. — In Slavonia in fruticetis dumetisque humidis, ad fossas marginesque viarum in locis demissis frequens. — Vis. fl. dalm. 929 in locis humidis insulae Veglia ad Capriccio. — Rchb. fl. g. 2076. Il.-Ag. . . **L. exaltatus L.**

Trib. III. **Monardeae Benth.** *Corolla bilabiata; stamina nonnisi 2 fertilia sub labio corollae superiore parallela.*

Gen. 343. **Rosmarinus Tourn. Ružmarin.**

Calyx campanulatus bilabiatus, labio superiore integro aut brevissime tridentato, inferiore bifido; corolla ringens labio superiore bipartito; stamina exserta curvata, basi dente reverso instructa; antherae uniloculares. — Vis. fl. dalm. II. p. 190, g. 328; Koch syn. pl. p. 636; Rchb. fl. g. p. 316, g. 411.

Foliis sessilibus anguste lineari-lanceolatis coriaceis, supra nitidis, subtus canescentibus margine revolutis; floribus violaceo-caeruleis. — Fruticulus 1—2-pedalis et altior. ♄. In apricis saxosis litt. cr. circa Segniam Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 939 in locis apricis saxosis collinis insularum circa Zara, nec non in insulis Solta, Lesina, Curzola et Lissa, nec minus circa Spalato et Ragusa. — Secus ubique cultus. Floret a Januario in insulis, serius in continente, fere ad autumnum usque. . **R. officinalis L.**

Gen. 344. **Salvia L. Kadulja Żalvija.**

Calyx tubulosus campanulatusve bilabiatus labio superiore integro aut tridentato, inferiore bifido; corolla labiata, labio superiore galeato inferiore trilobo, lobo medio latiore emarginato; stamina antheris liberis, connectivo filamentiformi adscendente. — Vis, fl. dalm. II. p. 186, g. 327; Koch syn. pl. p. 637; Rchb. fl. g. p. 332. g. 438.

1 corollae tubo intus annullo piloso praedito. . . . . 2.
Corollae tubus intus exannullatus, epilosus, tubo nudo. . . . 3.

2 Suffruticosa cano-pubescens; ramis foliisque junioribus incano-tomentosis, foliis ovato- lanceolatis lanceolatisque, dense crenulatis rugosis, basi auriculatis nudisve, floralibus basi membranaceis; verticillis 6—12-floris denudatis; bracteis caducis; dentibus calycinis porrectis spinuloso-aristatis; floribus violaceis, rarius albis. — Radix lignosa; caules tetragoni, 1—2-pedales simplices aut ramosi; flores in spicis elongatis rectis bracteis ovatis cuspidatis ciliatis calyceque longioribus fulti; calyces colorati,

pilis viscidulis consiti; corollae tubus sulcatus fauce inflata. ♄. In rupestribus; totius litt. cr. frequentisima et insuper ubique in hortis culta. — Syl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 930 in locis saxosis apricis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2284. Mj.-Il **S. officinalis L.**

Observ Var. β. foliis late ovato-oblongis, racemo composito corollisque magnis, est: S. grandiflora Ettl. occuritque teste clariss. Vis. cum priori.

Herbacea villosa; foliis subhastato-cordatis; inaequaliter crenato-dentatis petiolatis, petiolis auriculatis nudisve; florum verticillis subrotundis multifloris subnudis in racemum digestis; pedicellis calycem subaequantibus; stylo labio inferiori incumbente. — Pedalis et ultra; radix repens; caules tetragoni adscendentes; folia hirsuta; flores secundi; bracteae membranaceae subrotundae acuminatae ciliatae; corollae parvae violaceae, opacae calycibus purpureo-lanuginosis. — ♃. In pratis collibusque herbidis, ad margines viarum et agrorum totius Croatiae et Slavoniae- Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 938 in sylvaticis et ad sepes circa Zara, Sebenico, Scardona, Spalato, Cattaro, Risano et Kriovscie. — Rchb. fl. g. 2276. In.-Ag. . . . . **S. verticillata L.**

Observ. forma petiolorum auriculis magnis, hinc foliis quasi panduraeformibus sublyratisve, est: S. napifolia Jacq. occurritque in lapidosis montanis circa Zagrabiam et Samobor. Syll. fl. cr.

3 Floribus albis, rubris caeruleisve, rarius ochrolencis. . . . . 4.

Floribus sulfureis fusco punctatis; foliis cordato-hastatis grosse serratis pubescentibus, superioribus, floralibusque longe acuminatis; calycis labio superiore minutissime tridentato, inferiore bifido, dentibus ovatis acutis inermibus. — Caulis herbaceus bipedalis et ultra superne una cum bracteis et calycibus glanduloso-villosis viscidus; verticilli distincti 6-flori; corolla magna pubescens labio superiore bifido, inferiore trifido, lobo medio maximo denticulato. ♃. In sylvis locis umbrosis dumetisque in subalpinas adscendens totius Croatiae et Sla.oniae, praesertim in montanis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 931 in umbrosis sylvaticis subalpinis tractus montium Velebit, nec non ad sepes et fossas circa Verlika, Stermica et in Krivoscie. — Rchb. fl. g. 2274. In.-Il. . . . . **S. glutinosa L.**

4 Calycis campanulati labio superiore deplano tridentato, dentibus ovatis rectis acutis spinoso-aristatis. . . . . 5.

Calycis labio superiore concavo, bisulco, dentibus tribus minimis conniventibus. . . . . 7.

5 Foliis oblongis ovatis subcordatisve albo-lanatis; floribus albis. . 6.

Foliis cordato-ovatis acutis duplicato crenatis rugosis petiolatis, supremis sessilibus; bracteis late ovatis cuspidatis, concavis, coloratis, calyce longioribus, supremis vacuis; floribus roseis bracteis pallide carneis suffultis. — Radix biennis; caulis erectus villosus viscidus pedalis et ultra; folia ampla, valde rugosa; corollae faux inflata, galea compressa obcordata. ♂. In aggeribus et ad sepes circa Crisium; in collibus graminosis et ad vias in litt. cr. circa Portoré, Zagorje, Cirkvenica et Selce. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa arcem Vučin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 934 in hortis, ruderatis apricis, ad sepes et margines agrorum totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2275. Mj.-In. . **S. Sclarea L.**

6 Foliis inferioribus pinnatifidis, reliquis sinuatis erosisve verticillisque lanatis; bracteis recurvatis subrotundo-ovatis concavis; verticillis disjunctis 6—10-floris. — Albo-lanata patenti ramosa, 1—2-pedalis; caulis erectus tetragonus; folia opposita rugosissima, venosa, subtus lanuginosa, facie subvillosa utrinque incana, radicalia petiolata petiolis lanuginosis, superiora sessilia, summa quaedam ad ramos recurvata; flores bini aut terni bracteis latis subrotundis concavis nervosis villosis mucronatisve suffulti; corolla nivea hirsuta et punctata. ♂ In locis incultis, ad sepes et in ruderatis circa Kalnik copiosissima; in colibus apricis arenosis ad Zagrabiam et Samobor rarior. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Vukovar, Karlovic, Beška et Slankamen. — Rchb. fl. g. 2273. In.-Il. . . . . **S. Aethiopis L.**

Foliis inferioribus eroso-sinuatis albo-lonatis reliquis ovatis sessilibus; bracteis cordato-amplexicaulibus cuspidatis concavis calycemque aequantibus, supremis abortientibus vacuis. — Radix nigra perpendicularis fibrosa, biennis; folai radicalia in orbem prostrata cordata vel subcordata vel basi truncata eroso-sinuata petiolis longis dense longeque lanatis, basi amplexicaulibus, subtus convexis, supra canaliculatis affixa; caulis erectus 1—2-pedalis et ultra quadrisulcatus viscidus, lanuginosus, superne brachiatus; folia caulina utrinque attenuata acuta sessilia, piloso-glutinosa, subtus albo-lanuginosa, supra viridiora rugosa, venosa; bracteae latae, piloso-glutinosae patentes, persistentes; flores secundi, magni corollis albis maximis, fauce inflata, tubo compresso, galea

falcata, extus pilis purpureis glutinosis obsita; stamina galeam aequantia, quandoque illam excedentia; stylus incurvus longe exsertus, apice bifidus lacinia inferiore longiore; nuculae oblongae fuscae. ♂. Vis. fl. dalm, 935 in locis apricis et ad margines agrorum, ad Milievci et Zagorje in ditione Dernišensi; circa Torrette, Sebenico, Verpolje et Konjsko, circa Clissa, nec non in insulis Brazza et Lesina. (S. Aethiopis Host et non L. nec Pers.) In.-Il. . . . . **S. argentea L.**

7 Calycis campanulati labio superiore evidenter tridentato, licet dentibus quandoque minimis; radice lignescente, perenni. . . . 8.

Calycis perfecte tubulosi labio superiore truncato subtridentato; foliis obtusis ovalibus aut subcordato-ovatis crenatis; radice annua. . . . . 13.

8 Labio calycis superiore breviter tridenticulato, nec truncato, nec rotundato; bracteis ovatis. . . . . 9.

Labio calycis superiore rotundato, concavo, vix obsolete et minutissime denticulato, denticulis conniventibus; foliis oblongis lobato-dentatis pinnatifidisve, inaequaliter crenatis rugosis. . . 11.

9 Staminibus corolla multo brevioribus; foliis radicalibus basi cordatis; floribus violaceis, rubris aut albis. . . . . 10.

Staminibus corolla duplo longioribus; caule herbaceo, superne bracteis calycibusque glanduloso-pilosis villosisque; foliis ovatis duplicato-crenatis lobatis subpinnatifidisque pubescentibus, radicalibus petiolatis; floribus albidis ochroleucisve. — Stricta pedalis et ultra; radix lignescens: caulis tetragonus, parum fistulosus simplex vel superne ramosus; folia radicalia maxima petiolata, caulina parva pauca et sessilia; bracteae ovatae acutae calyces aequantes herbaceae; labium calycis superius breviter tridentatum, inferius bifidum. ♃. In collibus herbidis, pratis arvisque, ad dumeta et praesertim in cimeteriis totius Slavoniae. (Kan.) Rchb. fl. g. 2272. Mj.-In. . . . . **S. austriaca Jacq.**

10 Bracteis roseis aut violaceis; caule herbaceo multifolio foliisque subtus calycibusque cano-pubescentibus; foliis caulinis superioribus decrescentibus basi cordata aut ovata sessilibus subsimpliciter crenatis. — Radix lignescens ramosa; caules fistulosi ramosissimi; folia facie glabriuscula dorso pubescentia; flores in spicas terminales longas collecti; bracteae ovatae acuminatae coloratae flore breviores; verticilli subsexflori disjuncti, dentes calycini parvi ovati acuminato-mucronati; corollae tubus albidus,

limbus ex caeruleo purpureus guttulisque minutis adspersus, galea a dorso hirsuta, laciniae laterales labii inferioris oblongae concavae, intermedia subrotunda concava et emarginata; stylus supra medium pubescens, stigma bifidum. ♃. In collibus herbidis, ad vias in campo Podravano, praesertim circa Gjelekovec, Legrad, Ottok et Selnica. — In Slavonia in pratis locisque dumetosis circa Essek, Orahovica, Zoljan, Selce et Cerovac, nec non ad ripas fluvii Vuka inter Nuštar et Vukovar, circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2282. (S. elata Host. S. nemorosa L. S. valentina Vahl.) Il.-Ag. . . . **S. sylvestris L.**

Bracteis herbaceis calyce brevioribus et una cum superiore caulis parte, calycibus corollisque viscoso-pilosis; foliis ovatis oblongisve duplicato-crenatis integris vel trilobis rugosis subtus pubescentibus, radicalibus basi cordatis petiolatis, caulinis paucis, superioribus multo minoribus amplexicaulibus. — Caulis 1—2-pedalis fistulosus simplex aut ramosus; folia rugosa; florum verticilli in racemum longum dispositi, inferiores bractearum loco foliis minimis acuminatis pilosis cordatis calyceque longioribus fulti, reliqui bracteati bracteis integerrimis pilosis; corollae speciosae violaceae, rarius albae aut roseae. ♃. In pratis siccis, ad margines viarum, agrorum vinearumque totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in pratis circa Brestovac et Ralovci, Kraj, Radovanci et Mikleuš, nec non circa Essek, Vinkovce, Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2279. Mj.-Ag. **S. pratensis L.**

Observ. Var. β. spicis florum virgatis, corolla speciosa eleganter caerulea cum lacinia intermedia labii inferioris alba, est: S. variegata WK. occurritque in pratis fertilibus et ad margines viarum circa Crisium, Verbovec et alibi. Rchb. fl. g. 2280.

11 Foliis subcordato-oblongis rugosis glabriusculis; corollae labiis subaequalibus, superiore glabriusculo eglanduloso, calyci aequilongo. 12.

Foliis ovatis basi cordatis rugosis subtus pubescentibus; corollae labio superiore extus glanduloso-piloso calycique aequilongo, sed labium inferius superante. — Herbacea villosa, superne viscida; caules erecti vel adscendentes basi lanuginosi, sursum glabriores, apice saepius trifidi aut opposite ramosi visciduli; folia inferiora petiolata cordato-ovata duplicato-crenata aut sublobata, subtus sparsim lanuginosa, supra rugosa vel bullata, superiora subcordato-amplexicaulia sessilia acuminata; bracteae cordato-acumi-

natae integrae, inferiores calyci aequales, reliquae sensim breviores; racemi rarius simplices, saepius ramosi vel plures glanduloso-lanuginosi visciduli; calyces patuli demum nutantes lobis ciliatis; flores rubro-violacei, aut violaceo-caerulei, rarius albi. ♃. Vis. fl. dalm. 936 in pascuis locisque herbidis circa Sebenico, Dernis et probabiliter etiam in reliqua Dalmatia. (S. scabra Bertol. S. sylvestris Vis et non L.) Mj.-Il. . **S. Bertolonii Vis**

12 Foliis cordato-oblongis sinuatis crasso-dentatis; corollis calyce angustioribus porrectis, parvis, obscure caeruleis, labii inferioris lobo medio dilutiore. — Radix lignescens ramosa; caulis erectus pilis viscidis adspersus; folia sinuata, punctata, basi inaequalia, margine et ad venas pubescentia, secus laeviuscula, caulina longe petiolata, summa ovata sessilia, acuta; bracteae ovatae acuminatae ciliatae, tantum inferiores dentatae; verticilli sexflori, flores breviter pedicellati; calyx sulcatus pilisque viscidis consitus, labium superius carinatum tridenticulatum denticulis minimis conniventibus, inferius bifidum lacinulis in spinulam attenuatis; corollae tubus sulcatus, faux inflata, labium superius fornicatum emarginatum pilosum, inferius trifidum, lacinia intermedia sacciformi, lateralibus minoribus revolutis. ♃. In collibus locisque saxosis litt. cr. ad Karlobago, Konjsko et Lukovo. Vis. fl. dalm. 937 in agris et pascius circa Spalato, Ragusa et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 2269. (S. oblongata Jacq. S. clandestina Thore non L. S. praecox Lois. S. micrantha Desf.) Feb.-Il.
S. verbenacea L.

Observ. var. β. foliis pinnatifidis, lobis dentatis incisisive; racemo abbreviato, truncato corollisque calyce duplo-longioribus, est: S. multifida Sibth. occurritque teste clariss. Vis. fl. dalm. 937 β. in collibus locisque saxosis apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2270.

Foliis oblongis lobato-dentatis pinnatifidisve inaequaliter crenatis rugosis glabris vel subtus puberulis, corollis calycem villosum vix duplum longis lavandulaceis. — Radix lignescens; caulis herbaceus pubescens vel villosus, paucifolius, humilis, viscidulus; folia inferiora petiolata basi subcordata, suprema sessilia: bracteae subrotundo-ovatae acuminatae herbaceae, margine hirsuto, denique deflexae; verticilli subsexflori, inferiores remoti; calycis labio superiore rotundato, minute tridentato dentibus ovatis mucronatis. ♃. Maly enum pl. aust. p. 173, g. 383, n. η. in

collibus herbidis Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2271. (S. polymorpha Hoffmgg.) Mj.-Ag. . . . . **S. clandestina L.**

13 Foliis floralibus rhombeo-subrotundis acutis integris, supremis ovato-acuminatis membranaceis majoribus, coloratis comosis vacuis. — Herbacea, villosa; caulis erectus, simplex aut ramosus; folia breviter petiolata, basi inaequalia; bractae latae cordatae rubrae aut purpureo-violaceae, terminales vacuae comosae; calycis labium superius emarginatum tridentatum dente intermedio minimo, inferius bifidum; corollae saturato-violaceae vel rubroroseae, tubus calyci aequilongus; galea compressa emarginata pubescens; lacinia labii inferioris intermedia maxima concava. ⊙. Vis. fl. dalm. 932 in agris sterilibus agrorumque marginibus et in satis circa Sebenico, Trau; Spalato, Salona, Macarsca et Ragusa. — Rchb. fl. g. 2267. Mj.-In. . . **S. Horminum L.**

Foliis floralibus omnibus conformibus rhombeo-subrotundis, acutis, integris, omnibus viridibus et floriferis. — Herbacea villosa graveolens; caulis erectus subpedalis hirsutus; folia venosa villosula viridia, inferiora petiolata; bracteae sessiles cordatae acutae omnesque virides; pedicelli brevissimi; calyx fere cylindricus viridis striatus pilisque viscidulis hirsutus; corollae galea oblonga obtusa violacea connivens, extus hirsuta, labium inferius caeruleum trifidum lobo intermedio concavo et suborbiculato. ⊙ Vis. fl. dalm. 933 in locis saxosis apricis Ragusae secus viam della Caravana in monte Carovica. - Rchb. fl. g. 2268. (S. Spielmanni Slap.) Mj.-In. . . . . **S. viridis L.**

Trib IV. **Satureineae Benth.** *Corolla bilabiata; stamina 4 distantia, vel superne divergentia, vel sub labio corollae superiore conniventia; antherarum sacculi invicem sejuncti connectivo transverse dilatato utrinque oblique adnati.*

Gen. 345. **Origanum L. Mažuran.**

Calyx 5-dentatus vel oblique fissus et apice tridentatus aut integer; corollae labium superius rectum emarginatum, inferius trifidum, annullus in tubo nullus; stamina distantia, superne patula, sacculi antherarum sejuncti connectivo dilatato subtriangulari utrinque oblique adnati; stylus aequaliter bifidus. Vis. fl, dalm. II. p. 191 g. 239; Koch syn pl. p. 639; Rchb. fl. g. p. 313, g. 404.

1 Calyce aequaliter 5-dentato; radice perenni. 2,

Calyce dimidiato, edentulo; bracteis sulcatis densissime imbricatis; spicis ovalibus ternatis sessilibus; foliis petiolatis, ellipticis obtusis, integerrimis, utrinque cano-tomentosis. — Spithamaeum,

caule erecto ramosissimo; radice annua. ⊙. Ex Africa mediterranea adlatum in hortis frequentissime cultum. — Rchb. fl. g. 2126. (Majorana hortensis Fl. W. M. vulgaris Moris.) Il.-Ag.

O. Majorana L.

2 Spicis longis subcylindricis pedunculatis; bracteis viridibus calycem subaequantibus. . . . . 3.

Spicis subrotundis confertis in paniculas dispositis; bracteis ovatis calyce evidenter longioribus, coloratis et latere interiore eglandulosis; foliis ovatis acutis. — Planta polygamo-dioica; radix repens; caules hirsuti, ramosi; folia oblongo ovata punctata ciliata denticulata setulis inspersa, basi inaequalia, inferiora longe petiolata; bracteae acutae coloratae; calycis tubus pubescens labio superiore bi- inferiore trifido. ♃. In locis incultis apricis, in sylvis dumetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 940 in locis incultis totius Dalmatiae. In.-Ag.

O. vulgare L.

Observ. variet β. Spicis fere pollicem longis prismatico-tetragonis, bracteis coloratis hirtellis glandulosis, est: O. creticum DC. occurritque teste claris. Vis. in Dalmatia cum priori. (O. monspeliense Tabern. O. megastachyum. Lk.)

Variet. γ. Spicis glomeratis oblongis; bracteis decoloribus, intus vix glandulosis, est: O. virens Hoffmgg. — Occurrit teste clariss. Vis. ad sepes Dalmatiae cum ipsa specie.

3 Bracteis latere exteriore et interiore glanduloso-punctatis; foliis lato-ovatis breviterque acuminatis. — Radix multiceps; caules erecti pilisque deflexis tecti, superne ramosi; folia subrotundo-ovata; breviter petiolata integerrima, pilis inspersa ciliata, primo patentia, dein deflexa; flores in verticillos congesti brevissime pedicellati sufultique bractea apice sua parum supra calycis apicem protensa; calycis pubescentis faux villis clausa; corollae pubescentis tubus intus pilosus, faux parum inflata; flores ut praecendentium purpurei, rarius albi. — Simillimum O. vulgari L., sed caulis gracilior, folia duplo minora et latiora, obtusa quidem, sed saepe apiculo prominulo instructa et cum bracteis densius glandulosa, glandulis prominulis igneique coloris; spicae graciliores. ♃. Vis. fl. dalm. 940 δ. in apricis asperis Dalmatiae. — Teste cl. Noe in apricis insulae Ossero circa Lossin piccolo. — In apricis saxosis ad Podsused prope Zagra-

bia? (Klinggraeff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2123. (O. smyrnaeum Vis. O. hirtum Lk.) Il.-Ag. . . **O. heracleoticum L.**

Foliis ovatis acutis serratis, spicis congestis umbellato-fastigiatis corollisque pallide roseis albisve. — Radix lignescens multiceps; caules erecti hirsuti; folia petiolata ovata punctata hirsuta luride viridia; pedunculi hirsuti; bracteae setis hirsutulis exasperatae acutiusculae; calyx minimus; corolla pubescens; filamenta inferne pilosa. ♃. Teste cl. Tommasinio et cl. Petter in saxosis sterilibus, praesertim maritimis Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2125. (O. Onites L.) Il.-Ag. . . . . . **O. smyrnaeum Host.**

Gen. 346. Thymus Tourn. Majkina dušica i Materinka.

Calyx ovato-bilabiatus labio superiore tridentato, inferioris bifidi dentibus subulatis ciliatis omnibus adscendentibus, fauce in fructu villis clausa; corollae labium superius rectum emarginatum, inferius trifidum, annullus in tubo nullus; stamina superne patula, distantia, sacculi antherarum sejuncti, connectivo dilatato subtriangulari utrinque oblique adnati. — Flores purpurei. Vis. fl. dalm. II. p. 192, g. 330; Koch. syn. pl. p. 640; Rchb. fl. g. p. 312, g. 403.

1 Foliis linearibus vel oblongo-ovatis margine revolutis, vel canaliculatis, vel complicato-carinatis. . . . . 2.

Foliis linearibus ellipticisve integerrimis planis, basi breviter petiolatis, foliolis floralibus oblongis, basi angustatis; florum cymis in capitulum v. racemum oblongum vel interruptum digestis; calycis dentibus superioribus ovato-lanceolatis acutis inferioribus triplo-brevioribus. — Suffruticosum, decumbens; foliis glanduloso-punctatis glabris hirsutisve, margine postice ciliatis, floribus subconformibus; labium corollae superius emarginatum ovato-subquadrangulum. ♄. In campis collibusque incultis, ericetis sylvarumque locis denudatis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 941 in collibus locisque saxosis apricis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2117. (Th. arenarius Bernh. Th. reflexus Lej.) In.-Sept. . . . . **Th. Serpyllum L.**

Observ. Mirum in modum variat, et quidem;

Variet α. caule ramisque bifariam pilosis; foliis oblongo-ovatis, est: Th. Chamaedrys Fr. — Rchb. fl. g. 2120. (Th. citriodorus, subcitratus et sylvestris Shreb;)

Variet. β. caule quadrifariam piloso, foliis ellipticis; calycibus viridibus floribusque capitatis, est: Th. montanus WK.;

Variet. γ. foliis cuneato-linearibus; ramis undique pubescentibus; caulibus longissimis prostratis, ramis filiformibus capituliferis erectis; bracteis lineari-lanceolatis, est: Th. angustifolius Pers. — Rchb. fl. g. 2116. —

Variet. δ. foliis oblongo-linearibus lanceolatisve ramisque lanuginosis, caulibus adscendentibus ramosis; florum verticillis demum distantibus, est: Th. pannonicus All. — Rchb. fl. g. g. 2218.;

Variet. ε. villosus, caulibus longissime prostratis radicantibus ramisque capituliferis filiformibus foliisque orbiculato-et elliptico-spathulatis, est: Th. humifusus Bernh. — Rchb. fl. g. 2119.

Varietates α, β et δ. occurrunt cum specie in agris arvisque montanis, ad margines agrorum et sylvarum; varietates autem γ et ε. praesertim in saxosis rupestribusque apricis campisque sterilibus totius ditionis florae nostrae. Syll. fl. cr.

2 Foliis margine revolutis, facie planis. . . . . 3.

Foliis canaliculatis aut complicatis carinatisque. . . . . . 4.

3 Caulibus suffruticosis: foliis linearibus vel oblongo-ovatis acutis glanduloso-punctatis, in axillis fasciculatis, floralibus lanceolatis obtusis; verticillis capitatis racemosisve. — Caules erecti ramosissimi setulis tecti; folia cuspidata; bracteae brevissimae; calyx pilis patentissimis adspersus; corollae extus pubescentes, labium superius margine reflexum, inferius trifidum laciniis integerrimis. ♄. In rupestribus apricis litt. cr. circa Karlobago, secus in hortis frequentissime cultus. Syll. fl. cr. — In Slavonia in rupestribus sylvaticis ad Čerević et Karlovic quasi spontaneus. (Kan.) Rchb. fl. g. 2121. Mj.-In. . . **Th. vulgaris L.**

Caulibus suffruticulosis decumbentibus; foliis oblongis, basi longe attenuatis petiolatis ciliatis; floribus in capitulum subrotundum congestis; bracteis sessilibus late subcordato-ovatis imbricatis ciliatis foliisque subtus rariter et obsolete nervosis; calycis dentibus superioribus lanceolato-acuminatis inferioribus duplo brevioribus, omnibus longe aequaliterque ciliatis. — Caulis decumbens, radicans, ramis adscendentibus canescentibus; folia ovalia oblongave plana, basi longius attenuata, apice paullo angustata obtusa, margine revoluta; calxy 11—13-nervius nervis pilosis, fauce villo barbatus; corollae roseae labio superiore emarginato, inferiore trifido; stamina exserta divergentia. ♄. Vis. fl. dalm. 943 in apricis saxosis montium Svilaja, Prolog. Vlastica et Carina, nec non Ragusae al Gionchetto. In.-Ag. **Th. bracteosus Vis.**

4 Caules suffruticulosi decumbentes foliis rigidis linearibus canaliculatis basi ciliatis subsessilibus, subtus floralibusque basi latioribus apice lanceolatis nervosis, nervis crebris prominulis; florum cymis in capitulum vel racemum brevem congestis; calycis dentibus superioribus lanceolato-acuminatis, inferioribus longius ciliatis duplo brevioribus. — Radix ramosa multiceps; caules proprostrati, saepius ex axillis foliorum radices agentes ramis floriferis brevibus erectis; folia floralia concava purpurea, item glabra, subtus nervosa; pedunculi axillares solitarii; bracteae subulatae; calyx sulcatus; corolla purpurea pubescens. ♄. In fissuris alpium calcarearum Badanj, Segestan, Plješivica, Visočica Urlaj et Debelo-berdo Croatiae australis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 942 in apricis saxosis insulae Cherso, in montibus Velebit, Biokovo et Prolog, non minus circa Ragusa al Gionchetto et in monte Vlastica. (Th. Zygis L. Th. Marinosci Ten.) In.-Ag.

Th. acicularis WK.

Caulibus suffruticosis cano-pubescentibus ramosissimis erectis; foliis ridigis linearibus complicatis carinatisque, basi ciliatis; floribus in capitulum oblongum congestis; foliis floralibus rhombeo-ovalibus imbricatis ciliatis; calycis compressi dentibus superioribus brevissimis, inferioribus subulatis ciliatis. — Fruticulus elegans durus semipedalis, basi procumbens ramosissimus; folia 3—4-linearia, alia minora ad axillas fasciculata saepe complicata, nec margine revoluta; florum capitula terminalia globosa vel oblonga; verticilli 6-flori erecte imbricati; calyces folio florali breviores, labii superioris dentes brevissimi, inferioris laciniae subulatae; corollae exsertae fauce dilatatae lobis patentibus; stamina exserta distantia divergentia. W. — (Maly ennum. pl. aust. p, 384, n. 87. — ♄. In apricis litt. cr. ad Bukari, Seguiam et alibi. — Syll. fl. cr. p. 74. (Satur. Thimbra L.) — Vis. fl. dalm. 944 in maritimis prope Trau, inter Vranjca et S. Cajo, ad Cittavecchia in insula Lesina, nec non in collibus apricissimis circa Ragusa. (Satureja capitata L. Thimbra capitata Pett.) In.-Sept. . . . . **Th. capitatus Hoffmgg.**

Observ. Saturejis congener, sed staminibus semper patulis, nec unquam conniventibus, Thymo accedit, a quo genere nonnisi defectu gibbae calycis differt, quae tamen nec in omnibus Thymis ita conspicua et constans, ut pro nota generis haberi posset. Vis. fl. dalm. II. p. 194.

Gen. 347. **Satureja L. Čubar.**

Calyx tubulosus basi aequalis 10-nervius subaequaliter 5-dentatus aut subbilabiatus; corollae labio superiore erecto planiusculo emarginato, inferiore trifido; stamina distantia sub labio corollae superiori conniventia; antherae loculis apice junctis connectivo ovato aut subtriangulari oblique adnatis, basi demum divergentibus; stylus inaequaliter bifidus laciniis apice stigmaticis. Vis. fl. dalm II p. 194, g. 331; Koch syn. pl. p. 641; Rchb. fl. g. p. 311, g. 200.

1 Caulibus suffruticosis adscendentibus; calycibus fauce villosis. . 2.
Caulibus herbaceis ramosissimis canescentibus; foliis lineari-lanceolatis acutiusculis, basi in petiolum attenuatis; florum cymis axillaribus 2—5-floris, supremis approximatis; calycibus fauce glabriusculis. — Radix annua; caulis in ramos tetragonos setis recurvis tectos divisus; folia canaliculata punctata scabra; pedunculi brevissimi; bracteae lineares hispidae ciliatae; calyx corollam longitudine aequans dentibus elongatis subulatis ciliatisque; corolla lilacina aut alba fauce purpureo punctata, pubescens. ◯. In agris locisque incultis in litt. cr. circa Karlobago, Stanište, Konjsko et Žugarje. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 945 in agris circa Trau et Spalato, nec non in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 2108. — Frequentissime in hortis culta. II.-Sept. . . . . , ... **S. hortensis L.**

2 Caule exacte teretiusculo pubescente; foliis utrinque glanduloso-punctatis. . . . . 3.
Caule exacte tetragono; foliis nonnisi subtus parce glanduloso-punctatis, superioribus mucronatis. — Caules glabri inferne lignosi decumbentes, saepius radicantes, divisi in ramos in densum caespitem collectos et tandem superne scabriusculos, partim erectos, partim adscendentes; racemi verticillati subsecundi, corymbuli axillares pedunculati subtriflori, flores albi labio superiore dilute roseo aut purpurei fauce maculis intense caeruleis picta, foliis lanceolatis, acuminatis, basin versus attenuatis, canaliculatis margine scabris, dorso facieque glabris. ♄. In montosis rupestribus circa Flumen, ad Tersat, Cernik et Kukuljanovo; in Croatia australi ad Brušane et Oštarie. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 946. γ. in pascuis ad Smilčić et Obbrovazzo, frequentius in Dalmatia montana a Dernis ad Imoski et usque ad Cattaro et Krivoscie. — Rchb. fl. g. 2112. (S. illyrica Host. Microm. pygmaea Rchb.) II.-Ag. . . . . **S. pygmaea Sieb.**

3 Foliis linearibus aut lineari-lanceolatis, evidenter canaliculatis acutis, racemis abbreviatis secundis. . . . . 4.
Foliis linearibus obtusis margine revolutis aut obverse lineari-lanceolatis ramosis subcanaliculatis complicatis; caulibus erectis ramosis ramisque gracilibus; florum racemis elongatis vel plane longissimis. . . . . 5.

4 Laciniis labii inferioris corollae oblongis obtusis subaequalibus, labio superiore profunde emarginato, tuboque corollae labio inferiore duplo breviore. — Caules setulis exasperati, jam a radice ramosi; folia canaliculata mucronata scabriuscula, margine basi ciliata; flores secundi in racemum elongatum dispositi; bracteae lineares longo cuspide terminatae; calyx hispidulus dentibus elongatis subulatis in spinulam attenuatis; corolla albida colore roseo suffusa; labio inferiore basi et fauce punctis purpureis notato. ♄. In montosis asperis litt cr. circa Karlobago, Konjsko et Sv. Juraj; in provincia Likana circa Smiljan, Bilaj et Ternava. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 946 in locis saxosis Dalmatiae, sed reliquis rarior. — Rchb. fl. g. 2111. (Micromeria montana Rchb.) II.-Ag. . . . . **S. montana L.**

Laciniis labii inferioris corollae lateralibus retusis, intermedia duplo latiore subrotunda integra margine undulata, labio superiore obsolete emarginato tuboque corollae latitudinem labii inferioris aequante. — Caules ramosissimi setulisque minimis tecti; folia lineari-lanceolata canaliculata punctata acuta infra medium ciliata; pedunculi ramosi subtriflori axillares verticillis subsecundis; calyx hispidulus dentibus patulis brevibus muronatis, fauce pilis paucis inspersa; corolla ex purpureo et albicante variegata, externe pubescens, interne lineis punctisque purpureis et maculis albis picta. ♄. In montanis litt. cr. cum priori illaque frequentior. — Vis. fl. dalm. 946. β. in locis saxosis apricis totius Dalmatiee vulgaris. — Rchb. fl. g. 2110. II-Ag. **S. variegata Host.**

5 Scabro-hispida ramosa ramis elongatis virgatis; foliis obverse lanceolato-linearibus cuneatisve basi attenuata longius ciliatis; florum cymis axillaribus subtrifloris in racemum longum virgatum dispositis; calycis fauce parce villosa; nuculis ovatis dorso venoso-striatis. — Caules fruticulosi virgati erecti; folia rigida apicem versus paullo latiora, supra subcanaliculata, dorso carinata hirta punctato-glandulosa, in axillis fasciculo foliorum stipata; racemi longi aut plane longissimi cymis bracteolatis folio

longioribus; calyces pentagoni breves dentibus subulatis acutis, inferioribus paullo longioribus fauce subvillosis; corollae albo-carneae lineolis et punctis ad faucem pictae tubus sensim ampliatus, galea erecta, faux pilis albis barbata. ♄. Vis. fl. dalm. 947 in collibus apricis saxosis Dalmatiae littoralis, praesertim circa Sebenico, Ragusa, Pastrovicchio, nec non in insula Lesina. — Rchb. fl. cr. 2110. (S. fasciculata Tausch. S. virgata Vis. S. hirta Host. S. parviflora Host. Microm. spicata Rchb.) Ag. Sept.

S. cuneifolia Ten.

Gracilis simplex aut subromasa; caulibus setulis arcuatis tectis; foliis linearibus obtusis margine revolutis; pedunculis filiformibus subtrifloris. — Caules adscendentes 4—6-pollicares et ultra; folia brevissime petiolata; pedunculi setulis adscendentibus tecti; bracteae lineares acuminatae; calyx setulis adscendentibus inspersus, fauce pilis obsita; dentes superiores breves adscendentes, duo inferiores longi subulati porrecti; corolla rosea aut purpurascens; stamina tubo corollae breviora. ♄. Teste Tommasinio in monte Pastrovicchio Dalmatiae. — (S. inodora Host.) Rchb. fl. g. 2109·6. — Vis. fl. dalm. 930. Il.-Ag. . . **S. parviflora Vis.**

Gen. 3248. Micromeria Benth. Sitnobiljka.

Calycis tubus basi subaequalis, 13-nervis, subaequaliter 5-dentatus vel subbilabiatus; corollae labio superiore erecto planiusculo, inferiore trifido; stamina per paria approximata, apice conniventia: antherae loculi connectivo bipartito basin usque divisi, patuli, demum reflexi; stylus inaequaliter bifidus laciniis apice stigmaticis. Vis. fl. dalm. II. p. 195, g. 332; Koch syn. pl. p. 642; Rchb. fl. g. p. 311, g. 401.

1 Cymis axillaribus pedunculatis; calycis fauce villosa. . . . . 2.
Cymis axillaribus densifloris sessilibus fastigiatis; calycibus bracteolas setaceas subaequantibus, fauce nuda; nuculis oblongis acuminatis. — Pubescens aut hirsuta; radix multiceps caules erecti tetragoni setulisque deflexis consiti; folia lineari-lanceolata scabra margine revoluta, infima ovata, rarius omnia ovata; pedunculi ramosi, pedicelli brevissimi; bracteae lineari-subulatae et unacum calyce hirsutae; corolla minuta purpurea pubescens. ♄. Vis. fl. dalm. 948 in asperis siccis totius Dalmatiae littoralis et insularis. Rchb. fl. g. 2107. (Sat. Juliana L.) In.-Ag.

M. Juliana Benth.

2 Foliis nonnisi infimis ovatis, reliquis lanceolato-linearibus linearibusve. . . . . 3.
Foliis inferioribus subrotundis, superioribus ovatis aut ovato-lanceolatis acutis; cymis axillaribus folio longioribus, bi-trifloris, floribus secundis, pedicellis bracteolas lanceolato-lineares vix superantibus; calycibus longe tubulosis pedicello longioribus, dentibus subaequalibus; nuculis oblongis, obtusis subcarinatis. — Radix lignosa multiceps; caules humiles in caespites collecti pilis patentibus tecti, pauci-ramosi; folia sessilia integerrima pubescentia; pedunculi teretes, pubescentes; calyx oblongus hispidulus dentibus subulatis; corolla violacea aut purpurea externe pubescens labio superiore emarginato, inferiore trilobo. ♄. In saxosis montium Velebit ad Mali-Halan; in alpibus fissuras rupium calcarearum opplens, veluti in cacumine alpis Plieŝivica, Visočica et in Jadrina-Poljana. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 951 in saxosis sylvaticis montium Velebit secus viam regiam a Mali-Halan versus Podprag et Obbrovazzo ducentem. — Rchb. fi. g. 2137. (M. subcordata Vis. Calam. croatica Host. Thym. Piperella WK. Thym. croaticus Pers. Th. subcordatus Vis.) In.-Ag.
M. Piperella Benth.

3 Foliis ovatis, lanceolatis linearibusque; cymis pedunculatis; calycibus bracteolas lineares duplo superantibus; nuculis oblongis obtusis. — Tota pubescens aut hirsuta; caulis suffruticosus obtuse-quadrangulus; corymbuli verticillorum 3—5-flori subsecundi; folia pubescenti-hirta margine revoluta; flores purpurei aut violacei ad faucem albidi et purpureo maculati. — ♄. Vis. fl. dalm. 949 in saxosis apricis totius Dalmatie littoralis et insularis. — Rchb. fl. g. 2108. (Sat. graeca L.) Il.-Ag. . **M. graeca Benth.**

Observ Variet. β. foliis omnibus lanceolatis linearibusve, est: M. tenuifolia. Rchb. fl. g. 2109. (Sat. tenuifolia Ten. Thym. virgatus Ten.) occurritque cum specie in iisdem locis.

Var. γ. foliis ovatis, supremis ovato-oblongis; floribus inaequaliter pedicellatis, bracteolis pedicello subbrevioribus; calycis bilabiati dentibus superioribus latiusculis abbreviatis, est: M. pauciflora Vis. —

Foliis nonnisi imis ovatis, reliquis lanceolato-linearibus aut simpliciter linearibus margine revolutis; pedunculis elongatis filiformibus; calycibus pedicello subaequilongis labiatis demum cernuis; nuculis oblongis obtusis acute triquetris. Vide genus 347. n. 5.

Gen. 349. Calamintha Mnch. Marulja.

Flores cymosi cyma pedunculo communi suffulta; calyx exacte bilabiatus; corolla labio superiore erecto planiusculo emarginato, inferiore trifido; stamina conniventia loculis antherae apice approximatis, connectivo ovato aut subtriangulari oblique adnatis, basi demum distantibus divaricatisve; stylus inaequaliter bifidus lacinia inferiore latiore margine stigmatifera. Vis. fl. dalm. II. p. 199, g. 333; Koch. syn. pl. p. 644; Rchb. fl. g. pl. 328, p. 431.

1 Verticilli e pedunculis sex indivisis (unifloris) compositi: faux calycis annullo pilorum obsita. . . . . 2.
Verticilli e corymbis dichotomis compositi (pedunculi ramosi.) . 4.

2 Caulibus procumbentibus, demum adscendentibus: corolla calycem duplo excedente; radice perenni. . . . . 3.
Caule erectiusculo; corolla tenui calycem paullo excendente; foliis ovali-lanceolatis, calyce fructifero supra gibbam abrupte constricto duploque angustiore. — Verticilli 6-flori pedunculis indivisis; folia serrata; radix simplex; caulis basi ramosus ramis adscendentibus; calyx fructifer dentibus accumbentibus clausus; corolla dilute violacea. ☉. In campis locisque incultis totius Croatiae et Slavoniae. — Vis. fl. dalm. 958 in agris locisque incultis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2229. (C. Acinos Clair. Acinos vulgaris Pers. Thym. Acinos L. Melisa Acinos Benth. Acinos thymoides Rchb.) In.-Ag. . . . . . . **C. thymoides Mnh.**
Observ. var. β. foliis caulibusque albo-lanatis, est: C. villosa Pers. —

3 Foliis subrotundo-ovalibus obtusiusculis; calyce fructifero supra gibbam paullo angustato; corolla fauce infundibuliformi calycem duplo excedente. — Radix fibrosa; caules decumbentes tetragoni, villosi; folia petiolata basi angustata, margine villosa, supra medium paucidentata; flores purpurei majusculi, calycibus bracteisque saepe coloratis speciosi; calyx incurvatus villosus, interne pilis fauce conniventibus stipatus, dentibus calycis fructiferi erecto-patulis. ♃. In locis montanis subalpinisque Croatiae australis, veluti in monte Merzin, in alpe Pliešivica, Visočica, in monte Vratnik, circa Oštarie et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. cr. 959 in locis subalpinis montium Velebit, Dinara, Gnjat, Prolog et Biokovo. — Rchb. fl. g. 2234. (Acinos alpinus Mnch. Thym. alpinus L. Melissa alpina Benth.) In.-Il.
C. alpina Lam.

Foliis ovalibus utrinque acutis; calyce fructifero supra gibbam sensim attenuato; corolla fauce campanulata calycem duplo excendente. — Radix multiceps; caules adscendentes ramosi tetragoni; folia in petiolum angustata, summa integerrima, reliqua supra medium dentata; pedunculi breves uniflori; calyx basi protuberans pilisque adscendentibus consitus dentibus ciliatis, fauce pilis brevibus obsita; corolla purpurascens pilosa, labii inferioris lacinia intermedia ex albo et purpureo variegata. ♃. In montibus siccis locisque apricis saxosis Croatiae australis, veluti circa Mali Halan versus Podprag, in subalpinis montium Kapela et in ipsa alpe Plieŝivica, in Farkašić-draga et alibi. — Syll. fl. cr. — Vis. fl .dalm. 960 in saxosis apricis demissis montium Velebit, circa Ragusa, nec non in Castel di Cattaro et ad Spigliari. — Rchb. fl. g. 2233. (Thym. patavinus Jacq Acinos patavinus Pers. Melissa patavina Benth.) II.-Ag. **C. adscendens Mnch.**
Observ. variet. β. foliis laete viridibus ovali-aut subrotundo-rhombeis subserratis, nervosis; corollis saturate persicinis speciosis, est: C. rotundifolia Pers. (Acin. rotundifolius Pers. Thym. melissoides Bernh. Thym. pataviuus Roch.) occurritque in rupestribus circa Karlobago Sv. Juraj et in monte Sladovac.

4 Calycibus campanulato-tubulosis intus exacte glabris; foliis ovatis ovalibusve leviter serratis. . . . . 5.
Calycibus longe tubulosis vel campanulato-urceolatis fauce evidenter barbata aut pilosa. . . . . 6.

5 Calycibus intus extusque glabris, dentibus ovato-triangularibus acutiusculis, apice conniventibus tubo triplo brevioribus, infimis paullo longioribus; nuculis apice pubescentibus mucronatis. — Radix ramosa multiceps; caules tetragoni ramosi, setulis recurvatis consiti basique lignescentes; folia glabra laevia punctata; caulina et ramea in petiolum angustata, supra medium uno alterove dente instructa, floralia minima integerrima; pedunculi axillares ramosi; bracteae minimae lineares; calyx punctatus striatus dentibus incurvis; flores albi, labio superiore dilute violaceo, inferiore violaceo-punctato. ♄. In saxosis rupestribusque montium Ivanšćica, in ruderibus vetustae arcis Belec et Melengrad; in rupibus calcareis Croatiae australis ad Ploča, circa Divoselo, nec non in subalpinis ipsisque alpibus tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 955 in saxosis rupestribus montium Velebit et Orien, nec minus prope Cittavecchia in in-

sula Lesina. — Rchb. fl. g. 2238 et 2239. — (C. rupestris Host. C. alba Rchb. Nepeta croatica Spr. Satur. thymifolia Scop. S. rupestris Wulf. Melissa alba WK.) In.-Ag. **C. thymifolia Rchb.**
Calycibus extus hirtis, intus exacte glabris dentibus subulatis tubo paullo brevioribus patulis, infimis quidquam longioribus; nuculis apice pubescentibus acutiusculis. — Radix lignosa fibrosa fusca; caules basi lignescentes ramosissimi adscendentes ramis apice floridis magisque incanis; folia petiolata glabriuscula utrinque glanduloso-punctata, inferiora acutius, superiora levius serrata ovata aut ovalia, basi cuneata integra, saepius concava; cymae axillares dichotomae multiflorae pedunculatae, inferiores folio minores vel subaequales, reliquae sensim longiores, in caulis ramorumque apice in racemum confertum strictum dispositae et bracteis sensim minoribus fultae; calyces bracteola lineari pedicellum subaequante muniti, hirti 13-nerves; corolla alba aut pallide rosea labio inferiore rubro maculato, calyce triplo longior, labio superiore emarginato erecto, fauce villosa; stamina adscendentia, prius apice conniventia, dein parallela. ♄. Vis. fl. dalm. 956 in saxosis et ad muros circa Ragusa, nec non ad Scagliari, nec minus secus viam ducentem ab urbe Cattaro ad pagum Mulla. (Thym. origanifolius Vis.) In.-Ag. . . . . **C. origanifolia Vis.**

6 Foliis obtusiusculis obtusisve leviter saepiusque parce serratis; nuculis brunneis fuscisve. . . . . 7.

Foliis ovatis acutis profunde et acute serratis; nuculis atris; calycibus longe tubulosis fauce pilosis, dentibus superioribus ovato-lanceolatis acuminatis paullo brevioribus lanceolato-subulatis. — Radix repens; caules erecti tetragoni ramosi setulisque inspersi; folia ciliata, in petiolum canaliculatum basi angustata, summa lanceolata; pedunculi patentes ramosi, bracteae ciliatae; calyx incurvatus; corollae magnae roseae labium superius ciliatum inferius trifidum, lacinia intermedia obcordata; stamina brevissima. — Flores omnium maximi speciosi. ♃. In sylvaticis montium Klek et Kapela, praesertim autem in illis tractus Velebit frequentissima. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 952 in sylvaticis montium Sella, Orien. et Krivoscie. — Rchb. fl. g. 2245. (Melissa grandiflora L. Thym. grandiflorus Scop.) In.-Ag.
C. grandiflora Mnch.

7 Pedunculis nonisi 3—7-floris; calycis tubulosi fauce breviter et icluse pilosa. 8.

Pedunculis 12—15floris; calycibus campanulato-urceolatis, fauce exacte barbata, dentibus lanceolato-subulatis breviter ciliatis, inferioribus paullo longioribus. — Radix lignosa multiceps; caules erecti pilis tecti, folia rhombeo-ovata in petiolum angustata, supra medium serrata; pedunculi, pedicelli calycesque setulis brevibus consiti; bracteae lineares; dentes calycis superiores patuli; flores pallide violacei parvi; corollae labium inferius interne barbatum et ex albo et purpureo variegatum. ♃. In Slavonia in sylvis circa Duzluk. (Kan.) Vis. fl. dalm. 944 in apricis, ad vias, colles et montes totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2241. Melliss. Nepeta L. Tym. Nepeta Sm.) In.-Sept. **C. Nepeta Clairv.**

8 Pedunculis 5—7-floris; foliis glabriusculis ovatis serratis basi in petiolum angustatis; calycis dentibus acuminatis. — Radix ramosa lignescens; caules erecti aut adscendentes pilis brevibus tecti, pedales et ultra; folia punctata subglabra; pedunculi folio breviores; pedicelli brevissimi, bracteae subulatae; calyx hispidulus, calycis dentes tres superiores acuminati, inferiores duo subulati; corolla purpurascens, pubescens, calyce duplo longior, labium superius planiusculum, inferius trifidum lacinia intermedia brevissima emarginata. ♃. In rupibus calcareis montis Urlaj sub alpe Visočica; in saxosis rupibusque apricis montis Sladovac et secus viam regiam ex Oštarie Karlobago ducentem. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2242. C. subnuda et C. origanifolia Host. Melissa subnuda Wk. M. Pulegium Roch. Micromeria Pulegium Benth.) In.-Ag. . . . . **C. Pulegium Vis.**

Pedunculis 3–4-floris; foliis rugulosis pubescentibus villosisve, superioribus ovatis, infimis subreniformibus; calycis dentibus lanceolato-subulatis longe ciliatis, inferioribus duplo longioribus. — Radix lignescens multiceps; caules ramosi pedales et ultra, erecti vel adscendentes; folia petiolata denticulata obtusa, floralia minima acuta; pedunculi axillares dichotomi pedicellis unifloris; calyx sulcatus setulis minutissimis consitus; corolla purpureo-violacea, intus alba et purpureo-variegata et ad basin labii inferioris barbata; stamina brevissima. ♃. In sylvis montanis collibusque dumetosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 953 in umbrosis vici Žerjava prope Zara, nec non circa Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa. — Rchb. fl. g. 2243. (Melissa Calamintha L. Thym. Calamintha Scop. Calam. menthaefolia Host.) Il.-Ag. . . . . **C. officinalis Mnch.**

*

Gen. 350. **Clinopodium Tourn. Talac.**

Flores cymosi in verticillum globosum bracteis setaceis plurimis involucratum congesti; calyx tubulosus incurvus basi aequalis 13-nervis bilabiatus; stylus bifidus lacinia inferiore duplo latiore longioreque plana, margine stigmatifera superioremque teretiusculam amplectente. — Caetera ut Calamintha. — Vis. fl. dalm. II. p. 199, gen. 334; Koch. syn. pl. p. 644; Rchb. fl. g. p. 328, g. 430.

Villosum, foliis ovato-oblongis ovatisve verticillatis aequalibus multifloris globosis, bracteis involucrantibus plurimis setaceis hispidis, calyci aequalibus. — Planta mollis pedalis et ultra; caules erecti villosi; folia punctata praecipue subtus pilosa; calyx sulcatus inflexus pilisque longis consitus, labii superioris dentibus acuminatis, inferioris subulatis; corolla purpurea inflexa, externe tantum ad faucem pilosa labio superiore emarginato margineque reflexo, inferiore trifido; stylus pubescens. ♃. In sylvarum locis denudatis, in collibus incultis, ad sepes et dumeta totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 957 in locis incultis, ad sepes et in apricis montium circa Zara, Dernis; Trau, Spalato et Salona, nec minus in monte Biokovo et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 2235. (Meliss. Clinopodium Benth. Calam. Clinopodium Spenn.) II.-Ag. . . . . . . **Cl. vulgare L.**

Observ. variet. β. foliis albo-villosis; bracteis linearibus plumoso-ciliatis, est: Cl. plumosum Sieb. occurritque in apricis rupestribus circa Spalato. — Rchb. fl. g. 2236.

Trib. V. **Melissineae Benth.** *Corolla bilabiata; stamina 4 distantia vel superne divergentia, vel sub labio corollae superiore conniventia; antherarum sacculi apice conjuncti, denique basi divergentes vel ab initio fere horizontaliter divergentes rimaque ambobus communi dehiscentes.*

Gen. 351. **Melissa Tourn. Matočina.**

Calyx tubulosus, supra planus bilabiatus labio superiore truncato 3-dentato utrinque carinato, inferiore bifido, fauce pilosa; corolla labio supesiore erecto concavo emarginato, inferiore trifido lobo medio majore; stamina apicibus conniventia, Vis. fl. dalm. II. p. 201, g. 336; Koeh syn. pl. p. 644; Rchb. fl. g. p. 329, g. 432.

Foliis late ovatis crenato-serratis subcordatis; cymis axillaribus folio florali ovato petiolato brevioribus. — Pilosa villosave, herbacea erecta ramosa; folia petiolata pilosa, infima basi subcordata; bracteae parvae breviterque petiolatae lanceolatae pilosae; flores breviter pedunculati; calyx utrinque pilosus; corolla alba

pubescens tubo incurvato, calyce longior. ♃. In ruderatis et ad sepes hinc inde quasi spontanea, secus ubique culta; in sylvaticis litt. cr. circa Tersat, Cernik, Praputnik, Piket et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in ruderatis et ad sepes circa pagos in comitatu Požegano et Viroviticensi haud rara; in Syrmiensi ad sepes circa Čerević, Remete et Beočin, nec non circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 961 in sylvaticis et ad sepes circa Zara, Trau, Spalato, Macarsca, Ragusa, Cattaro et Lastva; in montanis prope Verlika et Vergorac, nec non in insulis Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 2216. Il.-Ag. . . . . **M. officinalis L.**

Observ. var. β. foliis cordatis rugosis crenatis hirtis caulibusque hispidulis, est; M. cordifolia Pers, (M. altissima Sibth. M. graveolens Host.) oocuurritque intermixte cum priori, praesertim in litt. cr.

Gen. 352. **Hyssopus Tourn. Sipan.**

Calyx infundibuliformis teres, subaequaliter 5-dentatus, fauce nudus; corolla labio superiore erecto plano emarginato, inferiore trifido, lobo medio maximo obcordato; stamina superne divergentia. Vis. fl. dalm. II. p. 202, g. 337; Koch syn. pl. p. 645; Rchb. fl. g. p. 316, g. 410.

Foliis lanceolatis integris; florum cymis axillaribus in spicam secundam approximatis. — Radix lignosa multiceps; caules erecti tetragoni hispiduli; folia punctata setulisque sursum versus ciliata; calyx striatus; flores caerulei aut albi. ♄. In collibus herbidis ad Čanjevo in comitatu Crisiensi; in Croatia australi ad Janče; in litt. cr. circa Segniam et Sv. Juraj. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 962 in saxosis apricis inter Karin et Smilčić, ad Kruppa prope Obbrovazzo, ad Pokrovnik prope Dernis, ad pedem montis Lemeš, et in montibus prope Clissa, nec minus circa Ragusa. — Rchb. fl. g. 2148. — Secus ubique in hortis culta. In.-Ag. . . . . **H. officinalis L.**

Trib VI. **Nepeteae Benth.** *Corolla bilabiata; stamina sub labio corollae superiore parallela approximata, deflorata quandoque deflexa, superiora longiora, dentes calycis fructiferi patuli vel conniventes.*

Gen. 353. **Nepeta L. Mačjameta.**

Calyx subaequaliter 5-dentatus; corolla labio superiore erecto bifido, inferiore trifido, lobo medio maximo rotundato-cochleariformi, crenato; stamina extrorsum

flexa; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Vis. fl. dalm. II. p. 205, g. 338; Koch syn. pl. p. 645; Rchb. fl. g. p. 316, g. 413.

Incano-pubescens, foliis caulinis floralibusque cordato-ovatis petiolatis dentato-serratis acutis racemis compositis spicaeformibus densifloris; nuculis laevibus glabris. — Radix ramosa lignescens fibris plurimis aucta; caulis erectus tetragonus villosus, valde ramosus; folia lata, facie pallide viridia, dorso incana, summa minima serrata; bracteae lanceolato-acuminatae villoque viscido tectae; calycis tubus longus sulcatus villosus viscidulus; flores albi vel carnei; corolla externe pubescens labio superiore minuto bifido, inferiore punctis saturatioribus variegato trifido. ♃. In ruderatis et ad sepes circa pagos, ad vias marginesque vinearum totius Croatiae et Slavoniae. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 963 in ruderatis ad vias vineasque circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Narenta, Ragusa et Cattaro, etiam in montibus et insulis. — Rchb. fl. g. 2158. — In.-Il. . . **N. Cataria L.**

Observ. var. β. corollis albis rubro punctatis totaque citriodora, est: N. citriodora Balb.

Glabriuscula, viridis, foliis cordato-oblongis crenato-serratis brevissime petiolatis aut plane sessilibus, utrinque viridibus, obtusis, floralibus oblongis sessilibus; racemis laxis paniculatis; nuculis apice scabro-puberulis. — Radix lignescens; caules erecti tetragoni, 1—2-pedales et ultra, glabriusculi ramosi; folia pallide sordideque virentia; corymbuli pedunculati multiflori; bracteae calyce breviores; calycis fructiferi ovati pubescentis ore subaequali dentibusque linearibus acutiusculis muticis; flores albi, caules amethystini aut violacei; nuculae tuberculato-scabrae, apice puberulae. ♃. In collibus incultis, ad sylvarum margines circa Podsused, ad arcem vetustam Belec alibique in asperis sylvaticis tractus montium Ivanščica. Syll. fl. cr. — In Slavonia ad margines agrorum et sylvarum circa Vukovar, Višić et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 964 in montibus humilioribus et ad casas pastorum in Velebit, Promina, Snježnica, Krivoscie et Pastrović. In.-Ag. . . . . **N. nuda L.**

Observ. var. β. floribus dilute violaceis punctisque intense violaceis in fauce et labio inferiore variegatis, est: N. violacea Vill. (N. pannonica Jacq.) occurritque in ruderatis pratisque lapidosis circa Korenica, Otočac, Janče et alibi in Croatia australi. Syll fl. cr. — Rchb. fl. g. 2126 et 2127.

Gen. 354. **Glechoma L. Kotur.**

Calyx tubulosus 5-dentatus dentibus tribus superioribus longioribus; corollae labium superius erectum trifidum lobo medio majore plano emarginato; stamina approximata sub labio superiore parallela; antherae per paria in crucem dispositae rimis dehiscentes. Vis. fl. dalm. II. p. 203, g. 339; Koch syn. pl. p. 636; Rchb. fl. g. 316, g. 412.

Foliis crenatis reniformibus, superiorioribus subcordatis, dentibus calycinis ovatis in aristam acuminatis tubo triplo brevioribus. — Radix repens, caules prostrati repentes stoloniferi setulis deflexis exasperati, ad genicula pilosi ramosi ramis floriferis erectis; bracteae lineari-subulatae scabrae; calyx striatus; corolla pubescens ex albo, purpureo et caeruleo eleganter variegata, fauce barbata. ♃. In pratis, pomoeriis locisque sylvaticis, ad sepes et muros totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm, 965 in sylvaticis locisque umbrosis herbidis montium Velebit, nec non circa Verlika et Grab. — Rchb. fl. g. (G. heterophyllum Op.) 2150 et 2151. Aq.-Sept. . . **G hederaceum L.**

Foliis crenatis cordatis, inferioribus reniformibus; dentibus calycinis lanceolatis in aristam acuminatis tubo dimidio longioribus. — Radix repens; caules basi decumbentes tetragoni, floriferi erecti ramosi hirsuti; folia obtusa hirsuta; pedunculi brevissimi axillares; bracteae lineari-subulatae ciliatae; calyx hirsutus, primo cylindricus, dein ventricosus; corollae caerulescentes externe setulis inspersae, interne pilosae maculisque saturatioribus pictae, tubo longissimo compresso, fauce dilatata. ♃. In sylvis umbrosis montanis et ad sepes, praecedente rarius. Syll. fi. cr. — In Slavonia circa Jankovec, ad claustrum Duzluk, circa Vučin, Markovdol, Borovnik et Slatinik, in monte Papuk cirka Čerević, Karlovic et alibi in comitatu Syrmiensi. — Rchb. fl. g. 1152. Apr.-Ag. . . . . **G. hirsutum WK.**

Gen: 355. **Dracocephalum L. Ivulja.**

Calyx tubulosus bilabiatus dentatus; corollae labium superius fornicatum, inferioris lacinia intermedia obcordata, annullus in tubo nullus; stamina approximata, sub labio superiore parallela apiceque antrorsum curvata; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Koch syn. pl. p, 647; Rchb. fl. g. p. 330, g. 435.

Verticillis axillaribus, floribus violaceis, rarissime albis; antheris glabris; foliis lanceolatis, obtuse profundeque serratis apice ob-

tusis integerrimis, superioribus bracteisque lanceolatis acute serratis, serraturis longe mucronatis. — Pedale et ultra ramosum. ⊙. In hortis frequenter cultum et in rejectaculis hortorum circa Zagrabiam quasi spontaneum. Rchb. fl. g. Il.-Ag. **D. Moldavica L.**

Trib. VII. **Stachydeae Benth.** *Corolla bilabiata; stamina sub labio corollae superiore parallela, approximata, deflorata quandoque defllexa, inferiora longiora; dentes calycis fructiferi patuli-*

Gen. 358. **Melittis L. Medenika.**

Calyx ample campanulatus lobato bilabiatus; corollae labium superius planiusculum orbiculatum, inferius trifidum lobis rotundatis medio plano, majore; stamina filamentis apice bifidis, antheris per paria approximatis, loculis in crucem dispositis, rimaque communi longitudinali dehiscentes; stylus laciniis rectis ovato-lanceolatis apiceque stigmaticis; nuculae obovato-subrotundae pubescentes, intus obtuse carinatae. Vis. fl. dalm II. p. 212. g. 343; Koch syn. pl. p. 548; Rchb. fl. g. 330, g. 438.

Foliis cordato-ovatis; calyce subtrilobo, corolla persicina, unicolori. — Radix multiceps; caulis erectus hirsutus; folia oblongo-ovata, subcordata petiolata dentata, villosula et rugosa; flores pedunculati, in axillis foliorum plures aggregati; calyx pubescens; corolla externe puberula, interne villo viscido obducta; antherae didymae. ♃. In sylvis dumetisque montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 990. in sylvaticis montium Velebit, Promina, Svilaja et Visosnica. — Rchb. fl. g. 2247. Il.-Ag. . . . . **M. Melissophyllum L.**

Observ. var. β. foliis ovatis aut ovato-oblongis calyce subquadrilobo corollaque albo et purpureo variegata, est: M. grandiflora Sm. occurritque intermixte cum priori. Rchb. fl. g. 2248. Fors nec varietas prioris! —

Gen. 357. **Lamium Tourn. Medić.**

Calyx tubuloso-campanulatus 5-dentatus dentibus subaequalibus superioribusve longioribus; corollae labium superius fornicatum, inferioris laciniae laterales minimae dentiformes vel nullae; stamina approximata sub labio superiori corollae parallela; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Vis. fl. dalm. II. p. 209, g. 342; Koch syn. pl. p. 648; Rchb. fl. g. p. 321, g. 417 et 418.

1 Antheris evidenter barbatis. . . . . 2.
Antheris exacte nudis glabrisque; foliis lato-ovatis acuminatis basi truncatis cordatisve subvillosis duplicato-profunde serratis; tubo

corollae recto, basi intus piloso-annullato, margine faucis antice dente utrinque bi-trifido. — Pedalis et ultra; radix multiceps; caules erecti fistulosi setulis consiti; folia opposita longe petiolata venosa rugosa pubescentia; petioli canaliculati; calyx hispidus inflexus; corolla maxima speciosa pubescens purpurea intus variegata, fauce inflata. ♃. In sylvis montanis in planitiem descendens, ad sepes et inter virgulta totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 883 in sylvis ad pedem montium Velebit in Paklenica — Rchb. fl. g. 2185. (L. pannonicum Scop. Orvala lamioides DC.) Apr.-In. . . . . **L. Orvala L.**

2 Tubo corollae recto intusque nudo; foliis cordato-subrotundis ovatisve obtusis petiolatis, inaequaliter obtuse crenatis, inferioribus cordato-ovatis subrotundisve, petiolatis. . . . . 3.

Tubo corollae supra basin curvato, sub curvatura angustiore intusque transverse vel oblique annullato-piloso. . . . . 4.

3 Foliis caulinis superioribus amplexicaulibus sublobatis; dentibus calycis ante et post anthesim conniventibus. — Radix gracilis fibrillis aucta; caules decumbentes fistulosi, ad angulos setulis deflexis exasperati, inferne divisi in ramos adscendentes varieque tortos; folia hirtella; calyx hirsutus laciniis lineari-subulatis; corolla pubescens purpurea, rosea, rarius alba tubo longissimo, fauce inflata. ⊙. In arvis vineis, hortis cultisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 984 in cultis arvisque totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2186. (Pollichia amplexicaulis Roth.) Apr.-Sept. . . . . **L. amplexicaule L.**

Foliis caulinis superioribus reniformi-cordatis, supremis brevissime petiolatis; dentibus calycinis post anthesim patentibus. — Praecedenti valde simile, differt tamen ab illo praeter notas praecitatas etiam calycibus viridibus pilosiusculis, nec dense albolanatis et fauce corollae purpureae magis ampla. ⊙. Vis. fl. dalm. 985 cum praecedente circa Trau. — Rchb. fl. g. 2187. Ap.-M. . . . . **L. intermedium Fr.**

4 Floribus purpureis roseisve. . . . . 5.

Eloribus albis, rarius subochroleucis. . . . . 6.

5 Foliis inaequaliter crenato-serratis, petiolis omnibus aequilatis; tubo corollae parvae supra basin parum curvato et sub curvatura angustiore; fauce utrinque denticulis duobus notata. — Radix annua, fibrosa; caulis fistulosus purpurascens, ad genicula scabriusculus, jam a basi ramosus, decumbens, dein adscedens; folia rugosa

cordata obtusa, pilis inspersa et ciliata, inferiora longe petiolata, superiora approximata brevibusque petiolis affixa, saepius purpurascentia; bracteae lineares, calyx inflexus; corolla pubescens purpurea, interne maculis saturatioribus variegata, omnium minima, saepius vix exserta. ⨀. In locis cultis, ad vias et sepes totius Croatiae et Slovoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 986 in cultis et ruderatis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2188. — A vere in autumnum. . . . . **L. purpureum L.**

Foliis inaequaliter grosse duplicato-serratis cordato-ovatis petiolatis apice attenuatis; tubo corollae magnae evidenter curvato, supra basin ventricoso-dilatato, infra dilatationem constricto et intus piloso-annullato, strictura annulloque transversis; margine faucis utrinque dente subulato notato. — Radix perennis valde repens; caules hirsuti basi decumbentes, demum erecti; folia hirtella, floralia subsessilia, caulina saepius albo-zonata; calyx sulcatus incurvus, purpura suffusus dentibus filiformibus tubum corollae subaequantibus, patulis; corollae speciosae galea dorso bicarinata, apice serrulata. ♃. In ruderatis ad sepes marginesque sylvarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 988 in umbrosis sylvaticis, et ad sepes Dalmatiae praesertim montanae, nec minus circa Obbrovazzo, Sebenico, Trau, Salona, Spalato, Macarsca et Ragusa. — Rchb. fl. g. 2191. (L. laevigatum Rchb. L. rugosum Ait. L. rubrum Wallr.) Ap.-Sept.

L. maculatam L.

Observ. forma foliis nunquam vittatis sive zonatis, floralibus oblongis saturate viridibus, verticillis 10—15-floris, labio obcordato lobisque integerimis, est: L. hirsutum Lam. occurritque cum specie in sylvis umbrosis montanis. — Rcbb. fl. g. 2192.

6 Foliis inaequaliter obtuseque inciso-serratis cordato-triangularibus petiolatis acutis, inferioribus cordato-subrotundis, floralibus incisis acuminatis approximatis: calycis dentibus lanceolato-linearibus patulis; corollae galea apice biloba. — Radix gracilis fibris aucta biennis; caules jam a basi ramosi decumbentes vel adscendentes, tantum superne setulis exasperati; folia triangularia hirsuta fauce albo maculata; calyx inflatus; corolla pubescens. ♂ Vis. fl. dalm. 987 in montanis circa Trau, ad pendem montium Svilaja et in sylvaticis circa Billić. Apr.-Mj. **L bifidum Cyrill.**

Foliis oblongis cordatis acuminatis petiolatis serratis, petiolis dilatatis; verticillis vigintifloris; galea integra crenulata. — Ra-

dix repens peremis; caules erecti vel adscendentes setisque deflexis exasperati; folia mollia oblonga, rugosa, hirta serrata; bracteae lineares ciliatae; calyx sulcatus setulis paucis adscendentibus exasperatus; corolla alba, labiis ohroleucis, inferiore maculis pallide violaceis picto, tubo curvato supra basin cum crena dilatato et sub crena constricto intusque piloso-annullato, strictura annulloque oblique adscendentibus, marginibus faucis denticulis tribus minutis longioreque subulato notatis. ♄. In ruderatis, ad sepes, muros nemorumque oras totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Požega, Radovanci, Stražeman, Vučin, Jankovac et Našice, nec non circa Velika et Semlin. Rchb. fl. g. 2193. Il.-Sept. . . . . **L. album L.**

Gen. 358. **Galeobdolon Huds. Žutošiška.**

Calyx campanulatus subaequaliter 5-dentatus et 5-nervius, fauce nuda; corollae flavae galea fornicata integra, labii inferioris laciniae omnes acutae; annulus pilorum in tubo corollae; stamina approximata sub labio corollae superiori parallela; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Koch syn. pl. p. 650; Rchb. fl. g. p. 323, g. 420.

Foliis ovatis acutis acuminatisve serratis petiolatis, supremis floralibus sessllibus lanceolatis; calycis dentibus lanceolatis apice subulatis patulis tubo corollino longioribus; corollae galea fornicata integra. — Radix repens; caules ad angulos setulis deflexis consiti, steriles decumbentes radicantes, floriger erecti vel adscendentes; folia pilis inspersa, subtus ramoso-rugosa; corolla flava, labii inferioris lobo medio toto et lateralibus basi vitellinis maculisque fuscenscentibus variegatis. ♃. In sylvis et dumetis subhumidis praesertim montanis totius Croatiae. Syll fl. cr. — In Slavonia in sylvis montium altiorum comitatus Požegani et Viroviticensis; in Syrmiensi circa Čerević; etiam circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm 989 in sylvaticis montium Velebit, Svilaja, Dinara et circa Stermića. - Rchb. fl. g. 2204. (Lam. Galeobdolon Crntz. Galeopsis Galeobdolon L. Leonurus Galeobdolon All. Galeob. vulgare Pers.) Apr.-In. . . . . **G. luteum Huds.**

Observ. var. β. foliis summis lanceolatis, est: G. montanum Pers.

Gen. 359. **Galeopsis L. Sérba.**

Calyx tubuloso-campanulatus 5-nervius; corolla labio superiore fornicato, fauce dente conico cavo utrinque praedita, labio inferiore obtuse trilobo; antherae

loculi oppositi apice bilabiati labio interiore minore ciliato; stylus subaequaliter bifidus laciniis subulatis apice stigmaticis. Vis. fl. dalm. II. p. 213, g. 3455; Koch syn. pl. p. 650; Rchb. fl. g. p. 322, g. 419.

1 Caule pilis deorsum adpressis mollibus pubescente sub geniculis non incrassato. . . . . 2.
Caule sub geniculis evidenter incrassato. . . . . 3.

2. Foliis caulinis ovatis, ramorum ovato-lanceolatis, omnibus serratis; corolla labio superiore inciso-denticulato. — Pedalis et ultra; caulis erectus, rarius decumbens ramosus indumento subsericeo vestitus; corolla insignis ochroleuca, area sulfurea in basi labii inferioris notata. ◯. Inter segetes et in campis arenosis incultis circa Thermas Varasdinenses, Markuševec prope Zagrabia, ad Jakovlje, Bistram et alibi. — Rchb. fl. g. 2197. (G. cannabina Pollich. G. villosa Huds. G. grandiflora Roth. G. segetum Reich. G. dubia Leers. Il,-Ag. . . . . **G. ochroleuca Lam.**
Foliis lanceolatis, ovato-lanceolatis, aut plane lineari-lanceolatis serratis subintegerrimisque; corolla purpurea. — Pubescens; caulis erectus in ramos oppositos divisus; folia hispidula, ramea linearia; bracteae canaliculatae, spinula terminatae; calyx angulatus pilosus; corolla externe villo viscido tecta, purpurea labio inferiore maculis flavescentibus picto. ⊙. Inter segetes et in collibus dumetosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 994 inter segetes et in agris, nec minus in sterilibus totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2196. — In.-Il. . . **G. Ladanum L.**
Observ. distinguuntur sequentes varietates;
Var. α. latifolia; foliis oblongo-lanceolatis; corolla calycem duplo excedente, est: G. latifolia Hoffm. Rchb. fl. g. 2196.
Variet. β. foliis lineari-lanceolatis lanceolatisve subintegris; corolla calycem spinosum duplo excedente, est: G. angustifolia Ehrh. — Rchb. fl. g. 2195.
Variet. γ. foliis oblongo-aut ovato-lanceolatis, corolla calycem paullo excedente, est: G. parviflora Lam. (G. intermedia Vill.) Rchb. fl. g. 2198.
Variet. δ. foliis oblongo-lanceolatis pauciserratis, bracteis apice reflexis; caulibus superne calycibusque pilis brevibus patentibus dense tectis, est: G. canescens Schult.

3 Tubo corollae calycem non aequante illoque breviore; evidenter hispido. . . . . 4.
Tubo corollae calycem longe superante . . . . 5.

4 Corollae dilute purpureae vel albae, area sulfurea purpureo-maculata ad basin labii inferioris, lobo intermedio subquadrato plano, crenulato, obtuso vel leviter emarginato. — Caulis humilis erectus, ramosus, hispidus; corolla externe pilosa. ⊙. Inter segetes, in ruderatis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 995 in agris et ad fossas circa Sinj; in montibus, Velebit in Krivoscia et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 2202. Il..Ag. . . . . **G. Tetrahit L.**

Observ variet. β. foliis-lanceolatis acuminatis utrinque ad minimum 12—16-ties serratis; verticillis decrescentibus omnibusque distinctis, est: G. acuminata. Rchb. fl. g. 1200 occurritque inter segetes circa Thermas Varasdinenses cum priori.

Corolla parva rosea, lacinia media labii inferioris oblonga integerrima, apice emarginata, serius margine revoluta, intensius purpurea vel violacea margine albido, erecta et basi maculis 2 flavis picta. — Caulis setoso-hispidus; folia ovato-oblonga acuta utrinque nonnisi 5—10-cies serrata; verticilli summi approximati; dentes calycis longissimi; labii inferioris corollae lobo medio obcordato-bifido replicato. ⊙. Inter segetes et ad vias in Medjumurje ad Čakovec, Perlog et Dubrava. Syll. fl. cr. Rchb. fl. g. 2201. Il.-Ag. . . . . **G. bifida Bennigh.**

5 Caule hispido; foliis oblongo-ovatis acuminatis; corolla magna sulfurea eleganterque variegata, et quidem tubo inferne albo, labio inferiore basi citrino, laciniis lateralibus a medio albis, intermedia violacea albidoque marginata; (rarius est corolla unicolor, lutea.) — Caulis erectus ramosus setis rigidis reflexis scaber; folia petiolis hispidis setulisque adspersa, ciliata acuminata, facie saturate viridia, dorso pallida, inferiora oblonga, superiora ovata, floralia minima; bracteae canaliculatae hirsutae recurvae apiceque in spinulam productae; calyx ventricosus membranaceus albidus setulisque adpressis adspersus dentibus patentibus ciliatis et spinula terminatis; corolla pilosa. ◯. In nemoribus glareisque fluviorum, nec non ad fossas regionum montanarum Croatiae. Syll. fl. cr. in Slavonia in sylvis et exstirpaturis vulgaris. (Kan.) Rchb. fl. g. 2203. (G. cannabina Roth.) Il.-Ag. . **G versicolor Curt.**

Caule pube deorsum adpressa molli tecto et nonnisi sub geniculis hispido et subincrassato; corolla plerumque saturate purpurea in basi labii inferioris dilutior ibidemque purpureo-maculata, tubo albido, superne fuscescenti-lutescente. — Caulis erectus;

folia petiolata mollia serrata acuminata utrinque pilis minutissimis mollibus tecta, caulina oblonga, ramea ovata; bracteae lineari-lanceolatae recurvatae, in spinulam angustatae; calyx brevissimus pilosus; corolla externe pubescens. ⊙. In agris et ad vias, nec minus in ruderatis et ad sepes circa Crisium, Vojakovec; ad Osekovo et Potok in Moslavina. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Čerević. — Rchb. fl. g. 2199. (G. Walterina Schleich.) Il.-Ag. . . . . **G. pubescens Bess.**

Gen. 360. **Stachys L. Čistac.**

Calyx campanulatus aut tubuloso-campanulatus 5-dentatus dentibus spinulosis subaequalibus vel superioribus longioribus fauce nuda; corolla labio superiore concavo, inferiore obtuse trifido, lobo medio ovato vel obcordato, tubus corollae annullo pilorum stipatus stamina approximata sub labio corollae superiori parallela, simplicia, deflorata contorta extrorsumque reflexa et unacum stylo exserta; nuculae rotundato-obtusae. Vis. fl. dalm. II. p. 204, g. 341. Koch syn. pl. p. 754; Rchb fl. g, p. 418, g. 315.

1 Bracteis aut totum calycem tubuloso-campanulatum, aut saltem dimidium aequantibus; verticillis multifloris; nuculis subrotundo-obovatis basi trigonis. . . . . 2.

Bracteis exiguis; verticillis nonnisi 2—10 floris. . . . . . 5.

2 Floribus purpureis. . . . . 3.

Floribus flavis; foliis oblongis crenato serratis obtusis, inferioribus petiolatis oblique subcordatis, supremis floralibus sessilibus subcordato-ovatis acutis, superioribus integris; bracteolis calyce brevioribus, calycis dentibus ovato-lanceolatis erectiusculis. — Dense villosa; rhizoma repens; caules erecti aut adscendentes pedales et ultra; folia crenata utrinque tomentosa; bracteae ovato-lanceolatae acutiusculae integerrimae ciliatae; calyx angulatus; corolla superne pilis tecta. ♃. In collibus herbidis saxosis in Korbavia ad Bunič, Ljubovo, circa Korenicam, in provincia Likana in Vrebačka staza haud rara. Syll. fl.cr. — Vis. fl. dalm. 972 in pascuis et sylvaticis circa Smilić et Obrovazzo; ad agrorum margines et in collibus ditionis Dernisensis ad Kljaka copiose. -- Rchb. fl. g. 2159. (St. heraclea Alsch., non All., St. orientalis Vahl.) In.-Ag. . . . . **S. obliqua WK.**

3 Caule erecto dense lanato-villoso aut lanato-tomentoso; foliis superioribus sessilibus. . . . . 4.

Caule erecto, superne glanduloso-piloso; foliis petiolatis omnibus-

que ovato-cordatis acutis, serratis; dentibus calycinis ovatis obtusiusculis mucronatis. — Radix ramosa multiceps; caules medulla farcti tetragoni; folia rugosa pilosa, caulina petiolata, floralia parva sessilia apicem versus angustata; bracteae lineares pilosulae; calyx angulatus pilosus; corolla obscure pupurea in brunneam vergens, lobo labii medio albo variegato. ♃. In sylvis montanis et subalpinis circa Crisium, Kalnik et Toplikam; in illis tractus Ivanščicae, ad Klenovnik; in sylva Tuškanec prope Zagrabiam ibidemque ad ipsas hortorum sepes. Syll. fl. cr. — In Slavonia in vineis ad Virovitic, in sylvis montanis ad Duzluk, Jankovec et Duboka, nec non in monte Papuk. — Rchb. fl. g. 2173. Il.-Ag. . . . . **St. alpina L.**

4 Foliis oblongo-ovalibus crenatis obtusis, inferiobus petiolatis, floralibus subcordato-ovatis acutis; bracteis calyce brevioribus. — Adpresse tomentosa, incana, pedalis et ultra; radix lignescens multiceps; caulis erectus dense lanato-villosus; folia rugosa lanuginosa, petiolata crenata, caulina oblonga basi rotundata aut subcordata, infima in petiolum attenuata, superiora sessilia, subtriangulariovata; calycis dentes lanceolati acuminati spinuloso-mucronati fauce pilis clausa; corolla pubescens tubo albido recurvato; filamenta pubescentia et ut faux corollae maculis purpureis variegata. ♃. In locis asperis litt. cr. praesertim circa Flumen, Sv. Kozma, Bukarica et Kraljevica. Vis. fl. dalm. 970 in saxosis apricis totius Dalmatiae litteralis. — Rchb. fl. g. 2177. (S. italica Mill.) Mj.-In. . . . . **St. salviaefolia Ten.**

Foliis oblongo-ovatis crenato-serratis obtusis, inferioribus petiolatis cordatis, floralibus oblongo-lanceolatis sessilibus serratis acutis; bracteis calycem subaequantibus, calycis dentibus lanceolatis erectis. — Villoso-lanata canescens; radix ramosa; caulis erectus medulla farctus, lanugine alba tectus tetragonus; 1—2-pedalis et ultra gracilis et brachiatus; folia crassa, rugulosa, fauce tomentosa, dorso lanata; verticilli densi; flores breviter pedunculati; calyx lanuginosus laciniis setis purpureis glanduliferis ciliatis, faux villo clausa; corolla externe lanata limbo purpurascente. ♃. In locis incultis asperis ad vias solo calcareo, praesertim circa Slatina et Gornja Jelenska in Moslavina; ad margines sylvarum et in dumetis circa Crisium, Zagrabiam et Samobor. Syll. fl. cr. — in collibus graminosis et in prunetis circa Kalnik, Sv. Petar, Bogačevo et alibi. — In Slavonia ad margines agrorum

viarumque vulgaris. (Kan.) Vis. fl. dalm. 971 in saxosis insulae Ossero et in montibus Velebit, Promina et Mossor. — Rchb. fl. g. 2175. (St. montana Riv. St. pannonica Lang. St. nova Sadl. St. polystachya Ten. St. lanata Crntz.) In.-Ag. **S germanica L.**

Observ variet. β. foliis caulinis superioribus elongato-lanceolatis, infimis autem longe petiolatis basi excisa cordatis; verticillis evidenter decrescentibus labiique lobo medio ovato-rhombeo, est; St. biennis Roth. occurritque in collibus graminosis, in prunetis et agris derelictis totius Croatiae et quidem specie ipsa multo frequentius. —

5 Floribus purpureis. . . . . 6.

Floribus ochroleucis albidisve. . . . . 9.

6 Radice perenni; foliis acuminatis acutisve, corolla calyce duplo longiore. 7.

Radice annua; foliis petiolatis ovato-cordatis obtusis crenatis sparsim pilosis, floralibus sessilibus ovato-oblongis aristatis; calycibus corollam subaequantibus, dentibus lanceolatis mucronatis. — Caulis spithamaeus a basi ramosus ramis adscendentibus hispidisque; folia caulina parva hirsuta, floralia minima in petiolum brevissimum angustata, supra medium crenata; radicalia longe petiolata; verticilli 6-flori; calyx angulatus hirsutus; corolla parva pubescens labio interne maculis saturatioribus variegato trifidoque, lacinia intermedia majore concava emarginata. ☉. In locis cultis inter segetes, arvisque fertilibus, nec non in vineis et agris lapidosis circa Toplikam, Kalnik, Krapinam, Thermas Krapinenses et Stubicam superiorem. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 975 ad muros agrestes in portu Cigate prope Lossin piccolo et in insula Lesina. — Rchb. fl. g. 2160. (Glechoma Marubiastrum Vill. Trixago cordifolia Mnch.) II.-Sept. **St. arvensis L.**

7 Caule erecto hispido hirtove, pilis deorsum flexis; foliis petiolatis e basi cordata vel ovata lanceolatis; stolonibus subterraneis apice clavato-incrassatis. . . . . 8.

Caule erecto hirsuto superne ramoso et glanduloso-piloso, foliis petiolatis lato-ovatis cordatisve acuminatis serratis hirsutis; dentibus calycinis e basi triangulari subulatis mucronatis; corollis calyce duplo longioribus; stolonibus subterraneis aequilatis, apice non incrassatis. — Radix repens; caulis medulla farctus; folia illis Urticae dioicae L. similia, decrescentia, floralia minima; calyx pilis viscidulis tectus; corolla brunneo-

purpurea, labio inferiore striis flexuosis albidis variegato tuboque ab annullo piloso ad faucem aequilato. ♃. In locis nemorosis et sylvaticis subhumidis circa Crisium et Toplicam; ad margines vinearum circa Lovrečinam, Verbovec et copiosissime in vineis in Moslavina. Syll. fl. cr. — In Slavonia in vineis sylvisque umbrosis comitatus Viroviticensis; non minus in sylvis circa Duboka, Daruvar; tandem circa Čerevič, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 973. in nemorosis et sylvaticis circa Mavice, Verlika et in Krivoscie ad Cerkvice et Dubrava. — Rchb. fl. g. 2172. In.-Ag . . . . **St. sylvatica L.**

8 Foliis acutis crenato-serratis pubescentibus inferioribus breviter petiolatis, superioribus sessilibus et semiamplexicaulibus; caule simpliciusculo. — Caulis strictus 1—2-pedalis et ultra; folia puberula rugulosa; verticilli 7—11-flori, corolla purpurea labio inferiore lineis albis flexuosis picto, dentes calycini e basi triangulari subulati mucronati. ♃. Ad ripas rivulorum, in pratis paludosis agrisque humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 974 in paludosis ad fluvium Narenta et prope Budua. — Rchb. fl. g. g. 2170. Il.-Ag. **St. palustris L.**

Observ. variet. β. foliis omnibus lineari-lanceolatis, est: St. angustifolia Benth. occurritque ad lacum Boccagnazzo prope Zara.

Variet. γ. sericeo-pubescens, densiflora, est: St. segetum Hagen et occurrit in arvis montanis humidiusculis lapidosis ad pedes montium Ivanšćica.

Foliis acuminatis serratis et omnibus evidenter petiolatis; verticillis nonnisi 6-floris. — Caulis erectus aut e basi decumbente adscendens plus minusve ramosus; folia inferiora longius, superiora breviter petiolata; dentes calycini e basi triangulari subulati subaristati; corolla obscure purpurea tuboque ab annullo piloso versus faucem sensim paullo latiore. ♃. In locis nemorosis humidis circa Crisium, Kaproncam, Gjelekovec et alibi in campo Podravano. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2171. In.-Ag.

St. ambigua Sm.

Observ. Praecedenti valde similis et vix distinguenda, hinc vero sensu ambigua ulteriusque observanda.

9 Calyce tubuloso-campanulato; verticillis nonnisi 2—6.floris; bracteis exiguis. . . . . 10.

Calycis late campanulati membranacei, dentibus latis; verticillis 6—10-floris; bracteis minutissimis obsoletisve. . . . . . 14.

10 Foliis tomentoso-villosis, hirtis aut saltem sparsim pilosis; radice perenni; verticillis 6—10 floris. . . . . 11.
Foliis glabris crenato-serratis, inferioribus ovali-oblongis, floralibus lanceolatis acuminatis integerrimis breviterque mucronatis; radice annua; verticillis nonnisi 4—6-floris. — Spithamaea vel altior; radix tortuosa; caulis suberectus ramosus; folia venosa setulis paucis consita, secus glabra, inferiora petiolata, summa sessilia; calycis tubulosi villosi dentibus tubo corollae brevioribus lanceolato-subulatis; flores albi labio inferiore ochroleuco, interdum fauce lineis maculisve purpureis picta, ☉. Inter segetes solo calcareo et argillaceo, praesertim in montosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 976 in agris et satis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2161. (St. arvensis Vis., non L. Il.-Sept. **St. annua L.**
11 Foliis superne tomentoso-hirsutis aut molliter pubescentibus ovalibus oblongisve cuneatis, obtusis . . . . 12.
Foliis hirtis aut sparsim pilosis; foliis caulinis lanceolatis oblongisve, floralibus ovatis acuminatis. . . . . 13.
12. Foliis superne tantum molliter pubescentibus oblongis cuneatisque petiolatis crenato-dentatis, supremis integerrimis muticis; calycis tubuloso-campanulati villosi dentibus tubo corollae brevioribus lanceolatis. — Radix lignescens, fibris plurimis firmata; caulis adscendens ramosus pilosus; folia floralia summa brevissima; bracteae lineares hispidulae; calyx membranaceus inflatus pilisque viscidis tectus; corolla pubescens tubo brevi ochroleuco labioque inferiore rubro punctato. — Simillima praecendenti et similior sequenti, ab illa differt perennitate radicis et calycis magis expansi dentibus latioribus brevioribusque, nec longe attenuato-subulatis, et ab hac corollae tubo dentes calycinos quidquam latiores aequante. ♃. Vis. fl. dalm. 977 in Dalmatiae sterilibus asperis inter Sabioncello et Almissa et secus viam ad montes Biokovo et Sella. (Petter.) Rchb. fl. g. 2167. St. fragilis Vis.) Mj.-In. . . . . **St. pubescens Ten.**
Foliis cauleque superne tomentoso-hirsutis ovalibus obtusis rugosis crenatis, infimis longe petiolatis, supremis ovato-oblongis sessilibus integerrimis obtusis muticis; calycis tubuloso-campanulati dentibus ovato-lanceolatis tubo corollae aequilongis. — Caules adscendentes; folia rugosa tomentoso-villosa aut molliter denseque pubescentia; bracteae lineares dorso pilosae; calyx angulatus pilisque

tectus; corolla pubescens tubo brevi, ochroleuca labio inferiore maculis purpureis variegato; filamenta ad apicem glabra, secus pilosa. ♃. Vis. fl. dalm. 978 in maritimis circa Zara; circa Makarska et in insula Brazza. (Portenschl.) In.-Il. **St. maritima L.**

13 Calycibus hirsutis; foliis crenatis; floribus superioribus ovatis acuminatis integerrimis aristatis; caulibus erectis aut adscendentibus. — Radix lignescens; caules hirsuti scabri ramosi; folia ovalia aut lanceolata rugosa crenata aut serrata petiolata, suprema sessilia; calycis breviter tubuloso-obovati dentes triangulares accuminati, spinula glabra terminati, tubi corollini dorso breviores; corollae ochroleucae fauce purpureo-maculata. ♄. In saxosis collibusque herbidis dumetosis montium Zagrabiensium et Kalnikensium, nec minus illorum tractus Velebit. Syl. fl. cr. — In collibus dumetosis totius Slavoniae (Kan.) Vis. fl. dalm, 979 in siccis circa Zara. — Rchb. fl. g. 2164. (St. Betonica Scop. St. Sideritis Vill. St. bufonia Thuill.) Il.-Ag. . . **St. recta L.**

Calycibus hirtis; foliis remote crenatis vel integerrimis, rameis linearibus integerrimis vel pauci-crenatis; caulibus diffusis aut adscendentibus. — Caules demum ramosissimi ramis diffusis aut divaricatis; folia oblonga aut lanceolata, lineata parce črenato-serrata sessilia, infima brevissime petiolata; calycis dentes triangulares acuminati mucrone terminati; corolla ochroleuca fauce purpureo-punctata. ♄. In rupestribus locisque incultis saxosis litt. cr. circa Karlobago, Konjsko, Oštarije et Brušane, nec minus circa Mali Halan versus Podprag secus viam regiam in rupibus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 880 in apricis saxosis collium totius Dalmatiae montanae, nec non in ipsis montibus Mossor, Dinara, Biokovo, Sella et Orien. — Rchb. fl. g. 2166, Il.-Ag.

St. subcrenata Vis.

Observ. variet. β. glabriuicula, foliis rameis linearibus integris, floralibus subcordato-ovatis, est: St. fragilis Vis. occurritque in saxosis ad viam inter Almissa et Vrullja.

Variet. γ. pubescens, grandiflora, foliis oblongis; corolla labio inferiore superius plus duplo excedente, est: St. labiosa Bert. et occurrit teste clariss. Vis. in insula Lesina et ad pedem montis Biokovo.

14 Foliis crenatis ovatis petiolatis obtusis, inferioribus basi cordatis, floralibus ovato-lanceolatis subsessilibus serratis acutis; bracteis obsoletis; calycis dentibus late ovatis aequalibus, margine lana-

tis subdentatis, apice mucronatis. — Tota pilosa, caules tetragoni angulis retrorsum muricato hispidis; foliia inferiora longe petiolata; radix annua. flores magni ochroleuci; habitus fere St. annuae L. ⨀ Vis. fl. dalm. 981 in agris locisque umbrosis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Macarsca et Ragusa, et in insulis Lesina, Lissa et Curzola. In.-Ag. . **St. spinulosa Sibth.**

Foliis dentato-serratis ovato-lanceolatis, petiolatis, inferioribus basi subcordatis, floralibus subcordato-ovatis aut subcordato-lanceolatis sessilibus integerrimis acuminatis; bracteis lineari-setaceis, calycis labiati dentibus inaequalibus lanceolato-acuminatis hirsutis, apice mucronatis. — Radix lignosa perennis; caules adscendentes aut erecti, basi suffruticosi tetragoni angulis obtusis callosis; verticilli inferne distincti, dein in spicam cylindricam densam elongatam congesti, subdecemflori; folia floralia ovata aut ovato-lanceolata basi subcordata; calycis hirsuti campanulati bilabiati dentibus duobus inferioribus profundius divisis, superioribus ultra medium coalitis; corollae galea elliptica fornicata integra, extus pilosa, labio inferiore duplo majore trilobo, lobis lateralibus parvis obtusis reflexis, medio obcordato-bilobo maximo; nuculae glabrae solo insertionis puncto canescentes. ♃. Vis. fl. dalm. 982 in apricis saxosis circa Ragusa, in Castello di Cattaro, in hujus urbis viciniis, nec non ad Ossonjak et Teodo. (St. grandiflora Host.) In.-Ag. . . . . **St. menthaefolia Vis.**

Gen. 361. **Betonica Tourn. Bukvica.**

Calyx conico-tubulosus 10-nervis aequaliter mucronato-5-dentatus fauce setis stipata; corollae labium superius concavum, inferioris lacinia intermedia obtusa, annullus in tubo nullus; stamina approximata sub labio corollae superiori parallela; antherarum sacculi divergentes vel subparalleli rima longitudinali communi dehiscentes; nuculae rotundato-obtusae. Koch syn. pl. p. 654; Rchb. fl. g. p. 320, g. 416.

1 Floribus purpureis, corollis extus plus minusve pubescentibus. . 2.

Floribus flavis in virescentem colorem vergentibus, corollis glabris, labiis externe villoso-barbatis lobo superiore in apicem bilobum angustato. — Caules hirsuti basi procumbentes, demum adscendentes; folia e cordata basi late ovata profunde crenata hirsuta, radicalia longe petiolata, caulina brevi petiolo innixa, summa sessilia; floralia minima opposita integerrima; bracteae lanceolatae; calyx ventricosus superne reticulato-venosus; stamina dimidium labium non attingentia hirsuta. ♃. Vis. fl. dalm 1003

in herbidis montis Sella. — Rchb. fl. g. 2184. (Sideritis Alopecuros Scop. Stachys Alopecuros Benth. In.-Il. **B. Alopecuros L.**

2 Calycibus reticulato-venosis; staminibus labium corollae superius subaequantibus; spica ovata; foliis oblongis cordatis hirsutis. — Caules erecti setis deflexis tecti; folia crenata obtusa setisque mollibus consita, inferiora longe petiolata, summa duo subsessilia; multo minora, floralia minima lanceolata sessilia; calyces campanulati hispidi; bracteae ovatae concavae hirsutae mucronatae, corollae tubus inflexus; filamenta villosa. ♃. In collibus graminosis apricis in Lika at Korbavia, haud rara ad Vrebačka staza, Bunič, Modruš et alibi. Syll. pl. cr. — Rchb. fl. g. 2182 et 2183. (B. densiflora Benth. B. Monnieri Gou. B. incana Ait.) Il-Ag. . . . . **B. hirsuta L.**

Calycibus aveniis; staminibus labium corollae superius dimidium non attingentibus; spica interrupta; foliis cordatis; basi ovato-oblongis ovatisve hirsutis aut glabriusculis. — Radix lignescens; caulis erectus hirtus; folia crenata obtusa hispida, radicalia et caulina inferiora petiolata oblongo-ovata, superiora multo minora brevissimo petiolo innixa, floralia minima reflexa; flores in spicam oblongam collecti; bracteae lanceolato-mucronatae ciliatae; calyx glaber laevis; filamenta pubescentia. ♃. In pratis, ericetis sylvisque denudatis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 969 in collibus locisque sylvaticis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2179. (B. nutans Kit. Stachys Betonica Benth.) In.-Il. . . . . **B. officinalis L**

Observ. variet β. caule hirto calycibusque hirsutis, est: B. hirta Leys. — Rchb. fl. g. 2182.

Variet. γ. caule calycibusque glabris, est: B. glabrata Koch. occurritque in pratis turfosis ad Žabnik prope Varasdinum.

Variet. δ. calycis hirti dentibus acuminatis tubo suo dimidio longioribus patulis, labio corollae superiore emarginato, foliisque latioribus, est: B. stricta Ait. occurritque cum specie in pratis fertilibus tractus montium Ivanščica. Rchb. fl. g. 2181.

Gen. 362. **Sideritis L. Očist.**

Calyx tubulosus dentibus demum patulis; corolla labio superiore plano, inferiore trifido obtuso; stamina et stylus tubo corollae inclusa; nuculae obovatae basi trigonae. Vis. fl. dalm. II. p. 204, g. 340; Koch syn. pl. p. 655.

1 Floribus flavis albidisve. . . . . 2.

Floribus purpureis roseisve; calycis corolla brevioris dentibus villosissimis, dente supremo ovato maximo, caeteris inferioribus lanceolato-subulatis; corollae labiis subaequalibus, superiore oblongo exserto. — Villosa, folia oblonga in petiolum attennuata, antice serrata; sequenti Sid. romanae L. simillima, differt tamen corollae galea angusta elongata exserta, interdum tri-quadricrenata, coloreque roseo v. purpurascente. ○. Vis. fl. dalm. 967 in arvis locisque saxosis aridis circa Ragusa et Cattaro, nec minus in monte Vermaz et ad Lastva. In.-Il. . . . **S. purpurea Talbot.**

2 Calycibus corollam aequantibus, labio calycis superiore ovato indiviso, inferiore 4-dentato; foliis ellliptico-lanceolatis, in petiolum attenuatis, antice serratis. — Caulis erectus pilisque patentibus tectus; folia pilosa, caulina superiora sessilia; calyx pilosus ventricosus bilabiatus; corolla parva alba labio superiore non raro colore roseo suffuso. ⊙. In agris locisque incultis litt. cr. circa Flumen, Kraljevicam, Segniam, Lukova et Klada. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 966 in agris locisque apricis sterilibus circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Ragusa, Sabioncello et Cattaro, nec non in insulis Ossero, Cherso, Veglia et Lesina. — Rchb. fl. g. 2227. (Burgsdorfia romana Rchb.) Mj.-In. **S. romana L.**

Calycibus corolla longioribus, labio calycis superiore trifido; foliis lanceolatis in petiolum attennuatis, antice serratis. — Caules basi depressi villosi, demum erecti una cum foliis calycibusque hirsuti; folia summa integerrima; calycis tubus turbinatus laciniis mucronatis; corollae primum color citrinus, mox vero margine fuscescens, denique ex integro fuscus. ○. In agris, arvis vineisque lapidosis solo calcareo circa Sudovec, Reka, Kalnik alibique in montanis, praesertim in Croatia australi et lit. cr. Syll. fl. cr. — In Slavonia in arvis montosis circa Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 968 in arvis, vineis locisque aridis circa Zara, Sebenico et Zatton, inter Spalato et Almissa nec non in monte Prolog. — Rchb. fl. fl. 2228. (Burgsdorfia montana Rchb. Hesiodia bicolor Mnch.) Mj.-In. . . . . **S. montana L.**

Gen. 363. **Marrubium Tourn. Teterljan.**

Calyx tubulosus 5—10-nervis 5—10-dentatus; corolla labiata, galea recta, labio inferiore obtuse trilobo, tubo annulo pilorum interrupto intus praedito; stamina stylusque tubo corollae inclusa, antherae loculis confluentibus; nuculae

cuneato-oboratae, apice convexullo truncatae glabrae. — Flores omnium albi. Vis. fl. dalm. II. p. 216, g. 348; Koch syn. pl. p. 657; Rchb. fl. g. 325 g. 426.

1 Dentibus calycinis bracteisque tomentosis; foliis cano-vel albo-tomentosis, subtus reticulato-venosis, inferioribus lato-ovatis inaequaliter crenatis, superioribus oblongo-lanceolatis ovalibusve crenato-serratis. . . . . 2.

Dentibus calycinis bracteisque subulatis villosis a medio glabris, apice uncinato-revolutis; foliis ovatis in petiolum decurrentibus, inaequaliter crenatis tomentosis rugosis, subtus reticulato-foveolatis, inferioribus cordato-subrotundis. — Caulis 1—2-pedalis albotomentosus, basi ramosus ramis adscendentibus simplicibus; folia plus minusve crispa, primo patentia, demum reflexa; flores axillares dense congesti verticillis multifloris; calyces 10-dentati; corollae candicantis aut pubescentis labio inferiore trifido, lacinia intermedia margine reflexa, apice emarginata. ♃. In ruderatis campisque arenosis, ad muros et vias tetius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis inter Essek et Vinkovce, nec minus inter Nuštar et Vukovar. (Kan.) Vis. fl. dalm. 999 in ruderatis sterilibus, saxosis et ad vias campestres totius Dalmatiae. —Rchb. fl. g. 2217. Il.-Sept. . . . . **M. vulgare L.**

Observ. variet. β. foliis caulibusque lanatis albis, est: M. apulum Ten. occurritque in locis valde apricis Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2118.

2 Foliis cano-tomentosis, inferioribus ovalibus, superioribus, oblongo-lanceolatis; verticillis 6—10-floris subfastigiatis. — Radix lignescens multiceps; caules ramosissimi ramis divaricatis; corollae albae utrinque villosulae lacinia labii inferioris intermedia emarginata, lateralibus obtusis. ♃. In locis incultis, ruderatis saxosis Croatiae australis circa Otočac, Korenicam, Bunić et alibi in provincia Likana Syll. fl. cr. — in Slavonia in ruderatis et ad sepes vulgare. (Kan.) Rchb. fl. g. 2216. (M. pauciflorum Wallr.) Il.-Ag. . . . . **M. peregrinum L.**

Observ. variet. β. foliis latioribus, tomento laxo, dentibus calycinis fere ad basin usque denudatis calycibusque inter dentes majores plerumque dentibus minoribus interjectis, est: M. pannonicum Rchb. M. paniculatum Desv. M. peregrinum W. M. remotum Kit. M. affine Host.

Variet. γ. foliis caulinis superioribus rameisque angustis acutis, remotius serratis, tomento denso dentibusque calycinis fere ex integro tomentosis, est; M. peregrinum Jacq. M. creticum Mill. Utraque varietas occurrit intermixte cum specie.

Foliis caulibusque albo-tomentosis, foliis inferioribus lato-ovatis, superioribus ovalibus; verticillis multifloris subglobosis; calycibus 5-dentatis. — Radix multiceps; caules adscendentes, basi ramosi ramis adscendentibus simplicibus setisque deflexis inspersi; folia mollia, crenata venosa; verticilli densissimi; bracteae subulatae; calycicis dentes inferiores reliquis longiores; corollae pubescentis tubus longus incurvus, labii inferioris lacinia media reliquis latior obtusa; filamenta brevissima medio tubo corollae adnata. ♃. In locis incultis asperis litt. cr. circa Flumen, Karlobago, Konjsko et alibi, nec minus in Croatia australi, praesertim in provincia Likana circa Gospić, Ternava, Brušane et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1000 in apricis saxosis totius Dalmatiae littoralis et insularis. — Rchb. fl. g. 2215. (M. peregrinum Rchb. et non L.) II.-Sept. . . . . . . **M. candidissimum L.**

Gen. 364. **Ballota Tourn. Cèrnoglavac.**

Calyx tubuloso-infundibuliformis plicato-10-nervis, 5—10-dentatus; corollae labiatae galea recta, labium inferius obtuse trilobum, intus annullo pilorum continuo praeditum; stamina stylusque exserta filamentis basi nudis; antherae loculis subconfluentibus; nuculae oblongo-triquetrae apice rotundato obtusae, glabrae. Vis. fl. dalm. II. p. 315, g. 347; Koch syn. pl. p. 657; Rchb. fl. g. p. 324, g. 423.

Villoso-tomentosa; foliis cordato-ovatis acutis crenato-serratis; calycis 10-dentati dentibus linearibus spinulosis, fauce barbata; corollae galea apice 4-fida, dentata. — Radix subteres lignescens fibris validis aucta; caulis ramosus erectus pilosus; folia mollia rugosa, subtus candicantia, secus villosa; florum verticilli densi; bracteae lineari-lanceolatae; calyx sulcatus villosus dentibus patentibus; corolla externe pilis adpressis tecta, interne ex albo et purpureo variegata, extus carnea. ♃. In saxosis apricis litt. cr. circa Cesarica, Stanište, Karlobago et Lukovo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 998 in saxosis rupestribus aridis circa Clissa, Almissa, Makarska, Ragusa et Cattaro. — Rchb. fl. g. 2219. (H. hispanica Benth: B. saxatilis Guss. Marub. rupestre Biv. M. hispanicum Host. M. hirsutum W.) II.-Ag. **B. rupestris Vis.**

Pubescens; foliis ovatis crenato-serratis; calyce 5-dentato, fauce ciliata; corollae galea integra bilobave. — Radix lignescens multiceps; caules erecti ramosi setisque deflexis adspersi; folia petiolata, lata, ovata rugosa venosa setulisque consita; flores in fasciculos axillares collecti; bracteae subulatae hispidae; calyx pilis viscidulis tectus; corolla violacea, rosea rariusque alba extus pilosa galea intus pubescente; filamenta superne glabra, reliqua parte pubescentia; antherae bilabiatae. ♃. In ruderatis, ad muros et sepes, in campis arenosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 997 in ruderatis locisque incultis circa Zara et Sebenico. Rchb. fl. g. 2210. (B. ruderalis Sw. Mar. nigrum Bauh.) II-Sept.. . . . . **B. nigra L.**

Observ. variat pilis brevioribus in caule deorsum curvatis, et longioribus rectis, hirta atque hirsuta, hinc:

Variet. β. calycis dentibus lato-ovatis in aristam terminatis, arista dentem aequante vel illo breviore, est: B. foetida Lam. — Rchb. fl. g. 2212.

Variet γ. foliis basi truncatis subcordatisve argute et profunde serratis; calyce infundibuliformi, dentibus erectis lineari-setaceis tubum subaequantibus, est: B. urticaefolia Ortm. — Rchb. fl. g. 2211. — Utraque in iisdem locis ac ipsa species.

Gen. 365. **Leonurus L. Sérčanik.**

Calyx tubuloso-campanulatus 3-nervis et 5-gonus aequaliterque 5-dentatus; corolla tubo supra basin cylindraceam rectam inflato curvo, intus annullo pilorum praedito, galea recta subintegra, labio inferiore deflexo trilobo laciniis obtusis plerumque in unam acutam revolutis; stamina approximata sub labio superiori parallela, simplicia, deflorata contorta extrorsumque reflexa; stylus sub apice subaequalier bifidus; nuculae cuneato-obovatae trigonae, apice truncatae et pubescentes. Vis. fl. dalm II. p. 218, g. 350; Koch syn. pl. p. 658; Rchb. fl. g. p. 324, g. 421

Foliis inferiorioribus subrotundis palmato-5-fidis, laciniis inciso-serratis, superioribus oblongo-lanceolatis acuminatis integris trifidisve, basi cuneatis; calycibus spinosis glabris, corollae labio inferiore in laciniam acutam unicam revoluto. — Habitus pyramidatus; radix lignescens fibris validis aucta; caulis erectus 2—3-pedalis ramosus, ad angulos setis reflexis consitus; folia in lacinias dentatas breves divisa; petioli, foliorum venae et costae setulis sursum versis consitae; flores sessiles; bracteae

lineares subulatae hispidae; calyx glaber; corollae roseae et kermesino-punctatae galea cava pilis tecta. ♃. In ruderatis, incultis, ad sepes et muros totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1002 in ruderatis et ad vias circa Zara, Sebenico, Trau, Dugopolje et in Krivoscie. — Rchb. fl. g. 2205. II.-Sept. . . . . **L. Cardiaca L.**

Gen. 366. **Chaiturus Ehrh. Tetrolika**

Calyx tubuloso-campanulatus aequaliter 5-dentatus, 5—10-nervis; corollae galea erecta integra, labio inferiore obtuse trilobo, tubo intus nudo; stamina stylusque tubo corollae quidquam longiora, antherae loculis confluentibus; nuculae apice plano triangulari truncatae, secus cuneato-obovatae et glanduloso-pubescentes. Vis fl. dalm. p. 217, g. 449; Koch syn. pl. p. 658; Rchb. fl. g. p. 317, g. 414.

Foliis oblongis lanceolatis dentatis dorso villosis; corollae labii inferioris lacinia media subrotunda. — Radix annua aut biennis; caulis 1—2-pedalis simplex aut basi ramosus; folia serrata, inferiora ovata, superiora lanceolata, suprema angustiora, interdum integra; florum verticilli in racemis parvis distantibus; calycis dentes e basi ovata subulati spinosi; corolla rosea vel albida calycem vix excedens. ○. v. ♂. In ruderatis, ad sepes, muros et vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1001 in ruderatis et ad vias circa Sebenico et Narenta — Rchb. fl. g. 2159. (Leon. Marubiastrum L.) II-Ag.

Ch. Marubiastrum Rchb.

Gen. 367. **Phlomis Tourn. Gostanka.**

Calyx tubulosus 5—10-nervis, petagonus, 5—10-dentatus; corollae galea compressa subfornicata incurva maxima labio inferiori trilobo incumbens, tubo nudo aut intus annullo pilorum praedito, labii inferioris lacinia intermedia obcordata; stamina basi adnata et sub adnata basi appendiculata, una cum stylo exserta; nuculae oblongae triquetrae, apice truncatae et puberulae. Vis. fl. dalm. II. p. 215, g. 346; Koch syn. pl. p. 658; Rchb. fl. g. p. 324, g. 422.

Calycis fauce nuda; foliis radicalibus cordatis scabris, floralibus oblongo-lanceolatis; bracteis subulatis hispidis. — Radix crassa lignescens ramosa; caulis glaber erectus altissimus fistulosus purpurascens, laevis, superne ramosus; folia rugosa crenata, facie saturate viridia glabra, dorso pallida et hirsuta; radicalia ampla, longissime petiolata, caulina sensim minora; floralia minima sessilia basi biloba; bracteae subulatae; corolla rosea pilisque albis

tecta. ♃. In incultis et rejectaculis hortorum ad Samobor et Jaska, fors ex hortis auffuga et quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2206. Jn.-Ag. . . . . **Ph. tuberosa L.**

Calycis fauce pilis stipata; foliis ovatis oblongisve subcrenatis rugosis, basi rotundatis, supra virentibus, dorso albidis; bracteis lanceolato-acuminatis; calycibus longe tubulosis, dentibus truncatis acumine patente brevi terminatis. — Floccoso-tomentosa candicans; caulis erectus ramosus; folia inferiora petiolata ovata, superiora sessilia oblonga, floralia minima ovato-lanceolata; florum verticilli densi; bracteae pilosae; calyx pilis tectus dentibus supeioribus 3 minimis, inferioribus 2 subulatis; corolla speciosa flava extus pilosa. ♄. Vis. fl. dalm. 996 in saxosis apricis circa Ragusa et Breno, nec non in insula Lissa. — Rchb. fl. g. 2208. Apr.-Sept. . . . . **Ph. fruticosa L.**

Trib. VIII. **Scutellarineae Benth.** *Corolla bilabiata; stamina sub labio corollae superiore parallela, aproximata; calyx bilabiatus labio superiore integro vel breviter 3-dentato; fructifer labiis incumbentibus complanato-clausus.*

Gen 368. **Scutellaria L. Šišak**

Calyx bilabiatus labiis integris, squama concava pone labium superius, fructifer apice compreso-clausus; corollae labium superius concavum trifidum inferius indivisum, annullus in tubo nullus; stamina apice antrorsum curvata; antherae ciliatae; ovarium carpophoro stipitiformi incurvo basi glanduloso impositum; stylo breviter et inaequaliter bifido; nuculae carpophori apici affixae; semine incurvo. Vis. fl. dalm. II. p. 219, g. 352; Koch syn. pl. p. 658; Rchb. fl. g. p. 331, g. 437.

1 Floribus tetragono-spicatis; bracteis membranaceis amplis. . . 2.
Floribus oppositis axillaribus secundis, vel superioribus in racemum secundum dispositis; foliis floralibus herbaceis gradatim minoribus. . . . . 3.

2 Foliis ovato-oblongis obtuse pinnatifidis subtus incanis; bracteis sessilibus late ovatis, abrupte breviterque acuminatis integerrimis subimbricatis; floribus flavis. — Suffruticulus caulibus ramosis ad basin lignescentibus; folia petiolata pinnatifida laciniis obtusis margine revolutis; bracteae ovatae concavae, auctae, superne compresae; corollae labium superius compressum emarginatum; stamina sub labio superiori conniventia. ♄. In apricis asperis litt. cr. circa Segniam et ibidem praeprimis ad pedem montis Vratnik. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1004 in apricis demissis circa

Trau et ad viam inter Almissa, Vrullia et Macarsca. — Rchb. fl. g. 2265. Mj.-In. . . . . **Sc. orientalis L.**

Foliis ovatis serrato-dentatis indivisis pubescentibus concoloribus, floralibus sessilibus membranaceis, ovatis acuminatis coloratis integerrimis imbricatis; floribus violaceis. — Suffruticosa; radix ramosa lignosa caules erecti aut adscendentes ramosi, ad angulos pubescentes; folia petiolata ovata aut cordato-ovata obtusa serrato-crenata pubescentia; calyx pilis viscidis inspersus; corolla e purpureo-violacea labio albido et pube viscidula consita; filamenta pubescentia. ♃. In rupestribus montium alpiumque, veluti in alpe Badanj et Debelo-berdo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1005 in praeruptis rupestribus jugi Troglav montis Biocovo. — Rchb. fl. g. 2264. Il.-Ag. . . . . , . . . **Sc. alpina L.**

3 Foliis floralibus caulinis conformibus; tubo corollae basi fere rectangulo-recurvato calyce multoties longiore. . . . . . . , 4.

Foliis floralibus parvis herbaceis ad bracteas reductis; foliis caulinis late cordato-ovatis ovatisve grandi-dentatis; racemo pubescenti-gladuloso; corollis purpureis calycem quadruplo superantibus. 5.

4 Calycibus glabris vel pubescentibus pilis simplicibus; foliis e basi cordata oblongo-lanceolatis remote obtuse crenato-serratis. — Radix repens; caulis ramosus ad angulos setis deflexis consitus; folia rugosa, margine reflexa, praecipue ad venas marginesque scabra; ad basin pedunculi bracteae filiformes binae; corolla pubescens ex albo et violaceo variegata. ♃. In nemoribus, pratis fossisque et ad rivulos totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1007 ad ripas et in humidis circa Knin. — Rchb. fl. g. 2258. In.-Sept. . . . . . . **Sc. galericulata L.**

Calycibus glanduloso-pubescentibus; foliis oblongo-lanceolatis basi utrinque 1—2-dentatis subhastatis, infimis ovatis, supremis lanceolatis basi subcordatis. — Radix repens; caulis ad angulos setulis paucis inspersus; internodiis caulinis apice pilosis, faciebus duabus oppositis canaliculatis; folia breviter petiolata setulis exasperata integerrima; calyx duplo brevior, quam praecedentis, labio superiori appendice minima instructo; corollae violaceae tubus duplo longior ac prioris. ♃. In pratis humidis et ad fossas circa Crisium, St. Helenam et Paukovec; in agris campisque montanis humidis circa Zagrabiam. Syll. fl. cr. — In Slavonia in pratis uliginosis et paludosis circa Velika, Orahovica, Bizovac,

Klokočovac, Tenje, Ćepin, Vukovar, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2259. Il.-Ag. . . . . **Sc. hastifolia L.**

5 Foliis late-ovato-cordatis acutis, fauce glabris corolla calycem triplum longa; bracteis petiolatis ovato-acuminatis calycem subaequantibus. — Radix crassa; caules adscendentes superne ramosi; folia rugosa acute serrata ciliata, facie saturate viridia et glabra, dorso pallida et ad venas setulis arcuatis consita, floralia minima acuta integerrima; corollae duplo minores ac sequentis, superne caeruleae, inferne albicantes; filamenta tantum superne glabra, reliqua parte villosa. ♃. In sylvis umbrosis tractus montium Velebit circa Mali Halan et in ipsa alpe Debelo-berdo. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis circa Velika, in illis Syrmiensibus et ad Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 1161. (Sc. altissima L. Sc. commutata Guss.) — In Dalmatia Maly enum pl. aust. p. 182, g. 408. n. 5. — In.-Il. . . **Sc. peregrina WK.**

Foliis ovatis rugosis utrinque viscido-villosis; corolla calyce sexies longior, speciosa, violaceo-purpurea; bracteis calyce brevioribus. — Tota pubescens; radix multiceps; caules erecti ramosi; folia obtuse-dentata mollia utrinque pilis brevissimis viscidulis consita; flores breviter pedunculati; corollae tubus longus, ad basin geniculatus; filamenta tantum infra medium villosa. ♃. In sylvaticis montanis circa Čerevič in comitatu Syrmiensi. (Kan.) In sylvaticis Dalmatiae, Maly ennum pl. aust. p. 182. g. 468. n. 4. Il.-A.
Sc. Columnae All.

Gen. 369. **Prunella L. (Brunella Tourn.) Gèrgljanka.**

Calyx bilabiatus, fructifer compresso-clausus; corollae labium superius concavum, inferioris laciniae obtusae; annullus pilorum in tubo corollae; stamina apice dentifera antheris per paria approximatis; stylus laciniis subulatis recurvis apice stigmaticis; nuculae oblongae glabrae subtriquetrae. Vis. fl. dalm. II. p. 212, g. 344; Koch syn. pl. p. 659; Rchb. fl. g. p. 330, g. 436.

1 Staminibus longioribus apice dente spiniformi recto aut plane spina antrorsum arcuata instructis. . . . . 2.

Staminibus omnibus muticis, longioribus apice gibbo parvo instructis; corolla calyce quadrúplo longiore. — Folia radicalia oblongo-ovata hirsuta, petiolata, caulina sessilia integra aut laciniata; calycis labium superius trifidum laciniis aculeato-ciliatis, inferius bifidum laciniis margine revolutiš; corolla speciósa ma-

xima violacea aut purpurea. ♃. In collibus herbidis, montosis lapidosis siccis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 991 in devexitatibus herbidis montis Dinara. (Brunella grandiflora Mnch.) Il.-Ag. . . . . . . **P. grandiflora Jacq.**

2 Glabriuscula; foliis ovato-oblongis integris dentatis pinnatifidisque; labii calycini superioris dentibus brevissimis latis truncatis mucronatis, inferioris ovato-acuminatis breviter ciliatis; corollis purpureis angustis calyce vix duplo longioribus; filamentis longioribus prope antheram spina recta munitis. — Radix multiceps; caules erecti vel adscendentes setis adpressis consiti; folia petiolata plerumque integerrima raris setulis inspersa; bracteae semiorbiculares membranaceae cuspidatae, margine pilosae; calyx compressus; corollae tubus superne foveis 2 oblongis instructus, galea fornicata, superne in medio pilosa. ♃. In pratis pascuis, campis sylvarumque locis denudatis, ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll, fl. cr. — Vis. fl. dalm. 992 in herbidis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2254. (P. pinnatifida Pers. P. intermedia Bnth. P. laciniata Gaud. Brunella vulgaris Lam,) In.-Sept. . . . . **P. vulgaris L.**

Hirsuta; folis ovato-oblongis, inferioribus subdentatis aut integris, superioribus pinnatifidis; labii calycini superioris dentibus late ovatis truncatis medio acuminato-mucronatis, inferioris lanceolato-subulatis longe pectinnato-ciliatis; corollis albidis aut ochroleucis calyce duplo longioribus, filamentis prope antherarum spinam antrorsum incurvatam muticis. — Radix multiceps; caules adscendentes hirsuti; folia aspera hirsuta pallide viridia obtusiuscula; bracteae subrotundae mucronatae hirsutae; flores terni breviter pedunculati; calyx extus pilosus; corollae galea dorso pilosa. ♃. In locis montosis incultis pratisque siccis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 993 in siccis collinis arvisque argillosis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2256. (P. laciniata L. P. secunda Clus. Brunella laciniata Lam.) In.-Ag. **P. alba Pall.**

Trib. IX. **Prasieae Benth.** *Corolla labiata; fructus drupacei.*

Gen. 370. **Prasium L. Ljubor.**

Calyx campanulato-bilabiatus 10-nervis dentibus ovatis aristatis foliaceis, fructifer apertus; corolla tubo intus annullo pilorum instructo, galea convexa

labio inferiori trilobo; *antherae sub filamenti apice affixae*; *stylus subaequaliter bifidus*; *nuculae subglobosae drupaceae. Vis. fl. dalm. II. p. 220, g. 353*; *Koch syn. pl. p. 660*; *Rchb. fl. g. p. 334, g. 439.*

Foliis cordato-ovatis crenato-serratis glabris; bracteis integerrimis; corolla alba, galea virente, labio purpureo-punctato. — Frutex valde ramosus ramis junioribus hirsutis; folia opposita petiolata petiolis ciliatis, floralia minima, basi ciliata; bracteae ovato-lanceolatae ciliatae; calyx intus viscido-pubescens; corollae pubescentis tubus calyce longior; filamenta puberula. ♄. Vis. fl. dalm. 1008 in apricis rupestribus montosis circa Sebenico, Trau, Spalato, Almissa et Ragusa, nec non in insulis Ossero, Calogera et Lesina. (P. minus L.) Apr.-Ag. . . . . . **P. majus L.**

Trib. X. **Ajugoideae Benth.** *Corolla unilabiata, labium nempe superius nullum aut brevissimum, nuculae reticulato-rugosae. — (In genere Ajugae labium brevissimum adest*; *in genere Teucrii stamina e fissura egrediuntur et labium plane deficere videtur, sed tamen adest.)*

Gen. 371. **Ajuga L. Ivica.**

Calyx campanulatus 5-dentatus; *corollae cum stylo persistentis labium superius brevissimum bifidum, planum, inferius productum trifidum lobo medio emarginato aut bifido, tubus intus anullo pilorum provisus*; *stamina approximata, parallella*; *sacculi antherarum rima longitudinali communi dehiscentes*; *nuculae rugosae. Vis. fl. dalm. II. p. 221, g. 354*; *Koch syn. pl. p. 661*; *Rchb. fl. g. p. 313, g. 405.*

1 Florum verticillis multifloris; annullo piloso in tubo corollae a staminum ortu remoto; antheris reniformibus; glandula hipogyna; styli laciniis brevissimis erectisque. . . . . . . 2.

Florum verticillis bifloris aut floribus axillaribus solitariis; annulo piloso in tubo corollae staminum insertioni proximo; glandula hypogina nulla; antheris oblongis; styli laciniis elongatis divergentibus. 4.

2 Stolonibus nullis; caulibus villosis; foliis indivisis, imis minoribus. . . . . 3.

Stolonibus elongatis foliosis, reptantibus; foliis repandis vel obsolete crenatis, inferioribus reliquis multo majoribus et una cum caule glabris. — Caulis erectus tetragonus; folia punctata obtusa repando-crenata, facie setulis inspersa, dorso glabra, radicalia in petiolum longum canaliculatum ciliatum angustata, caulina sessilia, floralia sensim minora colorata; calyx pilosus, inferne ven-

tricosus; corolla extus villosa caerulea, rosea vel alba. ♃. In pratis et pascuis, ad vias et vineas totius Croatiae et Slavoniae in ipsas alpes adscendens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1009 in pratis et pascuis circa Nona, Derniš, Trau et Ragusa. (A. repens Host.) Rchb. fl. g. 2131. In.-Sept. . . **A. reptans L.**

3 Bracteis inferioribus trilobis, superioribus verticillo multo brevioribus. — Villosa; radix multiceps; caules fistulosi hirsuti; folia rugosa, radicalia breve-petiolata obovata crenata, infima angustata lanceolato-ovata, subsequa lato-ovata tantum supra medium dentata, floralia inferiora triloba, summa minima, ad bracteas reducta; calyx hirsutus; corolla cyanea, rarius alba extus pilosa; filamenta pubescentia. ♃. In campis arenosis, in ericetis, ad vias circa Zagrabiam, Crisium, Varasdinum, et alibi, nec non in campis et arvis montanis circa Kalnik. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvaticis comitatus Požegani, Viroviticensis et Syrmiensis. (Kan.) Rchb. fl. g. 2129. (A. montana Rchb. A. rugosa Host. A. alpina L. A. pyramidalis Bull, non L.) — Vis. fl. dalm. 1010 in pascuis locisque umbrosis circa Zara, Derniš, Trau, Salona, Ragusa et in insula Brazza. — In.-Ag. **A. genevensis L.**

Bracteis repando-crenatis, superioribus verticillo duplo longioribus. — Radix lignescens multiceps; caules pilis longis consiti; folia setulis exasperata, scabriuscula radicalia et caulina inferiora longe petiolata magna obovata repando-crenata, superiora sessilia ovata et supra medium dentata, floralia sensim minora ad bracteas reducta; calyx hirsutus; corolla violacea, externe hirta; filamenta puberula. ♃. In locis sylvaticis denudatis et pascuis subalpinis, veluti in monte Kalnik, Ivanščica, Sv. Jakob prope Zagrabiam, Ošterc prope Samobor, Klek et alibi in montibus tractus Velebit. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis montanis comitatus Syrmiensis. — Rchb. fl. g. 3130. (A. rupestris Shleich.) In.-Ag. . . . . **A. pyramidalis L.**

4 Foliis indivisis lineari-lanceolatis aut ovato oblongis vel cuneiformibus. 5.

Foliis cuneato-obovatis trifidis, laciniis linearibus floralibus flore longioribus aut illum subaequantibus; corollae labii inferioris laciniis lateralibus obtusis. — Herba annua hirsuta; radix teres fibris aucta; caules ramosi, primum breves et erecti, demum elongati et humifusi; calyx ventricosus, angulatus; corolla flava villo viscido consita, labium inferius basi punctis purpureis varie-

gatum; filamenta pilosa. ◯. In agris et arvis solo calcareo, praesertim in montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Cerovac, Tenje et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1011 in cultis incultisque totius Dalmatiae frequens. — Rchb. fl. g. 2127. (Bugula Chamaepytis Scop. Teucr. Chamaepytis L. Chamaepytis vulgaris Spenn. Mj.-Ag. . . . **A. Chamaepytis Schreb.**

Observ. variet. β. floribus magnis; foliis floralibus florem subaequantibus, est: A. Chia Guss. occurritque circa Sebenico locis siccioribus sterilibus.

5 Suffruticosa hirsuta; foliis sessilibus oblongo-linearibus 3—5-dentatis integrisve obtusis, superioribus integerrimis; corollae purpureae lobis obtusis. — Caules humiles villosi, nonnulli erecti alii decumbentes; folia opposita villosa; calyx brevissimus villosus; corollae tubus longissimus pilosus. ♄. Vis. fl. dalm. 1012 in saxosis strerilibus et ad muros campestres circa Scardona, Spalato, Makarska et Ragusa, nec minus in insulis Lesina et Lissa. — Rchb. fl. g. 2128. Mj.-Sept. . . . . . **A. Iva Shreb.**

Herba semipedalis pubescens foliis oblongis subcuneiformibusve subintegerrimis; corolla flavescente purpureo-venosa. — Radix repens; caules hirsuti; folia sessilia hirsuta, inferiora cuneiformia, saepe integerrima, superiora longiora ovato-oblonga, floralia latiora et integerrima; flores breviter pedunculati secundi; calyx laciniis ovatis; corolla ex ochroleuco et purpureo varia externe pubescens, labium inferius interne pilosum lineisque purpureis saturatioribus variegatum; filamenta longiora apicem versus setulis minimis inspersa. ♂. In apricis inter Mandjelos et Besenova in comitatu Syrmiensi et ad Popisanovoda prope Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 2146. (Phleboanthe Laxmanni Tsch. Teucr. Laxmanni L.) Mj.-II. . . . . **A. Laxmanni Benth**

Gen. 372. **Teucrium L. Dubačac.**

Calyx campanulatus vel tubulosus 5-dentatus; corollae labium superius bipartitum laciniis margini labii inferioris impositis; hinc fissura loco labii superioris, labium inferius 5-lobum, annullus in tubo corollae nullus; stamina approximata, e fissura labii superioris egredientia; antherarum sacculi rima longotudinali communi dehiscentes. Vis. fl. dalm. II. p. 222, g. 355; Koch syn. pl. p. 662; Rchb. fl. g. p. 314, g. 405.

1 Calyce bilabiato, labio superiori ovato indiviso, inferiori 5-dentato dentibus declinatis. . . . . 2.

Calyce subaequaliter 5-dentato. . . . . 3.

2 Foliis cordatis serratis petiolatis; florum racemis lateralibus secundis; corolla virente. — Radix repens; caules erecti aut adscendentes pilis dense tecti; folia oblonga rugosa setulisque adspersa; bracteae breviter petiolatae ovatae; calyx villosus inferne ventricosus; corolla ex ochroleuco virens pubescens lacinia labii inferioris intermedia maxima; filamenta puberula. ♄ Ad margines viae publicae inter Rakovpotok et Jaskam et in illis viae Louisianae inter Carolostadium et Netretić. Syll. fl. cr. Rhb. fl. g. 2144. (Scorodonia heteromalla Mnh.) Il. — Ag. **T. Scorodonia L.**

Foliis ovatis serratis; racemo dense spicato cylindrico sessili terminali; corolla alba. — Molliter villosum; caules suffruticosi ramosissimi; folia caulina oblonga, ramea breviora; flores in racemos densos basi foliatos dispositi verticillis 6-floris aequalibus; bracteis lanceolato-setaceis calyce sublongioribus, calycis dente supremo lateralibus duplo longiore; corolla albida externe villo viscidulo tecta; filamenta longissima ♃. In saxosis rupibusque lit. cr. circa Karolobago, Konjsko et Lukovo; ad viam versus Oštarije ducentem, nec minus ad illam a sv. Rok versus mali Halan et Podprag alibique in rupibus tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1013 in saxosis rupestribus montium Velebit, Mossor, Visosnica, Dinara supra Almissa, Biokovo, Sella, nec non circa Almissa, ad Prosič inter Duare et Makarska, Ragusa, Krivoscie et Grahovo. — Rhb. fl. g. 2145. (Scorodonia Arduini Rhb. T. lamifolium Urvill.) In Il. . . . **T. Arduini L.**

3 Florum verticillis 2-6-floris axillaribus, distantibus aut in racemum laxum digestis . . . . 4.

Florum verticillis in capitula terminalia densiflora congestis; calycibus aequaliter 5-dentatis; caulibus suffruticosis . . . . 9.

4 Verticillis axillaribus distantibus; foliis floralibus caulinis conformibus . . . . 5.

Verticillis in racemum laxum digestis; foliis floralibus reliquis difformibus, supremis ad bracteas rèductis . . . . 7.

5 Foliis oblongis indivisis sessilibus; verticillis 4-floris . . . . 6.

Foliis ovato-triangularibus tripartitis, segmentis obtuse pinnatifidis; verticillis 2-6-floris; calyce deorsum saccato. — Caulis erectus pilis mollibus viscidis tectus, a radice in ramos adscendentes divisus; folia petiolata pubescentia in lacinias breves obtusas divisa, subtus pallide viridia, punctata; flores axillares

pedunculati; calyx ventricosus; corolla purpurea alboque variegata; filamenta basi pilosa. ⊙. Inter segetes in agris lapidosis sterilibus circa Kalnik, Rieka, Sudovec, Ljubeščica, nec non circa Zagrabiam, Samobor, Krapina et alibi, nec minus in viis publicis cum glarea ex montosis rupestribûs adlatum. Syll. fl. cr. — In Slavonia in rupestribus calcareis circa Vučin, Sekulince et Semlin. — Vis. fl. dalm. 1015 in sylvaticis montis Dinara supra Glavač. — Rchb. fl. g. 2132. In.-Ag. . . **T. Botrys L.**

6 Foliis oblongis sessibus, basi attenuatis latitudine sua triplo longioribus. dentato-serratis; caule diffuso. — Radix repens; caules pilis albis mollibus tecti; folia crenato-serrata basi rotundata, superiora oblongo-lanceolata saepe postice attenuata et a medio deorsum integerrima; floralia conformia; calyx pilosus subtus ventricosus; corolla purpurea externe pubescens; filamenta basi pilosa. ♃. In pratis paludosis circa Paukovec. Sv. Helena Božakovina; frequentissimum in locis hieme inundatis ad fluvium Dravum intra Bukovec et Legrad. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis ad fluvium Dravum, Danubium, praesertim circa Essek Vukovar, Karlovic et Semlin; nec minus in uliginosis et paludosis circa Vučin totiusque comitatus Viroviticensis et Syrmiensis. — Rchb. fl. g. 2133. II.-Sept.

T. Scordium L.

Foliis oblongis basi cordatis amplexicaulibus crenato-serratis, lanuginosis. — Praecedente altius et robustius evidenter lanuginosum et stoloniferum; corolla multo major, purpurea, folia ratione latitudinis duplo breviora, superiora breviter ovata, omnia circa circum crenato-serrata, floralia conformia. ♃. Vis. fl. dalm. 1014 in aquosis et ad littora maris circa Zara, Kerka, Knin, Trau, Riviera dei Castelli, Vranjica, Ragusa, Canali, Teodo et Budua, nec non in insulis Veglia, Ossero et Lesina. — Rchb. fl. g. 2134. (T. Scordium Vis. et non L.) In.-Il.

T. scordioides Shreb.

7 Foliis cuneato-ovatis integris aut inciso-crenatis petiolatis; floribus purpureis. 8.

Foliis ovato-triangularibus basi subtruncatis, crenatis obtusis basis subtruncatae medio breviter cuneatis, floralibus sessilibus ovato-acuminatis concavis integris; floribus flavescentibus. — Velutinum fruticosum; caulis in ramos multos villosos divisus; folia crassa petiolata villosa, facie laete viridia dorso pallida; flores

*

axillares; pedunculi calycesque pilosi; corolla villosa; filamenta infra medium pilosa. ♄. Io montosis lapidosis litt. cr circa Flumen, Tersat, Praputnik, Segniam, Karlobago i Konjsko. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1017 in saxosis apricis Konjsko, Ragusa, Castelnovo, Cattaro et in scopulo S. Eugenia prope Trau, nec non in insulis Veglia, Cherso, Calogera et Lesina. — Rchb. fl. g 2137. Il.-Ag. . . . . **T. flavum L.**

8 Incanum, fruticulosum; foliis cuneato-ovatis acutis integerrimis, subtus canis petiolatis, supremis floralibus sessilibus; calycibus hirsutis, secundis, demum nutantibus. — Sufruticosum, foliis subtus tomentosis; floribus racemosis, secundis. — Rchb. fl. g. 2190. ♄. Vis. fl. dalm. 1018 in apricis saxosis insulae Morter. In.-Ag. . . . . , **T. Marum L.**

Villosum; foliis crenato-ovatis obtusis inciso-crenatis petiolatis, supremis floralibus subsessilibus integris. — Radlx stolonibus repens; caules pilis deciduis adspersi; petioli canaliculati, folia facie nitida, dorso pallida punctisque albis notata, primo margine revoluta, dein plana; bracteae obovatae ciliatae, inferiores apice dentatae; pedunculi breves pilosi; calyx pubescens; corolla pilis viscidulis consita; filamenta basi pilosa. ♃. In pratis paludosis, in fossis et inundatis, nec minus in collibus apricis circa Toplikam, Crisium, Zagrabiam alibique in Croatia et Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1016 in collibus, montibus locisque sylvaticis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2135. Il.-Ag.

T. Chamaedris L.

O b s e r v. v a r i e t. β. floribus longe racemosis; foliis parvis, floralibus ovato-oblongis acutis, apice serrulatis integerrimisque, est: T. microphyllum Vis fl. dalm. 1016. γ. occurritque in insula Lesina prope Gelsa.

Suffruticosum incanum, floccoso-tomentosum; foliis sessilibus obverse lanceolatis linearibusve, antice crenatis obtusis; capitulis globosis cymosis pedunculatis calycis dentibus muticis. — Radix lignosa; caules prostrati ramosi ramis partim erectis, partim adscendentibus; folia utrinque tomentosa, pleraque margine revoluta; calyx tomentosus dentibus obtusis; corolla minuta ochroleuca, rarius purpurea. ♄. In rupestribus apricis litt. cr. circa Flumen, Svilno, Portorè, Novi, Povile, Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1019 in saxosis apricis totius Dalmatiae vulgare. Rchb. fl. g. 2133. Il.-Ag. . . **T. Polium L.**

Observ. variet. β. foliis linearibus vel lineari-oblongis capitulisque parvis cano-tomentosis, est: T. capitatum L. — Rchb. fl. g. 2142 occurritque cum specie.

Var. γ. foliis oblongis capitulisque tomentoso-lanatis, floribus rubro-purpureis, est: T. Achaemonis Host.

Suffruticosum prostratum, superne incanum; foliis brevissime petiolatis lineari-lanceolatis subintegerrimis, margine revolutis obtusis, subtus canis; floribus fasciculato-capitatis; calycis dentibus cuspidatis. — Radix lignosa; caules suffruticosi in orbem diffusi, ramosi ramis teretibus herbaceis adscedentibus; folia acutiuscula integerrima, facie viridia, dorso tomento cano tecta, margine revoluta, demum plana: flores albi. ♄. In apricis petrosis glareosis planitierum et montium solo calcareo, veluti ad rupes Kalnikenses, in montibus Ivanšcica, in illis ad Zagrabiam, ad Samobor et alibi, praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in montosis ad Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1020 in saxosis apricis collium et montium, alibique frequens. — Rchb. fl. g. 2138. In.-Il. . . . **T. montanum L.**

Observ. variet. β. foliis anguste linearibus margine omnino revolutis, est: T. supinum Jacq. occurrritque in saxosis apricis litt. cr. et in collibus lapidosis Croatiae australis.

Subordo II. Ovaria duo placenta parietali, aut ovarium solitarium bipluriloculare placentis centralibus, aut ovarium uniloculare placentis parietalibus.

a. Thalamiflorae i. e. corolla staminibusque thalamo, et non calyci, insertis.

Fam. LVI. **Polygaleae Juss. Krestušci.**

Flores hermaphroditi irregulares aestivatione imbricati; calyx liber 5-sepalus sepalis 3 exterioribus minoribus herbaceis, interioribus 2 saepius petaloideis; corolla hypogyna pseudo 3—4-petala petalis cum tubo stamineo conuatis; stamina 8 filamentis ad apicem usque aut sola basi connatis; antheris in fasciculos 2 aequales dispositis unilocularibus poroque dehiscentibus; ovarium 1—2-loculare dissepimento valvulis contrario, loculis uniovulatis, ovulis pendulis basi saepe arillatis; fructus capsularis bilocularis membranaceus loculicido dehiscens. Vis. fl. dalm. III. p. 93; Koch syn. pl. p. 98; Rchb. fl. g. p. 249.

Plantae herbaceae aut suffruticosae foliis sparsis simplicibus integerrimis exstipulatis; floribus racemosis terminalibus bracteatis.

Gen. 373. **Polygala Tourn. Krestušac.**

Character generis idem qui familiae.

1 Corolla cristata multifida; filamentis in phalanges binas ad apicem usque connatis; racemis terminalibus multifloris. . . . 2.
Corolla cristata quadriloba; filamentis liberis et tantum ima basi monadelphis; pedunculis axillaribus et terminalibus subbifloris. . Radix gracilis longa multiceps; caulis fruticulosus ramosus decumbens saepiusque radicans; folia coriacea perennantia lanceolata aut elliptica mucronata, brevissime petiolata, margine scabra, inferiora minora obovata; corolla ohroleuca aut flava profunde partita, rarius purpurascens; stylus semicirculariter incurvatus. ♄. In graminosis montis Merzin prope Korenica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2406. Apr.-In. . . . . . . **P. Chamaebuxus L.**

2 Stipite ovarii sub anthesi ipsum ovarium aequante aut illo plane breviori. . . . . 2.
Stipite ovarii sub anthesi ovario triplo aut plane quadruplo longiore. — Pedalis, erecta; flores maximi laete carnei aut rosei, raro cyanei; radix lignosa multiceps; caules herbacei stricti pilisque minutis obsiti; folia sessilia sparsa suberecta acuta utrinque villo minutissimo vestita; pedunculi basi tribracteati bracteis membranaceis ciliatis deciduis coloratis, intermedia longissima; sepala 3 exteriora ad apicem ciliata, ad costam viridula, 2 lateralia oblongo-ovata venosa patentia; capsula emarginata. ♃. In pratis siccis saxosisque circa Podsused. (Klinggraeff. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis circa Budanica, inter Vučin et Kuzmanac, nec non circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 2405. (P. rosea Desf.) Mj.-Il.. . . . . **P. major Jacq.**

3 Sepalis interioribus (alis) 3-nerviis, nervis lateralibus externe reticulato-venosis conjugatis. . . . . 4.
Sepalis interioribus 3-nerviis apice vix conjugatis, lateralibus externe venosis, venis parce ramulosis, non reticulato-anastomosantibus; foliis caudiculorum modice elongatorum obovatis obtusis, supremis ipsorum rosulatis maximis, florentium oblongo-cuneatis. — Suffruticulosa; radix lignosa: caules herbacei superne angulosi pubescentes, nonnulli erecti, alii basi decumbentes dein adscendentes; folia inferiora rosulata obovata maxima, caulina oblongo-linearia; bracteae omnes pedicello breviores; flores caerulaei, lilacini, rarius albi, lobus corollae inferior fimbriatus

calycem subaequans. ♃. In pratis udis, paludosis locisque turfosis planitierum, montium et alpium totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1323 in pascuis udis subalpinis montium Velebit, Promina et Biokovo. — Rchb. fi. g. 2395. (P. amarella Crntz.) Mj.-Il. . . . . **P. amara Jacq.**

Observ. Distinguuntur sequentes varietates:

Variet. β. sepalis lateralibus cuneato-ellipticis corollam fimbriatam subaequantibus capsulaque demum brevioribus et angustioribus, est: P. uliginosa. Rchb. fl. g. 2394.

Variet. γ. sepalis lateralibus dilatatis cuneato-obovatis corolla fimbriata brevioribus, capsula cuneato-obcordata latioribus et longioribus, est: P. amblyptera. Rchb. fl. g. 2401.

Variet. δ. humilis, foliis etiam superioribus ellipticis et radicalibus saepissime nullis; floribus parvis cyaneo-virentibus, est: P. alpestris. Rchb. fl. g. 2396 et denique,

Variet. ε. floribus minimis albidis vel caerulescentibus; sepalis lateralibus corolla fimbriata capsulaque brevioribus duploque angustioribus, est: P. austriaca Crntz. Rchb. fl. g. 2393. — Omnes occurrunt in iisdem locis ac ipsa species et illa sub δ. praesertim in pascuis alpium Plicšivica et Visočica.

4 Bracteis lateralibus longitudine pedicelli aut plane longioribus. . 5.
Bracteis lateralibus pedicello dimidio brevioribus; sepalis interioribus (alis) ellipticis ovatisve 3-nerviis nervis apice vena obliqua conjugatis; lateralibus externe venosis venis ramosis urceolato-anastomosantibus. Radix lignosa multiceps; caules procumbentes setis minutissimis adspersi; folia ima elliptica brevia sparsa, reliqua lanceolato-linearia acutiuscula; bracteae membranaceae canaliculatae, margine glabrae; flores caerulei, rosei aut albi. ♃. In pratis et pascuis siccis, collibus graminosis locisque incultis planitierum, montium ipsorumque alpium totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm, 1322 in pascuis pratisque siccis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2399. Mj.-Il.

P. vulgaris L.

5 Bracteis ante anthesim comosis; sepalis interioribus ellipticis, lateralibus elliptico-oblongis capsula obcordata longioribus eamque latitudine aequantibus; foliis imis minimis sparsis obovatis, reliquis linearibus. — Caulis adscendens spithamaeus aut sesquipedalis, rami virgati; racemus elongatus multiflorus, flores rosei viridi-nervosi, rarissime caerulei aut albi bracteis breviores.

In pascuis saxosis montium circa Kamenjak et Jelenje prope Flumen. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2403. Mj.-Il. **P. comosa Schk.**

Bracteis nunquam comosis, nec unquam pedicello longioribus; sepalis interioribus subrotundo-ovatis, lateralibus cuneato-obovatis, corolla fimbriata brevioribus, capsulam obcordato-cuneatam subaequantibus; foliis imis magnis obovatis, reliquis lineari-lanceolatis. — Radix ut omnium lignescens; caules decumbentes, demum adscendentes et una cum foliis pubescentes. Caeterum P. amarae proxima, a qua tamen praeter notas citatas etiam floribus majoribus, bracteis oblongis et racemo fructifero laxo affatim differt. ♃. In collibus herbidis litt. cr. circa Karlobago et in ipsa Dalmatia in iisdem locis cum P. vulgari L. cujus nonnisi varietas habetur. — Rchb. fl. g. 2401 var. β. Jn.-Il.

P. nicaeensis Risso.

b. **Calyciflorae, i. e.** *corolla staminibusque disco basi adnato insertis.*

Fam. LVII. **Monotropaeae Nutt.**

Calyx persistens; corolla pseudo-4--5-petala hypogyna aestivatione imbricata persistens, stamina hypogyna libera numero petalorum dupla, 5 alterna e sinu glandularum hypogynearum basin ovarii ambientium egredientia, 5 cum glandulis alternantia; ovarium liberum semiquinqueloculare; capsula 5-valvis valvulis medio dissepimentum incompletum ad basin columellae pentagonae adnatum gerentibus; stylus 1; stigma magnum infundibuliforme; semina copiosa arillo tubuloso reticulato inclusa subglobosa, arillo multo minora. Koch syn. pl. p. 551.

Plantae parasiticae in arborum radicibus, aphyllae succulentae, caule squamis tecto habituque externo Orobancheis proximae illisque persimiles.

Gen. 374. **Monotropa L. Bezlistac.**

Character generis idem qui familiae.

Racemo multifloro; floribus lateralibus octandris, terminali decandro; sepalis planis; petalis denticulatis; capsula oblonga filamentis germineque hirsutis. — Parasitica, spithamaea, foliis hebetatis ad squamas reductis sparsisque; racemus nutans; tota albido-straminea stigmate solo mellei coloris, demum fuscescens, imo nigrescens. ♃. In sylvis montanis umbrosis inter folia semiputrida totius Croatiae, sed nullibi frequens. Syll. fl.cr. — In Slavonia in iisdem locis in comitatu Syrmiensi, nec minus in

sylvis tractus montis Papuk. (Kan.) Rchb. fl. g. 2766. In.-Il.

M. Hypopitys L.

Observ. variet. β. capsula subglobosa: filamentis glabris, est: M. glabra Bernh. — (M. Hypophegea Wallr. M. Hypoxya Sprgl.) Rchb. fl. g. 2767. Cum priori, sed illa multo rarior.

Fam. LVIII. **Pyrolaceae Lindl. Kruščice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx 5-partitus; corolla pseudo-pentapetala; stamina 10 filamentis filiformi-subulatis complanatis, antherae basi bicornes poris duobus dehiscentes; ovarium liberum pluriloculare; stylus teres; stigma capitatum 5-tuberculatum, 5-radiatum; capsula 5-locularis globoso-pentagona a basi loculicido dehiscens valvis basi et apice columellae adnexis; semina numerosa testa reticulosa utrimque producta. Koch syn. pl. p. 550.

Herbae stoloniferae; folia subradicalia, subcoriacea petiolata, caulina hebetata squamaeformia; flores racemosi, rarius umebellati aut caule unifloro.

Gen. 375. **Pyrola Tourn. Kruščica.**

Character generis idem qui familiae.

1 Floribus racemosis; marginibus rimarum capsulae pilis lanatis conjunctis. 2.

Scapo unifloro; marginibus rimarum capsulae glabris. — Radix filiformis repens; cauliculi pusilli simplices angulati; folia petiolata obovata obtusa serrulata glabra; flos in scapo unicus, nutans; laciniae calycis pilosi ovatae pilis glanduliferis; corollae petala obovata, alba, colore rubello suffusa; stylus rectus. ♃. In Sylvis umbrosis ad lacum Plitvicensem „Kozjak“ dictum; in alpe Pliešivica et in valle Villena-et Farkašić-draga. — Rchb. fl. g. 2781. (Monesia grandiflora Salisb.) Mj.-In.

P. uniflora L.

2 Racemo aequali et regulari, nec secundo. . . . . 3.

Racemo secundo; corolla ovali-oblonga virescenti-alba; foliis ovatis acutis. — Radix repens; caudex ramosus aut simplex, foliosus; folia petiolata ovata glabra acuta serrata; flores nutantes secundi bracteis lanceolatis suffulti; calyx parvus; petala oblonga; stylus rectus; stigma in lobos 5 divisum. ♃. In sylvis montis Ljubel prope Toplika, nec non in illis tractus montium Ivanščica ad Greben et Melengrad. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2782, In.-Il. . . . . **P. secunda L.**

3 Staminibus sursum curvatis; stylo declinato apice arcuato; petalis obovatis. . . . . 4.

Staminibus aequaliter conniventibus; stylo recto perpendiculari; stigmate 5-crenato latitudinem styli duplo superante. — Radix, ut omnium — repens; folia elliptica crenata; scapus quadrangularis angulo unico reliquis minore, interdum spiraliter contortus; racemus longus, quandoque laxus, imo interruptus; flores nutantes; calycis laciniae breves latae acutae; petala orbiculata convergentia pallide rosea; stylus brevis teres. ♃. In sylvis umbrosis montis Klek et in illis montium Kapelae majoris. Vis. fl. dalm. 830 in vallibus nemorosis montis Biokovo. — Rchb. fl. g. 2783. Mj.-In. . . . . **P. minor L.**

Observ. variet. β. corolla campanulato-globosa apice contracta rosea, speciosa crassiuscula; calycis laciniis abbreviatis, latis, nec acuminatis, est: P. rosea Sm. occurritque cum specie illaque frequentius. — Rchb. fl. g. 2784. (P. rotundifolia Vis., sed non L.)

4 Laciniis calycinis lanceolatis acuminatis apice recurvatis corollamque dimidiam aequantibus. — Reliquis elatior; folia ovalia subrotunda obiterque crenata; scapus squamis 5—7 provisus, quarum tres basi approximatae; racemus elongatus multiflorus, floribus albis, bracteis membranaceis lanceolatis concavis suffultis; stylus clavatus; stigma annullare 2-dentatum. ♄. In sylvis montanis umbrosis totius Croatiae vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2787. In.-Il. . . . . **P. rotundifolia L.**

Laciniis calycinis ovatis breviter acuminatis aeque latis ac longis corollae capsulaeque adpressis et corolla quadruplo brevioribus. — Foliorum lamina ovalis, subrhombea aut subrotunda, crenulata vel subintegerrima vix pollicaris nec ultra; scapus uni-vel plane esquamosus; racemus laxus 3—8, raro pluriflorus; calycis laciniae latae ovatae acutae; petala oblonga obtusa concava flavo virentia. ♃. In sylvis umbrosis Croatiae australis, veluti in illis ad pedem alpis Pliešivica, et montis Merzin; nec minus in illis provinciae Likanae ad Divoselo, Smiljane et Medak Syll fl. cr. — Rchb. fl. g. 2786. — (P. virens Schweigg. — P. media Hayne. P. asarifolia Bad. P. rotundifolia St.) In.-Il. **P. chlorantha Schwarz.**

Fam LIX. **Ericineae Desv. Vrešnjače.**

Flores hermaphroditi; calyx inferus liber 4—5-fidus, vel partitus persistens; corolla monopetala 4—5-fida vel partita hypogyna aestivatione imbricata; stamina laciniis corollae alterna aut dupla, ante corollam disco hypogyno inserta, libera, nec corollae adnata, antherarum loculis binis poris aut rimis dehiscentibus; ovarium disco hypogyno insertum liberum multiloculare loculis mono-aut multioculatis, placentis centralibus; stylus 1; stigma 1; fructus capsularis vel baccatus; semina aptera; embryo in axi albuminis, radicula ad hilum versa. Koch syn. pl. p. 546.

Fruticuli aut suffrutices foliis exstipulatis alternis verticillatisve, articulatis integris sempervirentibus; pedicellis saepissime bracteatis.

Trib. I. **Arbuteae DC.** *Fructus baccatus.*

Gen. 367. **Arbutus Tourn. Planika.**

Calyx 5-fidus corolla urceolata 5-dentata dentibus recurvis; stamina 10 antheris apice biporosis, dorso bicornibus aut biaristatis; bacca 5-locularis loculis 4—5-spermis. — Vis. fl. dalm. II. p. 141, g. 293; Koch syn. pl. p. 546; Rchb. fl. g, p. 416, g. 536.

Foliis obovatis vel oblongo-lanceolatis serratis coriaceis glabris. — Frutex 6- -8-pedalis, cortex brunneofuscescens rimosus; folia pollicaria et ultra latiora vel angustiora acuta; panicula pubescens; corolla alba vel cerea apice interdum viridula; baccae muricato-verrucosae, maturae amoene coccineae. ♄. In montosis rupestribus litt. cr. circa Flumen, Vlaka, Praputnik et Piket. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 821 copiosissime in tota Dalmatia littorali et insulari locis saxosis apricis. — Rchb. fl. g. 2791. (Unedo edulis Lk.) Octob.-Febr. . . . . . . , **A. Unedo L.**

Gen. 377. **Arctostaphylos Adans. Opirnik. Medviedika.**

Calyx 5-fidus; corolla urceolata suborata limbo 5-fido; laciniis recurvis; stamina 10 antheris apice biporosis, dorso biaristatis; drupa nucleo 5-loculari loculis monospermis. — Vis. fl. dalm. II. p. 141, g. 294; Koch syn. pl. p. 546; Rchb. fl. g. p. 416, g. 535.

Foliis oblongo-obovatis integerrimis sempervirentibus glabris reticulato-venosis, venis utrinque impressis, junioribus margine pubescentibus; racemis brevibus terminalibus brevissime bracteolatis. — Frutex trunco prostrato ramosissimus ramulis adscendentibus;

folia breviter petiolata coriacea ciliata pilis deciduis; calycis laciniae ovatae; corolla carnea, drupae rubrae. ♄. Vis. fl. dalm. 822 in saxosis apricis montium Velebit et Biokovo. — Rchb. fl. g. 2789. (Arbutus Uva ursi L.) . . . . . **A. Uva ursi Spr.**

Observ. Planta Vaccinio Vitis Ideae perquam similis et saepius in officinis commixta; distinguitur facile foliis integerrimis, non subtus punctatis, nec margine revolutis.

Trib. II. **Ericeae DC.** *Fructus capsularis varie dehiscens; corolla marcescens.*

Gen. 378. **Calluna Salisb. Vrišt. Vristica.**

Calyx tetraphyllus bracteolatus coloratus scariosus corollaque longior; corolla campanulata 4-fida; stamina 8 antheris sub apice rima dehiscentibus basi biaristatis; ovarium 4-loculare pluriovulatum; capsula 4-locularis, 4-valvis dissepimentis a valvulis disjunctis, columellae adnatis, suturis oppositis. Vis. fl. dalm. III. p. 142, g. 295; Koch syn. pl. p. 547; Rchb. fl. g. p. 412, g. 528.

Fruticulus ramosus sempervirens foliis oppositis quadrifariam imbricatis cruciatis, sagittatis, sessilibus; racemis terminalibus multifloris foliatis secundis, apice saepius comosis; bracteis senis per paria decussatis florem scariosum lilacinum nitidum involucrantibus calyculumque simulantibus; capsula depressa pilosa. — Calyx et corolla persicina rarius rosea aut plane alba. — ♄. In sylvis, pascuis sylvaticis pratisque siccis sterilibus solo arenoso totius Croatiae, praesertim montosae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis montanis circa Drenovac, Selo et Duzluk. (Kan.) Vis. fl. dalm. 823 in pascuis circa Nona et ad pedem montis Velebit ad Paklenica. — Rchb. fl. g. 2768. (Erica vulgaris L. Calluna Erica DC.) II.-Oct. . . . . **C. vulgaris Salisb.**

Gen. 379. **Erica L. Vriesak ili Vris.**

Calyx 4-sepalus aut 4-partitus; corolla limbo 4-fido aut 4-partito calyce longior; stamina 8 antheris sub apice foramine dehiscentibus basi biaristatis aut muticis; ovarium 4-loculare multiovulatum; capsula 4-locularis, 4-valvis valvulis medio septigeris, septo completo vel incompleto. Vis. fl. dalm. II. p. 142, g. 296; Koch syn. pl. p. 547; Rchb fl. g. p. 412, g. 529.

1 Antheris basi muticis. . . . . 2.

Antheris inclusis basi calcaratis; stigmate peltato; corolla campanulata 4-fida. — Quadri-sexpedalis erecta, ramuli cano-tomentosi; folia terna linearia obtusa, margine acuta, subtus convexa

lineaque exarata, supra plana glabra; flores in ramulis racemoso-paniculati albi; sepala ovata, corolla campanulata triplo breviora; stylus exsertus. ħ. Vis. fl. dalm. 828 in locis asperis totius Dalmatiae valde frequens. — Rchb. fl. g. 2776. (E. scoparia Wulf. E. procera Salisb. E. elata L. E. lusitanica Roth.) Mj.-In. . . . . **E. arborea L.**

2 Antheris exsertis: foliis quinis quaternisve. . . . . 3.

Antheris inclusis; foliis nonnisi ternis linearibus margine revolutis glabris; corolla campanulata; stigmate peltato exserto. — Stricta 3—4-pedalis ramis tenuibus virgatis valde fragilibus; folia $2\frac{1}{2}$ lineas longa, tenuia, minuta, viridia et patentia; flores axillares, secundi, virescentes, rarius rosei; involucrum triphyllum remotum. ♄. In saxosis apricis insulae Brazza et Lesina teste clar. Portenschlag. (Host. fl. aust. I, p. 175, n. 5. Rchb. fl. g. 2669. (E. viridi-purpurea L. E. virgulata Wendl. E. furcata Thnb.) Mr.-Apr. . . . . **E. scoparia L.**

3 Sepalis lanceolatis corolla dimidio brevioribus; antheris apice bifidis; stigmate truncato simplici aut bifido; floribus racemosis secundis; foliis patentibus. . . . . 4.

Sepalis ovatis aut ovato-lanceolatis corolla duplo aut plane triplo brevioribus; floribus racemosis sparsis; stigmate crassiusculo. . 5.

4 Caule decumbente, ramis angulatis effusis; foliis linearibus margine et apice acutis, subtus carinatis; sepalis acutis; corolla cylindrico-campanulata. — Fruticulus elegans, densus, glaber; folia breviter petiolata; pedunculi uniflori solitarii medio tribracteati bracteis brevibus ciliatis; flores ante anthesim virentes, sub anthesi eleganter carnei antheris nigris. ♄. In ericetis sylvisque acerosis montanis et subalpinis circa Samobor, in monte Klek, Merzin alibique in asperis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 824 in sylvis montium Velebit ad Paklenica, nec non in montosis supra Dernis et ad sepes agri Sebenicensis. — Rchb. fl. g. 2772. (E. herbacea L. E. purpurascens Thnb.) Apr.-Mj. . . . . **E. carnea L.**

Observ. Flores autumno apparent calyce inclusi, in quo statu planta refert E. herbaceam L.

Caule ramisque angulatis, nunc albido lineatis, nunc fuscis, erectis; foliis linearibus margine et apice obtusis, subtus sulco glauco exaratis; florum racemis elongatis; sepalis imo apice obtusis; corolla ovata; stigmate bifido. — Proxima praecedenti, sed

bipedalis, caulis strictus albicans; folia ad 3 lineas longa patentia, juniora subciliata; pedunculi medio nonnisi bibracteati; corolla calyce coarctato fere duplo major, carnea. ♄. Vis. fl. dalm. 825 ad sepes et in sterilibus Dalmatiae, praesertim montanae. — Rchb. fl. g. 2773. (E. lugubris Salisb.) Mr.-Apr.

E. mediterranea L.

5 Caule ramisque erectis; foliis 3—5-linearibus obtusis patulis laevibus supra carinatis subtus unisulcatis; sepalis ovato-lanceolatis corolla cylindrica duplo brevioribus. — Pedalis et ultra ramis longis rectisque; flores thyrsoideo-conferti; corolla rosea, antherae minutae; pedunculi breves; calyces minimi. ♄. Vis. fl. dalm. 827 inter frutices insulae Lesina et Lissa, nec non ad sepes secus viam inter Spalato et Castel Badessa. — Rchb. fl. g. 2770. (E. vagans DC. E. juniperifolia Garid.) Ap.-Sept. **E. multiflora L.**

Caule erecto, ramulis albidis divergentibus; foliis nonnisi ternis, rarissime quaternis linearibus obtusiusculis strictis utrinque convexis, subtus unisulcis; sepalis ovatis corolla campanulata triplo brevioribus; antherarum loculis ad basin usque sejunctis. — Praecedenti affinis, differt tamen, corollis brevioribus, minoribus, antheris profundissime partitis foliisque strictis, nec unquam patulis. ♄. Vis. fl. dalm. 826 inter frutices et ad sepes circa Salona, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Čherso, Ossero, Lesina et Lissa. (E. vagans Benth. E. multiflora Salisb. E. vaga Silth. E. mediterranea Vis.) Feb. Ap., dein a Sept. ad Nov.

E. verticillata Forsk.

Trib. III. **Rhodoreae D. Don.** *Fructus capsularis septico-dehiscens, dissepimento duplicato; corolla decidua.*

Gen. 380. **Azalea L. Odur.**

Calyx aequaliter 5-partitus: corolla regularis 5-fida; stamina 5 antheris longitudinaliter dehiscentibus; capsula quadrivalvis marginibus valvularum inflexis quadrilocularis. Vis. fl. dalm. II. p. 144, g. 297; Rchb. fl. g. p. 417, g. 540; Koch syn. pl. 548.

Fruticulus ramosus repens foliis oppositis oblongo-ellipticis integris petiolatis, margine revolutis persistentibus glabris; pedunculis terminalibus solitariis vel aggregatis, floribus roseis. ♄. Vis. fl. dalm. 829 in rupestribus elatioribus alpium Velebit in monte Santo. — Rchb. fl. g. 2797. (Chamaeledon procumbens Lk. Loiseleuria procumbens Desv.) In.-Il. . . **A. procumbens L.**

Gen. 381. **Rhododendron L. Pienišnik.**

Calyx 5-partitus; corolla rotata 5-loba patentissima vel infundibuliformis; stamina 10; antherae apice poris 2. dehiscentes; stigma capitatum; capsula 5-locularis subglobosa; semina scrobiformia. Koch syn. pl. p. 549.

1 Corolla infundibuliformi; staminibus declinatis. . . . . 2.
Corolla rotata patentissima; staminibus patentibus; pedunculis calycibusque glanduloso-pilosis. — Fruticulus spithamaeus ramis adscendentibus; folia elliptico-lanceolata serrato-ciliata glabra eglandulosa, breviter petiolata subtus albo-punctata; flores terminales subgemini; calyx magnus, corolla rosea aut albida rubore tantum suffussa. ♄. In alpium calcarearum rupibus in Dalmatia. Mali ennum pl. aust. p. 218. g. 501, n. Rhodothamnus Chamaecystus Rchb. fl. ex v. 2798.) In.-Il. **Rh. Chamaecystus L.**

2 Foliis oblongo-lanceolatis ellipticisve margine glabris subtus glanduloso-lepidotis squamulisque totam superficiem dense tegentibus denique ferrugineis; dentibus calycis breviter ovatis transverse latioribus. — Fructiculus pedalis spithamaeusve; folia firma subintegerrima facie laete viridia, subtus ferruginea; pedunculi erecti uniflori, flores rosei in racemum collecti: calyx exiguus glaber. ♄. In sylvis alpinis subalpinisque, veluti in monte Klek et Merzin, nec non in alpe Pliešivica et Visočica. Syl. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2795. Il.-Ag. . . . . **Rh. ferrugineum L.**
Foliis ellipticis vel oblongo-lanceolatis obtuse crenatis remote ciliatis glabris subtus glanduloso-punctatis; dentibus calycis oblongo-lanceolatis. — Fruticulus pedalis et ultra contortus valdeque ramosus ramis junioribus pilosis; folia facie virentia et parum punctata, dorso pallidiora punctisque fuscis adspersa: pedunculi, calyces, corollae lilacinae capsulaque externe punctis eminentibus inspersa. ♄. In iisdem locis cum praecedente illoque frequentius. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2794. Mj.-Il. **Rh. hirsutum L.**

Observ. Forma foliis remote ciliatis, subtus dense glanduloso-punctatis, punctis sejunctis, denique ferrugineis, est: Rh. intermedium Tsch. occurritque cum prioribus in monte Klek, quorum hybrida proles esse viedetur.

c. Corolliflorae, i. e. staminibus corollae insertis.

a. Corolla regulari.

Fam. LX. **Styraceae Cl. Rich. Dievičine.**

Flores hermaphroditi; calyx ovario paullisper adhaerens cupuliformis repando 5-dentatus; corolla perigyna infundibuliformis tubo brevi, limbo profundissime 5—7-partito, lobis cum illis calycis alternantibus; stamina 6—16 basi corollae inserta ejusdemque lobis alterna aut dupla; ovarium semiliberum septis incompletis triloculare; stylo filiformi simplici, stygmate capitato lobato lobis locularum numerum aequantibus; drupa coriacea globosa canescens mono-disperma calyci basi adnata; semen hilo infero, embryone recto in axi albuminis carnosi; radicula hilo proxima. Vis. fl. dalm. II. p. 145

Gen 382. **Styrax Tourn. Dievica.**

Character generis idem qui familiae.

Foliis subrotundo-ovalibus integrie subtus tomentoso-canescentibus; racemis terminalibus paucifloris simplicibus; pedicellis pedunculo abbreviato longioribus calycibusque incanis; floribus albis suaveolentibus. — Frutex pilis stellulatis canescens, foliis alternis subtus reticulato-venosis petiolatis; floribus breviter racemosis. ♄. — Vis. fl. dalm. 831 ad vinearum muros et saxorum acervos circa San Giovanni, San Pietro et Neres in insula Brazza, nec non insula Arbe. — Rchb. fl. g. 2870. Ap.-In. **St. officinalis L.**

Fam. LXI. **Ebenaceae Cl. Rich. Revanovci.**

Flores polygami; calyx liber 4—6-lobus in fructu auctus; corolla urceolata hypogyna monopetala 3—6-loba lobis aestivatione imbricatis; stamina imae corollae inserta 8—16 filamentis duplicatis; ovarium liberum in floribus masc. abortivum; in fl. foemineis stamina sterilia pauca, ovarium 8—12-loculare ovulis solitariis; stylus 2—4-fidus; bacca pulposa 8—12-locularis calyce patente suffulta, loculis monospermis. Vis. fl. dalm. II. p. 146.

Gen. 383. **Diospyros L. Revan ili Dragun.**

Character generis idem qui familiae.

Foliis oblongis acuminatis, superne glabriusculis, subtus pubescentibus discoloribus; floribus axillaribus brevissisme pedicellatis; calycis 3-fidi basi intus extusque villosa. — Arbor 25—30-pedalis ramis patulis subfuscis, junioribus puberulis, ligno durissimo; folia alterna integra exstipulata tripolicaria; flores axillares

cymosi vel abortu solitarii, rubro-viriduli; drupa nigra, edulis cerasiformis. ♄. In collibus et sepibus litt. cr. circa Karlobago et Sv. Juraj. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 832 in sylvaticis ad pedem montis Biokovo — Rchb. fl. g. 2871. Il.-Ag.

D. Lotus L.

Fam. LXII. Aquifoliaceae DC. Božikovine.

Flores hermaphroditi aut abortu unisexuales, regulares laciniis aestivatione imbricatis; calyx 4—6-fidus persistens; corolla gamopetala rotata 4—6-partita hypogyna; stamina 4 sessilia imae corollae adnata ejusque laciniis numero aequalia et alterna antheris introrsis; ovarium 2—6-loculare loculis uniovulatis ovulis pendulis; stigma lobatum fere sessile; fructus drupaceus indehiscens: albumen magnum; embryo rectus parvus, radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. III. p. 234; Koch syn. pl. p. 552.

Gen. 384. Ilex. L. Božikovina.

Character generis idem qui familiae.

Foliis elliptico-oblongis marginatis sinuato-spinosis integrisve, floribus axillaribus fasciculatis aut solitariis albis extus viridulis; drupis coccineis. — Frutex arborescens sempervirens ramis tetragonis, foliis alternis simplicibus petiolatis coriaceis nitidis exstipulatis. ♄. In sylvis et pascuis montium Kalnik, Ivanščica, Sv. Jakob prope Zagrabia, ad Samobor et Klek, nec non in illis Croatiae australis et litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1693 in sylvis montium Velebit ad Paklenica. — Rchb. fl. g. 2769. Mj.-In. . . . . **I. Aquifolium L.**

Fam. LXIII. Oleaceae Lindl. Maslinjače.

Flores hermaphroditi completi, rarius dioici nudi; calyx monophyllus iber 4-fidus persistens nullusve; corolla hypogyna monopetala, limbi quadrifidi lobis aestivatione valvatis, aut tetrapetala aut nulla; stamina 2 filamentis tubo petalisve corollae adnatis, antheris dorso affixis bilocularibus liberis; ovarium biloculare loculis biovulatis, ovulis pendulis collateralibus; fructus capsularis baccatus vel drupaceus; semina albuminosa; embryo rectus: radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. III. p. 19; Koch syn. pl. p. 552.

Arbores fruticesve ramis foliisque oppositis petiolatis exstipulatis simplicibus vel impari-pinnatis, floribus racemosis paniculatisve, axillaribus vel terminalibus.

Trib. I. **Oleineae Koch.** *Fructus carnosus.*

Gen. 385. **Olea Tourn. Maslina.**

Cayx 4-partitus persistens; corolla infundibuliformis tubo brevi, limbo 4-partito patente; stigma bifidum; drupa elliptica putamine oblongo osseo. Vis. fl. dalm. III. p. 21. 405; Koch syn pl. p. 553; Rchb. fl. g. p. 432, g. 559.

Ramulis incanis; foliis laevibus oblongis lanceolatisve mucronatis, supra glabris, subtus argenteis; racemis axillaribus compositis, fructiferis nutantibus. — Frutex humilis ramulis in spinam pungentem attenuatis, sed cultura in arborem excrescit ramulis inermibus; florum racemi paniculati; corollae albae fragrantes. ♄. In litt. cr. colitur. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1147 stirps sylvestris in collibus apricis totius Dalmatiae littoralis et insularis, secus ubique culta. Rchb. fl. g. 2865. (O. Oleaster sylvestris Matth. O. sativa Lk.) In.-Il. . . . . **O europaea L.**

Observ. Colitur occurritque sub pluribus varietatibus et formis et quidem:

Variet. α. ramis tetragonis apice spinescentibus; foliis oblongis; fructu 3—5-lineari sarcocarpio tenui nucleo-elliptico regulari scabro brevissimeque mucronulato, et haec est: O. Oleaster Hoffmsg. — Maslina divlja ili Brindičane;

Variet. ramis teretiusculis inermibus; foliis lanceolatis; fructu majore carnoso, est: O. sativa Lk. — Maslina vlastita. — Et hujus iterum:

Variatio 1. Fructu mujusculo elliptico putamine sulcato scabro obovato, apice gibbo oblique mucronato. „Megniza ill Mezaniza.“

Var. 2. Fructu mediocri semper viridi, putamine nervoso, obsolete sulcato, laeviusculo, oblongo-obovato, hinc gibbo, apiceque mucronato. „Zelenka ili Zelenika.

Var. 3. fructu mediocri vix obovato, putamine reticulato-rugoso nervosoque scabro, obovato-oblongo, apice gibbo, oblique mucronato. „Pizulja.“

Var. 3. fructu mediocri elliptico, putamine nervoso, obsolete sulcato, laeviusculo, obovato, apice mucronato. „Mesnice ili Bjelice.“

Var. 5 fructu majusculo elliptico, sarcocarpio copioso, putamine sulcato ruguloso scabro, ovali-acuto, hinc gibbo, apice oblique acuminato. „Obljiza.“

Var. 6. fructu maximo, oblongo, sarcocarpio carnoso copiosissimo, putamine sulcato, serrulato-scaberrimo oblongo-lineari, utrinque attenuato, hinc gibbo, apice cuspidato. „Dušica". itd.

Gen. 386. **Phillyrea Tourn. Komorika, Zelenika.**

Calyx 5-partitus persistens; corolla rotata 4-partita; stamina exserta; stigma bifidum; drupa globosa putamine chartaceo fragili. Vis. fl. dalm. III. p. 20, g. 404; Koch syn. pl. p. 553; Rchb. fl. g. p. 432, g. 558.

Drupa obtusa umbilicata; foliis ovato-subcordatis subsessilibus obtuse serratis, — Frutex 2—4-pedalis et ultra; folia opposita sericea; flores axillares subfasciculati albo-virentes. ♄. In asperis apricis litt cr. circa Segniam, Karlobago, Konjsko et alibi. Vis. fl. dalm. 1145 in collibus asperis et sylvaticis totius Dalmatiae, praesertim littoralis. — Rchb. fl. g. 2864. Mr.-Apr. **Ph. latifolia L.**

Observ. occurrit sub duplici forma, et quidem:

Variatio 1. foliis ovatis subcordatisque integris vel serratis, qua: Ph. laevis W. et

Variatio 2. foliis ovatis subcordatisque dentato-spinosis, dentibus divergentibus, qua: Ph. ilicifolia W.

Drupa apiculata; foliis ovato-lanceolatis oblongisve subintegerrimis. — Praecedenti persimilis et sola bacca in illa obtusa, in hac apiculata distinguitur; forma foliorum etenim multum variat in utraque. ♄. In sylvis et dumetis circa Flumen, Kukuljanovo, Grišane et Zagon in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1146 in iisdem locis cum praecedente illaque vulgatior. — Rchb. fl. g. 2763. Ph. ligustrifolia Ait.) Mr.-Mj. . . . . **Ph. media. L.**

Gen. 387. **Ligustrum Tourn. Zimolez.**

Calyx 4-dentatus deciduus; corolla infundibuliformis limbo 4-fido tubo calycem subaequante; stamina inclusa; stigma bifidum; bacca bilocularis loculis membrana tenuissima vestitis, 1—2-spermis. Vis. fl. dalm. III. p. 20, g. 413; Koch syn. pl. p. 554; Rchb fl. g. p. 432, g. 560

Foliis oblongo-lanceolatis ellipticisve glabris utrinque attenuatis deciduis; florum paniculis terminalibus thyrsoideis. — Frutex 6—10-pedalis; flores albi, odori, baccae nigrae pisi magnitudinis ♄. In sylvis, collibus, dumetis ad sepes et vias totius Croatiae et Slavoniae Syll. fl. cr. -- Vis. fl. dalm. 1144 ad sepes circa Zara, Dernis, Verlika, Castelli, Spalato, Salona, Vergoraz, Raguza et Cattaro. — Rchb. fl. g. 2866. Iu.-il. . . . **L. vulgare L.**

*

Trib. II. **Lilaceae Vent.** *Fructus siccus*

Gen. 388. **Fraxinus Tourn. Jasen.**

Flores polygami nudi aut monochlamydei, vel hermaphroditi dichlamidei; calyx 3—4-partitus; corolla hypogna 3-4-partita segmentis oblongo-linearibus, vel nulla; stamina hypogyna; stigma subsessile bifidum; ovarium biloculare dissepimento valvis contrario, loculis uniovulatis; samara coriacea compressa apice alata.

Gemmis nigrls, foliis pinnatis 3—6-jugis, foliolis subsessilibus lanceolato-oblongis acuminatis serratis; floribus nudis polygamis; samara ovali-oblonga. Arbor procera; flores paniculati, brunnei, paniculae ramuli nonnulli apice bifidi laciniis antheriferis, nonnulli terminantur pistillo, cui adstant antherae sessiles duae vel tres; germen ovatum; stylus brevis; stigma obtusum; in floribus masculis sunt omnes ramuli paniculae bifidi laciniis antheriferis; pistillum nullum. ♄. In sylvis nemoribusque totius Croatiae et Slavoniae in istas alpes adscendens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1148 in sylvis montium Velebit, Svilaja, Mossor, Biokovo, nec non circa Makarska, Vergaraz, Imoski et iu insula Veglia. — Rchb. fl. g. 2860. Apr.-Mj. . . . . **F. excelsior L.**

Gemmis cinero-velutinis; foliis pinnatis subtrijugis, foliolis petiolatis ellipticis lanceolatisve utrinque attenuatis, cuspidatis, crenato-serratis; floribus completis hermaphroditis, albis, odoris; samara lineari. — Frutex arborescens et in ipsam arborem excrescens, ramosus ramis flavo punctatis, floribus paniculatis, paniculis valde ramosis multifloris; folia subtus puberula. ♄. In sylvis montanis saxosis ad Kalnik, Krapinam, Zagrabiam, et Samobor, nec minus in monte Klek, Merzin et alibi in Croatia australi et in litt. cr. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montium altiorum rupestribus tam comitatus Požegani, quam Viroviticensis et Syrmiensis, nec minus in Confinio militari. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1139 in collibus sylvaticis et in saxosis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2861. (Ornus europaea Pers. Fr. florifera Scop.) „Zimor oštroplodni.“ Apr.-Mj. . . . . **Fr. Ornus L.**

Observ. variet. β. foliis primordialibus junioribusque rotundato-ovatis; floribus unisexualibus, potissimum dioicis samarisque non emarginatis, est: Fr. rotundifolia Kit. occurritque in sylvis Slavonicis ad Drenje, in illis inter Šarengrad et Slatinik, nec minus circa Karlovic. (Kan.)

Gen. 389. **Syringa L. Jorgovan.**

Calyx 4-dentatus persistens; corolla hypocrateriformis tubo calycem limbumque 4-partitum superante; stamina inclusa; stigma bifidum; capsula coriacea 1—2-sperma, bilocularis, bivalvis valvulis navicularibus dimidium dissepimenti, maturitate fissi, gerentis. Vis. fl. dalm. III. p. 23, g. 407; Koch syn. pl. p. 554; Rchb. fl. g. p. 432, g. 561

Foliis ovato-cordatis cordatisve acuminatis concoloribus integerrimis glaberrimisque. — Frutex cultura non raro arborescens floribus thyrsoideis violaceis, purpureo-caeruleis albisve. ♄. In Croatia et Slavonia calitur et hinc inde ad sepes quasi spontanea. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1150 in hortis ad Dernis, Dugopolje et Vergoraz fere sylvatica. — Rchb. fl. g. 2868. Apr.-Mj.

S. vulgaris L.

Foliis lanceolatis integris pinnatifidisque. — Praecedente humilior; folia angusta, lanceolata utrinque paullisper attenuata subtus pallidiora; flores thyrsoideo-paniculati minores. ♄. Colitur hinc inde in hortis. Apr.-Mj. . . . . **S. persica L.**

Fam. LXIV. **Jasmineae R. Br. Čeminovice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx monophyllus liber 5—8-fidus dentatusve; corolla hypogyna hypocrateriformis limbo 5—8-fido laciniis aestivatione spiraliter convolutis; stamina 2 tubo corollae adnata et inclusa; ovarium biloculare loculis uniovulatis ovulisque erectis; stylus 1., stigma 1.; fructus baccatus; embryo rectus, radicula ad hilum versa, albumen subnullum. Vis. fl. dalm. III. p. 19; Koch syn. pl. p. 554.

Frutices foliis exstipulatis; floribus corymbosis paniculatisve fragrantibus; pedicellis oppositis unibracteatis.

Gen. 390. **Jasminum Tourn. Čemin.**

Character generis idem qui familiae.

Foliis oppositis impari-pinnatis, foliolis acuminatis ovato-lanceolatis, basi contracta petiolatis; florum paniculis corymbosis; dentibus calycinis subulatis quinis erectis; corollae tubo calycem superante. — Rami viminei sulcati; folia ciliato-serrata; flores terni albi odorati pedunculati corymbosi axillares et terminales. ♄. In locis asperis apricis litt. cr. ad Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1143 ad sepes rarius, in hortis frequentius in Dalmatia. — Rchb. fl. g. 2858. In.-Il. . . . . **I. officinale L.**

Foliis alternis ternatis simplicibusque, foliolis obovato-cuneiformibus obtusis; ramis angulatis; laciniis calycis subulatis. — Rami rigidi; folia et foliola parva petiolata vix ultra semipollicaria; corymbi terminales pluriflori, corolla flava limbi segmentis ovatis obtusis. ♄. In litt. cr. ad Tersat prope Flumen ad sepes et in ruderatis asperis quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2859. Mj.-Sept. . . . . **I. fruticans L.**

Fam. LXV. **Asclepiadeae Bn. Br. Svionice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx 5-partitus persistens laciniis aestivatione imbricatis; corolla hypogyna 5-fida aestivatione imbricato-contorta aut valvata decidua; stamina 5 basi corollae inserta ejusque lobis alterna filamentis plerumque in tubum foliolis quinis liberis vel connatis ornatum et pistillum includentem coalitis; antheris introrsis bilocularibus; pollen in massas coalescens glandulis stigmatis affixas; ovaria 2, styli 2 stigmate ambobus stylis communi dilatato, pentagono angulis glanduliferis; folliculi 2; placenta suturae applicata, serius libera; semina imbricata, pendula; albumen tenue; embryo rectus, radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. III. p. 1; Koch syn. pl. p. 555.

Herbae perennes aut frutices, lactescentes foliis oppositis verticillatisve, petiolatis integris exstipulatis; floribus cymosis umbellatisve.

Gen. 391. **Periploca L.**

Corolla fauce tuberculis quinis aristatis instructa, aristis carnosis erectis, apice uncinatis; stamina cum tuberculis alternantia filamentis distinctis; antheris dorso barbatis, apice cohaerentibus, connectivo ultra loculos in apiculum producto; pollinariis solitariis stigmatis glandulis applicitis; stigma muticum, folliculi cylindracei divaricatissimi laeves seminibus comosis. Vis. fl. dalm. III. p. 1; g. 385; Rchb. fl. g. p. 865, g. 544.6

Frutex volubilis foliis ovatis ovalibusve, basi rotundatis subcordatisve, superioribus acuminatis; cymis laxifloris folio longioribus; corollae laciniis margine reflexo villosis; antheris obtusis; folliculis divergentibus incurvis. — Frutex alte scandens; flores extus virentes, intus fusci. ♄. Ad sepes et rejectacula hortorum ad Castellum Raven, nec minus in horto Archiepiscopali Zagrabiae quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1100 in locis udis ad frutices circa Narenta.. — Rchb. fl. g. 2805. b. Mj.-In. . . . . **P. graeca L.**

Gen. 392. **Gomphocarpus R. Br.**

Corolla fauce nuda; stamina in tubum (gynostegium) connata, coronae staminea foliolis quinis cuculatis, margine utrinque unidentatis, summo gynostegio insertis; antherae appendice membranacea terminatae; stigma muticum; folliculi ventricosi, setis longissimis herbaceis obsiti. Vis. fl. dalm. III. p. 3, g. 388.

Foliis lanceolato-linearibus acuminatis; umbellis puberulis nutantibus; folliculis setosis; apice rostratis nudis. — Flores albi. ♄. Vis. fl. dalm. 1103 in argillosis ad vias et fossas vallis Malfi in ditione Ragusina. (Asclepias fruticosa L.) Iu.-I.
G. fruticosus R. Br.

Gen. 393. **Asclepias Tourn. Svionica.**

Corolla rotato-5-partita laciniis reflexis; stamina appendicibus 5 cuculatis e basi sua corniculum exserentibus; folliculi laeves aut muricati; semina comosa circumalata. Rchb. fl. g. p. 419, g. 544.

Foliis ovalibus, subtus tomentosis; caule stricto simplicissimo; umbellis nutantibus; folliculis arecto-muricatis. — Tri-quadripedalis lacte albo succulenta; umbellae plurimiflorae floribus rubellis suaveolentibus; folliculi 3-pollicares ventricosi. ♃. In salicetis fluvii Savi circa Podsused, Stenjevec, Horvati, Otok, Zaprudje et alibi copiosissima; fors quondam ex hortis auffuga, sed modo spontanea facta. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2805. Il.-Ag. . **A. syriaca L.**

Foliis oblongis integerrimis breviter acuminatis transverse, nervosis subtus incano-velutinis; floribus in umbellis extraaxillaribus expansis vel contractis, pedunculis rectis vel nutantibus; folliculis ellipticis tomentosis spinis innocuis armatis. — Rhizoma valde repens; caulis crassus 4—6-pedalis; corollae sordide carneae; tota herba lactescens. ♃. Ex America boreali adlata, modo hinc inde ob semina sericeo-comosa culta. In-Il. **A. Cornuti Decais.**

Gen. 394. **Cynanchum R. Br. Lastavičnjak.**

Corolla subrotata profunde 5-fida; corona staminea monophylla simplex 5-loba lobis antheris oppositis, vel duplex appendicibus 5 interioribus; massae pollinis ventricosae pendulae; folliculi 2 laeves; semina comosa. Koch syn. pl. p. 555; Rchb. fl. g. p. 418, g. 543.

1 Corona staminea simplici appendicibus in latere interiori destituta; foliis acuminatis in margine venisque pubescentibus; corona 5-

loba lobis ovatis rotundato-obtusis disjunctis, sed membrana interjecta pellucida connexis. . . . . 2.

Corona staminea latere interiore appendiculis 5 laciniis coronae exterioris oppositis praedita, ideoque duplici; caule volubili; corona exteriori 10-loba lobis 5 lanceolatis acutis 5 interjectos emarginatos excedentibus, interiore 5-loba lobis acutis. — Caulis puberulus; folia sesquipollicaria cordato-oblonga ciliolata subcoriacea venis pellucentibus percursa, glauca, lobis baseos divergentibus; cymae bipartitae, partitiones demum racemosae; flores albi, corona rubella. ♃. In apricis asperis ad littora maris circa Novi et Crkvenica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1101 ad sepes circa Trau, Castell Vitturi, Spalato, Narenta et Budua. — Rchb. fl. g. 2800. (C. monspessulanum Host.) Il.-Sep. **C. acutum L**

2 Caule erecto, stricto; foliis intermediis ovato-cordatis; corollae glabrae intus albae, extus ochroleucae basique virentis laiciniis ovatis coronaque ochroleuca. — Bi-tripedale; folliculi recti, basi ventricosi. ♃. In montosis rupestribus dumetisque totius Croatiae et Slavoniae praesertim montanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1102 in montibus, collibus locisque saxosis totius Dalmatiae frequens. — Rchb. fl. g. 2804. (C. officinale Moench. Ascl. Vincetoxicum L.) Mj.-Il.-Sept. . . . . . **C. Vincetoxicum R. Br.**

Observ. variet. α. floribus albidis; coronae lobis apice rotundatis, est: C. vulgare R. et S.

Variet β. floribus fuscis; coronae lobis abbreviatis truncatis crassisve, est: C. medium R. Br. (C. fuscatum Lk. Ascl. fuscata W.) Rchb. fl. g. 2803, occurritque cum priori in Dalmatia.

Caule erecto, laxo, demum elongato volubili; foliis e cordata basi oblongo-lanceolatis longe attenuatis. — Radix multiceps; caules debiles teretes pilisque deflexis consiti; folia petiolata pubcsentia acuminata; infima subrotunda; pedunculi communes laterales; calycis laciniae acuminatae; corollae lobi facie pubescentes, corona campanulata, parva laciniis alternis majoribus patentibus; flores albi purpura palida suffusi. ♃. Inter frutices in montosis subalpinisque circa Crisium, ad vetustam arcem Rieka; circa Toplikam, in ericetis tractus montium Ivanšćica, ad Krapinam, in montibus Zagrabiensibus ad Medvedgrad et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis circa Kamengrad, Vučin, Drenovac, Duzluk, et Našice. (C. medium Koch. C. nigrum Host.) Mj.-Il. . . . . . . **C. laxum Bratlg**

Fam. LXVI. **Apocineae R. Br. Naherice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx 5-partitus laciniis aestivatione imbricatis; corolla hypogyna decidua 5-fida aestivatione contorto-imbricata; stamina 5 tubo corollae inserta ejusque lobis alterna filamentis brevissimis liberis; ovarium 1; styli 2 partim vel omnino connati; stigma medio glandulosum, capsula e folliculis 2 constans polysperma bivalvis valvularum marginibus seminiferis, vel bilocularis valvulis margine introflexis dissepimentum constituentibus; placentis centralibus; vel bacca polysperma; embryo rectus in axe albuminis carnosi, radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. III. p. 3; Koch syn. pl. p. 556.

Herbae aut frutices foliis oppositis verticillatisve, petiolatis simplicibus integris; stipulis foliaceis nullisve; floribus axillaribus vel terminalibus cymosis.

Gen. 395. **Nerium L. Zloliesina. Leandra.**

Calyx 5-partitus fundo denticulis coronato; corolla infundibuliformis fauce corona lacero-multifida cincta, limbus 5-partitus laciniis apice oblique truncatis; antherae in appendicem filiformem pilosam desinentes; stylus 1; stigma truncatum, basi annullo cinctum; folliculi 2 in unum concreti polyspermi seminibus comosis. Vis. fl. dalm. III. p. 3, g. 389; Koch syn. pl. p. 557; Rchb. fl. g. p. 430, g. 554.

Foliis lanceolatis oppositis ternatisve, subtus parallele venosis; calycis laciniis patentibus; coronae lingulis erosis laceris, laciniis inaequalibus lanceolato-acuminatis linearibusve; caudis antherarum lineari-spathulatis faucem corollae aequantibus, — Frutex homine altior, folia coriacea; corolla persicina aut rosea, rarissime alba, ♄. In fissurris rupium ad Segniam, secus ubique cultum. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1104 in arenosis prope fontem fluminis Hyadri ad Salonam, copiosius autem in collibus circa Ragusa, Mulfi, Risano et Krivoscie. In.-Il. **N. Oleander L.**

Gen. 396. **Vinca L. Pavenka.**

Calyx 5-partitus; corolla hipocrateriformis fauce pentagona nuda, limbo 5-partito laciniis apice oblique truncatis; stamina 5, filamentis geniculatis; antherae oblongae supra pistillum conniventes, loculis ovatis, connectivo dilatato, dorso apiceque barbato; stylus clavatus, superne in orbiculum horizontalem glandulosum stigmaticum expansus, cono apice villis crinito, medio glabro bipunctato superatus; folliculi 2 polyspermi seminibus nudis. Vis. fl. dalm III. p. 4, g. 390; Koch syn. pl. p. 556; Rchb. fl. g. p, 430, g. 555.

1 Calycis laciniis ciliatis. . . . . 2.
Calycis laciniis glabris; foliis ovatis basi obtusis, vel lanceolato-ellipticis, vel lanceolatis, basi apiceque acutis, margine glabris.

— Caulis prostratus radicans ramis floriferis erectis; pedunculi axillares uniflori; calycis laciniae lanceolatae acutae; tubus corollae caeruleae, rarius albae calyce longior et superne foveolis 5 dinstinctus, lobis limbi oblique obtuseque truncatis; filamenta brevissima, superiori tubi parte inserta; antherae apice pubescentes. ♄. In nemoribus umbrosis, in fruticetis et ad sepes totius Croatiae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Požeg, Zoljan, Našice, Rétfalu, Vukovar, Čerević et Stražilovo. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1106 in umbrosis circa Boccagnazzo ditionis Jadrensis et circa Gravosa ditionis Ragusinae. — Rchb. fl. g. 2856. (Pervinca minor Scop.) „Zimzelen ili Ljubičac." Apr.-Mj. . . . . **V. minor L.**

Observ. variet. β. foliis lanceolatis basi apiceque obtusis, ost: V. intermedia Tsch. — Cum priori. —

2 Foliis ovatis antice attenuatis, postice rotundatis subcordatisque; caule prostrato repente, ramis floriferis erectis. — Bipedalis et ultra; folia margine ciliata breviter petiolata petiolis canaliculatis; pedunculi folio breviores; corollae magnae violaceae tubus superne pilosus caliycique subaequilongus. ♃. Colitur passim in hortis et hinc inde in ruderatis hortorumque rejectaculis quasi spontanea, praesertim in litt. cr. circa Karlobago et Segniam. — Rchb. fl. g. 2857. (Pervinca major Scop.) Ap.-Mj. **V. major L.**

Foliis inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis ciliato-serratis, caulibus procumbentibus quidem, sed nunquam radicantibus; radice multicauli; pedunculis folio longioribus. — Radix superne tuberculata; caules herbacei; folia subsessilia, juniora margine scabra; calycis laciniae acutae, basi utrinque glandula distinctae; corollae violaceae. tubus interne pilosus; stigma hirsutum. ♃. In collibus apricis circa Rude prope Samobor. (Klinggraeff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2855. Apr.-M. . . . **V. herbacea WK.**

Fam. LXVII. **Gentianeae Juss. Vladisaonice.**

Flores hermaphroditi regualares; calyx liber persistens 4—10-fidus aestivatione valvatus vel contortus; corolla hypogyna marcescens lobis numero laciniarum calycis aequalibus aestivatione contortis; stamina corollae tubo vel fauci inserta ejusque lobis numero aequalia et alterna antheris introrsis bilocularibus stigmatique incumbentibus; polline granuloso; ovaria multiovulata; styli 2, stigmata 2; capsula polysperma bivalvis, valvularum marginibus seminiferis, vel bilocularis valvulis margine introflexis dissepimentum constituentibus, placentis cen-

tralibus; vel bacca polysperma; embryo rectus in axe albuminis carnosi, radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. II. p. 256; Koch syn. pl. p. 557.

Herbae glabrae foliis oppositis simplicibus integerrimis exstipulatis; floribus terminalibus vel axillaribus.

Trib. I. **Menyantheae Koch**. *Ovarium disco hypogyno impositum, vel glandulis stipatum; folia alterna.*

Gen. 397. **Menyanthes L. Trolistina.**

Calyx 5-partitus; corolla infundibuliformis limbo 5-partito, intus barbato; ovarium annullo ciliato impositum; stigma emarginatum; capsula unilocularis bivalvis polysperma valvis longitudinaliter placentiferis. Koch syn. pl. p. 558; Rchb. fl. g. p. 420, g. 545.

Foliis ternatis petiolatis, foliolis ovalibus. — Caudex crassiusculus articulatus repens; petioli basi vagina auriculata instructi, superne teretes; scapus axillaris, racemus bracteatus; corolla ex albido carnea; antherae miniatae; stylus exsertus; stigma capitato-bilobum; capsula pisi magintudine. ♃. In pratis paludosis ad Sv. Helena, nec minus in illis ad lacus Plitvicenses. Syll. fl. cr. — In Slavonia in paludosis circa Berak. (Kan.) Rchb. fl. g. 2806. Mj.-Il. . . . . **M. trifoliata L.**

Gen. 398. **Villarsia Vent. Plavun.**

Calyx 5-partitus; corolla rotata limbo 5-partito marginibus laciniarum aestivatione inflexis fauce barbata; glandulae 5 cum staminibus alternantes ad basin ovarii; stigma bifidum; capsula unilocularis bivalvis polysperma valvulis margine placentiferis. — Koch syn. pl. p. 558; Rchb. fl. g. p. 420, g. 546.

Foliis natantibus cordato-orbiculatis; umbellis axillaribus sessilibus; corolla ciliata. — Folia repanda; corolla cucurbitacea flava; capsula drupiformis oblonga, pollicaris compressa acuminata. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus circa Trebovec, Bregi, Topolje et Opatinec, nec minus in Lonjskopolje et in Posavina ad Topolovec, Mužilovčica et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia in stagnis circa Vukovar, Karlovic et Semlin. — (Kan.) Rchb. fl. g. 2807. (Limnathemum nymphoides Lk. Menyanthes nymphoides L. Waldsteinia nimph. Wigg. Limnanthum peltatum Gmel.) Il.-Ag. . . . . **V. nymphoides Vent.**

Trib. II. **Gentianeae verae Koch**. *Discus hypogynus nullus; folia opposita.*

Gen. 399. **Chlora Adnas. Jezernica.**

Calyx 8—10-partitus laciniis linearibus; corolla hypocrateriformis tubo ventricoso, limbo 8—10-partito; stamina calycis laciniis numero aequalia; stylus deciduus stigmatibus binis emarginatis aut bipartitis; capsula unilocularis bivalvis, valvarum marginibus introflexis seminiferis. Vis. fl. dalm. II. p. 261. g. 394; Koch syn. pl. p, 555; Rchb. fl. g. p. 421, g. 048.

Foliis caulinis triangulari-ovatis basi tota sua latitudine connatis; calycis ad basin octofidi laciniis subulatis uninerviis corolla brevioribus; corollae laciniis oblongis obtusis. — Caulis erectus ramosus; folia glauca, inferiora elliptica perfoliata, calyce ad basin 8-partito; corollae flavae laciniis oblongis obtusis; stamina 8; stylus indivisus. ⊙. In pratis pascuisque turfosis inter India et Neo-Pazua in Slavonia. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1099. in pascuis siccis et collibus totius Dalmatiae, etiam in insulis. — Rchb. fl. g. 2811. (Gentiana perfoliata L.) Il.-Ag. . . **Ch. perfoliata L.**

Foliis caulinis ovatis vel ovato-lanceolatis basi rotundata connatis; calyce profunde 8-fido laciniis lanceolato-subulatis siccitate 3-nerviis corollam subaequantibus; laciniis corollae acutiusculis vel acuminatis. — Tri-sex pollicaris vel spithamaea pauci-ramea aut plane simplex, glauca stylo bifido. — Praecedenti persimilis, differt tamen foliis basi ovatis, nec unquam triangularibus. — ○. In pratis ad fluvium Savum prope Zagrabiam, praesertim in illis non procul a ponte Savano. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1099. v. β. in pascuis siccis circa Sebenico et in insula Sansego. — Rchb. fl. g. 2809. (Ch. grandiflora Hort.) Ag.-Oct.

Ch. serotina Koch.

Gen. 400. **Gentiana Tourn. Vladisavka, Sarčenik.**

Calyx tubulosus vel campanulatus 4—5-partitus, rarius dimidiatus spathaceus; corolla rotata, infundibuliformis aut campanulata limbo aequaliter 4—5-fido. vel 6—10-fido alterne inaequali; stamina 4—5-antheris semper rectis; capsula unilocularis; stylo subnullo, stigmatibus binis. Vis. fl. dalm. II. p. 258, g. 383; Koch syn. pl. p. 559; Rchb. fl. g. p. 423, g. 551.

1 Calyce tubuloso vel campanulato 4-partito; corolla infundibuliformi vel campanulata . . . . 2.

Calyce spathaceo dimidiato; corolla rotata nuda; foliis ellipticis nervosis, inferioribus petiolatis; floribus verticillatis, interioribus pedunculatis, antheris liberis. — Pedalis aut bipedalis et ultra; radix longissima crassa valde tenax ĕt amara; folia glabra nitida nervosa;

corolla lutea laciniis plerumque fusco-punctatis; stylus bipartitus; stigmata patentia. ♃. In pascuis montosis totius Croatiae australis et littoralis in ipsas alpes adscendens. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 1090 in pascuis subalpinis montium Velebit ad Paklenica et in Biokovo. — Rhb. fl. g. 2850. Asteris lutea Ben. Swertia lutea Vest.) Il. . . . . **G. lutea L.**

2 Corollae laciniis margine nec fimbriatis, nec ciliatis. . . . . 3.

Corollae laciniis evidenter fimbriatis; foliis lanceolatis linearibusve; floribus terminalibus solitariis. — Simpliciuscula, palmaris-pedalis uniflora, aut floribus ex axillis solitaris; radix gracilis; caulis flexuosus angulosus; folia sessilia erecta lanceolata acuta integerrima; calyx tetragonus 4-fidus laciniis lanceolatis erectis acuminatis; corolla caerulea aut cyanea magna 4-fida fauce nuda, sed glandulis cum staminibus alternis praedita lobis serratis utrinque fimbriato-ciliatis. ⊙ In montosis asperis, collibus herbidis, ad frutices et vias totius Croatiae: praesertim montanae, veluti circa Kalnik, Thermas Varasdinenses, ad Zagrabiam, Samobor, et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1092 in devexitatibus montium Velebit ad Paklenica. — Rchb. fl. g. 2821. (Grossopetalum gentianoides Roth. Gentianella ciliata Brkh.) Ag.-Oct. . . . . **G. ciliata L.**

3 Fauce corollae intus barbata, i. e. ad basin singulae laciniae squama bifida et simul capillaceo-multifida. . . . . . . 5.

Fauce corollae intus nuda plicisque simplicibus aucta. . . . . 4.

4 Foliis sessilibus ovatis e basi latiore attenuatis, radicalibus obovatis petiolatis; capsula subsessili. — Palmaris, spithamaea et plerumque superne ramulosa; radix fusiformis; caulis erectus tetragonus; corolla 5-loba speciosa tubo pallido subcolorato, limbo pallide lilacino aut cyaneo; calyx 5-dentatus dentibus lineari-lanceolatis subaequalibus. ⊙. In pratis et pascuis montanis in Zagoria circa Lobor, Radoboj, Krapinam, Kuplenovo, Svedruša et Klanjec; nec minus in alpinis et subalpinis tractus montium Velebit et in alpe Badanj. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2828. (G. Amarella Fröhl., sed non L.) Ag.-Sept. . **G. germanica W.**

Foliis oblongo-spathulatis, superioribus ovato-lanceolatis, supremis, subcordatis undulatis acuminatis; floribus fasciculatis; capsula evidenter stipitata. — Radix simplex aut ramosa; caulis a basi ramosus tetragonus ramis strictis tetragonis aut subalatis; folia trinervia, inferiora in petiolum attenuata, superiora sessilia,

summa amplexicaulia margine crassiusculo-fusco; flores axillares solitarii, terminales subterni pedunculis angulatis, apice compressis, latioribus bialatis; calyx basi flavescens cuneatus multiangulatus laciniis late lanceolatis attenuato-acuminatis, apice subulatis, margine crassiusculis crispis fuscis; corolla tubuloso-infundibuliformis violacea lobis ovatis erectis, basi intus fimbriis capillaribus coronatis, tubo striato, calycem fere duplum longo; ovarium fusiforme breviter stipitatum stigmatibus revolutis coronatum; capsula lineari-oblonga. ⊙. Vis. fl. dalm. 1091 in devexitatibus jugorum demissiorum montium Gnjat et Biokovo. Il.-Ag. . . . . **G. crispata Vis.**

Observ. Praecedenti similis hujusque vices in Dalmatia teste clariss. Vis. gerens; a qua tamen differt, foliis supremis calycisque laciniis acuminato-subulatis margine crassiusculis, dense crispatis fuscisque.

5 Caulibus a basi ramosis; radice simplici absque caudiculis sterilibus foliatis; tubo calycis cylindrico aut pauliisper ventricoso; floribus speciosis laete caeruleis. . . . . 6.

Caulibus floridis (fertilibus) omnino simplicibus. . . . . . . 7.

6 Calycibus inflatis alato-angulatis oblongo-ovalibus; stylo elongato bifido. — Spithamaea pedalis subattenuatim ramosa ramis unifloris erectis; folia inferiora elliptico-ovata, superiora oblongo-lanceolata; calyx maximus laciniis ovato-lanceoltis tubo triplo brevioribus; corollae splendidisime caeruleae subtus pallidiores, virentes lobulis accesoriis acute excisis concoloribus, stigmata semiorbiculata. ⊙. In montosis herbidis provinciae Likanae ad Bielopolje, Vrebačka staza et Farkašić-draga. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1093 in pascuis elatioribus montis Biokovo. — Rchb. fl. g. 2827. Il.-Ag. . . . . **G. utriculosa L.**

Calycibus cylindricis carinato-angulatis; stylo breviusculo bifido. — Palmaris ramis subalternis foliosis, erectis unifloris; folia radicalia ovali-subrotunda, caulinorum paria plura ovata aut oblonga, spathulata aut lanceolata, plurima obtusa, vix summa acuta; calycis laciniae lanceolato-lineares tubumque subaequantes; flores pulcherrime caerulei; stigmata semiorbicularia. ⊙. Vis. fl. dalm. 1094 in summis jugis montis Biokovo. — Rchb. fl. g. 2836. Mj.-Ag. . . . . **G. nivalis L.**

7 Floribus oppositis axillaribus terminalibusque solitariis aut geminis. 8.

Floribus verticillatis, corollis 4-fidis tuboloso-clavatis fauce nudis, tubo subclavato; foliis lanceolatis trinerviis basi vaginantibus vaginis inferioribus elongatis superne dilatatis. — Spithamaea, pedalis caule simplici adscendente tereti, saepius purpurascente; radix longa multiceps; folia recurvata per paria cruciatim disposita, canaliculata et in petiolum cum compari in vaginam concrescentem attenuata; calyx campanulatus brevis 4-dentatus, dentibus duobus oppositis longioribus; flores intense violacei limbo supra azureo, flos infimus solitarius plerumque 5-fidus. terminales fasciculati. ♃. In pratis siccis collibusque apricis incultis totius Croatiae et Slavoniae montanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1098 in pascuis demissis montium Velebit, Promina, Dinara, Biokovo et Cerkvenica. Rchb. fl. g. 2845. „Vladisavka.“ Il.-Sept. . . . . **G. cruciata L.**

8 Tubo corollae cylindrico; radice multicipite; caulibus caespitosis unifloris; calycis angulis alatis; foliis ellipticis lanceolatisve acutis, basin versus angustioribus radicalibus rosulatis, stylo indiviso; stigmatibus semiorbiculatis. . . . . 9.

Tubo corolla clavato-campanulato; caulibus simplicibus, nec unquam caespitosis. . . . . 10.

9 Calycis angulis anguste alatis alis aequalibus; laciniis calycinis lanceolatis tubo triplo longioribus. — Multicaulis adscendens rosulata; flos magnus laete azureus; radix filiformis flavescens; caules basi ramosi utrinque sulco longitudinali exarati; calyx tubo corollae brevior pentagonus 5-fidus laciniis erectis; laciniae corollae crenatae utrinque lacinula auctae; stylus simplex. ♃. In pratis montanis ad Bosiljevo, Delnice, Merzla-vodica et alibi in Croatia montana versus Flumen. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1095 in pascuis elatioribus montium Velebit ad Sveto-Berdo et in Prolog ad Kamešnica. — Rchb. fl. g. 2834. (G. brachyphylla Vill.) Mj.-Ag. . . . . **G. verna L.**

Calycis angulis late alatis alisque medio latioribus. — Praecedente plerumque triplo major; calyx ventricosus; corollae magnae lobuli accessorii excisi, medio albi. ♃. In pratis montanis collibusque herbidis circa Merzlavodica cum priori, cujus varietas esse videtur. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. fi. 2836. (G. uniflora Georg. G. aestiva R. S. G. utriculosa Wahlb. sed non L.) Mj-In.
G. angulosa MB.

10 Stigmatibus oblongis linearibusve; caule multifloro, rarissime in sterilibus unifloro, floribus axillaribus. . . . . 11.
Stigmatibus semiorbiculatis denticulatis; caule exacte unifloro; corollae tubo clavato-campanulato; calycis dentibus e basi latiore attenuato- lanceolatis tubo corollae adpressis; foliis radicalibus dense et decussato-undulatis lanceolatis ellipticisve; antheris coalitis. — Caulis tetraqueter flore plerumque brevior; folia infima 1—2-pollicaria ovalia acuta, sequentia minora lanceolata, pari unico aut binis; calyx vix quartam corollae partem longus profunde 5-partitus, laciniis autem ultra medium membrana connexis, superne patulis; corolla maxima limbo caeruleo intus vitis 5 cum staminibus alternantibus virentibus cyaneoque punctatis notata. ♃. In saxosis sylvaticis montium Klek, Kapela et Merzin, nec minus in pascuis altioribus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1097 in Sveto-Berdo montium Velebit. — Rchb. fl. g. 2840. (G. grandiflora Lang. Ciminalis acaulis Brkh.) Mj.-Il. . . . . **G. acaulis. L.**
Observ. variet. β. foliis lineari-oblongis obtusis laxe rosulatis; calycis laciniis subulatis est G. angustifolia Vill. occurritque cum priori in monte Merzin prope Korenica. — Rchb. fl. g. 1839.

11 Foliis e basi late ovata rotundata lanceolato-acuminatis 5-nerviis margineque scabris, sessilibus; floribus oppositis axillaribus terminalibusque cernuis. — Radix ramosa; caules erecti teretes glabri elongati, simplices sulcoque longitudinali exarati; 1—2-pedales; folia opposita et glabra; flores magni intus pulchre azurei punctisque obscurioribus notati, elongati; calycis dentes breves; seminum ala alba. ♃. In locis dumentosis, ad margines sylvarum, agrorum, vinearumque circa Zagrabiam copiosissima in Tuškanec, circa Samobor, secus viam a Rakovpotok versus Jaskam et alibi in Croafia haud rara. Syll. — In Slavonia in iisdem locis in comitatu Požegano et Viroviticensi. (Kan.) — Rchb. fl. g. 2844. (G. plicata Schm. Ag.-Sept. . . . . . . **G. asclepiadea L.**
Foliis brevissime vaginantibus lanceolato-linearibus obtusis margine plerumque revolutis, infimis minutis, squamaeformibus, floribus solitariis alternis oppositisve erectis, pedunculatis. — Spithamaea, pedalis, in locis siccis sterilibus non raro uniflora latifolia; corolla cyanea plicae primariae intus virentes cyaneoque — punctatae; folia integerrima, facie laete, dorso pallide

viridia. ♃. In sylvis, dumetis, arvis pratisque montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Virovitic, Požega, Zvečevo, Breznica, Rétfalú Karlovic et Semlin. — Rchb. fl. g. 2843. (G. linariaefolia Lam.) Il-Sept-
G. Pneumonanthe L.

Gen. 341. Erythraea Renealm. Kitica, Kičica.

Calyx tubulosus angulatus 4—5-dentatus; corolla infundibuliformis tubo cylindrico, limbo 4—5-partito erecto; stamina 5 antheris demum spiraliter tortis; capsula linearis marginibus valvarum inflexis, bilocularis, stylo filiformi. Vis. fl. dalm. II, p. 256, g. 382; Koch syn. pl. p. 566; Rchb. fl. g. p. 421, g. 550.

1 Floribus roseis incarnatisve; stigmatibus subrotundis stylo brevioribus. . . . . 2.
Floribus flavis; stigmatis filiformis laciniis oblongis stylo longioribus. — Caulis quadrangularis 2—6-pollicaris superne ramosus ramis rigidis fastigiatis unifloris; folia inferiora ovata, superiora oblongo-lanceolata, suprema acuta; flores alares pedicellati sessilesve; corollae laciniae ovatae acutiusculae. ☉. Vis. fl. dalm. 1089 in insula Ossero ad Punta Gerilla et in collibus circa Ragusa. — Rchb. fl. g. 2813. (Gent. maritima L Chironia maritima Sibt.) Il.-Ag. . . . . **E. maritima Pers.**
Observ. variet. foliis superioribus oblongis; caule superne breve ramuloso paucifloro, subsimplici, est: E. lutea Roem. occurritque teste clar. Sadler in insula Veglia. — Rchb. fl. g. 2814. (Ch. lutea Bert.)

2 Floribus corymbosis, paniculatis aut spicatis. . . . . 3.
Floribus axillaribus pedicellatis; caule acute quadrangulari ramosissimo et in ramulos patentes soluto. — Radix gracilis; caulis erectus glaber laevis ramosissimus ramis dichotomis; folia ovata sessilia trinervia, superiora lanceolata; flores ex dichotomia terminalesque, calyx ebracteatus tubo corollae brevior laciniis erectis subulatis; tubus corollae albidus striatus, limbus roseus aut carneus. ○. In pascuis, arvis pratisque sterilibus totius Croatiae et Slavoniae, praesertim in submontanis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2816. (E. pulchella Fr. E. inaperta Schlecht. Chironia Gerardi Schmidt. Il.-Ag. . . . . **E. ramosissima Pers**

3 Floribus corymbosis aut paniculatis; calycis laciniis ovalibus. . . 4.
Floribus lateralibus elongato-spicatis; caule quadrangulari, ramoso ramis simplicibus; foliis oblongis subquinque-nerviis; stig-

matibus subrotundis stylo apice bifido quadruplo brevioribus. — Spithamaea-pedalis, erecta; folia integerrima opposita caulemque amplectentia; flores in spicam collecti sessiles ramisque adpressi; calyx oblongus laciniis acutis; corolla rosea rarius laciniis limbi acutis; capsula oblonga. ⨀. Vis. fl. dalm. 1088 in pratis locisque uliginosis etiam maritimis circa Zara, ad lacum Morinje prope Sebenico, circa Trau, Riviera dei Castelli et Ombla prope Ragusa. — Rchb. fl. g. 2815. (Gent. spicata L. Chiron. spicata W.) Il.-Ag. . . . . **E. spicata Pers.**

4 Foliis linearibus vel lineari-oblongis subtrinerviis; corymbo primum fastigiato, serius in ramos erectos paniculato-elongatos remote florigeros soluto. — Radix fibrosa; caulis compressus angulis scabriusculis 4—5-pollicaris aut spithamaeus floribusque subternis; folia integerrima pubescentia, radicalia obovata, caulina linearia erecta; laciniae calycis subulatae carinatae; corollae laciniae ovatae obtusae; stylus filiformis. ◯. In pascuis pratisque uliginosis totius Slavoniae praesertim in comitatu Viroviticensi et Syrmiensi, (Kan.) teste WK. — Rchb. fl. g. 2819. E. littoralis Fr. E. compressa Hagn. E. angustifolia Wallr. Gent. linariaefolia Lam. Chiron. uliginosa WK. Hippocentaurea uliginosa Schult.) Il.-Ag: . . . . **E. linariaefolia Pers.**

Foliis ovali-oblongis subquinque-nerviis; corymbo terminali fasciculato, deflorato laxiusculo semper fastigiato; corollae laciniis ovalibus. — Radix biennis; caulis erectus spithamaeus, pedalis aut ultra, superne ramosus ramis dichotomis; folia sessilia et ut omnium integerrima glabra laevia, radicalia in rosulam disposita obovata; calycis laciniis erectis subulatis tuboque corollae adpressis aut plane adnatis, stigma bipartitum lacinis crassis. ♂. In pascuis locisque sylvaticis denudatis, ad margines viarum vinearumque totius Croatiae et Slavoniae. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1087 in uliginosis et pascuis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2820, (Gent. Centaurium L. Centaurium minus Tourn. Chiron. Centaurium Sm. Hippocent. Centaurium Schult.) Il.-Sep. . . . . **E. Centaurium Pers.**

Observ. variet. β. corymbo etiam post anthesim compacto nec unquam elongato, est: E. capitata B. et S.

Variet. γ. tubo corollae calycem duplum longo, limbi laciniis emarginatis foliisque ovato-oblongis, est; E. emarginata WK.

occurritque teste clariss. Vis. in Dalmatia cum specie, cujus una cum E. pulchella Fries. varietas habetur. Rchb. fl. g. 2817.

Fam. LXVIII. **Polemoniaceae Lindl. Jurnice.**

Calyx monosepalus, 5-fidus persistens; corolla rotata hypogyna limbo 5-fido, aestivatione imbricata; stamina 5 tubo corollae inserta ejusdemque laciniis alterna, basi dilatata faucemque illius obstipantia; ovarium liberum triloculare pauci-aut multiovulatum, placentis centralibus, ovulis adscendentibus vel peltatis; stylus 1; stigma trifidum; capsula trivalvis valvis medio septiferis vel costa prominente instructis; embryo rectus in albumine carneo, radicula ad hilum versa. Koch syn. pl. p. 567.

Gen. 402. **Polemonium Tourn. Jurnica.**

Character generis idem qui familiae.

Caule folioso, foliis pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis acuminatis; glabris; panicula glanduloso-pilosa; calycis 5-fidi laciniis ovato-lanceolatis acuminatis; floribus erectis, antheris incumbentibus. — Spithamaeum, pedale et ultra, totum glabrum, vel sparsim pilosum, superne glanduloso-pubescens; radix fibrosa; caulis erectus paniculatus; folia pinnata cum impari; calyx campanulatus; corolla laete caerulea, rarius alba. ♃. In hortis ubique culta et hinc inde ex illis auffuga et ad sepes; in oleraceis et ruderatis quasi spontanea facta. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2391. Iu.-Il.

P. caeruleum L.

Fam. LXIX. **Convolvulaceae Iuss. Slakovice.**

Flores hermaproditi regulares; calyx liber persistens pentaphyllus, rarius 5-fidus aestivatione imbricatus; corolla hypogyna monopetala turbinata caduca limbo 5-lobo, 5-plicato aestivatione plicato-contorto; stamina 5 imo tubo corollae inserta ejusque lobis alterna filamentis basi dilatatis, antheris bilocularibus, loculis parallelis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium liberum disco hypogyno insertum 2—4-loculare, raro subuniloculare ovulis definite erectis; stylus simplex, stigmata 2; capsula 2—4-valvis, valvis margine septis solutis dehiscens, 1—2-locularis; semina erecta in fundo et angulis loculorum affixa albumine parvo mucilaginoso; embryone curvato radicula infera ad hilum versa. Vis. fl. dalm. II. p. 227.

Herbae volubiles scandentes, rarius erectae, interdum suffrutices, lactescentes foliis alternis margine integerrimis, exstipulatis; floribus 2—3-bracteatis.

Gen. 403. **Convolvulus L. Slak, Hladolež.**

Character generis idem qui familiae.

1 Calyce bracteis 2—4 foliaceis involucrantibus fulto. . . . . 2.
Bracteis parvis a calyce distantibus, hinc calyce basi nudo. . . 4.

2 Caule volubili; bracteis ovatis ovalibusque calycem involucrantibus. 3.
Caule prostrato; foliis crassis reniformibus lobis baseos rotundatis; calyce bracteis ovatis obtusis basi fulto; pedunculis alato-angulatis unifloris. — Radix repens; folia alterna petiolata laevia crassa; pedunculi axillares superne incrassati; corolla ampla incarnata luteo-vittata, rarius alba; capsula subrotunda. ♃. Vis. fl. dalm. 1027 in arenosis maritimis scopuli Bacili prope Lesina. — Rchb. fl. g. 2385. (Calystegia Soldanella B. et S.) II.-Ag. . . . . **C. Soldanella L.**

3 Foliis sagittatis hastatisque, lobis baseos truncatis aut bilobis; bracteis basi subcordatis planiusculis, apice attenuatis margine invicem parallelis. — Radix repens; caules longissimi volubiles angulati; folia alterna petiolata; pedunculi tetragoni uniflori; bracteae calycem tegentes; corolla ampla alba ♃. Ad sepes et in dumetis totius Čroatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1025 ad sepes insulae Lesina. — Rchb. fl. g. 2380. (Calyst. sepium R. Br.) II. Sept. . . . . **C. sepium L.**
Foliis cordato-ovatis aut cordato-oblongis sagittatisve, lobis baseos truncatis rotundatisve; bracteis amplis ovatis basi inflato-ventricosis apice rotundatis, margine sese invicem excipientibus et a calyce patulis. — Praecedenti primo intuitu persimilis, sed notis adductis facile distinguendus. — Variat insuper foliis non exacte cordato-ovatis, sed ob latera rectilinea cordato-lanceolatis. ♃. In dumetis et ad sepes agrorum circa Ogulin, Modruš et alibi in Croatia australi. Syll. fl. cr. — In sylvis comitatus Viroviticensis haud rarus. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1026 ad sepes circa Zara, Sebenico, Salona, Ragusa et Cattaro. — „Tetevika." — Rchb. fl. g. 2381. (C. sylvestris W. C. lucanus Ten. Calyst. sylvestris R. et S.) II.-Sept. . . . . **C. sylvaticus WK.**

4 Bracteis pedunculo affixis exiguis; caule prostrato aut adscendente saltem apice volubili. . . . . 5.
Bracteis pedunculo summo affixis linearibus; caulibus erectis aut decumbentibus. . . . . 7.

5 Adpresse argenteo-sericeus aut villoso-sericeus; foliis cordatis repando-crenatis pedatisque. . . . . 6.
Glabriusculus laete virens; foliis oblongis basi acute hastatis sagittatisve; pedunculis subunifloris. — Radix repens; caules angulati volubiles; folia alterna petiolata; pedunculi axillares superne incrassati, supra medium bracteis binis oppositis parvis instructi plerumque uniflori; flores rosei vel albi extus striis 5 rubris notati. ♃. In locis cultis, in agris et oleraceis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 1028 ubique in arvis cultis, aggeribus in Dalmatia. — Rchb. fl. g. 2379. „Slatkovina". Mj.-Sept. . . . . **C. arvensis L.**
6 Lobis foliorum dentatis; pedunculis bifloris; corolla rosea. — Caulis hirsutus, volubilis; folia petiolata villo canescente tecta, suprema palmato-pinnatifida laciniis inaequalibus incisis; pedunculi longissimi villo dense tecti; bracteae lineari-subulatae; calycis foliola ovata villosa, margine membranacea. ♃. In saxosis apricis dumetosis litt. cr. ad Segniam, Sv. Juraj, Starigrad, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2382. **C. althaeoides L.**
Lobis foliorum linearibus integerrimis; pedunculis unifloris. — Folia argenteo-sericea nitida. Praecedenti persimilis et nonnisi nitore foliorum ab illo, cujus hirsuties est villosa opaca et patula, diversus. ♃. In saxosis apricis dumetosis litt. cr. haud rarus circa Pavile, Segniam, Lukovo, Klada, Vranjak et allibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1029 in saxosis apricis totius Dalmatiae et etiam in insulis. — Rchb. fl. g. 2383. (C. elegantissimus Mill. C. argyricus DC. C. althaeoides Host.) Mj.-Il. **C. tenuissimus Sibth.**
7 Villosus aut adpresse argenteo-sericeus, radice perenni. . . . 8.
Laete virens, adscendens erectusve, foliis obovato-lanceolatis basi pedunculisque pilosis. — Corolla speciosa pulcherrime azurea, albo-radiata, fundo flava, rarius poenitus alba. ⊙. Colitur ubique in hortis. — Rchb. fl. g. 2388. in.-Ag. . **C. tricolor L.**
8 Villosus pilis patentibus; caulibus decumbentibus erectisve herbaceis; foliis inferioribus oblongo-spathulatis, obtusis, in petiolum attenuatis, reliquis lineari-lanceolatis acutis; pedunculis unifloris, corollis roseis. — Radix multiceps; caules teretes hirsuti; folia integra alterna; pedunculi axillares solitarii villosi 2—3-flori; calyx hirsutus laciniis lanceolatis; corolla extus lineis 5 pilosis

distincta. ♃. In lapidosis collibusque apricis circa Zagrabiam et Samobor, nec non in Croatia australi in provincia Likana circa Brušane, Gospić, Medak et in Vrebačka staza. Syll. fl. cr. — In vineis circa Semlin et in rupibus prope Petrovaradinum. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1030 in apricis saxosis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 2389. (C. terrestris L.) Mj.-Il.

C. Cantabrica L.

Adpresse argenteo-sericeus; caule erecto suffruticoso; foliis obverse lanceolatis in petiolum attenuatis; pedunculis multifloris cymosis; calycibus villosis. — Fruticulus argenteus, spithamaeus-pedalis et ultra; corolla alba roseoque vittata. ♄. Vis. fl. dalm. 1031 in rupestribus apricissimis ad mare in insula Lesina ad S. Nicolo et ad Lapad prope Ragusa. — Rchb. fl. g. 2291 (C. argenteus Lam.) Mj.-In. . . . . **C. Cneorum L.**

Fam. LXX. **Cuscuteae I. S. Presl. Predenčanice.**

Flores hermaphroditi regulares; calyx liber monosepalus 4—5-lobus persistens lobis aestevatione imbricatis; corolla monopetala hypogyna campanulata vel urceolata 4—5-loba persistens aestivatione quoque imbricata, tubo intus squamis incisis hypostamineis saepius instructo; stamina 4—5-corollae inserta ejusque lobis alterna antheris bilocularibus, loculis parrallelis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium liberum biloculare 2—4-ovulatum; stylo simplici binisve, stigmatibus binis; capsula membranacea bilocularis loculis 1—2-spermis circumscise dehiscens, raro rumpens; semina erecta, embryone filiformi acotyledeneo circa albumen carnosum spiraliter convoluto, radicula ad hilum versa. Vis. fl. dalm. II. p. 230.

Herbae annuae aphyllae chloroticae parasiticae caulibus filiformibus volubilibus prope flores ramosis, rarius simplicibus, papillarum seriatarum ope cauli aliarum stirpium affixis et ab illis nutrimentum haurientibus; floribus lateralibus capitato-glomeratis sessilibus singulisque bracteola propria fultis.

Gen. 404 **Cuscuta Tourn. Predence, Vilina Kosa.**

Character generis idem qui familiae.

1 Caule ramoso. 2.

Caule simplicissimo; tubo corollae subgloboso limbum basi duplo superante; squamis tubi erectis tuboque adpressis; floribus albis. — Florum glomeruli ebracteati sub-5-flori; stigmata duo. ⊙. Inter Linum circa Crisium, Toplikam, Krapinam et alibi in Croatia haud rara. — Rchb. fl. g. 3799. (D. densiflora Will. C. vulgaris Presl.) Il.-Ag. . . . . **C. Epilinum Weihe.**

2 Floribus digynis. . . . . 3.
Floribus nonnisi monogynis spicatis bractea fultis denique pedunculatis; tubo corollae cylindrico limbum bis superante; squamis arectis tubo adpresis; floribus roseis. — Caules punctis interruptis exasperati; glomeruli interrupte spicati; corolla tubulosa 5-fida calyce duplo longior; squamae bipartitae utrinque trifidae; calycis laciniae ovatae nitidae; stylus longitudine corollae; stigma crassum subglobosum bilobum. — Maxima inter omnes. ○. In dumetis, praecipue in Salicibus ad Crisium, Lovrečinam, Zagrabiam et alibi in Croatia. — Rchb. fl. g. 2803. (C. lupuliformis Krock.) Il.-Ag. . . . . **C. monogyna Vahl.**
3 Floribus calyce infra ovarium producto pedicellatis. . . . . 4.
Floribus calyce basi rotundato sessilibus; tubo corollae cylindrico staminifero limbum subaequante intusque squamis patulis convergentibus clauso; stylis ovario duplo longioribus; stigmatibus simplicibus. — Florum glomeruli multiflori subcapitati floribus imperfectis intermixtis; corolla infundibuliformis laciniis limbi ovato-acuminatis patentibus. — Flores parvi dilute purpurascentes. ○ In ericetis sylvaticis, in arvis campisque in Erica, Genista et Serpyllo parasitica in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1033 parasitica supra Saturejas, Thymos, Galia, Euphorbiam spinosam etc. — Rchb. fl. g. 3800. (C. minor DC.) Il.-Ag. . . . . **C. Epithymum L.**
4 Tubo corollae fauce omnino nudo inflato staminifero limbumque superante squamis erectis adpressis hypostamineis praedito; stylis ovario brevioribus; stigmatibus simplicibus. — Florum glomeruli bracteati; corolla tubuloso-ventricosa e rubello- albida aut purpurascens; squamae tubi palmato-sexfidae, stamina cum laciniis corollae alternantia; styli divaricati, stigmata acuta. ○. In Humulo Lupulo, Urtica dioica, Cannabi sativa etc. parasitica in Croatia frequens. Syl. fl. cr. — In Slavonia in iisdem plantis circa Vukovar, Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1032 in iisdem herbis, nec non in Trifoliis et Menthis vulgaris. — Rchb. fl. g. 3802. (C. europaea L. C. vulgaris Pers. C. tubulosa Presl. C. Putterlichii Nes. ab Es.) „Verdun, Toponac.“ Il.-Ag. **C. major DC.**
Tubo corollae intus nudo, scutellato limboque subbreviore; filamentis basi dilatatis inter limbi lobos insertis; stylis ovario brevioribus; stigmatibus capitatis. — Caules rubentes; flores

capitato-glomerati laxiusculi brevius longiusve pedicellati, singuli bracteola suffulti; calycis laciniae 4, ovatae; corolla scutellata laciniis ovatis obtusiusculis calyce paullo longioribus, ad basin capsulae demum marcescens; stamina 4 filamentis in limbi corollini margine inter ejusdem lobos insertis iisque subaequilongis, lanceolatis membranaceis, basi nudis, antheris ellipticis luteo-viridulis; styli divaricati demum deflexi; capsula globosa. ⊙ Vis. fl. dalm. 1054 supra Ocymum Basilicum in insula Lesina. Il.-Ag. . . . . **C. breviflora Vis.**

Fam. LXXI. **Solaneae Iuss. Pomoćnice.**

Flores hermaphroditi (sub-) regulares; calyx 3—5-fidus vel 5-partitus persistens aut deciduus basi circumscissa persistente; corolla hypogyna monopetala decidua 5-fida, (rarius 6—1-fida) aestivatione plicata vel imbricata; stamina tubo corollae inserta ejusque lobis alterna et numero aequalia filamentis subaequalibus, antheris introrsis bilocularibus apice saepius conniventibus connatisve, loculis rima longitudinali vel poro terminali dehiscentibus; ovarium liberum biloculare multiovulatum placentis crassis in medio dissepimenti adnatis; stylus 1, stigma simplex; fructus capsularis vel baccatus; albumen carnosum; embryo annullaris vel spiralis; radicula infera. Vis. fl. dalm. II. p. 231; Koch syn. pl. p. 583; Rchb fl. g. p. 387.

Herbae, raro frutices, foliis alternis simplicibus superioribus floralibusque saepius geminatis inaequalibus, exstipulatis; floribus saepe alaribus vel extra-axillaribus, pedicellis ebracteatis.

Trib. I. **Solanaceae Rchb.** *Fructus baccatus.*

Gen. 405. **Lycium. L. Kustovnica.**

Calyx urceolatus 3—5-fidus; corolla infundibuliformis limbo 5-fido; stamina 5 filamentis teritibus, antheris distantibus loculisque rima longitudinali dehiscentibus; bacca succulenta bilocularis polysperma calyce immutato adpresso suffulta. Vis fl. dalm. II. p. 237, g. 366; Koch syn. pl. p. 583; Rchb. fl. g. p. 393, g. 506.

Foliis lanceolatis basi attenuatis, vel obovato-lanceolatis; tubo corollae limbum bis excedente. — Frutex 3—5-pedalis ramis spinescentibus teretibus, erectis, adultis declinatis; folia juniora undulata; corolla violacea aut dilute purpurascens albo-venosa; bacca miniata, rarius alba, oblonga. ♄. Colitur in sepibus et hinc inde in ruderatis et ad sepes quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1046 ad sepes totius Dalmatiae littoralis,

nec non in insulis Veglia et Lesina. — Rchb. fl. g. 2662. (L. salicifolium Mill.) In.-Sept. . . . . . , . **L. europaeum L.**

Foliis subrhombeo-ovatis lanceolatisve basi attenuatis tubo corollae limbum aequante. — Frutex 3—4-pedalis ramis omnino patulis aut plane declinatis angulatis subinermibus; calyx bifidus; corolla purpurea margine villosa; bacca ellipsoidea, miniata. ♄. In sepibus culta et hinc inde spontanea facta. Rchb. fl. g. 2663. (L. halimifolium Mill.) In.-Sept. . . . . **L. barbarum L.**

Gen. 406. **Solanum L. Pomoćnica.**

Calyx brevis 5-fidus; corolla rotata limbo plicato 5-fido; stamina 5 filamentis brevissimis, antheris conniventibus loculisque poro terminali dehiscentibus; bacca succulenta bilocularis, rarius 3—4-locularis loculis polyspermis. Vis. fl. dalm. II. p. 234, g. 362; Koch syn. pl. p. 583; Rchb. fl. g. p. 390, g. 503.

1 Caule fruticoso 2

Caule herbaceo, radice annua 3

2 Caule inermi scandente; foliis ovato-cordatis, superioribus saepissime hastato-auriculatis; corymbis suboppositifoliis ramosis. — Caulis valde ramosus 5—6-pedalis et ultra alte lateque scandens; folia alterna integerrima; flores nutantes; corolla violacea antheris citrinis, laciniis reflexis basi punctis duobus viridibus aut albis notatis; bacca elliptica, coccinea. ♄. In dumetis locisque sylvaticis humidis, ad ripas et sepes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — „Gorko-Slad." — Vis. fl. dalm. 1039 ad sepes et ripas, nec non in locis humidis circa Zara, Spalato, prope Clissa et Sinj. Rhb. fl. g. 2656. Il.-Oct. **S. Dulcamara L.**

Observ. variet. β. caule foliisque pubescentibus aut plane tomentosis, est: S. littorale Raab occurritque ad rivos circa Ragusa teste clariss. Vis.

Caule erecto aculeato aculeis rectis lanceolatis; foliis sinuato-pinnatifidis lobisque sinuatis ovalibus ad nervos aculeatis; corymbis paucifloris simplicibus. — Fruticulus 1—3-pedalis, horridus ramis teretibus; folia sparse aculeata, secus glabra; calycis laciniae aculeatae; flores violacei. ♄. Vis. fl. dalm. 1040 in ruderatis urbis Ragusa ejusque suburbiis. (S. astrophorum Jan.) Mj.-Sept. **S. sodomaeum L.**

3 Foliis simplicibus 4

Foliis pinnatis foliolis inaequalibus, alternis minutissimis; pedicellis articulatis; corolla quinque angulata. — Radix tuberigera;

caulis herbaceus angulatus; folia interrupte pinnata; cyma bifida floribus albis, flavescentibus aut subincarnatis. ○. E Perú et Chili adlata colitur in plurimis varietatibus. — „Krumpir, Korun ili Krtola". Rchb. fl. g. 2659. In.-Il. . **S. tuberosum L.**

4 Baccis luteis, violaceis rubrisve, rarius albis 5

Baccis nigris aut viridibus 9

5 Baccis rubris albisve 6

Baccis luteis caule semper herbaceo 8

6 Caule omnino herbaceo, inermi glabro puberulo 7

Caule annuo quidem, sed lignescente foliisque ovatis subrepandis stellato-tomentosis inermibus, foliis solitariis; baccis oviformibus. — Bi-tripedalis; flores lilascentes; baccae magnae violaceae; rarius albae. ○. Ex Arabia adlatum, modo in hortis frequentissime cultum. Rchb. fl. g. 2658. (Melongena ovata Mill.) Il.-Sept. **S. ovigerum Dun.**

7 Caule erecto, superne subfastigiato-ramoso, ramis arrecto-patulis teretiusculis, rarius subangulatis patentique-pubescentibus; foliis subcordato-rhombeis obtuse sinuatis, obtusis; umbellis nutantibus; baccis coccineis. — Bi-tripedale et ultra; caulis inferne simplex; folia brevia obscure viridia; umbellae breviter pedunculatae; calycis laciniae rotundatae. ○. In ruderatis et ad sepes circa Sisek, Tapolovec et Petrinja, nec minus circa Varasdinum et Čakovac. Syll fl. cr. — Rchb. fl. g. 2655. Il.-Oct. **S. rubrum Mill.**

Caule diffuso, ramis dentato-angulatis strigoso-pubescentibus; foliis ovato-rhombeis repandis glabriusculis; umbellis nutantibus; baccis miniatis. — Praecedenti persimile, sed tamen notis citatis ab illo diversum et cultura immutabile. ⊙. In cultis et oleraceis circa Zagrabiam, Samobor, Velika-Gorica et alibi cum praecedente. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis in comitatu Syrmiensi. Vis. fl. dalm. 1042 in vineis et agris circa Sebenico et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2654. Il.-Oct. **S. miniatum Bernh.**

8 Ramis caulinis teretibus hirsutisque; foliis ovato-oblongis dentato-angulatis, patenti-pubescentibus; baccis luteo-aurantiis. — Pedale-bipedale erectum, fastigiatum, canescens, moschum redolens ⊙. In ruderatis et incultis, nec non in vineis circa Toplikam, Varasdinum, Krapinam et alibi in Zagoria. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2752. (S. luteum Mill.; S. Kitaibeli Schult.) Il.-Oct. . . . . **S. villosum Lam.**

Ramis caulinis dentato-angulatis strigoso-pubescentibus; foliis ovato-

rhombeis sinuato-angulatis pilosellis; baccis luteo-citrinis. — Habitus praecedentis, sed obscure virens; caulis olivaceus; folia brevia; pedicelli extrorsum incrassati; corolla basi ochroleuca; semina translucentia. ⊙. Cum priori in iisdem locis. Rchb. fl. g. 2653. Il.-Oct. . . . . **S. flavum Kit.**

Observ. Clariss. Vis. subsumit sub S. miniato Bernh. et S. villosum Lam., et S. flavum Kit., quae revera specifice nec differre videntur.

9 Baccis nigris; foliis ovatis repandis aut sinuato-dentatis; umbellis infraaxillaribus nutantibus 10

Baccis luteo-viridibus; foliis ovato-rhombeis et sinuato-repandis subintegerrimisque. — Spithamaeum, pedale caule humifuso ramis angulatis angulisque spinuloso-tuberculatis, spinulis innocuis; semina translucentia. ⊙. In ruderatis circa Zagrabiam; in vineis circa Bistram, Stubicam et alibi in Zagoria. Rchb. fl. g. 2651. (S. humile Bernh.) Il.-Oct. . . . **S. viridescens Hort.**

10 Ramis compresso-teretibus foliisque ovatis repandis cauleque puberulis, pilis incurvo-erectis; pedicellis fructiferis apice incrassatis deflexis. — Baccae Piso submajores atrae, habitus gracilior ac sequentis. ◯. In ruderatis cultis et incultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2645. Vis. fl. dalm. 1041 in iisdem locis totius Dalmatiae. In.-Oct. . . **S. nigrum L.**

Ramis cauleque angulatis, angulis spinuloso-dentatis innocuis; foliis ovato-rhombeis sinuatis. — Praecedenti persimile et nonnisi angulis ramorum magis muriculatis baccisque magis epacis ab illo diversum, hinc potius varietas illius dicendum. ⊙. In iisdem locis cum priori praesertim in solo pingui, ad sepes et muros. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2646. (S. scabrum Mill.; S. judaicum Bess.; S. melanocerasum W. En.; S. serotinum Hort.) Il.-Oct. . . . . **S. pterocaulon Dun.**

Gen. 407. **Lycopersicum Tourn. Rajčica.**

Calyx et corolla rotata 5—6-fida; stamina 5—6; antherae apice in membranam productae connatae intus longitudinaliter dehiscentes; bacca circuitu sulcato-incisa interstitiis turgidis, torosis. Rchb. fl. g. p. 392, g. 504.

Foliis pinnatis foliolis incisis inaequalibus; racemis bipartitis aphyllis. — Piloso-viscosum; caulis inermis herbaceus 2—3-pedalis prostratus dein adscendens; corolla lutea; bacca coccinea

aut luteola magna depressa glabra. ☉. Ubique in hortis cultum, secus ex America australi adlatum. Rchb. fl. g. 2660. (Solan. Lycopersicum L.) Il.-Sept. . . . . . . **L. esculentum Mill.**

Gen. 408. **Physalis L. Mjehurica.**

Calyx 3—5-fidus; corolla rotato-campanulata limbo plicato sinuato-5-lobo; stamina 5 filamentis brevibus, antheris conniventibus loculisque rima longitudinali dehiscentibus; bacca succulenta calyce aucto et ventricoso inclusa bilocularis loculis polyspermis. Vis. fl. dalm. II. p. 235, g. 363; Koch syn. pl. p. 584; Rchb. fl. g. p. 389, g. 499.

1 Corolla maculata et sub macula quaque fovea nectarifera circumbarbata provisa; caule erecto ramoso 2

Corolla fundo nuda; foliis ovato-acutis geminatis; floribus pedunculatis solitariis; calycibus fructiferis inflatis miniatis. — Caulis herbaceus, a basi ramosus, erectus, pedalis et ultra; flores axillares cernui, corolla alba; bacca coccinea. ♃. In collibus siccis inter virgulta, in vineis, ad vias et in prunetis hinc inde, veluti in dumetis secus viam ad Podsused, ad sepes circa Malo-Erpenje, circa Toplikam, Varasdinum, Ludbreg, Samobor et alibi sed in Croatia ubique rara. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1043 ad sepes et vias agrestes, nec non in sylvaticis et vineis cultisque totius Dalmatiae. „Sirčenik, Mohunjce, Jagodice gospine, Mjurice, Pupator, Jabučina vučja". In.-Il. . . . **Ph. Alkekengi L.**

2 Foliis ovato-acuminatis villoso-viscosis; floribus cernuis; calycibus 5-fidis fructiferis subglobosis angulatis. — Pedalis, caulis pubescens; viscidulus erectus; corolla ochroleuca maculis 5 nigris. ☉. E Perú adlata et modo in hortis frequenter culta. Rchb. fl. g. 2640. (Ph. peruviana L.) Il.-Ag. . . **Ph. pubescens L.**

Foliis latissime cordatis repando-dentatis integerrimisque villoso-pubescentibus; floribus cernuis; calycibus 3-fidis fructiferis angulatis basi introrsis. — Bi-tripedalis caule erecto diffuso herbaceo et viscoso-pubescente; folia magna; corolla majuscula maculis 5 atropurpureis notata; calyx fructifer flavidus; bacca edulis. ○. Ex Antillis adlata et hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 2P41. (Ph. edulis Sims.) Il.-Ag. . . **Ph. latifolia Lam.**

Gen. 409. **Capsicum Tourn. Paprica.**

Calyx 5-dentatus; corolla rotata 5-fida; stamina 5 conniventia; antherae longitudinaliter dehiscentes, bacca coriacea 2—3-locularis; placenta columnaris polysperma. Rchb. fl. g. p. 392, g. 505.

Caule herbaceo erecto; petiolis foliisque glabris fructu pendulo. — Pedale et ultra; folia lanceolata in petiolum attenuata integerrima subundulata; flores axillares solitarii albi; bacca magna polymorpha, plerumque ex ovata basi conica attenuata subincurva coccinea aut lutea. ☉. Ex India occidentali adlatum, modo in hortis cultum et hinc inde in ruderatis et ad sepes spontaneum. Rchb. fl. cr. 2661. In.-Ag. . . . . **C. annuum L.**

Observ. Coluntur sequentes varietates:

Variet. β. Bacca valde elongato-oblonga acuminata, incurva coccinea, est: C. longum DC.

Variet. γ. Bacca oblonga inferne ventricosa, apice compressa angulata coccinea, est: C. cydoniaeforme Hort.

Variet. δ. Bacca globosa, pendula coccinea, est: C. sphaericum W.

Gen. 410. **Atropa L. Paskvica ili Devesin.**

Calyx campanulatus 5-dentatus; corolla subcylindrico-campanulata 5-loba; stamina 5 filamentis basi incrassatis villosis, antheris distantibus, loculis rima longitudinali dehiscentibus; bacca succulenta bilocularis polysperma calyce acuto stellato-patente suffulta. Vis. fl. dalm. II. p. 234, g. 365; Koch syn. pl. 585; Rchb fl. g. p. 390, g. 501.

Caule herbaceo trichotomo; foliis ovatis integris petiolatis solitariis aut inaequalibus geminatis; pedunculis nutantibus unifloris. — Bi-quadripedalis, opaca; radix crassa ramosa; caulis teres erectus; folia acuta inaequalia; calyx persistens laciniis lanceolatis acutis; flores luride purpurei intus basi flavidi aut lividi, extus e fusco-virescentes; bacca atra, nitens; subrotunda. ♃. In sylvis montanis umbrosis circa Kalnik, in illis in Paka, Ivanšćica, ad Zagrabiam et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis ad Velika Matočina, Duzluk, Jankovac, Vučin, in illis totius tractus Papuk, nec non ad Čerević. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1045 in sylvaticis montium Velebit. Rchb. fl. g. 2643. Il.-Ag. . . . . . . **A. Belladonna L.**

Gen. 411. **Nicandra Adans. Pokrin.**

Calyx 5-fidus angulatus; corolla campanulata; filamenta basi dilatata; bacca 4—5-locularis, placentae costae cum dissepimentis alternantes. Rchb. fl. g. p. 390, g. 500.

Herbacea, 2—6-pedalis, ramosa; folia oblonga sinuato-angulata; flores axillares cernui, corolla tubo albido, limbo caeruleo. ⊙. E Perú adlata et modo hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 2642. (Atropa physaloides Jacq.; Calydermos erosus Rz.; Physalis daturaefolia Lam.) II.-Sept. . . . **N. physaloides Gaert.**

Gen. 412. **Mandragora Tourn. Nadlišak.**

Calyx 5-fidus laciniis carinatis; corolla campanulata limbo plicato 5-fido; stamina 5 filamentis filiformibus basi dilatata villosis, antheris distantibus, loculis rima longitudinali dehiscentibus; bacca succulenta calyce vix aucto suffulta, dissepimento obliterato unilocularis, polysperma. Vis. fl. dalm. II. p. 236, g. 364; Rchb. fl. g. p. 390, g. 502.

Foliis ovatis, primis obtusis, serioribus acutis; calycis fructiferi laciniis ovato-lanceolatis acutis bacca globosa lutea brevioribus. — Radix crassa simplex aut 2—3-furcata; folia radicalia elliptico-ovalia fere pedalia, undulato-repanda glabra; umbella radicalis multiflora, pedunculi pollicares erecti, uniflori; corolla alba, extus viridula calycemque parum excedens laciniis aequalibus obtusis, staminibus duplo longior; ovarium basi biglandulosum; bacca globosa Aurantium vulgare referens; flavescens, carnosa, mollis, male olens; semina reniformia albida. ♂. Vis. fl. dalm. 1044 in apricis vallis Stravčia territorii Ragusini. Rhb. fl. g. 2644. (M. vernalis Bertol.; M. acaulis Gaert.; M. mas J. Bauh.; Atropa Mandragora L.) Mr.-Apr. . . **M. officinalis L.**

Trib. II. Datureae. Rchb. *Fructus capsularis.*

Gen. 413. **Scopolina Schult. Bunica.**

Calyx campanulatus 5-fidus; corolla cylindrico-campanulata 5-dentata; capsula subglobosa bilocularis, basi circumscissa. Koch syn. pl. p. 585; Rchb. fl. g. p. 388, g. 496.

Foliis ovatis integris; calycibus inflatis campanulatis laevibus. — Erecta pedalis et ultra, dichotoma; radix nodosa crassa; caulis glaber; folia venosa rugosa in petiolum attenuata, inferiora op-

posita, reliqua sparsa utrinque acuta; flores solitarii in pedunculo filiformi e foliorum axillis penduli; corolla luride rubella fundo flavescens aut tota flavo-virens basi in tubum brevem angustata, interne sericea et ad basin villosa. ♃. In sylvis montanis Zagrabiensibus; in dumetis ad viam Samoborino Rude ducentem; in Zagoria in illis tractus montium Ivanščica et alibi in Croatia montana haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2633. (Sc. carniolica Jacq.; Sc. trichotoma Mnch.; Hyosc. Scopolia L.) Apr.-Mj. . . . . **Sc. atropoides Schult.**

Gen. 414. Hyosciamus Tourn. Bun, Bunica ili Blen.

Calyx urceolatus 5-fidus liber persistens, in fructu auctus; corolla infundibuliformis tubo brevi, limbo obliquo, laciniis inaequalibus obtusis; stamina 5 filamentis basi incrassatis; capsula membranacea calyce inclusa bilocularis, sub apice circumscissa et operculo biloculari secedente dehiscens, loculis polyspermis. Vis. fl. dalm. II. pag. 233, g. 361; Koch syn. pl. pag. 585; Rchb. fl. g. pag. 388, g. 495.

Foliis ovato-oblongis acuminatis pinnatifido-sinuatis semiamplexicaulibus, infimis petiolatis, floralibus approximatis utrinque 1--2-dentatis; floribus subsessilibus, corollis venoso-reticulatis. — Tota planta villoso-viscida; radix fusiformis carnosa; caulis teres ramosus; folia alterna; flores in spica terminali simplici recurva sessiles; corolla sordide flavescens venisque violaceis variegata, fundo atropurpurea. ♃. In ruderatis, ad vias, sepes, fimenta in cultis et incultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1037 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2630. Mj.-Il. . . . . **H. niger L.**

Observ. variet. β. foliis minus incisis, inferioribus floralibusque plane subintegerrimis, est: H. agrestis WK.

Variet. γ. floribus pallide ochroleucis unicoloribus, est: H. pallidus Kit.

Foliis ovato-subrotundis sinuato-lobatis dentatisve petiolatis; floribus distantibus, subsessilibus, limbo unicoloribus; calycibus nervosis. — Folia omnia petiolata obtuse lobata, superiora repando-dentata; flores subsessiles; corollae pallidae flavae fauce violaceae; caulis pedalis et ultra erectus et ut folia villosus. ♂. In cultis, ad vias et muros in litt. cr. circa Flumen, Tersat, Kraljevica, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. —

Vis fl. dalm. 1038 in apricis saxosis, ad muros et moenia totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2631. Mj.-Sept. . . . **H. albus L.**
Variet. β. foliis inferioribus late cordato-truncatis inciso-angulatis, supremis oblongo-spathulatis; corollis ochroleucis fundo violaceo aut viridi, est: H. canariensis Ker. occurritque cum specie in Dalmatia. Rchb. fl. g. 2632. (H. varians Vis.)

Gen. 415. **Nicotiana Tourn. Duhan ili Duvan.**

Calyx urceolatus inaequaliter, 5-dentatus, liber persistens; corolla tubulosa limbo patente plicato 5-loba, stamina 5 filamentis filiformibus; capsula membranacea calyce arcte circumdata bilocularis valvulis binis bifidis longitadinaliter dehiscens loculis polyspermis. Vis. fl. dalm. II p. 233, g. 360; Koch syn. pl. p. 585; Rchb. fl. g. p. 389, g. 497.

1 Corollae fauce inflata, floribus roseis 2
Corollae tubo exserto, lobis limbi rotundatis, floribus flavo-virentibus; foliis petiolatis ovatis. — Bi-quadripedalis viscide pubescens flores cymoso-paniculati. ○. Ex America adlata passim culta et hinc inde in oleraceis et ruderatis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1036 sponte in insulis circa Zara et ad Braichi prope Cattaro. „Perdussia". Rchb. fl. g. 2635. Iu.-Sept. . . . . **N. rustica L.**

2 Foliis oblongo-lanceolatis sessilibus decurrentibusque; dentibus limbi corollae acuminatis. — Quadri-sexpedalis; flores cymoso-paniculati; corolla laete rosea. ○. Ex America adlata passimque culta et hinc inde in oleraceis et ad sepes quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2636. (N. havanensis Lag.; N. decurrens Ag.) Il.-Ag. . . . . **N. Tabacum L.**
Foliis ovato-acuminatis amplexicaulibus, subauriculatis; dentibus limbi corollae brevissime rotundato-acuminatis. — Sex-octo-pedalis, folia latissima; corollae pallido-roseae. ⊙. Uti priores. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2636. (N. latissima Mill.; N. gigantea Weinm.) Il.-Ag. . . . . **N. macrophylla Spr.**

Gen. 416. **Datura L. Kužnjak ili Smèrdac.**

Calyx tubulosus 5-plicatus supra basin peltatus ovario adnatus circumscisse deciduus; corolla infundibuliformis 5-loba lobis abrupte acuminatis; stamina 5 filamentis filiformibus; capsula coriacea spinosa incomplete 4-locularis val-

visque 4 longitudinaliter dehiscens loculis polyspermis. Vis. fl. dalm. II. p. 232, g. 359; Koch syn. pl. p. 586; Rchb. fl. g. p. 389, g. 498.

Foliis ovatis glabris inaequaliter sinuato-dentatis dentibus acuminatis; capsulis oblongis erectis spinosis; corollis candidis. — Caulis erectus ramosus dichotomus ramis patentibus; folia petiolata basi inaequalia; flores axillares solitarii erecti; semina reniformia. ♂. In locis cultis, ruderatis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1035 in ruderatis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2637. II.-Sept. **D. Stramonium L.**

Foliis inaequalibus glabris duplicato dentatis; caule, petiolis, nervisque foliorum saturate violaceis; calyce colore violaceo suffuso corollisque dilute violaceis. — Praecedente omni ex parte longe robustior, nauseoso-graveolens, corolla maxima, saepe duplici, pallide lilacina aut dilute violacea. ♂. Vis. fl. dalm. 1035 variet. β. in ruderatis circa Narenta. — Secus hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 2638. II.-Ag. . . . . **D. Tatula L.**

Subdivisio β. corollis irregularibus, *rotatis laciniis inaequalibus, aut bilabiatis, ringentibus aut plane personatis.*

Fam. LXXII. **Verbenaceae Juss. Sporiške.**

Flores hermaphroditi irregulares; calyx tubulosus persistens 5-dentatus; corolla monopetala hypogyna tubulosa limbo irregulari vel inaequali, decidua; stamina 4 didynama, vel 2 corollae inserta; ovarium liberum 4-loculare ovulis erectis solitariis vel geminis; stylus 1; pericarpium drupaceum pyrenas 4 monospermas continens vel in nuculas 4 secedens; embryo erectus radicula infera ad hilum versa; albumen nullum. Vis. fl. dalm II. p. 181; Koch syn. pl. pag. 663.

Herbae fruticesve ramis tetragonis foliisque oppositis exstipulatis; floribus laxe spicatis, cymosis.

Gen. 417. **Vitex Tourn. Konopljika.**

Calyx 5-dentatus; corolla hypocrateriformis limbo obliquo 5—6-lobo, subbilabiato; drupa sicca nuce 4-loculari tetrasperma. Vis. fl. dalm. II. p. 182, g. 323; Koch syn. pl. p. 663; Rchb. fl. g. p. 334, g. 442.

Foliis digitato-quinatis septemnatisque, foliolis lanceolatis acuminatis integerrimis, subtus cano-tomentosis; spicis terminalibus interruptis. — Frutex 8—10-pedalis ramosissimus ramis tetragonis; flores lavandulacei aut laete caerulei, rarius rosei. ♄. In locis arenosis et in scopulis ad littora maris circa Flumen,

Kraljevica, Novi et Karlobago; secus in hortis frequentissime inplantatus. Syll. fl. cr. - Vis. fl. dalm. 921 ad mare in arenosis, torrentium alveis locisque humidis littoralis Dalmatiae frequens. In.-Ag. . . . . **V. Agnus castus L.**

Gen. 418. Verbena Tourn. Sporiš.

Calyx 5-dentatus dente postico minimo; corolla hypocrateriformis tubo incurvo, limbo obliquo planiusculo; stamina inclusa; stigma crassum bilobum; fructus capsularis 4-locularis loculis monospermis, maturitate in nuculas 4 dilabens. Vis. fl. dalm. II. pag. 181, g. 322; Koch syn. pl. pag. 664; Rchb. fl. g. pag. 334, g. 440.

Caule erecto subsimplici; foliis laciniato-pinnatifidis aut crenato-serratis integrisve, scabris; spicis filiformibus elongatis paniculatis stylo persistente. — Radix ramosa; caulis erectus superne in ramos divisus setulisque minutis exasperatus; folia petiolata setulis inspersa: bracteolae lanceolatae acutae; calyx tetragonus; corolla roseo-caeruleaque externe villosa. ♃. In pratis, pascuis, ad agrorum margines, sepes et alibi in Croatia et Slavonia vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 919 in viis, ruderatis, ad muros totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2278. II.-Sept. **V. officinalis L.**

Caule prostrato, ramosissimo: foliis lanceolatis molliter pubescentibus, mediis bipinnatifidis: spicis filiformibus simplicibus axillaribus; stylo caduco. — Radix annua; flores caerulescentes minuti sessiles in spicam collecti; singulo flori adstat bractea minima hispidula; corolla ex albo, purpureo et violaceo variegata, tubo ad insertionem staminum parum dilatato. — Caulis, folia, pedunculi exasperata sunt setulis rigidis. — Praecedenti persimilis, sed tamen praeter notas adductas foliis tenuius dissectis, spicis brevioribus, simplicibus; capsulis quindquam crassioribus styloque breviori ab illa distinguitur. ⊙. vel ♂. In Slavonia circa Čepin, Stražeman et Gradac vulgaris, nec minus circa India et Nova-Papua in locis arenosis haud rara. (Kan.) Vis. fl. dalm. 920 in udis arenosis ad lacum Dračevica in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2286. In.-Sep. . . . . **V. supina Clus.**

Fam. LXXIII. Acanthaceae Juss. Primognice.

Flores hermaphroditi irregulares; calyx liber persistens 5-partitus lacinia antica et postica maxima; corolla hypogyna basi cartilaginea unilabiata, labio trifido, lobis aestivatione contortis; stamina 4 basi corollae inserta, subdidynama

filamentis crassis subulatisque; antheris bilocularibus, loculis oppositis parallelis longitudinaliter dehiscentibus, dorso affixis; ovarium liberum biloculare dissepimento e carpellorum marginibus introflexis duplicato, loculis biovulatis; stylo simplici; stigmate bilobo; capsula membranacea bilocularis tetrasperma loculicide bivalvis dissepimento ligneo; semina exalbuminosa dissepimenti processibus crassis cartilagineis obtusis affixa, tuberculata, embryone curvato, radicula descendente centripeta. Vis. fl. dalm. II. p. 226; Koch syn. pl. p. 664.

Plantae herbaceae caule ramisque nodosis; foliis oppositis exstipulatis simplicibus sinuato-pinnatifidis, dentibus spinulosis; floribus spicatis bractea foliacea dentato-spinosa suffultis. — Flores omnium albi.

Gen. 419. **Acanthus Tourn. Primog.**

Character generis idem qui familiae.

1 Foliis omnibus aut saltem radicalibus inermibus; lacinia calycis suprema tantum margine ciliata vel plane tota glabriuscula . 2

Foliis omnibus spinulosis aut plane exacte spinosis spinis acutis; calycis lacinia suprema puberula aut plane margine villosa . 3

2 Foliis pinnatipartitis, laciniis oblongis sinuato-dentatis basi confluentibus, infimis basi angulatis distinctis, dentibus triangularibus apiculatis inermibus; bracteolis lanceolatis acuminatis mucronato-spinosis glabris; calycis laciniis lateralibus ovato-acutis margine pubescentibus, suprema glabriuscula. — Radix ramosa multiceps; caulis erectus villosus; folia mollia ciliata utrinque glabra, radicalia ampla sinuato-pinnatifida laciniis latis obtusis subdentatis; bracteae pubescentes aut glabriusculae; corollae tubus interne pilosus; capsula apice pubescens. ♃. In locis graminosis inter virgulta litt. cr. circa Flumen, Tersat, Kukuljanovo; ad Grišane et Pribir, nec non circa Segniam, Lupoglav et Ledenica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1022 in hortis, ruderatis insulae Lesina et in insula Lissa in sylvaticis inter urbem Lissa et Comisa. Rchb. fl. g. 2482. (A. sativus Dod.) In.-Il.

A. mollis L.

Foliis pinnatipartitis, laciniis late ovatis inciso-dentatis distinctis, basi abrupte constricto-petiolatis decurrentibus, incisuris ovato-lanceolatis apiculatis inermibus, terminali majore; bracteolis setaceo-linearibus undique pubescentibus; calycis laciniis lateralibus obovato-orbiculatis scariosis glabris, suprema ciliata. — Differt ab omnibus reliquis forma laciniarum foliorum late ovata basi contracto-petiolata; ab A. molli autem insuper bracteis

anguste linearibus et calycis segmentis lateralibus orbiculatis obtusissimis glabris. ♃. In nemoribus litt. cr. circa Praputnik et Piket. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1021 in locis collinis sylvaticis circa Verlika, Torrette, Clissa, in monte Mossor, circa Ragusa, nec non in montibus ad Pastrovicchio et Krivoscie. (A. intermedius Host.) In.-Ag. . . . . . **A. longifolius Host.**

3 Foliis saltem radicalibus bipinnatipartitis bullatis nitidis, laciniis dentato-spinosis pungentibus, distinctis, infimorum oblongo-lanceolatis, reliquorum lanceolato-linearibus, dentibus triangulari-lanceolatis spina valida discolore costatis cuspidatisque; bracteolis linearibus carinatis 4

Foliis radicalibus laciniatis reliquis sinuato-dentatis laciniis basi confluentibus, infimis distinctis pubescentibus dentibus late triangularibus brevibus acutis spinaeformibus, sed innocuis; bracteolis lineari-lanceolatis, acuminato-spinosis, pilosis; calycis laciniis lateralibus obovato-orbiculatis scariosis glabris, suprema margine villosa. — Caulis teres hirsutus; folia pubescentia denticulata, radicalia ampla oblonga laciniata, caulina summa minima ovata indivisa; bractea exterior lata venosa spinoso-laciniata, laterales ad basin calycis insertae lineari-lanceolatae cuspidatae pilosae. — Inter A. mollem et spinosum intermedius, differt autem ab A. spinoso L. spinis mollibus et dentibus foliorum brevibus triangularibus, nec lanceolato-acuminatis. ♃. Vis. fl. dalm. 1023 in locis paludosis maritimis insulae Lesina. In.-Ag.

A. spinulosus Host.

4 Foliis nonnisi radicalibus bipinnatifidis; corollis calycino foliolo superiore longioribus. — Caulis setulis inspersus inferne teres, superne angulatus; bractea externa oblonga margine spinosa et in cuspidem pungentem recurvam angustata; bracteae internae et laterales oppositae lineares in spinam attenuatae, carinatae; dorso et ad margines pilosae. ♃. In nemoribus Dalmatiae. Host fl. aust. II. p. 247, n. 4. Rchb. fl. g. 2183. (A. sylvestris Dod.) Mj.-In. . . . . **A. spinosus L.**

Foliis radicalibus caulinisque bipinnatifidis, calycis foliolo superiore corolla longiore, inferiore apice spinuloso. — Caulis angulatus pilisque inspersus; folia ad venas et costam uti et bracteae externae pilosa, margine spinosa; foliorum laciniae angustae spinis gracilibus armatae; bracteae externae oblongae spinisque validis instructae, supra medium recurvae; bracteae internae lineares

canaliculatae, in spinam attenuatae ciliatae, margine muticae vel una alterave spina instructae; calycis laciniæ (foliola) laterales obovato - orbiculatae scariosæ glabrae, suprema puberula. ♃. Inter frutices ad litt. cr. circa Karlobago, Konjsko et Lukovo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1024 in sylvaticis incultisque circa Kerka, Torretto di Sebenico; inter Rogosnica et Bossoglina, Spalato, inter Vergoraz et Zagvozd, Ragusa, Castelnuovo, Cattaro et in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 2484. (A. spinosus Vis. et non L.) In.-Ag. . . . **A. spinosissimus Pers.**

Fam. LXXIV. **Scrophularineae. R. Br. Strupnikovice.**

Flores hermaphroditi irregulares vel saltem inaequales; calyx liber persistens monosepalus 4—5-partitus; corolla inaequaliter 5—4-fida lobis aestivatione imbricatis vel bilabiato-personata; stamina tubo corollae inserta 2—,4—5, interdum uno alterove sterili, antheris 1—2-locularibus; ovarium liberum biloculare, ovulis anatropis; stylus terminalis; stigma indivisum, rarius bilamellatum; capsula bilocularis, saepissime bivalvis polysperma, rarius poris dehiscens oligosperma, placentis centralibus coadunatis; seminibus hilo basilari, embryone in axe albuminis carnoso recto, radicula hilum spectante. — Vis. fl. dalm. II. pag. 153.

Herbae foliis simplicibus exstipulatis; floribus axillaribus vel racemosis paniculatisve.

Trib. I. **Verbasceae Bartl.** *Antherae uniloculares reniformes apici filamentorum dilatato transverse adnatae, rima transversali dehiscentes.*

Gen. 420. **Verbascum L. Divizma ili Vučjirep.**

Calyx 5-partitus; corolla rotata limbo 4-partito laciniis subinaequalibus; stamina 5 declinata inaequalia filamentis omnibus vel saltem posticis barbatis; capsula septicide bivalvis, valvulis apice bifidis; placentis septo adnatis. Vis. fl. dalm. II. p. 154, g. 308; Koch syn pl. p. 586; Rchb. fl. g. 379, g. 489.

1 Floribus atro-purpureis aut rubro-ferrugineis 2
Floribus flavis, rarius albidis 3

2 Racemis elongatis, floribus solitariis geminisve, pedunculis bractea multo longioribus. — Pedale et ultra; caulis ramosus subaphyllus; folia subtus pubescentia, radicalia petiolata ovata crenata, caulina pauca, sessilia ovato-lanceolata aut simpliciter lanceolata acuta multo minora et pedetentim ad bracteas reducta crenato-dentata; racemus laxus, glanduloso-pilosus; corollae magnæ intense

aut atro-purpureae; staminum filamenta purpureo-lanata. ♂. In pratis collibusque herbidis, ad sepes et margines viarum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus dumetosis circa Vukovar, Čerević, in convallibus ad Petrovaradinum; in pascuis intra Kamenic et Banstol, nec non circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 856 in sylvaticis et umbrosis circa Zara, Scardona, Torrette, Dernis, Clissa et Makarska, nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 2584. Mj.-In. . . . **V. phoeniceum L.**

Observ. var. β. Foliis radicalibus albo-lanuginosis duplicato-crenatis, bracteis, pedunculis calycibusque glabris, est: V. lanuginosum Vis. occurritque in sylvaticis circa Pastrovicchio in ditione Butuensi.

Racemis paniculatis, floribus fasciculatis, fasciculis distantibus, 4—6-floris; pedunculis calyce pluries longioribus. — Pedale sesquipedale; caulis ramosus; folia crenata subtus pubescentia, inferiora oblonga obtusa petiolata, caulina oblongo-ovata acutiuscula sessilia, superiora ovata acuta, subcordata et amplexicaulia; corollae rubro-ferrugineae fauce violaceo-maculatae; filamenta purpureo-lanata pube 3—5-furcata. ♂. In saxosis montium Velebit, veluti ad pedem alpis Debelo-berdo, ad Mali-Halan versus Podprag; nec minus in collibus lapidosis circa Sv. Rok, Sv. Mihovilj et in Vrebačka-staza. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2585. (V. caucasicum Fisch.) Mj.-Il. . . . . . **V. rubiginosum WK.**

3. Floribus solitariis geminisve racemosis 4

Floribus fasciculato-racemosis, fasciculis 4—6-floris 5

4 Foliis caulinis oblongis acutis crenatis sessilibus, supremis cordato-acuminatis; racemo elongato simpliciusculo; pedunculis bractea duplo longioribus. — Bi-tripedale; folia glabra, inferiora obovato-oblonga acuta crenata, in basin attenuata subsinuata; corolla flava; staminum filamentis purpureo-lanatis. ♂. In collibus, pratis agrisque incultis, ad sepes et margines viarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 857 in aggeribus agrorum et ad vias totius Dalmatiae vulgare. Rchb. fl. g. 2586. (V. glabrum Mill.) In.-Il. . . . . **V. Blattaria L.**

Foliis caulinis late ovato-acuminato-amplexicaulibus grosse dentatis acuminatis; pedunculis subsolitariis inaequalibus. — Bi-pedale et ultra superne glanduloso-pilosum; foliis radicalibus caulinisque inferioribus sinuato-repandis basi attenuatis. — Praecedenti, — cujus vera varietas esse videtur — persimile, sed magis

ramosum, densius foliosum; folia superiora multo latiora, angulato-dentata; pedunculi breviores. ♂. In iisdem locis ac praecedens illoque in locis dumetosis fertilibus frequentius circa Crisium, Zagrabiam, Siscium et alibi in Croatia. Rchb. fl. g. 2587. (V. Pseudo-Blattaria Schl.; V. blattaroides Gaud.; Celsia heterophylla Pers.) In.-Ag. . . . . **V. repandum W.**

5 Foliis plus minusve decurrentibus 6

Foliis non decurrentibus 10

6 Foliis saltem superioribus penitus a folio ad folium decurrentibus; lana filamentorum alba 7

Foliis breviter aut tantum semidecurrentibus 9

7 Corollis magnis speciosis calyce quadruplo longioribus, laciniis subrotundis 8

Corollis subrotatis calyce vix duplo longioribus, laciniis oblongis. — Bi-tripedale plerumque simplex et pallide tomentosum; folia crenata ovali-oblonga, inferiora in petiolum attenuata obtusa, reliqua ad folium subsequens decurrentia acuta, pededentim decrescentia; racemus dense spicatus; filamenta albo-lanata duobus longioribus antheras suas quadruplo-superantibus. ♂. In incultis locisque herbidis, ad vias marginesque vinearum hinc inde in Croatia, sed sequente rarius. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris arvisque siccis vulgare. (Kan.) Vis. fl. dalm. 847 in lapidosis demissis montium Velebit. Rchb. fl. g. 2618. (V. angustius Dod.) In.-Il. . . . . **V. Thapsus L.**

Observ. variet. β. foliis angustis; floribus albis, est: V. elongatum W. occurritque cum priori in Dalmatia.

8 Luteo-tomentosum; foliis ovalibus crenulatis dentatisve, inferioribus in petiolum attenuatis obtusis, reliquis ad folium subsequens decurrentibus, sensim acutioribus; racemo spicato elongato plus minusve compacto; corollis exacte rotatis, filamentis duobus longioribus antheras suas subduplo superantibus. — Bi-tripedale, tomentum e luteo virens; folia rugosa crassa, caulina brevia, inferiora grosse incisoque crenata; racemus plus minusve densus tomentosus tomento subtiliter fasciculato et lutescente. ♂. In ruderatis locisque incultis herbidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 848 in ruderatis lapidosis sterilibus totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 2615 et 2616. (V. densiflorum Bert.; V. condensatum Schrad.; V. bracteatum Kickx.; V. pallidum N. v. E.) In.-Il. . . . . **V. thapsiforme Schrad.**

Albo-tomentosum; foliis ellipticis leviter crenulatis, inferioribus in petiolum attenuatis obtusiusculis, reliquis ad folium subsequens decurrentibus, sensim acutioribus; racemo spicato crasso gossypino longissimo; corollis subrotatis, filamentis duobus longioribus antheras suas multoties superantibus. — Quasi intermedium inter V. Thapsus et V. thapsiforme; a priori differt foliis alisque caulinis multo latioribus, corollis duplo majoribus, laciniis corolla subrotundis; filamentis inferioribus multo longioribus; tomento denique racemi longissimi compacti gossypino candido, et a sequenti recedit corollis basi tubulosis; filamentis inferioribus anthera sua vix duplo longioribus et tomenti colore. ♂. Vis. fl. dalm. 849 in lapidosis apricis insulae Torcola. Apr.-Mj. **V. macrourum Ten.**

9 Filamentis albo-lanatis, 2 longioribus glabris, vel superne parce pilosis anthera sua longe decurrente sesqui- vel duplo-longioribus. — Caulis erectus tomentosus sesqui-bipedalis et ultra, simplex aut subramosus; folia rugulosa crenata tomentosa, tomento lutescente, inferiora oblongo-ovalia in petiolum attenuata obtusiuscula, reliqua cordato-amplexicaulia, sensim acutiora, auriculis baseos rotundatis breviter adnatis decurrentibusve; racemo spicato laxiusculo; corolla rotata calyce quadruplo longior, speciosa. ♂. In collibus incultis graminosis, in ruderatis ad muros et margines viarum et vinearum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 850 in sterilibus, ruderatis et ad muros hortorum circa Sebenico, Ragusa et Čattaro. Rchb. fl. g. 2613. (V. rugulosum W.) Jn.-Jl. . . . . **V. phlomoides L.**

Observ. var. β. racemo valde interrupto; foliis supra cauleque subdenudatis, est: V. samniticum Ten. occurritque teste clariss. Vis. circa Ragusa.

Variet. γ. foliis ellipticis semidecurrentibus crenatis tomentosis, tomento tenui; racemis longissimis, est: V. australe Shrad. — Rchb. fl. g. 2614. Occurrit cum priori hinc inde.

Variet. δ. foliis oblongo-lanceolatis acutis utrinque attenuatis, caulinis lanceolatis basi angustatis, racemi fasciculis remotiusculis; antheris 2 oblongis, est: V. nemorosum Shrad. Rchb. fl. g. 2612. — In graminosis collibusque dumetosis totius Croatiae. — Syll. fl. cr.

Variet. ε. foliis ovato-lanceolatis crenatis subtus venosissimis utrinque piloso-tomentosis; staminibus 3 superioribus breviori-

bus basi nudis, superne hirsutis, 2 longioribus ex integro nudis et tantum linea interiore sub anthera pubescentibus, est: V. slavonicum Kit. occurritque in ruderatis et in arena rivi Vučinska in Slavonia. (Kan.)

Filamentis omnibus purpureo-lanatis, antheris aequalibus. — Tomentoso-pulverulentum cinereum; caulis ramosissimus paniculatus ramis erecto-patulis laxifloris; folia radicalia et caulina inferiora sinuato-lobata pinnatifidaque undulata subpetiolata obtusa, caulina superiora amplexicaulia subdecurrentia acuta; flores inaequaliter petiolati. ♂. Vis. fl. dalm. 854 in collibus agrisque macrioribus argillosis et in ruderatis totius Dalmatiae, nec minus in ipsis insulis. Rhb. fl. g. 2609. (V. intubaceum Tabern.) Il.-Ag. . . . . **V. sinuatum L.**

10 Filamentis albo-lanatis 11

Filamentis purpureo-lanatis 14

11 Caule foliisque utrinque albo-tomentosis 12

Foliis supra nudiusculis, inferioribus ovatis in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus ovatis acuminatis, subtus cauleque ramisque angulatis pulverulento-tomentosis canescentibus; racemo paniculato erecto-patulo; floribus fasciculatis fasciculis distantibus; pedicellis floriferis calyce farinoso longioribus. — Caulis erectus, saltem superne angulatus lanatus, folia subcuneiformia crenata, subtus dense tomentosa, facie glabra viridia; calycis laciniae lineari-lanceolatae; flores parvi cum antheris flavi rarius albi, antherae croceae. ♂. In collibus incultis locisque sylvaticis lapidosis, ad ripas fluviorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 852 in locis sylvaticis lapidosis circa Konjsko et Ragusa, nec non in montibus Promina, Dinara, Sella et Orien, nec minus in cultis insulae Torcola. Rchb. fl. g. 2600. In.-Ag. . . . . **V. Lychnitis L.**

12 Caule ramisque teretibus albo-tomentosis 13

Caule superne ramisque evidenter angulatis; foliis integerrimis undulatis tomentosis tomento persistente, inferioribus oblongis acutis in petiolum attenuatis, caulinis auriculato-cordatis sessilibus. — Altissimum, totum viridi-canescens adscendenti ramosum; folia undulato-plicata; racemi paniculati, flores dense fasciculati parvi; pedunculi calyce duplo longiores; antherae aequales. ♂. In Slavonia in pratis circa Sekulince et Sumetnica,

circa Cernek, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2603. (V. longifolium DC.; V. thapsoides Lk.) Il.-Ag. **V. speciosum Schrad.**

13 Tomento floccoso deciduo; foliis obsolete crenulatis subtus incanis, inferioribus ovatis basi attenuatis obtusiusculis, reliquis cordato-amplexicaulibus acutis vel cuspidatis, auriculis baseos rotundatis liberis; racemo ramosissimo paniculato patente; floribus fasciculatis distantibus, corollae rotatae laciniis oblongo-obovatis. — Caulis erectus 1—2-pedalis et ultra plerumque purpurascens aut atrorubens, superne ramosus; flores in racemum paniculatum collecti, inferiores fasciculati, reliqui solitarii; bracteae inferiores ovatae acuminatae, superiores angustiores; calycis laciniae lineares; filamenta 3 superiora tota, inferiora 2 tantum in medio pilosa. ♂. In collibus herbidis ad vias circa Varasdinum ad Turčin; circa Kraljevec, Zagrabiam, Podsused et alibi ad fluvium Savum; nec minus in Croatia australi ad Otočac, Gospić, Medak et Sv. Rok. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 851 ad aggeres agrorum in sterilibus et sylvaticis circa Zara, Torrette, Miljevici, Dernis et Ragusa, nec non in insulis Veglia, Brazza et Lesina. Rchb. fl. g. 2602. (V. pulverulentum Thuill., Gaud. et Sm.) Il.-Ag.

V. floccosum WK.

Observ. variet. β. foliis duplicato-crenatis, supra tenuiter, subtus dense tomentosis, caulinis ovato-oblongis acutis pedunculisque calycem aequantibus est: V. pulverulentum Vill. occurritque in incultis lapidosis cum priori in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2601. (V. Bibersteinii Bess.; V. micranthum Morett.; V. pyramidale Host.), fors hybridum: V. flocoso-Lychnitis.

Tomento persistente; foliis subcrenulatis, radicalibus sinuato-lobatis undulatis repandisve, summisque subcordato-ovatis acutis sessilibus; caule virgato subsimplici; racemo solitario simplici laxifloro floribus sessilibus. — Radix crassa lignescens; caulis purpurascens simplex rarius apice in unum alterumve ramum divisus; folia primordialia ovali-oblonga longe petiolata; calyx campanulatus dentibus lanceolatis apice subulatis; corolla basi breviter tubulosa lobis 3 subrotundis, 2 superioribus quidquam minoribus oblongisque, omnibus calyce vix duplo longioribus; stamina subaequalia filamentis purpureis, sed albo-lanatis, antheris aequalibus rubro-aurantiacis. ♂. Vis. fl. dalm. 853 in

saxosis apricis, ruderatis, in muris urbis Scardona, in ejusdem ditione usque Vacchiana, nec non circa Titii catarractam ad Slap. (V. plicatum Sibth.) In.-Il. . . . . **V. undulatum Lam.**

14 Caulibus superne acute angulatis; pedicellis calyce duplo-longioribus 15

Caulibus ramisque subteretibus; pedicellis calyce vix sesquilongioribus aut illum subaequantibus; foliis crenatis, facie subglabris, dorso tenuiter tomentosis, inferioribus ovato-oblongis aut oblongo-ellipticis in petiolum attenuatis vel subcordatis petiolatis, mediis ovatis breviterque petiolatis, supremis sessilibus subcordatis; racemis pluribus laxe virgatis. — Gracile, ramosum 2—3-pedale et ultra, virgatum, saepe flexuosum; folia dilute viridia, nec nitida crenis mucronatis; racemi subpaniculati, flores parvi, fere V. Lychnitis; capsulae ovato-oblongae. ♂. In collibus incultis lapidosis et ad vias circa Toplikam, Ljubeščicam et alibi in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 855 var. γ. in sylvaticis montium Velebit et Promina cum V. nigro L., cujus varietatem esse dicit. Rchb. fl. g. 2595. (V. virens Host.) Il.-Ag. **V. orientale MB.**

Observ. var. β. foliis subtus leviter pubescentibus inferioribus caulinisque oblongo-ovatis petiolatis, racemis paniculatis pedicellisque calycem subaequantibus, est: V. austriacum Schott. — In collibus apricis graminosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2592.

15 Foliis subtus lanato-tomentosis, inferioribus mediisque oblongis petiolatis subsinuato-duplicato-crenatis, superioribus oblongo-ovatis sessilibus acute crenatis; racemo subsimplici. — Simplex sesquipedale et ultra, infra albo-tomentosum; folia crassiuscula mollia; florum fasciculi subremoti 4—6-flori; corolla saepe ad faucem purpureo-maculata. ♂. In sylvis montium altiorum, veluti in illis Ivanščica, ad Kalnik, ad Sv. Jakob prope Zagrabia, circa Samobor, in monte Klek et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 855, var. β. in sylvaticis montis Snježnica et circa Pastrović. Rchb. fl. g. 2593. (V. thyrsoideum Host.) Il.-Ag. **V. lanatum Schrad.**

Foliis supra glabriusculis, subtus tenuiter tomentosis simpliciter crenatis, caulinis inferioribus oblongo-ovatis basi cordatis longe petiolatis, superioribus ovato-oblongis subsessilibis; racemo simplici elongato. — Strictum 1—2-pedale et ultra, saepe simplex;

caulis spadiceus, in sicco niger; flores parvi saturate flavi, rarissime albi; racemi fere semper simplices, rarissime in unum alterumve ramum divisi; bracteae lineari-subulatae pubescentes. ♂. In montanis sylvaticis, in collibus et ad vias totius Croatiae et Slavoniae vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 855 in sylvaticis montium Velebit, Promina, Svilaja, Biokovo, nec non in iisdem locis circa Dernis, Verlika, Sinj et alibi. Rchb. fl. g. 2590. Jn.-Ag. . . . . **V. nigrum L.**

Gen. 421. **Celsia L. Prosanica.**

Calyx 5-partitus; corolla rotata limbo 5-partito laciniis binis superioribus minoribus, infima maxima; stamina 4 didynama filamentis barbatis; capsula demum septicide bivalvis, valvulis integris; placentis septo adnatis. Vis. fl. dalm. II. g. 158, g. 309; Rchb. fl. g. p. 379, g. 488.

Foliis radicalibus caulinisque inferioribus breviter petiolatis oblongis pinnatifidis margine setuloso-ciliatis, laciniis oblongis obtusis, caulinis sessilibus pinnatipartitis laciniis linearibus acutis. — Caulis apice ramosus; flores flavi laxe racemosi glanduloso-pubescentes; pedunculi bractea breviores; laciniae calycis lanceolatae acuminatae integrae; capsula coriacea dura elliptica, superius compressa truncata, serius apice dehiscens, valvulis navicularibus reticulato-venosis, sub apice extus carinatis, basi styli persistentis spinoso-mucronatis. ○. Vis. fl. dalm. 858 in saxosis apricis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Almissa et Ragusa, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2583. (Verbas. orientale All.; Blattaria orientalis Buxb.) Apr.-Mj. **C. orientalis L.**

Gen. 422. **Scrophularia Tourn. Strupnik.**

Calyx 5-partitus; corolla subglobosa limbo minuto bilabiato 5-lobo; lobo inferiore reflexo; stamina 4 didynama filamentis imberbibus cum rudimento filamenti quinti sterilis squamiformi sub labio superiori corollae; capsula septicide bivalvis, placentis coadunatis, demum liberis. Vis. fl. dalm. II. p. 159, g. 310; Koch syn. pl. p. 592; Rchb. fl. g. p. 376, g. 486.

1 Floribus axillaribus, pedunculis plurifloris corymbosis, rarius, 1—2-floris 2
Floribus in panicula terminali oblonga, e ramis dichotomis composita 3
2 Foliis cordatis duplicato crenatis pubescentibus; caule petiolisque villosis; floribus corymboso-congestis; laciniis calycinis oblongis

acutiusculis immarginatis apice recurvis; floribus flavis in colorem virescentem vergentibus. — Radix fibrosa; caulis 1—2-pedalis fistulosus erectus tetragonus; folia rugosa opposita, saepius terna; pedunculi axillares erecti tetragoni pilisque viscidulis ut pedicelli et calyx tecti et in tres pedicellos divisi; filamenta pilis brevissimis consita. ♂. In locis humidis inter dumeta, ad rivos, sepes et vias, veluti in septemtrionali latere rupium Kalnikensium, in montibus Zagrabiensibus circa Šestina et Markuševec, ad rivum Medveščak et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Claustrum prope Orahovica. Rchb. fl. g. 2557. Mj.-In. **Sc. vernalis L.**

Observ. var. β. foliis orbiculatis cordatis duplicato-serratis omnibus oppositis, nec ternis, pubescentibus; pedunculis ramosis, est: Sc. latifolia Host. (Sc. vernalis WK.)

Foliis cordatis grosse subduplicato-crenato-serratis glabris nitidis, superioribus alternis; pedunculis axillaribus paucifloris; laciniis calycis ovato-lanceolatis acuminatis immarginatis; floribus obscure sanguineis. — Caulis humilis erectus tetragonus ramosus; petioli canaliculati decurrentes; folia rugosa laevia; bracteae parvae lineares; calyx glaber; corollae venosae appendix subrotundus. ⊙. In locis cultis et in ruderatis litt. cr. circa Flumen, Tersat, Praputnik et Hrelin, nec non circa Segniam et Lukovo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 862 in ruderatis, cultis, ad sepes et vias agrestes circa Zara, Sebenico, Spalato, Salona, Clissa et Ragusa, nec minus in insulis Veglia, Cherso, Ossero, Lesina et Brazza. Rchb. fl. g. 2559. Apr.-Mj. . **Sc peregrina L.**

3 Appendicula (staminodio) sub labio corollae superiori e rudimento filamenti orta, subrotunda, vel reniformi vel transverse-oblonga 4

Appendicula (staminodio) sub labio corollae superiori angusta, lineari aut lanceolata acuta, aut plane nulla; flores parvi atropurpurei, laciniis lateralibus albidis et infima albo-marginata; foliis pinnatipartitis 7

4 Foliis indivisis, i. e. nec laciniatis nec pinnatipartitis 5

Foliis lobato-incisis, basi pinnatifidis pinnatisve, lobis pinnisque inaequaliter dentatis; panicula terminali, pedicellis glandulosis; laciniis calycinis obtusissimis subrotundis, margine late membranaceis; staminodio subrotundo-reniformi. — Radix longissima, multiceps; caules erecti ramosi argute tetragoni glabri, laeves; folia opposita longe petiolata ovata aut subcordata glabra, laevia

basi inæqualia laciniata et pinnatifida; pedunculi dichotomi et ut ramuli et pedicelli glandulis inspersi; bracteae lineares; corollae tubus globosus albido-flavescens et purpura suffusus; intus ruber; filamenta pubescentia. ♃. In rupestribus et ad muros in litt. cr., veluti circa Flumen, Tersat, Portoré, Segniam, Karlobago, in monte Sladovac et alibi in montibus tractus Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 860 in rupestribus montium Velebit et Promina, circa Almissa et in Biokovo. Rchb. fl. g. 2565. Mj.-Il. . . . . **Sc. laciniata WK.**

5 Foliis utrinque nudis glabrisque 6

Foliis ovato-oblongis ovatisve subcordatis utrinque pubescentibus duplicato-crenatis; caule petiolisque villosis. — Caulis erectus tetragonus villo viscidulo consitus; folia caulina oblonga cordata opposita, quandoque terna; flores brunnei in paniculam longam dispositi; rami paniculae dichotomi alterni suffulti foliis breviter petiolatis; bracteae lineares; calycis laciniae ovatae margine membranaceae; filamenta glandulis pedunculatis tecta. ♃. In ruderatis, ad domos et sepes, ad vias et fossas, nec minus in sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2558. (Sc. auriculata Scop.; Sc. Scorodonia Host.; Sc. Scopolii Hoppe.; Sc. betonicaefolia Wydl.; Sc. grandidentata Ten.) In.-Ag. . . . . **Sc. glandulosa WK.**

6 Caule petiolisque lato-alatis; laciniis calycinis subrotundis obtusissimis lato-membranaceo-marginatis; appendice staminodii obcordato-biloba, lobis divaricatis. — Bi-tripedalis; radix crassa fibris aucta; caulis erectus fistulosus glaber laevis; folia glabra, laevia, radicalia et caulina oblonga serrata petiolata petiolis utroque margine decurrentibus, floralia minima lanceolata integerrima; flores dorso purpureo-fusci; rami paniculae angulo semirecto patentes. ♃. In fossis locisque humidis, ad rivulos et stagna totius Croatiae, sed praecedente et sequente rarius. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Vučin, Orahovica, ad rivulum Iskrica prope Duzluk, circa Stražeman et Duboka, inter Daruvar et Serbince, nec non circa Karlovic et Semlin. Rchb. fl. g. 2562. (Sc. Ehrharti C. A. Stev.) Il.-Sept. **Sc. aquatica Koch.**

Caule argute quadrangulari; petiolisque exalatis; laciniis calycis ovatis obtusis angustissime membranaceo-marginatis; appendice staminodii breviter obovata vel transverse-oblonga obsolete emarginata. — Radix tuberosa; caulis erectus 2—4-pedalis tetrago-

nus laevis glaber ramosus; folia glabra serrata ad basin trinervia, caulina ovata, cordata, floralia lanceolato-ovata; pedunculi cum pedicellis obsiti pilis capitatis; flores triste olivacei, dorso brunei, raro ubique virentes. ♃. In sylvis humidis, in ruderatis, ad domos, sepes, fossas, ripas pratorumque dumeta totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 859 in aquosis et ad fossas circa Verlika, Spalato, Salona, Almissa et Macarsca. Rchb. fl. g. 2563. In.-Sept. . . . **Sc. nodosa L.**

7 Labio corollae superiore tubum dimidium superante, panicula glanduloso-pilosa, pilis diametrum transversalem pedicellorum subaequantibus. — Caulis erectus 1—2-pedalis, ramosus; folia glabra pinnata bipinnataque laciniis incisis dentatisque; laciniae calycis subrotundae obtusissimae lato-membranaceo-marginatae; staminodium lanceolatum acutum nullumve; flores variegato-violacei sequentis, sed calyx duplo fere major et pedicellus capsulam plerumque æquans. ♃. In convallibus alpium montiumque humiliorum ad Čubar, in subalpinis montis Snježnik. (Cl. Klinggraeff.) (Sc. canina Hopp.) Il.-Ag. . . . . **Sc. Hoppii Koch.**

Labio corollae superiori tubum illius ter superante; glandulis paniculae sessilibus. — Radix lignosa multiceps; caules erecti 2—3-pedales fistulosi ramosissimi angulosi glabri et laeves; folia inferiora pinnata foliolis alternis incisis, superiora et ramea pinnatifida; inflorescentia longissima; bracteae lineares; calycis laciniæ subrotundae obtusissimae concavae lato-membranaceo-marginatae; flores omnes pedicellati staminaque corolla longiora. ♃. In locis montosis glareosis, ad lacuum ripas et in fluviorum glareis, unde cum glarea ad vias publicas transvecta et ubique in Croatia obvia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 861 in arenosis sterilibus lapidosisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2566. (Ruta canina Clus.; Sc. juratensis Schleich.; Sc. atropurpurea Moretti.) Il.-Sept. **Sc. canina L.**

Observ. var. β. foliis inferioribus bipinnatifidis laciniis dentatis, superioribus pinnatifidis summisque linearibus; laciniis corollae labii inferioris lateralibus emarginatis, staminodio lanceolato et staminibus corolla brevioribus, est: Sc. chrysanthemifolia M. B. occurritque cum priori. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2567. (Sc. bicolor Sm.)

Trib. II. **Antirrhineae Chavann.** *Antherae biloculares oblongae aut didynamae apice filamentorum aequali affixae, rima longitudinali dehiscentes, basi obtusissimae.*

Gen. 423. **Gratiola L. Milica. Bročika ili Miesečnik.**

Calyx 5-partitus; corollae labium superius bifidum, inferius trifidum; stamina 4—5 tubo inserta, quorum tantum 2 fertilia; antherae pendulae birimosae; stigma bilamellatum; capsula bilocularis valvulis plancentae crassae inflexis. — Folia opposita. Vis. fl. dalm. II. p 167, g. 314; Koch syn. pl. p. 595; Rchb. fl. g. p. 376, g. 485.

Foliis sessilibus lanceolatis trinerviis serrulatis basi integerrimis; pedunculis axillaribus 1-floris. — Spithamaea, pedalis; radix repens; caules glabri superne in lateribus oppositis canaliculati; folia semiamplexicaulia punctata; pedunculi axillares filiformes elongati; bracteae 2 oppositae lineares acutae ad basin calycis insertae; flores albi aut dilutissime rosei tubo flavescente lineisque purpurascentibus variegato. ♃. In fossis pratisque humidis et ad ripas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 883 in aquosis et uliginosis totius Dalmatiae. Rhb. fl. g. 2556. Mj.-Ag. . . . . **G. officinalis L**

Gen. 424. **Linaria Tourn. Planak ili Klobučić.**

Calyx 5-partitus; corollae tubo inflato basi in calcar subulatum producto, limbo personato-5-lobo; stamina 4 didynama, antherarum loculis divergentibus; capsula regularis summo apice bivalvis valvulis integris trifidisve, vel sub apice utrinque circumscisse operculata. Vis. fl. dalm. II. p. 160, g. 311; Koch syn. pl. p. 598; Rchb. fl. g. p. 373, g. 483.

1 Pedunculis solitariis in axillis foliorum interdum racemos valde laxos foliatos formantibus; corollae fauce palato non penitus clausa 2

Pedunculis in racemis spicisve terminalibus dispositis; corolla fauce palato penitus arcteque clausa; caule foliisque glabris, pedicellis calycibusque non raro glanduloso-pilosis 8

2 Caulibus a basi in ramos flagelliformes vel filiformes prostratosque divisis; foliis latis subrotundis hastatisve, omnibus evidenter petiolatis . . , ... , . 3

Caulibus erectis divaricato-ramosis; foliis lanceolatis, superioribus sessilibus et una cum caulibus glanduloso-pilosis 7

3 Foliis hastatis aut subrotundo-ovatis integerrimis 4
Foliis cordato-subrotnndis 3—5—7-lobis glabris; calycis laciniis oblongo-linearibus; seminibus lamellato-rugosis. — Radix multiceps; caules effusi ramosi radicantes; pedunculi filiformes glabri; corollae dilute violaceæ palato albo, gibbis sulfureis. ♃. Ad muros horti episcopalis Zagrabiensis copiosissima; ad muros et rupes in litt. cr. circa Flumen, Bukari et Bukarica, nec minus circa Karlobago et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 863 ad muros et saxa, in sterilibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2629. (Antirr. Cymbalaria L.; Cymbalaria muralis Fl. W.) Apr.-Sept. . . . . **L. Cymbalaria Mill.**
Observ. var. β. tota vel saltem caule pilosa, est: L. pubescens Presl. (Antirrh. pilosum Jacq.)
4 Foliis ovatis aut hastato-ovatis aut hastato-lanceolatis pedunculis filiformibus elongatis; laciniis calycinis lanceolato-linearibus acuminatis; pedicellis nudis glabrisque; seminibus alveolatis vel tuberculatis 5
Foliis subrotundo-ovatis; pedicellis filiformibus; laciniis calycinis omnibus vel saltem exterioribus subcordato-ovatis acutis; pedunculis villosis; calcare arcuato. — Tota planta dense villosa; radix gracilis fibris aucta; folia breviter petiolata subintegerrima, plerumque alterna, quandoque infima tantum opposita; corolla pallida lobio superiore intus purpureo, inferiore flavo, palato croceo ☉. In agris solo calcareo et lutoso circa Toplikam, Kalnik, Krapinam et Thermas Krapinenses. — In Slavonia in iisdem locis circa Orahovica, Mikleuš, Vučin, Radovanci et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 865 in agris calcareis circa Zara, Sebenico, Torrette, Spalato, Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2532. (Antirr. spurium L.; Ant. Elatiene Bull.; Cymbalaria spuria Fl. W.) Il.-Ag. . . . . **L. spuria Mill.**
5 Foliis ovatis aut hastato-ovatis; pedunculis filiformibus non intortis; seminibus alveolatis 6
Foliis hastato-lanceolatis; pedunculis capillaribus apice tortis, cirrhiformibus; laciniis calycinis lanceolato-acuminatis margine scariosis; capsula utrinque circumscisse-operculata; seminibus tuberculatis. — Caules filiformes prostrati et una cum foliis sparsim pilosi; pedunculi glabri; flores parvi pallidi aut ex albido-caerulei. ☉. Vis. fl. dalm. 866 in insula Lesina prope St. Giorgio. (Antirr. cirrhosum L.) Apr.-Mj. . . . . . . **L. cirrhosa Vis.**

6 Calcare recto; foliis sparsis ovato-hastatis, inferioribus ovatis, oppositis. — Diffusa, villosa; folia integerrima untrinque acuta pedunculo breviora; corolla luteola galea violacea, labio inferiore sulfureo. ☉. In agris solo argillaceo et calcareo totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 864 in arvis satisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2630. (Antirr. Elatine L.; Cymb. Elatine F. W.) In.-Sept. . . . . **L. Elatine Mill.**

Calcare arcuato, subuncinato; foliis sparsis hastatis, infimis obovatis. — Caules filiformes effusi ramosi pilosi; folia pilosa obtusa, infima opposita; calycis laciniae lineari-lanceolatae; corolla majuscula caerulescens calcare longissimo, externe pubescens, galea bifida laciniis parvis obtusis reflexis, labio ad basin maculis purpureis variegato, trifido, lacinia intermedia minima; filamenta pilosa; capsula globosa. ○. In agris satisque in litt. cr. circa Flumen et St. Kosmo. Vis fl. dalm. 864 var. β. cum priori in satis agrisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2531. Il.-Sept. **L. commutata Bernh.**

7 Caule flexuoso gracili ramosissimo; foliis lanceolato-linearibus obtusis, basi attenuatis; pedunculis calyce fructifero duplo-longioribus patulis; seminibus longitudinaliter plicato-sulcatis. — Tota glanduloso-pilosa viscida, palmaris et ultra; radix tortuosa; caulis erectus ramosissimus ramis divaricatis patulisve; folia integerrima in petiolum canaliculatum angustata; calycis laciniae obtusae; florës pallide purpurei lobio inferiore albido aut ochroleuco. ○. In agris locisque cultis nec non in ruderatis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Orahovica, Duzluk, Vučin, Bankovci et Velika. (Kan.) Vis. fl. dalm. 867 in arvis et in incultis tum montium Velebit, tum circa Trau et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2533. (Antirr minus L.) Mj.-Sept. . . . . **L. minor Desf.**

Caule crasso stricto, ramosissimo; foliis lanceolato-linearibus, basi attenuatis; pedunculis calyce fructifero subaequilongis strictis; seminibus longitudinaliter plicato-sulcatis. — Tota glanduloso-pilosa, viscida; folia acutiuscula; pedunculi sub anthesi calyce breviores. — Habitus praecedentis, sed longe major fere pedalis; flores violacei; labium superius in hac parallele, in illa divaricate bilobum et multo minus. ☉. In litt. cr. circa Flumen et Martinšćica, nec non alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 868 in

cultis incultisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2534. (L. arvensis Vis.) In.-Ag. . . . . **L. littoralis W.**

8 Foliis infimis oppositis verticillatisve 9

Foliis omnibus alternis aut absque ordine sparsis 15

9 Foliis infimis quaternis verticillatisve 10

Foliis ternatis ternisve sessilibus ovali-oblongis nervosis; floribus dense spicatis ochroleucis, palato vitellino, calcare violaceo. — Caulis erectus teres glaber laevis; folia glauca glabra, sed margine scabra, infima terna, reliqua alternatim sparsa, floralia linearia; pedunculi breves; calycis laciniae obtusae; corolla eleganter variegata. ⊙. In locis cultis litt. cr. circa Bukari. In locis cultis et in cultis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 199, n. 9. Rchb. fl. g. 2545. (Antirr. triphyllum Cav.) In.-Il. . . . . **L. triphylla Mill.**

10 Foliis infimis nonnisi quaternis 11

Foliis saltem infimis verticillatis 14

11 Calycibus pedicellisque nudis glabrisque; laciniis calycinis acutis 12

Calycibus pedicellisque glanduloso-pilosis; laciniis calycinis linearibus obtusiusculis; racemis pedunculatis capitatis, dein elongatis 13

12 Laciniis calycinis lanceolatis acutis capsula ovata apice integra brevioribus; seminibus discoideis ala membranacea integra circumcinctis. — Tri-sexpollicaris, glauca glaberrima; folia subcarnosa oblongo-linearia obtusa omnia quaterna, basi attenuata; flores elegantissimi corollis violaceis palato croceo variegatis. ♃. Vis. fl. cr. 869 in lapidosis summi jugi Sveto Berdo in monte Velebit. — Rchb. fl. g. 2538. (Antirr. alpinum L.) In.-Ag- **L. alpina Mill.**

Calycis laciniis e basi latiore attenuatis acutissimis capsula duplo longioribus; seminibus planocompressis pectinato-ciliatis. — Semipedalis pedalisve erecta tota glabra, folia linearia basi apiceque attenuata, quaterna, caulium sterilium elliptica, omnia viridia, nec unquam glauca; corolla dilute caerulea, venis saturatioribus, palato albo striisque caerulescentibus variegata; calcar corolla dimidio brevius. ○. In agris lapidosis incultis circa Toplikam et in agris montanis sterilibus circa Ivanec prope Ludbreg. (L. bipartita Syll. fl. cr., nec W.) Vis. fl. dalm. 871 in lapidosis circa Cattaro, in monte Bogdašić, nec non in arenosis insulae Ossero, Onie Lesina et Lacroma. — Rchb. fl. g. 2545. (Antirr. pelisserianum L.) Apr.-In. . . . . **L. pelisseriana Mill.**

*

13 Calycis laciniis linearibus acutiusculis; labio corollae superiore erecto plano, laciniis oblongis obtusis. — Herba spithamaea gracillima glauca, simplex aut virgata, imo diffusa; folia sessilia integerrima; bracteae lanceolatae; calycis pilosi laciniae inferiores capsula obovata integra breviores; corollae parvae diluto-caeruleae striis saturatioribus palatoque albido rete subtili violaceo eleganter variegatae, labio superiore erecto plano laciniis oblongis obtusis; seminibus planis ala lata orbiculari cinctis. ◯ In agris campisque arenosis hinc inde in Croatia, praesertim in submontanis. Syll. fl. cr. — In Slavonia ad vias in arenosis circa Kutjevo et Vetovo; in agris circa Gradac; in hortis oleraceis circa Vukovar et Semlin. Rchb. fl. g. 2543 (Antirr arvense W.) Il.-Ag. . . . . **L. arvensis Desf.**

Calycis laciniis obtusiusculis; labio corollae superiore reflexo, laciniis ovatis ucutis, calcare obtusiusculo recto. — Habitus praecedentis; folia subcarnosa oblongo-linearia obtusa glabra; corollae parvae luteae calyce breviores, calcare acuto brevissimo. ⊙ Vis. fl. dalm. 870 in cultis circa Sebenico et in insula Lesina, — Rchb. fl. g. 2544. (Antirr. simplex W. L. simplex DC.) Ap.-In **L. parviflora Jacq.**

14 Viridis glabra, foliis surculorum ovalibus vel cum caulinis lanceolato-linearibus; racemo florifero virgato, laxo; calycis laciniis linearibus; acuminatis capsula emarginata longioribus, quinta reliquis breviore; seminibus pyramidato-trigonis lacunoso-strigosis. Caulis erectus simpliciusculus; corollae parvae albae calyce breviores, calcar longissimum incurvum. ◯. Vis. fl. dalm. 874 inter segetes circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Primorje et Ragusa; non minus in insulis Cherso et Lesina. Rchb. fl. g. 2535. (Antirr. chalepense L. A. album Lam. A. Osyris Cyrill.) Ap.-In. . . . . **L. chalepensis Mill.**

Glauca, glabra; foliis oblongis linearibusque, caulinis linearibus; caule paniculato; racemis floriferis spicatis; calycis laciniis oblongis obtusis, margine membranaceis capsulae emarginato-bilobae adpressis subaequalibus convexo-trigonis rugosis. — Radix late repens; flores pallide caerulei striis saturatioribus variegati ♃. Vis. fl. dalm. 875 in saxosis montanis circa Trau, Spalato, Clissa, Almissa et Macarsca; nec minus in insula Lesina. Rchb.

fl. g. 2536. (Antirr. repens L. A. monspessulanum L. A. striatum Lam. L. monspessulana Mill. L. striata DC.) In.-Ag. **L. repens Mill.**

15 Seminibus discoideis medio granulatis alaque membranacea circumdatis; foliis sparsis lineari-lanceolatis acutis trinerviis; racemis spicatis; calycis laciniis oblongo-lanceolatis acutis capsula brevioribus. 16

Seminibus trigonis; racemis laxe virgatis flexuosis; calycis laciniis lanceolato-attenuatis acutis 3-nerviis capsulae ovatae subaequalibus. 17

16 Rachi pedicellisque glanduloso-pubescentibus; foliis sparsis dense congestis lanceolato-linearibus margine reflexis trinerviis nervo medio supra sulco exarato, subtus valde prominente; racemo saepe imbricato; corolla sulfurea aut pallide flava gibbis petali aurantiacis. — Radix valde repens; caules erecti spithamaei, pedales et ultra pubescentes simplices, rarius ramosi; folia subcanaliculata 3-nervia; pedicelli breves; laciniae calycinae oblongolanceolatae 3-nerviae acutae; semina medio tuberculato-scabra. ♃. In campis, aggeribus pratisque et ad vias totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 872 ad margines agrorum vinearumque, ad aggeres et vias totius Dalmatie frequens. Rchb. fl. g. 2551. (Antirr. Linaria L.) „Planak ili Konopljanka". In.-Sept. . . . . **L. vulgaris Mill.**

Rachi pedicellisque glabris; foliis alternis sparsisve lineari-lanceolatis acutis planis 3-nervis, nervis obsoletis medioque supra non impresso; floribus racemosis; laciniis calycis enerviis breviterque acuminatis; corollis citrinis, palato aurantiaco — Praecedente gracilior et altior, flores minores flavissimi palato aurantiaco; folia angusta; calycis laciniae ciliatae enerviae; capsula subrotunda; semina medio granulata. ♃. In Slavonia in uliginosis ad ripas flavii Vuka et circa Karlovic. (Kan.) Vis fl. dalm. 873 cum praecedente circa Zara et Trau, nec non in agris montis Svilaja. Rchb. fl. g. 2550. (A. Bauhini Gaud. A. angustissimum Loise. A. angustifolium Vill. Lin. linifolia Roch. L. italica Trevir.) Il.-Sept. . . . . **L. angustifolia DC.**

17 Foliis lanceolato-linearibus lanceolatisve 3-nerviis acuminatis; cacalycis laciniis lanceolato-attenuatis capsulam subrotundam subaequantibus; corollae galea acutiloba; pedicellis fructiferis bractea lanceolata brevioribus; seminum lateribus minutissime punctato-

rugosis; corollis citrinis. — Pedalis-tripedalis; radix crassa fibrosa; caules erecti teretes, et superne valde ramosi; flores racemosi, corolla parva tota clausa et flava calcare longo sububulato, labio superiore bifido, inferiore intus luteo hirsutoque; capsula glabra. ♃. In collibus apricis asperis vallis Vratno ad Kalnik Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis vineisque circa Terezovac; in agris circa Antonovac et Rétfalu, Vukovar, Čerević Karlovic et Semlin. Rchb fl. g. 2540. (Antirr. genistifolium L.) Il.-Ag. . . . . **L. genistifolia Mill.**

Foliis subcarnosis ovato-lanceolatis subcordatis 3—5-nerviis acutis; calycis laciniis late lanceolatis attenuatis acutis capsulam ovatam subaequantibus corollae galea obtusiloba; pedicellis fructiferis bractea ovata aut ovato-lanceolata longioribus; seminum lateribus punctatis rugosis. — Radix valde repens; caulis basi crassus sublignosus ramosissimus glaber laevis; folia infima subcordata, caulina oblongo-ovata, ramea multo angustiora; flores pauci in racemum densum brevem congesti; calycis laciniae ovato-lanceolatae acuminatae glabrae; corolla ampla speciosa flava, palati gibbis villo pallide flavo barbatis, labio superiore emarginato margineque reflexo; filamenta basi incrassata setulisque consita; capsula utrinque sulco exarata. ♃. Vis. fl. dalm. 877 in apricis arenosis sterilibus ad catarractam Scardonitanam (Cascata della Kerka), nec non circa Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 2542. (Antirr. dalmaticum L.; L. grandiflora Desf.) In-Ag. **L. dalmatica Mill.**

Gen. 425. **Anthirrhinum L. Żevalica.**

Calyx oblique 5-partitus; corolla tubo amplo basi anterius saccato, limbo personato 5-lobo; stamina 4 didynama antherarum loculis divergentibus; capsula basi gibba, apice obliqua et poris 3 oblique fatiscens. Vis. fl. dalm. II. p. 165, g. 411; Koch syn. pl. p. 602; Rchb. fl. g. p. 376, g. 484.

1 Calycis laciniis ovatis obtusis corolla multo brevioribus. . . . 2
Calycis laciniis lanceolatis corolla multo-longioribus; floribus remotis subsessilibus. — Radix tortuosa; caulis spithamaeus pedalisve, ramosus, supra medium pilis viscidis tectus; folia lineari-lanceolata, inferiora opposita glabra, superiora alterna pilisque viscidis inspersa; corolla pallide rosea lineis purpureis variegata; filamenta pubescentia; stylus villosus; capsula ventricosa, pilis viscidis tecta, apice triloba; semina ob-

longo-compressa, dorso carinata, lateribus acute marginata, facie fovea oblonga iusculpta et circa foveam lacunoso-rugosa. ⊙. In ruderatis, agris, arvis et pascuis siccis totius Croatiae et Slavoniae Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 878 in ruderatis, arvis locisque sterilibus totius Dalmatie. Rchb. fl. g. 2553. (Orontium arvense Presl.) In.-Sep. . . . . **A. Orontium L.**

2 Strictum foliis oblongo-lanceolatis oppositis glabris; floribus racemosis pedunculatis. — Radix multiceps; caules erecti; folia breviter petiolata; corolla ampla, speciosa purpureo-rosea rarius alba palato aureo; filamenta pubescentia; stylus villosus; capsula ventricosa viscidula. ♃. In ruderatis et muris circa Zagrabiam, Podsused, Samobor et alibi; secus in hortis culta et hinc inde in ruderatis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 879 ad muros totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 2554. Orontium majus Pers.) In.-Ag. . . . . . . **A. majus L.**

Erectum, ramosum, ramis diffusis adscendentibus; foliis oblongis petiolatis oppositis; racemo laxo. — Praecedente humilius; flores majores, inprimis ampliores saepius, flavi. — Differt autem insuper a praecedente: pube glandulifera totius plantae, foliis latioribus, nempe ovalibus aut ovali-lanceolatis, corollis pallidis, labio superiore breviore, bifido, nec bipartito; seminibus subglobosis, rugoso-echinatis, scrobiculatis. ♃. In ruderatis incultisque asperis et ad muros in litt. cr. circa Flumen, Kraljevica, Segniam et Karlobago. Rchb. fl. g. 2555. (A. diffusum Bernh.) In.-Ag. . . . . **A. latifolium Mill.**

Gen. 426. **Digitalis Tourn. Naperstak ili Pustikara.**

Calyx 5-partitus; corolla oblique subcampanulata aut tubuloso-ventricosa limbo obliquo radiato quadrifido, lobo superiore emarginato aut integro; stamina 4 didynama declinata antheris didymis divaricate bilocularibus; stigma billamellatum; capsula septicide bivalvis septo placentifero demum a valvis libero. — Folia sparsa. Vis. fl. dalm. II. p 166, g. 313; Koch syn. pl. p. 595; Rchb. fl. g. p. 378, g. 487.

1 Corolla urceolato-ventricosa, aut breviter campanulata pone labium inferius gibba, lacinia media corollam subaequante. 2

Corolla tubulosa aut ampliato-campanulata lacinia media labii inferioris corolla breviore. 4

2 Calyce glabro aut glanduloso-pilosello. 3

Calycis laciniis bracteisque lanatis; corollaë labii inferioris laciniis

lateralibus acutis, intermedia oblonga glabra; foliis lanceolatis integerrimis 5-nerviis glabris. — Radix ramosa; caulis erectus 1—2-pedalis angulosus superne lanatus; folia basin versus ciliata, inferiora in petiolum angustata, reliqua sessilia; flores in racemum longum collecti; bracteae lanceolatae acutæ calyce longiores; corolla ventricosa albida et ferrugineo-venosa pilisque viscidis adspersa; antherae basi pubescentes; stylus subvillosus; capsula pubescens. ♃. Ad margines vinearum viarumque in comitatu Syrmiensi circa Vukovar, dein circa Karlovic et Semlin; nec minus in arvis apricis et in sylvaticis circa Zoljan, Našice, Bezike, Rétfálú et Tenje. (Kan.) Rchb. fl. g. 2570. In.-Il. **D. lanata Ehrh.**

2 Laciniis calycis lanceolatis acuminatis margine corollaque glanduloso-pubescentibus; foliis glabris ciliatis, inferioribus obovato-lanceolatis remote denticulatis integrisve in petiolum attenuatis, superioribus oblongo-lanceolatis sessilibus integerrimis. — Bipedalis; radix ramosa; caules erecti subteretes ramosi glabri; folia radicalia longissima, floralia lineari-lanceolata; flores in racemum elongatum collecti, secundi; corollae breviter campanulato-ventricosae ferrugineae aut cinnamommeae lineisque rubris striato-reticulatae, labium superius truncatum aut bifidum, inferius autem trifidum; capsula ovata pilis brevissimis tecta. ♃. In collibus lapidosis dumetosis tractus montium Velebit, veluti circa Segniam, Vranjak, Karlobago, Konjsko et Oštarije; nec minus in pede montis Pliešivica et in collibus Vilena- et Farkašić-draga et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 881 in umbrosis sylvaticis ad pedem montium Velebit secus viam; in monte Mossor, ad Bregato et Gionketto prope Ragusa et ad Lepetane prope Cattaro. Rchb. fl. g. 2572. Il.-Ag. . . . . **D. laevigata WK.**

Laciniis calycis oblongo-ovatis, rotundato-obtusis, margine late membranaceo cinctis; foliis oblongo-lanceolatis integris margine lanuginosis, inferioribus basi attenuatis, superioribus sessilibus, remote et obsolete denticulatis. — Bi-tripedalis, stricta; folia radicalia elongata, subundulata; florum racemus longissimus et densissimus; bracteae saltem inferiores flore longiores; pedunculi glabri; corollae ferrugineae intus lineis saturatioribus reticulatae breviterque campanulato-ventricosae et glanduloso-pubescentis labium superius truncatum aut emarginatum, inferius trifidum lacinia intermedia spathulato-oblonga tubum subaequante margi-

neque pilis confervoideis dense barbata. ♃. In locis saxosis sylvaticis Croatiae australis, veluti circa Otočac, Švica, Verhovina, Bunić, Vrebačka-staza, Sv. Mihalj et alibi, nec non in rupestribus montium tractus Velebit. Syll. fl. cr. In Slavonia ad rupes calcareas prope Borovik; in sylvis circa Paučje et Varoš, dein in illis intra Majar et Mušić, Kamensko et Požega, nec minus circa Cernek; copiosissime autem circa Čepin, ad ripas fluvii Vuka, in sylva Gjergja prope Berčadin et tandem circa Čerević et Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 2571. Mj.-Il. **D. ferruginea L.**

3 Corolla ampliato-campanulata glanduloso-pubescente, labio superiore obtuso emarginato vel denticulato, laciniis lateralibus labii inferioris triangularibus 4

Corolla ampliato-campanulata extus glaberrima labio superiore truncato, rarius subemarginato, laciniis labii inferioris triangularibus intermedia reliquis duplo latiore, tuboque multo breviore. — Bi-tripedalis; radix fibrosa; caulis erectus teres; folia rugosa ovato-lanceolata crenata, subtus, caule pedunculisque tomentosis, inferioribus in petiolum angustatis; laciniae calycis ovato-lanceolatae breviter acuminatae trinerviae pubescentes; flores in racemum dispositi secundi, cernui; bracteae ovato-lanceolatae; corolla speciosa purpurea, rarius carnea aut alba intus pilosa punctisque intense purpureis albo-marginatis eleganter variegata; capsula ovata acuta. ♂. Colitur ubique in hortis et hinc inde profuga et in ruderatis quasi spontanea. Rchb. fl. g. 2582. In.-Il.

D. purpurea L.

4 Corollae labii inferioris lacinia intermedia lateralibus duplo latiore acuta obtusave ipsa corolla multo breviore laciniisque lateralibus ovatis obtusis; foliis serratis ciliatis pubescentibus. — Caulis erectus 1—2-pedalis simplex pilosus; folia nervoso-venosa, inferiora oblongo-lanceolata subspathulata undulata, superiora ovata subamplexicaulia, magis plana et facie suturate viridia; flores in racemum collecti; bracteae ovatae calycis laciniae lanceolatae acutae pedunculis cauleque superne glanduloso-pilosae; corolla pilosa luteo-sulfurea interne lineis fuscis reticulato-nebulosa; stamina glabra immaculata. ♃. In sylvis et dumetis, in rupestribus et lapidosis montium totius Croatiae, praesertim australis et littoralis. Syll fl. cr. In Slavonia in montibus Orljava ad margines sylvarum viarumque circa Cernek et Požega, nec non in iisdem locis comitatus Syrmiensis haud rara. (Kan.) Vis. fl. dalm.

880 in montosis lapidosis Krivoscie supra Rissano et in planitie Dversno dicta Rchb. fl. g. 2580. (D. ambigua Murr.) In.-Il.

D. grandiflora Lam.

Observ. var. β. laciniis labii inferioris acutis, foliis subtus viscido-villosis, inferioribus oblongo-ovatis, pedunculisque calyce brevioribus, est: D. ochroleuca Jacq. occurritque in iisdem locis, ac praecedens illaque frequentius.

Corollae labii inferioris lacinia intermedia ovata breviter acuminata tertiam corollae partem aequante, lateralibus triangularibus acutis; foliis oblongo-lanceolatis remote denticulatis glabris ciliatis. — Caulis erectus simplex glaber, superne villosiusculus subangulatus; folia nervosa utrinque glabra, inferiora in petiolum attenuata; superiora basi ovata amplexicaulia, floralia lanceolata integerrima villosa; flores in racemum collecti nutantes; pedunculi lanato-villosi; laciniae calycis acutae villosae, suprema brevissima subulata, reliquae lineari-lanceolatae; corolla luride-ochroleuca intus reti rubro-fusco extus transparente picta; capsula ovata pilis brevissimis tecta. ♃. In sylvis montanis Croatiae australis circa Otočac, Prozor, Janče et Lešče, circa Gospić et Smiljane, nec minus in litt. cr. circa Flumen, Svilno et Tersat. Syl. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2579. In.-Il. . . **D. fuscescens WK.**

Gen. 427. Veronica Tourn. Čestoslavica ili Razgon.

Calyx 4—5-partitus; corolla subrotata limbo 4-partito lacinia infima minore vel angustiore; stamina 2, antherarum loculi apice confluentes; stigma indivisum; capsula emarginata septo utrinque placentifero. Vis. fl. dalm. II. p. 167, g. 315; Koch syn. pl. g. 603; Rchb. fl. g. p. 365, g. 478.

1 Floribus axillaribus solitariis ebracteatis, (bractearum loco foliola foliis inferioribus conformia), seminibus convexo-concavis; radice omnibus annua 2

Floribus racemosis, aut in spicas terminales axillaresve congestis, evidenter bracteatis 7

2 Foliis ovalibus subcordatis crenato-serratis 3

Foliis cordato-rotundatis crenato-subquinquelobis, vel subcordato-semiorbiculatis lobato-crenatis; capsula globoso-quadriloba; floribus dilute caeruleis 6

3 Capsulis aveniis sinu apiculato 4

Capsulis reticulato-venosis obverse-reniformibus, obtuse-emargina-

tis, lobis ad suturam compressis divaricatis. — Radix fibrosa; caulis procumbens, spithamaeus pedalisve et ultra setis albis patentibus inspersus, ramosus ramis prostratis; folia subcordato-ovata inciso-serrata; pedunculi filiformes floriferi erecti folio sub-breviores, fructiferi folio longiores apice nutantes vel plane recurvati; calycis 4-partiti laciniae lanceolatae capsula compressa biloba dilatata longiores; flores majusculi caerulei fauce alba; stylo lobos capsulae divaricatos superante. ⊙. In arvis, hortis, vineis, pratis et ad fluvios totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 898 in cultis et herbidis circa Sebenico, Dernis, Spalato et Salona. Rchb. fl. g. 2489. (V. hospita Rochl.; V. persica Poir.; V. Tournefortii Gm.; V. filiformis DC.) Apr.-In. **V. Buxbaumii Ten.**

4 Capsulae pilis patentibus, lobis turgidis vix carinatis; staminibus margine inferiori tubi corollae insertis 5

Capsulae crispato-pubescentis pilis adpressis, lobis turgidis ad marginem compresso-carinatis; staminibus fauci insertis. — Caules prostrati dein adscendentes; folia subrotundo-ovata subcordata rugosa, serrato-crenata; pedunculi folium subaequantes; flores caerulei; capsula latitudine sua dimidio brevior, fere obreniformis pilis eglandulosis tecta turgida quidem, sed ad marginem evidenter compresa. ⊙. In agris et cultis oleraceis circa Toplikam, Crisium, Zagrabiam et alibi haud rara. In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2487. Mr.-In. . . . . . **V. opaca Fr.**

5 Foliis subolivaceo- vel luteo-viridibus; capsulis sparse glanduloso-pilosis subrotundis; corollis luteis subtiliter caeruleo-striatis loboque superiore dilute caeruleo vel carneo. — Procumbens, pilosa; folia oblongo-ovata subcordata serrato-crenata; capsula acute emarginata, loculis 4—5-spermis. ⊙. In cultis et incultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 897 in agris, cultis et incultis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2490. (V. versicolor Fr.; V. pulchella Bast.) Mr.-Sept. . **V. agrestis L.**

Foliis intense viridibus subrotundo-cordatis; capsula pilis patentibus dense pubescente acute emarginata; corolla laete caerulea; calycis laciniis late ovatis acutiusculis. — Procumbenti-adscendens; folia profunde serrato-crenata; calycis laciniae ovatae, etiam sub anthesi basi sese tegententes; capsulae loculi subdecemspermi, lobi globoso-convexi. ⊙. In agris et cultis hinc inde cum priori

veluti in satis circa Samobor, Stenjevec, Podsused et alibi. Rchb. fl. g. 2488. (V. didyma Koch.) Mr.-Sept. . . . **V. polita Fr.**

6 Laciniis calycis cordatis; foliis cordato-rotundatis crenato-subquinquelobis. — Caules procumbentes ramosi pilosi pilis trifariam dispositis; folia petiolata ciliata pilisque patentibus adspersa; pedunculi folio subaequilongi, fructiferi patuli; calycis laciniae acutae margine revolutae crenulatae, fructiferae conniventes, capsulam globosam subaequantes; corolla parva pallide caerulea aut albida, stylo lobos capsulae subaequante. ☉. In agris, cultis et incultis campisque sterilibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in cultis circa Vukovar, Čerevič, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 899 in agris et satis totius Dalmatiae. Rhb. fl. g. 2485. (V. triloba Op.; V. Lappago Schrk.) Mr.-Sept. **V. hederaefolia L.**

Laciniis calycis ellipticis; foliis cordato-semirotundatis subseptemlobis. — Prostrata; folia ciliata inferiora opposita, superiora alterna; pedunculi filiformes pilosi fructiferi valde elongati; flores albi aut dilutissime caerulei; laciniae calycis fructiferi patentissimae capsulam globoso-quadrilobam subaequantes, stylo lobos capsulae superante. ☉. Ad muros agrestes et rupes litt. cr. circa Flumen, Bukari, Karlobago et Sv. Juraj, nec minus in cultis Croatiae australis circa Gospić, Smiljane, Kaniža et Bilaj. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 900 in ruderatis saxosis, ad muros et rupes circa Sebenico, Spalato, Ragusa et in insulis Veglia et Lesina. Rchb. fl. g. 2486. (V. cymbalariaefolia Vahl.) Feb.-Ag. **V. Cymbalaria Rodard.**

7 Racemo terminali cum vel sine lateralibus 8
Racemis omnibus axillaribus 18

8 Tubo corollae brevissimo; racemis in caule ramisque terminalibus; foliis caulinis pededentim in bracteas transeuntibus; radice omnibus (exceptis V. serphyllifolia L. et V. fruticulosa L.) annua . 9
Tubo corollae subcylindrica diametrum transversalem superante, limbo subbilabiato; racemis terminalibus interdum simul et nonnullis lateralibus; capsulis rotundatis turgidis et emarginatis; radice omnibus perenni 16

9 Foliis caulinis intermediis et superioribus digitato- aut pinnatipartitis, inferioribus ovatis, indivisis, floralibus lanceolatis . . 10
Foliis omnibus integris, nec digitato- nec pinnatipartitis . . . 11

10 Foliis pinnati-partitis, caule ramisque multifloris racemoso-spicatis; pedicellis erectis calyce brevioribus; capsula compressa obcordata; stylo fissuram aequante. — Tri-octo-pollicaris, glanduloso-pubescens; laciniae foliorum lineares acutæ intermedia longior latiorque, superiora tripartita, summa indivisa; pedunculi brevissimi; laciniae calycis lineari-lanceolatae acutae; corolla parva caerulescens venisque saturatioribus picta. ⊙. In apricis sterilibus, campis sylvisque arenosis, nec non in vineis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2493. (V. pinnatifida Lam.; V. succulenta All.; V. Dillenii Crtz.) Apr.-Mj. **V. verna L.**

Observ. var. β. minutissima foliis subintegris laeviterve incisis, est: V. Bellardi Wulf. (V. polyginoides Lam.) occurritque in locis sterilissimis apricis cum priori.

Foliis digitato-partitis; caule ramisque multifloris laxe racemosis; pedicellis patentibus adscendentibusque calyce longioribus; capsulis subrotundo-obcordatis turgidis. — Humilis 3—5-pollicaris; radix fibrosa; caulis erectus ramosus rarius simplex; folia infima petiolata, sequentia sessilia, utrinque bi-tridentata; calycis laciniae oblongae obtusae ciliatae; carolla speciosa saturate caerulea, externe apicem versus pubescens. ○. In agris et cultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2492. (V. romana All.) Mr.-Mj. . . . . **V. triphyllos L.**

11 Seminibus planis, peltiformibus 12

Seminibus concavis, pelviformibus; capsula ovali obcordata turgida; caule ramisque multifloris laxe racemosis. — Radix fibrosa; caulis 2—4—6-pollicaris plerumque a basi longe ramosus erectus, pilosus pilis patentibus; folia inferiora cordata inciso-serrata, summa oblonga subintegerrima omnia ciliata subtusque saepius rubello colore suffusa; pedunculi breves, pilosi; calycis laciniae oblongae lanceolatae obtusae, paucis pilis adspersae; corolla calyce minor pallide caerulea, venis saturatioribus picta; stigma crassiusculum, pubescens. ○. In agris, cultis collibusque herbidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Karlovic et Semlin. Rchb. fl. g. 2491. (V. romana Scop.; V. viscosa Kit.; V. ocymifolia Thuill.) Mr.-Mj. . . **V. praecox All.**

12 Capsula plus minusve emarginata aut plane subbiloba; caule ramisque multifloris, laxe racemosis aut racemoso-spicatis . . . 13

Capsula ovali leviter emarginata, fere integerrima; racemo termi-

nali brevi paucifloro glanduloso-pubescente. — Basi lignosa ramosissima ramis adscendentibus; folia oblonga obtusa subcrenata infima minora; corolla magna speciosa rosea; capsula pubescens. ♃. In locis rupestribus subalpinis solo calcareo Croatiae australis et Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 202, n. 22. Rchb. fl. g. 2512. (V. frutescens Scop.) Il.-Ag. . . . . **V. fruticulosa L.**

13 Pedicellis patentibus calyce 2—3-plo longioribus; capsula compressa planiuscula transverse latiori semibifida, lobis orbiculatis stylo fissuram aequante, caule ramisque multifloris laxe racemosis 14

Pedicellis erectis calycem aequantibus aut plane illo brevioribus; caulis ramisque multifloris laxe racemoso-spicatis 1

14 Foliis radicalibus caulinisque inferioribus ovatis serratis petiolisque pubescentibus; floribus subsessilibus pedunculorum longitudine. — Caulis erectiusculus subramosus 2—3-pollicaris et ultra; folia inferiora opposita, superiora alterna minora; calycis laciniæ oblongae; corolla calyce minor pallide caerulea. ☉. In agris et vineis circa Toplikam, Slanjam, Ludbreg et alibi in campo Podravano. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 888 in cultis circa Zara et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2494. (V. praecox Alsch. non All.) Apr.-Mj. . . . . **V. acinifolia L.**

Foliis radicalibus caulinisque inferioribus ovalibus subcrenatis, floralibus lanceolatis integerrimis rarius subcrenulatis, dorso saepissime purpurascentibus, facie glabris nitidis; pedicellis calyce triplo-longioribus foliaque subaequantibus. — Gracilis 2—4-pollicaris; flores saturate caerulei; caulis, folia, calyx, pedicelli ipsaque capsula pilis glanduliferis ciliata. Praecedenti, (cujus varietas esse videtur,) persimilis, sed notis praecitatis satis et constanter distincta. ☉. In agris arvisque imprimis submontanis circa Crisium, Raven, Lovrečinam, Verbovec et alibi in Croatia. Syll. fl. cr. Apr.-Mj. . . . . **V. ciliata Schloss. et Vukot.**

15 Pedicellis calycem aequantibus; capsula subrotundo-obcordata compressa transverse latiore obtuse emarginata; foliis ovatis oblongisve subcrenatis, infimis minoribus subrotundis. — Radix multiceps; caules 4—6-pollicares inferiore parte decumbentes et e geniculis radices agentes, superne uno alterove ramo aucti; folia infima petiolata reliqua sessilia; bracteae pedicellis longiores; calycis laciniae inaequales; corolla caerulea vel pallide carnea venisque violaceis variegata. ♃. In cultis, locis humidis, ad vias

totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in locis inundatis, ad fossas et margines sylvarum locis humidis montis Papuk, circa Jankovac, Orahovica, Gradac, Bizovac, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 887 in locis herbidis et umbrosis insulae Veglia, circa Zara, Verlika et Mavice, nec minus in montibus Biokovo et Sella. Rchb. fl. g. 2511. Apr.-Sept. . . **V. serpyllifolia L.**

Observ. Forma major, foliis late ovatis nitidis, est: V. neglecta Schmidt et forma minor, foliis subrotundis, est: V. tenella All. Utraque in iisdem locis ac species.

Pedicellis calyce brevioribus; capsula compressa obcordato-biloba; foliis cordato-ovatis crenatis, floralibus superioribus lanceolatis integerrimis. — Palmaris semipedalis, pubescens aut plane pilosa, simplex aut ramosa; folia inferiora opposita, infima pepetiolata, reliqua sessilia, floralia lanceolata recurva flore longiora; pedunculi brevissimi; calycis laciniae lanceolatae obtusae; corolla minima pallide caerulea. ☉. In cultis campisque sterilibus, nec minus in ruderatis et ad sepes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 890 in cultis et sterilibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2495. Apr.-In. . . **V. arvensis L.**

Observ. Forma gracillima foliis subintegerrimis, est: V. microphylla Kit. occurritque in locis sterilibus apricis et rupestribus in montosis.

16 Caulibus et ipsa basi herbaceis, nec unquam lignescentibus, 1—2-pedalibus 17

Caulibus caespitosis basi fruticulosis 2—3-pollicaribus; foliis oppositis decussatis confertis oblongis obovatisve apice subdentatis vel integerrimis, infimis minoribus; racemo spicato piloso; pedunculis bractea obovata calyceque longioribus, calyce inaequaliter 5-partito, capsulam obcordatam basi turgidam cuneatam apice compressam aequante; stylo lobis capsulae rotundatis ciliatis multo longioribus. — Planta 2—3-pollicaris; radix fibrosa fibris longis lignosis tenuibus; caules ramosissimi basi decumbentes nudi, sursum adscendentes foliosi floriferi; folia crassiuscula plana uninervia glabra, basi ciliata nitida; flores in racemum terminalem semipollicarem congesti; corolla caerulea, basi tubulosa; limbo subbilabiato; antherae sagittatae; stylus capsula longior; stigma subincrassatum. ♄, Vis. fl. dalm. 886 in saxosis summi verticis montis Dinara et in Kamešnica montis Prolog. In.-Il. . . . . **V. saturejoides Vis.**

17 Foliis verticillato-ternis-quaternisve oppositisque ex ovata aut cordata basi lanceolatis acuminatis, toto margine argute duplicato-serratis; racemo spicato elongato, pedunculis bractea lineari-subulata et calyce paullo brevioribus, calyce quadripartito, capsulæ ovali truncatae leviterque emarginatae subaequali; stylo lobis capsulae rotundatis brevissimis multo-longiore. — Viridi-pubescens; radix crassa fibris plurimis firmata; caulis 2—3-pedalis tantum superne setulis adspersus; folia glabra, basi in brevem petiolum attenuata; florum racemis terminalibus plerumque pluribus; calycis laciniae lineari-lanceolatae acutae; flores pallide caerulei. ♃. In pratis humidis, ad fossas et ripas in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 885 in herbidis montis Velebit. Rchb. fl. g. 2521. In.-Il. . . . . **V. longifolia L.**

Observ. variet. α. foliis basi profunde cordatis, est: V. longifolia Schrad. estque forma primitiva, ubique ob via.

Variet. β. foliis basi rotundatis vel subcuneatis angustis, est: V. maritima Schrad., in maritimis litt. cr. obvia

Variet. γ. foliis basi cuneatis latioribus arguteque serratis, est: V. media Schrad. occurritque in pratis circa Švica prope Otočac alibique in Croatia australi.

Variet. δ. foliis glaberrimis simulque subsimpliciter serratis, est: V. glabra Schrad.

Variet. ε. foliis inferioribus petiolatis ovatis incisis, superioribus lanceolatis serratis, est: V. foliosa WK. occurritque in graminosis circa Duzluk et alibi in comitatu Syrmiensi. (Kan.)

Foliis oppositis oblongis crenato-serratis, basi cuneata apiceque obtuso integerrimis; racemo dense spicato elongato, pedunculis bractea lanceolato-subulata calyceque multo-brevioribus; calyce 4—5-partito capsula ovali turgida emarginato-biloba breviore; stylo capsulae lobis obtusis brevissimis multo longiore. — Cinereo-pubescens; radix multiceps; caules adscendentes et e parte terrae adpressa radices agententes, rarius stricti; folia obtusa, summa alterna, reliqua opposita, inferiora in longum petiolum attenuata, subsequa breviter petiolata; florum racemo terminali plerumque unico, rarius pluribus; corolla saturate caerulea; capsulae ovatae inflatae. ♃. In apricis siccis planitierum et montium totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm.

884 in apricis saxosis Dalmatiae montanae et in ipsis montibus Velebit, Biokovo et circa Ragusa. Rchb. fl. g. 2518. Il.-Ag. **V. spicata L.**

Observ α. crispulo- vel glanduloso-pubescens; foliis inferioribus oblongis basi cuneatis, est: V. spicata Auct. ((V. Clusii Schott.)

Variet β. laciniis calycis secus glabris margine ciliatis caule foliisque glanduloso-pilosis, est: V. squamosa Presl. Rchb. fl. g. 2516.

Variet. γ. foliis ovato-lanceolatis racemis pluribus, est: V. australis Schrad. occurritque in arvis dumetosis comitatus Syrmiensis. (Kanitz.)

Variet. δ. pubescens, sed inferne glabriuscula; laciniis corollae angustis, attenuatis, saepe contortis; foliis subcoriaceis, inferioribus rotundatis, calyce sessili molle pubescente, est: V. orchidea Crntz. (V. cristata Bernh.; V. hybrida M. B.; V. crassifolia Kit.) occurritque in arvis, sylvaticis, dumetosisque Croatiae montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia autem in sylvis circa Čepin; in vineis circa Vukovar, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2517.

Variet. ε. foliis subserratis cauleque incano-tomentosis, radicalibus oblongo-obovatis in petiolum attenuatis; caulinis oppositis alternisve oblongis basi attenuatis, est: V. incana WK. et occurrit in collibus graminosis circa Vukovar et Karlovic. (Kan.)

18 Calyce 5-partito lacinia quinta parvula 19

Calyce nonnisi 4-partito 22

19 Caulibus omnibus erectis vel e basi arcuata adscendentibus . . 20

Caulibus sterilibus prostratis, floriferis adscendentibus; foliis lanceolatis ovatisve crenato-serratis, basi subincisis integrisve; racemis axillaribus brevibus. — Radix multiceps; caules breves prostrati, saepe ex inferiorum foliorum axillis radices agentes; folia suprema integerrima margineque revoluta; caulis, folia, bracteae calycesque consita sunt setulis arcuatis. ♃. In agris montanis collibusque herbidis circa Kalnik, Toplikam, Lobor, Klanjec et alibi in Croatia montana haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2508. Mj.-In. . . . . **V. prostrata L.**

Observ. var. β. foliis inferioribus pectinato-pinnatifidis, superioribus linearibus integerrimis, est: V. pectinata Op. occurritque intermixte cum priori.

20 Caulibus etiam basi herbaceis; foliis sessilibus cordato-ovatis ovatisve argute- aut inciso-serratis. 21

Caulibus basi fruticulosis; foliis oblongis serrato-incisis aut pinnato-partitis ovatisve palmato-partitis, inferioribus petiolatis; racemis laxis elongatis; pedunculis bractea lineari calyceque longioribus; calyce valde inaequaliter 4—5-partito capsula orbiculato-elliptica emarginata compressa longiore; stylo lobis capsulae multo longiore. — Radix lignosa multiceps; caules adscendentes aut erecti; folia opposita sessilia setulis sursum versis ciliata; racemi longissimi arcuati; bracteae inferiores in unam alteramve lacinulam divisae, reliquae lineares integrae; calycis laciniae lineares inaequales; corollae pallide caeruleae venisque saturatioribus variegatae. ♃. In collibus siccis et ad rupes calcareas Kalnikenses, Riekenses, nec non in illis montium Ivanščica, Oštere ad Samobor, Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. — In Slavonia circa Šarengrad, Illok, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 893 in saxosis apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2508 var. c. Iu.-Il. . . . . . . **V austriaca L.**

Observ. variet. β. foliis lanceolatis vel lanceolato-linearibus, plerumque remote-crenato-serratis, quandoque integerrimis, est: V. dentata Schmidt;

Variet. γ. foliis lineari-lanceolatis pinnatifidis, laciniis lineari-filiformibus, est: V. tenuifolia M. B.

Variet. δ. foliis ambitu ovatis bipinnatifidis, est: V. multifida L. — Omnes hae formae occurrunt intermixte cum specie.

21 Foliis cordato-ovatis aut simpliciter ovatis argute serratis, superioribus ovato-lanceolatis acuminatis; racemis laxis elongatis oppositis, pedunculis bractea lineari calyceque longioribus; calyce capsula suborbiculari emarginata compressa breviore; stylo lobis capsulae multo longiore. — Radix multiceps; caulis pilis arcuatis tectus folia caulina opposita sessilia, infima breviter petiolata, rugosa, praesertim dorso setulis adpressis adspersa; calyx pubescens laciniis lanceolatis; corolla ampla elegans pallide caerulea aut carnea lineis saturatioribus variegata. ♃. In graminosis praecipue in montanis apricis circa Zagrabiam, Krapinam et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis, arvis, agrisque siccis montanis circa Verovitic, Zvečovo, Vučin, Macute, Duzluk, Orahovica, Selce, Rétfálú, Požega, Krivaj, Vukovar, Karlovic et

Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 894 in umbrosis montium Velebit, nec non in montanis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 2510. Mj.-In.
V. latifolia L.

Observ. variet. β. foliis basi ovatis oblongis; capsula obovato-obcordata lobis apice conniventibus, est: V. Teucrium Vahl. — Rchb. fl. g. 2509.

Foliis inciso-serratis subcordato-ovatis oblongisve; racemis oppositis laxiusculis elongatis; pedunculis bractea lanceolato-lineari elongata brevioribus, calycem subaequantibus; calyce capsulam obovato-orbicularem compressam bilobam aequante; corolla magna violaceo-caerulea venisque saturatioribus picta; stylo lobis capsulae obtusiusculis multo longiore. — Media inter V. Chamaedrym L. et V. austriacam L. — Differt ab illa foliis omnino sessilibus, calyce capsulam subaequante et capsulæ ovatæ subrotundæ, nec triangularis, lobis divaricatis; ab hac foliis latioribus, nec laciniatis, pedunculis brevioribus; calyce capsulam subaequante. ♃. Vis. fl. dalm. 891 in sylvaticis et pascuis montium Velebit. Rhb. fl. g. 2510 var. d. In.-Il.
L. Pseudo-Chamaedrys Jacq.

22 Foliis oblongo-lanceolatis, ovatis aut obovatis ellipticisve, serratis, crenatis aut integerrimis 23

Foliis lanceolato-linearibus acutis denticulatis; capsula compressa emarginato-biloba transverse latiori. — Radix repens; caules teretes debiles decumbentes et ex inferiori parte radices agentes, superne in unum alterumve ramum divisi, semipedales, pedales et ultra; folia sessilia, infima reliquis minora; racemi folio duplo longiores plerique alterni; bracteae lineares pedicellis capillaribus breviores, corollae majusculae albido-roseae aut violaceo-striatæ. ♃. Ad fossas, in inundatis et palustribus totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Čepin, Koška et Kločevac. (Kan.) Rchb. fl. g. 2505. In.-Il. . . **V. scutellata L.**

Observ. variet. β. caule pubescente, pedunculis calyce margineque capsularum villosis, est: V. parmularia Tratt. occurritque in pratis udis montanis hinc inde.

23 Caulibus foliisque glabris; pedicellis fructiferis patentissimis; (plantae aquaticae aut stagnales) 24

Caulibus foliisque plus minusque pilosis; (plantae terrestres) . . 25

24 Foliis sessilibus semiamplexicaulibus acutis lanceolatis ovalibusve; capsula orbiculari. — Glabra, erecta, basi radicans 1—2-pedalis; folia serrata; racemi laxi elongati oppositi; pedunculi brac-

tea lineari calyceque longiores; calycis laciniæ inaequales capsulam orbicularem turgidam anguste aut leviter emarginatam aequantes; stylus lobis capsulae multo longior; flores caerulei venis saturatioribus variegati rarius rosei. ♃. In aquis stagnantibus et rivis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 895 in aquosis circa Zara, Sebenico, Scardona, Verlika, Trau, Spalato, Ragusa et Cattaro, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2506. In.-Ag. . . . . **V. Anagallis L.**

Observ. var. β. foliis lineari-lanceolatis; capsulis ellipticis minute emarginatis, est: V. anagalloides Guss.

Variet. γ. foliis ovalibus pluribus petiolatis, est: V. ovalis Vis. fl. dalm. 895 β. occurritque in aquosis ad Cascata della Kerka.

Foliis petiolatis obtusis ellipticis lanceolatisve; capsulis subrotundis turgidis. — Glabra adscendens succosa, 1—2-pedalis et ultra basi radicans; folia crenato-serrata obscure virentia nitida; racemi laxi elongati oppositi erecti, pyramidati; pedunculi bractea lineari calyceque longiores; laciniae calycis inaequales capsulam aequantes; stylus lobis capsulae multo longior; flores caerulei venis saturatioribus striati. ♃. In aquis stagnantibus, in fontibus et rivis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 896 in aquosis circa Dernis, Sebenico, Salona et Cattaro. Rchb. fl. g. 2507. Ap.-In. . . . . . . **V. Beccabunga L.**

25 Caulibus undique sparsim pilosis 26

Caulibus nonnisi bifariam pilosis; foliis subsessilibus ovatis inciso-serratis; capsulis triangulari-obcordatis ciliatis. — Radix lignescens multiceps; caules utrinque linea longitudinali pilosa, distincti inferiore parte decumbentes; folia obtuse inciso-serrata breviter petiolata subcordato-ovata; praeprimis margine pilosa secus pubescentia; racemi oppositi laxi elongati; pedunculi bractea lanceolato-lineari subbreviores, calycem vero subaequantes; laciniae calycis capsula breviores; stylus lobis capsulae divaricatis rotundatis duplo longior; flores magni laete caerulei lineisque saturatioribus variegati. ♃. In sylvis, pratis, ruderatisque, ad sepes et in cultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 892 in herbidis, ad sepes et vias agrestes circa Carin, in montibus Velebit, circa Knin, Salona, Ossoje, Vergoraz et Ragusa. Rchb. fl. g. 2502. Apr.-Sept. . **V Chamaedrys L.**

Observ. var. β. caule quidem undique pilosello, sed pilis in lineis 2 oppositis densioribus et longioribus, est: V. pilosa Schm. (V. plicata Pohl.)

26 Foliis pedicellatis; caulibus basi repentibus 27

Foliis sessilibus ovatis argute serratis superioribus longe acuminatis; capsula suborbiculari transverse latiori emarginata. — Pedalis, gracilis; radix lignescens fibris validis firmata; caules villosi erecti; folia opposita ciliata subrugosa, utrinque pilis brevibus paucis adspersa; florum racemi elongati, primum erecti, dein patentes; pedicelli distantes filiformes pubescentes bracteisque brevibus suffulti; calycis laciniae aequales lineari-lanceolatae obtusae villosae; corolla pubescens dilute caerulea vel rosea striisque saturatioribus variegata. ♃. In nemorosis subalpinis cum rivulis in planities descendens tractus montium Ivanšcica, in illis ad Zagrabiam, Samobor, Klek et alibi in Croatia australi. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvaticis montis Papuk et circa Semlin. Rchb. fl. g. 2503. (V. latifolia Scop.) Mj.-In.

V. urticaefolia Jacq.

27 Foliis longe petiolatis ovatis inciso-serratis; capsula subrotunda transverse quidquam latiore basi apiceque emarginata, complanata glabra, margine crenulata ciliata; caulibus sparsim pilosis. — Decumbens; radix fibrosa; caules saepius prostrati ramosi et ex geniculis radicantes; folia obtusa hirta; racemi pauciflori; calycis laciniae subaequales hirsutae; corolla albida striis purpureo-caeruleis variegata; capsulae magnae subbisscutatae. ♃. In nemoribus frondosis umbrosis praesertim submontanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2501. Mj.-In. . . . . **V. montana L.**

Foliis breviter petiolatis obovato-ellipticis oblongisve serratis; capsula triangulari-obcordata obtuse emarginata. — Radix fibrosa; caules prostrati hirsuti, ramosi ex axillis foliorum radices agentes; folia pilis patentibus adspersa supra medium serrata; racemi multiflori densi; pedicelli fructiferi erecti, brevissimi; calycis laciniae obtusae, primum erectae, dein supra medium recurvae; flores dilute caerulei venis saturatioribus picti, rarius albi venis roseis variegati. ♃. In pascuis, ericetis sylvaticis arvisque montanis sterilibus circa Crisium, Kalnik, Trakoštjan, Krapina, Samobor et alibi, fere ubique in montanis et submontanis Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 890

in pascuis sylvaticis montium Velebit, Svilaja, Prolog, Biokovo et Sella. Rchb. fl. g. 2498. In.-Il. . . . **V. officinalis L.**

Gen. 428. **Paederota L. Ostan.**

Calyx 5-partitus; corollae limbus 4-fidus lacinia superiore latiore integra vel bifida; stamina 2 in imo tubo annullo pilorum ibidem clauso inserta; antherae rimis 2 longitudinalibus dehiscentes; stigma integrum; capsula bilocularis rostrato-acuminata. Koch syn. pl. p. 611; Rchb. fl. g. p. 372, g. 489.

Foliis serratis, superioribus ovatis acutis, corollae caeruleae, rarius roseae labio superiore integro; staminibus corolla longioribus. — Spithamaea; radix repens, caulis erectus teres pilosus; folia ovato subrotunda, in brevem ciliatumque petiolum attenuata supra medium serrata, facie laete, dorso pallide viridia, utrinque pilosa; calycis laciniae lineares pilosae integrae, corolla calyce longior. ♃. In rupium fissuris alpis Badanj et Debelo-berdo montium Velebit secundum Kit. iter. cr. I. (Kanitz.) An fors Bartsia alpina L., quam in designatis locis anno 1856 invenimus. Rchb. fl. g. 2524. (P. caerulea L. fil. P. chamaedryfolia Suffr. Veron. Bonarota L. sp. pl. ed. I. — Wulfenia Bonarota Sm.) Il.-Ag.
P. Bonarota L.

Gen. 429. **Lindernia L. Ljubor.**

Calyx 5-partitus; corollae labium superius emarginatum, inferius trifidum lacinia media majore; stamina 4 didynama fauci inserta; antherarum sacculi non coaliti; stigma capitatum; placenta centralis cylindrica libera. Koch syn. pl. p. 612; Rchb. fl. g. p. 385, g. 490.

Foliis ovato-oblongis integerrimis 3-nerviis sessilibus pedunculis axillaribus unifloris; caulibus procumbentibus. — Radix fibrosa; caules prostrati radicantes; folia glabra laevia; laciniæ calycis lineares; corolla exigua ringens tubo minimo, albida limbo dilute carneo; capsula oblongo-ovata. ⊙. In locis humidis hyeme inundatis stagnisque exsiccatis circa St. Helenam, Paukovec et Dubrava, nec non in iisdem locis in Lonjskopolje in Moslavina et circa Topolovec, Sviničko et Mužilovčica in campo Posavano. Syll. fl. cr. In Slavonia in paludibus stagnisque exsiccatis circa Zoljan, Našice, Šušinje, Klokočevac, Koška, Bizovac et Semlin. Rchb. fl. g. 2619. (Capraria gratioloides L.; Anagalloides procumbens Krock.; Gratiola inundata Kit.) Il.-Ag. **L. pyxidaria All.**

Gen. 430. **Limosella L. Voduška.**

Calyx 5-dentatus; corollae subrotatae limbus 5-fidus aequalis; stamina 4 didynama fauci corollae inserta; antherae sacculis in unum coalitis transverse dehiscentes; stigma capitatum; placenta centralis cylindrica libera et basi tantum dissepimento brevissimo adnata. — Koch syn pl. p. 612; Rchb. fl. g. p. 387, g. 493.

Foliis spathulato-lanceolatis, petiolatis, petiolo pedunculis duplo longiore. — Pusilla, gracilis, stolonifera; radix fibrosa; stolones nudi apice radicantes et ex apice folia promentes; folia integerrima glabra; pedunculi axillares uniflori; flores exigui; corollae tubus viridis, limbus carneus; caulis praeter stolones nullus. ⊙. In locis humidis hyeme inundatis et in stagnis exsiccatis in Croatia haud rara, praesertim in campo Podravano, Moslavano et Posavano. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Essek et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2628. Il.-Ag. . . . . **L. aquatica L.**

Trib. III. **Rhinantaceae DC.** *Antherae biloculares oblongae apici filamentorum affixae, rima longitudinali dehiscentes, basi acutae vel mucronatae.*

Gen. 431. **Melampyrum Tourn. Urodica.**

Calyx tubulosus 4-dentatus; corollae labium superius margine replicatum, inferius trisulcatum; stamina 4 didynama antheris bilocularibus erectis, loculis basi mucronatis; stigma indivisum; capsula apice loculicide bivalvis loculis 1—2-spermis, seminibus teretiusculis basi carnosis. — Vis. fl. dalm. II. p. 177, g. 319; Koch syn. pl. p. 620; Rchb. fl. g. 357, g. 469.

1 Spicis laxis aequalibus nec unquam quadrangularibus 2

Spicis quadrangularibus dense imbricatis; bracteis cordatis sursum complicatis recurvis pectinato-dentatis. — Caulis erectus tetragonus ramosus setulisque deorsum flexis tectus; folia sessilia scabra, ramea linearia, caulina inferiora lanceolata, summa basi dilatata, compressa colorata laciniata pubescentia; bracteae arcte imbricatae latae, compressae, cordatae, in lacinias tenues divisae pubescentes, ex albido, purpureo et viridi variegatae; calyx membranaceus pilosus; corolla pubescens ex albo et purpureo variegata; capsula sulcata acuta declinata. ⊙. In sylvis pratisque siccis circa Toplikam, Kalnik, Zagrabiam, Samobor, Jaskam et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm.

911 in sylvis circa Zara et supra Dernis circa Miočić. Rchb. fl. g. 2437. Il.-Sept. . . . . **M. cristatum L.**

2 Spicis aequalibus; bracteis ovatis lanceolato-acuminatis subulato-dentatis 3

Spicis secundis; bracteis cordatis lanceolatisve 4

3 Corolla purpurea, medio annullo albo et macula flava ad basin labii inferioris; bracteis purpureis; calyce pubescenti-scabro tubum corollae subaequante. — Caulis erectus setulis ut folia consitus tetragonus, ramosus; folia caulina et ramea lanceolata, superiora basi in unam alteramve laciniam divisa; flores sessiles in spicam collecti; bracteae ovatae lanceolato-acuminatae subulato-dentatae subtus bifariam punctatae; calycis pubescenti-scabri tubum corollae subaequantis dentes e basi ovata elongati setaceo-acuminati. ⨀. In agris montanis solo calcareo et argillaceo totius Croatiae et Slavoniae, praesertim in submontanis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 909 inter segetes circa Zara, Sebenico, Knin, Castelli et Salona, nec non in montosis Velebit, Krivoscie et Pastrovicchio. Rchb. fl. g. 2438. Il.-Sept. **M. arvense L.**

Corolla flava; bracteis luteo-viridibus, rarius purpureis; calyce hirsuto tubo corollae triplo breviore. — Caulis erectus tetragonus ramosus pilisque brevibus deflexis tectus; folia subsessilia in longam cuspidem producta, inferiora longiora angustiora integra, superiora breviora, infra medium dilatata et in lacinias inaequales divisa; bracteae ovatae lanceolato-acuminatae subulato-dentatae, infra inpunctatae; calycis hirsuti tubo corollae triplo-brevioris dentibus ovatis acuminatis. ⨀. Inter segetes circa Hrastovec prope Toplika, in Zagoria circa Krapinam, Klanjec et Stubicam superiorem, nec minus in Croatia australi et littorali. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus apricis circa Vukovar, Krušedol, Kerčedin et Semlin. Vis. fl. dalm. 909 v. β· in iisdem locis ac praecedens cujus varietas esse dicitur. Rchb. fl. g. 2439. In.-Ag. . . . . **M. barbatum WK.**

4 Bracteis omnibus lanceolatis; calycibus glabris 5

Bracteis superioribus profunde cordatis dentatisque; calycibus hirsutis corollam dimidiam subaequantibus. — Caulis tetragonus hirsutus in ramos effusos divisus; folia caulina ovato-lanceolata, floralia hastata, intermedia integra, superiora violacea et in lacinias tenues divisa, summa absque flore in axillis; calycis dentes lanceolato-subulati patentes; corolla aurea bracteis azureis

fulta tubo ferrugineo. ☉. In sylvis et nemoribus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 910 in sylvaticis circa Zemoniko et Verlika. Rchb. fl. g. 2436. Il.-Sep.

M. nemorosum L.

5 Calycibus corolla triplo brevioribus; floribus horizontaliter patentibus; bracteis superioribus basi utrinque 1—2-dentatis. — Caulis glaber in ramos divaricatos divisus; folia lanceolata acuminata laevia, aut tantum margine scabriuscula; flores flavi aut albi et tunc tantum superne flavi, secundi remoti. ○. In sylvis, ericetis, pratis turfosis et sylvaticis totius Croatiae, sed reliquis rarius Rchb. fl. g. 2435. (M. sylvaticum Sturm et non L.; M. vulgatum Pers.; M. commutatum Tsch.) In.-Il.

M. pratense L.

Calycibus corollam aequantibus; floribus erectis; bracteis plerumque integerrimis. — Caulis erectus tetragonus, in ramos patentes divisus setulisque deflexis tectus; folia opposita subsessilia late lanceolata integerrima setulis inspersa, floralia bracteaeformia minora, angustiora, cuspidata, ad basin non raro utrinque in lacinias subulatas divisa; flores dimidio quam antecedentium minores aurei, fructus autem nutantes. ○. In sylvis pratisque montanis et subalpinis tractus montium Ivanšćica, Klek et Kapela. In Slavonia in iisdem locis, sed frequentius. (Kan.) Rchb. fl. g. 2434. (M. pratense Tsch. et non L.) Il.-Ag. . **M. sylvaticum L.**

Gen. 432. **Pedicularis L. Ušljivac.**

Calyx tubulosus vel inflatus 5-dentatus; corolla ringens labio superiore galeato compresso, inferiore trifido; stamina 4 didynama antheris bilocularibus muticis; stigma indivisum; ovarii loculi multiovulati; capsula ab apice loculicide dehiscens, bivalvis valvulis longitudinaliter septo placentifero diremtis, seminibus suborbiculatis. Vis fl. dalm. II. p. 176, g. 317; Koch syn. pl. p. 621; Rchb. fl. g. p. 361, g. 475.

1 Labium corollae superius in rostrum apice truncatum contractum 2
Labium superius rectum vel falcatum apice plerumque non latiore galeato-obtusum 7
2 Floribus ochroleucis albidisve 3
Floribus incarnatis, roseis aut purpureis 5
3 Radice fibrosa fibris nec incrassatis, nec fusiformibus; labio corollae superiore falcato brevissime rostrato truncato angulis in-

dentem triangulari-subulatum utrinque protractis; florum racemo oblongo-inferne folioso; foliis oblongo-lanceolatis bipinnatifidis, laciniis mucronato-serratis 4

Radicis fibris incrassatis carnosis fusiformibus vel plane tuberosis, tuberibus elongatis subcylindraceis; labio corollae superiore falcato in rostrum apice truncatum et emarginatum producto, lacinulis acutis; florum racemo elongato, spicato, denso. — Caulis strictus 1—2-pedalis canaliculatus crassus, demum lignescens 3—4—5-foliatus pilosus; folia pinnatifida pinnis incisis dentatis cartilagineo - mucronatis; calyx inferne pilosus 5-dentatus dentibus brevissimis inaequalibus acutis ciliatis; bracteae pinnatifidae villoso-ciliatae. ♃. In pascuis pratisque alpinis montis Klek prope Ogulin. Syll. fl. cr. (P. Schlosseri Tommasini in litteris 1856.) Olim sub nomine P. ochroleucae Schloss. et Vuk. ad amicos missa. Mj.-In. . . **P. brachyodonta Schloss. et Vukot.**

4 Calycis campanulati hyalino-membranacei glabriusculi dentibus ovatis latitudine sua brevioribus. — Caulis erectus sulcatus fistulosus, pilis inspersus; folia infima longe petiolata pinnata pinnis pinnatifidis, laciniis dentatis, caulina alterna pinnatifida laciniis dentatis, superiora sessilia, floralia integra dentata, inferiora floribus longiora, reliqua breviora, dentes omnium mucrone albo terminati; flores subsessiles; calyx glaber; capsula ovata. ♃. Vis fl. dalm. 906 in apricis montium Prolog et Biokovo. Rchb. fl. g. 2470. In.-Il. . . . . **P. comosa L.**

Calycis ovati coriacei fusci lanati dentibus lanceolatis latitudine sua duplo longioribus. — Praecedenti affinis; differt tamen ab illa calyce membranaceo pallido, nervis fusco-virentibus dentiumque forma. ♃. Vis. fl. dalm. 907 in rupestribus montium Dinara, Svilaja, Gnjat et Prolog. In.-Il. **P. Friderici Augusti Tom.**

5 Rostro galeae brevi utrinque ad angulum in dentem acutum vel subulatum protracto 6

Rostro galeae elongato lineari-truncato emarginato angulato; filamentis longioribus apice sparsim pilosis. — Radix teres praemorsa fibrisque crassis aucta; folia profunde bipinnatifida pinnulis dentatis, in caule adscendente lineaque decurrente e pube brevissima formata notato, superiora simplicia minora, floralia lata membranacea; flores speciosi in capitulum collecti; calyx oblongo-campanulatus glaber vel nervis margineque pubescens laciniis superne foliaceis inaequaliter crenatis, apice recurvatis tubo

triplo brevioribus. ♃. In pratis montanis humidis montium altiorum ad Bosiljevo et Čubar; nec minus in illis alpis Debelobrdo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2459. (P. rostrata Jacq. nec L.) Il.-Ag. . . . . **P. Jacquinii Koch.**

6 Angulis labii superioris corollae in dentem triangulari-subulatum protractis; calyce 5-dentato, dentibus superne foliaceis dentatisque; caule primario erecto a basi florigero, secundariis prostratis. — Radix fusiformis multiceps; folia caulina alterna bipinnatifida pinnis ovalibus incisis lobatisve lobulis 2—3-dentatis; radicalia simplicia ovata crenata; calyx oblongus angulatus; corollae roseae labium inferius in lacinias, sed non fimbriatas didivisum. ♃. In pratis montanis, ericetis sylvisque montium altiorum circa Delnice, Brod et Čubar. (Klinggræff.) Rchb. fl. g. 2467. Il.-Ag. . . . . **P. sylvatica L.**

Anguli labii corollae superioris in denticulum subulatum protractis; calyce bilobo, lobis inciso-dentatis crispis; caule erecto a basi ramoso. — Radix fusiformis ramosa; folia glabra pinnata pinnis oblongis subpinnatifidis lobulatis, lobulis crenatis; flores axillares solitarii subsessiles; corollae purpureæ labium inferius minute fimbriatum. ♃ vel ♂. In pratis montanis humidis et paludosis in Zagoria superiori, nec minus circa Oroslavje, Kaniža et Stubica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2475. Il.-Ag. **P. palustris L.**

7 Caule simplici aut plus minusve ramoso 8

Caule nullo, caudice subterraneo brevissimo; pedunculis radicalibus solitariis; corollae labio superiore falcato rotundato-obtuso edentulo margineque villoso. — Radix simplex cylindrica; folia rosulata in orbem disposita pinnata, pinnis ovatis pinnatifido-incisis mucronato-dentatis, superioribus confluentibus; calyx inflatus semiquinquefidus dentibus superne foliaceis; pedunculis folio multo brevioribus; floribus albis in colorem carneum vergentibus; labio corollae inferiore trifido, laciniis ciliatis. ♃. In declivibus humidis inter frutices montium altiorum ad Delnice, Lokve, Merzlavodica et Čubar. (Klinggraeff.) Rchb. fl. g. 2474. In.-Ag. . . . . **P. acaulis Wulf.**

8 Floribus sulfureis aut ochroleucis; corollae labio superiori rectiusculo obtuso edentulo 9

Floribus purpureis roseisve; labio corollae superiore recto subfalcato obtuso glabro 10

9 Labio superiore hirsuto; calyce campanulato integro, angulis villoso 5-dentatis, dentibus tubo multo brevioribus e basi 3-angulari acuminatis; filamentis omnibus apice dense barbatis. — Radix teres; caulis erectus simplex fistulosus 6—12-pollicaris, pilis paucis deciduis adspersus; folia radicalia longe petiolata subbipinnata pinnis ovatis inciso-mucronato-dentatis, dorso subpilosis, margine revolutis; flores in spicam densam, bracteis foliis radicalibus caulinisque similibus interruptam collecti; corollae excepto labio inferiore hirsutae. ♃. In locis glareosis subalpinis Dalmatiae. (Maly enum. pl. aust. p. 205, n. 15.) Rchb. fl. g. 2473. (P. comosa Scop. non L.) Il.-Ag. . . **P. foliosa L.**

Labio corollae superiore glabriusculo; calyce campanulato semibifido subspathaceo antice villoso 3—5-dentato, dentibus brevissimis triangularibus, posteriore paullo majore; filamentis nonnisi longioribus apice dense barbatis. — Radix ramosa; caulis strictus 2—4-pedalis; folia et bracteae inferiores pinnatae pinnis profunde pinnatifidis, pinnulis lineari-lanceolatis inaequaliter mucronato-serratis, bracteis superioribus lanceolatis pinnatifido-serratis. ♃. In pascuis dumetosis subalpinis montis Snježnik prope Čubar. (Klinggraeff.) Mj.-In. . . . . **P. Hacquetii Graf.**

10 Foliis caulinis, bracteis floribusque verticillatis; calycis inflati hirsuti apice fissi dentibus brevissimis. — Radix flavescens multiceps; caules humiles subangulati hirsuti; folia mollia subglabra profunde pinnatifida pinnis ovato-oblongis obtusis inaequaliter dentatis; flores in spicam densam collecti corollis purpureis; capsula oblonga glabra. ♃. In pascuis alpium Pliešivica, Visočica et Badanj. Rchb. fl. g. 2457. In.-Il. . . **P. verticillata L.**

Foliis caulinis, bracteis floribusque sparsis; calycis tubuloso-campanulati subsemiquinquefidi dentibus aequalibus lanceolato-subulatis acutis. — Radix ramosa; caulis humilis erectus teres, superne villosus; folia pinnata pinnis anguste lanceolatis acute serratis; bracteae pinnatifido-dentatae calyce paullo longiores; corollae roseae labio superiore saturatiore; antherae nonnisi uno margine villosae. ♃. In pascuis saxosis alpis Pliešivica ad Korenicam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2469. Il.-Ag. **P. rosea Wulf.**

Gen. 433. **Bartsia L. Vidac.**

Calyx campanulatus 4-fidus; corolla tubulosa limbo infundibulari ampliato oblique 4-fido; stamina inclusa; antherae villosae breviter mucronatae; ovarii loculi multiovulati; semina ad hilum compressa, superficie costata costis dorsalibus alato-dilatatis. Koch syn. pl. p. 627; Rchb. fl. g. p. 360, g. 474.

Foliis oppositis ovatis subamplexicaulibus obtuse serratis; floribus violaceo-rubris. — Spithamæa erecta pilosa; flores apicem versus axillares bracteis violaceis; capsula ovata pubescens. ♃. In pascuis alpinis et glareosis subalpinis Visočica, Badanj et Debeloberdo. Rchb. fl. g. 2456. Il.-Ag. . . . . **B. alpina L.**

Gen. 434. **Trixago Link. Zornica.**

Calyx tubuloso- campanulatus aequaliter 4-fidus; corollae galea semicylindrica labium explanatum late trilobum; stamina inclusa; antherarum loculi aequaliter breve mucronati; stylus diu persistens; capsula in rostrum attenuata, bilocularis bivalvis, semina minutissima laeviuscula curvula. Koch syn. pl. p. 627; Rchb fl. g. p. 360, g. 473.

1 Antherae ciliatae; caule foliisque villosis 2

Antherae glabrae; caule foliisque pubescentibus, inferioribus sessilibus inciso-dentatis ovatis, superioribus palmatifidis; spica superne imbricata. — Bi-sesquipollicaris basi subramosa; folia opposita; flores axillares solitarii superne in spicam collecti; calyx inflatus; corolla purpurea ad basin labii inferioris maculis duabus croceis distincta. ○. Vis. fl. dalm. 904 in pascuis et apricis circa Zara, Trau, Spalato, Vergoraz, Ragusa et Budua, nec non in insulis Cherso, Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 2453. (Euphrasia latifolia L.; Bartsia latifolia Sibth.; Euphrasia latifolia Grieseb.) Apr.-In. . . . . **T. latifolia Mert**

2 Foliis lanceolatis bracteisque lineari-lanceolatis acute serratis. — Radix fibrosa; caulis erectus teres pilis viscidis praesertim superne tectus; folia sessilia setisque exasperata; flores axillares subsessiles; calyx pilis viscidis consitus, laciniis longis margine revolutis; corolla flava striisque purpureis percursa, galea integra, laciniae labii inferioris obtusae. ☉. In palustribus Dalmatiae. (Host fl. aust. II. p. 181.) Rchb. fl. g. 2454. (Bartsia alpina L.; Lasiopera viscosa Lk.) Apr.-Mj. . **T. viscosa Rchb.**

Foliis lanceolatis obtuse serratis obtusisque; bracteis lato ovatis, supremis integerrimis; foliorum dentibus elongatis, hinc foliis

subincisis laciniis obtusis. — Pedalis et ultra; radix fibrosa, caulis erectus teres setisque deflexis exasperatus; folia sessilia remote obtuseque inciso-serrata, crassa rugosa hirta; flores in spicam imbricatam quadrangularem collecti; calyx hirsutus laciniis brevissimis obtusis, corolla calyce multo longior, galea purpurea, laciniae labii inferioris albidae, aut omnino luteae; antherae hirsutae; capsula scabra. ⨀. Vis. fl. dalm. 905 in saxosis apricis Cerno, Murvica et in vineis ad Polje circa Zara, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 2455. (Bartsia Trixago L.; Rhin. Trixago L.; Rhin. versicolor W.; Bellardia Trixago All.; Euphr. Trixago Vis.) Mj.-In. . . . . . . **T. apula Rchb.**

Gen. 435. **Euphrasia Tourn. Očarnica.**

Calyx tubulosus quadrifidus fissura inferiori profundiore; corollae galea cucullata dentata, labium trifidum laciniis emarginatis; stamina inclusa, antherarum extimarum loculo extero longius mucronato; stylus deciduus; capsulae obtusissimae biloculares, bivalves oblongae valvulis elastice subreflexis dehiscentes, loculi polyspermi; semina fusiformia testa laxa alba longitudinaliter plicata. Flores omnium albi macula citrina ad basin labii inferioris lineisque 6 violaceis in labio superiori et 9 in inferiori notati. Rchb. fl. g. p. 358, g. 471.

1 Foliis ovatis utrinque subquinque-dentatis, dentibus foliorum superiorum acuminatis brevius longiusve mucronatis 2
Foliis oblongis, lanceolatis aut linearibus utrinque nonnisi 1—3-dentatis 3

2 Laciniis labii superioris patentibus 2—3-dentatis. — Caulis ramosissimus pilis deflexis tectus; folia dentata, dentibus in foliis inferioribus obtusis; calycis laciniae mucronatae; corolla pubescens; filamenta infra medium puberula; antherae parte plana barbatae, parte convexa glabrae. — Caulis folia et calyces teguntur pilis viscidis. ◯. In pratis, sylvarum locis denundatis ericetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 901 α. in pascuis graminosis montium Beljak et Prolog. Rchb. fl. g. 2444. Il.-Sept. . . . . **E. officinalis L.**

Observ. var. β. caule rigido elongato, a basi florifero, stricto, foliis omnibus ovatis oblongisve cuspidato-serratis, est: E. stricta Host. (E. pectinata Ten.) occurritque in saxosis subalpinis montium Dinara et Biokovo in Dalmatia.

Variet. γ. glanduloso-pilosa pilis patentibus dentibusque foliorum

superiorum mucronatis, est: E. pratensis Fries. (E. Rostkoviana Hayne.)

Variet. β. floribus minimis, dentibus foliorum obtusis; capsulis subglabris, est: E. micrantha Rchb.

Laciniis labii superioris conniventibus. — Caulis ramosissimus 3—5-pollicaris tetragonus setulisque deflexis adspersus; dentes foliorum superiorum leviter mucronati; folia floralia trifida laciniis acutis; calyx compressus hispidulus nigropunctatus; corolla hispidula purpura suffusa, subviolacea lineisque saturatioribus variegata; antherae pilosae. ☉. In pratis alpinis et subalpinis Croatiae australis, veluti in monte Klek, in alpe Plieševica et Visočica. Rchb. fl. g. 2446. α. Il.-Ag. . . . **E. minima Schl.**

3 Foliis lanceolatis oblongisve, basi cuneatis et utrinque 2—3-dentatis; dentibus foliorum superiorum laciniisque calycis cuspidato-aristatis. — Caulis ramosus setulis candidis consitus; folia glabra; calyx puberulus punctisque atropurpureis variegatus, corolla parva externe pubescens; antherae interne barbatae; stylus supra medium pilosus. ◯. Vis. fl. dalm. 901. var. γ. in saxosis subalpinis montium Dinara et Biokovo. (E. alpina DC.) Rchb. fl. g. 2447. Il.-Ag. . . . . **E. salisburgensis Funk.**

Foliis lineari-elongatis, angustissimis (vix ½ lin. lat.) utrinque unidentatis, dentibus foliorum etiam superiorum laciniisque calycinis acutis quidem, sed muticis. — Caulis erectus ramosus setulis consitus; folia sessilia angusta, linearia, lineas 6 longa, ½ lata, a basi usque ad tres longitudinis partes edentula, dein dentibus 2 non mucronatis instructa; calyx hispidulus laciniis subulatis; antherae interne barbatae. ◯. In montanis subalpinis saxosis litt. cr., veluti in monte Vratnik, ad Oštarije et in pascuis alpis Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2448. (E. cuspidata Host.) Il.-Ag. . . . . **E. tricuspidata L.**

Gen. 436. **Odontites Dub. Černica.**

Calyx campanulatus subaequaliter 4-fidus; corollae galea compressa, labium tripartitum laciniis integerrimis; stamina exserta, antherarum sacculi aequaliter mucronati; stylus diu persistens; capsula ovata aut oblonga bilocularis bivalvis, post dehiscentiam vix hians; loculi polyspermi. — Florum racemi

bracteati secundi, corollae unicolores, aut purpureae aut vitellinae, nec unquam variegatae. Rchb. fl. g. p. 359, g. 473.

1 Antheris apice villo connexis; floribus purpureis 2
Antheris glabris liberis; floribus vitellinis. — Radix tortuosa; caulis erectus ramosus, setulis deflexis exasperatus; folia subsessilia lanceolato-linearia obsolete remote serrata, superiora linearia integerrima, omnia una cum calycibus pubescentia pilis adpressis crispulis eglandulosis; corolla barbato-ciliata; capsula obovata apice pilosa. ◯. In collibus apricis et ad margines vinearum circa Toplikam; in apricis saxosis litt. cr. circa Segniam et Karlobago, nec non in sterilibus circa Gospić et Ternava. Syll. fl. cr. In Slavonia in arvis elatioribus circa Vučin et Zvečevo, nec non locis similibus comitatus Syrmiensis. (Kan.) Vis. fl. dalm. 903 in apricis saxosis, collinis, sterilibus totius Dalmatiae et in istis insulis. Rchb. fl. g. 2451. (Euphr. lutea L.) II.-Sep. **O. lutea Rchb.**

Observ. var. β. foliis anguste linearibus elongatis tenuibus subintegerrimis, est: O. Coris Crantz. occurritque cum priori in collibus saxosis apricis ad Tonimir prope Toplika.

2 Foliis e basi latiore attenuatis lanceolato-linearibus remote serratis; bracteis oblongo-lanceolatis flore longioribus. — Radix lignescens; caulis erectus ramosus setulis reflexis exasperatus; folia sessilia hirta vel pilosa, inferiora opposita, superiora alterna, floralia purpura suffusa; calyx compressus pilosellus purpurascens; corolla pubescens; filamenta ad apicem laevia, secus setulis minutissimis consita; capsula ovata compressa, superne pilosa. ◯. In agris subhumidis locisque hyeme inundatis totius Croatiae et Slavoniae. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 902 in vineis et arvis circa Zara, Dernis et Ragusa, nec non in insula Veglia et Ossero. Rchb. fl. g. 2449. (Euphr. Odontites L. et Lam.; Bartsia Odontites Sow.; Odon. rubra Pers.) In.-Sept. . . **O. verna Rchb**

Foliis lanceolatis acuminatis basin versus subattenuatis; bracteis oblongo-lanceolatis flore brevioribus. — Praecedente gracilior, dura, folia minora, angustiora remotiuscule serrata; corolla rubella vel dilute purpurea. ◯. In pratis montium humiliorum collibusque incultis circa Sudovec, Čanjevo, Zagrabiam et alibi, praesertim in Croatia australi et litt. cr. cum priori, cujus fors varietas. Rhb. fl. g. 2450. (Bartsia serotina Bert.; Euphr. serotina Lam.) II.-Ag. . . . . **O. serotina Rchb.**

Gen. 437. **Rhinanthus L. Škrobotac.**

Calyx compresso-ventricosus inaequaliter 4-dentatus; corolla ringens labio superiore galeato compresso apice bidentato, inferiore trilobo subaequali; stamina 4 didynama antheris bilocularibus pendulis; ovarii loculi multiovulati; capsula ab apice loculicide bivalvis oligosperma; semina ala orbiculari cincta. — Flores omnium flavi tubo albido, saepe macula violacea una alterave notati. Vis. fl. dalm. II. p. 176, g. 268; Koch syn. pl. p 626; Rchb. fl. g. p. 357, g. 470. (Alectorolophus Hall.)

1 Bracteis decoloribus pallidis, superioribus inciso-serratis, dentibus subulatis cuspidatis 2

Bracteis concoloribus plerumque bruneo-viridibus superioribus inciso-serratis dentibus acuminatis; labiis corollae porrectis, tubo recto, dente in utroque latere labii superioris ovato aeque longo ac lato. — Pedalis et ultra erectus ramosus; folia oblongo-lanceolata serrata; bracteae inciso-dentatae; calyx venosus, glaber, capsulaque suborbicularis; dentibus galeae abbreviatis, nunc albidis, nunc violaceis. ☉. In pratis et collibus herbidis totius Croatiæ. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Sekulince et Drenovac, nec minus circa Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 908 in pratis circa Salona. Rchb. fl. g. 2440. (Alecterolophus minor Rchb.; Rhin. minor Ehr.) In.-Sept. . . . . **Rh. Crista galli L.**

Observ. var. β. caule pedali et ultra lineolisque nigris adsperso, est: Rh. parviflorus Wallr. (Alect. fallax Wimm. et Grab.)

Variet. γ. foliis lineari-lanceolatis linearibusve, est: Rh. angustifolius Gm. occurritque in pratis montium altiorum et in illis alpium.

2 Labio corollae superiori porrecto, tubo subcurvato, dente in utroque latere labii superioris ovato 3

Labio corollae superiori adscendente, inferiore patente, dente in utroque latere labii superioris oblongo. — Pedalis, sesquipedalis, erectus caule tetragono pilisque reversis insperso, valde ramoso; folia oblongo-lanceolata vel e basi lanceolata longe attenuata; bracteae pallidae, saepe nigro-striatae aut punctatae dentibus subulatis longe aristatis; dentes labii superioris caerulei, labium inferius una alterave macula variegatum; semina margine membranaceo angusto cincta. ⊙. In pascuis alpium Visočica et Badanj. In Slavonia in pratis montanis circa Zvečovo. (Rh. pulcher Schum.) Il.-Ag. . . . . **Rh. alpinus Bmg.**

3 Calyce glabro ovato; capsulis cordato-ellipticis; dentibus galeae distinctis, violaceis. — Caulis ramosus; folia lineari-lanceolata setulis exasperata, argute serrata; corollae tubus incurvus; stylus tubo longior; semina margine membranaceo lato cincta illaque semine dimidio latiore. ◯. In pratis collibusque herbidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Čerević et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2441. (Rh. Crista-galli Fl. dan.; Alect. major Rchb.) In.-Sp. . . . . **Rh. major Ehrh.**

Calyce hirsuto aut plane villoso flavescente; seminis alis dimidio semine angustioribus; corollis flavis, tubo albido. — Radix fusiformis; caulis altissimus fistulosus ramosus pilisque mollibus inspersus; folia serrata oblongo-lanceolata, scabra, floralia cuspidata bracteaeformia flavescentia, ramea caulinis breviora et angustiora; calyx membranaceus rugulosus; antherae ciliatae; stylus longissimus filiformis villosus; capsula emarginata. ⨀. In agris inter segetes totius Croatiae, praesertim in agris montanis solo calcareo. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis sylvaticis circa Držanica. (Kan.) Rchb. fl. g. 2442. (Rh. villosus Pers.); Rh. hirsutus Lam.; Mimulus. Alectorolophus Scop.; Alect. hirsutus All.) Mj.-In. . . . . **Rh. Alectorolophus Poll.**

Fam. LXXV. **Orobancheae Juss. Volovodke.**

Flores hermaphroditi irregulares; calyx liber persistens, nunc monosepalus tubulosus vel campanulatus 4—5 fidus, nunc diphyllus unibracteatus; corolla tubulosa vel campanulata basi circumcisa persistens limbo bilobiato 4—5-lobo lobis aestivatione imbricatis; stamina 4 didynama corollae tubo aut fauci inserta filamentis basi planis sursumque attenuatis teretibus, antheris bilocularibus; ovarium uniloculare placentis parietalibus; stylo terminali; stigmate crasso capitato-bilobo; capsula unilocularis bivalvis polisperma, valvulis longitudinaliter placentas binas gerentibus; semina scrobiculata, hilo basilari; embryone in basi albuminis carnosi prope umbilicum excentrico, minimo, elliptico. Vis. fl. dalm. II. p. 178; Koch syn. pl. p. 612.

Herbae chloroticae foliis ad squamas reductis, nunquam viridibus; fibris radiciformibus in aliarum stirpium radicibus parasitae, caudice subcarnoso; floribus in squamarum superiorum axillis solitariis.

Gen. 438. **Orobanche Tourn. Volovod.**

Calyx disepalus unibracteatus sepalis utrinque vel postice distinctis integris incisisve; corollae labio superiore erecto bilobo, inferiore patente trifido; capsula solo apice bivalvi. Vis. fl. dalm. II. p. 178, g. 320.

1 Staminibus aut exacte glabris aut basi parce sparsimque pilosellis 2
Staminibus basi dense pilosis aut plane villosis 5

2 Corolla tubulosa aut tubuloso-campanulata tubo arcuato aut incurvato aut plane genuflexo apice demum cernuo 3
Corolla exacte campanulata in medio dorsi rectiuscula, superne antrorsum curvata, extus labioque superiore intus glanduloso-pilosis, pilis tuberculo ochroleuco insidentibus; staminibus prope basin corollae insertis. — Spithamaea alba et rubore quasi suffusa; sepala plurinervia lato-ovata, subito in acumen subulatum contracta tubumque corollae aequantia; labia corollae inaequalia acute denticulata margine crispata, superius apice paullo sursum curvato bilobo lobis patentibus, laciniae labii inferioris subaequales; stylus superne glanduloso-pilosus, stigma patentim-bilobum; squamae et bracteae ovato-acuminatae, basi imbricatae. ♃. In radice Cirsii arvensis parasitica circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2422. (O. alba Steph.; O. speciosa DC.) In.-Il.
O. pallidiflora Wimm. et Grab.

3 Calyce exacte disepalo; staminibus basi parce sparsimque pilosis 4
Calyce ob sepala anterius basi connata monosepalo; staminibus basi glaberrimis. — Sepala apice aequaliter bifida laciniis lanceolato-subulatis tuboque corollae incurvo demum apice cernuo brevioribus, lobis aucte denticulatis glabris planiusculis; stamina supra basin corollae inserta styloque vix glanduloso glabra. ♃. Vis. fl. dalm. 916 ad scopulos Bacili dictos prope Lesina. In.-Il.
O. crinita Viv.

4 Corolla tubuloso-campanulata dorso recta apice antrorsum curvata labiis obtuse denticulatis, superiore bifido lobis patentibus. — Caulis spithamaeus pedalis strictus testaceus; sepala angusta 3—5-nervia profunde divisa corollae tubum aequantia aut illo plane longiora; corolla 7—8-lineas longa, a basi ad labium inferius recta, in dorso labii superioris tantum paullo curvata, labium bilobum patens; stamina parce pilosa, alte supra finem tertiae partis tubi inserta; stigma patentim-bilobum; stylus su-

perne glandulifer. ♃. In radice Artemisiae campestris parasitica in rupestribus umbrosis ad lacum Plitvicensem quartum. (Kit. iter croat.) Rchb. fl. g. 2423. (O. elatior Schleich.; O. Artemisiae campestris Gaud.: O. major Bull.) In.-Il . . **O. loricata Rchb.**

Corolla exacte tubulosa arcuata labiis obtuse denticulatis venosis undulatis, superiore bilobo porrecto, lobis labii inferioris subrotundis subaequalibus. — Gracillima humilis, raro spithamaea, saepe flexuosa violacea; corolla ex albo flavescens, demum testacea violaceo-striata; sepala ex ovato-acuminata plurinervia tubum corollae aequantia aut illo longiora, integra aut apice bifida laciniis subulatis; stigma purpureum aut violaceum divaricatum pistillo glabro. ♃. In radice Trifolii pratensis parasitica in litt. cr. circa Flumen, Tersat, Svilno et alibi. Syll. fl. cr.— Vis. fl. dalm. 915 in sylvaticis apricis insularum Veglia, Cherso, Ossero et Lesina, nec non in monte Dinara supra radicem Helichrysi angustifolii. Rchb. fl. g. 2407. (O. pumila Noë.) In.-Il. **O. minor Sutt.**

Observ. variet. β. stylo sparsim piloso-glanduloso, est: O. livida Sendt. occurritque teste clariss. Vis. in iisdem locis cum specie et insuper circa Sebenico in radice Medicaginis lupulinae.

5 Staminibus basi aut paullo supra basin corollae insertis . . . 6

Staminibus supra medium tubi, et quidem in ipsa curvatura corollae insertis, a basi ad medium dense pilosis. — Pedalis et ultra, tota laete lutea; corolla lutescens vel dilute fusca et rubella, 9—10 lineas longa, tubuloso-campanulata, tubo supra basin conspicue curvato, dorso recto vel subimpresso, labium superius insigniter galeatum apiceque paullo sursum curvatum; sepala plurinervia lato-ovata, subulato acuminata, postice anticeque dente instructa vel inaequaliter bifida, tubum corollae dimidium subaequantia antice contigua vel coalita; stigma patenti-bilobum cerino-flavum stylo toto glandulifero. ♃. In agris et pascuis totius Croatiae, praesertim submontanae et montanae in radice Medicaginis falcatae et sativae parasitica. In Slavonia in iisdem plantis circa Essek, Čerević et Karlovic. (Kan.) Rchb fl. g. 2418. (O. elatior Sutt.; O. Medicaginis Schulz.; O. Buckii Dietz.; O. lutea Bmg.) In.-Il. . . . . **O. rubens Wallr.**

6 Sepalis tubum corollae superantibus; staminibus proxime basi aut ipsi basi corollae insertis, pilosis 7

Sepalis tubum corollae aequantibus aut illo brevioribus: staminibus paullisper supra basin corollae insertis, inferne dense villosis, superne styloque glandulosis 8

7 Sepalis plurinerviis lanceolatis subulato-acuminatis indivisis vel dente divaricato-bifidis; corolla campanulata dorso laeviter arcuata, extus labioque superiore intus glanduloso-pilosis, pilis tuberculo minutissimo insidentibus, labiis inaequalibus acute dentatis margine crispatis; stigmate obscure purpureo. — Gracilis, plerumque 5—6-pollicaris, viva sordide lutescens, saepius colore purpureo suffusa, tota pilis ferrugineis viscidis tecta, suaveolens; labium corollae superius apice paullo sursum curvatum bilobum lobis patentibus; lacinia intermedia labii inferioris lateralibus duplo longior; stamina stylusque glanduloso-pilosa; stigma divaricatum. ♃. In ericetis et campis arvisque incultis in radice Thymi Serpylli parasitica circa Crisium, Toplikam, Krapinam, Zagrabiam et alibi, in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis et plantis circa Essek, Čerević et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2411. (O. rubra Sm.; O. sparsiflora Wallr.) In.-Il. . . . . **O. Epithymum DC.**

Sepalis plurinerviis subaequaliter bifidis; corolla campanulata antice basi strumoso-ventricosa, dorso arcuata, labiis inaequaliter glanduloso-fimbriatis. — Gracilis quidem, sed non raro ultra pedalis, tota pilis copiosis brevibus glanduliferis tecta et suaveolens, sicca denticulato-crispula, extus luride rubra, basi antice strumoso-gibba, intus sanguinea, labium superius galeatum integrum vel subemarginatum lobis patentibus; laciniae labii inferioris subaequales; stamina in ipsa basi corollae inserta dense pilosa superne una cum stylo glanduloso-pubescentia; stigma luteum margine fusco-purpureo cinctum. ♃. In locis graminosis pratisque fertilibus totius Croatiae in radice Loti corniculati et Hippocrepidis comosae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis eodemque substrato circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 912 in eodem substrato ac in Croatia et Slavonia in insulis Veglia, Ossero, Brazza et Lesina, nec non in apricis collium circa Zara, Sebenico, Spalato et Pastrovicchio. Rchb. fl. g. 2415. (O. caryophyllea Schulz. et Vis.; O. gracilis Sm.; O. vulgaris Gaud.) Mj.-In. . . . . **O. cruenta Bert.**

8 Sepalis inaequaliter bifidis, laciniis apice subulatis tubum corollae reticulatum aequantibus; labiis corollae expansis crispis, limbo

obsolete denticulato glabro; staminibus apice styloque glandulosis. — Corolla magna, tenuis, exsiccata papyracea, campanulata, dorso subcurvata, labiis magnis expansis plicato-crispis obtuse denticulatis, non ciliatis, sed colorato-venosis venisque pulchre cæruleis; laciniae labii inferioris rotundatae, intermedia duplo majore; stigma violaceum. ♃. In radicibus Viciae Fabae in Croatia teste cl. Maly enum. pl. aust. p. 208, n. 6. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 914 in radice Pisi sativi parasitica in insulis Veglia et Cherso. In.-Il. . . . . **O. pruinosa Lapeyr.**

Sepalis subaequaliter bifidis tuboque corollae incurvo basi aequali dimidio brevioribus; lobis labii corollae superioris porrectis limbo piloso-glanduloso denticulato; staminibus superne styloque glanduloso-pilosis. — Gracilis quidem, sed non raro ultra pedalis tota helvella, Caryophyllum redolens; corolla alba, colore dilute rubello aut violaceo leviter suffusa, in sicco pellucida, e basi sensim ampliata campanulata, dorso curvata; laciniae labii inferioris ovatae subaequaliter porrectae tubo dimidio breviores; stigma obscure purpureum aut brunneum. ♃. In collibus incultis, campis sylvarumque oris totius Croatiae in Galii veri et G. Molluginis aliarumque plantarum radice parasitica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 913 in locis incultis insulae Lesina et Veglia, nec non circa Ragusa. Rchb. fl. g. 2412. (O. Galii Duby.; O. vulgaris DC.) In.-Il. . . . . **O. caryophyllea Sm.**

Observ. variet. β. floribus duplo majoribus; filamentis apice dense glanduloso-pilosis, est: O. major Rchb. occurritque teste clariss. Vis. in incultis insulae Veglia et Lesina, nec non in collibus circa Ragusa cum specie.

Variet. γ. stigmate patentim-bilobo intus fusco-rubente; caule flexuoso aut tortuoso pallide rubente, est: O. laxiflora Rchb. fl. g. 2421 occurritque in pratis siccis in iisdem substratis ac prior parasitica et ipsa species circa Krapina et Lobor. Syll. fl. cr.

Gen. 439. **Phelipaea Desf.**

Calyx monosepalus tubulosus 4—5-fidus unibracteatus bracteolatusque; corolla labio superiore erecto bilobo, inferiore patente trilobo; capsula medio bivalvis, valvulis basi et apice cohaerentibus. Vis. fl. dalm. II. p. 180, g. 321; Koch syn. pl. p. 619 spec. Orobanch. sect. II.

1 Calyce monosepalo 5-fido; caule simplici 2
Calyce monosepalo 4-fido; caule plus minusve ramoso 3

2 Laciniis calycis lanceolatis acutis; corolla tubulosa antrorsum curvata, laciniis labiorum acutis planis, antheris glabris vel basi paullo pubescentibus. — Spithamaea reliquis crassior; corolla nitida amethystina, rarius lilacina; stigma patenti-bilobum, stylus glandulosus, filamenta glabra; calyx tubum corollae subcylindricum aequans, lacinia suprema abbreviata, lobis acutis dentatis. ♃. In radice Achilleae Millefolii parasitica in collibus apricis circa Crisium, Kalnik, Toplikam et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in eodem substrato in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 2428. (O. laevis L.; O. caerulea Vill.; O. purpurea Jacq.) In.-Il. . . . . **Ph. caerulea Desf.**

Laciniis calycinis subulatis; corolla tubulosa suberecta fauce inflata, laciniis lobiorum obtusis margine reflexis; antherarum sutura lanato-pilosa. — Praecedente gracilior, spithamaea, rarius elatior; corolla laete lavandulaceo-caerulea aut purpurascens; stigma bilobum; stylus glandulosus; calyx tubo corollae infundibulari triplo-brevior lacinia suprema abbreviata, labii lobis rotundatis subcuspidatis. ♃. In radice Artemisiae campestris parasitica in solo argillaceo et calcareo in Dalmatia teste Maly enum. pl. aust. p. 210, n. 20. Rchb. fl. g. 2429. (Or. arenaria Brkh.; O. comosa Wallr.; O. purpurascens Jacq.) In.-Il. **Ph. arenaria Desf.**

3 Bractea exteriore ovato-lanceolata; corollae lobis inferioribus ovatis, apice breviter obtuseque attenuatis, parce ciliatis; filamentis styloque glabris; antheris basi glabriusculis; stigmatis lobis subrotundis. — Gracilis spithamaea et ultra plus minusve ramosa, caulis pubescens paucis sparsisque squamis vestitus; flores parvi, albidi vel dilute amethystini, rarius purpurascentes; bracteae ternae, laciniae calycis triangulares subulato-acuminatae; corollæ labium inferius fauce flavescens, villosum, laciniae subaequales obtusae integerrimae; filamenta glabra; antherae basi glabriusculae; lobi stigmatis subrotundi. ♃. In radice Cannabis, Tabaci, Solani nigri et Maydis parasitica et in Croatia et Slavonia frequentissima. Syl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 917 ad radices Leguminosarum complurium aliarumque plantarum in Dalmatia haud rara. Rchb. fl. g. 2430. (Or. ramosa L.; O. caerulea Alsch.) Mj.-Ag. . . . . **Ph. ramosa C. A. Mey.**

Observ. variet. β. caule simplici; corollae lobis acutiusculis; stylo

parce glanduloso, est: Ph. nana Vis. (Or. nana Noë.) parasitica ad radices Trifolii scabri in insulis dalmaticis.

Bractea exteriore lanceolato-acuminata; corollae lobis inferioribus subrotundis dense longeque pilosis; filamentis styloque glabris: antheris basi barbatis; stigmatis lobis oblongis. — Praecedenti valde affinis, sed statura omnium partium majore; corollae lobis pilis confervoideis glanduliferis densius marginatis, inferioribus rotundioribus, nec apice breviter attenuatis; antheris ad suturæ basin pilis conferovideis implexis barbatis; stigmatis lobis oblongis parallelis ab illa distinguitur. ♃. Vis fl. dalm. 918 ad radices Viciae Fabae aliarumque plantarum in satis et cultis ad Primorje et Ragusa. (Or. lavandulacea Rchb.) Apr.-Mj.

Ph. lavandulacea Vis.

Gen. 440. **Lathraea L. Grozničarka.**

Calyx 4-fidus; corolla cum basi integra decidens, labium superius integrum, inferius tridentatum: ovarium antice glandula libera fultum; capsula unilocularis bivalvis, valvulae placentis utrinque confluentibus; antherae sagittatae ciliatae. Parasitica. Koch syn. pl. p. 620; Rchb. fl. g. p. 356, g. 467.

Caule simplici; floribus pendulis secundis; labio corollae inferiore trifido. — Caulis carnosus albus vel dilute roseus, teres, primo inflexus, dein totus erectus squamisque partim carnosis, partim membranaceis tectus; flores pedunculati solitarii nutantes; calyx pilosus, infra medium ventricosus, reliqua parte compressus; corolla compressa glabra; filamenta muricata, apice versus labium superius inflexa et conniventia; antherae pilosae; stylus muricatus. ♃. In sylvis frondosis umbrosis montium et planitierum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in cascada „Veličanka", in sylvis circa Daruvar et Semlin. Rchb. fl. g. 2431. Ap.-M.

L. Squamaria L.

Subordo III. *Ovarium solitarium, uniloculare, multiovulatum, placenta centralis, libera, cylindrica.*

Fam. LXXVI. **Lentibularieae Rich. Miešinčine.**

Flores hermaphroditi irregulares; calyx disepalus liber persistens vel 5-partitus; corolla hypogyna bilabiata tubo brevissimo basi antice calcarato, labio superiore bifido, inferiore indiviso aut trifido, palato convexo; stamina bina imo corollae inserta filamentis complanatis, antheris adnatis unilocularibus rima longitudinali aut transversa dehiscentibus; ovarium liberum 1-loculare multi-

ovulatum placenta centrali libera; stylus 1 crassus brevissimus; stigma bilabiatum; fructus capsularis; embryo exalbuminosus quandoque indivisus; radicula hilum attingens. Vis. fl. dalm. II. p. 152; Koch syn. pl. p. 664.

Herbae aquaticae vel paludosae foliis radicalibus vel tenuissime sectis et vesiculas aëriferas gerentibus, vel rosulatis integris; scapis simplicibus racemifloris vel unifloris.

Gen. 441. **Pinguicula Tourn. Tučnica.**

Calyx bilabiato-5-fidus; corolla bilabiata calcarata, galea emarginata, labio trifido; capsula 1-locularis bivalvis polysperma; semina oblonga punctata. — Herbae scapo unifloro. Koch syn. pl. p. 664; Rchb. fl g. p. 386, g. 492.

Calcare conico; capsula acuminato-rostrata; corollis flavescentibus albisve, maculis 2 citrinis in basi lobi intermedii labii inferioris saepe in unam confluentibus. — Radix brevis fibris plurimis aucta; folia oblonga lingulata crassa margine involuta, facie carnoso muricata; scapi longi teretes; calycis labio superiore tri-inferiore bifido; corollae labium superius interne glabrum inferius basi villis carnosis muricatum, lacinia intermedia flavo maculata; nectarii carneo flavum emarginatum. ♂. In pratis spongiosis et graminosis montis Klek et ad Delnice. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2624. (P. alba Kuchl.; P. purpurea W.; P. flavescens Floerk.) Apr.-Mj. . . . . **P. alpina L.**

Calcare subulato; capsula ovata; floribus violaceis vel intus lineis maculisve 2 albis notatis. — Tota pilis viscidis tecta radix fibrosa; scapi 3—6-pollicares erecti teretes flore nutante terminati; folia ovata carnosa pinguia margine involuta; calycis labium superius 3-partitum; corollae labium superius bi-, inferius trilobum lobis rotundatis, faux compressa, palatum villosum; calcar cylindricum plerumque rectum. ♃. In pratis turfosis humidisque circa Bosiljevo et Merzla-vodica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2625. Mj.-Il. . . . . **P. vulgaris L.**

Gen. 442. **Utricularia L. Miešinac ili Miešinčina.**

Calyx disepalus; corolla personata calcarata tubo subnullo, labio inferiore longiore indiviso; stamina sub labio superiore inserta antheris longitudinaliter dehiscentibus; capsula demum irregulariter rupta. Vis. fl. dalm. II. p. 153, g. 307; Koch syn. pl. p. 665; Rchb. fl. g. 386, g. 491.

Foliis pinnato-multipartitis laciniis capillaribus remote subtiliterque spinosis; calcare oblongo-conico descendente; labio corollae su-

periore palatum inflatum subaequante; antheris connatis. — Folia omnia submersa vesiculas aqua repletas gerentia; pedunculus communis teres glaber; squamae et bracteae oblongae obtusae; racemi 4—7-flori floribus pedicellatis; corollae flavae. ♃. In aquis stagnantibus circa Bukovec, Selnice et Ottok in Podravina, in pratis humidis et paludosis ad Šestine prope Zagrabia et alibi in stagnis, praesertim in illis fluvii Lonja et in ipso Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. In stagnis Jašava, ad ripas amnis Bosut, in paludibus circa Vukovar, Karlovic et Semlin in Slavonia. (Kan.) Vis. fl. dalm. 846 in aquis stagnantibus circa Narenta. Rchb. fl. g. 2623. In.-Il. . . . . **U. vulgaris L.**

Foliis dichotome multipartitis laciniis setaceis glabris; calcare brevissimo subconico; labio corollae superiore emarginato latitudine palati depressi, inferiore ovato latere revoluto; pedunculis fructiferis reflexis; corolla pallide flava palato striis ferrugineis notato. — Scapus teres 2—3-pollicaris racemo laxe paucifloro; bracteae squamaeformes parvae ovatae pedicello quadruplo breviores; corolla parva; calcar brevissimum obtusum. ♃. In paludosis et fossis hinc inde cum priori, sed multo rarius. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2620. In.-Il. . . . . **U. minor L.**

Fam. LXXVII. **Primulaceae Vent. Jaglikovice.**

Flores hermaphroditi; calyx liber persistens 4—5-fidus dentatusve; corolla hypogyna regularis 4—5-fida fauce nuda aut squamis vel glandulis coronata, limbi laciniis lobis calycinis alternis; stamina 5 corollae inserta ejusque laciniis numero aequalia et iisdem opposita, vel numero dupla, exteriora laciniis corollae alterna, sterilia; ovarium liberum 1-loculare multiovulatum placenta centrali libera; stylus 1, stigma simplex vel incrassatum; fructus capsularis; semina peltata; embryo rectus intra albumen carnosum; radicula infera ad hilum versa. Vis. fl. dalm. II. p 147; Koch syn. pl. p. 666.

Herbae perennes foliis vel radicalibus rosulatis, et tunc acaules, vel oppositis, et tunc caulescentes; floribus in pedunculo solitariis et in scapo umbellatis.

Gen. 443. **Lysimachia L. Protivak ili Metilj.**

Calyx 5-partitus; corolla rotata tubo brevissimo, limbo 5-partito patulo; stamina fauci corollae inserta filamentis basi connatis vel liberis; stigma obtusum;

capsula solo apice vel basin usque 5-valvis. Vis. fl. dalm. II. p. 150, g. 305; Koch syn. pl. p. 667.

1 Floribus flavis; seminibus laevigatis marginatis 2

Floribus albidis; seminibus transversim rugosis, antice planiusculis, postice ad umbilicum excavatis. — Herba 1—3-pollicaris erecta simplex aut jam a basi ramosa; folia opposita rigidula lineari-lanceolata trinervia; flores axillares solitarii oppositi, pedunculi folio breviores; calycis laciniae lanceolatae cuspidatae corolla triplo longiores; stamina libera; corollæ lobi latissimi, ovali-rhombei breve acuminati; semina fusca. ⨀. Vis. fl. dalm. 844 in saxosis apricis totius Dalmatiae littoralis, etiam in insula Clissa. Rchb. fl. g. 2755. (Asterolinum stellatum Lk.) Apr.-M. **L. Linum stellatum L.**

2 Stamina vel penitus libera vel nonnisi ima basi brevissime connata, ovarium non tegentia; caulibus prostratis humique diffusis; foliis oppositis; pedunculis solitariis; floribus citrinis . . 3

Stamina ad tertiam longitudinis partem vel plane ad medium usque connata ovariumque tegentia; caulibus erectis; foliis lanceolatis ovalibusve breviterque petiolatis, saepius verticillatis . 4

3 Caule prostrato repente; foliis cordato-subrotundis; pedunculis folio brevioribus; laciniis calycis cordatis; corollae laciniis glanduloso-ciliatis punctatis; staminibus ima basi connatis. — Folia margine quidquam repanda punctisque croceis adspersa; pedunculi fructiferi deflexi; calycis laciniae ovatae margine revolutae; filamenta glandulis inspersa. ♃. In pratis sylvisque humidis, ad margines fossarum et paludum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 843 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2758. Il.-Ag. . . . . **L. Nummularia L.**

Caule quidem prostrato, sed non repente; foliis ovatis vel subcordatis acutis; pedunculis folio longioribus; laciniis calycis lineari-subulatis; staminibus exacte liberis. — Laxe decumbens; caules inferne teretes, superne sulcis duobus oppositis ab uno pari foliorum ad alterum decurrentibus notati; folia glabra integerrima breviter petiolata; pedunculi primo erecti, demum deflexi; corollae laciniae obovatae; filamenta glabra. ♃. In nemoribus sylvisque frondosis locis humidis circa Crisium, in Moslavina; circa Zagrabiam, Samobor et alibi in Croatia haud rarum.

Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2756. (Ephemerum nemorum Rchb.; Leronxia nemorosa Merat.; Godinella nemorosa Lestib.) In.-Ag. **L. nemorum L.**

4 Pedunculis axillaribus oppositis verticillatisve 2—3-floris; corollae laciniis acutis glanduloso-ciliatis. 5

Floribus paniculatis, pedunculis erectis racemosis; corollae laciniis ovatis acutiusculis integerrimis margine glabris; foliis oblongo-lanceolatis ovatisve subtus subvillosis. — Radix repens; caules erecti; folia integerrima, infima minima angusta sessilia, reliqua ovato-lanceolata sessilia aut breviter petiolata; flores racemoso-paniculati; calycis laciniae margine croceae, ad oras ciliatae; corollae laciniae apice revolutae. ♃. In fossis, stagnis sylvisque humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 841 in paludosis circa Nona, Boccagnazzo, Obrovazzo, Slap, Sinj, Almissa, Narenta et Krivoscie. Rchb. fl. g. 2763. In.-Sept. **L. vulgaris L.**

5 Foliis ovato-lanceolatis subsessilibus; pedunculis subquaternis folio triplo brevioribus. — Pedalis et ultra; radix repens; caules erecti pilisque viscidis tecti; folia acuta mollia et villosa subtus plerumque punctis nigris inspersa; calycis villosi laciniae lanceolato-lineares acuminatae; corollae lobi ovato-lanceolati acuti, basi non raro obscure purpurei. ♃. Ad ripas et aquas stagnantes, nec non in sylvis humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Jankovac, Požega, Duboka, Zvečovo, Dolj. Pištona, Ivanovce et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 842 in locis udis sylvaticis circa Stermizza, Sinj et in Krivoscie. Rchb. fl. g. 2760. In.-Sept. . . . . **L. punctata L.**

Foliis verticillatis petiolatis oblongo-lanceolatis; pedunculis axillaribus ternatis floribusque subpaniculatis. — Praecedenti persimilis, nec specifice ab illa diversa, sed mollius pubescens et obscure virens; corollae majores saturate flavae basique ferrugineæ; variat insuper verticillis 4—8-floris, nunc remotis, nunc ita approximatis, ut racemi conferti et foliosi propriam speciem mentiantur; ovarium punctis aurantiacis inspersum. ♃. In iisdem locis ac praecedens. Rchb. fl. g. 2761. Il.-Ag. **L. verticillata MB.**

Gen. 444. Anagallis Tourn. Krika ili Krikica.

Calyx 5-partitus; corolla rotata tubo brevi aut subnullo, limbo 5-partito patulo; stamina 5 basi corollae inserta filamentis villosis liberis; stigma obtusum;

capsula circumscissa. Vis. fl. dalm. II. p. 152, g. 306; Koch syn. pl. p. 668; Rchb. fl. p. g. 408, g. 518.

1 Caule tereti; foliis ovatis trinerviis; corollis unicoloribus, caeruleis, albis aut miniatis 2
Caule compresso; foliis cordatis amplexicaulibus; corollis caeruleis fundo purpurascente. · Tri-sexpollicaris adscendens ramis diffusis; folia magna et lata 5-nervia, subterna; pedunculi folio longiores. ⊙. Inter segetes circa Zagrabiam, Šestinam et Gračani. Rchb. fl. g. 2750. Mj.-In. . . . . **A. latifolia L.**

2 Foliis oblongo-ovatis 3—5-nerviis; laciniis calycinis serrulatis corollam eglandulosam aequantibus. — Caulis diffusus tetragonus ramosus glaber; folia opposita, sæpius terna; corollae laciniae crenulatae; pedunculi foliis aequilongi; flores caerulei, rarius albi. ⊙. In agris, vineis locisque cultis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Dolac, Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 845 β. in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2751. (A. Monelli Rchb.; A. femina Vill.) In.-Sep. **A. caerulea Schreb.**
Foliis ovatis trinerviis; laciniis calycinis integerrimis corolla miniata glanduloso-ciliata brevioribus. — Caulis ramosus diffusus; folia opposita, rarius terna; corollae laciniae crenulatae; pedunculi foliis longiores. ⊙. In agris, vineis hortisque totius Croatiæ et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 845. α. cum praecedenti. cujus varietas esse dicitur. Rchb. fl. g. 2749. (A. foenicea Lam.; A. mas Vill.) In.-Sept. . . . . . . **A. arvensis L.**

Gen. 445. Centunculus L. Majuška.

Calyx 4-partitus; corollae tubus subgloboso-ventricosus limbo 4-fido acuto patulo; stamina 4 tubo inserta patula tubo longiora; capsula globoso-acuminata circumscissa, polysperma. Koch syn. pl. p. 669; Rchb. fl. g. p. 408, g. 516

Foliis ovatis alternis; floribus sessilibus. — Herba pusilla, 1—2-pollicaris et minor, ramosa, prostrata; radix fibrosa; caulis subangulatus glaber; folia integerrima glabra; flores axillares sessiles solitarii; corolla alba, rarius rosea, calyci longissimo inserta. ⊙. In agris, pascuis ericetisque solo humido arenoso circa Dubrava; Osekovo. Ludina et Potok in Moslavina, nec non circa Legrad. Bukovec et alibi in campo Podravano. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2747. In.-Il. . . . . . . **C. minimus L.**

Gen. 446. **Androsace Tourn. Mužica.**

Calyx 5-fidus; corolla hypocrateri- vel infundibuliformis tubo ovato, fauce contracta et glandulis aut fornicibus brevibus coronata, limbo 5-partito laciniisque oblongis; stamina tubo corollae inserta filamentis brevissimis; stigma capitatum; capsula solo apice vel ad medium usque 5-valvis. Vis. fl. dalm. II. p. 150, g. 304; Koch syn. pl. p. 669; Rchb. fl. g. 399, g. 511.

1 Radice multicipite cauliculos apice rosulatos caespitemque formantes agente 2

Radice simplici foliorum rosula coronata; foliis ellipticis lanceolatisve dentatis; scapo umbellisque pilosis pilis articulatis; calycibus corolla longioribus, fructiferis maximis. — Bi-sexpollicaris involucrum et calyces magni; corolla parva alba tubo ventricoso, fauce glandulosa, nec gibba. ☉. In horto oeconomico Zagrabiensi et inter segetes circa Stenjevec. Rchb. fl. g. 2698. Apr.-Mj. **A. maxima L.**

2 Scapo, umbella foliisque villosis pilis elongatis obscure articulatis; foliis lanceolatis basi attenuatis integerrimis; pedunculis sub anthesi involucrum aequantibus aut brevioribus; corolla calycem superante. — Scapi 1—2-pollicares 2—4-flori corollis albis vel roseis, umbone luteo vel purpureo; cauliculi basi infracto geniculati; folia oblonga, obtusa conniventi-rosulata, apice penicellato-barbata; involucri foliola lanceolata. ♃. In saxosis alpis Pliešivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 839 ad rupes summi jugi Monte Santo tractus Velsbit. Rchb. fl. g. 2705. (A. incana Lam.) In.-Il. . . . . **A. villosa L.**

Scapo, pedunculis calycibusque glaberrimis; foliis lanceolato-linearibus linearibusve integerrimis glabris, vel apice margineque parce ciliatis; pedunculis elongatis; corolla calyce longiore. — Tri-sexpollicaris gracilis, nitens, corolla magna lutea circulo aureo ad oram faucis, lobis emarginatis; folia rosularum linearia subcanaliculata acuta nitida; scapi filiformes 2—5-flori, non raro tantum uniflori; pedunculi elongati; tubus calycis pentagonus; tubus corollae flavescens. ♃. Vis fl. dalm. 840 in editioribus montium Velebit. Rchb. fl. g. 2701. (A. pauciflora Vill.; Primula lactea Lam.) In.-Ag. . . . . **A. lactea L.**

Gen. 447. **Primula L. Vesnača, Jaglica, Jagorčika.**

Calyx 5-fidus; corolla hypocrateri- aut infundibuliformis tubo cylindrico, fauce ampliata, limbo 5-fido laciniis obcordatis; stamina tubo corollae inserta filamentis brevissimis; stigma capitatum; ovarium multiovulatum; capsula solo apice 5-valvis. Vis. fl. dalm. II. p. 149, g. 303; Koch syn pl. p. 673; Rchb. fl. g. p. 401, g. 512.

1 Folia juniora revolutiva, explicata plana, paullum rugosa et subtus plus minusve farina inspersa, aut pubescentia vel plane tomentosa; fornices ad faucem corollae breves 2

Folia juniora convolutiva, adulta plana subcarnosa, non rugosa; faux corollae fornicibus destituta 7

2 Foliis subtus farinosis obovato-oblongis, obtuse crenatis facie glabris; fornicibus ad faucem corollae coloratis; floribus incarnatis roseisve; involucri foliolis linearibus basi saccato-incrassatis . 3

Foliis subtus pubescentibus aut tomentosis farina destitutis; fornicibus cum basi limbi corollae concoloribus; involucri foliolis e basi ovata subulatis 4

3 Florum umbellis multifloris; calycis dentibus ovatis; tubo corollæ calyce limboque suo subsesquilongiore. — Bi-sexpollicaris; radix fibrosa; folia in petiolum attenuata; pedunculi brevissimi bractea canaliculata basin versus dilatata fulti; calyx farinosus dentibus obtusis; corollae faux annullo flavo distincta; capsula cylindrica. ♃. In pratis montanis circa Bosiljevo. (Klinggræff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2707. In.-Ag. . . . . **P. farinosa L.**

Florum umbellis 2—5-floris; calycis dentibus lanceolatis; tubo corollae calycem limbumque suum fere ter superante. — Radix parva fibris tenacibus aucta; folia in petiolum attenuata facie dilute viridia; flores nutantes, secundi, pedunculi basi bractea subulata fulti; lobi corollae obcordati patuli plani; faux annullo flavo ornata; capsula oblonga. ♃. In pascuis alpium Velebit, veluti in alpe Pliešivica, Visočica et Badanj. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2709. In.-Il. . . . . **P. longiflora All.**

4 Laciniis limbi corollae concavis campanulatis, corolla infundibuliformi citrina maculis 5 croceis ad faucem notata rarius lilacina; calycis argute angulati inflati dentibus breviter acuminatis; foliis ovatis subcordatisve undulato-crenatis 5

Laciniis limbi corollae planis; foliis ovato-oblongis ovatisve in petiolum attenuatis subtusque hirtis 6

5 Foliis ovatis obovatisve, subtus scapo umbellaque velutinis in petiolum alatum evidenterque dentatum decurrentibus. — Radix crassa fibris plurimis longissimis aucta; scapus teres 4—6-pollicaris et ultra; folia juniora margine revoluta; flores in umbella pedunculati secundi, primo nutantes demum erecti, basi bractea lineari-subulata fulti; calyx amplus villosus plicato-angulatus laciniis 5 brevioribus acutis; corollæ tubus longus sulcatus pilis brevissimis adspersus; stylus longissimus; capsula ovato-oblonga. ♃. In pratis, prunetis sylvisque denudatis tractus montium Ivanščica ad Liepoglava, Belec, Lobor et Radoboj; in pascuis alpis Pliešivica prope Korenica. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis arvisque vulgaris. (Kan.) Rchb. fl. g. 2710. (P. officinalis Jacq.) Apr.-Mj. . . . . **P. veris Lehm.**

Foliis obcordato-ovatis subtus niveo-tomentosis in petiolum parce dentatum decurrentibus; scapo umbellaque holosericeis. — Praecedenti persimilis, distinguitur tamen ab illa foliis subcordatis et supra petiolum contractis, non subtus pubescentibus aut hirsutis, sed albo tomentosis; dentibus calycis 5-costati campanulati ovato-lanceolatis breviterque acuminatis. ♃. In pascuis montanis asperis dumetosis ad Grobnik et Jelenje. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 837 in montosis sylvaticis Velebit, Promina, Beljak, Visočnica, Stazza et Biokovo. Rchb. fl. g. 2710. γ. (P. Columnae Ten.) „Jaglika ili Jaglica.“ Ap.-In. . . . . **P suaveolens Bertol.**

Observ. variet. β. foliis ovatis aut obovatis attenuato-decurrentibus, subtus canescentibus, calycis tubo ventricose-inflato, est: P. inflata Lehm.

6 Pedunculis radicalibus unifloris, rarius in scapo umbellatis, pilis pedicellorum diametrum transversalem pedicelli superantibus; corolla subhypocrateriformi. — Radix carnosa fibris plurimis aucta; folia oblongo-obovata, juniora margine revoluta; scapi in foliorum axillis uniflori, rarissime pluriflori subumbellati, bractea lineari-subulata canaliculata stipati, primo breves, dein elongati, flaccidi debilesque; calyx pentagonus pubescens laciniis canaliculatis acuminatis subpatulis; corollae villosae tubus supra medium angulatus, limbi laciniae emarginatae; germen ovatum; stylus abbreviatus; stigma ovatum villosum. ♃. In sylvis, prunetis, dumetis, pratis planitierum montiumque totius Croatiae et Sla-

voniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 836 in collibus sylvaticis ad Verlika, Sinj, Prugovo, Perzagno et Stolivo, nec non in monte Snježnica et in insulis Veglia et Cherso. Rchb. fl. g. 2712. (P. grandiflora Lam.; P. brevistyla DC.; P. vulgaris Huds.) Feb.-Apr. **P. acaulis Jacq.**

Scapo semper multifloro umbellato, pilis pedicellorum longitudine diametri transversalis pedicelli; corolla infundibuliformi. — Radix teres fibris plurimis aucta; scapus erectus teres villosus multiflorus floribus exterioribus nutantibus; folia ovato-oblonga; bractea ad basin pedunculi lineari-subulata canaliculata; calyx oblongus angulatus villosus in lacinias 5 compressas acuminatas divisus; corolla extus villosa, tubus longus infra staminum insertionem angustatus, limbi laciniae obcordatae; germen globosum; stylus elongatus; stigma capitatum pubescens. ♃. In sylvis pratisque montanis et subalpinis montium Ivanščica, circa Stubicam superiorem et inferiorem, ad Klanjec et Thermas Krapinenses, nec non in Croatia australi in alpe Plješivica, in monte Klek et Merzin et in valle Farkašić-draga. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2711. (P. inodora Hoffm.) Mr.-Ap. . . . **P. elatior Jacq.**

7 Scapo 1—3-floro glanduloso-villoso, rarius glabrescente; calycis tubulosi laciniis oblongis rotundatis apiceque obtusiusculis; floribus lilacinis aut violaceis 8

Floribus umbellatis corollis laete luteis (cultura purpureis et versicoloribus); scapo glabro vel superne una cum pedicellis calycibusque farinoso; calycis subangulati laciniis ovatis. — Radix carnosa fibris validis firmata scapus 4—8-pollicaris teres; folia crassa subcarnosa obovata dentato-serrata rarius subintegerrima, margine farinosa dense ciliata pilis brevibus glanduliferis; involucrum pedicellis multo brevius foliolis ovatis obtusis; fauce corollae dense farinosa, tubo cylindrico sulcato, superne ampliato fauce annullo pulverulento distincta limbique laciniis emarginatis; capsula globosa calycem parum excedens. ♃. In rupibus calcareis montium Kalnik et Ivanščica; circa Radoboj et Krapinam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2731. Apr.-Mj. **P. Auricula L.**

Observ. variet. β. foliis obovatis grosse serratis, margine calyceque pubescentibus ciliatisque; tubo corollae subdilatato limbumque patulum excedente, est: P. ciliata Moretti ocurritque cum priori, praesertim ad rupes Kalnikenses et Riekenses. Rchb. fl. g. 2730.

8 Foliis ovali-oblongis utrinque glabris, basi attenuatis, integerrimis, margine scapoque glanduloso-villosis; involucri foliolis linearibus pedicellos superantibus; calyce tubuloso campanulato tubo corollae breviore. — Radix fusca fibris longis jubata; scapus brevis 2—4-pollicaris teres; corolla speciosa magna laete rosea aut lilacina tubo interne ad faucem villoso, lobis limbi semibifidis. ♃. Vis. fl. dalm. 828 in editioribus jugis montium Paklenica et Monte Santo tractus Velebit. Rchb. fl. g. 2722. (P. spectabilis Tratt.; P. Clusiana Tsch.) In.-Il. . **P. integrifolia Jacq.**

Foliis obovato-spathulatis aut spathulato-lanceolatis minute repando-dentatis subintegerrimisve, infra viscide puberulis, pallidioribus, margine dense viscideque ciliolatis; calyce tubuloso-campanulato dense viscide puberulo tubumque corollae subaequante. — Radix crassa fibris tenacibus aucta; scapus 2—3-pollicaris viscidulus; folia viscida venis tenuibus saturate-viridibus percursa dorso pallidiora, facie pilis magis dispersis ciliisque longioribus viscide hirsutula; corolla lilacina aut sordide violacea petalis rotundatis profunde emarginatis; capsula sphaeroidea tubo calycino brevior. ♃. In rupium fissuris montis Klek et alpis Visočica. Syll fl. cr. (Olim sub nomine P. viscosae a nobis ad amicos missa.) Mj.-In. . . . . **P. Kitaibelii Schott.**

Gen. 448. **Hottonia L. Rebratica.**

Calyx 5-partitus; corolla hypocrateriformis limbi lobis emarginatis; stigma capitatum; capsula globosa evalvis. — Koch syn. pl. pag. 679; Rchb. fl. g. pag. 398, g. 509.

Floribus verticillatis, pedunculatis, internodiis aequalibus teretibus; corolla calycem multum superante; foliis pectinato-pinnatis submersis. — Radix sarmentosa; folia pinnatifida laciniis linearibus integerrimis; scapus emersus pedalis et ultra superne scabriusculus; corolla carnea rarius alba fauce flavicans, tubus brevis, limbus 5—8-fidus; stamina tot, quot corollae laciniae tuboque illius inserta. ♃. In fossis et stagnis ad viam Rasinja versus Kuzminec ducentem, in illis ad Bukovec, Selnica et Otok, nec non alibi in campo Podravano et Posavano. Syll. fl. cr. In Slavonia in palludibus circa Klokočovac et in illis in sylva Černac. (Kan.) Rchb. fl. g. 2692. Mj.-In. . . . . . . **H. palustris L.**

Gen. 449. **Soldanella Tourn. Posvica.**

Calyx 5-partitus; corolla infundibuliformi-campanulata limbo 5-fido, laciniis fimbriato-multifidis; stamina conniventia, antherae cuspidatae; capsula apice circumscissa dentibusque dehiscens operculo delapso. — Koch syn. pl. p. 679; Rchb. fl. g. p. 405, g. 514.

Foliis subrotundis leviter remote crenatis; pedicellis pubescentibus, pube brevissima glandulifera; squamis faucis filamenta subaequantibus. — Radix fibris plurimis quasi barbata; scapus teres pilis viscidis tectus, primo humilis et superne nutans, dein totus erectus et valde elongatus; folia ampla, facie viridia, dorso punctata et purpureo colore suffusa; flores in umbellam dispositi; pedunculi uniflori villo viscido tecti, atropurpurei et inter se inaequales, primo nutantes, dein erecti, basi bractea lineari-lanceolata, dorso punctis purpureis notata suffulti; calycis laciniae lanceolatae glabrae atropurpureae; corolla campanulata violacea 10-fida laciniis alternis linearibus indivisis; antherae conniventes; stylus longissimus. ♃. In pratis montanis turfosis et paludosis circa Čubar ad pedem montis Snježnik. (Klinggræff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2637. (S. Clusii Sims.; S. alpina Schm.) Mj.-In.. . . . . **S. montana W.**

Foliis subrotundo-reniformibus integerrimis vel subrepandis; pedicellis scabriusculis glandulis minutis sessilibus consitis; squamis faucis filamenta aequantibus. — Radix fibrosa; scapus erectus teres, tantum ad apicem pilis brevissimis inspersus 2—4-florus pedicellis inaequalibus basi bracteis oblongis obtusis fultis; flores nutantes purpureo-caerulei; laciniae calycis patulae lanceolatae acutiusculae corolla triplo breviores; antherae conniventes mucrone apiculi reflexo; stylus filiformis. ♃. In pascuis alpium Visočica et Badanj. Rchb. fl. g. 2736. (S. Clusii Schm.) Mj.-In. **S. alpina L.**

Gen. 450. **Cyclamen L. Klobučac ili Skrisalina.**

Calyx 5-fidus; corollae tubus brevis urceolatus aut campanulatus fauce hiante nuda, limbi 5-partiti laciniis sub anthesi refractis contortis; stamina basi corollae inserta filamentis brevissimis, antheris cordato-pyramidatis acutis basi fixis; stigma simplex; capsula ab apice ad basin sensim valvulis 5 dehiscens

seminibus plurimis angulatis. Vis. fl. dalm. II. p. 148. g. 302; Koch syn. pl. p. 680; Rchb. fl. g. p. 406, p. 515.

1 Foliis sinu acuto cordato-ovatis angulatis crenatis, crenis muticis 2
Foliis sinu rotundato cordato-ovatis angulatis repandisque, angulis crenisque mucronulatis 3

2 Fauce corollae integra laciniis acutis; foliis repandis vel crenulatis subrotundis ovatisque apiculatis. — Radix: tuber crassum depressum fibris undique jubatum; folia diametro 1—1$^1/_2$-pollicaria subtus lilascentia, superne zona margini parallela albida notata, dentata; corolla rosea unicolor graveolens. ♃. In sylvis montanis frondosis totius Croatiae. Syll. fi. cr. In Slavonia in sylvaticis humidiusculis circa Vučin, Daruvar et ad Claustrum Pakra. (Kan.) Rchb. fl. g. 2739. Ag.-Oct. . **C. europaeum L.**

Fauce corollae 10-dentata, laciniis acutis; foliis cordato-7—9-angulatis, obtuse et crebre denticulatis. — Tuber magnum rotundatum, nec depressum; flores praecoces laete purpurei inodori laciniis late ovatis acutis, stylo incluso. ♃. Vis. fl. dalm. 834 in sylvaticis ad Verpolje, Boraja et Spalato. Rchb. fl. g. 2744. (C. europaeum Sm. (non L.) C. neapolitanum Ten.) Sept.-Nov. **C. hederaefolium Ait.**

3 Foliis late cordatis acute-dentato-multangulatis, angulis integerrimis; corollae fauce edentula, laciniis latitudine quadruplo longioribus; stylo longe exserto. — Folia magna breve petiolata atrovirentia, zona obsoleta, subtus rubentia; pedunculi purpurei; corolla saturatissime persicina aut rosea fauce violaceo-rubella saturatiore, odorata, laciniis longissimis obtusis; tuber crassum subrotundum. ♃. Vis. fl. dalm. 835 in umbrosis et ad sepes circa Zara, Trau, Castelli, Almissa et Ragusa, nec non in insulis Veglia, Cherso et Lesina. Rhb. fl. g. 2742. (C. hederaefolium Ten. (non Ait.) C. europaeum Vis. (non L.) Mr.-Mj. **C. vernum Rchb.**

Foliis tenue membranaceis, cordatis repandis, angulis obtusis integerrimis mucronatis; corollae laciniis oblongis. — Tenuissimum inter omnia; tuber minimum, vix nuce Avellana majus; folia zona albida obsoleta signata, nec reticulata, subtus violacea; corolla brevis rosea basi saturatior. ♃. In nemoribus et fruticetis in insula Veglia ad Castell Muschio. Rchb. fl. g. 2743. Apr.-Mj. **C. repandum Sibth.**

Obsev. Praecedenti persimile et fors illus varietas foliis profundius repandis grandiusque dentatis.

Gen. 451. **Samolus Tourn. Opojan.**

Calyx (semi-) superus 5-fidus; corollae tubus breviter campanulatus limbo 5-partito patentissimo; stamina 10, 5-fertilia fundo corollae opposita, 5 sterilia altius inter lacinias inserta; capsula 5-valvis. Koch syn. pl. p. 681; Rchb. fl. g. pag. 411, g. 526.

Caule erecto; foliis obovato-spathulatis integris obtusis; racemis denique elongatis; bracteis in medio pedicellorum sitis; capsula subglobosa. — Radix fibrosa; caulis teres 2—4—6-pollicaris et ultra; folia integerrima, radicalia petiolata, caulina subsessilia alterna; pedicelli uniflori; flores minimi; calyx campanulatus; stigma capitatum, ♃. In pratis humidis et fossis ad aquas acidulas circa Apatovac prope Crisium. Mj.-Il. . . **S. Valerandi L.**

Gen. 452. **Coris Tourn.**

Calyx campanulatus 5-dentatus, spinulis 5 externis cum dentibus spinulosis alternantibus; corolla subirregularis, subbilabiata labio superiori bifido, inferiori trifido, laciniis singulis bifidis; stamina 5 didynama cum impari; antherae uniloculares; stigma capitatum; capsula 5-valvis in calyce; placenta patellaris 5-dentata, 5-sperma. — Rchb. fl. g. p. 410, g. 525.

Foliis dense sparsis glabris coriaceis linearibus convoluto-unisulcatis, obtusis, supremis basi bispinulosis; racemo terminali dense subspicato; calycis spinis rubellis; corollis laete lilacinis. — Fruticulus humilis basi decumbens ramis erectis pubescentibus; folia denticulata saepe seta rigidula terminata. ♄. In collibus sterilibus maritimis insulae Arbe ubi legit et communicavit Mijo Sabljar. Rchb. fl. g. 2764. Ap.-Mj. . **C. monspeliensis L.**

Subordo IV. *Ovarium solitarium placenta centrali, libera, subulata.*

Fam. LXXVIII. **Plantagineae Juss. Terputnicc.**

Flores completi; calyx herbaceus 4-fidus laciniis margine scariosis aestivatione imbricatis, persistens, rarius 3—4-sepalus; corolla hypogyna 4-fida scariosa tubulosa; stamina 4 corollae laciniis alterna filamentis aestivatione induplicatis, dein longe exsertis, antheris introrsis supra basin affixis, loculis contiguis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium liberum uniloculare uniovulatum, rarius 2—4-loculare ovulis in angulis placentae affixis; stylus 1 stigmate indiviso; capsula membranacea 2—4-locularis loculis 1—2-polyspermis circumscisse de-

hiscens; embryo rectus in axi albuminis dense carnosi; radicula infera. Vis. fl. dalm. II. p. 1; Koch syn. pl. p. 685; Rchb. fl. g. p. 393.

Herbae acaules foliis rosulato-congestis nervosis simplicibus, raro caulescentes vel suffrutescentes, pedunculis scapiformibus.

Gen. 453. **Littorella L. Bukvica.**

Flores unisexuales, monoici; flores masculi pedunculati; calyx 4-sepalus; corollae tubus cylindricus, limbus 4-partitus; stamina receptaculo inserta; flores feminei ad basin pedunculi masculorum sessiles; calyx 3-sepalus; corolla oblonga basi apiceque attenuata, ore obsolete denticulata; nux unilocularis. Koch syn. pl. p. 685; Rchb. fl. g. p. 394, g. 507.

Foliis lineari-subulatis integerrimis subteretibus basi dilatatis; stylo longo, stigmate longissimo filiformi piloso; capsula monosperma. — Planta palmaris sarmentosa; radix fibris plurimis aucta, superne stolonifera; folia vaginantia carnosa; pedunculus singulus ex axilla folii singuli proveniens flore unico masculo terminatus et in medio bractea ovata instructus; flores feminei bini vel terni ad basin pedunculi floris masculi. ♃. In uliginosis, locis inundatis lacubusque exsiccatis solo arenoso in Lonjsko-polje et in sylvis circa Topolovec et Svinjičko. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2664. (Plant. uniflora L.) In.-Il. . **L. lacustris L.**

Gen. 454. **Plantago L. Terputac.**

Flores hermaphroditi calyce 4-partito laciniis anterioribus 2 quandoque in unam coalitis; corollae tubus ovatus limbo 4-partito refracto; stamina imo tubo inserta; capsula circumscissa placentam liberam 2–4-alatum includens eademque 2—4-loculari. — Flores omnium albi vel flavescentes. Vis. fl. dalm. II. p. 1; Koch syn. pl. p. 685; Rchb. fl. g. p. 394, g. 508.

1 Caulibus foliatis plus minusve ramosis, imo ramosissimis; pedunculis axillaribus; placentis bialatis 2
Caulibus nullis, vel caudicibus brevissimis; scapis nudis radicalibus 4
2 Caule herbaceo, radice annua 3
Caule fruticoloso ramoso ad basin procumbente et lignescente; foliis linearibus integerrimis canaliculatis; floribus capitatis. — Caules ramosissimi aculeis minutis exasperati; bracteae lato-ovatae obtusae, inferiores arista filiformi herbacea terminati, superiores mucronati; calycis laciniae anteriores lato ovatae obtusae mucronatae, posteriores angustiores carinatae carina ciliata. ♄. In

locis incultis maritimisque Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 102, n. 25. Rchb. fl. g. 2691. (P. suffruticosa Lam., P. genevensis DC.; Psylium sempervirens Moris.) In.-Il. **P. Cynops L.**

3 Calycis laciniis conformibus lanceolatis sensimque acuminatis; spicis ovatis laxiusculis; bracteis ex ovata basi subulatis. — Viscide pubescens; caulis herbaceus erectus ramosus; folia linearia integerrima aut subdentata; florum capitula nuda; corollæ albidae aut flavo-virentes laciniis acuminatis. ◯. Vis. fl. dalm. 516 in collibus aridis, locis arenosis agrisque sterilibus circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Macarsca, nec non in insulis. Rchb. fl. g. 2690. Mj.-In. . . . . **P. Psylium L.**

Calycis laciniis difformibus, anterioribus oblique spathulatis obtusissimis, posterioribus lanceolatis acutis; spicis ovato-oblongis dense imbricatis; bracteis infimis subrotundo-ovatis herbaceo-aristatis, superioribus spathulatis obtusissimis. — Viscide pilosa caule herbaceo erecto ramoso; folia linearia plana integerrima patentia; flores in capitula ovata dense imbricata collecti sordide albidi; capsula bilocularis loculis monospermis. ☉. In pascuis arenosis in Medjumurje circa Kotoriba, Dubrava et Prelog. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2689. Il.-Sep. . . . . **P. arenaria WK.**

4 Capsula biloculari; foliis indivisis 5

Capsula 3—4-loculari; foliis pinnatifidis vel pinnatifido-dentatis laciniis dentibusve remotis. — Bi-sexpollicaris subhirsuta; scapi teretes spica lineari-elongata cylindrica; flores flavo-viriduli; bracteae ovato-subulatae; calycis laciniae laterales dorso alato-membranaceae; corollae tubus villosulus. ☉. Vis. fl. dalm. 515 ad littora maris circa Zara, Trau, Spalato, Ragusa et Cattaro, nec non in insulis Lesina, Lissa et alibi. Rchb. fl. g. 2665. (P. neglecta Guss.) Ap.-Il . . . . **P. Coronopus L.**

5 Tubo corollae saltem basi villosiusculo aut pubescente 6

Tubo corollae omnino glabro nudoque 9

6 Bracteis ovatis calycem subaequantibus aut illo plane brevioribus; foliis 1—2—3—5-nerviis 7

Bracteis ex ovata basi subulato-attenuatis calycem superantibus acutis, margine membranaceis; foliis linearibus semitereti-trigonis siccitate carinatis margine setuloso-ciliatis. — Scapus teres; spica lineari-elongata cylindrica densa; calycis laciniae anteriores margine membranaceae parteque membranacea cum herbacea aequi-

lata, posterioribus herbaceo-carinatis, carina acuta. ♃. In rupibus locisque asperis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Kraljevica, Novi et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2686. (P. carinata Schrad.; P. Wulfenii Schreb.; P. subulata Wulf.; P. Gerardi Schreb.; P. Holosteum Scop.) Il.-Sep. **P. serpentina Lam.**

7 Foliis oblongo- aut elongato-linearibus uni- aut subtrinerviis . 8

Foliis lanceolatis utrinque attenuatis planis 5-nerviis alte pectinato-serratis. — Scapus teres; spica cylindrica, demum lineari-elongata, primum nutans; bracteae ovatae et una cum laciniis calycis ovato-oblongis margine membranaceae; corollae flavo-virentis tubo basi villosiusculo; capsula disperma. ♃. Vis. fl. dalm. 514 ad vias agrestes insulae Lissa. Mj.-In. . . . **P serraria L.**

8 Foliis oblongo-linearibus carnulosis glabris uninerviis integris, margine cartilagineis, apice obtusis; scapo adpresse strigoso-tereti; spica ovata flavo-viridi, pauciflora. — Tenella et pumila 1—2 pollicaris; radix axe perpendiculari fibrillis tortuosis aucta; scapus ante anthesim apice cernuus, dein erectus strigisque albidis adpressis tectus, basi tenuior, dein crassior, folia prius aequans, dein illis duplo longior; bracteae ovato-acuminatae flore dimidio breviores et una cum laciniis calycinis ovatis scariosis ciliato-fimbriatae; capsula disperma; semina alata. ◯. Vis. fl. dalm. 512 ad salinas prope Stagno. Rchb. fl. g. 2682. (P. parvula et P. pumila Wild.) Mj.-In. . . . **P. Weldenii Rchb.**

Foliis elongato-linearibus carnosulis subtus convexis subtrinerviis, supra canaliculatis integris dentatisve utrinque attenuatis. — Scapus teres; spica longa cylindrica densa e viridi flavescens, primum nutans, dein erecta; bracteae ovatae aut lanceolatae et una cum laciniis calycinis obovato-oblongis margine membranaceae, posterioribus herbaceo-carinatis carina acuta; tubus corollae villosulus; capsula disperma. ♃. In locis sterilibus, arenosis asperisque totius littoralis croatici, nec non in locis herbidis provinciae Likanae et Otočanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 513 in locis sterilibus siccis, arenosis et saxosis totius Dalmatiae littoralis et montanae. Rchb. fl. g. 2685. (P. graminea Lam.; P. Wulfenii Spr.) Il.-Oct. . . . . . **P. maritima L.**

Observ. variet. β. caudice lignoso subdichotomo, superne densifolio, foliis brevibus triquetris rigidis mucronatis incurvis, rarius rectis; bracteis lanceolatis carnosis dorso basi gibbis, spica brevi, est: P. subulata L. occurritque in locis asperis aridis ad lit-

tora maris prope Castello-Novo in Kraljevica. Rchb. fl. g. 2683. (P. pungens Lap.; P. triquetra Pers.)

Variet. γ. caudicibus caespitosis, foliis filiformi-triquetris adpresse ciliato-hispidis arrectis, scapis teretibus; spica cylindrica dense imbricata; bracteis 3-nerviis carinato-gibbis ciliatisque, est: P. carinata Schrad. occurritque in asperis litt. cr. cum specie. Rchb. fl. g. 2684.

9 Foliis ovatis ellipticisve 5—7—9-nerviis 10

Foliis lanceolatis aut plane lineari-lanceolatis utrinque attenuatis; placenta utrinque monosperma 12

10 Foliis glabris vel sparsim pubescentibus petiolatis; spica lineari cylindrica elongata; bracteis ovatis carinatis; placenta bialata utrinque 2—4-sperma 11

Foliis utrinque hirtis ellipticis subdentatis 7—9-nerviis basi in petiolum brevem lanatum contractis; scapo tereti leviterque striato; spica oblongo-cylindrica densa; bracteis ovatis acutiusculis glabris margine membranaceis. — Folia prostrata terraeque adpressa circuitu elliptica aut ovali-elongata, nunquam tamen lanceolata, semper sicut scapus adscendens rigidula; spica pallide rosea; sepala planiuscula nervo viridi, secus sicut corolla hyalina glabra. ♃. In pratis, pascuis, ad vias planitierum et montium ipsarumque alpium in Croatia et Slavonia frequens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 507 in pascuis siccis locisque collinis montanis etiam ad vias agrestes circa Zara, Obrovazzo, Knin, Dernis, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 2681. Mj.-Oct. . . **P. media L.**

11 Scapo adscendente tereti obsolete striato; foliis 5—9-nerviis margine obsolete denticulatis vel subdentatis; capsulis 8-spermis. — Spica imbricata vel laxa scapo folia subaequante longior; bracteae ovatae calycem subaequantes; flores sordide albidi; radix praemorsa. ♃. In cultis et incultis, pratis et pascuis, ad margines viarum et vinearum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 505 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2668. In.-Oct. . . . . **P. major L.**

Observ. variet. β. minuta foliis semipollicaribus; spica nonnisi 8—10-flora, est: P. minima DC. et occurrit in locis arenosis humidis.

Variet. γ. foliis cuculatis subtus puberulis subnovemnerviis; scapo tereti; spica longissima imbricata, est: P. cuculata Lam. (P. maxima Ait.) occurritque in sylvis nemoribusque frondosis in

locis humidiusculis, praesertim ad vias sylvestres circa Crisium et alibi. —

Scapo erecto profunde striato folia integerrima crassiuscula glaberrima 5—7-nervia longo petiolata bis terve superante; capsula 4—5-sperma. — Spica imbricata; bracteae ovatae obtusae carinatae calyce dimidio breviores; flores albidi; radix praemorsa. ♃. Vis. fl. dalm. 506 in pratis salsis circa Obrovazzo, in inundatis ad Cascata della Kerka supra Scardonam. Rchb. fl. g. 2666. (P. Gouani Gm.; P. adriatica Campan.) Ag.-Sept. **P. Cornuti Gou.**

12 Bracteis scariosis; foliis 3—7-nerviis lanceolatis subdentatis . . 13

Bracteis herbaceis margine scariosis; foliis nonnisi 3-nerviis lineari-lanceolatis lanceolatisve integerrimis; scapo tereti folia subaequante pilis patentibus hirsuto. — Villis patentibus hirsuta; folia subsessilia; pili scapi patentissimi; spica ovato-cylindrica densa; bracteae et laciniae calycis exteriores herbaceae margine submembranaceae ovatae attenuato-acuminatae pubescentes, interiores membranaceae et nonnisi stria dorsali herbacea; flores sordide flavescentes aut testacei; capsula disperma. ⊙. In locis sterilibus siccis in litt. cr., veluti ad viam Louisianam prope Jelenje et Čavle versus Flumen; in rupestribus circa Bukari, Kraljevica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 511 in locis saxosis apricis insularum Cherso, Ossero, Selve, Lesina et Lacroma, nec non circa Zara et in arenosis prope Budua. Rchb. fl. g. 2671. (P. Bellardi All.; P. holostea Lam.; P. lanata Poir.) Mj.-In. . . . . **P. pilosa Pour.**

13 Bracteis omnino glabris aut medio sparsim pilosis, ovatis . . 14

Bracteis calycisque laciniis apice barbatis vel barbato villosis . 16

14 Scapo sulcato subangulato; foliis glabris hirtisve; bracteis glaberrimis 15

Scapo tereti subtiliterque striato; foliis adpresse pilosis subsericeis; bracteis medio sparse pilosis. — Subsericea; folia lanceolata utrinque longe attenuata subintegerrima 3—5-nervia; scapus adpresse pilosus; spica demum oblonga compacta fusca; laciniae calycis alato-carinatae dorso glabrae. ♃. In apricis asperis litt. cr. circa Tersat, Sv. Kosmo, Crkvenica, Sv. Juraj, Karlobago et in ipso monte Vratnik et Sladovac. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 510 in herbidis apricis collium et montium Promina, Svilaja, Marljan, Biokovo, Snježnica et Vlastica. Rchb. fl. g.

2675. (P. Victorialis Poir.; P. argentea Chaix.; P. erubescens Portsch.; P. rubens Host.) Mj.-In. . . . . . . **P. sericea WK.**

15 Scapo multisulcato; calycis laciniis lateralibus carinatis apice rotundato-obtusis, margine ciliatis; foliis 5—7-nerviis. — Radix multiceps; scapi altissimi pilis adpressis tecti; folia longissima lanceolata glabra in petiolum canaliculatum attenuata, ad oras tuberculis exasperata; spica oblonga cylindrica densa. ♃. In pratis et pascuis Croatiae australis et in litt. cr., veluti circa Otočac et Verhovina; in Vrebačka-staza, circa Ternava; circa Bribir et Grižane. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. conjuguit hanc speciem cum sequente. Rchb. fl. g. 2680. Apr.-Mj. **P. altissima Jacq.**

Scapo nonnisi 5-sulcato; calycis laciniis lateralibus navicularibus in apicem obtusum acuminatis margineque glabris; foliis subdenticulatis 3-6-nerviis. — Radix multiceps lignescens fibris copiosis aucta; scapi erecti setulis adpressis inspersi; folia glabra aut hirsuta; spica oblongo-ovata densa fuscescens vel pallida. ♃. In pratis, agris, arvis et pascuis totius Croatiae et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 508 frequens in herbidis et ad vias totius Dalmatiae sub pluribus formis. Rchb. fl. g. 2678. Ap.-Sept. . . . . **P. lanceolata L.**

Observ. variet. β. caule basi decumbente dein adscendente; stylo corollam plus duplo longo hirsuto fibrilloso, est: P. decumbens Bernh. occuritque in pratis fertilibus cum priori.

Variet. γ. lanuginosa foliis pilis longis patulis plus minusve hirsuta aut plane lanuginosa, quandoque hirsutissima; spicis ovatis capitatisve, est: P. lanata Portenschl. occurritque in herbidis Dalmatiae.

16 Scapo sulcato; calycis laciniis lateralibus carinatis; bracteis ovato-lanceolatis acuminatis. — Radix multiceps; folia lanceolata in longum petiolum attenuata subdenticulata pilosa; scapi graciles pilis adpressis tecti, alii decumbentes, alii erecti; spica primum ovata, dein oblonga; bracteae supra medium pilis longis candidis ita tectae, ut spica tota tomentosa adpareat. ♃. Vis. fl. dalm. 509 in siccis, arenosis, sterilibus circa Sebenico, Trau et Ragusa, nec minus in insulis Lacroma et Budua. Rhb. fl. g. 2673. (P. eriostachya Ten.; P. arvensis Presl.) In.-Sept.

P. Lagopus L.

Scapo exacte tereti; calycis laciniis ecarinatis; bracteis lato-obovato-obtusissimis breviter et obtuse mucronatis. — Radix longa

fibrisque aucta; foila longa lineari-lanceolata integerrima vel raris denticulis distincta, plana dorso nervosa, secus nitida glabra vel pilosa; scapi villosi; spica sub anthesi ovata, fructifera oblonga pilosa quidem, sed nec unquam tomentoso-lanuginosa; bracteae nigro-fuscae stria dorsali viridi notatæ. ♃. In pascuis alpium calcarearum Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 101, n. 11. Rchb. fl. g. 2676. (P. sphaerocephala Poir.; P. quinquenervia Schleich.; P. alpina Jacq. (non L.); P. saxatilis M B.; P. atrata Hoppe.) Il.-Ag. . . . . **P. montana L.**

Subordo V. *Ovarium solitarium uniloculare, uniovulatum.*

Fam. LXXIX. **Plumbagineae Juss. Vranjemiline.**

Flores completi spicato-paniculati aut capitati pedunculis ut plurimum scapiformibus bracteis 1—3 suffulti; calyx tubulosus 5—10-dentatus plicatus persistens; corolla regularis pseudo-pentapetala vel monopetala limbo 5-partito; stamina 5 lobis corollae opposita, in pseudo-pentapetalis unguibus petalinis inserta, in monopetalis hypogyna filamentis aestivatione erectis, antheris introrsis incumbentibus, loculis basi sejunctis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium liberum uniloculare ovulo unico ex apice placentae filiformis pendulo; styli 5 liberi vel in unum connati stigmatibus 5; fructus monospermus calyce inclusus utricularis indehiscens, vel capsularis apice 5-valvis; semen inversum albumine carnoso parco, embryone recto, radicula supera Vis. fl. dalm. II. p. 5; Koch syn. pl. p. 682; Rchb. fl. g. p. 189.

Herbae perennes foliis simplicibus integerrimis exstipulatis.

Gen. 455. **Armeria DC. Babina svila.**

Flores unibracteati in capitulum bracteis involucratum conglobati, bracteis exterioribus in vaginam cylindricam scapum ambientem productis; calyx infundibuliformis margine scariosus; corolla pseudo-pentapetala unguibus villo connexis staminiferis; styli 5 apice intus stigmatici; caryopsis (utriculus) basi lacero secedens. Vis fl. dalm. II. p. 6, g. 178; Rchb fl. g. p. 189, g. 246; Koch syn. pl. p. 682, sect. I.

1 Foliis linearibus uninerviis margine plus minusve ciliatis; petalis emarginatis vel crenulatis 2
Foliis lineari-lanceolatis latiusculis acuminatis basi in petiolum attenuatis 3—4-nerviis; involucri foliolis extimis cuspidatis, interioribus rotundatis obtusisve 3
2 Involucri foliolis extimis cuspidatis, interioribus obtusissimis nervo excurrente mucronatis; pedicellis longitudine tubi calycis villoso-striati; petalis integris crenulatis. — Radix multiceps densos

caespites agens; scapus pedalis et ultra erectus teres pilosus; folia pallide viridia; calyx pilosus 5-partitus laciniis membrana rubella scariosa unitis et ultra membranae oram in mucronem attenuatis; flores rosei. ♃. In Croatia et Slavonia hucdum nonnisi in hortis culta. Vis. fl. dalm. 517 in arenosis locisque siccis et pascuis montanis vulgatissima. Rchb. fl. g. 1121. (A. vulgaris W.; Statice Armeria L.; Stat. arenaria Pers.) Mj.-Ag. **A. elongata Hoffm.**

Involucri foliolis extimis muticis vel arista crassa herbacea terminatis, interioribus obtusissimis nervum ante apicem evanescentem muticis; pedicellis longitudine tubi calycis ubique villosi; petalis evidenter emarginatis. — Radix multiceps caespitesque densos agens; scapus semipedalis aut brevior; flores lilacini; secus praecedenti persimilis, differt tamen foliis obtusis; involucri foliolis omnibus obtusis, exterioribus 1—2 saepius mucrone obtuso herbaceo instructis; calyce toto villoso atque scapis 3—6-pollicaribus fastigiatis. ♃. Collitur ubique in hortis. Rchb. fl. g. 1119. (Stat. maritima Mill.) In.-Il. **A. maritima W.**

3 Foliis acutis; involucri foliolis extimis obtusis submucronatis, interioribus obtussimis nervo ante apicem evanescente muticis; pedicellis tubo calycis villoso-striato dimidio brevioribus; petalis emarginatis. — Radix multiceps scapus semipedalis, raro ultra, glaber; folia stricta acuta; calyx pilosulus 5-angulatus angulis in aristam scabram excurrentibus; flores rosei. ♃. In pascuis asperis alpium Visočica et Badanj. Rchb. fl. g. 1118. (Stat. alpina Hoffm.) Il.-Ag. . . . . **A. alpina W.**

Foliis acuminatis basi in petiolum attenuatis; involucri foliolis extimis cuspidatis, interioribus obtusissimis nervo excurrente mucronulatis; pedicello tubo calycis villoso-striati paullo brevioribus. — Radix cæspitosa; scapus pedalis; florum capitula speciosa magna; flores lilacini; petala profunde retusa. ♃. Vis. fl. dalm. 517 var. β. in locis herbidis montium Dinara et Orien. Rchb. fl. g. 1123. Mj.-Ag. . . . . . . **A. scorzoneraefolia Balb.**

Gen. 456. **Statice Willd. Travulja.**

Flores 2—3-bracteati spicati secundi paniculatimque digesti; calyx infundibuliformis margine scariosus; corolla pseudo-5-petala unguibus inberbibus staminiferis cochaerentibus, raro exacte connatis; styli 5 apice intus stigmatici; cary-

opsis basi lacero secedens Vis. fl. dalm. II. p. 6, g. 179; Koch syn. pl. p. 684 sect. II.; Rchb. fl. g. p. 190, g. 247.

1 Caule tereti erecto superne ramoso ramis diffusis paniculatisve . 2
Caule a basi ramosissimo ramis divaricato-dichotomis aut deflexis implexis et articulatis, vel caulibus plurimis teretibus adscendentibus ramulosis nodulosis squamisque tectis 4
2 Foliis obovato-oblongis, aut obovato-lanceolatis; floribus dense spicatis 3
Foliis obovato-spathulatis obtusis retusisve, basi longe attenuatis uninerviis margine revolutis; floribus laxe spicatis subincurvis. — Laevis laete virens. Caulis teres erectus superne ramosus ramis paniculatis, inferioribus sterilibus erectiusculis, superioribus patulis subteretibus; flores gemini aut terni laxe spicati; squamæ minimæ mucronatæ; bracteæ rotundatæ; calycis dentes obtusi; flores lilacini. ♃. Vis. fl. dalm. 520 in maritimis insulae Pago; nec non circa Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 1130. Mj.-In. . . . . **St. oleaefolia Pour.**
3 Foliis obovato-oblongis petiolatis uninerviis mucronatis glabris obtusis. — Laevis, viridis; scapus semipedalis et ultra, erectus, superne paniculato-ramosus ramis semiteretibus; flores lilacini; bractea interior margine lato scarioso cincta; dentes calycini ovati acuti. ♃. In locis maritimis litt. cr. ad Segniam, Sv. Juraj et Vranjak. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 518 ad littora maris, ad scopulos et in salinis tum Continentis, tum insularum. Rchb. fl. g. 1134. b. (St.serotina Rchb.) Ag.-Sept. **St. Limonium L.**
Foliis obovato-lanceolatis basi longe attenuatis 3-nerviis subundulatis apice mucronatis. — Laevis glauca rigida; caulis teres erectus ramis effusis divaricato-patentibus subulato-triquetris, paniculatis; folia cano-glauca squamis albidis adspersa; flores albi. ♃. Vis. fl. dalm. 519 in arenosis salsis insulae Pago et circa Nona, nec minus in arvis sterilibus circa Spalato, Grabovac et Duare. Il.-Ag. . . . . **St. incana L.**
4 Caulibus a basi ramosissimis prostratis, ramis demum adscendentibus 5
Caulibus compluribus teretibus adscendentibus ramulis nodulosis, squamis alternis omnino scariosis albis ovatis, amplexicaulibus pilo terminatis, caulinis internodio brevioribus patulis, ramulorum imbricatis adpressis tecti. — Scabriuscula 3—5-pollicaris,

rami erecti, ramuli adscendeutes; flores lutei. ♃. Vis. fl. dalm. 524 ad littora maris in peninsula Sabbioncello prope Rosario. Il.-Ag. . . . . **St. ferulacea L.**

5 Foliis obovato-spathulatis basi longe attenuatis; floribus laxe spicatis 6

Foliis obverse lanceolatis basi longe attenuatis 3-nerviis apice acutis; floribus dense breviterque spicatis; caulibus squamis bracteisque margine albo-scariosis tectis. — Viridis granulato-scabra; caulis teres ramosissimus ramis inferioribus sterilibus scopariis erectis; bracteae exteriores totae, interiores a medio ad apicem albo-scariosae; calycis dentes ovati breviter acuminati subtiliterque denticulati; flores caerulei. ♃. Vis. fl. dalm. 523 ad littora maris saxosa. Rchb. fl. g. 1125. (St. reticulata Portenschl.) Mj.-Sept. . . . . **St. caspia W.**

6 Foliis subtrinerviis obtusis; spicis subincurvis; dentibus calycinis obtusis. — Viridis tuberculata; caules teretes ramosissimi ramique divaricato-dichotomi articulati erecti intermediis subarcuatis, inferiores steriles; flores lilacini. — Ramis ad nodos facile secedentibus et internodiis apicem versus crassioribus a praecedente, et glabritie ramisque erectis a sequente distinguitur. ♃. Vis. fl. dalm. 521 in scopulis maritimis circa Ragusa. (St. rorida Sibth.) Sept.-Oct. . . . . **St. articulata Loisl.**

Foliis uninerviis obtusis retusisve; spicis brevibus; laciniis calycis fructiferi oblongo-lanceolatis patentibus. — Cinereo-pubescens; caules teretes canceloato-ramosissimi ramis deflexis implexis articulatisque, inferiores steriles; flores caeruleo-violacei. ♃. In rupibus locisque sterilibus asperis in litt. cr. circa Flumen, Kraljevica, Segniam, Karlobago et alibi. Syl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 522 in saxosis maritimis totius Dalmatiae, nec minus frequens in insuiis. Rchb. fl. g. 1127. (St. rorida Vis.; St. reticulata Host.; St. furfuracea Rchb.; St. reticulata Syll. fl. cr.) Ag.-Oct. **St. cancellata Bernh.**

Gen. 457. **Plumbago Tourn. Vranjemil.**

Flores spicati 3-bracteati; calyx tubulosus 5-dentatus angulis glandulosis; corolla monapetala infundibuliformis 5-loba; stamina hypogyna basi dilatata; stylus 1, stigmata 5; capsula apice valvulis 5 dehiscens. — Vis. fl. dalm. II. p. 9, g. 180; Koch syn. pl. p. 685; Rchb. fl. g. 191, g. 248.

Foliis inferioribus obovatis petiolatis, superioribus ovato-lanceolatis, supremis linearibus, omnibus amplexicaulibus subdenticu-

latisque. — Caulis strictus ramis patentibus angulatis; folia alterna; flores terminales aggregati; calyx glandulis pedicellatis adspersus laciniis limbi erectis; corolla violacea limbi laciniis ovalibus integerrimis; stylus inferne pubescens; stigmata villoso-glandulosa. ♃. In locis incultis et in ruderatis litt. cr. circa Flumen, Tersat, Bukari, Praputnik et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 525 ad sepes, in dumetis locisque saxosis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1137. Ag.-Sept. . . . . . **P. europaea L.**

Fam. LXXX. **Globularieae DC. Glavuljače.**

Flores hermaphroditi irregulares unibracteati receptaculo communi paleaceo impositi et in capitulum solitarium involucratum congesti; calyx herbaceus 5-fidus persistens aestivatione imbricatus; corolla monopetala hypogyna tubo cylindrico, limbo bilabiato labio superiore minore et plurimum bifido, altero longiore plus minus 3-fido; stamina 4 tubo corollae inserta ejusque laciniis alterna quinto inter lacinias superiores deficiente; ovarium liberum uniloculare ovulo solitario e loculi sumitate pendulo; stylus unicus stigmate indiviso aut bifido; fructus caryopsis indehiscens calyce obtecta, styli basi persistente mucronata; semen inversum albumine carnoso, embryone recto, radicula supera. Vis. fl. dalm. II. p. 9; Koch syn pl. p. 681.

Herbae perennes aut suffruticuli foliis simplicibus integris, vel apice tridentatis exstipulatis.

Gen. 458. **Globularia L. Glavulja.**

Character generis, idem qui familiae.

1 Caule herbaceo; radice multicipite 2

Caule suffruticuloso procumbente; foliis obovatis postice cuneato-attenuatis, apice obtusissimis, integris, emarginatis tridentatisve. — Caulis ramosissimus ramis diffusis; pedunculus laevis erectus subangulatus folio uno alterove vestitus aut aphyllus; singulo flosculo adstat bractea singula; calyx proprius est hirsutus 5-partitus laciniis erectis; tubus corollae gracilis, limbi laciniae inaequales. ♄. In saxosis Croatiae montanae, veluti in monte Ošterc prope Samobor, in monte Klek et Merzin, in subalpinis glareosis alpium Pliešivica, Visočica et alibi in montosis tractus Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 527 in collibus circa Zara, Obbrovazzo, Scardona, Dernis, Clissa, Sinj, Vrullia, Macarsca et in insula Veglia, nec non in montibus Velebit, Svilaja, Biokovo et Visočica. Rchb. fl. g. 2480. Mj.-In. . . . . **G. cordifolia L.**

2 Foliis radicalibus spathulatis emarginatis vel breviter tridentatis, caulinis copiosis lanceolatis. — Radix lignescens; caulis erectus striatus foliosus; folia radicalia in petiolum longum canaliculatum attenuata, caulina sessilia illis multo minora; calyx proprius hispidulus laciniis ciliatis; corollae laciniis inaequalibus. ♃. In collibus apricis, ad margines viarum et vinearum, in collibus petrosis praesertim solo calcareo totius Croatiae et nec minus in iisdem locis comitatus Požegani. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 526 in pascuis montium Velebit et insulae Lesina. Rchb. fl. g. 2478. Mj.-Sept. . . . . **G. vulgaris L.**

Foliis radicalibus oblongo-cuneatis apice rotundato-obtusis; caulibus nudis vel squamis 1—2 obsitis. — Caudex herbaceus maxime contractus; folia integerrima; scapus 3—4-pollicaris et ultra foliis squamiformibus linearibus subbinis; calyx bilabiatus fauce nuda; labium corollae superius brevissimum. ♃. In rupestribus et glareosis provintiae Likanae, veluti in valle Vilena- et Farkašić-draga; in alpe Pliešivica et in monte Merzin. Rchb. fl. g. 2477. Mj.-Jn. . . . . **G. nudicaulis L.**

Ordo II. **Sympetalae symphysogynae.**

i. e. pl. floribus completis monopetalis v. gamopetalis ovario infero vel calyci adnato.

a) Stamina tubo corollae vel inter lacinias ipsius inserta.

Fam. LXXXI. **Dipsaceae DC. Češljugovice.**

Flores completi irregulares vel subregulares receptaculo communi bracteato impositi et in capitulum solitarium bracteis involucratum congesti; flores singuli saepe bracteis receptaculum commune paleaceum constituentibus distincti. Calyx proprius duplex, uterque persistens, exterior involucellum, maturitate fructum arcte cingens ejusque integamentum exterius formans, interior denique ovario adnatus; corolla 1-petala apici calycis interioris inserta, limbo 4—5-fido laciniis inaequalibus; stamina 4 tubo corollae inserta, libera, filamentis non articulatis; stylus 1; stygma simplex; ovarium uniloculare, uniovulatum, ovulo pendulo; fructus indehiscens membranaceus vel subnucumentaceus, ivolucello et calycis tubo inclusus hujusque limbo scarioso, aut setiformi aut papposo coronatus. Semina albuminosa; embryo rectus radicula hilum spectante. — Vis. fl. dalm. II. p. 10; Koch syn. pl. p. 374.

Herbae annuae aut perennes foliis oppositis simplicibus integris varie sectis, sessilibus, exstipulatis.

Gen. 459. **Dipsacus Tourn. Češaljka.**

Flores in capitulum involucro foliaceo elongato radiante paleasque receptaculi scariosas aristatas superante aggregati; calyx interior pelviformis multidentatus vel integer, exterior apice corollula brevi crenata vel dentata terminatus; corolla 4-fida; stigma longitudinale; receptaculum paleaceum; caryopsis involucello inclusa, limbo calycis dentato apice coronata. — Vis. fl. dalm. II. p. 10, g. 182; Koch syn. pl. p. 374; Rchb. fl. g. p. 197, g. 253.

1 Foliis sessilibus, caulinis lato-connatis 2

Foliis petiolatis ad apicem petioli auriculatis; foliolis involucri deflexis flores subaequantibus. — Radix biennis; caulis erectus fistulosus ramosus, ad angulos spinis exasperatus; folia ovalia vel lanceolata acuminata pilosa serrata, ad costam spinulosa; flores in capitula hemisphaerica dispositi; receptaculum paleaceum paleis obovatis aristato-cuspidatis setoso-ciliatis rectis; germen hirsutum angulatum, semen calyce tetragono coronatum. ♂. In dumetis ad vias et rivulos; in pede montium Kalnik et Vratno; circa Varasdinum, Nedelić et Čakovec; ad sepes circa Zagrabiam, ad Blato, Botovo et Velika-Gorica. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis in comitatu Viroviticensi, circa Jankovac, Duzluk, Orahovica et Duboka, nec non inter Migolovce et Poreće, circa Djakovar et alibi. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 1174. (Cephalaria appendiculata Schrad.) Il.-Ag. . . . **D. pilosus L.**

2 Paleis flexililibus rectis corollamque superantibus; involucris arcuatim adscendentibus 3

Paleis rigidis ovatis aristato-cuspidatis recurvatis corollam aequantibus. — Bi-4-pedalis et ultra; radix crassa 2—3-ennis; caulis erectus ramosus aculeis raris et brevibus exasperatus, fistulosus, dissepimentis interceptus; folia sessilia inciso-crenata, caulina lato-connata indivisa; capitula subglobosa, foliola involucri horizontaliter patentia apice subdeflexa; calyx interior hirsutus 5-partitus laciniis erectis acuminatis; corollae lilacinae tubus gracilis, limbi laciniae acutae, tres superiores longiores. ♂. Colitur in usum fullonum hinc inde. In Slavonia ad sepes et dumeta circa Mitrovica et Velika; Vinkovce et Vukovar quasi spontaneus. (Kan.) Rchb. fl. g. 1175. (D. sativus Gm.) Il.-Ag. **D. Fullonum Mill.**

3 Foliis oblongo-lanceolatis indivisis inermibus vel sparsim spinulosis, dentatis; paleis receptaculi obovatis cuspidato-linearibus; foliis involucri linearibus subulatis adscendentibus capitulo longioribus; floribus violaceis. - - Radix fusiformis caulis erectus fistulosus, dissepimentis interruptus; folia oblonga ad costam aculeata; pedunculi sulcati elongati; capitula ovata subrotunda; calyx interior patens et ad oras ciliatus; corollae pubescentes lilacinae vel purpurascentes. ♂. In campis, ad viarum margines, ad fossas et in pratis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 528 ad margines agrorum et secus aquas circa Zara, Dernis, Knin Spalato, Salona et Cattaro. (Sikavac, Sikavica glavata; Čičak veliki.) Rchb. fl. g. 1178. (D. Fullonum Pollich.; D. vulgaris Gm.) II.-Ag. . . . . . **D. sylvestris Mill.**

Observ. Variat interdum foliis caulinis intermediis pinnatifidis. — Foliis pinnatifido-laciniatis, lobis sinuato-dentatis; paleis receptaculi oblongis cuspidato-linearibus; involucri foliolis lanceolato-subulatis adscendentibus capitulo subbrevioribus; floribus albidis aut carneis. — Radix biennis fusiformis; caulis erectus sulcatus ramosus ad angulos spinis exasperatus; folia oblonga laciniata utrinque strigosa et ad costam aculeata; pedunculi aculeati; capitula oblonga; calyx interior hirsutus; corollae pilis deflexis tectae. ♂. In iisdem locis ac prior, nec illo rarior in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 529 ad agrorum margines circa Dernis, Verlika et Metković. Rchb. fl. g. 1177. („Sikavica biela.") II.-Sept. . . . . **D. laciniatus L.**

Observ. var. β. foliorum lobis divaricatis basique pinnatifidis; paleis arcuatis, est: D. divaricatus Presl. occurritque cum specie in Dalmatia.

Gen. 460. Succisa Mert. et Koch. Preskočica.

Flores in capitulum involucro herbaceo latiusculo in receptaculi bracteas herbaceas transeunte iisque longiore cinctum aggregati; invollucellum (calyx exterior) tetragonum 8-sulcatum apice limbo herbaceo 4-lobo terminatum; calyx (interior) limbo supero disciformi; corolla 4-fida; stigma longitudinale; receptaculum paleaceum; caryopsis involucello inclusa et limbo calycis aristato aut mutico coronata; involucrum oligophyllum. — Vis. fl. dalm. II. p. 11, g. 183, Koch syn. pl. p. 377; Rchb. fl. g. p. 196, g. 252.

Radice repente stolonifera; foliis stolonum obovatis subdentatis, caulinis lineari-lanceolatis integris; capitulis fructiferis ovatis;

*

limbo involucri (calycis exterioris) glabro 4-fido, lobis brevibus obtusis; calyce (exteriori) mutico. — Radix valde repens; caulis erectus aut adscendens teres ramosus, inferne glaber, superne setulis reflexis adspersus; folia inferiora in petiolum canaliculatum attenuata, ad oras ciliata, summa sessilia; pedunculi elongati apicem versus hispiduli; foliola anthodii (involucri) ciliata; flores incarnati aut albidi; antherae roseae; semen sulcatum. ♃. In fossis et pratis humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 531 ad rivulos, in fossis locisque aquosis circa Zara, loco dicto „alla Fontana", circa Kljaka et Dernis, nec non in agris siccis prope Verlika et in monte Mossor. Rchb. fl. g. 1167. (Scabiosa australis Wulf.; Scab. repens Bringn.; Scab pseudoaustralis Roem. et Sch.) Il.-Sept. . . . . . **S. australis Rchb.**

Radice praemersa; foliis inferioribus ovali-lanceolatis integerrimis, superioribus lanceolatis subintegris; capitulis fructiferis globosis; limbo involucelli (calycis exterioris) hirsuto, 4-partito, laciniis ovatis acutis mucronatis, calyce (interiori) 5-seto. — Bi-pedalis et ultra, hirtella; caulis plus minusve hispidus simplex vel superne ramosus, strictus; folia ciliata utrinque subpilosa, radicalia petiolata, caulina sessilia, superiora basi connata; foliola involucri rugulosa, ciliata acuminata; flores caerulei; paleae receptaculi hispidulae ciliatae. ♃. In pratis praesertim sylvaticis et montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 530 in pratis secus flumen Kerka ad Cascata di Scardona. Rchb. fl. g. 1168. (Scab. pratensis Rchb.; Scab. Succisa L.) Il.-Sept. . . . . **S. pratensis Mnch.**

Obsev. var. β. foliis caulinis dentatis simulque glabris, est: S. glabrata Schott. occurritque hinc inde cum specie in pratis paludosis.

Gen. 461. **Cephalaria Schrad. Glavatinka.**

Flores in capitulum involucro coriaceo arcte imbricato et in receptaculi paleas continuato iisque breviore cinctum aggregati; involucellum (calyx exterior) tetragonum laeve dentibus cartilagineis aut limbo scarioso multifido terminatum; calyx (interior) pelviformis, multidentatus vel integer; corolla 4-fida; stigma longitudinale; receptaculum paleaceum; caryopsis involucello inclusa limboque calycis mutico coronata. Vis. fl. dalm. II. p. 12, g 184; Koch syn. pl. p. 375.

Invollucelli (calycis exterioris) limbo scarioso campanulato multidentato; foliolis involucri ovatis, exterioribus rotundato-obtusis,

interioribus paleisque acutis. — Radix lignosa multiceps; caules erecti glabri laeves superne ramosi; folia pinnata pinnis dentatis pinnatifidisve; foliola involucri dorso pubescentia, ad oras ciliata; flores albi, vix radiantes; caryopsis tetragona hispida. ♃. In saxosis tractus montium Velebit ad Karlobago, Halan et Podprag. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 532 in collibus locisque apricis saxosis totius Dalmatiae. Rchb. fi. g. 1170. (Scab. leucantha L.; Suc. leucanth. Mnch.; C. centauroides Scop.) Il.-Sept.

C. leucantha Schrad.

Involucelli (calycis exterioris) limbo 8-dentato dentibus subulatis subaequalibus; foliolis involucri paleisque ovato-lanceolatis aristato-cuspidatis. — Radix biennis vel plane annua; caulis erectus ramosus setisque deflexis hispidus; folia pinnata sparseque pilosa pinnis subdecurrentibus serratis; pedunculi elongati hispiduli; foliola involucri lineari-lanceolata acuminata hispida; flores radiantes e caeruleo albentes; limbus corollae 4-fidus lacinia inferiore maxima, suprema autem minima; caryopsis hispidula. ⊙. Ad vineas agrorumque margines in litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari, Svilno et Kukuljanovo. Copiosissima in comitatu Požegano circa Požeg, Stražeman, Velika et Kutjevo. In agris circa Essek, Tenje, Djakovar, Vukovar, Čerević, Beočin, Reška, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis fl. dalm. 533 ad margines agrorum et sepes circa Sebenico. Rchb. fl. g. 1169. (Sc. transylvanica L., Succ. transylvanica Spr.) Il.-Ag.-Sept.

C. transylvanica Schrad.

Gen. 462. Asterocephalus Vail. Zviezdoglavka.

Flores in capitulum aggregati; involucri (anthodii) herbacei foliola subbiserialia; receptaculum paleaceum; involucellum (calyx exterior) teretiusculum foveolis setisque 4—8-notatum limbo scarioso campanulato aut rotato; calyx (interior) setis subquinis scabris radiantibus terminatus, raro muticus; corolla 5-fida; stigma emarginatum; caryopsis limbo calycis setigero, rarius mutico coronata. Vis. fl. dalm. II. p. 13, g. 185; Rchb. fl. g. 193, g. 251.

1 Fructu (caryopsi) dense villoso, a basi ad medium usque tereti vel obsolete costato, et supra medium in dentes columnares 8 totidem scrobiculis membrana introrsum plicata repletis conjunctos diviso 2

Fructu sulcis costisve 8 notato 3

2 Foliis radicalibus lineari-oblongis dentatis, caulinis inferioribus

pinnatipartitis laciniis distantibus integerrimis, superioribus linearibus subintegris; caryopsi apice glabra. — Caules erecti, in solo pingui non raro diffusi, secus teretes, laeves ramosi; foliorum laciniae lineares elongatae punctisque eminentibus exasperatae; foliola involucri; linearia patula inaequalia; calyx exterior membranaceus albidus striatus dentatus, interior viridis stellam pentagonam referens; corollae albae magnae radiantes tubo villoso, laciniis duabus superioribus exiguis villosulis, tribus aliis subaequalibus crenulatis; caryopsis angulata. ♂. In collibus apricis vineisque circa Vukovar, Čerević et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1156. (Sc. urainica L.; Sc. maritima Wulf.; Sc. alba Scop.; Ast. Wulfenii R. S.; Ast. ucrainicus Rchb.) II.-Sept.
A. pilosus La G.

Foliis omnibus conformibus linearibus vel lanceolato-linearibus integerrimis argenteo-sericeis; caryopsi a basi apicem usque villosa. — Radix lignosa ramosa, caules suffruticosi ramosi incani erecti aut adscendentes; corollae radiantes eleganter caeruleae pubescentes 5-fidae laciniis dentatis; setae calycis interioris coronam crenulatam paullum superantes; germen angulatum hirsutumque. ♃. In apricis saxosis rupiumque fissuris alpium tractus Velebit, veluti in cacuminis alpini Badanj latere orientali inter lapides calcareos liberos et in fissuris rupium alpis Visočica versus septemtrionem. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 537 in apricis montium Velebit ad Paklenicam, in Dinara et Biokovo. Rchb. fl. g. 1157. (Sc. graminifolia L.) II.-Ag. . . . . . **A. graminifolius Spr.**

3 Calycis (interioris) limbo spongioso-inflexo tumido; fructu tereti striis 8 elevatis notato 4

Calyce (interiori) simpliciter membranaceo; fructu sulcis octo profundis acutis excurrentibus jugaque totidem valida separantibus exarato; corona calycis exterioris (involucelli) nervis simplicibus radiata margineque obsolete crenulata 5

4 Radice perenni; caule stricto simpliciusculo; floribus lilacinis aut carneis; capitulo fructifero turbinato rufo-setoso. — Pedalis bipedalisve gracilis viridi-pubescens; folia radicalia oblongo-spathulata incisa aut plane pinnatifida, caulina pinnatifido-linearia; calyx interior stipite elongato elevatus; pappi stipitati setae corona duplo longiores. ♃. Vis. fl. dalm. 538 ad agrorum margines et in locis collinis circa Zara, Trau, Castelli, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Lesina et Lissa. Rchb. fl. g. 1152

et 1153. (A. ambiguus et acutiflorus Rchb.; Sc. ambigna Ten.; Sc. agrestis Pett.) II.-Sept. . . . . **A. maritimus Spr.**

Radice annua; caule ramoso; floribus atropurpureis moschum redolentibus; capitulis fructiferis conicis; pappo calyce multo longiore. — Pedalis, caulis superne ramosus; folia radicalia lyrata, caulina pinnatifida; corollae speciosae radiantes. ☉. Ex oriente adlata, modo ubique in hortis culta. (Sc. atropurpurea L.) II.-Sept. . . . . **A. atropurpureus Rchb.**

5 Foliis turionum caudiculorumque sterilium crenatis simulque plus minusve divisis aut plane lyratis 6

Foliis turionum caudiculorumque sterilium integerrimis indivisisque caulinis pinnatifidis laciniis linearibus integerrimis. — Pedalis aut bipedalis; caules erecti ramosi; folia coriacea petiolata ciliata, radicalia obovato-cuneata lanceolataque integerrima, caulina lineari-pinnatifida integraque; involucelli (calycis exterioris) costati corona erecta fructuque triplo brevior; setae pappi sessiles coronam duplo excedentes; caryopsis 8-sulcata sulcis excurrentibus. ♃. In locis graminosis rupestribus ad Jelenje, Grobnik et Svilno. Vis fl. dalm. 535 in rupestribus elatioribus montium Dinara et Gnjat. Rchb. fl. g. 1158. (A. canescens Spr.; Sc. suaveolens Desf.) II.-Sept. . . . . **A. suaveolens Wallr.**

Observ. variet. β. pumila foliis enerviis utrinque glabris laevibus nitidisque; limbo involucelli ad medium usque 4-fido laciniis acuminatis paleisque receptaculi obtusis, est: A. silenifolius WK. Rchb. fl. g. 1158 occurritque in rupestribus apricis litt. cr. circa Bukari et Kraljevica, nec non in elatioribus saxosis cum praecedente in Dalmatia.

6 Foliis caulinis indivisis aut simpliciter pinnatifidis, laciniis integerrimis dentatisve; setis calycis inferioris corona calycis exterioris 3—4-longioribus 7

Foliis caulinis ad costam mediam usque 2—3-fidis, laciniis foliorum superiorum linearibus; setis calycis interioris coronam calycis exterioris subaequantibus aut illa paullo longioribus, aut plane nullis. — Pedalis aut ultra erecta ramosa; folia infima obovata, spathulata lyrataque inciso-serrata; involucra corollis breviora, sed capitulo fructifero depresse-globoso longiora; flores caerulei aut lilacini. ♃. In locis graminosis montanis; ad margines viarum, agrorum et vinearum circa Kalnik, Toplikam, Zagrabiam, Samobor et alibi, praesertim sub forma sequentium varietatum.

Vis. fl. dalm. 534 var. δ. in locis montanis editioribus in Krivošcie et Orien. Rchb. fl. g. 1159. (Sc. ceratophyllea Ten.) In.-Sept. . . . . **A. gramuntius Rchb.**

Observ. variet. β. foliis supra glabriusculis setisque calycis interioris 5, est: A. agrestis Rchb. (Sc. agrestis WK.) occurritque in iisdem locis ac ipsa species illaque multo frequentius.

Variet. γ. calycis interioris limbo orbiculiformi prominulo quidem, sed plane mutico, est: A. leiophyllus (Sc.) Hoppe, occurritque in pratis arvisque montanis ad Kalnik, nec non in Croatia australi in Vrebačka-staza et alibi.

Variet. δ. foliis saltem inferioribus pube molli obductis, est: A. mollis (Sc.) Willd. occurritque in collibus apricis et ad margines viarum ad Tucilača haud procula Crisio in confinio militari; in monte Ošterc ad Samobor et alibi cum specie.

7 Setis calycis interioris basi compressis interneque uninerviis, carinatis; foliis caulinis inferioribus basi indivisis aut subpinnatifidis, sed nec unquam lyratis 8

Setis calycis interioris plane enerviis; foliis inferioribus lyratis, reliquis pinnatifidis et nonnisi summis indivisis 9

8 Foliis glabris et nonnisi margine ciliatis, radicalibus lanceolatis, caulinis subpinnatifidis pinnis pilo terminatis; aristis calycinis corona longioribus. — Radix ramosa; caulis erectus pedalis et ultra, teres, superne setulis reflexis tectus, simplex aut in unum alterumve ramum divisus; folia in petiolum canaliculatum attenuata; involucri foliola inaequalia, lineari-subulata e viridi nitentia setulisque inspersa; corollae rubellae pubescentes. ♂. In pascuis montium altiorum, copiosissima ad Samobor, nec non in Croatia australi haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1163. (Sc. lucida Vill.; Sc. norica Vest.; Sc. stricta W. Kit.) Il.-Sept. **A. lucidus Rchb.**

Foliis mollissime cano-tomentosis, inferioribus obovato-spathulatis obtusis crenatis integrisve, superioribus lanceolatis acutis serratis, basi indivisis pinnatifidisve laciniis oblongis; involucelli (calycis interioris) costati corona erecta fructu triplo breviore; pappi sessilis setis corona vix duplo longioribus. — Radix lignosa multiceps; caules erecti adscendentes, inferne glabri, reliqua parte autem villo denso tecti; foliorum lacinulae lineares, terminalis maxima; pedunculi elongati denseque villosi; foliola involucri tomentosa pleraque pilo terminata; corollae caerules-

centes pubescentes; setae calycis nigræ; caryopsis cylindrica. ♃. Vis. fl. dalm. 536 in altioribus montis Biokovo prope jugum Troglav, nec non in editiori cacumine montium Prolog, quod Kamešnica dicitur. Rchb. fl. g. 1162 var. β. (Sc. holosericea Bert.; A. Columnae var. β. Rchb.) II.-Sept. **A. holosericeus Spr.**

9 Capitulis fructiferis ovatis; floribus ochroleucis aut luteolis, rarissime incarnatis 10

Capitulis fructiferis globosis; floribus caeruleis aut lilacinis. — Radix fusiformis; caulis 2—3-pedalis gracilis erectus teres ramosus, ad basin setis horizontalibus, superne reflexis hispidus; folia hispida; pedunculi elongati setisque deflexis tecti; foliola involucri exteriora breviora lineari-subulata setulisque tecta, interiora brevissima paleas receptaculi constituentia; calyx interior membranaceus plicatus; pappi sessiles; setae corona duplo longiores, rarius nullae. ♂. In pratis montanis ad Toplikam, St. Helenam, Zagrabiam et alibi in tota Croatia haud rarus. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Essek, Vukovar, Županje, Vinkovce, Čerević et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 534 in campis collibusque siccis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1161. (Sc. columbaria L.) II.-Sept. . . . . **A. columbarius Wallr.**

10 Foliis radicalibus obovatis oblongisve obtusis basi attenuatis crenatis integris lyratisve, caulinis lineari-bipinnatifidis canescentibus. — Radix lignosa; caulis teres suberectus, superne ramosus glaber aut inferne villosus; folia summa indivisa; foliola involucri linearia acuta et corolla 5-fida radiante ochroleuca breviora; caryopsis ovata 8-sulca, basi villosa et margine membranacea. ♃. In collibus montibusque apricis praesertim lapidosis; ad margines viarum et vinearum totius Croatiae et Slavoniae haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1168. (Sc. tenuifolia Roth.) II.-Sept. **A. ochroleucus Rchb.**

Foliis radicalibus spathulatis lyratisque pubescentibus, caulinis lyratis laciniis omnibus elongatis viridibus, inferiorum inciso-laciniatis; corollis luteolis aut ochroleucis, capitulis fructiferis globoso-ovatis. — Pedalis aut ultra; caules basi potissimum decumbentes, rarius stricti, superne ramosi; pedunculi elongati setulisque patulis exasperati; setae calycis interioris basi compressae enerviae coronamque exterioris calycis ter quaterve excedentes. ♃. In collibus apricis lapidosis circa Kalnik, Rieka, Sudovec et Daruvar; in ruderatis asperis litt. cr. ad Flumen,

Crkvenicam, Novi et Selce. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1164. (Sc. Scopolii Jacq. fil.) II.-Sept. . . . . . **A. Scopolii Rchb.**

Gen. 463. **Pterocephalus Vaill. Rešeta.**

Flores in capitulum aggregati; involucri (anthodii) herbacei folio subbiseriatis; receptaculum paleaceum; involucellum (calyx interior) octagonum apice 8-foveolatum limbo urceolato scarioso denticulato; calyx setis plumosis pluribus radiantibus terminatus; corolla 5-fida; stigma emarginatum; caryopsis limbo calycis setigero coronata. Vis. fl. dalm. II. pag. 15, g. 186; Rchb. fl. g. pag. 192, g. 249.

Foliis radicalibus ovato-lanceolatis dentatis, caulinis pinnatifidis lacinia terminali maxima; calyx exterior 5-dentatus dentibus limbum membranaceum patentissimum sustinentibus, interior aristis 10 pectinatis recurvis coronatus. — Caulis erectus ramosus hispidus; folia setis minutis scabra; anthodii foliola oblonga lineari-lanceolata pilisque longis tecta; corollae pubescentes limbo caerulescente; caryopsis angulata hispidula, supra medium foveolis in orbem dispositis notata apiceque aristis plumoso-papposis coronata. ⊙. In locis apricis rupestribus tractus montium Velebit veluti secus viam publicam inter Halan et Podprag. — Vis. fl. dalm. 539 var. β. cum sequenti, cujus varietas habetur in montibus Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1138. (Sc. papposa Host.; Sc. plumosa Fl. grac.; Sc. Willichii Lk.; Ceph. Willichii R. S.; Knautia plumosa L.) In.-II. . . . **Pt. plumosus Coult.**

Foliis radicalibus caulinisque inferioribus obovatis oblongisve integris serratis aut lyrato-pinnatifidis lobo impari ovato, superioribus pinnatifidis lobo impari lanceolato integrove; limbo involucelli (calycis exterioris) fructum dimidium aequante, limbo calycis (interioris) setis sublinearibus 10 planis patentibus glabris margineque pectinato-ciliatis. — Pedalis et ultra pauci-ramea villosa villis duriusculis, superioribus frequentioribus; corollae radiantes albidae, radii caerulei aut rosei; caryopsis a medio ad apicem foveolata, basi pube accumbente adspersa; setae calycis interioris corona acute dentata duplo longiores lineari-subulatae compressae, rufae ciliis fuscis pectinatis marginatae. ○. Vis. fl. dalm. 539 ad margines agrorum et in arvis argillosis siccis locisque apricis circa Slap, Sebenico, Trau, Spalato,

Salona, Clissa et Almissa, nec non in insula Lesina. Rchb fl. g. 1154. (Sc. multiseta Vis.; Pt. palaestinus Coult. Mj.-Il.

Pt. brachiatus Spr.

Observ. variet. β. foliis omnibus indivisis, vel supremis basi utrinque appendiculatis, est: Pt. palaestinus DC. occurritque in iisdem locis ac ipsa species.

Gen. 464. Scabiosa Vaill. Prieskoč ili Prženica.

Flores in capitulum aggregati, involucri (anthodii) foliola herbacea subbiserialia; receptaculum ebracteatum hirsutum; involucellum (calyx exterior) breviter stipitatum compressum apiceque 4-foveolatum, limbo denticulato; calyx (interior) cyathiformis substipitatus limbo multifido-setoso vel aristato; corolla 4-fida; stigma subbifidum; caryopsis limbo calycis coronata. Vis fl. dalm. II. p. 16, g. 187; Syn. pl. 376, (Knautia); Rchb. fl. g. p. 192, g. 250.

1 Calyce (intoriore) caryopside dimidio breviore suboctodentato . 2

Calyce (interiore) caryopside quadruplo breviore subsedecim dentato. — Caulis hispidus ramosus 1—2-pedalis; folia omnia setis brevibus scabra, inferiora oblonga basi attenuata petiolata, crenato-serrata integra aut lyrata, superiora lanceolata, sessilia subserrata; foliola involucri inaequalia acuminata ciliata, exteriora ovato-lanceolata; receptaculum pilosum; involucelli (clycis exterioris) margo bicuspidatus cuspidibus utrinque basi 2—3-dentatis, calycis (interioris) limbus villis plurimis coronatus. ○. In agris montanis lapidosis ad Rekam, Sudovec, Krapinam et Stubicam superiorem. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 541 ad margines agrorum, ad sepes et in umbrosis circa Spalato, Clissa, Cattaro, Lastva et Budua, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1140. (Trichera integrifolia R. et S. Knautia integrifolia Bert.) Mj.-Il. . . . . **Sc. integrifolia L.**

Observ. variet. β. foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis, lobis oblongis obtusis dentatis crenatisve, est: Sc. hybrida All. (Trich. hybrida R. S.; Knaut. hybrida Coult.) occurritque cum specie. Rchb. fl. g. 1140.

Variet. γ. foliis lyrato-pinnatifidis lobis omnibus lanceolatis acuminatis integris, est: Sc. bidens Sibth. et Sm. occrritque cum specie in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1141.

2 Foliis indivisis vel tantum basi incisis. 3

Foliis saltem caulinis pinnatifidis, laciniis distantibus lanceolatis, inferioribus in petiolum attenuatis. superioribus sessilibus; in-

volucelli (calycis exterioris) margine brevissime denticulato, calycis (interioris) limbo setis suboctonis hirsuto. — Pedalis et ultra; radix fusiformis; caulis ramosus pilisque deflexis hispidus; folia hispida ciliata ovato-lanceolata aut oblonga basi pinnatifida, summa integerrima; pedunculi superne pilis longis intermixtis brevioribus glandula terminatis exasperati; foliola involucri inaequalia acuminata ciliata; flores caerulei aut lilacini radiantes; calyx (interior) caryopside dimidio brevior. ♃. In campis, collibus, pratis arvisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 540 in arvis et pratis insularum Ossero et Vago, nec non circa Zara, Vrana, Zaton, Knin, Dugopolje, Clissa, Ragusa, Cattaro et Krivoscie. Rchb. fl. g. 1244. (Knautia arvensis Coult.) II.-Sept. . . . . . **Sc. arvensis L.**

Observ. variet. β. foliis pectinato-pinnatifidis laciniis oblongo-linearibus obtusis subintegris, caule subnudo, est: Sc. collina Req., (Rchb. fl. g. 1147.) Vis. fl. dalm. 540. β. in siccis circa Zara, Dernis, Zagorje, Vergoraz, Ragusa, Cattaro et Pastrovichio; in insula Brazza, nec non in montibus Velebit, Dinara et Biokovo.

3 Foliis elongato-lanceolatis integerrimis vel obsolete denticulatis acuminatis indivisis; caule pilis brevibus velutino vel basi glabro, apicem versus pilis brevibus glanduliferis subviscido longioribusque hispido. — Radix multiceps; caulis 1—2-pedalis, erectus pauciflorus; folia superiora pilosa, reliqua glabra, radicalia in petiolum attenuata, caulina sessilia basi dilatata; flores speciosi lilacini; foliola involucri lanceolata pilosa; calyx (interior) caryopside dimidio brevior subocto-dentatus. ♃. In locis graminosis tractus montium Ivanšćica, veluti circa Lobor ad Capellam St. Annae: ad Radoboj et Krapinam. Rchb. fl. g. 1142. Iu.-Ag. **Sc. longifolia WK.**

Foliis elliptico-lanceolatis crenatis integris vel basi incisis; caule glabriusculo, basi pilis bulbosis hispido, superne pubescente pilis brevissimis glandulosis intermixtis pilis longioribus hispidulo. — Radix ramosa; caulis 1—2-pedalis obsolete angulatus fistulosus; folia punctis eminentibus setigeris scabra, ad costam hispida, margine ciliata, radicalia et caulina inferiora in petiolum attenuata magna lata acuminata, superiora sessilia; summa angusta integerrima; pedunculi longissimi; foliola involucri acuminata pilosa; flores rubicundo-caerulei; calyx (interior) caryopside dimidio brevior 6—7-dentatus. ♃. In sylvis montanis

collibusque dumetosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1143. Il.-Ag. . . . . . . **Sc. sylvatica Dub.**

Observ. variet. β. foliis superioribus basi lata sessilibus, subamplexicaulibus, ad costam setis scabris, caeterum glabris ac laevibus; foliolis involucri submembranaceis acuminatis ciliatis corollisque speciosis purpurascentibus radiantibus, est: Sc. dipsacifolia Host., occurritque in sylvis frondosis planitierum colliumque circa Crisium, Toplikam, Zagrabiam et alibi.

Fam. LXXXII. **Compositae Adans. Sucvietke.**

Flores in capitulum (anthodium vel calathidium) bracteis involucratum dense congesti et receptaculo communi expanso, rarius globoso, aut omnes hermophroditi, et tunc capitula homogama, vel externi neutri aut feminei, interni vero hermaphroditi aut masculi, et tunc capitula heterogama constituentes. corollis omnium tubulosis et hoc in casu capitula discoidea, vel omnium ligulatis et tunc capitula ligulata, vel externis ligulatis et centralibus tubulosis et tunc capitula radiata, vel denique externis majoribus et capitula coronata conficientibus; calyx (proprius) monosepalus tubulosus ovarioque adnatus limbo scarioso (pappo) supero, integro aut varie fisso, aut obsoleto ovarii verticem coronante; corolla calycis tubo inserta, monopetala limbo regulari 5-fido, raro 4-fido, laciniis aestivatione valvatis, vel irregulari vel in ligulam productam fisso; stamina, (ubi adsunt), 5 tubo corollae inserta et cum ejus lobis alternantia; filamenta medio articulata antheris linearibus erectis introrsis in tubum stylum includentem coalitis, longitudinaliter dehiscentibus, apice in appendicem terminalem, basi vero plerumque in caudas binas desinentibus; ovarium uniloculare disco annullari coronatum, uniovulatum ovulo erecto; stylus 1; stigmata 2; fovea nectarifera styli basin cingens; fructus (achenium) indehiscens siccus; monospermus; albumen nullum; embryo rectus, radicula infera ad hilum versa. — Vis fl. dalm. II. p. 23; Koch syn. pl. p. 381; Rchb. fl. g. p. 211.

Herbae ut plurimum perennes, (raro suffrutices,) foliis alternis oppositisve, integris aut varie sectis, simplicibus; ramis saepius corymbosis, centralibus praecocioribus.

Sectio I. **Cynarocephalae Vaill. Čkaljevice.**

Capitula discoidea, rarius radiata et hoc in casu floribus radii femineis fertilibus, disci autem abortivis; stylus floris hermaphroditi superne nodoso incrassatus.

Trib. I. **Echinopsideae Less.** *Involucra (anthodia) uniflora supra receptaculum commune globosum articulata, congesta, capitulum unicum sphaerieum bracteisque involucratum simulantia, floribus omnibus hermaphroditis fertilibus tubulosis, involucello polyphyllo singillatim circumdatis; pappi setis liberis aut in coronam concretis.*

Gen. 465. **Echinops L. Bielotèrn ili Sikavica.**

Anthodium in calyces flosculorum solutum; receptaculum setoso-paleaceum; corolla e fauce inflata lineari 5-partita; achenia 6-angulata; pappus constans setis brevibus liberis vel plus minusve in coronullam connatis. —Vis. fl. dalm. II. p. 25, g. 191; Koch syn pl. p. 451; Rchb fl. g. p. 292, g. 381.

1 Foliolis anthodii dorso omnino glabris 2

Foliolis anthodii, saltem exterioribus, glanduloso-pilosis; radiis pappi basi tantum connatis. Bi-quadripedalis et ultra; radix biennis; caulis erectus sulcatus pubescens, superne in plures ramos floriferos divisus; folia rugosa, facie laete viridia pilisque minutissimis consita, dorso lanugine incana tecta et ad costam et venas hispida, laciniata, laciniis oblongo-obovatis sinuatis spinuloso-dentatis; involucris basi setosis setisque dimidium involucri superantibus; flores albi antheris plumbeis; pedunculi tomentosi et simul glanduloso-setosi. ♂. In dumetis, ad margines viarum et ad sepes circa Zagrabiam, Blato versus Stupnik; in Medjumurje circa Nedjelić, Čakovac et alibi, nec minus in campo Podravano ad Čukovec, Slokovec versus Bukovec. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Orahovica, Drenovac, Vučin, Zvečovo et Radovanci; im campis ad Vetovo; ad sepes circa Požeg; in dumetis circa Čerević et Semlin. Rchb. fl. g. 1970. (E. paniculatus B. Reg.; E. viscosus Hort.) Il.-Ag.

E. sphaerocephalus L.

2 Foliis bipinnatifidis supra glabris vel glanduloso-pubescentibus, aut archnoideo-sublanatis subtus cano- aut plane niveo-tomentosis 3

Foliis simpliciter pinnatifidis, supra setulis spinulosis laxe conspersis aut hirto-puberulis, subtus lanato- aut niveo-tomentosis 4

3 Foliis supra cauleque glanduloso-pubescentibus, subtus cano-tomentosis, laciniis late lanceolatis valide spinosis margineque revolutis; setis involucelli exterioribus squamarum interiorum longitudine dimidio brevioribus; floribus albidis. — Caulis ramosus sulcato-angulatus; foliis basi semiamplexicaulibus; foliola involucri reflexa oblonga pinnatifida spinosa; receptaculum obovatum in areolas hexagonas partitum; capitulum pentagonum basi penicillo setaceo cinctum; squamae capituli glaberrimae complicato-carinatae rectae, externae spathulatae, mediae bidentatae et intimae connatae; achenium apice villis plurimis stamineis den-

sis circumdatum; pappi cupuliformis setae lineares apice discretae pilosae. ♃. Vis. fl. dalm. 556 in Dalmatia sine loci specialis indicatione; hinc ulterius inquirendus; floret aestate. **E. Neimayeri Vis.**

Foliis supra glabris, rarius arachnoideo-sublanatis, subtus niveo-tomentosis, laciniis spinoso-dentatis; setis involucro subtriplo brevioribus; floribus cyaneis. — Caulis erectus ramosus villoque albo tectus; folia radicalia petiolata caulinaque inferiora bipinnatifida laciniis lanceolatis aut linearibus; superioribus pinnatifidis laciniis angustis dentatis, summis minimis dentatis; squamae involucri omnes lanceolatae dorso glabrae, margine piloso-ciliatae liberae; pappi cupuliformis setis linearibus a medio ad apicem discretis ciliatis. ♃. In collibus apricis litt. cr. circa Flumen, Tersat, Praputnik, Grišane, Senj i Sv. Juraj. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus circa Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 557 in agris sterilibus locisque saxosis circa Zara, Dernis, Almissa et Macarsca; in montibus Biokovo et Sniežnica, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1966. Il.-Ag. . . **E. Ritro L.**

Observ. variet. β. foliis tripinnatifidis laciniis linearibus, est: E. elegans Bertol. occurritque cum specie in montibus Biokovo et Sniežnica.

4 Radiis pappi fere ad apicem usque connatis, conformibus; foliis supra setulis spinulosis laxe conspersis, subtus lanato-tomentosis incanis profunde pinnatifidis. — Caulis strictus, saepe hominem altus, sed pauciflorus, plane submonocephalus; folia supra saturate viridia laciniis oblongis pinnatifido-sinuatis, spinuloso-dentatis; capitula sesqui- aut plane bipollicaria in diametro; involucra basi setosa setis involucro fere triplo-brevioribus; flores caerulescentes aut albentes. ♃. In dumetis et ad sepes in comitatu Syrmiensi. (Kan.) (E. strictus Fisch.; E. Ritro Lob.; E. commutatus Iuratzka.) Il.-A. . . . . **E. exaltatus Koch.**

Radiis pappi liberis elongatis aequalibus minutissime fimbriatis; foliis discoloribus, supra obscure viridibus hirtoque pubescentibus, subtus niveo-tomentosis pinnatifidis, inferioribus breviter petiolatis, superioribus sessilibus. — Radix fusiformi-ramosa; caulis erectus 2—3-pedalis tereti-angulatus inferne lanuginosus intertextis pilis brevissimis glanduliferis, superne niveo-tomentosus, in ramos aliquos monocephalos divisus; folia superiora amplexicaulia sensimque decrescentia et minus divisa, laciniae foliorum

inferiorum oblongae vel lanceolatae, divaricatae, acutae, grosse spinuloso-dentatae; involucrum capitulorum polyphyllum triplex, scariosum, foliola exteriora setiformia sordide alba dimidium totius involucri aequantia, intima elongata lineari-lanceolata carinata glabra et in acumen longum rectum pungens producta, versus apicem ciliata caerulescentia; flores caerulei; achenia hispida; pappus coronula brevis scariosa in lacinulas lineares obtusas divisa. (Kanitz pag. 107, n. 1464.). ♂. In locis arenosis in jugo montis inter Karlovic et India secus viam. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 1968 et 1969. (E. ruthenicus Roth.; E. humilis Rchb.; E. Rochelianus Gris.) Il.-Ag. . . **E. bannaticus Koch.**

Trib. II. **Calendulaceae DC.** *Capitula multiflora solitaria squamis anthodii subbiserialibus herbaceis; receptaculo nudo; flores radii ligulati feminei, fertiles, disci tubulosi 5-dentati steriles; achenia difformia.*

Gen. 466. **Calendula L. Žutelj, Neven, Zimorod.**

Anthodium hemisphaericum subaequaliter polyphyllum; flores radii stigmatibus binis gracilibus, disci hermaphroditis sterilibus, stigmate capitato; receptaculum planum nudum; achenia omnia marginalia incurva dorso echinata, exteriora rostrata. Vis. fl. dalm. II. pag. 26, g. 192; Koch syn. pl. pag. 452; Rchb. fl. p. g. 211, g. 274.

Acheniis exterioribus lanceolato-subulatis, interioribus cymbiformibus incurvis muricatis. — Diffusa; folia pubescentia margine subincana remote denticulata, inferiora subspathulata, superiora cordato-oblonga amplexicaulia; flores lutei. ○. In locis cultis, praesertim in vineis in litt. cr. circa Segniam, Novi et Selec. Syll. fl. cr. In iisdem locis in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 558 in arvis locisque herbidis totius Dalmatiae vulgaris. Rchb. fl. g. 1296. In.-Sept. . . . . . **C. arvensis L.**

Observ. var. β. acheniis fere omnibus dorso transverse rugosis, inferioribus submuricatis granulatisve, est: C. sublanata Rchb. occurritque in insula Lesina et circa Ragusa.

Acheniis cymbiformibus muricatis omnibusque incurvatis, intermediis sublanceolatis, exterioribus rotundatis sublaevibus. — Caulis erectus; folia inferiora ovata longe petiolata, superiora versus basin paullo angustiora; flores speciosi plerumque aurei interdum pallidiores vel albo variegati; achenia fere omnia cymbiformia intimis nonnullis linearibus intermixtis. ○. Ubique in

hortis culta et hinc inde in ruderatis et oleraceis quasi spontanea. Rchb. fl. g. 1297. In.-Sept. . . . **C. officinalis L.**

Trib. III. **Xeranthemeae Less.** *Squamae anthodii multiseriales scariosae inermes intimae longiores, receptaculum paleaceum; flores extimi (pseudoradii) foeminei intermediis (disci) hermaphroditi tubulosi aequaliter 5-dentatis; achenii pappus paleaceus.*

Gen. 467. Xeranthemum Tourn. Nepoven.

Anthodium imbricatum sqamis intimis coloratis radiantibus; receptaculum paleaceum peleis tripartitis scariosis; stigma bilabiatum connivens; achenia obovato-conica pappo disci paleaceo, radii obsoleto; flores persicini aut violacei, rarius albi. Vis. fl. dalm. II. p. 27, g. 193; Koch syn. pl. p. 476; Rchb. fl. g. p. 291, g. 379.

1 Anthodiis subcylindraceis aut plane cylindricis, squamis interioribus disco sesquilongioribus 2

Anthodiis hemisphericis, squamis interioribus disco duplo longioribus. — Radix ramosa; caulis erectus villosus ramosus; folia subsessilia sparsa lanceolata acuminata integerrima villosa; anthodii squamae externae albidae ovatae erectae mucronatae, interiores longiores, intimae longissimae nitentes, patentes acutae, plerumque rubro-purpureae, rarius albidae. ⨀. In locis apricis siccis circa Kalnik; in saxosis aridis Croatiae australis haud rarum praesertim in litt. cr.; secus ubique cultum. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Eminovac; in vineis ad Čerević, India, Nova-Puzna et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1957. II.-Ag. . . . . **X. annuum L.**

2 Anthodiis cylindricis, foliolis exterioribus ovatis muticis disco tomentosis, margine lato glabratis. — Radix ramosa; caulis strictus paucirameus aut simplex in sterilibus; folia sparsa linearia subsessilia integerrima et una cum caule villo albido tecta; flores lilacini squamis radiantibus erectis plus minusve conniventibus, rarius divergentibus aut patulis. ⨀. In collibus apricis herbidis lapidosis ad Psarijevo; Kalnik, Krapina, Zvečaj et alibi in Croatia montana haud rarum et in locis dictis copiosissimum. Syll. fl. cr. In Slavonia ad vias circa Budanica; in arvis inter Vučin et Slana; circa Popovac, Stražeman et Daruvar, nec non circa Vukovar, Gerget et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1955. (X. inapertum DC.; Chardinia cylindrica Desv.; Xeroloma foetidum H. Cass.) In.-Ag. . . . . **X. cylindraceum Sm.**

Anthodiis subcylindricis, foliolis glaberrimis mucronatis, exterioribus ovatis obtusis. — Radix fusiformis; caulis strictus villo albido ut folia tectus superne in ramulos uniflores divisus; folia lineari-lanceolata; anthodii squamae (foliola) exteriores breves mucrone destitutae; interiores lanceolatae erectae, intimae lanceolatae elongatae obtusae roseae; pappi paleae basi ovatae sensim caudato-acuminatae paleas receptaculi subaequantes. ◯. Vis. fl. dalm. 559 in locis sterilibus siccis circa Ragusa. Rchb. fl. g. 1956. (X. erectum Presl.) Mj.-In. . . . . . **X. inapertum W.**

Observ. var. β. foliis obovato-lanceolatis triplo latioribus ac in praecedenti, est: X. oleaefolium Vis. occurritque in locis siccis sterilibus circa Sebenico.

Gen. 468. Amphoricarpos Vis.

Capitatum heterogamum; anthodium imbricatum squamis membranaceis virescentibus margine scariosis, intimis angustioribus longioribusque; receptaculum squamis scariosis integris fissisque, saepissime trifidis; flores purpurei tubulosi obtuse 5-fidi, disci hermaphroditi 16—24, staminum filamentis liberis, antheris basi caudato-laceris; stylo subcylindrico, stigmatibus recurvo-patentibus pappiloso-puberulis; radii foeminei uniseriales, stylo vagina bulbiformi basi cincto, stigmatibus vel in clavam coalitis, vel solo apice discretis erectisque; achenia omnia papposa fertilia, disci conico-turbinata nervosa villoque scabra, radii complanata elliptica pilosa, facie interna convexo-carinata, carina intra pappum et ultra thorum desinente, marginibus alatis, alis superne in corona introflexa obtusa basi connatis, in radio brevioribus validioribus, ubique in facie interna achenii e thori margine crenato gibboso, in externa ex ipsius margine integro plano exorientibus. Vis. fl. dalm. II. p. 27, g. 194.

Rhizoma sublignosum repens fibrisque validis capillatum; folia lineari-lanceolata utrinque longe attenuata, supra glabriuscula aut arachnoidea, subtus albo-tomentosa costata, margine revoluta integra, radicalia plurima longe petiolata, caulina 1—3 in infima caulis parte; caulis floccosus, lanatus albicans, sulcato-angulatus adscendens, superne nudus aut bracteola lanceolata praeditus, elongatus monocephalus, raro dicephalus, sub capitulo incrassatus ibique albo-tomentosus; capitulum ovato-glabrum squamisque subcoriaceis, intimis obovato-subrotundis, mediis oblongis, intimis oblongo-linearibus; paleae receptaculi plani inaequales variae fissae, exteriores lanceolato-cuspidatae integrae; flores disci hermaphroditi corollis obconico-tubulosis, antheris basi caudis binis in tubulos solutis, polline globoso echinato, stylo tereti

vix basi incrassato et stigmatibus recurvis; radii foeminei corollis basi subgloboso-ampliatis, tubo filiformi, limbo campanulato, stylo basi vagina bulbiformi circumdata, staminibus vel clavatis apiceque discretis vel in clavum vix divisum vel indivisum coalitis; achenia disci vilosissima recta, vel laeviter incurva, intermedia quandoque ala unica et corniculo aucta; achenia radii utrinque marginata et corniculata, facie interna carinata et villosa, externa plana et parce villosa, pilis acheniorum omnium apice bifidis; pappus paleis scabris. ♃. Vis. fl. dalm. 560 in rupestribus sylvaticis elatioribus montis Orien in Krivoscie supra Risano. (Jurinea Neumayeriana Vis. icon fl. dalm.) Ag . . . . **A. Neumayeri Vis.**

Trib. IV. **Carlineae DC.** *Squamae anthodii multiseriales imbricatae, saepissime spinosae, intimae interdum scariosae coloratae radiantes, stigma bilabiatum connivens, flores omnes hermaphroditi 5-fidi conformes; achenii pappus setaceo-ramosus.*

Gen. 469. **Staehelina. L.**

Anthodium cylindraceum squamis imbricatis integris adpressis inermibus; receptaculum paleaceum paleis angustis liberis vel ima basi connexis; pappus ramis longissimis simplicibus, fasciculato uniserialis. Vis. fl. dalm. II. p 28, g. 195; Koch syn. pl. p. 465; Rchb. fl. g. p. 290, g. 378.

Foliis linearibus remote denticulatis supra canescentibus, subtus tomentosis; squamis anthodii lanceolatis; ovario glabro; pappi setis laevibus anthodium longe excedentibus. — Frutex valde ramosus tomento candido tectus; folia partim denticulata, partim integerrima; flores hermaphroditi, omnes tubulosi, purpurei; squamae anthodii purpurascentes lanugine decidua obductae exteriores breves ovatae, interiores elongatae lanceolatae acuminatae; achenium sulcatum pappo longissimo piloso coronatum. ♄. Vis. fl. dalm. 561 in siccis sterilibus insularum Cherso et Ossero. Rchb. fl. g. 1953. (St. dubia L.) In.-Il. **St. ramosissima Tourn.**

Gen. 470. **Carlina Tourn. Kavljak.**

Anthodium hemisphaericum imbricatum squamis exterioribus foliaceis dentato-spinosis patentibus, intimis scariosis coloratis radiantibus; stigma bilabiatum lobis conniventibus; receptaculum alveolatum foveolis fimbrillis basi connexis

circumdatis; achenia compressa; pappus ramis plumosis. Vis. fl. dalm. II. p. 29, g. 196; *Koch syn. pl. p. 463; Rchb. fl. g. p. 291*, *g. 380.*

1 Caulibus nullis aut brevissimis et monocephalis; squamis radiantibus albis; foliis omnibus aut plerisque pinnatifidis 2

Caulibus pleiocephalis; squamis anthodii radiantibus coloratis, rarius sordide albentibus; foliis lanceolatis dentatisque . . . 4

2 Foliis glabris aut subtus arachnoideo-sublanatis profunde pinnatifidis; palearum fibris longioribus 3

Foliis subtus-incano-lanatis, exterioribus pinnatifidis angulato-dentatis, intimis integris dentatis; palearum fibris longioribus filiformibus acutis sub apice paullo crassioribus. — Acaulis; folia maxima firma illa Onopordi referentia, supra sparsim floccoso-arachnoidea petiolata pinnatifida lobis spinulosis; capitulum maximum sessile; anthodii squamae exteriores foliaceae sinuato-dentatae, mediae pectinato-spinosae, intimae scariosae lineari-lanceolatae medio ciliatae; corollae uniformes tubo pallido, limbo 5-fido sulfureo. ♂. In graminosis Croatiae australis, prasertim provinciae Likanae et in Korbavia. In Slavonia in locis lapidosis comitatus Syrmiensis. (Kan.) Vis. fl. dalm. 565 in collibus sterilibus circa Miočić supra Dernis. Rchb. fl. g. 1958. (C. Utzka Haeg.) In.-Ag. . . . . **C. acanthifolia All.**

3 Acaulis, rarissime caulescens; squamis anthodii radiantibus a basi ultra medium linearibus, apice autem linearibus. — Caulis subnullus; folia glabra pinnatifida laciniis dentatis spinosis; capitulum magnum radiis albo-nitentibus; squamis anthodii exteriorlbus foliaceis pinnatifidis, mediis bipinnatifido-spinosis, intimis scariosis integris. ♂. In collibus siccis ericetis, pascuis montanis et ad margines agrorum viarumque in montanis, veluti in Moslavina ad Slatina, gornj. Jelenska et Šartovec; circa Severin, Lukovdol, Plemenitaš et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 566 in devexitatibus montium Velebit, Dinara et Biokovo. Rchb. fl. g. 1959. (C. Chamaeleon Vill.; C. caulescens Lam.; C. subacaulis DC.; C. alpina Jacq.) Illyr. Sikavac, Oslobod, Kravjak, Postriljenica. Il.-Sep. . . . . **C. acaulis L.**

Caule erecto monocephalo; anthodii squamis radiantibus infra medium attenuatis, apice lanceolatis. — Radix longissima ramosa; caules erecti indivisi angulati lana arachnoidea tecti; folia pinnatifida squarrosa arachnoideo-lanuginosa laciniis dentatis den-

tibusque in spinam attenuatis; squamis anthodii dorso carinatis exterioribus margine spinosis; achenia oblonga angulata pilisque sericeis tecta. ♂. In collibus apricis Croatiae australis praesertim provinciae Likanae et Korbaviae, in Jadrina Poljana, Vrebačka staza et alibi in subalpinis montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 566 v. β. in devexitatibus montis Biokovo. (C. aggregata W.) II.-Ag. . . . . **C. simplex WK.**

4 Squamis anthodii radiantibus glabris 5

Squamis anthodii radiantibus ad medium usque ciliatis; bracteis capitulo brevioribus. — Radix fusiformis; caulis erectus sulcatus lanatus ramosus; folia alterna oblonga margine spinosa spinis divaricatis flavescentibus, flores terminales; squamae anthodii exteriores pinnatifidae laciniis spina terminatis, interioribus integris linearibus patentibus inermibus scariosis luteo-albidis; corollis albidis; achenia sericea; pappus plumosus deciduus. ♂. In montibus collibusque herbidis sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 562 in sterilibus apricis ad Paklenica in pede montis Velebit in agris circa Gelsa, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1960. II.-Sept. **C. vulgaris L.**

Observ. var. β. foliis lineari-oblongis laneeolatisque 4—5-pollicaribus planis interrupte tenueque spinoso-ciliatis subtus bracteisque utrinque albo-lanatis, est: C. longifolia Rchb. occuritque in collibus sylvaticis ad Čerević, ad margines agrorum circa Drenovac, Krivaj et Balina in Slavonia. (Kan.) Rchb. fl. g. 1961. —

5 Squamis anthodii radiantibus purpureis; caule subtricephalo; foliis tomentoso-lanatis. — Pedalis et ultra; caulis mono-tricephalus floccoso-arachnoideus; folia amplexicaulia lanceolata sinuato-dentata dentibus abbreviatis spinosis, utrinque arachnoideis et subtus floccosis; squamis anthodii radicantibus lanceolatis glabris; floribus purpureis roseisve. ☉. In locis siccis arenosis litt. cr. veluti circa Flumen, Bukari, Kraljevica, Crkvenica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 564 in apricis saxosis circa Losin piccolo in insula Ossero; circa Zara et Budua, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1964. II.-Ag. . . . . . **C. lanata L.**

Squamis anthodii radiantibus flavis; caule subcorymboso; foliis glabris pinnatifidis laciniis dentatis. — Caulis corymbosus glabriusculus; folia amplexicaulia lanceolata pinnatifido-dentata dentibus lanceolatis valde spinosis bracteisque glabris aut sparsim

floccosis; anthodii squamae radiantes lanceolatae, medio glabriusculae aut laxe ciliatae; flores flavi. ○. In saxosis asperis litt. cr. circa Bukari, Flumen, Tersat, Praputnik, Piket et Grišane. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 563 in saxosis apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1962. (C. vulgaris Vis.) II.A-g.

C. corymbosa L.

Trib. V. **Centaureaceae DC.** *Anthodia squamis imbricatis apice saepe appendiculatis, floribus 5-fidis disci hermaphroditis, radii saepe majoribus neutris; pappus achenii paleaceus aut setaceus; areola lateralis.*

Gen. 471. Cnicus Vail. Čkalj ili Šikalina.

Anthodium squamis apice spinosis, exterioribus bracteantibus maximis; flores omnes subaequales; receptaculum setoso-paleaceum; achenia longitudinaliter sulcata pappo triplici, exteriore corneo coroniformi dentato, reliquis setaceis, setis medii longissimis cum intimis alternantibus. Vis. fl. dalm. II. p. 30, g. 197; Rchb. fl. g. p. 218, g. 278.

Foliis oblongis sinuato-dentatis pinnatifidisve spinulosis subdecurrentibus; floribus citrinis. — Herba ramosa, villosa caule erecto; florum capitula foliaceo-bracteata inter bracteas et squamas arachnoideo-lanata; squamae extimae inermi-cuspidatae, reliquae appendice lanceolato-subulata dura, spinoso-pinnata terminata; achenia magna teretia profunde sulcata nitida; areola lateralis dimidium fructum æquans. ⊙. In Croatia et Slavonia nonnisi in hortis cultus. Vis. fl. dalm. 567 in arvis argillosis circa Sebenico. Rchb. fl. g. 1354. (Cent. benedicta L.) Iu.-II.

Cn. benedictus L.

Gen. 472. Centaurea L. Zečina ili Barličak.

Anthodium imbricatum ventricosum squamis apice appendiculatis; flores radii caeteris saepius ampliores; receptaculum setosum; achenia laevia pappo pluriseriali setaceo, serie intima breviore, interdum plane paleacea. — Vis. fl. dalm. II. p. 31, g. 198; Koch syn. pl. p. 468; Rchb. fl. g. 212, g. 277.

1 Squamis anthodii coriaceis apice spina simplici vel palmata aut plane pinnata terminatis 2
Squamis anthodii inermibus appendice scariosa subrotunda non decurrente terminatis, vel secus marginem membranaceis et saepissime ciliato-serratis aut plane pinnato-fimbriatis, fimbria terminali saepius latiore et validiore interdumque in cuspidem aut spinulam, sed innocuam, desinentes 11

2 Spinis squamarum anthodii vallidis, palmatis pinnatisve . . . 3
Spinis squamarum anthodii simplicibus, pungentibus, interdum autem fere innocuis 5
3 Caule erecto-ramoso; floribus citrinis flavisve 3
Caule diffuso ramosissimo; floribus roseis albidisve; foliis omnibus pinnati-partitis lobis linearibus mucronato-serratis, superioribus sessilibus. — Radix fusiformis; caulis sulcatus pubescens in ramos patentes divisus; folia pilosa pinnatifida pinnis spina terminatis, radicalia petiolata; flores laterales solitarii subsessiles capitulis bracteatis oblongis; squamarum spina intermedia valida, supra canaliculata, squamae intimae apice subrotundae scariosae; achenia omnia calva. ♂. In locis sterilibus, ad vias ad sepes in campo Podravano, veluti circa Koprivnica, Gjelekovec et Imbriovec; in campo Posavano praesertim ad ripas fluvii Savi circa Preloščica, Topolovec, Kratečko el alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia ad vias et lacus circa Feričance, Novo-Topolje, Djakovar et Osiek; in salicetis inter Tenje et Čepin; circa Čerević, Karlovic, Semlin et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 590 in locis sterilibus et ad vias totius Dalmatiae et etiam in insulis. Rchb. fl. g. 1352. (Rhaponticum Calcitrapa Scop.; Calcitrapa Hippophestum Gaert.) Ill. Siavica, Sikovica, Zečji bèrk. Il.-Ag. **C. Calcitrapa L.**
4 Foliis infimis lyrato-pinnatifidis lobo terminali triangulari, caulinis reliquis lineari-lanceolatis longe decurrentibus integerrimis; spinis divaricatis basi palmatis citrinis et anthodio longioribus. — Scabra ramosa; caulis alatus; folia tomentosa; squamae anthodii lanati palmato-spinosae, spina intermedia valida capitulum superante; capitula bracteata solitaria terminalia; achenia radii calva; pappus disci setaceus fructum aequans, setae intimae conniventes duplo breviores. ♂. In agris et ad vias litt. cr. veluti circa Zagorje, Sv. Helena et Cirkvenica; in agris circa Sv. Ivan et Psarijevo. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Osiek et Tenje; frequentissime in comitatu Syrmiensi inter segetes et in graminosis sterilibus. (Kan.) Vis. fl. dalm. 588 ad vias et in agris saxosis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 1350. Il.-Ag. . . . . **C. solstitialis L.**
Observ. variet. β. spinis patentibus squama sua brevioribus foliisue infimis regulariter lyratis, est: C. Adami W. occurritque

teste Dr. Maly enum. pl. aust. p. 138, n. 46 in locis siccis Dalmatiae, sed a cl. Visianio non citatur.

Foliis inferioribus obtuse pinnati-lobis lobo terminali oblongo, caulinis reliquis late linearibus longe decurrentibbus ad basin dentatis; spinis anthodii erectis palmatis. — Scabra, ramosa ramis patentibus; florum capitula ovata congesta bracteata, rarius solitaria; squamarum spina intermedia acicularis tenuis, squamæ intimae acuminato-spinescentes; achenia omnia papposa setis exterioribus fructum dimidium superantibus, intimis duplo brevioribus conniventibus. ◯. Vis. fl. dalm. 589 in sterilibus insulae Lesina. (C. apula Lam., C. sicula Host.) Il.-Ag. **C. melitensis L.**

5 Floribus roseis, carneis, albidisve aut purpurascentibus . . . 6

Floribus citrinis, flavis aut aurantiacis 9

6 Squamae anthodii secus marginem membranaceae ciliato-serratae 7

Squamae anthodii coriaceae appendice brevissima marginatae spinulaque terminatae, nec unquam margine fimbriatae. — Radix fusiformis; caules erecti altissimi teretes glabri parceque ramosi, basi hirsuti; folia scabra, radicalia caulinaque inferiora lyrato-pinnatifida, reliqua linearia denticulata mucronata; anthodia subrotunda ebracteata longe pedunculata, squamis adpressis integerrimis apice spinula terminatis; pappus difformis, exterior setaceus, interior in paleam unicam unilateralem concretus; achenia nitida; flores albidi vel dilute violacei. ♂. Vis. fl. dalm. 587 ad sepes et agrorum margines circa Sebenico. (Mantisalca elegans Cass.; Microlonchus salmanticus DC.) Il.-Ag. **C. salmantica L.**

7 Pappo fructum subaequante aut illo breviore; foliis radicalibus pinnatis aut bipinatifidis 8

Pappo plane nullo; foliis radicalibus bi-tripinnatisve, caulinis simpliciter pinnatis pinnis foliisque summis linearibus mucronatis; squamis anthodii late ovatis. — Caulis erectus divaricato-ramosissimus; folia scabra viridia aut floccoso-canescentia; florum capitula ovoidea bracteata squamis obtusis 5-striatis utrinque ala scariosa fissa decurrente ornatis, superne albo-ciliatis et appendice ovato-lanceolata acuminata fissa ciliato-spinulosa terminatis, intimis linearibus apiceque scariosis, fissis; flosculi carnei radiantes. ♂. In locis apricis lapidosis litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari, Sv. Jakob et Crkvenica. Vis. fl. dalm. 582 in apricis saxosis circa Zara, Sebenico, Salona et Pastrovichio, nec non in insulis Ossero et Pago. Rchb. fl. g. 1343. (C. spinoso-

ciliata Bernh.; C. paniculata Vis.; C. acuti-loba DC.; Rhaponticum Scop.) Il.-Ag. . . . . **C. cristata Bartl.**

8 Flosculis radiantibus purpureis; pappi fructum aequantis serie intima connivente triplo breviore. — Glabra, caules ramosissimi caespitosi; folia inferiora breviter petiolata subbipinnati-partita, superiora pinnati-partita sessilia lobis lanceolatis superne latioribus mucronatis; capitula ovata bracteata squamis ovato-triangularibus striatis utrinque ala scariosa fissa vix decurrente auctis, appendice lanceolata ochracea alte ciliata et spinulosa terminatis, intermediis oblongis margine scariosis serratis apiceque spinulosis. ♂. Vis. fl. dalm. 581 in apricis saxosis insulae Veglia, in scopulo Plavnik et ad Foiba di Smergo in insula Cherso. Rchb. fl. g. 1341. (C. carstiana Host.) Il.-Ag. **C. Karstiana Scop.**

Flosculis subaequalibus dilute violaceis; pappi setis exterioribus fructu duplo, intimis conniventibus triplo brevioribus. — Scabra aut floccosa; radix conica inferne ramosa; caulis acute multiangulatus ad angulos serrulato-scaber, superne ramosissimus ramis divaricatis aut patentibus; folia bipinnato- aut pinnato-partita, ramulorum simplicia, summa capitulo approximata solitaria aut bina ternave lobis omnium plus minusve linearibus obtusiusculis setulaque pellucida mucronatis; capitula in ramulorum apice solitaria, ante anthesim ovalia, sub anthesi ovato-oblonga, fructifera ovata ciliisque squamarum obtecta; squamae ovatae, dorso virides, margine utroque ala scariosa fissa vix decurrente auctae, versus apicem ciliis longis albis flexuosis scabris cum illis squamarum proximarum fere intertextis ornatae, apice appendice lanceolata fusca, ciliis 5—7 rigidioribus concoloribus ipsa duplo longioribus, supremaque spinulosa et longiore terminatae, intimæ lineares apice scariosae fissaeque. ♂. Vis. fl. dalm. 580 in saxosis collium montiumque circa Lesina. In.-Il. **C. divergens Vis.**

9 Caule foliisque lanuginosis aut lanuginoso-pubescentibus incanis; lobis foliorum linearibus aut lineari-lanceolatis subfalcatis . . 10

Caule foliisque viridibus scabris aut floccosis; lobis foliorum oblongis aut oblongo-ovatis. — Radix perennis perpendicularis fibrillosa; caulis angulatus erectus; folia coriacea pinnato-partita lobis oblongis mucronatis indivisis lobatisve, inferiora petiolata, suprema indivisa; capitula ebracteata ovato-conica squamis inferioribus late ovatis rotundatis albido marginatis, appendice lutea triangulari acuta aut spinosa terminatis, intimis oblongis,

appendice scariosa ciliata inermi; flosculi aequales aurantiaci; pappi fructum aequantis setae exteriores inaequales patulae, intimae erecto-conniventes paleaceæ triplo-breviores. ♃. In saxosis inter Halan et Podprag. Vis. fl. dalm. 577 in agris prope Salona ad Capellam di S. Cajo, nec non inter Salona et Spalato et ad pedem montium Velebit et Dinara. (C. collina Rchb. non Lin. fl. g. 1337.) In.-Il. . . . . **C. salonitana Vis.**

Observ. variet. β. foliorum lobis oblongo-obovatis integris basi decurrentibus, apice obtusis; pappo fusco, floribus citrinis, est: C. obovata Vis. (C. labisquama-salonitana DC.) occurritque cum specie, nec non in arvis sterilibus lapidosis circa Ragusa.

Variet. γ. foliorum lobis lanceolatis petiolatis acutis; pappo albo; flosculis aurantiacis, est: C. lanceolata Vis. (C. latisquama-taurica DC.) occurritque cum priori circa Ragusa.

10 Appendicibus squamarum anthodii subrotundo-ovatis atratis triangularibus acutis planis fimbriatis foliola enervia non occultantibus, fimbriis flexuosis terminati, brevi in spinam producta. — Lanuginoso-pubescens; folia sublanata margine scabra aut glabra, radicalia bipinnata, caulina superiora pinnatifida laciniis linearibus in mucronem setaceum cartilagineum terminantia; capitula ovata; flosculi aequales citrini; setae pappi fusci fructum dimidium aequantes omnes erecto-patulae. ♃. In pratis siccis locisque graminosis asperis montis Vratnik Croatiae australis, nec non circa Flumen, Tersat, Bukari et Sv. Kosmo. Syll fl. cr. Vis. fl. dalm. 579 in locis saxosis apricis circa Konjsko. Rchb. fl. g. 1338. (C. collino-Scabiosa Schied.) Il.-Ag. . **C. sordida W.**

Observ. Similis et affinis sequenti a qua tamen differt foliorum lobis non seta pellucida sed mucrone crassiusculo opaco brevissimo terminatis et praecipuae setis pappi omnibus inordinatis erecto-patulis et fructus dimidio aequalibus.

Appendicibus squamarum anthodii oblongo-ovatis brevibus fuscescentibus planis fimbriatis, fimbriis flexuosis terminali breviter longeve spinosa, pinna rigida pungente. — Gracilis, pauciflora, rami longissimi scabri; folia glabra margine scabra vel subtus flocoso-lanata, laciniis tenuissimis acutis mucronatis composita; capitula ovata conica; flosculi aequales flavi, pappi nigrescentis fructu triplo brevioris setae intimae erecto-conniventes, conformes et subaequales. ♃. In collibus herbidis Croatiae australis veluti ad Ljubovo, Vrebačka-staza et alibi in provincia Likana

et in Korbavia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 578 in apricis saxosis collinis Dalmatiae montanae, nec non in montibus supra Clissa, Sign, Macarsca et Imoschi. Rchb. fl. g. 1339 et 1340. (C. collina Scop.; C. adonidifolia Rchb.) Mj.-Il. . **C. rupestris L.**

11 Squamis anthodii secus marginem membranaceis ciliato-serratis aut pinnato-fimbriatis, fimbria terminali latiore et validiore . 12

Squamis anthodii appendice scariosa subrotunda non decurrente, integerrima vel lacera aut squamarum inferiorum pectinato-fimbriata, sed fimbria ultima, nec crassiore, nec unquam in spinulam desinente; floribus omnium carneis vel purpureis . . . 28

12 Foliis saltem inferioribus pinnato-partitis aut plane pinnatis bipinnatisve 13

Foliis indivisis, trifidis aut undulato-lobatis runcinatisve, sed nec unquam pinnatifidis aut plane pinnatis; squamis anthodii atrato- aut fusco-marginatis, serrato-fimbriatis 24

13 Floribus flavis, citrinis aut aurantiacis 14

Floribus carneis, violaceis aut purpureis 15

14 Caule foliisque albo-tomentosis; capitulis ebracteatis subrotundis, squamis anthodii adpressis rotundatis, infimis late ovatis, caeteris oblongis fusco-ciliatis, hyalino-marginatis, inermi-aristatis. — Caulis erectus; folia radicalia petiolata pinnatipartita laciniis oblongis obtusis integris lobatisve, caulina pauca sessilia pinnatiloba integraque; appendix squamarum anthodii scariosa fimbriato-ciliata fusca, ciliaque suprema impari crassiore et longiore, sed nequaquam pungente; receptaculum setis deciduis obsitum, in ambitu profunde favosum alveolis alte marginatis; achenia pallida vel cinerea nitida oblonga puberula; setae pappi achenium subaequantis exteriores subaequales patulae, interiores erectae triplo breviores. ♃. Vis. fl. dalm. 575 ad rupes mare spectantes circa Spalato et in insula Lesina, nec non circa Ragusa. Rchb. fl. g. 1336. Mj.-Il. . . . . **C. ragusina L.**

Caule foliisque viridibus scabris aut lanuginoso - pubescentibus, sed nec unquam albo-tomentosis; capitulis ovato-conicis ovalibusve, squamis anthodii acutis cuspide pungente aut spinula terminatis. Vide 9.

15 Florum capitulis subrotundis ebracteatis; squamis anthodii adpressis lanceolatis nigro marginatis ciliatisque; laciniis foliorum lanceolatis integerrimis dentatisve puncto calloso terminatis . 16

Florum capitulis ovatis aut ovoideis ovalibusve; laciniis foliorum apice exacte ecalosis 17

16 Anthodii squamis ciliatis glabris; foliis glabrescentibus margine scabri-pinnatifidis, laciniis oblongo lanceolatis acutis. — Radix ramosa; caules erecti teretes striati in ramos angulatos divisi; folia crassa coriacea aculeato-ciliata secus glabra, radicalia petiolata pecursive pinnata pinnis acutis lanceolatis vel oblongo-ovatis integerrimis vel denticulatis, caulina semiamplexicaulia pinnatifida laciniis lanceolatis; anthodium globosum; squamae exteriores ovatae glabrae margine nigrescentes ciliatae, interiores lineares appendice nigricante terminatae; flosculi purpurei. ♃. In collibus apricis circa Samobor. Syll. fl. cr. In Slavonia in comitatu Syrmiensi haud rara. (Kan.) Rchb. fl. g. 1333. Il.-Ag. **C. coriacea WK.**

Anthodii squamis pubescentibus fimbriatis; foliis pinnatifidis, laciniis lanceolatis scabriusculis denticulatis. — Radix lignescens; caulis erectus ramosus sulcatus; folia saturate viridia pubescentia scabra pinnatifida margine scaberrima, laciniis acutis inaequalibus ovatis vel lanceolatis; flores margine speciosi violacei aut purpurei; squamae anthodii infra medium virides pubescentes, supra nigrae; setae pappi exteriores fructu paullo breviores, intimae erectae triplo breviores. ♃. In collibus herbidis siccis incultis et ad agrorum margines totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 574 in agris, vineis, ad agrorum margines Dalmatiae montanae, veluti circa Verlika, Dizmo et Brazza; in collibus circa Ragusa et Cattaro, nec non in insulis Lesina et Brazza. Rchb. fl. g. 1332. Il.-Ag. . . **C. scabiosa L.**

Observ. variet. β. foliis coriaceis subtus laevibus, radicalibus lanceolatis integris, caulinis pectinato-pinnatifidis; anthodiis glabris, est: C. badensis Tratt. occurritque in collibus apricis circa Podsused, Samobor et sv. Anna pod Turnom. Rchb. fl. g. 1334.

Variet. γ. foliis bipinnatifidis pinnatifidisque glabris nitidis laciniis lineari-lanceolatis; anthodii subrotundo-ovati squamis adpressis cuspidatis brevissime nigro-ciliatis, est: C. spinulosa Koch. occurritque in collibus herbidis circa Samobor, nec non in provincia Likana et in Korbavia.

17 Caule foliisque glabris laevibus et laete viridibus 18

Caule foliisque cano-tomentosis aut lanuginosis vel saltem scabris vel floccosis 19

18 Foliis coriaceis subcarnosis inferioribus petiolatis bipinnato-partitis lobatisque, summis bracteantibus integris, lobis omnium latelinearibus lanceolatisque acutiusculis. - - Glaberrima rigida, caule apice divaricato-ramoso; capitula florum ovato-subrotunda; squamae anthodii late ovato-ellipticæ vel simpliciter ellipticae obtusæ 5-striatae, appendice rotundata lutea inermi ciliata, basi utrinque in membranam linearem integram anguste decurrente, intimae oblongae apice scariosae obtusae subdentatae; flosculi radiantes violacei. ♃. Vis. fl. dalm. 586 in saxosis parvae insulae Pomo. In.-Il. . . . . **C. crithmifolia Vis.**

Foliis omnibus sessilibus, inferioribus bipinnato-partitis, superioribus pinnato-partitis, lobis foliisque supremis indivisis linearibus mucronatis integris, summis bracteantibus. — Glabra laevis glanduloso- et insculpto-punctata; caulis erectus angulatus ramosissimus divaricatus paniculatus; folia fere usque ad basin pinnati secta; capitula in ramulorum apice solitaria livescentia ovoidea bracteata; squamae anthodii ovatae lanceolatæque 3-striatae, utrinque ala scariosa fissa decurrente auctae, superne breviter ciliatae apendice lutea ovato-acuta ciliata inermi terminata, intimae lineares subintegrae; flosculi radiantes rosei; pappus brevissimus aut obsoletus. ⊙ vel ♂. Vis. fl. dalm. 584 in agris lapidosis sterilibus ad Lossin piccolo in insula Ossero, prope Dinare et circa Ragusa. (C. virgata Portenschl.; C. glaberrima Tausch.) Il.-Ag. . . . . **C. punctata Vis.**

19 Caule foliisque cano-tomentosis vel cano-lanuginosis bipinnato-partitis, inferioribus petiolatis 20

Caule foliisque scabris aut floccosis, nec unquam incano-tomentosis aut lanuginosis 21

20 Florum capitulis ovatis bracteatisque; squamis anthodii adpressis fusco-marginatis longe ciliatis, seta terminali indurata. — Caulis erectus 1—2-pedalis et ultra superne ramosus; lobi foliorum superne ramosi; lobi foliorum oblongo-lineares acutiusculi; setæ pappi exteriores inaequales, patulae fructum subaequantes, intimæ conniventes triplo breviores; flores purpurei. ♃. Vis. fl. dalm. 576 in apricis saxosis Dalmatiae. (C. candidissima Lam.) Il.-Ag. **C. Cineraria L.**

Capitulis ovato-subrotundis foliisque 2—5-integris obtusis bracteatis; squamis anthodii ellipticis oblongisve obtusis 5-striatis, appendice rotundata lutea inermi breviterque ciliata basi utrinque

in membranam linearem integram anguste decurrente, intimis oblongo-linearibus apice scariosis obtusis subdentatis. — Tota cano-tomentosa et lanuginosa; caulis angulatus apice ramosissimus divaricatus corymbosus; lobis foliorum linearibus oblongisve obtusis integris, foliis summis indivisis; capitula in ramulorum apice solitaria foliis floralibus 2—5 bracteata; flosculi radiantes dilute violacei; achenia oblonga aut semi-obovata, basi attenuata et subincurva; setae pappi fructum dimidium subaequantes, intimae conniventes duplo breviores. ♃. Vis. fl. dalm. 585 in apricis saxosis insularum Pelagosa et Pomo. In.-Il.

C. Friderici Vis.

21 Foliis radicalibus- (plerumque) bipinnatis caulinis simpliciter pinnatis, laciniis linearibus, ramis- (saepe) indivisis linearibus; caule erecto superne ramosissimo, corymboso aut paniculato . . . 22

Foliis omnibus parce lobato-pinnatifidis, lobis oblongis obtusiusculis terminali majore, folio supremo indiviso capitulum bracteante; caule simplici. — Caulis angulatus scabriusculus, interdumque floccosus et in unum alterumve ramulum divisus aut plane simplex; folia interiora petiolata, superiora sessilia; florum capitula ovata; squamae anthodii ovatae obtusae 5-striatae, utrinque ala scariosa fissa decurrente auctae, superne nigro late-marginatae ciliataeque, apice inermes, intimae oblongo-lineares apice scariosae fissae; flosculi radiantes dilute violacei; setae inaequales, exteriores fructu dimidio, intimae triplo breviores. ♃. Vis. fl. dalm. 583 in pratis circa Narenta. Il.-Ag. **C. incompta Vis.**

22 Appendicibus squamarum anthodii absque macula triangulari nigra 23

Appendicibus squamarum anthodii macula nigra triangulari signatis; caule paniculato-corymboso. — Caulis erectus scaber; appendices squamarum anthodii subrotundo-ovati macula atra utrinque parum decurrente notatae foliolaque elevato-5-nervia non ocultantes, fimbriatae fimbriis subcartilagineis flexuosis, terminali saepe spinulam formante; pappi fructum dimidium subaequantes; flores dilute violacei. — Sequenti persimilis et nonnisi appendicibus squamarum anthodii macula triangulari atrata distincta et potius illius varietas dicenda. ♂. In locis apricis incultis, pratisque montanis circa Samobor, in monte Klek, in Vrebačka-staza et alibi in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1344. (C. corymbosa Pour.; C. paniculata Jacq.) Il.-Ag.

C. maculsoa Lam.

23 Caule erecto ramosissimo superne paniculato, capitulis parvis ovoideis ovatisve; squamis anthodii ovatis adpressis appendicibus ovato-oblongis testaceis squamas elevato-5-nervias non occultantibus, fimbriis subcartilagineis flexuosis terminali crassiori spinulam rigidam subpungentem formante. -- Pedalis - bipedalis et ultra, virgata scabra floccoso-cinerascens vel subincurva; folia radicalia plerumque bipinnata, caulina simpliciter pinnata laciniis linearibus, ramea plerumque simplicia; flosculi persicini aut rosei, subaequales; pappus brevissimus tertiam circiter partem achenii aequans. ♂. In locis incultis et in ruderatis circa Kalnik, Sudovec et Krapinam; in glareosis ad fluvium Dravum et Savum. In Slavonia in agris cultis et incultis, circa Tenje, Koška, Gradac Drenovac, Vučin et Klika; ad vias et in vineis desertis et neglectis ad Čerević et Karlovic. (Kan.) Frequentissima ad margines viarum comitatus Požegani, praesertim circa Pakrac, Kamensko, Skovci et Požegam. Rchb. fl. g. 1327. Il.-Ag.

C. paniculata Lam.

Caule basi plus minusve ramoso, interdum cæspitoso, vel ramosissimo quidem sed tamen nec unquam paniculato; pappo fructum subaequante aut paullo breviore, rarius plane nullo; pinnis laciniisque foliorum et foliis summis vix unquam linearibus, sed plerumque lanceolatis apiceque saepius obtusatis. Vide C.

24 Radice fusiformi ramosa fibrisque tenuibus aucta, nec unquam tubulosa 25

Radix fasciculata tuberibus 4—5 fusiformi-carnosis apice filo simplici aut fibrilloso terminatis aucta. — Floccoso-tomentosa; caulis simplicissimus monocephalus; sub flore incrassatus angulosus; folia linearia uninervia, inferiora remote runcinata vel incisa, vel omnia integerrima, superiora semidecurrentia runcinata, aut denticulata margine subrevoluta acuta, suprema linearia integerrima, revoluta mucronata, omnia supra viridia, rarius canescentia, subtus flocculosa; anthodium ovatum glabrum imbricatum squamis lanceolatis nigro-marginatis, serrato-ciliatis, fimbriis pectinatis angustis marginis latitudinem superantibus, extrorsumque flexis squarrosis; flosculi radii ampli caerulei aut violacei, disco obscuriores et minores; setae pappi fructum dimidium aequantis exteriores inaequales, intimae conniventes illisque breviores omnes fuscae et rigidae. ♃. Vis. fl. dalm. 571 in montosis syl-

vaticis Miočić et Mavice inter Dernis et Verlika, nec non circa Pavkovo-selo, Balke et Umljanović prope Dernis. Il.-Ag.

C. tuberosa Vis.

25 Foliis plus minusve decurrentibus lanceolatis integris vel runcinatis aut sinuato-dentatis, plus minusve lanuginosis aut incano-tomentosis; flosculis disci violaceis, radii caeruleis; setis pappi fructu triplo brevioribus inordinatis quidem, sed aequilongis . 26

Foliis non decurrentibus linearibus, trinerviis integerrimis, superioribus sessilibus, radicalibus obverse lanceolatis integris, rarius 3-partitis; vel foliis coriaceis lanceolatis basi longe attenuatis et apice cuspidatis, utrinque glanduloso-punctatis integerrimis vel subdentatis 27

26 Fimbriis squamarum anthodii latitudinem marginis atrati subaequantibus; foliis oblongo-lanceolatis indivisis sinuatisve, integerrimis aut denticulatis. — Radix ramosa; caulis angulatus villosus simplex uniflorus; folia decurrentia acuta, hirsuta, caulina sessilia; anthodii squamae ovatae glabriusculae ciliato-incisae, fimbriatae virides sed margine et appendice nigricantes; flosculi radii cyanei aut violascentes, disci autem purpurascentes; achenia pappo brevissimo coronatae. ♃. In sylvis montanis et subalpinis totius Croatiae. Syll. fl. cr — Vis. fl. dalm. 572 in pascuis montanis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1323. (Cyanus montanus C. Bauch.) . . . . **C. montana L.**

Observ. var. β. foliis omnibus indivisis et integerrimis incano-tomentosis mollibus, est: C. mollis WK. occurritque in graminosis et rupestribus montium altiorum veluti ad rupes Kalnikenses, in rupestribus montium Ivanšćica, in illis ad Krapinam, in montibus Klek et Merzin.

Fimbriis squamarum anthodii subcartilagineis margine nigrescente subduplo-longioribus; foliis elongato-lanceolatis decurrentibus, integris vel sinuato-dentatis. — Radix longe ramosa; caulis erectus angulatus lana cana tectus, superne ramosus; folia acuminata integerrima lanata incana, radicalia petiolata, reliqua per caulem decurrentia; capitula ovata; squamae anthodii ovatae subpubescentes fimbriisque longis atris aut fuscescentibus ornatae; flosculi radii purpurascentes aut violacei, disci obscuriores; achenia obovata nitida, pappo brevissimo coronata. ♃. In graminosis montium altiorum Croatiae, veluti in monte Ivanšćica,

Klek, Kapela et Merzin. Syl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 572 var. β. cum priori cujus varietas habetur. Rchb. fl. g. 1324. Il.-Ag.

C. axillaris Willd.

Observ. Variat margine foliorum et margine squamarum anthodii, veluti:

Variet. α. caule stricto pedali aut sesquipedali, foliis integerrimis, superioribus per caulem ala lata decurrentibus, est: C. stricta WK. occurritque in pascuis pratisque graminosis montis Ošterc prope Samobor.

Variet. β. caule stricto, foliis sinuato-dentatis, dentibus angulisve utrinque duobus tribusve, est: C. carniolica Host, occurritque in montibus altioribus Croatiae australis.

Variet. γ. caule spithamaeo flexuoso monocephalo; squamis anthodii virentibus, laeviter puberulis vel ad apicem floccoso-tomentosis, nigro marginatis, fimbriis basi fuscis apiceque albis; foliis radicalibus lyratis runcinatisve erosis, superioribus anguste lanceolatis decurrentibus omnibusque incano-lanatis et cano-floccosis, est: C. floccosa Schloss. et Vukot. occurritque in graminosis montis Klek et alpis Pliešivica. Syll. fl. cr.

Variet. δ. Caule spithamaeo aut breviori flexuoso monocephalo; squamis anthodii pallide virentibus; laevissime puberulis aut floccosis, inferioribus margine flavide fuscescente cinctis, superioribus apicem versus rubentibus; fimbriis squamarum inferiorum niveis sericeo-splendentibus, superiorum pallide fuscis apiceque albentibus; foliis radicalibus et caulinis inferioribus lyratis aut late sinuato-dentatis, quasi angulatis, superioribus anguste lanceolatis, decurrentibus, omnibusque unacum caule basi decumbente, demum adscendente cano-floccosis, est: C. ochrolepis Schloss. et Vukot. occurritque in montanis herbidis Croatiae australis, veluti ad Ljubovo et Vrebačka-staza; in saxosis alpium Velebit; ad Halan et Podprag.

Observatio. Quamquam per bene persuasi simus, plantas sub γ. et δ. adductas meliores et firmiores sistere species, quam centenae sint a clarissimis et expertissimis botanicis stabilitae; tamen illas, ne clarissimo et scrutatissimo botanices auctori Neilreichio in appendice ad enum. plan. florae imp. aust. autore Maly pag. 121 ad n. 20 affirmanti unam alteramque esse nonnisi varietatem C. axillaris W., nec differe a C. carniolica Host

et C. seusana Vill., contradicamus, hic locorum tantum qua varietates simplices adduximus.

27 Florum capitulis sessilibus hemisphaericis, squamis anthodii ovatis late membranaceo-marginatis fimbriatis fissis inermi aristatis; flosculis dilute violaceis, exterioribus radiantibus. — Planta palmaris in rupium rimis proveniens, glabriuscula, rarius in caule floccosa; caulis acute angulatus adscendens simplex vel apice bifidus, 1—2-cephalus; folia coriacea, inferiora lanceolata in petiolum longum angustum imaque basi dilatatum angustata, superiora brevius attenuata, suprema sessilia, omnia glabra et glanduloso-punctata, subtus glutine exsiccato albescentia et nervosa, margine integra vel paucis et raris dentibus argute serrata, apice cuspidata; capitula foliis 1—3 bracteata, squamis anthodii margine late membranaceo albo fimbriato fisso a medio ad apicem cinctis inermibus quidem, sed apice arista seu mucrone longe flexili gracili terminatis, superioribus sensim angustioribus et longioribus omnibusque medio fissis; receptaculum dense setosum setis pallidis; achenia oblonga nitidissima subangulata, setis coronata glabris exterioribus patulis fructum aequantibus, interioribus triplo brevioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 573 in rupium fissuris montis Biokovo. Iu.-Il. . . . . . . **C. cuspidata Vis.**

Florum capitulis pedunculatis oblongo-ovatis; squamis anthodii lanceolatis margine sphacelatis, extimis argenteo, interioribus fusco-fimbriato-ciliatis glabris; flosculis radii cyaneis, disco violaceis aut purpurascentibus. — Radix fusiformis annua; caulis erectus pedalis et ultra angulatus ramosusque; folia caulina linearia vel lineari-lanceolata acuta integerrima, infima basi dentata, radicalia obovato-lanceolata integra vel trifida, omnia plus minusve floccoso-puberula aut plane subtomentosa; pappus fructum subaequans setis conniventibus. ☉. Inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 570 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g 1322. (Cyanus segetum Fl. Wett.) Il.-Sept. . . . . **C. Cyanus L.**

28 Appendicibus squamarum anthodii opacis, non pellucidis . . . 29

Appendicibus squamarum anthodii scariosis pellucidis ovatis integris, inflato-concavis. — Pedalis-bipedalis et ultra; caulis strictus sulcato-angulatus superne ramosus; folia scabra pinnatisecta lobis lanceolatis linearibusve mucronatis, supremis bracteantibus lanceolatis subintegris; squamae anthodii ovati appendice ellip-

tico-subrotunda, cuspidato-aristata integra terminatae; setae pappi brevissimae achenium subaequantes; flores purpurei vel albi. ⊙. In apricis asperis litt. cr., veluti circa Flumen, Tersat, Kraljevica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 568 in apricis insularum Ossero et Pago; ad agrorum margines circa Dernis, Knin, Clissa et Ragusa, nec non in monte Biokovo. Rchb. fl. g. 1306. II.-Ag. . . . . **C. alba L.**

Observ. variet β. foliis inferioribus bipinnatifidis, caulinis omnibus pinnatifidis, est: C. splendens L. occurritque in ruderatis apricis ad Segniam.

Variet. γ. foliis inferioribus simpliciter pinnatifidis, superioribus integris linearibus basi dentatis, squamis anthodii candidis appendice autem fuscescente, est: C. deusta Ten. habitatque in saxosis sylvaticis provinciae Likanae et in ipso litt. cr. intermixte cum ipsa specie.

29 Pappo achenium subaequante aut illo breviore; appendicibus squamarum anthodii lanceolatis subulatisve pinnato-fimbriatis. . . 30

Pappo plane nullo; appendicibus squamarum anthodii ovatis convexis integris vel laceris aut plane pectinato-fimbriatis . . . 31

30 Appendicibus squamarum anthodii e basi lanceolata longe subulatis recurvatis pinnato-fimbriatis, fimbriis infimis approximatis, superioribus remotis, omnibus elongatis setaceis. — Pedalis et ultra plus minusve ramosa aut simplex, erecta, scabra; folia oblongo-elliptica vel lanceolata denticulata vel integerrima mucronata plus minusve rugosa et hirta aut pilosa; anthodia subrotunda aspectu plumosa; appendices squamarum seriei intimae subrotundae lacero-dentatae fimbriisque seriei subsequentis tectæ; flores violacei, lilacini aut purpurascentes. ♃. In collibus sylvaticis, ad margines vinearum et agrorum circa Toplikam in vineis promontorii Horvatovec; ad Lobor, Krapinam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in monte Papuk, in canali ad Brodjance, in Vučedol et Škendra prope Vukovar, circa Čerević et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1316 et 1320. (C. Bernii Sieb.; C. austriaca W.; C. cirrhata Rchb.; C. pectinata Schult.) II.-Ag. **C. phrygia L.**

Appendicibus squamarum anthodii erectis lanceolatis pinnato-fimbriatis, fimbriis setaceis latitudine disci duplo longioribus omnibusque approximatis squamas obtegentibus, appendicibus interioribus subrotundis lacero-dentatis. — Radix multiceps; caulis

*

erectus sulcatus pedalis et ultra; folia lanceolata hirsutiuscula, inferiora dentata aut subsinuata vel sublyrata petiolata superiora sessilia integerrima vel basi dentata; anthodium ad basin pallidum, pubescens, reliqua parte atrum; flores purpurei; pappus achenio triplo brevior in densum fasciculum collectus setis scabris aequilongis. ♃. In collibus montibusque comitatus Požegani et Viroviticensis. (Kan.) Rchb. fl. g. 1315. Il.-Ag. . **C. nigra L.**

31 Appendicibus squamarum anthodii squamas suas ex toto obtegentibus, concavis 32

Appendicibus squamarum anthodii ovatis erectis vel apice recurvatis pectinato-fimbriatis, intermediis superioribusque vel omnibus ab invicem remotis, fimbriis latitudinem disci subaequantibus, interioribus subrotundis lacero-dentatis. — Caulis 1—2-pedalis erectus plus minusve ramosus, ramis corymboso-erectis; folia oblonga aut ovata denticulata, integra vel inferiora lyrato-sinuata; anthodia basi plerumque virentia, secus appendicibus arcte imbricatis fusco-nigrescentia; flosculi radiantes aut omnes discoidei, secus purpurei. ♃. In pratis, ad margines viarum Croatiae australis, veluti in Korbavia, in Vrebačka-staza, ad Ljubovo et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 569 var. δ. in locis incultis et agris siccis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1311. (C. schemnicensis Hortul.) Il.-Sept. . . . . **C. nigrescens W.**

32 Foliis lanceolato-linearibus integerrimis, infimis interdum pinnatifidis, omnibus cauleque floccoso-subtomentosis. — Spithamæa, pedalis rarius ultra, caule erecto vel adscendente; anthodia subglobosa aut ovata laxa, squamarum appendices scariosae albidae subrotundae integrae dentatae aut fissae squamas subaequantes. ♃. In locis siccis incultis, ad margines viarum circa Carolostadium, Netretić, Severin et alibi in Croatia montana et praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis comitatus Syrmiensis. (Kan.) Vis. fl. dalm. 569 var. β. in iisdem locis totius Dalmatiae montanae. Rchb. fl. g. 1309 et 1310. (C. bracteata Scop.; C. Weldeniana Rchb.) Il.-Sept. **C. amara L.**

Foliis lanceolatis integris vel inferioribus remote sinuatis aut pinnatifidis, omnibus glabrls aut archnoideo-sublanatis. — Radix lignescens; caules erecti aut adscendentes ramosi sulcati scabriusculi, solidi; folia setulis exasperata, radicalia petiolata, caulina sparsa sessilia integerrima vel tantum basi dentata; squa-

mae anthodii fuscae omnesque appendice cochleariformi integerrima vel denticulata, sed integra vel una tantum alterave fissura irregulariter lacerata; corollae purpurascentes; achenia calva. ♃. In pratis siccis, in locis incultis, ad margines viarum et vinearum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 569 in agris locisque siccis incultis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g, 1308. (Rhaponticum Jacea Scop.; Cyanus Jacea Fl. Witt.) In.-Sept. . . . . **C. Jacea L.**

Observ. Planta eximie polymorpha caule erecto ramoso pleiocephalo, aut humili monocephalo, prostrato vel adscendente; foliis indivisis, integerrimis, vel dentatis, sinuatis pinnatifidisve; hinc notantur plures varietates et quidem:

Variet. β. squamis anthodii inferioribus quam plurimis appendice irregulariter lacero-fimbriata et superioribus appendice intĕgra terminatis, est: C. decipiens Thuil. occŭrritque intermixte cum specie. Rchb. fl. g. 1312.

Variet. γ. squamis anthodii appendice acuta, elongata, remotius fimbriata, saepe recurvata foliisque laete viridibus et glabrescentibus et superioribus summisque non raro semiamplexicaulibus, est: C. pratensis Thuill. occurritque in pratis fertilibus subhumidis circa Zagrabiam, Stubicam inferiorem, ad Sutinsko et Zlatar. Rchb. fl. g. 1313. In Ivanšċica et in monte Beliga est varietas C. Jaceae, anthodii squamis pallidis, integris, scariosis, foliis arachnoideo-lanatis; — ulterius observanda.

Gen. 473. **Crupina Cassin. Nosan.**

Squamae anthodii margine et apice membranaceae integerrimae inermes; *flores radii caeteris ampliores*; *achenia teretia obovata crassa sericea hilo laterali et pappo duplici nigro*, *exteriore inaequali setaceo*, *interiore e paleis crassis subovatis brevibus apice subdentatis. Vis. fl. dalm. II. pag. 42, g. 199*; *Koch syn. pl. pag. 476.*

Anthodii squamis lanceolatis acutis inermibus integerrimis patulis glabris. — Caulis erectus glaber apice ramoso-corymbosus nudus; folia scabra costa subtus albo-lanata, inferiora longe petiolata lyrato-pinnatifida, reliqua bipinnati-partita laciniis linearibus distantibus serrulatis, dentibus spinuloso-glandulosis; florum capitula oblonga aphylla corollis atro-rubris, rarius carneis subaequalibus, in solo pingui radiantibus; achenia obovata sericeo-tomentosa teretia, basi vero compresso-angulata; hilo laterali

cuneato-oblongo angulato; paleae pappi interiores subquinae. ☉. In locis sterilibus apricis litt. cr. circa Novi, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 591 in apricis saxosis et collibus sterilibus circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Clissa et Ragusa, nec non in insulis. Rchb. fl. g. 1301. (Cent. Crupina L.; Cent. Crupinastrum Moris.; Crup. Crupinastrum Vis.) M.-In.

Cr. vulgaris Pers.

Anthodii squamis obtusis integerrimis inermibus adpressis puberulis. — Caulis strictus virgatus superne ramosus; folia glabra subpinnatifida laciniis dentatis; florum capitula globosa pubescentia corollis purpureis subaequalibus; achenia teretia basi aequalia puberula, hilo laterali subrotundo. ⊙. In saxosis apricis circa Ragusa. Maly enum. pl. aust. p. 135, g. 299, n. 2. teste Host. (Cent. moschata L.) In.-Il. . , **Cr. moschata Moris.**

Trib. VI. **Carthameae DC.** *Squamae anthodii multiserialis exteriores foliaceae, flores omnes 5-fidi hermaphroditi conformes radii interdum steriles: achenii tetragoni pappus paleaceus aut nullus, areola lateralis.*

Gen. 474. **Kentrophyllum Neck. Bodolist ili Svietlika.**

Squamae anthodii imbricatae foliaceae pinnatilobae spinosae; flores hermaphroditi omnes tubulosi conformesque; staminum filamenta medio barbata; achenia obovato-tetragona; pappus florum omnium paleaceo-setosus pluriserialis paleis membranaceis ciliatis, pluriserialis, radiis lanceolato-linearibus serie penultima longiore, intima multo breviore connivente; receptaculum setoso-paleaceum. — Vis. fl. dalm. II. p. 43, g. 200; Koch syn. pl. pag. 468; Rchb. fl. g. pag. 218, g. 279.

Foliis lanceolatis pinnatifido-dentatis spinosis, superioribus amplexicaulibus; caule involucrisque lanuginosis; acheniis marginalibus calvis. — Radix fusiformis annua; caulis erectus arachnoideo-lanuginosus apice corymbosus; folia dorso pilis inspersa et venosa, infima petiolata, summa dentata; squamae anthodii interiores lanceolatae margine membranaceæ apice in spinam attenuatae; flores flavi aut citrini. ⊙. In collibus asperis graminosis circa Bosiljevo et secus viam Lousianam frequens; in litt. cr. circa Flumen, Tersat, Kraljevica et alibi in asperis apricis haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ac in Croatia in confinio militari præprimis Gradiskano; dein circa Nuštar.

Čerević, Krušidol, Beška et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 592 in apricis saxosis ad vias agrestes totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1355. (Carth. lanatus L.; Cent. lanata DC.; Centroph. Rchb. Heracantha lanata Lk.) Il.-Ag. . . . . . . **K. lanatum Neck.**

Gen. 475. Carthamus Tourn. Šafranjika.

Squamae anthodii globosi fimbriatae foliaceae repandae spinulosae; flores hermaphroditi omnes tubulosi conformesque; stamina filamentis glabriusculis; receptaculum paleaceum paleis longitudinaliter divisis setaceis; achenia obovato-tetragona calva. Vis. fl. dalm. II. p. 43, g. 201; Koch syn. pl. p. 467; Rchb. fl. g. p. 280, g. 362.

Foliis ovato-lanceolatis repandis serratisve dentibus spinulosis. — Pedalis et ultra, glaber, caulis erectus ramosus; flores crocei. ⊙. Ex India adlatus ubique in hortis cultus. Rchb. fl. g. 1871. Vis. fl. dalm. 593. (Cnicus vulgaris Clus.) In.-Ag. **C. tinctorius L.**

Trib. VII. **Silybeae Less.** *Squamae anthodii multiseriales apice spinosae; fiores omnium 5-fidi hermaphroditi aut radii neutri; staminum filamenta monadelpha; achenii compressi pappus deciduus pilosus, pilis setulosis in annullum concretis; areola basilaris.*

Gen. 476. Silybum Vaill. Osljebad ili Sikavica.

Squamae anthodii imbricatae foliaceae, exteriores appendice herbacea ovata spinosa et spinoso-serrata, interiores lanceolatae integrae; stamina filamentis papillosis, antheris breviter appendiculatis; receptaculum paleaceum; achenia obovata utrinque plana; areola basilari centrali. Vis. fl. dalm. II. p. 44, g 202; Koch syn. pl. p. 458; Rchb. fl. g. p. 288, g. 368.

Foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis albo-venosis spinosis; squamis anthodii recurvatis. — Radix fusiformis annua; caulis erectus ramosus sulcatus glaber; folia saturate viridia nitida venis albis variegata, margine spinosa, radicalia pinnatifida; caulina oblonga recurva repanda acuta; florum capitula ovata, corollae purpureae. ○. In Croatia et Slavonia nonnisi cultum et hinc inde ex hortis aufugum et in ruderatis oleraceisque quasi spontaneum. Vis fl. dalm. 594 in ruderatis circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa, nec non in insulis. Rchb. fl. g. 1933. (Card. marianus L.; Cirs. maculatum Scop.) Mj.-In.

S. marianum Gaert.

Gen. 477. **Tyrimnus Cassini. Badeljka.**

Anthodium imbricatum squamis lanceolatis appendice spinuliformi; stamina filamentis glaberrimis puberulis; antherae appendicibus lineari-subulatis; achenia oblonga compresso-tetragona, areola basilari oblique emarginata; pappi radii laeves vel denticulis brevissimis obsiti. — Vis. fl. dalm. II. p. 44, g. 203; Koch syn. pl. p. 458.

Foliis decurrentibus obliquis sinuato-pinnatifidis lobis dentatis spinosis supra albo-venosis glabris. — Caulis erectus mono- aut pleiocephalus cum ramis arachnoideo-lanatus ramis elongatis; folia decurrentia, superne parce-, inferne densius archnoideo-lanata, spinoso-dentata, albo-maculata; flores purpurei; achenia angusta oblonga tetragona nitida nigricantia, angulis albis signata. ♂. Vis. fl. dalm. 595 in apricis cultisque circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa; non minus in insulis Ossero, Pago, Lesina et Gjupana. Rchb. fl. g. 1891. (Card. leucographus L.) Mj.-In. **T. leucographus Cass.**

Trib. VIII. **Carduineae DC.** *Squamae anthodii multiseriales apice spinosae, imbricatae; flores omnes 5-fidi hermaphroditi aut dioici; filamenta libera; achenia compressa, pappus deciduus pilosus aut plumosus setis basi in annullum concretis; areola basilaris.*

Gen. 478. **Onopordon Vaill. Čkalj ili Kravačac.**

Squamae anthodii ventricosi coriaceae appendice lanceolata spinescente; receptaculum carnosum profunde alveolatum foveolis membrana sinuato-dentata marginatis; achenia compressa tetragona transverse rugosa; pappi setae setulosae aut plumosae, basi in annullum corneum concretae scabrae sessiles, caducae. Vis. fl. dalm. II p. 45, g. 204; Koch syn. pl. p. 462; Rchb. fl. g. p. 288, g. 370.

1 Squamis anthodii exterioribus patulis aut plane patentissimis . 2
Squamis anthodii ovato-lanceolatis, exterioribus recurvatis aut arcuato deflexis. — Caulis erectus et unacum foliis albo-tomentosus; folia lanceolata pinnatifida decurrentia spinosa, sinuato-dentata; flores purpurei; pedunculi multo-alati spinosissimi. ♂. In locis siccis sterilibus litt. cr., veluti ad Flumen, Tersat, Kraljevica, Piket, Hrelin et alibi. Sytl. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 597 in regione littorali et collina totius Dalmatiæ vulgatissimum. Rchb. fl. g. 1937. (O. elongatum Lam.) Il.-Ag. **O. illyricum L.**
Squamis anthodii basi lanceolata lineari-subulatis, exterioribus patentissimis; foliis sinuato-dentatis archnoideo-lanatis. — Caulis strictus 2 4-pedalis et ultra, archnoideo-lanuginosus; folia lan-

ceolata aut elliptico-oblonga sinuato-dentata spinosa et arachnoideo-lanata; pedunculi subquadrialati; flores purpurei. ♂. In ruderatis, locisque incultis, ad vias et sepes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 596 in ruderatis Dalmatiae montanae circa Dernis et Sinj, nec minus in insulis Veglia et Lesina. Rchb. fl. g. 1936. (Acanos spinosa Scop.) Il.-Spt. **O. Acanthium L.**

Squamis anthodii ex ovata basi lanceolati subulatis spinosis; foliis decurrentibus sinuato-dentatis spinosis, virentibus et utrinque glabris vel glanduloso-hispidis. — Bi-tripedalis, caulis erectus superne in ramos divisus subarachnoideo-floccosus; florum capitula magna spinosissima; flosculi aequales lilacini aut purpurascentes. ♂. In ruderatis circa Illok et Semlin. (Kan.) Il.-Ag. **O. tauricum W.**

Observ. Planta de qua clariss. Visiani in flora sua dalmatica pag. 45 loquitur et cujus semina Bauhinius ex Slavonia acepisse dicit et quam Lobelius in horto Bauhini vidit et sub nomine Acanthii illyrici publicavit, videtur fuisse verum et genuinum Onopordon tauricum W. et nequaquam O. illyricum L., quod in Slavonia hucusque necdum inventum.

Gen. 479. Cynara Vaill. Kardun ili Artičok.

Squamae anthodii coriaceae, basi carnosae, apice spinosae vel marginato-mucronatae; receptaculum carnosum planum setoso-paleaceum; achenia obovata compressa quadricostata laevia; setae pappi plumosae sessiles et annullo deciduo cohaerentes. Vis. fl. dalm. II. p. 46, g. 205; Koch syn. pl. p. 458; Rchb. fl. g. p. 288, g, 368.

Foliis spinulosis omnibus bipinnatifidis; anthodii squamis ovatis acuminato-spinescentibus. — Caulis 1—3-pedalis erectus ramosus; flores purpurascentes. ♂. Colitur in usum culinarum. Rchb. fl. g. 1934. Il.-Ag. . . . . **C. Cardunculus L.**

Foliis inermibus pinnatis aut integris; anthodii squamis ovatis emarginatis. — Flores caeruleo-violacei. — Praecedenti persimilis cujus nonnisi varietas cultura producta habenda. ♂. Colitur in hortis cum priori. Rchb. fl. g. 1935. Il.-Ag. . **C. Scolymus L.**

Gen. 480. Carduus Gaert. Stričak ili Bodljača.

Squamis anthodii basi ventricosi herbaceis apice acuminatis spinosisve, receptaculum setoso-paleaceum; achenia oblonga compressa costata laevia; setae pappi

scabrae simplices basi in annullum deciduum concretae. — Flores hermaphroditi, tubulosi, omnium purpurei, rarissime albidi. Vis. fl. dalm. II. p. 46, g. 206; Koch syn. pl. p. 458; Rchb. fl. g. p. 280, g. 365.

1 Capitulis oblongis subcylindricis 2
Capitulis ovatis vel plane subglobosis 4

2 Foliis lyrato- aut sinuato-pinnatifidis laciniis apice spinosis; florum capitulis nutantibus, squamis apice spinulosis; florum capitulis nutantibus, squamis apice spinulosis spinosisve . . . 3
Foliis lanceolato-linearibus sinuato-lobatis, supra virentibus subtus albis, dentibus abbreviatis subintegris ciliatis spinaque gracili terminatis; florum capitulis erectis glabris, squamis lanceolato-subulatis laxiusculis margine pubescentibus. — Radix crassa fibrosa; caulis erectus angulatus simplex monocephalus albo-tomentosus, apice apterus lanatus; folia basi attenuata, caetera basi dilatata utrinque ala dentato-lobata spinulosa decurrentia, omnia lineari-lanceolata remote breviterque lobata ciliata lobis spina gracili lutea terminatis, supra glabriuscula aut arachnoidea virentia, subtus candida, suprema lanceolato-acuminata serrato-spinulosa; capitulum oblongum; squamae anthodii ima basi lanceolatae, caeterum subulatae trinervatae acutae, mediae coloratae, intimae lanceolatae membranaceae; flores dilute purpurei. ♂. In saxosis apricis ad viam publicam inter Halan et Podprag in Croatia australi. Vis. fl. dalm. 605 in Dalmatia sine loci specialis indicatione. II.-Ag. . . . . . **C. bicolor Vis.**

3 Foliis oblongo-lanceolatis sinuato-pinnatifidis, laciniis subtrifidis ciliatis apice spinosis; capitulis oblongo-cylindricis subternis lateralibus; squamis anthodii lanceolatis apice subulato-acuminatis spinosis. — Radix fusiformis; caulis erectus ramosus arachnoideo-lanuginosus et alato-spinosus; folia decurrentia pinnatifida, facie pubescentia maculata, dorso cano-tomentosa; pedunculi inermes incani paucos flores gerentes; anthodium subtomentosum; flores purpurei. ♂. In ruderatis et ad muros in litt. cr., veluti circa Novi et ad Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 603 ad agrorum margines et in saxosis sterilibus insularum Veglia, Ossero, et Lesina, nec non circa Zara, Sebenico et Ragusa. Rchb. fl. g. 1875. (C. tenuiflorus Vis.; C. albidus M.B.) In.-Ag. . . . . **C. pycnocephalus Jacq**

Observ. var. β. florum capitulis aggregatis spinisque squamarum anthodii et foliorum flavescentibus, est: C. tenuiflorus Sm.

(nec Curt.) occurritque cum specie in saxosis ruderatis ad Segniam et teste Maly enum. pl. aust. p. 132, g. 288, n. 2 etiam in ruderatis et incultis Dalmatiae.

Foliis oblongis sublyrato-pinnatifidis laciniis ovatis dentatis ciliatis apice spinulosis; capitulis oblongis subsolitariis; squamis lineari-subulatis rectis apice mucronato-spinosis. — Albo-lanatus; caulis erectus ramosus alato-spinosus ramis apice incurvis nudis; folia decurrentia subtus tomentosa. — Praecedenti persimilis, sed differt squamarum forma foliisque latioribus latiusque divisis. ♂. Vis. fl. dalm. 604 in saxosis apricis circa Stretto di Morter. (C. neglectus Ten.) Mj.-In. . . **C. acicularis Bertol.**

4 Squamis anthodii, (saltem intermediis) lanceolatis supra basin constrictis, apice acuminato-spinosis, inferioribus refractis . . . 5

Squamis anthodii linearibus lanceolatisve, nec basi constrictis, nec refractis 6

5 Caule ramoso ramis apice lanuginosis nudis; foliis subtus ad venas villosis lanceolatis sinuato-pinnatifidis laciniis subtrifidis dentato spinosis ciliatisque; florum capitulis nutantibus. — Radix fusiformis, biennis, caulis erectus glabriusculus; folia decurrentia, supra glabriuscula; florum capitula magna colorata solitaria, flosculi purpurei, squamae anthodii lanceolatae apice acuminato-spinoso basin subaequante; achenia nitida punctato-stricta. ♂. In pascuis siccis et ad margines viarum circa Samobor, Rakovpotok, Jaska, Petrovina et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis, sed multo frequentius. (Kan.) Vis. fl. dalm. 599 in siccis et ad vias circa Zara, Spalato et Ragusa, nec non in insula Veglia et Lesina. Rchb. fl. g. 1884. Il.-Ag. . **C. nutans L.**

Caule subramoso ad apicem usque alato-spinoso; foliis subtus villosis vel canescentibus lanceolatis pinnatipartitis, laciniis palmato-spinosis ciliatisque; florum capitulis erectiusculis. — Radix perennis, caulis simpliciusculus, vel subramosus; folia decurrentia supra glabriuscula; florum capitula arachnoideo-lanuginosa subglobosa solitaria; squamae anthodii virentes apice acuminato-spinoso basin superante; flosculi purpurei, marginales subradiantes. — Praecedenti similis, differt tamen exacte ab illo: pedunculis alato-spinosis, squamis anthodii multo longioribus virentibus et duratione perenni. ♃. Vis. fl. dalm. 600 in apricis siccis ruderatis circa Sebenico, Trau et in insula Lesina. In.-Ag. . . . . **C. chrysacanthus Ten.**

6 Florum capitulis aggregatis subsessilibus, pedunculis (si adsunt) alato-crispis aut spinosis 7
Florum capitulis solitariis, rarius binis magnis 8
7 Foliis subtus lanato-tomentosis et in venis subvillosis oblongis sinuato-pinnatifidis, pinnis ovatis trilobis dentatisque, lobo intermedio majore, lobis dentibusque spinuloso-ciliatis spinaque validiore terminatis; pedunculis brevibus spinosis vel summo apice nudis. — Radix fusiformis ramosa; caulis erectus 1—2-pedalis et ultra; folia decurrentia supra sparsim pilosa; capitula subrotunda aggregata, raro solitaria; achenia transversim in striis conspicue rugulosa. ♂. In locis incultis, ad vias, in cultis, et in pratis fertilibus circa Stubicam superiorem, Karivaroš, Liepaves et ad Krapinam. In Slavonia in sylvis sirca Rétfalú; ad vias et in ruderatis circa Čerević et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1893. II.-Sept. . . . **C. crispus L.**
Observ. var. β. foliis sinuato-lobatis lobis spinosis glabriusculis; florum capitulis aggregatis sessilibus squamisque anthodii linearibus arcuate-patentibus, est: C. polyacanthos Rchb. (non Schreb. nec Curt.)
Foliis subtus arachnoideo-lanatis inaequaliter spinuloso-ciliatis, superioribus integris ovatis lanceolatisque serrato-dentatis, inferioribus circumscriptione lato-ovatis ad costam mediam usque pinnatifidis, pinnis oblongis acutis lobatis dentatisque, superioribus confluentibus; pedunculis ramisque angustissime alatis vel summo apice nudis. — Radix carnosa perennis; caulis 2—4-pedalis et ultra angulatus simplex aut ramosus, spinulosus; folia radicalia lanceolato-oblonga, basi angustata et incisa; caulina inferiora infra medium pinnatifida vel decursive pinnata, caulina summa et ramea ovata acuminata sessilia, quandoque subtus parum lanuginosa et incana; squamae anthodii in spinulam rectam inocuam attenuatae, supra medium patentes, basi ciliatæ; corollae purpurascentes; achenia striata nitida. ♃. In sylvis montanis circa Samobor et in illis montium Ivanšćica ad rivulos. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1892. (Arctium Personata L.; Car. arctioides Vill.) II.-Sept. . . . . . **C. Personata Jacq.**
8 Pedunculis denudatis elongatisque 9
Pedunculis brevibus crispatis spinosis; capitulis subsolitariis, subrotundis. — Radix lignescens; caulis bipedalis et ultra valde ramosus ramis arrectis; folia decurrentia glabra vel subtus in

venis villosa profunde pinnatifida pinnis ovatis subpalmato-trifidis, dentatis et spinuloso-ciliatis lobis dentibusque spina valida terminatis; squamae anthodii subulatae, mucronatae molles et patulae; flosculi purpurascentes aut carnei. ♂. In ruderatis locisque incultis, ad sepes et margines viarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1895. (C. polyacanthos Schr.; C. crispus Huds.) Il.-Sept. . . . . . ***C. acanthoides* L.**

9 Foliis utrinque, vel saltem subtus lanato-tomentosis aut arachnoideo-lanatis, profunde pinnatifidis pinnis ovatis trifidis lobatisque lobis spinuloso-ciliatis spinaque validiore terminatis; ramis virgatis 10

Foliis aut utrinque glabris aut subtus arachnoideo-puberulis vel glaucescentibus glaucisve, licet interdum profunde pinnatifidis, sed pinnis lanceolatis et nonnisi apice trilobis, aut foliis plane indivisis; squamis anthodii linearibus spinuloso-mucronatis a medio patentibus 12

10 Squamis anthodii lineari-lanceolatis adpressis aut laxe patulis, foliis saltem subtus lanato-tomentosis, incanis 11

Squamis anthodii e basi lanceolata linearibus, interioribus recurvatis; foliis sparsim pilosis et subtus arachnoideo-lanatis, rarius glabriusculis. — Radix biennis; caulis erectus striatus ramosus pilosus; folia crispa, caulina decurrentia pinnatifida laciniis ciliatis, ramea lanceolata dentata, summa linearia integerrima; florum capitula subrotunda; squamae anthodii spinosae arachnoideo-villosae, intimae inermes; corollae purpureae; achenia nitida striata. ♂. In locis siccis incultis circa Vukovar et Semlin. (Kan.) Il.-Ag. . . . . **C. hamulosus Ehrh.**

11 Foliis utrinque plus minusve pilosis subtus incanis, laciniis spinosis, pedunculis squamosis; anthodii squamis rectis adpressisque. — Caulis 1—2-pedalis erectus, ramosus; folia facie viridia et pilosa, dorso candide tomentosa tomento erecto, in lacinias inaequales dentatas spinuloso-ciliatas divisa, radicalia petiolata, caulina decurrentia; pedunculi elongati uniflori; florum capitula ovata; corollae purpureae; achenia nitida. ♂. In agris lapidosis incultisque in Lika et Korbavia haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 602 in devexitatibus montis Promina locisque saxosis sub Lemeš inter Dernis et Verlika, nec non circa Ragusa et in monte Pastroviechio. Rchb. fl. g. 1890. Mj.-In. **C. candicans WK.**

Foliis nonnisi subtus tomentosis, laciniis dentatis spinosis; pedunculis tomentosis; anthodii squamis exterioribus patulis. — Caulis 2—3-pedalis ramosus angulatus cano tomento tectus, plerumque in ramos simplices divisus; folia facie pilosella viridia, dorso tomentosa, caulina decurrentia, radicalia petiolata utrinque pinnatifida, summa lanceolata eroso-dentata; florum capitula ovata glabra basi apiceque purpurea: squamae anthodii spinula setaeformi terminata; corollae purpurascentes; achenia oblonga compressa. ♂. In rupibus calcareis ad lacus Plitvicenses in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 602 var. β. in rupestribus maritimis prope Budua. Rchb. fl. g. 1889. Mj.-Ag. . . . . **C. collinus WK.**

12 Foliis plus minusve pinnati-partitis pinnis spinuloso-ciliatis . . 13

Foliis indivisis glabris subtusque in venis pilosis lanceolatis oblongisve glaucescentibus aut subconcoloribus spinuloso-ciliatis dentato-serratis, vel serrato-sublobatis. — Radix longa fibris aucta; caules adscendentes angulati glabri; pedunculi elongati, aphylli; folia caulina per caulem semi-decurrentia sublobata lobis apice bifidis; florum capitula ovata erecta; squamae anthodii patentes angustae, molles, virides, glabrae; corollae purpurascentes aut carneae; achenia nitida. ♃. In collibus herbidis pratisque montanis ad Vrtlinovec prope Toplika; in Zagoria haud rarus et ad Samobor in monte Oštere copiosissimus et nec alibi in Croatia rarus. Syll. fl. cr. In Slavonia ad margines vinearum et in collibus herbidis ad Požegam. Rchb. fl. g. 1880. (C. cirsioides Vill.; Cirs. defloratum Scop.; C. leucostylum Mnch.) Il.-A. **C. defloratus L.**

Observ. variet. a) foliis grosse dentatis spinuloso-ciliatis, est: C. sumanus Pollin.

b) foliis grosse dentatis, dentibus lobulisque bifidis: C. crassifolius K. (C. transalpinus Sut.; C. glaucus Baumg.)

c) foliis profunde sinuatis: C. cirsioides Vill.

e) foliis profunde sinuatis, sed spinis foliorum validis: C. carlinaefolius Koch. (C. rheticus DC.)

f) foliis profunde sinuatis angustissime lanceolatis: C. leptophyllus Gaud.

g) foliis ad medium usque pinnatifidis: C. montanus Pollin.

13 Foliis oblongis subtus arachnoideo-pubescentibus denique glabris profunde pinnatifidis, lobo terminali elongato 14

Foliis lanceolatis subtus glaucis sinuato-pinnatifidis, spinuloso-ciliatis, laciniis subbifidis spinosis. — Glaber; radix perennis, caulis subramosus, folia decurrentia valde spinosa; pedunculi elongati tomentosi nudi; capitula subglobosa solitaria erecta; squamae anthodii lineares rectae, nec patulae, apice mucronato-spinosae; flores purpurei. — C. nutanti L. persimilis, sed eximie differt squamis anthodii linearibus rectis regulariter attenuatis, nec lanceolatis, nec supra basin constrictis, nec ibi refractis. ♃. Vis. fl. dalm. 601 in monte Promina. Il.-Ag. **C. carlinaefolius Lam.**

14 Foliorum pinnis lanceolatis inaequaliter spinuloso-ciliatis latere anteriori bi-trilobis, subtus arachnoideo-puberulis; anthodii squamis lanceolato-subulatis apice incurvatis. — Caulis erectus angulatus pilosus; folia pinnatifida, radicalia et caulina inferiora petiolata, reliqua decurrentia; pedunculi tomentosi; anthodii squamae laxae incurvae, inferne ciliatae, apice in setam attenuatae; corollae purpureae; achenia ovato-oblonga compresa nitida. ♃. Ad lacus Plitvicenses in Croatiae australi copiosus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1887. (C. centauroides Hoppe.; Arctium carduelis L.; Cirs. arctioides Scop.) In.-Ag. . . **C. arctioides W.**

Foliorum pinnis ovatis bifidis integrisve ciliatis, superne dentatis et apice spinosis glabriusculis, subtus glaucescentibus; squamis anthodii lineari-subulatis patulis. — Radix ramosa; caules erecti angulati pilosi fistulosi; folia pinnatifida laciniis dentatis, dentibus spina terminatis; radicalia petiolata, caulina decurrentia; pedunculi villosi; squamae anthodii squarrosi apice in spinulam attenuatae, infra medium ciliatae; corollae purpurascentes; achenia ovalia nitida subcompressa. ♃. In graminosis sylvaticis alpinis et subalpinis, in monte Oštere prope Samobor, in monte Klek et in alpinis Visočica, Samar et Badanj tractus Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1886. In.-Ag. . . **C. alpestris WK.**

Gen. 481. **Cirsium Tourn. Osjak ili Died.**

Squamae anthodii imbricatae herbaceae, apice acuminatae aut spinosae; flores hermaphroditi vel dioici homogami, omnes tubulosi; filamenta libera; receptaculum setoso-paleaceum; achenia oblongo-compressa ecostata laevia; pappus

plumosus, basi annullo conjunctus deciduus. Vis. fl. dalm. II. p. 48, g. 207; Koch syn. pl. p. 452; Rhcb. fl. g. p. 283, g. 366.

1 Floribus flavis aut ochroleucis 2
Floribus purpureis, violaceis aut incarnatis, rarissime albidis . 4
2 Florum capitulis in pedunculo nutante solitariis, raro binis ternisve; basi nudis, non bracteatis; squamis anthodii spinuloso-mucronatis e medio horizontaliter patentibus reflexisque; caule superne nudo 3
Florum capitulis in pedunculo stricte erecto terminalibus congestis foliisque floralibus bracteatis, bracteis exterioribus ovatis decoloribus (luteis ochroleucisve); squamis anthodii in spinulam terminatis apice patentibus. — Bi-tripedale strictum; radix ramosa, caulis simplex aut superne in unum alterumve ramum divisus; folia glabra vel sparse puberula inaequaliter spinuloso-ciliata cordato-amplexicaulia, inferiora pinnatifida pinnis lanceolatis acuminatis dentatis; caulina superiora amplexicaulia integra dentata. ♃. In pratis humidis, ad fossas totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Velika, Duboka, Drenovac, Sekulinac, Smude, Vučin, Zvečovo et in comitatu Syrmiesi haud rarum. (Kan.) Rchb. fl. g. 1924. (Cnicus oleraceus L.) In.-Il. . . . . **Cir. oleraceum All.**
Observ. Cirsia in genere omnia, praesertim autem C. ochroleucum All.; C. acaule All.; C. canum M. B.; C. tuberosum All. et C. rivulare Jacq. procreant cum aliis speciebus hujus generis quam plurimas hybriditates, de quibus hucdum in Croatia observata fuere:
1. acauli-oleraceum: foliis sessilibus pinnatifidis laciniis inciso-serratis margine spinosis; caule ramoso; florum capitulis bracteatis, squamis ovatis adpressis, et hoc est: C. ringens Rchb. fl. g. 1925 occurritque in pratis humidis ad St. Helenam.
2. tuberoso-oleraceum: radice fasciculata; foliis sessilibus pinnatifidis laciniis bilobis; ramis elongatis monocephalis, et hoc est: C. inerme Hall. Rchb. fl. g. 1926 et habitat in pratis humidis et ad rivulos in montibus tractus Ivanšćica ad Belec-grad et Lobor.
3 Foliis amplexicaulibus pinnatifidis ciliatis; florum capitulis subbinis glutinosis, squamis anthodii patulis. — Caulis apterus erectus angulatus subsimplex, basi saepe villosus et superne pilosus. 2—3-pedalis et ultra; folia inferiora petiolata basi dilatata amplexicaulia, caetera omnia pinnatifida spinuloso-ciliata

costa villosa, laciniis lanceolatis acuminatis trinerviis spinulaque terminatis; florum capitula in pedunculo elongato solitaria, rarius bina; squamae anthodii a medio ad apicem patulae aut plane reflexae spinuloso-mucronatae; corollae ochroleucae; achenia nitida. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, veluti in illis ad Samobor et Zagrabiam; in pede montis Klek, Kapela et Merzin. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Virovitic et Pakrac. (Kan.) Vis. fl. dalm. 610 in sylvis ad Paklenicam in pede montis Velebit. Rchb. fl. g. 1922. (Card. Erisithales Jacq.; Cnicus Erisithales L.; Cir. glutinosum Lam.) Il.-Ag. **Cir. Erisithales Scop.**

Foliis basi auriculata-amplexicaulibus maximis (pedalibus et ultra longis) decursive pinnatipartitis, laciniis lanceolatis subfalcatis ciliato-spinulosis acutis spina pungente terminatis trinerviis; florum capitulis subternis aggregatis nutantibus, glabris; anthodii squamis lanceolatis obtusiusculis spinulaque brevi et inermi terminatis. — Caulis 3—5-pedalis et ultra, striatus, glaber plus minusve ramosus, imo ramosissimus; folia permagna 4—8-pollices lata et unum pedem et ultra longa crenata oblongo-lanceolata pinnatipartita, facie saturate viridia et glaberrima, dorso pallescentia et subglauca pilisque brevissimis, praesertim ad costas inspersa; flores ochroleuci. ♃. In sylvis montanis, veluti in illis ad rupes Kalnikenses in parte septentrionali, sed hic rarum, in monte Ivanšćica frequentius. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1923. Il.-Ag. . . . . **Cir. ochroleucum All.**

4 Foliis sinuato-pinnatifidis supra spinuloso-setosis, subtus lanuginosis 5

Foliis supra nudis aut puberulis . . . . , 6

5 Caule alato-spinoso ramoso; foliis decurrentibus, lobis foliorum lanceolatis lateralibus divaricato-bifidis spinaque valida terminatis; florum capitulis solitariis ovatis arachnoideis; squamis anthodii lanceolato-linearibus, extimis apice subulato-spinoso patentibus. — Radix ramosa; caulis erectus angulatus pilosus multiflorus; folia caulina patentia pinnatifida; florum capitula magna speciosa flosculis purpureis. ♂. In ruderatis, ad vias et in pascuis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 606 in iisdem locis totius Dalmatiae littoralis et insularis. Rchb. fl. g. 1914. (Car. lanceolatus L.; Cnicus lanceolatus W.; Eriolepis lanceolata H. Cassin.) Il.-Ag. **Cir. lanceolatum Scop.**

Caule nudo ramoso; foliis amplexicaulibus, lobis lanceolatis spina valida terminatis divaricato-bifidis; florum capitulis solitariis globosis arachnoideo-lanatis, squamis anthodii lanceolatis apice lineari-spathulato spina acuta mucronato reflexo-patulis. — Radix fusiformis ramosa; caulis 3—5-pedalis erectus sulcatus ramosus lanuginosus; folia sessila, facie virentia spinuloso-hirta, subtus tomento cano tecta pinnatifida laciniis oblongis spina flavescente terminatis per spinulas ciliatis, lacinia terminalis longissima; capitula ante anthesim sphæroidea lana arachnoidea cinerascente pertexta; corollae purpurascentes; receptaculum crassum carnosum. ♂. In pascuis sylvaticis tractus montium Velebit; in monte Klek et Kapela minori. Syll. fl. cr. In Slavonia ad vias et in arvis siccis montanis circa Zvečovo, Kamengrad et Stražeman; in montosis Čerević, ad Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 607 in pascuis montanis Dinara et Orien. Rchb. fl. g. 1913. (Car. eriophorus L.; Car. eriocephalus Clus.; Cnic. eriophorus W.; Eriolepis eriophorus W.; Eriolepis eriophora H. Coss.) II.-Ag.

Cir. eriophorum Scop.

6 Foliis decurrentibus aut saltem subdecurrentibus 7

Foliis sessilibus aut amplexicaulibus, nec minime decurrentibus . 10

7 Squamulis anthodii interioribus apicem versus attenuatis . . . 8

Squamulis anthodii interioribus apice ovato-lanceolato-dilatatis; radice fasciculata, fibris incrassatis fusiformibus. — Radix perennis; caulis simplex erectus inermis teres striatus villoque arachnoideo pauco vestitus; folia lanceolato-oblonga remote repando-dentata vel sinuato-pinnatifida, pinnis triangulari-lanceolatis acutis subbilobis, facie sparsim pilosa subtus saepe arachnoideo-sublanata incana; florum capitula solitaria suberecta; squamae anthodii glabrae plus minusve glutinosae virentes dorsoque gibbae, apice nigricantes; flores purpurei; achenia nitida. ♂. In pratis collibusque herbidis fertilibus totius Croatiae et Slavoniae praesertim submontanae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1897. (Card. canus L.; Cn. canus W.; Cn. tuberosus Jacq.) II.-Sept.

Cir. canum MB.

8 Caule nonnisi basi ad medium usque folioso, parte superiore subaphyllo et exalato 9

Caule a basi apicem usque alato spinoso ramosissimo; florum capitulis glomerato-racemosis ovato-oblongis. — Radix ramosa; caulis erectus altissimus in ramos patentes divisus; folia lan-

ceolato-linearia decurrentia remote et profunde sinuato-pinnatifida spinoso-ciliata laciniis subtrifidis patulis longe spinosis; squamae anthodii ovatae lanceolataeque adpressae spinaque patula terminatae; flores purpurei; achenia laevia. ♂. In pratis humidis, in udis et paludosis praesertim Zagoriae montanae et ad istam Zagrabiam. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis humidis ad Zvečovo, circa Tenje et Čepin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 609 ad fossas circa Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 1919. (Car. palustris L.; Car. crispus Pett.; Cir. palustre Alsch.; Cn. palustris W.; Onotrophe palustris H. Cass.) Il.-Ag. . . . **Cir. palustre Scop.**

9 Caule basi foliis breviter decurrentibus subalato, alis integerrimis vix spinulosis; foliis omnibus indivisis; squamis anthodii inermibus. — Radix fibris longis crassisque firmata; caulis simplex uniflorus aut in pedunculos paucos elongatos erectosque divisus, saepe flexuosus et arachnoideo-lanuginosus, infra medium foliosus, reliqua parte aphyllus et nonnisi bracteis squamiformibus raris adspersus; folia sparsim pilosa et dorso saepe arachnoideo-lanata oblongo-lanceolata integerrima aut denticulata inaequaliterque spinuloso-ciliata, radicalia in petiolum attenuata, caulina media postice attenuata, basi ipsa parum dilatata et amplexicaulia; squamae anthodii acutae gibbumque longitudinalem glandulosum in dorso gerentes; flores purpurascentes; achenia nitida. ♃. In pratis humidis ad Novimarof et Madjarovo, ad Toplikam, Božakovinam et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. In pratis montanis ad Podsused teste prof. Tušek. Rchb. fl. g. 1901. (Car. serratuloides L.; Cir. pannonicum Gaud.) In.-Il. **Cir. serratuloides Scop.**

Caule a basi ad apicem usque a foliis integris decurrentibus alato, alis crispis lobatisve, spinescentibus, spinis mollibus et innocuis; foliis caulinis superioribus pinnatifidis, pinnis plerumque integerrimis acuminatisque; squamis anthodii apice spinosis, spinis 1—1 $^1/_2$''' longis luteolis. — Caulis 2—3-pedalis erectus alisque crispatis spinulosisque a basi ad apicem usque percursus; florum capitula ovoidea aut ovato-oblonga parva; flores purpurascentes. ♃. In pratis udis ad Semlin. (Kan.) Il.-Ag. **Cir. brahycephalum Juratz.**

10 Floribus hermaphroditis, radice non repente 11

Floribus homogamis abortu dioicis; radice late repente; pappo flosculi feminei denso corollaque longiori; foliis oblongo-lanceolatis;

florum capitulis paniculato-corymbosis, ovatis, squamis anthodii adpressis mucronatis. — Radix carnosa valde repens; caulis erectus teres 1—3-pedalis, sulcatus medulla farctus, superne ramosus; folia sessilia alterna, integra aut incisa vel plane pinnatifida, glabra vel pilosa vel subtus plane albo-tomentosa, margine ciliata, spinescentia aut plane spinosa; capitula ovata; squamæ anthodii exteriores late-lanceolatae spina terminatae aut inermes, margine ciliatae, interiores longiores apice foliolo terminatae; corollae purpurascentes. ♃. vel ♂. In agris siccis locisque cultis praesertim inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll fl. cr. Vis. fl. dalm. 608 in agris cultis incultisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1917. (Serratula arvensis L.; Cnic. arvensis Hoffm.) In.-Ag. . . . . **Cir. arvense Scop.**

Observ. var. β. foliis omnibus undulatis pinnatifidis valde spinosis et pungentibus, est: Cir. horridum Wim. et Grab.

Variet. γ. foliis oblongo-lanceolatis integerrimis aut subundulatis sinuato-dentatis laciniis oblongis integris ciliato-spinescentibus, est: Cir. setosum MB. Rchb. fl. g. 1916.

Variet. δ foliis subtus lanuginoso-canescentibus aut argenteo-tomentosis, est: Cir. vestitum Koch. (Cir. argenteum Peyer.) Omnes hae formae occurrunt in iisdem locis ac ipsa species intermixteque cum illa.

11 Squamis anthodii patulis vel plane apice refractis 12

Squamis anthodii arcte adpressis, saepius apice obtusiusculis aut abrupte mucronulatis 13

12 Foliis amplexicaulibus scabris spinoso-ciliatis pinnatifidis, laciniis oblongo-lanceolatis 3-nerviis; squamis anthodii patulis. — Radix ramosa; caulis elatus ramosus; foliorum laciniae alternae oblongae ciliato-spinosae; florum capitula aggregata; squamae anthodii ovatae mucronatae. ♃. In collibus herbidis circa Bosiljevo et Čubar. (Klinggraeff.) Rchb. fl. g. 1902. (Cn. montanus WK.; Cn. alsophyllus Poll.) Il.-Ag. . . **Cir. montanum Rchb.**

Foliis ovatis margine lobatis dentatisque inaequaliter spinoso-ciliatis, radicalibus petiolatis basi rotundatis, caulinis inferioribus petiolo alato dentato basi auriculato amplexicaulibus, superioribus basi cordata sessilibus; squamis anthodii apice reflexis lanceolatis acutis breviterque mucronatis subinermibus. — Radix crassa fibris validis aucta; caulis erectus altissimus, striatus setisque inspersus et lanugine tectus; folia ampla facie subglabra,

dorso villo arachnoideo tecta; pedunculi lanuginosi; florum capitula terminalia 2—4-congesta, nutantia bracteaque lanceolata dentata fulta; flores purpurascentes; achenia striata nitida. ♃. In pratis alpinis in monte Snježnik prope Čubar unde attulit clar. Klinggraeff. Rchb. fl. g. 1908. (Cn. pauciflorus WK.) Il.-Ag. **Cir. pauciflorum Spr.**

13 Caule 1—2-pedali et ultra; foliis supra pubescentibus aut pilosis, vel subtus lanatis aut villosis 14

Caule subnullo; foliis glabris sessilibus sinuato-pinnatifidis spinulosis, laciniis subrotundo-ovatis, angulato-trifidis spinosis; florum capitulo ovato globoso glabro; squamis anthodii ovatis lanceolatisque adpressis mucronatis. — Radix lignescens; folia in orbem disposita terrae adpressa; capitulum subsessile aut breviter pedunculatum erectum; squamae anthodii imbricatae, ad apicem ciliatae in mucronem attenuatae; corollae purpurascentes aut lilacinae. ♃. In collibus montibusque apricis herbidis ad Rude et St. Leonard, nec non in monte Ošterc prope Samobor; in collibus arenosis ad Bosance et circa Bosiljevo, nec minus in collibus montibusque lapidosis provinciae Likanae. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 611 in pascuis siccis montium Velebit, Promina, Lemeš, Svilaja et Biokovo, nec minus in collibus circa Dernis. Rchb. fl. g. 1904. (Car. acaulis L.; Cnic. acaulis Hoffm.; Onotrophe acaulis H. Cass.) Il.-Ag. . . . . . . **Cir. acaule All.**

Observ. hybridum acaule-tuberosum: caule spithamaeo aut ultra ramoso; squamis anthodii ovato-lanceolatis-mucronatis; laciniis foliorum subtrifidis ciliato-spinosis, est: Cir. medium All. a nobis in graminosis fertilibus ad pedem montis Ošterc prope Samobor lectum.

Variet. γ. Caule subspithamaeo folioso, est: Cir. dubium W. — (Car. Roseni Vill.) occurritque intermixte cum priori.

14 Caule superne nudo, aphyllo; foliis supra sparse puberulis, subtus arachnoideo sublanatis 15

Caule multifolio 1—3-cephalo; foliis supra glabris, subtus niveotomentosis inaequaliter spinuloso-ciliatis amplexicaulibus lanceolatis aut elliptico-lanceolatis acuminatis. — Radix repens; caulis erectus fistulosus sulcatus, lana alba tectus, simplex vel superne ramosus; folia radicalia caulinaque inferioriora serrata his in petiolum lato-alatum basi auriculato-dilatatum contractis, superiora subintegerrima, omnia indivisa vel intermedia antice incisa

laciniis lanceolatis antrorsumque directis; florum capitula terminalia solitaria ebracteata; squamae anthodii adpressae lanceolatae carinatae fuscescentes spinulaque brevi innocua terminatae; flosculi purpurei. ♃. Teste clariss. Klinggraeff in pratis montanis circa Zagrabiam et Bosiljevo, sed a nobis in illis locis non visum, hinc dubium et ulterius inquirendum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1903. (Car. heterophyllus L.; Cnic. heterophyllus W.) Il.-Ag. . . . . **Cir. heterophyllum All.**

15 Foliis supra sparsim pilosis, subtus arachnoideo-sublanatis spinuloso ciliatis profunde pinnatifidis, inferioribus petiolatis, pinnis dentato-lobatis 2—3-fidisque. — Radix nodosa fibris carnosis incrassatis basi apiceque attenuatis aucta, subtuberosa; caulis gracilis bipedalis et ultra, a medio aphyllus, 1—3-cephalus; pedunculi elongati; folia caulina subamplexicaulia; squamae anthodii mucronatae patulae; flores violascentes aut purpurei; achenia nitida. ♃. In pratis humidis ad Slanje, Toplikam et Novimarof, non minus in graminosis fertilibus montis Ošterc prope Samobor et alibi in pratis fertilibus humidiusculis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1906. (Car. bulbosus Clus.; Car. tuberosus Poll.; Cnic. tuberosus W.; Cn. spurius Hoffm.) Il.-Ag. **Cir. tuberosum All.**

Foliis utrinque sparsim pubescentibus inaequaliter spinuloso-ciliatis amplexicaulibus pinnatifidis, caulinis inferioribus in petiolum alatum dentatum basi dilatatum contractis, pinnis lanceolatis acuminatis parce dentatis. — Radix horizontalis fibris longis aucta; caulis erectus teres 2—3-pedalis fistulosus, superne subnudus, simplex, inferne angulatus, superne striatus; florum capitula terminalia 2—4 plerumque congesta bracteisque linearibus integerrimis fulta; squamae anthodii adpressae mucronatæ; corollae purpurae. ♃. In pratis humidis collium montiumque in Zagoria superiori circa Thermas Krapinenses, Klemenovo et Svedruša, nec non in illis ad Sv. Križ. Rchb. fl. g. 1909. (Cn. rivularis W.; Cir. tricephalotes Lam.; Car. Erisithales Vill.; Car. rivularis Jacq.) In.-Ag. . . . . **Cir. rivulare Link.**

Gen. 482. **Picnemon Dalech. Scikalina.**

Florum capitula ovata imbricata squamis apice pinnato-septem spinulosis; filamenta et stigmata libera; nectarium 5-angulare centrale; receptaculum se-

toso-paleaceum; flosculi hermaphroditi; achenia laevia pappo plumoso molissime coronata Koch syn. pl. p. 458; Rchb. fl. g. p. 287, g. 367.

Foliis lineari-lanceolatis remote sinuato-dentatis, dentibus 3-spinosis, summis involucrantibus; florum capitula aggregata oblonga; squamis anthodii interioribus spina pinnata terminatis. — Tota planta albo-lanata aut cano-tomentosa; caulis ramosus late alato-ciliatoque spinulosus spinis croceo-flavidis; flores purpurei aut violaceo-lilacini. ⊙. Vis. fl. dalm. 612 in apricis argillosis sterilibus ad vias agrestes prope Obravazzo; copiose circa Sebenico, Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 1932. (Car. Acarna L.; Cir Acarna DC.; Cn. Acarna L. sp. pl.) Il.-Ag. . **P. Acarna Cass.**

Gen. 483. Chamaepeuce DC.

Squamae anthodii herbaceae appendice lanceolata spinosa terminatae; receptaculum setoso-paleaceum; achenia subgloboso-obovata ecostata laevia epicarpio duro cincta; pappi setae plumosae, basi in annullum subcarneum deciduum concretae. Vis. fl. dalm. II. p. 50, g. 208.

Foliis obverse lanceolatis integris remote spinulosis subtus albo-tomentosis utrinque ad axillam 1—2-spinosis; florum capitulis sessilibus bracteatis; squamis anthodii ad originem appendicis patulae callo albido intus instructis. — Caulis erectus tomentosus; spinae axillares subramosae; florum capitula axillaria sessilia, squamae anthodii triquetrae, apice in spinam pungentem attenuatae; flores rubelli. ⊙. Vis. fl. dalm. 613 in apricis saxosis insulae Lissa prope Comisa. Rchb. fl. g. 1910. (Car. stellatus L.; Cn. stellatus W.; Lamyra stipulacea H. Cass.) In.-Il.

Ch. stellata DC.

Gen. 484. Lappa Tourn. Čičak. Repun. Repušina. Lopuh. Ripnjak. Valjuga.

Florum capitula globosa imbricata; squamis anthodii basi adpressis apice subulato corneo inflexo-uncinatis; flores hermaphroditi omnes tubulosi; filamenta libera; receptaculum setosum; achenia oblonga compressa transverse rugosa; setae pappi liberae filiformes scabrae breves multiseriales; flores purpurei. — Vis. fl. dalm. II. pag 51, g. 209; Koch syn. pl. pag. 463; Rchb. fl. g. pag. 288, g. 372.

1 Squamis anthodii arachnoideo-subvillosis aut arachnoideo-lanatis, interioribus purpureis aut brunneis 2

Squamis anthodii glabriusculis, omnibus concoloribus; virentibus, subulatis uncinatisque; florum capitulis subcorymbosis. — Caulis erectus ramosus; folia magna, ampla petiolata cordata et serrulata; pedunculi elongati monocephali. ♂. In ruderatis, ad sepes et vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 614 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1940. (Arctium Lappa L.; Ar. majus Gm.; Lappa officinalis All.) Il.-Sep. **L. major Gaert.**

2 Squamis anthodii pubescentibus vel arachnoideo-subvillosis, omnibus subulatis uncinatisque; florum capitulis racemosis. — Caulis erectus subramosus; folia ampla cordata petiolata dentata; flores congesti subcorymbosi pedunculis polycephalis abbreviatis. ♂. In ruderatis, ad sepes et vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 615 in ruderatis Dalmatiae, sed minus frequens ac praecedens. Rchb. fl. g. 1939. (Arctium minus Schk.; Lappa Personata Gm.) In.-Ag.. . . . . . . **L. minor DC.**

Squamis anthodii arachnoideo-lanatis interioribus lanceolatis cum mucronulo recto obtusis subradiantibus; florum capitulis subcorymbosis. — Caulis erectus ramosus; folia ampla cordata petiolata subintegerrima; pedunculi subcorymbosi polycephali; squamæ anthodii interiores recte mucronulatae obtusae. ♂. In iisdem locis ac praecedentes nec minus frequens in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 616 in ruderatis, sed praecedentibus multo rarius. Rchb. fl. g. 1941. (Arc. Bardana W.; Arc. tomentosum Schk.) Il.-Sep. , ... **L. tomentosa Lam.**

Trib. IX. **Serratuleae DC.** *Squamae anthodii multiseriales subinermes; flores sexu varii, omnes 5-fidi; achenii pappus pilosus aut plumosus margine prominulo extus circumdatus; setae basi liberae.*

Gen. 485. **Serratula DC. Srpac ili Palamidac.**

Florum capitula homogama aut dioica, squamae anthodii imbricatae; flosculi omnes tubulosi purpurei; achenia oblonga compressa laevia, nectario areolae terminalis obsoleto; pappus pilosus pluriserialis serie radiorum intima longiore, persistens radiis denique seorsim decidentibus; receptaculum setoso-paleaceum paleis indivisis; filamenta plus minusve scabra. Vis. fl. dalm. II. p. 51, g. 210; Koch syn. pl. p. 466; Rchb. fl. g. p. 290, g. 376.

1 Foliis inferioribus ovatis integris aut lyratis pinnatifidisve, scabris 2

Foliis pectinato-pinnatifidis laciniis integerrimis mucronatis; pedunculis elongatis monocephalis; florum capitulis subglobosis

hermaphroditis; squamis anthodii mucronato-spinosis. — Radix lignescens; caulis erectus angulatus, setis brevibus adspersus, supra medium ramosus; folia inermia pubescenti-scabra pinnatifida, radicalia et caulina inferiora petiolata, superiora sessilia, ramea lanceolata; florum capitula subglobosa, spuamae anthodii ovatae, exteriores nudae spinula patente terminatae, interiores lineari-lanceolatae fuscae membranaceae et inermes; flores rubro-violacei; achenia ovato-oblonga. ♃. In collibus apricis herbidis circa Kalnik, Reka, Sudovec et Čanjevo; in apricis saxosis montis Velebit prope Karlobago et sv. Juraj. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 618 in montosis calcareis Velebit, Promina, Svilaja, Biokovo et Snježnica. Rchb. fl. g. 1950. (Car. radiatus WK.; Ser. centauroides Host.; Ser. pinnatifida Desf.) II.-Sept.

S. radiata MB.

2 Florum capitulis oblongis dioicis corymbosis; foliis argute serratis ovalibus integris, lyratis pinnatifidisve; squamis anthodii acutis. — Radix lignescens; caulis erectus angulatus glaber; folia rigida utrinque glabra, radicalia plerumque pinnatifida vel lyrata, interdum omnia integra; squamae anthodii fusco-purpureae, rarissime albae; achenia striata. ♃. In sylvis, arvis pratisque montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 617 in sylvis pratisque umbrosis prope Nona et inter Dernis et Verlika. Rchb. fl. g. 1947. (Car. tinctorius Scop.) II.-Sept. . . . . **S. tinctoria L.**

Caule simplici monocephalo; florum capitulo subgloboso; foliis radicalibus et caulinis inferioribus ovatis grosse dentatis vel basi incisis, superioribus oblongis pinnatifido-dentatis, summis linearibus integerrimis; squamis anthodii mucronatis. — Radix obliqua aut plane horizontalis praemorsa fibrisque elongatis tenuibus aucta; caulis erectus simplicissimus pedalis aut sesquipedalis subsulcato-angulosus angulis pallidioribus, basi pilosus; folia utrinque profunde viridia pilisque albis brevibus adspersa, subciliata, scabriuscula et subcoriacea; flores caeruleo-purpurei; achenia ovata candida nuda. ♃. In locis lapidosis litt. cr., veluti circa Cernek, Praputnik et Crkvenica. Rchb. fl. g. 1949. (Car. nitidus WK.; Car. lycopifolius Vill.) In.-II.

S. heterophylla Desf.

Gen. 486. **Jurinea Cassin. Mekoglavica.**

Florum capitula subglobosa homogama; squamae anthodii imbricatae molliter membranaceae patulae innocuae; receptaculum setoso-paleaceum paleis setaceis linearibus; achenia brevia pyramidata tetragona, nectarium areolae terminalis intra pappum exsertum et cum ejus setis setulosis ipsi insertis demum deciduum. — Vis. fl. dalm. pag. 52, g. 211; Koch syn. pl. pag. 467; Rchb. fl. g. pag. 290, g. 377.

Foliis supra lanuginosis, subtus albo-tomentosis margine revolutis sessilibus, inferioribus pectinato-pinnatifidis, lobis foliisque caeteris linearibus. — Caulis 1—2-pedalis subnudus monocephalus; capitula globosa, flores atropurpurei; squamae anthodii lanceolato-subulatae arachnoideo-lanatae squarrosae; achenia rugoso-scrobiculata; folia mollia undulata. ♃. In locis incultis apricis saxosis litt. cr. circa Segniam, Lukovo et Klada. Syll. fl. cr. In Slavonia in Škendra ad Vukovar; in vineis circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 619 in apricis campestribus circa Smilčić et Carin, nec non in pascuis montium Velebit, Mossor, Biokovo et Vlastica. Rchb. fl. g. 1951. (Car. mollis L.; Cirs. molle Scop.; Ser. simplex DC.; Ser. cyanoides Gaert.) Mj.-Jn. . . . . **J. mollis DC.**

Sectio II. **Corymbiferae Vaill. Veršnikovice.**

Florum capitula discoidea vel radiata; stylus floris hermaphroditi superne cylindricus.

Trib. X. **Eupatoriaceae Less.** *Stylus floris hermaphroditi ramis subclavatis a basi puberulis; antherae appendice rotundata apice instructae, basi ecaudatae.*

Gen. 487. **Eupatorium L. Konopljuša. Turica. Rasodnik. Grozičnica.**

Florum capitulis imbricatis cylindricis; flosculi radii pluriseriales lingulati integri feminei, disci pauci tubulosi 5-dentati hermaphroditi exovulati; achenia radii oblonga pappo setaceo pluriseriali, disci abortiva setis uniserialibus; receptaculum nudum; flores dilute purpurei. Vis. fl. dalm. II. p. 53, g. 212; Koch syn. pl. p. 381; Rchb. fl. g. p. 378, g. 356.

Foliis petiolatis 3—5-partitis laciniis lanceolatis serratis intermedia longiore; cyma corymbosa. — Radix multiceps; caules 2—4-pedales et ultra erecti teretes ramosi pubescentes; folia

opposita, rarius subverticillata pubescentia scabra; squamae anthodii oblongae obtusae; stigmata pubescentia; achenia gracilia. ♃. In locis sylvaticis, udis, ad rivulos et fossas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 620 in aquosis et fossis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1856. II.-Sept.

E. cannabinum L.

Gen. 488. **Tussilago Tourn. Podbjel, Kopitnjak. Konjsko-kopito.**

Florum capitulum ovatum monoclinicum heterogamum i. e. flosculis disci tubulosis hermaphroditis fertilibus, radii ligulatis femineis aut neutris; receptaculum nudum; achenia radii oblonga pappo setaceo pluriseriali, disci abortiva setis uniserialibus coronata. Vis. fl. dalm. II. p 53, g. 113; Koch syn. pl. p. 383; Rchb. fl. g. p. 240, g. 311.

Scapo monocephalo bracteato; foliis cordatis angulatis dentatis subtus tomentoso-pubescentibus, incanis. — Radix valde repens; scapus et flos ante foliorum evolutionem emergit; folia petiolata facie glabra; squamae anthodii pubescentes; flosculorum femineorum lingula patens flava aut lutea. ♃. In locis humidis solo argillaceo totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 621 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rhb. fl. g. 1545. Mr.-Apr. . . . . **T. Farfara L**

Gen. 489. **Adenostyles Cass. Ljepika.**

Florum capitulum cylindricum; anthodium simplex subcalyculatum; flosculi omnes hermaphroditi campanulato-tubulosi, limbo nempe basi subito ampliato; styli crura elongata puberulo-scabra; achenia striata pappo pluriseriali piliformi scabro coronata; receptaculum nudum; flores purpurei. Vis. fl. dalm. II. p 54, g. 214; Koch syn. pl. p. 328; Rchb. fl. g. p. 278, g. 356.

Foliis reniformi-cordatis grosse inaequaliter duplicato-dentatis subtus subtomentosis. — Bipedalis et ultra; radix praemorsa fibrisque jubatis firmata; caulis erectus villosus; folia subtus venis exstantibus reticulata mollia, supra virentia subpilosa, subtus tomento incano tecta, summa amplexicaulia e lanceolato-oblonga, reliqua petiolis ad basin auriculatis affixa; corymbi fastigiati. ♃. Ad fontes et torrentes montium circa Delnice et Čubar. (Klinggraeff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1858. (A. albida Cass.; Cacalia Petasites Bl. et F.; Cac. hirsuta Vill.; C. tomentosa Jacq.; C. albifrons L.) II.-Ag. . . . . **A. albifrons Rchb.**

Foliis reniformi-cordatis dentato-crenatis subtus in venis pubescentibus. — Radix praemorsa fibris longis crassisque aucta denique multiceps; caulis suberectus semipedalis vel ultra; folia obsolete repanda inaequaliter crenata subtus venis purpurascentibus reticulata; caulina pauca alterna, radicale unicum, caulinum summum ovatum acuminatum; anthodium glabrum squamis ad apicem ciliatis oblongis canaliculatis obtusis conniventibus; florum corymbi fastigiati. ♃. In locis sylvaticis montium altiorum tractus Velebit, veluti in subalpinis montis Kapela et in ipsa alpe Visočica, nec minus in herbidis montis Sv. Jakob ad Zagrabiam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 622 in subalpinis montium Velebit ad Vela-Paklenica. Rchb. fl. g. 1857. (A. viridis Cass.; Cac. alpina L.; C. glabra Vill.; Tussilago Cacalia Scop.) Il.-Ag. . . . . **A. alpina Bl. et F.**

Gen. 490. **Homogyne Cass. Urezica.**

Anthodium simplex aut subcalyculatum ovatum squamis aequalibus accessoriis paucis linearibus; flores in ambitu uniseriales, pauci, feminei filiformes oblique truncati, obsolete 5-denticulati, disci plurimi hermaphroditi campanulato-tubulosi 5-dentati; stigmata linearia divaricata, a basi puberulo-scabra; pappus pilosus; receptaculum nudum; achenia fusiformia sulcata. — Caulis paucifolius monocephalus flosculis persicinis. Koch syn. pl. pag. 382; Rchb. fl. g. p. 278, g. 358.

Foliis cordato-reniformibus lobatis, lobis intermediis tridentatis. — Radix fibris plurimis jubata; folia superne glabra subtus et margine villosa, radicalia longe petiolata, caulina inferiora petiolo latissimo amplexicauli affixa lobata, summa sessilia integra lanceolata vel ovata; caulis erectus teres villosus submonocephalus; anthodium basi virens, superne purpurascens squamis lanceolatis acutis. ♃. In sylvis montium Ivanščica, in illis Zagrabiensibus, ad Samobor, Sv. Anna pod Turnom, Klek et Merzin. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1862. (Tussilago sylvestris Scop.) Mj.-Il. , ... **H. sylvestris Cass.**

Foliis cordato-reniformibus dentato-crenatis subtus in nervis pubescentibus facie glabris. — Radix repens; caulis lanatus spithamaeus; folium inferius vaginato-petiolatum folio radicali simile, reliqua caulina 1—2 ovata vel lanceolata, summa ad vaginas dilatatas absque lamina reducta. ♃. In saxosis montium altiorum Croatiae australis veluti, in monte Klek, Kapela et in

alpe Pliešivica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1860. (Tus. alpina L.; Petasites alpinus Scop.) Mj.-Il. . . . . . **H. alpina Cass.**

Gen. 491. **Petasites Tourn. Repuh.**

Florum capitula ovata, subdioica, mascula flosculis femineis uniserialibus filiformibus oblique truncatis radiata, feminea autem flosculis hermaphroditis exoculatis tubulosis 5-dentatis paucissimis in centro praedita; anthodium simplex subcaliculatum; stigmata a basi puberulo-scabra; receptaculum nudum pappus pilosus. — Flores thyrsoidei. — Vis. fl. dalm. II. p. 54, g. 215; Koch syn. pl. p. 383; Rchb. fl. g. p. 279, g. 359.

1 Stigmatibus florum hermaphroditorum elongatis lineari-lanceolatis acuminatis; foliis mucronato-dentatis 2

Stigmatibus florum hermaphroditorum brevibus ovatis; foliis cordatis inaequaliter dentatis subtus lanuginoso-canescentibus, lobis basi rotundatis; thyrso oblongo. — Radix crassa repens; folia ampla reniformia longo et crasso petiolo innixa, subtus cinereo villo tecta; scapus erectus squamisque tectus; flores in densum thyrsum collecti; pedunculi squamis lanceolatis vestiti; squamae anthodii lineares glabrae; corollae purpureae, carneae aut albidae. ♃. In pratis humidis, ad rivulos, fossas paludesque totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in convallibus circa Virovitic, Vučin, Orahovica et Zoljan; in pascuis ad Vukovar, circa Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 623 in pratis humidis locisque sylvaticis in Kinskopolje. Rchb. fl. g. 1866. (Tussilago Petasites L.; Pet. vulgaris Desf.) Mr.-Apr.

P. officinalis Gaert.

Observ. variet. β. florum thyrso elongato, pedunculis laxis; floribus polygamis; foliis cordatis rugosis, est: P. hybridus Dill. occurritque intermixte cum priori, praesertim in pratis paludosis montium altiorum.

2 Foliis subrotundo-cordatis angulatis mucronato-dentatis subtus lanuginoso-tomentosis; thyrso fastigiato vel ovato. — Radix repens; scapus angulatus squamisque canaliculatis villosis tectus; squamae anthodii lineares striatae dorsoque pilosae; tubus corollae flosculi hermaphroditi cylindricus, limbo rubello in 5 lacinias reversas diviso, in flosculis femineis corollae nonnisi rudimentum; stylus longissimus; stigma emarginatum. ♃. In sylvis altioribus tractus montium Ivanšćica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1864. (Tuss. alba L.) Apr.-Mj. . . . **P. albus Gaert.**

Foliis ovato- vel subtriangulari-cordatis inaequaliter mucronato-denticulatis et subtus niveo-tomentosis, lobis baseos divergentibus; thyrso ovato. — Radix repens; scapus squamis oblongis canaliculatis tectus; folia repando-denticulata, facie dense villosa, sed virentia; bracteae oblongae membranaceae; anthodii squamæ canaliculatae dorso striatae; flosculi feminei filiformes; stigmata florum hermaphroditorum elongata, lineari-lanceolata acuminata. ♃. In sylvis montium altiorum Croatiae australis ad rivulos, veluti in monte Klek et Kapela. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1865. (Tuss. nivea Vill.; Tuss. paradoxa Retz.; Tuss. ramosa Hoppe.) Apr.-Mj. . . . . **P. niveus Baumg.**

Trib. XI. **Asteroideae Less.** *Stylus floris hermaphroditi cylindricus bifidus cruribus linearibus extus subplanis et superne aequaliter minuteque puberulis; antherae appendice oblonga angusta apice instructae basique caducae.*

a. Capitula radiata ligulis discoloribus.

Gen. 492. **Bellidiastrum Michel. Ozima.**

Florum capitulum hemisphaericum; squamae anthodii aequales biseriales; receptaculum conicum verrucisque flexuosis maturitate vermiculatum; flosculi radiales ligulati biseriales, feminei steriles; achenia obovata pappo piloso uniseriali scabro. Vis. fl. dalm. II. p. 55, g. 216; Koch syn. pl. p. 387; Rchb. fl. g. p. 233, g. 299.

Scapo villoso monocephalo; foliis petiolatis obovatis subrepandis. — Herba puberula radice repente fibrisque longis jubata; folia in petiolum longum decurrentia utrinque hirsuta; flores radii albi aut rubelli, disci flavi. ♃. In graminosis sylvaticis montium Croatiae australis, veluti in monte Klek, Merzin, in alpe Pliešivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 624 in devexitatibus locisque umbrosis udis montis Biokovo. Rchb. fl. g. 1485. (Doronicum Bellidiastrum L.; Aster. Bellidiastrum Scop.; Arnica Bellid. W.; Margarita Bellid. Gaud.) In.-Il. . **B. Michelii Cass.**

Gen. 493. **Aster L. Zviezdan.**

Squamae anthodii imbricatae; flosculi radiales ligulati feminei uniseriales fertiles, disci hermaphroditi tubulosi; antherae appendiculatae; achenia erostra compressa; pappus pluriserialis pilosus conformis; receptaculum planum nu-

dum alveolatum alveolis marginatis. — Vis. fl. dalm. II. p. 56, g. 217; Koch syn. pl. p. 385; Rchb. fl. g. p. 246, g. 316.

1 Radice perenni; floribus umbellato-corymbosis, fastigiatis aut paniculatis 2

Radice annua; caule simplici et nonnisi superne in unum alterumve ramum monocephalum diviso; foliis ovatis grosse dentatis petiolatis pilosis, caulinis sessilibus basi cuneatis, floralibus lanceolatis integerrimis. — Caulis hispidulus; florum capitula magna radio specioso lilacino, violaceo, roseo, kermesino aut albo vittatove; squamae anthodii foliaceae squarrosae patulae. ◯. Ex China adlatus, modo ubique in hortis cultus et hinc inde ex hortis auffugus et in ruderatis quasi spontaneus. Rchb. fl. g. 1609. Ag.-Oct. . . . . **A. chinensis L.**

2 Foliis lanceolatis amplexicaulibus 3

Foliis, non amplexicaulibus, sed interdum basi cordata sessilibus 4

3 Foliis integerrimis basi auriculatis; caule piloso stricto simplici, floribus confertis corymbosis; squamis anthodii laxis patulis coloratis lanceolatis; florum radiis linearibus elongatis. — Radix ramosa; caulis strictus fuscus pilosus aut plane hirsutus 3—4-pedalis et ultra apice in unum alterumve ramum divisus ramis corymbiferis: folia anguste lanceolata pilosa margine subrevoluto; radius corollae lilacinus aut caeruleo-violaceus. ♃. E Nova-Anglia adlatus modo in hortis frequentissime cultus et in Croatia hinc inde in ruderatis et ad sepes quasi spontaneus, veluti ad Paukovec et Bisag, nec non ad Castellum Raven. Ag.-Oct. **A. Novae Angliae W.**

Foliis acuminatis margine scabris et inferioribus medio remote, sed argute serratis, caule racemoso-pyramidato, ramis submonocephalis; squamis anthodii subaequilongis infimis a basi patentibus. — Caulis bi-tripedalis scabriusculus, secus nudus; folia amplexicaulia; florum capitula majuscula radio caeruleo. ♃. Ex America boreali adlatus, in hortis cultus et hinc inde ad sepes et in dumetis quasi spontaneus, veluti circa Bisag, Slanje et Bukovec. (A. Novi Belgii W.) Sept.-Oct. . **A. brumalis N. ab E.**

4 Floribus corymbosis 5

Floribus paniculatis aut racemosis, rarius caule simplici monocephalo 8

5 Foliis scabris incanisve venosis subtrinerviis radicalibus ovato-spathulatis lanceolatisve 6

Foliis glabris crassiusculis subcarnosis integerrimis, inferioribus oblongo-lanceolatis, superioribus lineari-lanceolatis; anthodii squamis adpressis glabris, interioribus obtusis longioribus. — Radix fibrosa; caulis spithamaeus-pedalis, rarius ultra, teres glaber, inferne fistulosus; folia glaberrima; radicalia petiolata elliptico-oblonga utrinque angustata, caulina sessilia; flosculorum radii patentes caerulei aut roseo-lilacini apice tridentati. ♃. In cultis maritimis litt. cr. circa Flumen, Kraljevica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 626 in paludosis salsis circa Karin, Trau, Spalato, Narenta et Ragusa; nec minus in insula Pago. Rchb. fl. g. 1605. (Tripolium vulgare N. ab E.) II.-Sept. **A. Tripolium L.**

6 Foliis omnibus lineari-lanceolatis linearibusve integerrimis . . . 7

Foliis radicalibus (saepe) maximis ovali-spathulatis obtusis plusminusve serratis, caulinis ovali-lanceolatis acutis subserrulatis aut integerrimis; anthodii squamis squarrosis, oblongis obtusiusculis, apice coloratis. — Radix multiceps fibrisque jubata; caulis 1—2-pedalis et ultra teres scaber, villosus superne in ramulos nonnullos solutus aut simplex, corymbosus; folia alterna, caulina infima et radicalia petiolata, reliqua sessilia; squamae anthodii obtusae margine pilosellae, interiores erectae margine membranaceae et purpurascentes; flosculi radiantes caerulei, disci lutei. ♃. In collibus apricis, ad sylvarum oras et vinearum margines in montanis Croatiae haud rarus, veluti ad Kalnik, Toplikam, Samobor, Krapinam et alibi, nec minus in Croatia australi et isto litt. cr. Syll. fl. cr. In Sla onia in arvis lapidosis circa Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 625 in apricis humilioribus montium Velebit et Dinara. Rchb. fl. g. 1599. II.-Ag. **A. Amellus L.**

Observ. variet. β. foliis omnibus plus minusve obovato-spathulatis aut obverse lanceolatis integerrimis, est: A. amelloides Rchb. occurritque in collibus arenosis circa Nespieš et Psarijevo. Rchb. fl. g. 1600.

7 Foliis scabris punctatisque; ramulis corymboso-fastigiato-divaricatis. — Radix lignescens; caules erecti 2—3-pedales pubescentes subangulati, superne in ramulos divisi; folia alterna sessilia acuta trinervia margine setulis consita; flores corymbosi; squamæ anthodii crassiusculae carinatae acutae subserrulatae; flosculi radiantes caerulei aut lilacini; achenia pilis albidis inspersa. ♃. In collibus herbidis lapidosis circa Samobor. (Clar. Klinggræff.)

In locis subsalsis pratis et fossis Croatiae. Maly enum pl. p. 110, g. 244, n. 7. A. nobis in his locis non observatus. — Syll. fl. cr. — Rhb. fl. g. 1602. Ag.-Sept. . **A. punctatus WK.**

Foliis pubescenti- canis aut plane incano-tomentosis; ramis corymbosis divergentibus; squamis anthodii arectis. — Radix multiceps fibrisque capillata; caules erecti incano-tomentosi superne in ramos floriferos divisi; folia alterna sessilia acuta trinervia margine scabra; flores in corymbum collecti; anthodii squamae acutae subserratae; flosculi radii violacei; achenia villosa. ♃. In pratis et dumetis circa Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 627 in fruticetis sylvaticis montis Snježnica prope Ragusa. (Galatella cana N. ab E.) Rchb. fl. g. 1603. Ag.-Sept. **A. canus WK.**

Observ. Teste clariss. Vis. fl. dalm. II. p. 57 differt planta dalmatica a nostra Slavonica pube rariore aut tantum superiorem partem plantae tegente, nec unquam tomentum constituente et corymbo paucifloro, nec divaricato.

8 Foliis subcoriaceis, caulinis integerrimis 9

Foliis omnibus plus minusve serratis aut radicalibus paucicrenatis 10

9 Squamis anthodii laxis subaequalibus apice patentibus, nervo dorsali canaliculatis; foliis caulinis basi cordata sessilibus. — Radix repens fibrisque copiosis firmata; caulis strictus basi laevigatus, apicem versus sulcatus scaber ramosus multiflorus, aut simplex et monocephalus; pedunculi axillares monocephali; folia floralia decurrentia et pedetentim in foliola anthodii transeuntia; folia radicalia spathulata longe petiolata aut ovalia paucicrenata; caulina lanceolata basin versus coarctata, subtus pallidiora, versus apicem margineque scabra, superiora basi latiora, accessoria in axillis conferta ovalia apice haud raro rotundato; ligulae corollae radiantes longissimæ lanceolatæ apice rotundatæ integerrimæ. ♃. Habitat ad sepes et fossas horti pone castellum Lovrečina, ad Bisag et Slanje. Syll. fl. cr. p. 55. Ag.-Sept.

A. heterophyllus Schloss. et Vukot.

Squamis anthodii arcte adpressis lanceolatis margine pallidioribus; foliis lanceolatis basi angustata sessilibus. — Radix repens fibris aucta; caulis ramosus paniculatus vel simplex monocephalus pedunculis elongatis subnudis; folia lanceolata nitida margine incrassato scaberrimo ciliato ciliis spinescentibus, infima in petiolum attenuata, reliqua sessilia; flores speciosi; ligulae corollae radiantes lineari-lanceolatae obtusiusculae. ♃. Habitat in du-

metis, ad sepes et domus circa castellum Raven, Lovrečina, Božakovina et Prečec. Syll. fl. cr. p. 56. Ag.-Oct. **A. leiophyllus Schloss. et Vukot.**

10 Foliis lanceolatis, caulinis interdum deflexis; florum capitulis plerumque speciosis 11

Foliis lineari-lanceolatis linearibusve; capitulis parvis; squamis anthodii adpresso-imbricatis apice patulis. — Bipedalis et ultra; caules ramoso-paniculati ramis ramulisque racemosis; folia caulina sessilia acuminata remote serrata, supra in ambitu scabra, ramorum linearia, pedunculorum multo breviora a medio versus basin angustata; radius albus, defloratus apice rubellus, vel pallide lilacinus et serius purpurascens; capitula, dimidio minora quam in antecedentibus. ♃. In sepibus dumetisque, ad lacus et fossas hinc inde quasi spontaneus, veluti circa Riekam, Čanjevo, Bisag, Lovrečinam et alibi. Syll. fl cr. (A. lanceolatus Lej.; A. miser Ait.) Ag.-Sept. . **A. parviflorus N. ab E.**

11 Squamis anthodii laxis patentibus reflexisve 12

Squamis anthodii arcte adpressis margine pallidioribus. — Radix valde repens fibrisque purpurascentibus firmata; caulis ramosus strictus ramulis pyramidatis, pedunculis axillaribus monocephalis; folia caulina superiora lanceolata longe acuminata sessilia, medio remote arguteque serrata serraturis spinescentibus, infima in petiolum latum alatumque protracta; capitula ovata; flosculi radii numerosi ligulis linearibus integerrimis apice rotundatis, lilacinis. ♃. Habitat in rejectaculis hortorum, veluti ad castellum Raven, ad sepes circa Božakovinam et Dugoselo et alibi. Syll. fl. cr. Sept.-Oct. . **A. serratifolius Schloss. et Vukot.**

12 Foliis caulinis cordata basi sessilibus lanceolatis acutis, supra versus marginem scabris; squamis anthodii subaequilongis exterioribus fere a basi patentibus. — Caulis ramoso-corymbosus corymbo composito et decomposito; folia inferiora a medio remote adpresse minuteque serrata, summa pedetentim in foliola anthodii abeuntia; flosculi radiantes amoene rubello-violacei. ♃. Ex America boreali adlatus, modo hinc inde ad sepes et in dumetis humidis quasi spontaneus, veluti ad Paukovec et Sv. Helena. Syll. fl. cr. (A. serotinus W.) Sept.-Oct. **A. Novi Belgii L.**

Foliis caulinis oblongo-lanceolatis basi angustata sessilibus, deflexis subserratis, serraturis utrinque 3—4 remotis; squamis anthodii linearibus patulis reflexisve. — Radix repens; caulis

strictus valde fragilis et ramosissimus ramis corymbosis, ramulis monocephalis; folia radicalia turionumque sterilium spathulata longe petiolata petiolis alatis, ramea linearia integerrima, subtus pallidiora, margine ciliolata ciliis spinescentibus, scaberrimis; capitula parva oblonga, flosculi parvi radiantes numerosi ligulis linearibus apice bidentatis, pallide lilacinis, disco purpurascente. — Praecedenti similis, differt tamen: florum capitulis parvis oblongis subcylindraceis, ligulis radii bidentatis foliis caulinis deflexis cauleque mirum in modum fragili. ♃. Habitat in hortis graminosis et in prunetis Crisii, Bogačevo, Sv. Peter et Medja, nec non alibi. Syll. fl. cr. p. 57. Ag.-Oct.

A. fragilis Schloss. et Vukot.

Gen. 494. Diplopappus Cass. Krasolika.

Squamis anthodii imbricatis laxis subaequalibus biserialibusque; flores radii feminei ligulati biseriales, disci hermaphroditi tubulosi; antherae inappendiculatae; achenia erostra compressa; pappus pilosus, radii simplex e setulis brevibus, disci duplex, exterior e setulis brevibus copiosis, interior e pilis elongatis paucioribus formatus; receptaculum nudum. Koch syn. pl. p. 387; Rchb. fl g. p. 239, g. 309.

Foliis inferioribus obovatis grosse serratis, superioribus lanceolatis remote serratis integerrimisve; squamis anthodii hirsutis. — Radix brevis ramosa; caulis erectus teres setulis exasperatus apiceque corymbosus; folia setis inspersa; pedunculi hirti; anthodii squamae numerosae lanceolatæ margineque membranaceae; flosculi disci flavescentes, ligulae radii albae et colore roseo suffusae; achenia hirta. ♂. In prunetis collibusque herbidis et ad vias totius Croatiae, praesertim circa Crisium, in Moslavina, ad Zagrabiam et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in comitatu Požegano et Viroviticensi in iisdem locis copiosissimus, nec non circa Vinkovce, Županje, Čerević et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1534. (A. annuus L.; Pulicaria bellidiflora Wallr.; P. annua Gaert.; Erigeron annuum Pers.; Er. bellidioides Spen.; Stenactites dubia Cass.; Sten. annua N. ab E.; Dipl. dubius Gaud.) II.-Ag.

D. annuus Cass.

Gen. 495. Bellis L. Krasulja. Ovčica.

Squamae anthodii biseriales aequales; flores radii feminei ligulati uniseriales disci hermaphroditi tubulosi; achenia plano-compressa marginata pappo nullo;

receptaculum nudum. Radius albus vel subtus rubellus. — Vis. fl. dalm. II. p. 57, g. 220; Koch syn. pl. p. 387; Rchb. fl. g. p. 233, g. 298.

1 Radice perenni; scapo unifloro; foliis obsolete 3-nerviis . . . 2
Radice annua; caule quamquam saepe brevissimo, tamen folioso. — Folia obovato-spathulata obtusa, venosa, apice crenata, hirta; anthodii squamae apice ciliatae obtusae; radix denique pluricaulis. ○. Vis. fl. dalm. 631 var. γ. in locis herbidis circa Ragusa et Sagno, nec non in insula Mezzo. Rchb. fl. g. 1482. Mrz.-II. . . . . **B. annua L.**

2 Foliis obovato-lanceolatis subcrenatis; anthodii squamis oblongis. — Scapus teres erectus et ut folia et anthodii squamae pilis rigidiusculis tectus; folia in petiolum longum attenuata paucis denticulis signata et subvelutino-hirta: radii ligulae apice denticulatae; achenia hirta. ♃. In locis graminosis asperis litt. cr. circa Seguiam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 631 var. α. in pascuis et graminosis circa Zara, Trau et Spalato, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1483. (B. hirta Host.) In.-Ag. . . . . **B. sylvestris Cyr.**
Foliis obovatis aut obovato-spathulatis crenatis pubescentibus squamis anthodii oblongis subcarinatis, obtusis. — Radix repens fibrisque plurimis aucta; scapus brevis teres pilisque brevibus adpressis tectus; folia in longum petiolum angustata pilis paucis, praesertim margine, inspersa. ♃. In pratis et pascuis totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 631 in saxosis dumetisque totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 1484. Floret fere per totum annum. . . . . . . **B. perennis L.**

Gen. 496. **Erigeron L. Turan, Hudolietnica.**

Squamis anthodii imbricatis; flosculi radii feminei pluriseriales aut omnes ligulati aut interiores filiformes, disci hermaphroditi tubulosi; antherae caudatae; achenia erostra pappo uniseriali conformi coronata; receptaculum planum foveolato-punctatum nudum. Vis. fl. dalm. II. p. 57. g. 219; Koch syn. pl. p. 388; Rchb. fl. g. p. 239, g. 310.

1 Caule ramoso denique corymboso ramis 1—3-cephalis 2
Caule stricto paniculato, panicula oblonga capitulis parvis copiose obsita, ramis ramulisque racemosis. — Radix fusiformis; caulis erectus paniculato-ramosissimus; folia alterna lineari-lanceolata utrinque attenuata setoso-ciliata, infima parce serrata; squamae

anthodii primo erectae, demum patulae; flosculi radii albidi disco breviores; achenia reticulata. ⊙. In agris collibusque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 630 in agris et cultis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 1535. Ag.-Oct. . . . . **E. canadensis L.**

2 Caule mono- aut oligocephalo; foliis inferioribus oblongis longe petiolatis; flosculis radii patentibus disco duplo longioribus. — Palmaris spithamaeus glabrescens; radix lignescens fibrisque firmata; caulis erectus pilosus; folia integerrima; folia caulina sparsa basi dilatata semiamplexicaulia; squamae anthodii pilosiusculae. ♃. Vis. fl. dalm. 628 in convallibus editioribus montium Velebit, Dinara et Prolog. Rchb. fl. g. 1543. (E. uniflorus Fl. D.; E. glabratus et E. grandiflorus Hoppe; E. rupestris Schleich.) Il.-Ag. . . . . **E. alpinus L.**

Caule superne ramoso demum corymboso ramis submonocephalis; foliis inferioribus longe petiolatis spathulato-oblongis, infimis parce serratis; flosculis radli disco brevioribus. — Radix fibrosa; caulis erectus angulosus pilosus; folia remota patentia lineari-lanceolata hirsuta, inferiora in petiolum attenuata, superiora semiamplexicaulia; flosculi feminei interiores filiformes, numerosi, erecti incarnati aut dilute lilacini; achenia puberula. ♂ vel ♃. In campis sterilibus in collibus arvisque montanis lapidosis totius Croatiae et Slavoniae, praesertim in montosis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 629 in apricis et ad vineas circa Zara, Sebenico et Dugopolje, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1538. In.-Ag. . . . . **E. acris L.**

Observ. variet. β. foliis radicalibus caulinisque inferioribus ovali-spathulatis rotundatis, superioribus lanceolatis undulatis sessilibus; florum capitulis simpliciter corymbosis ligulisque radii discum aequantibus, est; E. serotinus Weihe occurritque in arvis dumetosis lapidosisque circa Kalnik, Rieka, Sudovec, Samobor et alibi cum priori.

b) Capitula radiata ligulis disco concoloribus.

Gen. 497. **Solidago L. Zlatnica.**

Squamae anthodii pluriseriales imbricatae; flosculi radiales oblongo-ligulati uniseriales feminei fertiles lutei; receptaculum planum; achenia teretiuscula

multicostata pappo uniseriali coronata. Vis. fl. dalm. II. p. 58, g. 221; Koch syn. pl. p. 389 ; Rchb. fl. g. p. 245, g. 315.

1 Floribus racemoso-paniculatis, caule stricto; foliis anguste lanceolatis 2

Florum racemo simplici erecto, rarius divaricato-ramoso; foliis ovatis lanceolatisque acuminatis in petiolum alatum decurrentibus pilosiusculis, inferioribus serratis; ligulis radii elongatis. — Radix ramosa multiceps; caulis erectus angulatus apice racemosus aut stricte paniculatus ramis floriferis erectis, superne pubescens; folia facie subglabra, dorso setulis exasperata aut pilosella, rarius utrinque pilosella, inferiora ovata aut elliptica, superiora ovato-lanceolata sessilia integerrima; rami breves axillares erecti foliisque minimis vestiti; florum racemi densi, capitulis breviter pedunculatis; squamae anthodii membranaceae ciliatae, exteriores ovatae, interiores lanceolatae; achenia hirta. ♃. In sylvis, dumetis collibusque incultis et ad margines agrorum vinearumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 632 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1592. (Doria Virgaurea Scop.) Ag.-Scop. . . **S. Virgaurea L.**

Observ. variet. β. foliis omnibus lanceolatis subserratis vel plane integerrimis; caule stricto virgato, est: S. angustifolia DC.

Variet. γ. foliis inferioribus latis ovato-ellipticis in petiolum latum protractis inaequaliter serratis, superioribus pedetentim decrescentibus in petiolum brevem attenuatis acuminatis acumine ut plurimum incurvato, serratis aut subcrenatis, summis integerrimis ciliatis; caule erecto 2—3-pedali, superne flexuoso, piloso, inferne glabro, est: S. macrophylla Schloss. et Vukot. occurritque in sylvis umbrosis submontanis, veluti ad Crisium, Paukovec, Zagrabiam et alibi.

Variet. δ. caule humili, foliis lanceolatis fere glabris; racemis inferioribus folio fulcrante saepe brevioribus; florum capitulis magnis speciosis, est: S. alpestris WK. occurritque in sylvis montium altiorum alpiumque Croatiae, veluti in illis Ivanšćica, Klek Merzin et Visočica. Rhb. fl. g. 1593.

2 Florum racemis paniculato-corymbosis confertis, densis obtusissimis recurvatis; foliis subtus pubescentibus. — Radix ramosa; caulis strictus 2—4-pedalis et ultra simplicissimus pilosus; folia lanceolata acuminata distincte triplinervia scabra; florum capitula parva densa secunda adscendentia, ligulae radii abbre-

viatae. ♃. E Canada adlata, in hortis frequentissime olim culta et modo ad sepes et in dumetis hinc inde quasi spontanea, veluti circa Riekam, Bissag, Bukovec, Božakovina et alibi. Rchb. fl. g. 1596. (S. procera Ait.) Ag.-Sept. . . . . **S. canadensis L.**

Florum racemis terminalibus paniculatis laxis arcuato-recurvatis, attenuatis; foliis subtus strigosis. — Caulis strictissimus 3—4-pedalis scaber; folia lanceolata acuminata serrata triplinervia scabra; florum capitula adscendentia. ♃. Ex America septemtrionali adlata, olim frequentissime in hortis culta et modo ut antecedens hinc inde quasi spontanea. Rchb. fl. g. 1597. Ag.-Sept. . . . . **S. arcuata Tsch.**

c) Capitula discoidea.

Gen. 498. **Chrysocoma L. Zlatokoska.**

Squamae anthodii pluriseriales imbricatae herbaceae; flores omnes hermaphroditi tubulosi, fertiles prodfunde 5-fidi; receptaculum alveolatum planum alveolis marginatis, nudum; achenia erostra compressa pappo piloso coronata. — Vis fl. dalm. II. pag. 59, g. 222; Koch syn. pl. pag. 384; Rchb. fl. g. pag 235, g. 305.

Foliis linearibus glabris margine serrulato-scabris; florum capitulis corymbosis; squamis anthodii laxis. — Spithamaea, pedalis; radix repens; caules erecti teretes; folia confertim sparsa sessilia angustissima, acuta et utrinque sulco notata; flosculorum tubus pallidus, limbus aureus; stylus longus; stigmata spathulata; achenia pilosa, ♃. In collibus apricis et ad margines vinearum circa Šipak; in saxosis ad viam Louisianam prope Carolostadium versus Netretić et ad Severin. Syll. fl. cr. In Slavonia in arvis sterilibus siccis circa Essek; in vineis circa Vukovar. (Kan.) Vis. fl. dalm. 633 in apricis et pascuis solo argillaceo circa Zara, Sebenico, Svilno, Spalato et Salona, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1502. (Linosyris vulgaris Cass.; Crinitaria Linosyris Less.) Mj.-In. . . . . **Ch. Linosyris L.**

Gen. 499. **Phagnalon Cassin.**

Squamae anthodii pluriseriales scariosae imbricatae subpatulae; flores marginales filiformes, feminei saepe abortivi, centrales 5-dentati hermaphroditi fer-

tiles; receptaculum tuberculatum planum nudum; achenia pappo uniseriali scabro coronata. Vis. fl. dalm. II. pag. 59, g. 223; Rchb. fl g. p. 224, g. 286.

Foliis oblongo-linearibus undulatis subdentatis basi dilatata amplexicaulibus, supra arachnoideis, subtus tomentosis; pedunculis elongatis aphyllis monocephalis; florum capitulis campanulatis; squamis anthodii glabris rigidis, obtusis, planiusculis. — Suffruticosum; caulis 2—3-pollicaris, rarius ultra, basi procumbens ramosus ramis albo-tomentosis, flores lutei; pedunculi longissimi; squamae anthodii subaequaliter pallide testaceae. ♄. Vis. fl. dalm. 634 in rupestribus apricis montium Velebit et Marljan, nec minus in insula Lesina et circa Ragusa. Rchb. fl. g. 1406. (Conyza rupestris L.; Con. saxatilis Host; Con. geminiflora Ten.; Con. Tenorii Spr.) Il.-Ag. . . . . **Ph. rupestre DC.**

Trib. XII. **Tarchonantheae Less.** *Stylus floris hermaphroditi ramis linearibus extus superne aequaliter et minute puberulis; antherae appendice oblonga apice instructae, basi caudatae; capitula discoidea.*

Gen. 500. **Evax Gaert. Pliešivac.**

Squamae anthodii 1—2-seriales scariosae ovales acuminato-aristatae; flores inferiores feminei fertiles, corolla filiformis, supremi masculi, corolla conica, omnes 4-dentati; receptaculum elongatum subulatum scarioso-paleaceum, apice nudum; achenia obovata compressa calva. Vis. fl. dalm. II. pag. 60, g. 224; Koch syn. pl. p. 390; Rchb fl. g. p. 219, g. 281 (Filago),

Foliis floralibus oblongo-obovatis obtusis omnibus externe capitutulorum glomerulum involventibus. — Herba pusilla 1—2-pollicaris incano-tomentosa; squamae anthodii foliaceae glabrae; flores sordide paleacei. ○. Vis. fl. dalm. 635 in apricis et siccis insulae Veglia, Cherso et Lesina; ad Boticelle et San. Stefano prope Spalato; copiosius circa Ragusa. Rchb. fl. g. 1358. (Filago pygmaea L.; F. acaulis All.; Evax umbellata Gaert.; Gnaph. pygmaeum Lam.; Micr. pygmaeus DC.) Mj.-In.

E. pygmaea Pers.

Gen. 501. **Micropus L. Smilje.**

Squamae anthodii biseriales, inferiores flores et ipsum fructum obvolventes; flores marginales uniseriales feminei fertiles, corolla germini filiformi lateraliter imposita, centrales masculi steriles, corolla conica verticali utrinque 5-dentata; receptaculum planum nudum foveolatum; achenia compressa obovata calva

una cum squamis anthodii obvolventibus et demum auctis decidua. Vis. fl. dalm. II. p. 60, g. 225; Koch syn. pl. p. 390; Rchb. fl. g. p. 219, g. 280.

Foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis; capitulis axillaribus terminalibusque aggregatis; anthodii squamis convexis inermibus. — Caulis pygmaeus 1—2-pollicaris; herbula ex integro niveo-lanata; flores pallide straminei aut ochroleuci. ⨀. In agris arvisque montanis lapidosis circa Kalnik, Rieka et Sudovec; in collibus arenosis ad Zagrabiam, nec minus in campis sterilibus litt. cr. circa Flumen, Tersat, Bukari et Kraljevica. Vis. fl. dalm. 636 in apricis saxosis collibusque sterilibus circa Zara, Sebenico, Capočesto et Spalato, nec non in sylvaticis circa Verpolje et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1357. . . . . **M. erectus L.**

Trib. XIII. **Inuleae Cassin.** *Stylus floris hermaphroditi ramis linearibus illisque extus aequaliter minute puberulis; antherae appendice lanceolata apice instructae, basi caudis setaceis provisae; florum capitula concolora; receptaculum undique, aut saltem centro nudum.*

a) Florum capitula ligulis marginalibus vix distinguendis discoidea.

Gen. 502. **Conyza L. Bušina ili Grmika.**

Florum capitula subovata; squamae anthodii imbricatae foliaceae squarrosae; flosculi tubulosi, disci 5 dentati hermaphroditi, marginales 3-dentati feminei; receptaculum nudum; achenia pappo piloso ciliato coronata. — Rchb. fl. g. p. 235, g. 304.

Foliis denticulatis, radicalibus elliptico-lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis elliptico-oblongis sessilibus; squamis anthodii lanceolatis adpressis apiceque patulis, squarrosis: acheniis glabris. — Tota velutina; radix lignescens multiceps; caules erecti ramosi villosi; folia dorso villosa, facie setulis adspersa illisque exasperata, summa minima lanceolata; florum capitula in corymbum aggregata; squamae anthodii vix puberulae viscidulæ, exteriores purpura suffusae; corollae flavae. ♃. In saxosis collibusque arenosis in Croatia, praesertim montana, haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in comitatu Požegano et Viroviticensi in iisdem locis frequens; in comitatu Syrmiensi circa Vukovar et Čerević, nec minus circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 638 in siccis, sterilibus et ad agrorum margines circa Zara,

Sebenico, Trau, Salona, Budua et Ragusa, nec minus frequens in insulis. Rchb. fl. g. 1501. (Inula Conyza DC.) II.-Ag.

C. squarrosa L.

Foliis radicalibus caulinisque infimis longe petiolatis ovato-oblongis, superioribus oblongis et per caulem decurrentibus; omnibus dentatis, apice autem integerrimis mucronatisque, rugosis; squamis anthodii imbricatis, exterioribus apice recurvatis. — Radix lignescens, caulis 2—4-pedalis angulatus, praesertim superne pubescens; plus minusve alatus; folia hirsuta scabra; florum capitula in corymbis conferta; squamae anthodii acuminatae, exteriores lineari-lanceolatae recurvatae, interiores lineares erectae, omnes pilis brevibus viscidisque tectae; corollae aureae; achenia striata scabra. ♃. In dumetis circa Karlovic. (Kan.) (Inula bifrons Rchb. fl. g. 1514, nec L.) . . . . **C. bifrons L.**

b) Florum capitula radiata ligulis disco concoloribus.

Gen. 503. **Pulicaria Gaert. Buhača.**

Squamae anthodii pluriseriales imbricatae; flores radii feminei, corolla ligulata, disci hermaphroditi fertiles, corolla tubulosa 5-dentata; receptaculum planiusculum areolatum; achenia subcylindrica pappo biseriali, exteriore brevi coroniformi dentato, interiore elongato setaceo. — Vis. fl. dalm. II. p. 65, g. 227; Koch. syn. pl. p. 395; Rchb. fl. g. p. 238, g. 308.

1 Ligulis florum radiantium elongatis; foliis saltem superioribus profunde auriculato-cordatis amplexicaulibus; radice perenni, caulibus erectis 1—3-pedalibus 2

Ligulis florum radiantiam (marginalium femineorum) brevissimis; foliis oblongis undulatis subintegerrimis semiamplexicaulibus. — Lanuginoso-villosa; radix ramosa annua; caules humiles, spithamaei-pedalesve, teretes pilosi, jam a basi ramosi; folia acuta villosa; florum capitula hemisphaerica axillaria et terminalia; squamae anthodii lineares acuminatae villosae; ligulae florum marginalium apice tridentatae; receptaculum tuberculatum pilisque brevibus inspersum; pappus achenii 6—10-setus. ☉. In pascuis inundatis agris arvisque humidis, ad vias et fossas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 650 ad vias et loca uliginosa circa Nona, Narenta, Cattaro et Budua, nec non in insula Ossero. Rchb. fl. g. 1531. (Inula Pulicaria L.; Aster pulicarius Scop.) II.-Ag. . . . . **P. vulgaris Gaert**

2 Caule paniculato-ramoso; foliis lanceolato-oblongis undulatis, subdentatis; pappo achenii 15—20-seto. — Tota villoso-lanuginosa; radix repens; caules erecti teretes; folia patentia rugosa apice acuta callo mucronata; florum capitula axillaria et terminalia corymbosa; squamae anthodii lineares punctis fuscis inspersae, in cuspidem fuscum productae, lanuginosae; corollae flavae; ligulae florum radiantium lineares discum longe superantes; pappus exterior coronaeformis crenulatus, achenia hirta. ♃. In pratis humidis, ad fossas, paludes, sepes et domus totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Požega, Radovanci, Duboka et Pleternica; in comitatu Viroviticensi ubique in iisdem locis frequens et in Syrmiensi circa Vukovar et Čerević haud rara et nec minus circa Petrovaradinum et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 651 in humidis, ad fossas et paludes circa Zara, Obrovazzo, Verlika, Trau, Salona, Narenta et Cattaro. Rchb. fl. g. 1533. (In. dysenterica L.) II.-Sept. . **P. dysenterica Gaert.**

Caule subsimplici, apice oligocephalo; foliis lanceolatis planis integerrimis aut remote caloso-denticulatis; pappo achenii nonnisi 10-seto. — Tota villoso-lanata; radix nodosa fibrisque aucta; caulis erectus teres; folia apice denticulo obtuso calloso terminata, radicalia et caulina inferiora petiolata elliptico-lanceolata aut ovalia et in petiolum attenuata, superiora lanceolata, basi auriculata sessilia caulemque amplectentia, summa minima; florum capitula terminalia 3—4 longe petiolata et in corymbum disposita, aut pauciora, axillaria rara; squamae anthodii cuspidatae pilosae; corollae flavae; ligulae radii apice 3-dentatae; receptaculum favosum; achenia setulis inspersa. ♃. Vis. fl. dalm. 652 in apricis et sylvaticis ditionis Jadrensis ad pagos Slimnica et Bolesnik prope Clissa, circa Persagno et Župa, nec non in insula Ossero circa Lossin piccolo. Rchb. fl. g. 1532. (Inula odora L.; In. Oculus-Christi Vis.; In. conyzoides Desf.; Aster odorus All.) II.-Ag. . . . . **P. odora Rchb.**

Gen. 504. **Inula L. Oman ili Ovjan.**

Squamae anthodii pluriseriales imbricatae; flores radii feminei vel abortientes corolla ligulata, disci hermaphroditi fertiles corolla tubulosa 5-dentata; receptaculum planiusculum foveolatum aut alveolatum; achenia pappo unise-

riali setaceo aut piloso coronata, erostra. — Vis. fl. dalm. II. p. 61, g. 226; Koch syn. pl p. 392; Rchb. fl. g. p. 236, g. 307.

1 Squamis anthodii lanceolatis linearibusve, interioribus acuminatis 2
Squamis anthodii late ovatis foliaceis interioribus apice dilatatis spathulatisve. — Radix crassa ramosa; caulis 2—4-pedalis et ultra, sulcatus pilosus ramosusque; folia ampla inaequaliter serrato-dentata, subtus tomentosa, radicalia petiolata elliptico-oblonga, caulina cordato-ovata acuminata amplexicaulia; flores magni; squamae anthodii pubescentes recurvatae; achenia tetragona glabra. ♃. Ad sepes et vias; in prunetis, dumetis et ad sylvarum vinearumque margines totius Croatiae et Slavoniae frequens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 637 in pascuis humidis et ad aquas prope Verlika et Ragusa. Rchb. fl. g. 1530. (Aster Helenium Scop.; Corvisaria Helenium Merat.) „Ovnan ili Veliki Korien.“ Il.-Sept. . . . . **J. Helenium L.**

2 Acheniis omnino glabris 3
Acheniis evidenter pubescentibus hirsutisve 8

3 Foliis caulinis basi cordata plus minusve amplexicaulibus . . . 4
Foliis caulinis ovalibus, lanceolatis aut plane linearibus basi rotundata aut attenuata sessilibus 6

4 Caule mono- aut pleiocephalo-subcorymboso; florum capitulis ovato-truncatis abbreviatis amplis; squamis anthodii glabris aut puberulis 5
Caule ramoso corymboso, corymbo glomerato-polycephalo, capitulis oblongis subcylindraceis; squamis anthodii dorso lanato-pubescentibus; ligulis discum vix superantibus. — Radix lignescens valde repens; caules erecti teretes superne ramosi; folia remote denticulata nervosa rigida, subtus lanato-pilosa, margine scabra subcoriacea; spuamae anthodii exteriores lanceolatae acutae erectæ apice recurvato et infra hunc puncto nigricante notatae, intimæ lineares acutae submembranaceae. ♃. In collibus dumetosis et in dumetis in submontanis Slavoniae. (Kan.) Rchb. fl. g. 1519. Il.-Ag. . . . . . , ... , ... **J. germanica L.**

5 Caule subcorymboso, villoso; foliis facie glabris, dorso villosis, infimis basi attenuatis, reliquis semiamplexicaulibus. — Radix fibrosa; caulis erectus 1—2-pedalis superne ramoso-corymbosus villosus; folia serrata ciliata scabra; squamae anthodii dorso hirtellae aut villosiusculae, exteriores oblongo-lanceolatae folia-

ceae, interiores lineares; achenia costata. ♃. Vis. fl. dalm. 640 ad agrorum margines circa Sebenico et in sylva Bosanka prope Ragusa. In.-Il. . . . . **J. semiamplexicaulis Reut**

Caule subcorymboso, oligocephalo glabro; foliis utrinque glabris acuminatis, superioribus basi cordata amplexicaulibus. — Caulis erectus 1—2-pedalis simplex aut superne in unum alterumve ramum divisus ramis monocephalis; folia lanceolata acuminata remote et obsolete denticulata aut integerrima nervosa patentia aut plane recurva margine scabra, superiora cordata, omnia rigida subcoriacea; squamae anthodii foliaceae glabrae ciliataeque. ♃. In pratis humidis, ad fossas marginesque viarum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in dumetis circa Požega; in comitatu Viroviticensi in iisdem locis frequens et nec in comitatu Syrmiensi rarior praesertim circa Vukovar et Čerević, nec minus circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 642 in montibus circa Ragusa, ad Vieterno, Gumno et Pastrovichio. Rchb. fl. g. 1528. Il.-Ag. . . . . **J. salicina L.**

6 Foliis lineari-lanceolatis aut oblongo-lanceolatis utrinque angustatis, rigidis; caule simplici monocephalo aut apice in ramulos nonnullos diviso ramulis monocephalis; florum capitulis, speciosis 7

Foliis ovalibus oblongisve acutis margine glanduloso-serratis scabris ciliatis subtus glabriusculis, caulinis basi rotundata sessilibus, infimis basi attenuatis, omnibus reticulato-venosis. — Radix fibrosa; caules erecti 2—3-pedales teretes plus minusve ramosi corymbosi, rarius oligocephali; anthodii squamae ovatae acutae glabrae ciliatae, exteriores sensim breviores patulae apice reflexo squarrosae. ♃. In collibus montibusque inter virgulta in Croatia australi haud rara et in litt. cr. in iisdem locis frequens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 641 in saxosis collibusque dumetosis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Ragusa et Cattaro, nec non in insulis. Rchb. fl. g. 1524. Il.-Ag. . **J. squarrosa L.**

Observ. Extractum hujus plantae ab Italis Dalmatisque „Astro montano“ vocatae cum effectu adhibetur in morsu reptilium venosorum, canum rabie laborantium et scorpionum, nec non in doloribus cujusque generis.

Variet. β. caule apice ramoso corymboque terminali denso, est: In. spiraeifolia L.; cum specie in Dalmatia.

Variet. γ. foliis cartilagineo-denticulatis; anthodii squamis ovatis obtusis squarrosisque; ligulis radii tridentatis, est: In. Bubo-

nium Murr. occurritque cum specie, sed illa frequentius in litt. cr. circa Flumen, Bukari et Kukuljanovo. Rchb. fl. g. 1525. (Aster Bubonium Scop.)

7 Foliis anguste linearibus vel ensiformibus acuminatis calloso-mucronatis multinerviis rigidis, margine lanatis aut scabris, secus nudis; florum capitulis bracteatis. — Radix valde repens lignescens; caulis simplex aut in unum alterumve ramum apice divisus ramulis monocephalis; folia alterna ensiformia, interdum anguste lanceolata nitida, obsolete denticulata aut integerrima; florum capitula bracteis foliaceis 3—6 lanceolatis nervosis longitudine illorum cincta; achenia costata. ♃. In locis sterilibus lapidosis circa Samobor, Plieŝivica, Sv. Anna pod Turnom et Verhovec; nec minus in asperis litt. cr. veluti ad Tersat, in monte Vratnik et Sladovac; in Croatia australi ad Vrebačka-staza, in Valle Farkašić-draga et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in arvis lapidosis montium et ad margines vinearum circa Zoljan. (Kan.) Vis. fl. dalm. 643 in asperis apricis montium Velebit, Promina, Dinara, Mossor, Prolog et Snježnica. Rchb. fl. g. 1529. (Aster ensifolius Scop.) Il.-Ag. . . . . **J. ensifolia L.**

Foliis oblongo-lanceolatis acutis integerrimis vel subdenticulatis venosis cauleque hirsutis pilis basi bulbosis. — Radix teres fibris aucta; caulis simplex monocephalus; folia alterna; florum capitulum amplum speciosum; squamae anthodii patulae lanceolato-acuminatae hirtae; achenia oblonga; tota planta piloso-hirta. ♃. In saxosis apricis montium Kalnik, Ivanšcica, ad Radoboj, Krapinam, circa Samobor et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis arvisque dumetosis circa Požega, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 639 in asperis collium et montium supra Obrovazzo, Trau, Sinj, Duare, Almissa, Ragusa, Cattaro, Budua et Stagnević. Rchb. fl. g. 1527. (Aster hirtus Scop.) Il.-Ag. . . . . **J. hirta L.**

8 Foliis anguste linearibus subcarnosis aut pubescenti-viscidulis; florum capitulis parvis 9

Foliis lanceolatis, oblongis aut ellipticis 10

9 Foliis subcarnosis; caulinis obtuse tricuspidatis, rameis integerrimis. — Tota glabra et laevis; radix repens; caules teretes suffruticosi ramulosi apice mono- aut oligo-cephali; pedunculi elongati bracteolati clavati; squamae anthodii lanceolatae cuspidatae margine scariosae glabrae; achenia hirta subteretia. ♄. Vis. fl.

dalm. 649 ad oras et rupes maritimas totius Dalmatiae frequens. (J. crithmifolia W.; Limbarda tricuspis Cassin.) Il.-Ag.
J. crithmoides L.

Foliis indivisis integerrimis aut subdentatis utrinque attenuatis acutis. — Piloso-viscosa; radix ramosa fibrisque aucta annua; caulis a basi ramosissimus ramis racemosis virgatis; folia caulina subdentata, ramea integerrima subdecurrentia; squamae involucri lineares externae herbaceae, interiores margine membranaceae; florum capitula parva ligulis minimis; achenia teretia hirta. ◯. In ruderatis subhumidis in Martinšćica et prope Kraljevica. Vis. fl. dalm. 647 in pratis cultisque circa Zara, Spalato et Salona, nec non in insulis Veglia, Lesina, Morter et Pastrovichio. Rchb. fl. g. 1537. (Erig. graveolens L.; Solidago graveolens Lam.) Il.-A. . . . . **J. graveolens Desf.**

Observ. Habitu externo refert verum Erigerontem, a quo nonnisi antheris basi bisetis differt.

10 Anthodii squamis laxis apice foliaceis; florum capitulis amplis speciosis ligulis discum subaequantibus 11

Anthodii squamis rigidulis linearibus, intimis margine membranaceis, omnibus arcte adpressis; florum capitulis parvis, ligulis elongatis. — Piloso-viscosa; radix multiceps; caules erecti teretes virgati racemoso-paniculati; inferne sublignosi, superne virentes hirtelli, visciduli; folia oblongo-lanceolata, glandulosa, serrata, inferiora basi attenuata sessilia, superiora subcordato-auriculata, floralia integerrima, reliqua margine crispula serrata; rami axillares hirsuti; corollae flavae ligulis bi- vel tridentatis; achenia hirta. ♃. In rupestribus apricis litt. cr. veluti ad Flumen, Novi, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 648 in saxosis apricis maritimis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1513. (Erig. viscosus L.; Solid. viscosa Lam.) „Rusinac.“ Il.-Sept.
J. viscosa Ait.

11 Foliis caulinis superioribus basi cordata amplexicaulibus; caulibus bi- aut pleiocephalis 12

Foliis caulinis superioribus basi rotundata aut paulisper excisa sessilibus; caule simplici monocephalo rarius apice diviso bitricephalo 13

12 Squamis anthodii linearibus apice attenuatis, exterioribus lanceolatis, interioribus discum aequantibus aut plane superantibus caule apice ramoso-corymboso, plerumque polycephalo. — Radix

repens; caulis erectus pubescens scaber, ramosus; folia lanceolata supra glabra, subtus pilosa, inferiora elliptico-lanceolata in petiolum attenuata, superiora cordato-oblonga amplexicaulia, integerrima aut basi evidenter dentata; achenia costata hirta. — Tota plus minusve villoso-lanata. ♃. In pascuis humidis, ad fossas marginesque viarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 645 in locis aquosis humidis circa Boccagnazzo, Salona, Stagno et ad margines viarum circa Duare. Rchb. fl. g. 1521. (Aster britanicus All.) Il.-Ag. **J. britanica L.**

Observ. variet. β. foliis glabriusculis; squamis anthodii lanceolatis discum aequantibus, est: J. Oetteliana Rchb. occurritque ad fossas viarum circa Crisium, Raven et Lovrečinam cum specie. Rhb. fl. g. 1522.

Squamis anthodii lanceolatis, exterioribus pededentim brevioribus; caule subsimplici 3—5-cephalo. - Radix gracilis repens; caules 1—2-pedales erecti lanuginosi; folia oblonga obtusiuscula integerrima aut subdenticulata tomentoso-lanata, subsericea, inferiora in petiolum attenuata, superiora basi cordata amplexicaulia; squamae anthodii incano-villosae; achenia hirta. ♃. In locis apricis sterilibus praesertim in montanis, veluti circa Samobor, Slavetić; frequentius in Croatia australi ad Korenicam, Bunić et in Vrebačka-staza. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1517. Il.-Ag. **J. Oculus-Christi L.**

Observ. variet. β. foliis radicalibus longe spathulatis; squamis anthodii laxis subulatis et receptaculo glaberrimo, est: J. campestris Bess. occurritque in collibus graminosis asperis Croatiæ australis, veluti ad Janči, Brinj et Žutalokva. — Rchb. fl. g. 1518.

13 Foliis petiolatis crenatis, radicalibus elliptico-oblongis, caulinis ovatis basi rotundata sessilibus. — Tota dense candido-tomentosa; caules simplices; pedunculi incrassati monocephali axillares terminalesque; florum capitula foliis involucrata; squamae anthodii exteriores obtusissimae; ligulae corollae tridentatae; achenia costata, apice setoso-barbata pappoque paucisetoso coronata. ♃. In rupestribus apricis litt. cr., veluti ad Segniam, Karlobago, Sv. Juraj et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 644 in apricis saxosis totius Dalmatiae littoralis et insularis vulgatissima. Rchb. fl. g. 1515. (Conyza candida L.; Con. verbascifolia W.) „Biela slavulja." Il.-Ag. . . . . **J. candida Cassin.**

Foliis lanceolatis integerrimis aut calloso-serrulatis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus basi paulisper excisa sessilibus. — Tota villoso-lanata subsericea grisea, sed non candida; squamae anthodii exteriores lanceolatae obtusiusculae, extus villosae, interiores lineares acutae; achenia hirta teretiuscula. ♃. Vis. fl. dalm. 646 in saxosis apricis collium montiumque Velebit, circa Verlika, Sinj, in monte Sella supra Cattaro et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1526. Il.-Ag. . . . **J. montana L.**

Trib. XIV. **Buphthalmeae DC.** *Stylus floris hermaphroditi ramis linearibus extus superne aequaliter et minute puberulis; antherae appendice lanceolata apice instructae, basi caudis acutis provisae; capitula radiata ligulis concoloribus; receptaculum omnino paleaceum.*

Gen. 505. **Buphthalmum L. Volujac.**

Squamae anthodii conformes, imbricatae; flores omnes fertiles, radii feminei ligulati uniseriales, disci hermaphroditi corolla tubulosa tereti, tubo inferne sensim angustato; antherae brevissimae caudatae; achenia radii triquetra calva, disci compressa subtetragona pappo brevissimo coroniformi scarioso fisso coronata; receptaculum paleaceum; flores lutei. — Vis. fl. dalm. II. p. 66. g. 228; Koch syn. pl. p. 391.

Foliis oblongo-lanceolatis lanceolatisve subdenticulatis, inferioribus obtusis in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus acuminatis. — Pubescens; radix ramosa multiceps; caules herbacei erecti 1—2-pedales sulcati plus minusve pilosi, simplices aut ramosi; folia pubescentia subdenticulata, radicalia late ovalia; squamae anthodii lanceolatae, attenuato-acuminatae aut cuspidatae discum aequantes; achenia radii trialata glabra truncata. ♃. In pratis siccis montanis solo calcareo, inter virgulta et in asperis praesertim in montosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 653 in pratis siccis montium et locis sylvaticis in Velebit et Dinara; circa Stermica; in collibus prope Triglav et Muk. Rchb. fl. g. 1509. Il.-Ag. . . . . . . **B. salicifolium L.**

Observ. variet. β. foliis lineari-lanceolatis, superioribus longe attenuatis acutis denticulatis glabrescentibus; caule ramoso ramisque adscendentibus, est: B. grandiflorum L. occurritque in saxosis apricis Croatiae australis. Rchb. fl. g. 1508.

Gen. 506. **Asteriscus Tourn. Raman.**

Squamae anthodii exteriores majores foliaceae radiantes inermes; flores omnes fertiles, corolla radii basi biauriculata, disci teres tubo inferne incrassato; antherae longe caudatae; achenia omnia conformia subtriquetra aptera paleisque pappi coroniformis scariosis laceris terminata. — Vis. fl. dalm. II. p. 67, g. 229; Koch syn. pl. pag. 391.

Foliis oblongo-lanceolatis obtusis pilosis, caulinis alternis sessilibus. — Radix longa; caulis dichotomus, ramosus, primo brevis et erectus, dein elongatus et decumbens; folia radicalia in brevem petiolum angustata; florum capitula alaria et terminalia sessilia; squamæ anthodii radio multo longiores obtusae inermes; flores lutei; achenia sericea ◯. In maritimis arvisque sterilibus litt. cr. circa Kraljevica, Cirkvenica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 654 in iisdem locis Dalmatiae littoralis, veluti circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa, nec non in insula Lesina et in illis circa Zara. Rchb. fl. g. 1506. (Buph. aquaticum L.; Buph. maritimum Alsch.) Il.-Ag. . . . . . **A. aquaticus Mnch.**

Gen. 507. **Pallenis Cass. Ušac.**

Squamae anthodii exteriores majores spinosae; flores omnes fertiles, radii biseriales feminei corolla ligulata acute trifida basi bialata, disci hermaphroditi corolla tubulosa 5-fida tubo interne unialato; antherae caudatae; achenia radii elliptico-subrotunda alato-marginata plana pappo dimidiato scarioso fisso externe terminata, disci oblonga compresso-triquetra pappo scarioso fisso completo coronata. — Vis. fl. dalm. II. p. 67, g. 230; Koch syn. pl. p. 392.

Foliis denticulatis, inferioribus oblongo-obovatis obtusis basi attenuatis, superioribus oblongis mucronatis amplexicaulibus; squamis anthodii rigidis integris lanceolatis spinosis. — Villoso-lanata; radix fusiformis; caulis erectus pilis longis tectus apiceque subcorymbosus; folia utrinque hirsuta; flores lutei; squamae anthodii pilosae; achenia hirta. ♂ vel ⨀. In arvis et ad agrorum margines in litt. cr. circa Flumen, Bukari et Cirkvenica. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 655 ad agrorum margines et in asperis totius Dalmatiae littoralis et etiam in insulis a Sansego ad Lacromam frequens. Rchb. fl. g. 1505. (Buph. spinosum L.; Buph. asteroideum Viv.) Il.-Ag. . . . . **P. spinosa Cass.**

Gen. 508. **Telekia Baumg. Kolotoć.**

Squamae anthodii quadruplici serie dispositae subaequales imbricatae discum subaequantes, receptaculum paleaceum; flores radii uniseriales ligulati feminei, disci hermaphroditi corolla tubulosa tereti tubo inferne sensim angustato; antherae caudatae; achenia linearia subteretia multistriata pappoque brevi coroniformi integro crenato coronata. Koch syn. pl. p. 391.

Foliis petiolatis cordatis duplicato-serratis, supremis sessilibus basi rotundatis vel cordato-amplexicaulibus. — Radix crassa fibrisque plurimis longissimis jubata; caules erecti 3—4-pedales sulcati villosi in ramos multos floriferos divisi; folia ampla, facie glabra, dorso pubescentia; pedunculi subangulati villosi; flores speciosi flavi; squamae anthodii foliaceae exteriores patentes obtusae, interiores angustae membranaceae; ligulae radii longissimae lineares. ♃. In sylvis montium Croatiae australis, veluti in Velika Kapela ad viam Josephinam copiosissima; in convallibus montium altiorum secus viam Louisianam circa Mrzlavodica et Lokve. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1511. (Buph. cordifolium W. Kit., Buph. speciosum Schreb.; Molpadia cordifolia Mnch.) Il.-Ag. . . . . **T. speciosa Baumg.**

Trib. XV. **Senecioneae Cass.** *Stylus floris hermaphroditi ramis linearibus apice pilorum penicillo barbatis, nunc truncatis, nunc ultra penicillum in appendicem productis; antherae ecaudatae; florum capitula radiata, raro discoidea; receptaculum nudum.*

Gen. 509. **Senecio L. Staračac ili Krstica.**

Squamae anthodii aequales uniseriales basi squamulis minoribus calyculatae; flores omnes fertiles vel radii ligulati feminei et disci tubulosi 5-dentati hermaphroditi, vel rarius omnes tubulosi et hermaphroditi; stylus superne glaber; stigmata semiteretia capitato-truncata apicem versus densius puberula; receptaculum alveolatum; achenia erostrata, exalata, sulcata pappoque piloso pluriseriali caduco coronata; flores lutei, rarissime ochroleuci. Vis. fl. dalm. II. p. 68, g. 231; Koch syn. pl. p. 425; Rchb. fl. g. p. 242, g. 314.

1 Foliis dissectis, i. e. lyratis, incisis aut pinnatifidis 2
Foliis indivisis margine serratis aut plane integerrimis . . . 14
2 Floribus aut omnibus tubulosis, hinc capitulis discoideis aut marginalibus radiantibus, sed ligulis revolutis; radice omnium annua 3
Floribus radii ligulatis, ligulis patentibus 5
3 Florum capitulis radiatis, ligulis radii revolutis 4
Florum capitulis discoideis; foliis oblongis pinnatifidis, inferioribus

in petiolum attenuatis, superioribus auriculato-amplexicaulibus, laciniis remotis, rachi basique dentatis. — Radix fibrosa; caulis erectus spithamaeus pedalisve ramosus; folia glabra aut arachnoideo-lanata; calyculi squamae subdenae adpressae anthodio multo breviores longe nigro acuminatæ; achenia puberula canescentia pappo persistente coronata. ○. In ruderatis cultisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 656 in iisdem locis ubique frequens. Rchb. fl. g. 1562. (Sen. lividus Vis.) „Dragušac, Kurkoglavac ili Badeljčac.“ Mz.-Oct. **S. vulgaris L.**

4 Foliis, pedunculis anthodiisque glanduloso-pilosis, viscòsis; calyculo laxo squamas anthodii dimidium aequante; acheniis glabris. — Tota planta pubescens, viscida et graveolens; caulis erectus; foliorum laciniae dentatae; anthodia piloso-viscosa, squamae exteriores (calyculi) angustatae; pappus scaber. ⊙. In locis arenosis sylvisque submontanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Duboka (Kan.), nec minus in illis ad Daruvar et Pakrac. Rchb. fl. g. 1564. (Jacobaea viscosa Mnch.) In.-Ag. . . . . **S. viscosus L.**

Foliis arachnoideo-pubescentibus; calyculo brevissimo adpresso; acheniis cono-pubescentibus. — Radix ramosa; caulis erectus pedalis et ultra; folia profunde pinnatifida pinnis sublinearibus dentatis subpinnatifidisque interjectis minoribus; corymbus amplus fastigiatus; squamae calyculi obtusiusculae. ⊙. In sylvis arenosis planitierum montiumque totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavoniæ sylvis montanis circa Duboka et Jankovec. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 1565. (Jacobaea sylvatica Mnch.) In.-Ag. . **S. sylvaticus L.**

5 Foliis lyratis aut pinnatifidis caulinis auricula dentata amplexicaulibus pinnis oblongis rachideque dentatis; acheniis incano-pubescentibus; florum corymbo laxo; calyculo 6—12-phyllo anthodio quadruplo breviore; radice annua 6

Foliis pinnatifidis, laciniis linearibus dentatis aut pinnatisectis rachi integerrima 7

6 Foliis utrinque pilis patentibus villosulis oblongis pinnatifido-sinuatis, inferioribus petiolatis, caeteris basi auriculatis, pinnis ovatis obtusis rachique margine crispis dentatisque. — Radix ramosa fibrisque plurimis aucta; caules humiles erecti lanati sulcati ramosi; folia pilosa aut plane hirtella; pappo caduco. ○. In hortis oleraceis circa Crisium et Toplikam; in agris sylvis-

que circa Gračenica, Osekovo et Brebrovec in Moslavina. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis ad Essek; inter Gergetek et Veliko-Remete; circa Rakovac, Karlovic, India et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1567. (S. syrmiensis Kit.) Apr.-In. **S. vernalis WK.**

Foliis glabris vel sublanatis, inferioribus oblongo-obovatis lyratis petiolatis, caulinis auricula dentata amplexicaulibus, mediis pinnatifidis, pinnis oblongis obtusis rachique dentatis, anterioribus confluentibus. — Radix ramosa multiceps; caules erecti, pedales, angulati; flores pauci in apice caulis ramorumque; florum capitula oblongo-ovata; squamae anthodii margine membranaceae, apice pubescentes; achenia oblonga angulata. ○ rarius ♂. In saxosis apricis montium Kapela et Velebit frequentissimus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 657 in montibus calcareis totius Dalmatiae frequentissimus et inter ipsam urbem Cattaro. Rchb. fl. g. 1569. (S. paradoxus Hopp.; S. montanus W.) In.-Ag. **S. nebrodensis L.**

Observ. forma genuina, est: foliis oblongo-obovatis sinuato-pinnatifidis, laciniis subintegris; corymbo mono- aut oligocephalo; pedunculis nudis et squamis unicoloribus.

Variet. β. foliis oblongis pinnatifidis, laciniis subovatis acute dentatis; corymbo polycephalo, pedunculis bracteolatis, bracteolis squamisque apice nigris, est: S. rupestris WK., occurritque in rupibus calcareis ad Korenicam, veluti in monte Merzin, in valle Vilena-draga atque in ipsis alpibus Pliešivica et Visočica.

Variet. γ. foliis oblongis profunde pinnatifidis, laciniis anguste oblongis inciso-dentatis; corymbo-polycephalo; pedunculis, bracteolis squamisque apice nigris, est: S. laciniatus Bertol.

7 Foliis saltem caulinis pinnati-partitis, radicalibus lyratis aut lyrato-pinnatifidis; radice perenni 8

Foliis spathulato-obovatis in petiolum attenuatis, inciso-crenatis denticulatisque, summis auriculato-amplexicaulibus oblongis inciso-serratis. — Totus glaber; caulis erectus pedalis et ultra, apice ramoso-corymbosus ramis 3—5-cephalis; folia fere omnia basi attenuata, suprema tantum basi auriculata ibique integra; pedunculi corymbosi bracteolati bracteolis squamisque apice nigris; achenia hirto-canescentia pappo persistente coronata. ○. Vis. fl. dalm. 658 in umbrosis maritimis insulae Pelagosa. (S. vernus Riv.) In.-Il. . . . . . . — **S. leucanthemifolius Poir.**

Observ. Senecio a nobis in cultis ad Tersat prope Flumen lectus

et sub nomine S. Chrysanthemifolii Poir ad amicos missus pertinet ad S. leucanthemifolium Poir et non ad S. squalidum L. — Hoc etiam valere videtur de loco natali S. squalidi L. in enum. pl. aust. auctore Maly p. 125, g. 280, n. 7 respectu Dalmatiae. Eodem modo confundisse videtur clariss. Wolny S. squalidum cum Sen. viscoso L. respectu illius loci notalis in comitatu Syrmiensi.

8 Foliis pinnatifidis vel bipinnatipartitis, laciniis linearibus; calyculo anthodium dimidium aequante 9

Foliis omnibus aut saltem inferioribus lyratis; calyculo brevissimo 11

9 Caulibus suffruticosis basi lignescentibus; acheniis omnibus glabris 10

Caulibus herbaceis radice valde repente; acheniis omnibus pubescentibus; florum corymbis polycephalis; foliis ovatis pinnatifidis lobis acutis, inferioribus petiolatis, reliquis auriculatis sessilibus, laciniis dentatis aut pinnatipartitis. — Caules erecti arachnoideo-incani, angulosi, ramosi; folia crassa rugosa, inferiora in breves lacinias divisa, summa et ramea minima, omnia plus minusve arachnoidea; anthodium villosum squamis linearibus acuminatis margine membranaceis; ligulae radii ellipticae aut ovatae apice denticulatae; achenia piloso-scabra, omnia aequaliter papposa. ♃. In sylvis montanis et in collibus dumetosis, nec non ad margines agrorum et vinearum totius Croatiae et Slavoniae. Vis. fl. dalm. 661 ad aggeres et agrorum margines solo argilloso circa Zara, Dernis, Verlika et Narenta. Rchb. fl. g. 1573. II.-Sept.

S. erucifolius Huds.

Observ. variet. β. foliis omnibus pinnatifidis laciniis lineari-lanceolatis acutis paucidentatis margine revolutis, est: S. tenuifolius Jacq. occurritque in collibus herbidis ad Crisium, Rieka et Sudovec. Rchb. fl. g. 1572.

10 Florum corymbis nonnisi 3—6-cephalis; foliis glabris, inferioribus bipinnatifidis laciniis integerrimis aut nonnisi uno alterove denticulo provisis; acheniis omnibus glabris. — Radix fibrosa; caules frutescentes teretes, inferiore parte procumbentes et radicantes, dein adscendentes et demum erecti; folia inferiora petiolata, superiora sessilia pinnatifida laciniis linearibus acutis; squamae anthodii apice lanatae; achenia linearia pappo persistente coronata. ♄. In rupibus calcareis Croatiae australis, veluti

in Jadrina-poljana, in Vrebačka-staza, circa Gospić, Brušane et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 662 in devexitatibus subalpinis montium Velebit. Il.-Ag. . . . . . **S. abrotanifolius L.**

Florum corymbis multifloris; foliis cano-tomentosis pinnatipartitis petiolatis demum facie glabrescentibus laciniis apice angulatis lobatisve oblongis obtusis. — Suffruticosa; caules erecti; florum capitula in corymbis compactis aggregata, subpaniculata; anthodia cano-tomentosa squamis margine membranaceis; achenia pappo persistente coronata. ♄. Vis. fl. dalm. 663 in insulis circa Trau, nec non circa Spalato. Rchb. fl. g. 1582. (Ciner. maritima L.; Sen. maritimus Rchb.) Il.-Sept. . . . . . . **S. Cineraria DC.**

11 Foliis lyratis petiolatis; caulinis auricula partita plus minusve amplexicaulibus 12

Foliis fere omnibus lyratis subtus arachnoideo tomentosis auricula multipartita semiamplexicaulibus, sed lobis lateralibus oblongis dentato-serratis, terminali maximo argute duplicato-serrato vel basi subpinnatifido-inciso, foliorum caulinorum ovato et supremorum oblongo. — Caulis bipedalis et ultra erectus sulcatus ramosus, tenuiter arachnoideus; folia glabra lyrata lobis paucidentatis, ramulorum linearia; anthodia basi villosa squamis lineari-lanceolatis margine membranaceis; achenia puberula, rarius glabrescentia. ♃. In pratis montanis circa Radoboj, Krapinam, Klemenovo et alibi in Zagoria; nec non ad Rude prope Samobor ibidemque praesertim in pede montis Ošterc. Rchb. fl. g. 1584. (Sen. alpinus L. fil.; Ciner. alpina W.) Il.-Ag.
S. lyratifolius Rchb.

12 Acheniis disci glabris aut subpuberulis pappo caduco 13

Acheniis disci piloso-scabris et nonnisi margine glabris hisque pappo pauci-piloso persistente. — Caulis erectus ramosus striatus glabriusculus; folia glabra, inferiora ovalia petiolata lyrata basi attenuata, reliqua oblonga auriculato-amplexicaulia pinnatipartita laciniis incisis; florum capitula in corymbum collecta ramulis corymbi arrectis bracteolatis; squamae anthodii bilineatae; achenia marginalia glabra pappo caduco. ♃. In arvis pratis collibusque herbidis, in locis incultis et sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 659 in agris et sylvaticis circa Zara, Dernis, Almissa, Duare, Breno et Cattaro. Rchb. fl. g. 1578. (Sen. lyratifolius Noë non Rchb.) Il.-Ag.
S. Jacobaea L.

Observ. variet. β. foliis tomentoso-incanis, caulinorum auriculis multifido-crispatis, est: S. dalmaticus Vis. icon. fl. dalm. tab. VII. occurritque in pratis montanis siccis tractus montium Ivanšćica ad Lobor et Belec, nec non in apricis asperis litt. cr. ad Segniam et Karlobago.

13 Foliis radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis oblongo-ovatis basi attenuatis integris sublyratisve, caulinis reliquis basi incisis aut lyratis, pinnis lateralibus oblongis vel linearibus oblique e costa media egredientibus, terminali ovato-oblonga, dentata vel sublobata. — Pedalis aut spithamæus simplex laete virens, superne laxe corymbosus; folia inciso-serrata, caulina superiora basi inciso-pinnatifida laciniis acutis; squamae anthodii rhomboideae late membranaceae calyculo subbiphyllo arcte adpresso brevissimo. ♃. In pratis humidis et ad stagna in Moslavina circa Okolje, Dolnja Jelenska et Gračenica. In Slavonia ad ripas fluminis Bosut et in canali circa Brodjance. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 1575. Il.-Ag. . . . . **S. aquaticus Huds.**

Foliis lyratis, inferioribus petiolatis, pinnis caulinorum subquinis dentatis, lateralibus patentissimis obcordato-oblongis, terminali foliorum radicalium maxima cordato-ovata, superiorum cuneata. — Pedalis bipedalis gracilis glabriusculus, rami tenues virgati late divergentes; florum corymbi ramis divaricatis remote bracteolatis; squamae anthodii margine membranaceae calyculo subbiphyllo adpresso brevissimo. ♃. In pratis humidis, ad ripas et fossas ad pedem montium Ivanšćica, Oštere et Klek haud rarus. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Čerević. (Kan.) Vis. fl. dalm. 660 in pratis humidis locisque aquosis circa Almissa et Narenta. Rchb. fl. g. 1576. (Sen. aquatius Lois. et non Huds.) Il.-Ag. . . . . **S. erraticus Bertol.**

Observ. variet. β. foliis inferioribus oblongis crenatis sublyratis, caulinis profunde pinnatifidis laciniis linearibus obtuse dentatis planis, est: S. barbareaefolius Krock. occurritque in iisdem locis ac antecedens, sed multo frequentius. Rchb. fl. g. 1577.

14 Florum capitulis subsolitariis hemisphaericis; flosculis radii numerosis 15

Florum capitulis corymbosis aut racemoso-paniculatis subcylindricis, rarissime haemisphaericis; flosculis radii nonnisi 5—13 aut pluribus, rarius plane nullis 16

15 Foliis coriaceis plus minusve lanatis, superioribus basi cordata sessilibus; caule 2—3-, rarius 1-cephalo. — Radix horizontalis fibris validis aucta; caulis simplex angulatus; folia coriacea pilis brevissimis scabriusculis plus minusve lanatis inspersa, inaequaliter serrata aut denticulata, inferiora longe petiolata, ovalia aut lanceolata, superiora lanceolato-acuminata semiamplexicaulia; squamæ anthodii lineari-acuminatae liberae et calyculo polyphyllo anthodium aequante; achenia glabra striata conformia pappo persistente coronata. ♃. Vis. fl. dalm. 665 in sylvaticis et lapidosis montium Velebit, Dinara et Biokovo. Rchb. fl. g. 1584. II.-Ag. **S. Doronicum L.**

Foliis herbaceo-mollibus lanatis vel glabriusculis, superioribus lanceolatis sessilibus; caule monocephalo. — Radix fibrosa; caulis simplex spithamaeus pedalisve; folia inferiora spathulato-ovata denticulata petiolata; anthodia dense lanata calyculoque polyphyllo squamas anthodii subaequante suffulta. Tota pl. lanato-floccosa; flos citrinus sat magnus. ♃. In litt. cr. monte Vratnik prope Segnia. Vis. fl. dalm. 665 v. γ. in lapidosis sylvaticis montium Velebit cum priori, cujus varietatem esse dicit. Rchb. fl. g. 1561. (S. arachnoideus Sieb.; S. Scopolii Hoppe; Cineraria arachnoidea Rchb.; Arnica floccosa Bertol.; A. lanigera Ten.) In.-Ag. **S. lanatus Scop.**

16 Florum capitulis radiatis flosculis radii 5—13, ligulatis, floribus luteis aut flavis 17

Florum capitulis discoideis, floribus omnibus tubulosis ochroleucis albidisve. — Radix horizontalis fibris plurimis jubata; caules 2—3-pedales erecti angulati glabri laeves; folia elliptico-lanceolata acuminata inaequaliter dentato-serrata apiculo serraturarum recto, inferiora breviter decurrentia superiora sessilia, glabra, subtus pallide viridia; anthodia pubescentia, calyculo illis aequilongo fulta; achenia oblonga angulata glabra. ♃. In sylvaticis montium Velebit, veluti ad pedem alpis Debelo-berdo, ad Mali-Halan et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 664 var. α. in sylvaticis montium Velebit, Biokovo et Orien. Rchb. fl. g. 1586 var. β. (Sen. Cacaliaster Lam.; Cacalia saracenica L.) II.-Sept. **S. croaticus WK.**

17 Florum capitulis corymbosis; foliis nonnisi subtus puberulis pilosisve aut utrinque glabris 18

Florum capitulis racemoso-paniculatis, ramis paniculae aut monocephalis aut racemoso-polycephalis; foliis facie arachnoideis, dorso albo-tomentosis vel dilute carneo-lanatis. — Tota pl. canotomentosa; caulis 1—2-pedalis, angulatus superne ramoso-paniculatus; folia inferiora oblongo-lanceolata eroso-crenata aut repanda, superiora obverse lanceolata, basi late auriculata amplexicaulia integra, nervosa margineque revoluta; capitula primum nutantia cylindrica, dein erecta cuneato-obovata; squamae anthodii fuscae, margine late albo-membranaceae, imo apice lanatae; achenia glabra sulcata. ♃. Vis. fl. dalm. 666 in umbrosis altioribus montium Dalmatiam a Montenegro dirimentium, nec minus in monte Orien. In.-Sept. . . **S. Visianianus Papaf.**

18 Calyculo anthodium aequante; acheniis glabris 19

Calyculo brevi, vix dimidium anthodii aequante; acheniis evidenter puberulis pilosisve 20

19 Foliis lanceolato-ellipticis aut simpliciter ellipticis ovatisve inaequaliter dentato-serratis apiculo serraturarum recto; calyculo 3—5-phyllo; radio 5—8-floro. — Radix praemorsa fibrisque aucta; caulis 2—3-pedalis erectus ramosus, superne hirtus; folia facie glabra aut setulis paucis inspersa, dorso pubescentia, inferiora petiolata, reliqua sessilia utrinque angustata, summa minima lanceolata ciliata; anthodia subcylindrica squamis erectis lanceolatis margine membranaceis, apice fuscis; ligulae radii lineatae; achenia rugosa. ♃. In sylvis frondosis montium altiorum ad Kalnik et Toplikam, in illis tractus Ivanščicae, ad Zagrabiam, et Samobor; in monte Klek et Merzin. Syll. fl. cr. — In Slavonia in sylvis montanis haud rarus. (Kan.) Vis. fl. dalm. 665 var. β. in sylvaticis montium Velebit, Biokovo et Orien. Rchb. fl. g. 1588. (Jacobaea nemorensis Wallr.; Sen. saracenicus Hayne.) Il.-Ag. . . . . **S. nemorensis L.**

Observ. var. β. radio quinario; caule gracili subflexuoso; foliis petiolatis angusteque lanceolatis; bracteis lineari-setaceis, est: S. Fuchsii Gm. Rchb. fl. g. 1589. (Sen. salicifolius Wallr.) Occurrit intermixte cum specie.

Variet. γ. radio subquinario; foliis ex ovata basi lanceolatis aequaliter dentato-serratis ciliatis; corymbo composito foliaceo, est: S. Jacquinii Rchb. fl. g. 1587. (S. frondosus Tsch.) In sylvis montanis cum specie.

Foliis oblongo-lanceolatis acutissimis basi cuneatis inaequaliter denticulato-serratis, apiculo serraturarum antrorsum curvato; calyculo 5-phyllo; radio 7—8-floro. — Radix repens; caules 4—6-pedales angulati, superne in ramulos floriferos divisi; folia glabriuscula oblonga angusta, infima in petiolum angustata, caetera basi lata sessilia; ramuli villosi; squamae anthodii apice nigrescentes; achenia oblonga striata. ♃. In dumetis humidis et in salicetis ad ripas fluviorum in campo Podravano, in Zagoria et circa Samobor haud rarus. Syll fl. cr. In Slavonia in pratis humidis sylvaticis praesertim comitatus Syrmiensis. (Kan.) Rchb. fl. g. 1586. (S. fluviatilis Wallr.) Il.-Ag. . . **S. saracenicus L.**

Observ. Omnes tres species, veluti: S. croaticus WK., S. nemorensis L. et S. saracenicus L. una cum citatis varietatibus, uti S. Fuchsii Gmel, et S. Jacquinianus Rchb. comprechendit clar. Vis. in sua flora dalmatica II. p. 71 sub una eademque specie et quidem sub nomine: S. Cacaliaster Lam. In quantum hoc valeat, dijudicent alii, nos sequuti sumus clar. Koch.

20 Foliis crassiusculis coriaceis utrinque glabris; radice fibrosa . . 21

Foliis mollibus herbaceis elongato-lanceolatis sessilibus, subtus pubescentibus attenuato acutis argute serratis. — Radix valde repens; caulis strictus 2—4-pedalis fistulosus sulcatus tomentoque deciduo tectus; superne ramosus; folia sessilia acuminata, facie glabra, summa lineari-lanceolata integerrima; bracteae membranaceae lineares subulatae pubescentes; achenia pilosa. ♃. In paludosis sylvaticis et ad stagna in nemoribus sylvisque inter Klošter-Ivanić et Vrbovec, nec minus in illis intra hunc pagum et Dubrava. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1590. (Jacobæa paludosa Fl. W.; S. Sadleri Lang.; S. riparius Wallr.) Il.-Ag. **S. paludosus L.**

21 Radio suboctofloro; calyculo 4—5-phyllo anthodium dimidium aequante; foliis coriaceis glabriusculis nitidis cartilagineo-dentatis ciliatis rigidulis, inferioribus ovato-oblongis in petiolum attenuatis, superioribus basi cordata amplexicaulibus vel, rotundata sessilibus. — Radix crassa fibris plurimis jubata; caulis 2—3-pedalis et plane ultra, sulcato-angulatus plus minusve floccoso- aut crispo-pilosus; folia glaucescentia subtus pilis brevissimis crassis scabra, suprema valde diminuta sensim in bracteas anguste lanceolatas vel plane subulatas abeuntibus; corymbus terminalis compositus ramulis cano-tomentosis; squamae anthodii

oblongo-ovalis canaliculatae dorsoque convexae, margine membranaceae, apice obtuso ciliatae; achenia oblonga, striata tenuissime puberula. ♃. In collibus dumetosis solo argillaceo circa Obrež prope Varasdinum, praesertim in dumetis ad viam publicam Zagrabia Varasdinum ducentem, circa Zelinam superiorem ad St. Joannem, circa Podsused et in ipsa Croatia australi hinc inde, praesertim in provincia Likana ad Gospić et Medak. Rchb. fl. g. in add. p. 852, n. 1585 c. Il.-Sept. . **S. umbrosus WK.**

Radio 5-floro; calyculo brevissimo; foliis glaberrimis glaucescentibus oblongisque; bracteis ex ovato-subcordata basi lineari-subulatis. — Radix fibrosa; caulis 4—5-pedalis erectus striatus, superne ramosus; folia crassiuscula oblonga-serrulata aut subintegerrima, infima in petiolum angustata, media sessilia subdecurrentia, suprema valde diminuta ovata angustato-acuminata; squamae anthodii crassae, apice nigrae; achenia puberula. ♃. In sylvis subalpinis montium Ivanšćica, Ljubelj ad Toplikam, in monte Klek et Kapella. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1585. **S. Doria L.**

Gen. 510. **Cineraria L. Pepeljuga.**

Anthodium simplex squamis aequalibus, basi calyculo nullo; receptaculum nudum; flosculi marginales (in nostris) radiati; achenia pappo piloso coronata. Koch syn. pl. p. 422; Rchb. fl. g. p. 241, g. 313.

1 Caule aut plane nudo, aut arachnoideo-flocceso aut sublanato; corymbo terminali; radice perenni 2

Caule villoso, superne ramoso ramis corymbosis; radice annua. — Radix fibrosa fibris validis longisque; caulis erectus angulatus; folia lanceolata, caulina semiamplexicaulia, inferiora sinuato-dentata, non raro plus minusve incisa, omnia erecta; anthodium cylindricum pilosum; flores pallide flavi; achenia sulcata glabra. ⊙. In pratis uliginosis montanis circa Čubar et Delnice. (Klinggraeff.) Rchb. fl. g. 1547. . . . **C. palustris L.**

2 Foliis pilosis, aut arachnoideo-sublanatis aut plane tomentosis . 3

Foliis glabris, vix paullisper pilosellis, facie viridibus, dorso glaucis. — Radix obliqua praemorsa fibrisque plurimis aucta; caulis strictus simplex 1—2-pedalis aut ultra: folia alterna distantia, radicalia et inferiora caulina longe petiolata, infima anguste elliptica v. lanceolata, utraque in petiolum attenuata, inaequaliter subdentata; superiora lineari-lanceolata integerrima basi paullis-

per latiore sessilia, infima apice subrotundato mucronata, reliqua acuminata; florum corymbus terminalis foliis angustissimis elongatis bracteatus; capitula hemisphaerica, squamae anthodii acuminatae dorso atro-virentes, margine pallescentes. ♃. In sylvis frondosis et paliseciis solo argillaceo humidiusculo inter Crisium et Podgajce. Syll. fl. cr., nec minus in illis circa Podsused teste prof. Tušek. (Tephroseris Fussii Gr. et Sch.; Senecillis glauca Gaert.) Mj.-In. . . . . **C. glauca W.**

3 Pappo sub anthesi flosculum aequante 4

Pappo sub anthesi nonnisi tubum flosculi aequante aut illo plane breviore; foliis superioribus sessilibus linearibus lanceolatisve . 6

4 Floribus flavis luteisve . , ... 5

Floribus rubro-aurantiacis. — Radix brevis fibris plurimis aucta; caulis erectus lanugine decidua tectus, superne ob folia remota subnudus; folia sublaevia aut parce lanata, radicalia ovata in petiolum brevem contracta integerrima aut subcrenata, caulina infima lanceolata basi attenuata, superiora linearia; squamae anthodii coloratae, e flavo fuscae acutae pubescentes; achenia pilis brevibus inspersa. ♃. In collibus herbidis pratisque montanis ad Radoboj, Krapinam et Klanjec. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1559. Mj.-Il. . . . . **C. aurantiaca Hoppe.**

5 Foliis pilis articulatis brevibus parce adspersis et simul supra arachnoideo-floccosis, subtus albo-lanatis, infimis ovatis basi subtruncatis. — Radix fibrosa; caulis strictus angulatus striatus simplex denseque lanatus; folia infima ovata, crenato-dentata vel denticulata, sequentia ovato-oblonga in petiolum lato-alatum cuneatum contracta, superiora sessilia lanceolata aut linearia acuta; squamae anthodii lanatae; ovaria dense hispida; achenia pubescentia. ♃. In sylvis montanis collibusqe herbidis dumetosis circa Toplikam, Kalnik et Zagrabiam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1554. (C. longifolia St.; C. integrifolia Wallr.; Sen. spathulaefolius DC.; S. nemorensis Poll.; Cin. tenuifolia Gaud.) Mj.-In. . . . . **C. spathulaefolia Gm.**

Foliis sublaevibus aut arachnoideo-lanatis, radicalibus ovatis vel subrotundis in petiolum brevem contractis, caulinis oblongis basi attenuatis. — Radix fibrosa; caulis erectus albo-tomentosus; folia facie viridia, dorso albo-tomentosa; radicalia terrae adpressa obtusa, caulina minora erecta, floralia minima angustissima; anthodia hemisphaerica pubescentia squamis linearibus; achenia

oblonga pilosa; ovaria dense hispidula. ♃. In collibus herbidis apricis litt. cr. ad Novi, Cirkvenicam, in monte Vratnik et alibi in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1560. (C. integrifolia Sm.; C. alpina Huds.: Sen. campestris Spr.) In.-Il.

C. campestris Retz.

Obsev. variet. β. ovariis acheniisque glabris; flosculis radii numerosis ligulisque longissimis, est: C. papposa Rhb. fl. g. 1558 occurritque cum priori in Vrebačka-staza et circa Gospić in provincia Likana.

6 Foliis hirto-scabris plus minusve dense lanatis aut cano-tomentosis; floribus luteis 7

Foliis laevibus vel arachnoideo-sublanatis; ovariis exacte nudis . 8

7 Foliis radicalibus ovatis oblongisque crenato-dentatis aut integerrimis, sequentibus elongato-lanceolatis basi attenuatis. — Radix fibrosa; caulis simplex 1—2-pedalis erectus; folia scabriuscula, suprema lineari-lanceolata linariaque; ovaria et achenia pubescentia. ♃. In sylvis frondosis montis Ljubelj ad Toplikam; in monte Merzin et Kapela in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1557. (Sen. brachychaetus DC.) Mj.-In.

C. longifolia Jacq.

Foliis infimis ovatis vel subcordatis crenato-dentatis, sequentibus oblongo-ovatis in petiolum lato-alatum cuneatum contractis. — Radix fibrosa; caulis simplex strictus procerus; corymbus terminalis simplex; folia caulina superiora sessilia lanceolata, summa linearia; ovaria glabra. ♃. In collibus dumetosis humidiusculis ad Toplikam, in valle Vratno montium Kalnik. Rchb. fl. g. 1556. (C. integrifolia W.; C. alpina Hopp.) **C. alpestris Hoppe.**

Observ. variet. β. foliis dense lanuginosis aut incano-tomentosis caulinis inferioribus obovato-subspathulatis ovarioque glabro, est: C. crassifolia Kit. occurritque in collibus dumetosis Croatiae australis, praesertim in Bielopolje ad Bunić, ad Janče: nec non in alpe Pliešivica, in monte Kapela et alibi in Korbavia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1553.

8 Foliis radicalibus et caulinis inferioribus ovatis cordatisque, sequentibus in petiolum lato-alatum plus minusve dentatum contractis. — Radix praemorsa; caulis erectus simplex, 2—3-pedalis angulatus fistulosus, superne in ramulos florigeros divisus: folia subrugosa inaequaliter dentata et villo arachnoideo consita, summa sessilia cordato-lanceolata, pedunculi villo arachnoideo

vestiti; bracteae lineares; squamae anthodii virides concolores: achenia striata glabra. ♃. In sylvis locisque uliginosis in Moslavina infra pagum Popovača et in Cigljenica. Syll. fl. cr. In Slavonia ad rivulos in sylvis montis Papuk, nec minus circa Jankovac, Zvečovo, Duboka, Macute, Vučin, Duzluk et Kutjevo. (Kan.) Rchb. fl. g. 1551. (Sen. rivularis DC.) Mj.-Il.

C. rivularis WK.

Foliis inferioribus repando-denticulatis oblongis basi in petiolum angustatis, sequentibus lanceolatis basi attenuatis. — Pedalis aut sesquipedalis superne lanata, corymbus terminalis simplex pauciflorus (capitulis 4—10) radiis subduodenis; anthodii squamis apice rubentibus; pedunculis incrassatis; ovariis glabris. ♃. In sylvis montanis circa Kalnik, in illis montium Ivanščica, nec minus in illis ad Zagrabiam et Samobor. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1555. (Sen. pratensis DC.) Mj.-In. . **C. pratensis Hoppe.**

Gen. 511. Arnica L. Veprina. Moravka.

Squamae anthodii biseriales aequales; flores disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-dentato stigmatibus superne incrassatis apice conico pubescente terminatis, marginis feminei ligulati gerentes stamina castrata vel rudimento antherae praedita; receptaculum nudum; achenia erostrata exalata striata pappo piloso coronata. Koch syn pl. p. 422; Rchb. fl. g. p. 233, g. 300.

Foliis oppositis, radicalibus oblongo-obovatis subintegerrimis 5-nerviis; caule oligocephalo, pedunculis anthodiisque villosis vel glanduloso-pubescentibus. — Radix fibrosa; caulis pedalis et ultra erectus simplex vel in unum alterumve ramum divisus oligophyllus; folia setulis viscidis ut ipse caulis consitus; radicalia terrae adpressa in petiolum brevissimum angustata caulina sessilia ovata vel lanceolata; flores speciosi lutei; squamae anthodii lanceolatae. ♃. In pratis sylvaticis collibusque dumetosis Croatiae australis, veluti in pede montis Klek, Kapela, Plieśivica, circa Perušić et alibi in montanis provinciae Likanae et in monte Vratnik. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1486. In.-Sept.

A. montana L.

Gen. 512. **Aronicum Neck. Veprovac.**

Squamae anthodii foliaceae aequales triplici serie dispositae; receptaculum nudum; achenia cylindrica striata villosa omnia pappo piloso coronata; flores lutei. Koch syn. pl. p 421; Rchb fl. g. p. 233, g. 301.

Foliis herbaceo-mollibus ovatis oblongisve remote dentatis aut integerrimis, inferioribus petiolatis, caulinis semiamplexicaulibus; pilis pedunculorum omnibus acutis articulatis, geniculis remotis. — Radix horizontalis geniculatim prolifera fibrisque crassis aucta; caulis gracilis spithamaeus aut ultra fistulosus submonocephalus; folia acuta venosa rugosa pilosa margineque ciliata; squamae anthodii lanceolatae acuminatae villosae, interiores angustiores paulloque breviores; receptaculum subconicum nudum. ♃. In locis humidis alpium Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. pag. 123, g. 275, n. 1. Rchb. fl. g. 1488. (Arnica Doronicum Jacq.; Arn. Clusii All.; Aron. Doronicum Rchb.; Doron. Clusii Tsch.) Il.-Ag. . . . . **A. Clusii Koch.**

Gen. 513. **Doronicum Tourn. Divokoznjak.**

Squamae anthodii aquales 2—3-seriales; flores omnes fertiles, radii feminei ligulati stigmatibus obtusis, acheniis sulcatis calvis, disci hermaphroditi tubulosi 5-dentati stigmatibus apice truncatis ibique pilosis, acheniis pappo setaceo pluriseriali coronatis; receptaculum areolatum. — Vis. fl. dalm. II. p. 73, g. 233; Koch syn. pl. p. 419; Rchb. fl g. p. 234, g. 302.

1 Foliis radicalibus longe petiolatis profundeque cordatis. aut ovato-oblongis 2

Foliis radicalibus nullis, caulinis infimis 1—2-reliquis multo minoribus, subsequis numerosis approximatis cordato-acuminatis denticulatis auriculato-petiolatis. — Radix subnodosa intorta, præmorsa fibrisque copiosis aucta; caulis gracilis tenuis erectus striatus, fistulosus subvillosus, plerumque ramosus; folia pilosa aut plane villosa, rarius glabrescentia, summa lanceolata sessilia; squamae anthodii lanceolatae acuminatae villosae; ligulae radii ovales apice denticulatae tubo brevissimo; receptaculum convexum. ♃. In sylvis subalpinis ad Čubar in monte Snježnik. (Klinggraeff.) In Slavonia praesertim in sylvis comitatus Syrmiensis haud rarum; sed etiam circa Jankovec. (Kan.) Rchb. fl. g. 1496. (Dor. scorpioides W. et G.; Arn. austriaca Hoppe.) Il.-Ag. . . . . **D. austriacum Jacq.**

2 Radice aut repente aut fibrosa, sed nec unquam tuberosa, foliis radicalibus profunde cordatis 3

Radice evidenter tuberosa, tubere globoso; foliis radicalibus et caulinis infimis oblongo-ovatis longe petiolatis acutis; caulinis superioribus amplexicaulibus. — Caulis ramosus ramis alternis, erectus sulcatus, fistulosus setulisque viscidis inspersus; folia mollia integerrima aut inferiora repando-dentata; caulina summa minima lanceolata; squamae anthodii longissimae sublineares dorso setis consitae; achenia hirta. ♃. In sylvis frondosis circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 1493. (Dor. hungaricum Rchb. f.; Dor. angustifolium Clus.) In.-Il. . . . . **D. plantagineum L.**

3 Rhizomate oblique praemorso, repente nodoso, stolonibus subterraneis nullis; foliis utrinque glabris margine ciliatis, radicalibus longe petiolatis cordato-reniformibus, caulinis amplexicaulibus cordato-oblongis sessilibus spathulatisve, basi auriculatis, summis ovato-lanceolatis amplexicaulibus; acheniis radii glaberrimis. — Rhizoma repens; caulis erectus 1—2-pedalis, 1—3-cephalus; planta glabra lucida, rarius folia inferiora margine puberula, radicalia grosse dentata sinu baseos rotundato aperto, profunde cordato; receptaculum pilis brevibus villosum. ♃. Vis. fl. dalm. 667 in devexitatibus saxosis montium Biokovo et Velebit. Rchb. fl. g. 1498. (Dor. caucasicum Bieb.; Dor. orientale Adans.; Dor. Columnae Ten.; Dor. Pardalianches Alsch. non L.) Il.-Ag. **D. cordifolium Sternb.**

4 Radice carnosa fibris copiosis aucta, stolonibus subterraneis elongatis gracilibus apice denique incrassatis foliiferis et iterum stoloniferis; foliis ovatis denticulatis, radicalibus longe petiolatis profunde cordatis, caulinis superioribus sessilibus amplexicaulibus. — Caulis erectus 1—3-pedalis et ultra, incanus villosus, 1—3-cephalus; folia mollia villosa; squamae anthodii patentes planae villosae ciliatae, acutae; corollae ut omnium flavae ligulis apice tridentatis; achenia striata hirsuta aut pilosa; receptaculum conicum villosum. ♃. In sylvis montanis et subalpinis hinc inde, praesertim in comitatu Fluminensi circa Delnice, Čucar et alibi. Rchb. fl. g. 1495. (D. latifolium Clus.; D. macrophyllum Bern.) Mj.-Il. . . . . **D. Pardalianches L.**

Observ. variet. β. hirsutum pauciflorum pedunculis elongatis, foliis amplexicaulibus inferioribus auriculato-petiolatis, est: D. Ma-

thioli Tsch. et occurrit in sylvis frondosis et in dumetis planitierum et in submontanis totius Croatiae.

Trib. XVI. **Arthemideae Cassin.** *Stylus floris hermaphroditi ramis linearibus apice truncatis barbatisque; antherae ecaudatae; capitula radiata, raro discoidea; achenia calva vel pappo praedita coronae vel auriculae formam referente.*

a) Capitula radiata, rarissime discoidea, receptaculum epaleaceum.

Gen. 514. **Pinardia Cassin. Srčun.**

Capitula radiata anthodio hemispherico; corollae radii ligulatae femineae, disci tubulosae teretes hermaphroditae; receptaculum convexum; achenia difformia, marginalia trialata, disci unialata ala interiore majore omnibusque apice in spinam productis. Vis. fl. dalm. II. p. 90, g. 244; Koch syn. pl. p. 419.

Foliis antice latioribus bipinnatifidis cauleque glabris. — Radix fibrosa; caulis erectus ramosus; foliola inciso-serrata, pedunculi subuniflori; flores radii aut omnino lutei aut ligulis albis basi luteis; achenia lateribus sulcatis glanduloso-vittatis. ☉. In hortis cultum et hinc inde in oleraceis et ruderatis quasi sponlaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 703 in agris insulae Lesina. Rchb. fl. g. 1474. (Chrys. coronarium L.) Ag.-Sept.

P. coronaria Less.

Gen. 515. **Chrysanthemum L. Bilica.**

Capitula radiata anthodio hemisphaerico imbricato, corollae radii ligulatae, femineae, disci tubulosae basi compressae hermaphroditae ecalcaratae limbo 5-dentato; achenia conformia exalata utrinque angulata vel sulcato-costata, apice glandulosa; pappo nullo vel membranaceo; receptaculum nudum planum vel hemisphaericum. Vis. fl. dalm. II. p. 86, g. 243; Koch syn. pl. p. 416; Rchb. fl. g. p. 231 et 232, g. 296 et 97.

1 Acheniis radii (saepissime) coronatis, disci nudis; radio albo . 2

Acheniis omnibus apice nudis; radio luteo. — Glabrum glaucescens; radix ramosa; caulis plerumque decumbens in ramos multos effusos divisus; folia inferiora spathulata, inferne dentato-serrata, apice flabellato-tridentata incisa, caulina oblonga amplexicaulia inciso-dentata, suprema cordato-amplexicaulia integra; pedunculi fistulosi superne incrassati; squamae anthodii ovatae margine membranaceae, fuscae; flores lutei ligulis ellipticis inciso 3-dentatis; achenia cylindrica sulcata crasse multicostata, eglandulosa calva. ☉. Inter segetes circa Zagrabiam, sed rarissimum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 702 inter segetes insularum

Ossero et Lesina, nec non circa Ragusa. Rchb. fl. g. 1473. (Pyrethrum segetum Fl. W.; Xanthophtalmum segetum Schulz Bip.) Il.-Sep. . . . . **Ch. segetum L.**

2 Folia radicalia et caulina inferiora simplicia indivisa crenata aut inciso-dentata, superiora lanceolata aut linearia serrata; florum capitula solitaria terminalia 3

Folia radicalia caulinaque inferiora aut plane omnia pinnatifida aut plane pinnata 6

3 Acheniis saltem radii pappo membranaceo unidentato coronatis . 4

Acheniis omnibus calvis epapposis; foliis inferioribus longe petiolatis, obovatis spathulatisve crenato-incisis vel obtuse dentatis, superioribus sessilibus oblongo-linearibus serratis. — Radix lignescens ramosa; caulis erectus simplex vel superne in unum alterumve ramum divisus sulcatus subpubescens; folia saturate viridia subglabra; capitula ampla; squamae anthodii obscure-virentes, margine nigricantes; achenia albo-10-costata subtetragona. ♃. In graminosis et sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 695 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1478. (Leucanthemum vulgare DC.) „Revan ili volovo oko." Mj.-In.-Sept. . . . . **Ch. Leucanthemum L.**

4 Caule simplici submonocephalo 5

Caule ramoso capitulis corymbosis, foliis lanceolatis profunde serratis glabris. — Radix ramosa fibris validis aucta; caulis erectus superne ramosus ramis foliosis subcorymbosis; folia acuta argute serrata, summa integerrima; achenia pappo brevi membranaceo marginata. ♃. In uliginosis et arundinaceis fluvii Dravi prope Essekinum et Belje; in uliginosis et paludosis circa Tenje et Čepin, in palude Kolodjvarensi, nec non circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 1472. (Chr. serotinum Jacq.; Pyrethrum uliginosum Rchb.) Ag.-Sept. . . . . **Ch. uliginosum WK.**

5 Foliis inferioribus cuneato-linearibus subtruncatis argute serratis, supremis linearibus integerrimis. — Gracile, simplex glabrum; radix fibrosa fibris tenuibus; caulis pedalis aut sesquipedalis teres glabrescens; folia caulina inferiora et media anguste lanceolata aut cuneato-linearia; achenia radii evidenter papposa. ♃. Vis. fl. dalm. 695 var. ε. in apricis nemerosis montis Bolesnik prope Zara et in saxosis prope Ragusa. (Palachrodiscus montanus Schulz Bip.) Il.-Ag. . . . . . . **Ch. graminifolium L.**

Foliis inferioribus oblongis in petiolum attenuatis obovatisve crenatis, insequentibus sessilibus lanceolatis linearibusque serratis, serraturis baseos angustioribus acutioribusque. — Gracile, rigidum; radix fibrosa; caulis palmaris, spithamaeus pedalisve simplex, submonocephalus, capitulo reliquis multo minore; squamae anthodii angustae pallideque scariosae; achenia radii coronula membranacea dimidiata, dentata tuboque dimidio breviore terminata, illa disci coronula destituta. ♃. In locis graminosis asperis montis Klek et Merzin; in subalpinis montium Velebit, veluti in pede alpis Visočica, Badanj et Debelo-berdo. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Jankovec. (Kan.) Vis. fl. dalm. 695 var. γ. in sylvaticis montium Velebit, Promina, Dinara et Biokovo, nec non supra Narenta et Ragusa. (Ch. lanceolatum Pers.; Ch. heterophyllum W.) In.-Il. **Ch. montanum L.**

Observ. variet. β. humilis palmaris spithamaeaque, foliis infimis apice obtuse trilobis margineque integerrimis vel ibidem dente uno alterove acutiore praeditis; squamis anthodii margine lato atro-fusco cinctis, est: Ch. atratum Gaud. occurritque in subalpinis Croatiae australis.

Variet. γ. foliis laete viridibus petiolatis serratis, infimis subrotundis, reliquis ovali-spathulatis acuminatis, cauleque subunifloro est: Ch. rotundifolium WK. occurritque in pascuis alpinis Croatiae australis, veluti in illis alpis Visočica et Debelo-berdo. — In Slavonia referente Rumy in montanis comitatus Syrmiensis. (?) Rchb. fl. g. 1476.

6 Foliis viridibus glabris aut pubescentibus; acheniis omnibus apice coronatis, rarius disci subcalvis 7

Foliis cauleque incano-sericeis, supra glabriusculis glanduloso-punctatis, inferioribus longe petiolatis pinnato-partitis, pinnis late ovatis sub-bifidis basi cuneatis; acheniis obverse linearibus pappo erroso coronatis, glandulosis pentagonis. — Radix obliqua fibris copiosis firmata, fusca multiceps; caules erecti angulati simplices vel in unum alterumve ramum apice monocephalum divi, villo incano tecti; folia radicalia et caulina inferiora pinnata, foliolis in lacinias breves divisis, superiora sessilia, suprema linearia integra; capitula ampla; anthodia villosa squamis oblongis obtusisque. ♃. In saxosis secus viam publicam inter Mali-Halan et Podprag in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 697 in saxosis umbrosis et apricis totius Dalmatiae vul-

gare Rchb. fl. g. 1467. (Chr. Turrcanum Vis. flr. dalm.; Ch. rigidum Vis.; Pyrethrum cinerariaefolium Ten.; Tanacetum cinerariaefolium Schulz. Bip.) „Divji Pelin.“ Mj.-In.

Ch. cinerariaefolium Vis.

7 Foliis radicalibus pinnatis, pinnis pinnatifidis aut inciso-dentatis; florum capitulis terminalibus corymbosis 8

Foliis radicalibus caulinisque pinnatipartitis laciniis lanceolato-linearibus remote-incisis, bifidis integrisve; florum capitulis terminalibus solitariis. — Radix fibrosa; caules erecti simplices monocephali, rarius in unum alterumve ramum divisi; folia infima petiolata obovata, superiora oblonga sessilia, omnia pinnato-lobata pinnataque; achenia albo-10-costata lineari-turbinata, radii compresso-trigona pappoque membranaceo coronata, disci subteretia papposa vel calva. ♃. Vis. fl. dalm. 696 in sylvaticis Paklenica, in devexitatibus montium Velebit. (Pyrethrum ceratophylloides Ten.) In.-Ag. . . . . . . **Ch. cerathophylloides All.**

8 Ligulis flosculorum radiantium oblongo-linearibus aut oblongo-ovalibus elongatis candidis 9

Ligulis flosculorum radiantium ovato-subrotundis anthodium dimidium aequantibus sordide-albidis. — Viridi-pubescens; radix lignosa numerosis fibris firmata; caules altissimi (4—6-pedales) erecti angulati simplices apice corymbosi hirti; folia dense pubescentia aut plane hirta, inferiora breviter petiolata, reliqua sessilia omnia pinnatisecta pinnis latis oblongo-lanceolatis incisoque-pinnatis in rachim late alatam decurrentibus, lobis subduplicato-serratis, serraturis mucronatis; florum capitula parva, in corymbum densum collecta; squamae anthodii exteriores breves angustæ, interiores sublineares subaequales apice scariosae et lacerae, dorso carinatae; corollae disci et radii sordide-albidae; achenia obverse linearia glandulosa pentagona pappoque brevissimo repando coronata. ♃. In sylvaticis dumetosis circa Hernjanec, Markuševec, Šestinam et Sesvete; copiosissime in montibus Zagrabiensibus ad Medvedgrad, Sv. Jakob et alibi; nec minus in sylvaticis Croatiae australis, veluti in monte Kapela Vratnik et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Duboka, in illis montis Papuk et Kolodjvar. (Kan.) Vis. fl. dalm. 700 in sylvaticis montium Velebit. Rchb. fl. g. 1469. (Achillea

macrophylla Mitter. et Pill.; Pyreth. macrophyllum W.; Tanacetum macrophyllum Schulz. Bip.; Gymnocline leucocephala Cass.) In.-Il. . . . . **Ch. macrophyllum W K.**

9 Acheniis linearibus pentagonis pappo erroso coronatis. — Viride; radix fibris crassis jubata; caulis erectus 1 – 3-pedalis nonnisi superne ramosus, corymbosus; folia inferiora breviter petiolata pinnatipartita pinnis ovalibus pinnatisectis, lobis argute serratis mucronatis, cætera sessilia, pinnis oblongis mucronato-serratis; squamae anthodii villosulae pallide virentes margineque fuscae; capitula longe petiolata et in corymbos laxos congesta. ♃. In sylvis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In sylvis circa Jankovec; in illis montis Papuk, circa Orahovica, velika Motočina et Kamengrad. (Kan.) Vis. fl. dalm. 698 in sylvaticis montium Velebit, Svilaja, Mossor, Biokovo et Pastrovichio. Rchb. fl. g. 1470. (Chr. corymbiferum L. sp. pl. ed. II; Pyrethr. corymbosum W.; Tanacet. corymbosum Schultz. Bip.) „Kokotac.“ In.-Il.

Ch. corymbosum L.

Observ. variet. β. obscure virens; pinnis foliorum ovali-lanceolatis pinnatifidis inciso-argute serratis approximatis, summis confluentibus, ligulisque longissimis, est: Ch. Clusii Fisch. occurritque in sylvis montium Velebit, veluti in monte Vratnik et Sladovac. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1471. (Tanacet. inodorum Clus.) —

Acheniis obverse linearibus glandulosis multocostatis pappoque brevissimo denticulato coronatis. — Glauco-pubescens; radix lignescens fibrisque plurimis firmata; caulis erectus jam fere a basi ramosus corymbosusque; folia omnia petiolata pinnatipartita pinnis ovalibus pinnatilobis lobisque ovatis lobulatis obtusis apiculatis; pedunculi striati superne incrassati; squamae anthodii lineari-lanceolatae compressae; ligulae radii apice trilobae. ♃. In ruderatis et incultis, ad saepes hinc inde quasi spontanea, secus in hortis culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 699 in ruderatis fere spontanea circa Sebenico, Spalato, Ragusa et Dobrota. Rchb. fl. g. 1488. (Matricaria Parthenium L.; Pyreth. Parthenium Sm.; Tanacet. Parthenium Schultz. Bip.) „Gorka Metva, Povratić, Matrikovo zelje, Bratić.“ Il.-Ag. . . **Ch. Parthenium Pers**

Gen. 516. **Chamaemelum Vis. Ruman.**

Florum capitula radiata aut discoidea; anthodium hemisphaericum, corrollae radii ligulatae femineae albae, disci tantum, (rarius omnes) tubulosae teretes hermaphroditae luteae; receptaculum ovatum nudum, intus farctum; achenia dorso aut simul et lateribus minutissime glandulosa, apice 1—2-glandulifera, facie crasse tricostata valleculis fuscis interstincta; pappo scarioso vel nullo. — Vis. fl· dalm. II. p. 84, g. 242.

Acheniis turbinatis subtetragonis truncatis, dorso convexis nigris transverse elevato rugosis et sub dorsi apice impresso-biglandulosis, ventre tricostatis, costis crassis obtusis fuscis et binis valleculis angustis nigris interstinctis; pappo brevi marginali quadrangulari integro, disco epigyno exacte terminali latitudinemque achenii aequante, nigro-bipunctato. — Radix fusiformis; caulis erectus glaber ramosusque; folia 2—3-pinnatifida laciniis lineari-filiformibus; pedunculi striati, superne vix incrassati, glabri; anthodii squamae glabrae margine membranaceae et fuscae; ligulae apice tridentatae. ◯. Inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 695 in arvis et satis totius Dalmatiae. Rhb. fl. g. 1464. (Pyrethr. inodorum Sm.; Matricaria inodora Koch; Tripleurospermum inodorum Schulz Bip.) Il.-Sept. . . . . **Ch. inodorum Casp. Bauh.**

Observ. variet. β. caule diffuso, laciniis foliorum crassioribus abbreviatis; pappo aequali 4-lobo, est: Ch. maritimum Vis. (Pyrethr. maritimum Sm.) occurritque cum priori in Dalmatia.

Acheniis oblongis vel oblongo-obovatis compresso-trigonis subincurvis obtusis, dorso convexis pallido-fuscis, illis disci perfecte maturis obsolete rugulosis, caeteris laevibus, apice convexo-uniglandulosis ventre tricostatis, costis crassis obtusis albido testaceis et binis valleculis angustis interstinctis, pappo nullo, disco epigyno obliquo epunctato, apice achenii multo minore. — Herba 1—2-pedalis et ultra tota glabra; caulis erectus sulcato-angulatus ramosus apice corymbosus, ramis apice monocephalis; folia 2—3-pinnatipartita laciniis angustissime linearibus planis acutis; capitula hemisphaerica; squamae anthodii oblongae obtusæ scariosae carina viridi; receptaculum ovatum vel semiglobosum nudum foveolatum; ligulae radii oblongo-lineares apice truncato tridentato; achenia omnia conformia. ◯. In sylvis frondosis montium Velebit, veluti ad pedem alpis Debelo-berdo et ad Halan.

Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 694 in cultis et herbidis montium Velebit. (Chrys. uniglandulosum Vis. herb.) In.-Ag.

Ch. uniglandulosum Vis.

Gen. 517. **Matricaria L. Titrica.**

Florum capitula radiata; anthodium hemisphaericum; corollae radii ligulatae femineae albae, disci tubulosae teretes hermaphroditae luteae; receptaculum conicum, rarius ovatum nudum, intus cavum; achenia oblonga teretia aptera, dorso laevia, facie tenuissime 5-costata eglandulosa; pappo nullo vel membranaceo. — Vis. fl. dalm. II. p. 83, g. 241; Koch syn. pl. p. 416; Rchb. fl. g. p. 230, g. 295.

Foliis 2—3-pinnatipartitis lobis subulato-linearibus; squamis anthodii oblongis obtusis margine albidis. — Glabra; radix ramosa; caulis gracilis ramosus, diffusus; squamae anthodii dilatatae; folia capillaria duplicato-pinnatopartita, lobis 2—3-fidis. ⊙. Inter segetes, in oleraceis, ruderatis et ad vias totius Croatiæ et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 693 in ruderatis, in agris et ad vias totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1463. (M. recutita L. sp. pl. ed. I. et M. suaveolens L. sp. pl. ed. II.; Chamomilla officinalis C. Koch.) „Ramina, Komomilja, Kokotnjak, Materičnjak.“ In.-Ag. . . . . **M. Chamomilla L.**

Observ. Differt ab Anthemide arvensi et An. Cotula receptaculo nudo, a Chrysanthemo (Chamaemelo) inodoro receptaculo cylindrico conico, et ab omnibus tribus receptaculo intus cavo.

b) Capitula ut plurimum radiata; receptaculum paleaceum.

Gen. 518. **Anacyclus L. Targok ili Zubovac.**

Florum capitula radiata; anthodium hemisphaericum, corollae omnes tubo bialatae, radii ligulatae, femineae, disci tubulosae hermaphroditae; achenia utrinque alata obcordata, alis dilatatis membranaceis apiceque in lobum productis, centralia angustius alata epapposa. — Vis. fl. dalm. II. p. 76, g. 236; Koch syn. pl. p. 415; Rchb. fl. g. pag. 225, g. 292.

Ligulis radii elliptico-rotundatis flavissimis; paleis receptaculi cuneato-obovatis, margine scariosis, apice mucronatis glabris. — Caulis erectus apice divaricate ramosus; folia villosa tripinnatipartita laciniis linearibus acutis; pedunculi incrassati; squamae anthodii obtusae, interiores appendice scarioso lacero provisae, omnes ovato-lanceolatae plus minusve hirsutae; flosculorum laciniae inaequales biaristatae. ⊙. Vis. fl. dalm. 676 in arvis in-

sulae Lissa. Rchb. fl. g. 1416. (Chamaemelum valentinum All.; Anthemis valentina L.) In.-Ag. . . . . . . **A. radiatus Loisel.**

Ligulis radii oblongis albis; paleis omnino scariosis late spathulato-truncatis, apice piliferis glabrisve. — Caulis erectus ramosus, ramis patentibus foliisque bipinnatis incano-villosis, laciniis lineari-teretiusculis integris trifidisque; squamae anthodii hirsutae ovato-lanceolatae, hyalino-acuminatae, apice nigrae; pedunculi subincrassati. ☉. Vis. fl. dalm. 677 ad muros circa Zara. Rchb. fl. g. 1417. (Chamaem. tomentosum All.; Anth. clavata Desf.; Anth. pubescens W.; Anth. tomentosa Gou.; Anth. biaristata DC.; Anac. pubescens Rchb.; Anac. tomentosus DC.) Il.-Ag.

A. clavatus Pers.

Gen. 519. **Anthemis L. Jarmen.**

Florum capitula radiata; anthodium hemisphaericum; corollae radii ligulatae femineae, disci tubulosae bialatae hermaphroditae; achenia turbinata aptera vel angustissime alata conformia, pappo destituta, margine plus minusve prominulo terminata; receptaculum paleaceum. — Vis. fl. dalm. II. p. 77, g. 237; Koch syn. pl. pag. 412; Rchb. fl. g. p. 226, 293.

1 Paleis receptaculi integerrimis obovato-cuneatis obtusis hyalinis aut in mucronem rigidum contractis, aut lineari-setaceis; foliis bipinnatifidis 2

Paleis apicem versus membranaceis et scariosis oblongis muticis; foliis pinnatis. pinnis multifidis, laciniis linearibus breviterque mucronulatis. — Caulis erectus a basi ramosus polycephalus; folia pubescentia vel subglabra; florum capitula magna; receptaculum elongato-conicum; achenia subtrigona laevia margineque obsoleto terminata. ♃. In Croatia nonnisi in hortis culta et hinc inde auffuga et in ruderatis quasi spontanea. Teste claris. Maly in pascuis Dalmatiae spontanea. Rchb. fl. g. 1427. Il.-Ag.

A. nobilis L.

2 Paleis receptaculi lanceolatis, oblongo-obovatis aut cuneatis muticis aut in mucronem rigidum contractis 3

Paleis lineari setaceis acutis; receptaculo elongato-conico; acheniis teretiusculis tuberculato-striatis margine crenulato discum subconvexum cingente terminatis. — Radix fusiformis; caulis erectus sulcatus ramosus glaber; folia saturate viridia glabra vel pubescentia, bipinnatifida laciniis lineari-subulatis: squamae anthodii obtusae plus minusve pilosae; flosculi disci citrini, radii

albi ligulis ellipticis apiceque 3-dentatis; receptaculum basi nudum apicem versus paleis lineari-setaceis instructum; achenia 10-costata. ○. In cultis, ruderatis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 683 in cultis incultisque circa Zara, Ragusa et Narenta. Rchb. fl. g. 1425. (A. ramosa Lk.; A. prostrata Ten.; Maruta Cotula DC.; Mar. foetida Cassin.) Il.-Ag. . . . . **A. Cotula L.**

3 Receptaculo convexo aut hemisphaerico; achenia complanato-tetragona apiceque anguste marginato 4

Receptaculo elongato conico vel plane cylindrico; acheniis obtuse tetragonis striis aequalibus; radio albo 8

4 Acheniis utrinque 3- aut 10-striatis, anguste alatis aut 5-sulcatis et apteris; ligulis radii albis disco luteo aut flavo 5

Acheniis utrinque 5-striatis angusteque alatis; ligulis radii disco concoloribus luteis aut sulfureis, rarius albidis ochroleucisve, diametro transversali disci dimidio fere brevioribus. — Radix fusiformis; caulis erectus ramosus, praesertim superne tomentosus; folia facie viridia scabra, dorso tomentosa aut dense pubescentia, bipinnatifida, rachi dentata pinulisque pectinatim dispositis serratis serraturis mucronatis; florum capitula ampla; achenia margine arguto terminata. ⊙ vel ♂. In collibus apricis graminosis dumetosisque ad Vratno prope Kalnik, circa Toplikam, Radoboj Krapinam et alibi in montosis haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus dumetosis agrisque submontanis circa Požega, Ivanovec, Vučin, Rétfalú, Essek, Vukovec, Vukovar, Čerević, Karlovic, Krušedol et Semlin. Rchb. fl. g. 1434. (Chamaemelum All.) Il.-Ag. . . . . **A. tinctoria L.**

5 Pinnulis foliorum dentatis incisisve 6

Pinnulis foliorum pectinatim dispositis subaequalibus integerrimis mucronatis. — Radix ramosa; caulis erectus teres ramosus; folia lanuginoso-pubescentia crassiuscula bipinnatifida rachi dentata; florum capitula in ramulis solitaria erecta; squamae anthodii margine pilosiusculae; raceptaculum subhemisphaericum; paleae oblongae in mucronem rigidum acuminatae; achenia anguste alata, utrinque striata margineque arguto terminata. ⊙. In agris collibusque apricis lapidosis haud rara in Croatia. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis et ad rivulos circa Orahovica. (Kan.)

— Vis. fl. dalm. 681 in apricis agrestibus circa Narenta. Rchb. fl. g. 1426. (An. Triumfetti All.; An. ringens Wall.) Il.-Ag.
A. austriaca Jacq.

6 Acheniis compresso-tetragonis; apice argute marginatis; caulibus glabriusculis 7

Acheniis teretiusculis 7-costatis pappo amplo auriculaeformi, laterali membranaceo tubum corollae aequante coronatis. — Radix fibrosa; caulis puberulus ramosus ramis elongatis apice aphyllis; folia bipinnatifida petiolata glabra petiolis dentatis basi dilatatis inciso-pectinatis, pinnae foliorum patentes lobis incisis pinnatifidisve, lobulis oblongis mucronulatis; receptaculum hemisphaericum paleis obtusis obovato-cuneatis, exterioribus margine, intimis omnino hyalinis consitum; corollae radii albae. ◯. Vis. fl. dalm. 682 frequens ad vias et in ruderatis circa Ragusa. Il.-Ag. . . . . **A. Chia L.**

7 Paleis receptaculi obovatis truncatis abrupte in setam rigidam flore sublongiorem contractis; acheniis apice lateribusque anguste marginatis utrinque 10-costatis. — Caulis erectus angulatus ramosus; folia 2—3-pinnatifida laciniis lineari-lanceolatis mucronato-cuspidatis; pedunculi striati apicem versus incrassati: squamae anthodii puberuli lanceolatae, margine membranaceae, carinatae, carina in spinulam decurrente; flosculi disci citrini, radii albi; achenia apice nuda. ⊙. Vis. fl. dalm. 679 in agris et inter segetes circa Zara, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1421. (An. altissima L. sp. pl. ed. II.) Il.-Ag. . . . . **A. Cota L.**

Paleis oblongis tenuibus apice acuminatis flore brevioribus; acheniis apice argute marginatis utrinque nonnisi 5—7-costatis. — Caulis adscendens vel erectus ramosus, raro simplex; folia crassiuscula bipinnatipartita laciniis apice latioribus obtusiusculis breviterque mucronatis, integris, rarius incisis, subtus punctatis remotiusculis, rachide edentula, superiora minus divisa; pedunculi cylindrici, rarissime florum versus quindquam crassiores; squamae anthodii oblongae obtusae scarioso-marginatae carina virides, extus sublanuginosae; florum capitula parva disco luteo, radio albo; achenia apice coronula tenui integra acuta breviter marginata. ⊙ vel ♂. Inter segetes et in vineis litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari et Bribir. Vis. fl. dalm. 680 in agris

siccis circa Gelsa in insula Lesina; in locis collinis circa Dernis, nec non in montibus Velebit et Dinara. In.-Ag. **A. Pseudo-Cota Vis.**

8 Paleis receptaculi lanceolatis acuminato-mucronatis; acheniis sulcatis margine membranaceo coronatis exterioribus crassioribus anuulloque tumido plicato rugoso, interioribus margine acuto terminatis. — Radix fusiformis; caulis erectus ramosus villosusque, folia lanuginoso-pubescentia bipinnatiflda, pinnulis lineari-lanceolatis integris, 2—3-dentatisve; squamae anthodii pubescentes; flores disci flavi, radii albi ligulis ellipticis. ⊙. In agris arenosis, in locis cultis et incultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 678 in agris totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 1423. (An. austriaca Alsch.) In.-Sept. **A. arvensis L.**

Paleis lanceolatis quidem, sed apice obtusiusculis subdentatis et in mucronem rigidum acuminatis; acheniis obtuse quadrangulis aequaliter sulcatis marguineque arguto terminatis, exterioribus saepe coronula dimidiata oblique truncata instructis. — Radix ramosa; caulis ramosus basi procumbens, rarius erectus lanuginosus; folia lanuginoso-villosa bipinnatifida pinnulis lineari-lanceolatis integris 2—3-dentatisve; pedunculi nudi erecti tomentosi; anthodia puberula squamis lanceolatis; flores disci lutei, radii albi, ligulis linearibus elongatis apice 3-dentatis. ⊙. In collibus apricis sterilibus et in ruderatis litt. cr., veluti in Martinščica ad Flumen, unde olim sub nomine A. australis W. ad amicos missa. Syll. fl. cr. (A. australis Schloss. et Vukot. non W.) In.-Ag. . . . . **A. ruthenica MB.**

Gen. 520. **Achillea L. Ječac. Konica. Paprac.**

Florum capitula radiata anthodio ovato aut oblongo imbricato; flores disci hermaphroditi tubulosi, limbo corollae bialatae 5-dentato, tubo plano-compresso, marginales feminei ligulati ligulis brevibus subrotundis; achenia obovato-compressa, apice nuda vel margine prominulo terminata; receptaculum paleaceum — Vis. fl. dalm. II. pag. 81, g. 240; Koch syn. pl. pag. 407; Rchb. fl. g. p. 227, g. 294

1 Radio anthodium subaequante 7—10-floro 2
Radio anthodio breviore et nonnisi 5-floro 5
2 Foliis indivisis linearibus oblongisve argute serratis 3
Foliis pinnati- aut bipinnatifidis 4

3 Foliis oblongo-obtusis serratis in petiolum attenuatis fasciculatis glabris; corymbo composito, coarctato. — Radix multiceps; caules erecti ramosi; folia punctata dorso et margine setis minutissimis arcuatis consita, alia acuta, alia obtusa; squamae anthodii exteriores compressae; flores concolores, lutei. ♃. In asperis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 118, g. 268, n. 3. Rchb. fl. g. 1435. In.-Il. . . . . **A. Ageratum L.**

Foliis linearibus acuminatis argute serratis attenuato-acutis glabris; corymbo laxo. — Radix repens; caules erecti angulati ramosi, superne pubescentes; folia e basi utrinque inciso-dentata ad medium usque minute denseque, ultra medium profundius remotiusque serrata, serraturis mucronatis serrulatis subadpressis; anthodia puberula squamis margine membranaceis fuscis; flores concolores, albi. ♃. In pratis humidis circa Pitomača et in vineis circa Virovitic. (Kan.) Rchb. fl. g. 1438. (Ptarnica vulgaris DC.) Il.-Ag. . . . . **A. Ptarnica L.**

4 Caule indiviso, superne aphyllo; corymbo simplici. — Suffruticosa cano-sericea; radix nigricans; caules erecti simplices incani; folia radicalia caulinaque inferiora oblongo-cuneata pinnatifida lobis integris incisisve, basi in petiolum attenuatis, supremis sessilibus; pedunculi 1—2-cephali; flores disci pallidi, radii albi. ♄. In pascuis lapidosis alpium Pliešivica, Visočica et Debelo-berdo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 686 in apricis saxosis montium Velebit. Rchb. fl. g. 1442. (A. tyrolensis Wend.; A. capitata W.) Il.-Sept. . . . . **A. Clavenae L.**

Observ. var. β. foliis caulinis oblongo-linearibus integris; radio subquinquefloro, est: A. argentea Vis. occurritque in apricis saxosis jugi Triglav montis Biokovo.

Caule corymboso-ramoso; corymbo composito. -- Suffruticosa basi, lignosa piloso-cinerea; rhizoma subterraneum nigricans lignosum fibrilloso-ramosum; folia in surculorum apice et ad caulium basim longe petiolata, dein sensim brevius superiora sessilia, fere omnia bipinnatipartita, summa pinnatipartita, floralia paucissima integra oblongo-linearia acuta mucronata; florum capitula campanulata pubescentia ebracteata; squamae anthodii oblongae obobtusae, exteriores apicem versus fusco marginatae vel unicolores; radii corollae albae 6—7-ligulati tubo basi inflato, limbo subrotundo vel quadrato tricrenato, disci infundibuliformes limbo 5-lobo recto acutiusculo lobis ovatis; achenia ovalia crassa, apte-

ra calva. ♄. Vis. fl. dalm. 687 in apricis rupestribus montis Orien ad alt. 5000 ped. In.-Ag. . . . . **A. abrotanoides Vis.**

5 Rachi plane integra vel tantum ab apice ad medium folii dentata 6

Rachi saltem in foliis inferioribus alata dentata, pinnis pinnulisque dentato-serratis, dentibus acuminatis mucronatis 8

6 Foliis caulinis circuitu ovalibus aut oblongo-ovalibus 7

Foliis caulinis circuitu lanceolatis bipinnatipartitis, pinnulis subincisis, lobulis acuminatis mucronulatis. — Radix obliqua fibris copiosis firmata; caulis erectus pedalis et ultra simplex; folia lanato-villosa vel subglabra, bipinnatifida pinnulis 2—3-fidis pinnatove-5-fidis lacinulis linearibus ovatisque; rachis integra vel in apice folii subdentata dentibus integris; corymbus decompositus; ligulae anthodio dimidio breviores. ♃. In locis incultis, in collibus herbidis, in agris pratisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 688 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1458. „Stolistnik, Kostenica, Sporiš." In.-Sep. . . . . **A. Millefolium L.**

Observ. In solo pingui occurrit forma major foliis latioribus, pinnulis lacinulisque remotioribus, et est: A. sylvatica Beck, (A. magna Vis.); in solo aprico rupestri macriori est omnino minor foliis angustioribus laciniisque dense congestis, et est: A. collina Beck.

Notantur porro:

Variet. β. caule, foliis corymbisque lanato-villosis, est: A. magna W. (A. lanata Acut.) occurritque in montosis Zagoriae ad Klanjec. Syll. fl. cr. — Rhb. fl. g. 1453.

Variet. γ. tota lanato-hirsuta, foliorum laciniis angustissimis; ligulis supra ochroleucis, subtus albis; florum capitulis parvis, est: A. setacea WK. occurritque in collibus arvisque sterilibus lapidosis ad Kalnik, Toplikam, Samobor et alibi.

7 Rachi angusta ab apice ad medium folii dentata dentibus linearibus; foliis bipinnatifidis, pinnis pinnatifido-dentatis, majoribus 5—7-dentatis. — Radix fibrosa; caules basi decumbentes, demum adscendentes et erecti, ramosi et una cum foliis lanato-pubescentes; folia radicalia circuitu ovalia, caulina elliptica; florum corymbus decompositus, ligulae radii anthodio dimidium breviores, albae; paleae receptaculi glabrae. ♃. In collibus herbidis agrisque arenosis ad Paukovec; ad margines vinearum et agrorum circa Zagrabiam; in apricis sterilibus montium Velebit

haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Essek, Čerević, Karlovic, Krušedol et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 690 in sylvaticis montium Velebit frequens. Rchb. fl. g. 1462. (A. decipiens Vest.) Il.-Ag. . . . . **A. nobilis L.**

Observ. variet. β. caule stricto; corymbo composito, fastigiato floribusque ochroleucis, est: A. ochroleuca Ehrh. (A. nobilis W.; A. corymbifera Gmel.; A. cylindrica Poir.) Rchb. fl. g. 1457. Habitat in montibus vineisque circa Markuševec et Gračane, nec non in litt. cr.

Rachi integerrima, non dentata; foliis bipinnatifidis pinnulis linearibus integerrimis vel unidentatis. — Radix gracilis repens; caulis palmaris pedalisve erectus hirsutus; folia lanato-pubescentia, dentes pinnularum acuti mucronati; florum corymbus decompositus; anthodium ovatum squamis ovato-lanceolatis, exterioribus pilosis; corollae albae, ligulae radiantium anthodio dimidio breviores; paleae receptaculi apice piliferae. ♃. In montosis calcareis litt. cr. circa Flumen, Novi et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 691 in saxosis apricis circa Trau, Senj et Ragusa, nec non in insula Pago. Rchb. fl. g. 1454. Il.-Ag. **A. odorata L.**

Observ. var. β. foliis radicalibus circuitu ovatis aut ellipticis, rachi folii 2—3-dentata dentibus longis saepius denticulatis et in quavis axilla fasciculo foliorum minorum denso provisis, est: A. ligustica All. occurritque in apricis collinis circa Sebenico et Dernis. Vis. fl. dalm. 692.

8 Rachi per totum decursum alata dentata istisque dentibus saepe denticulatis; foliis caulinis circuitu oblongis; radice obliqua repente 9

Rachi alata quidem, sed non dentata, aut ad basin pinnulae uno alterove denticulo instructa; foliis caulinis circuitu lanceolatis. — Tota villoso-lanata; radix fibrosa, vix repens; caulis strictus, simplex; folia bipinnatifida pinnulis dentato-serratis, dentibus acuminatis mucronatis, infima petiolata, superiora sessilia; florum corymbus decompositus, densus, convexus. ♃. In pratis montanis collibusque herbidis Zagoriae, veluti ad Thermas Krapinenses, circa Kuplenovo et Svedruša, nec non in litt. cr. circa Flumen, Svilno et Praputnik. Rchb. fl. g. 1453. Il.-Sept. **A. lanata Spr.**

Observ. Simillima A. Millefolii var. lanatæ Auct. et vix specifice diversa; sed differt tamen foliis radicalibus circumscriptione duplo latioribus et hoc etiam in sterilibus et asperis apricis.

9 Caule foliisque villosis, caulinis bipinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, radicalibus bipinnatis, pinnulis tripartitis; florum corymbo composito fastigiato. — Radix fusca transversim repens caulesque floriferos et fasciculos foliorum turionesve edens; caules erecti aut adscendentes spithamaei pedalesve, simplices subangulati angulis non raro purpurascentibus; folia inpunctata, infima caulium et illa turionum 4—6-pollicaria subpetiolata, caulina superiora breviora sessilia saepe auriculata, summa pinnatifida, reliqua decomposita; petioli obtuse triangulares basi supra canaliculati ibidemque non raro purpurascentes ad basin usque foliolis minoribus remotioribus utrinque instructi, i. e. rachi ab apice ad basin usque denticulata; florum capitula ovata subangulata, squamae anthodii ovatae obtusae scariosae nitidae, dorso linea duplici eminente viridi percursae; flosculi radi albi, disci pallide viridi-flavescentes. ♃. In montibus Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 120, g. 268. n. 23. Prof. Petter pl. exsiccatae Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1455. Il.-Ag. **A. crithmifolia WK.**

Caule foliisque lanato-villosis aut glabrescentibus, bipinnatifidis, laciniis lanceolatis, serratis; florum corymbo composito laxo. — Radix valde repens fibrisque copiosis firmata caules florigeros turionesque steriles agens; caules stricti 2—3-pedales et ultra angulati hirti; dentes racheos, pinnae pinnulaeque dentato-serratae dentibus acuminatis mucronatis; florum corymbi ampli floribus sordide albidis albisve; paleae receptaculi glabrae. ♃. In pascuis montanis rupibusque calcareis ad Kalnik, in sylvis montium Ivanšćica, in illis Zagrabiensibus, in monte Klek et Merzin, nec non in sylvaticis montium Velebit copiosissima. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis et dumetis montium Krndia, Papuk et in illis comitatus Syrmiensis. (Kan.) Rchb. fl. g. 1456. (A. distans WK.) Il.-Ag. . . . . **A. tanacetifolia All.**

Observ. variet. β. foliorum rachi lata infra foliolorum et pinnarum basin dentibus utrinque 2 vel pluribus instructa floribusque purpurascentibus, est: A. magna Koch. (A. ambigua Poll.) occurritque cum priori praesertim in comitatu Syrmiensi.

Gen. 521. **Santolina Tourn. Svetolina.**

Florum capitula discoidea anthodio hemisphaerico, squamis imbricatis; flosculi omnes tubulosi hermaphroditi; corollae tubus compressus bialatus, basi membranula dimidiata deorsum appendiculatus; achenia pyramidato-tetragona calva; receptaculum paleaceum. Vis. fl. dalm. II. p. 80, g. 239; Koch syn. pl. p. 407; Rchb. fl. g. p. 224, g. 287.

Foliis incanis quadrifariam dentantis, dentibus obtusis; pedunculis unifloris. — Fruticosa, ramosa ramis apice aphyllis monocephalis tomentosis; squamae anthodii carinatae, pubescentes; flores lutei. ♄. Vis. fl. dalm. 685 in apricis circa Lesina. Rchb. fl. g. 1408. (S. incana Lam.) Il.-Ag. . **S. Chamaecyparissus L.**

Gen. 522. **Diotis Desf. Dvouška.**

Florum capitula discoidea anthodio campanulato squamisque oblongis adpressis imbricato; flosculi omnes tubulosi hermaphroditi; tubus corollae bialatus basi in calcaria bina ovaria stipitantia productus; receptaculum convexum paleaceum; achenia pyramidato-tetragona calva. — Vis. fl. dalm. II. p. 80, g. 230; Rchb. fl. g. p. 219, g. 282.

Foliis oblongis obtusis crenatis; florum capitulis lanatis in corymbum congestis. — Suffrutex vix pedalis candide tomentosus; radix longissima; caules decumbentes ramosi et ut folia lana candida tecti; folia sessilia; corollae flavae limbo in lacinias 5 diviso, tubo elongato. ♄. Vis fl. dalm. 684 in apricis arenosis insulae Busi prope Lesina. Rchb. fl. g. 1359. (Otanthus maritimus Lk.; Santol. maritima L.; Diot. maritima Hoch.) Il.-Ag.
D. candidissima Desf.

c) Capitula discoidea; receptaculum epaleaceum.

Gen. 523. **Tanacetum L. Vratić ili Vratika.**

Florum capitula hemisphaerica aut ovalia, anthodia imbricata; flores disci hermaphroditi tubulosi 5 dentati teretes, marginis filiformes 3-dentati feminei, vel omnes hermaphroditi; achenia angulato-striata, disco epigyno latitudine achenii; pappus subnullus vel minutus conformis; receptaculum nudum; flores lutei. — Koch syn. pl. p. 407.

Foliis bipinnatifidis, laciniis inciso-serratis basi lato-decurrentibus; rachi dentata; squamis anthodii intimis apice scariosis obtusis. — Radix fibrosa; caulis 2—3-pedalis et ultra corymboso-ramosus; folia glabra bipinnati-partita laciniis oblongo-

lanceolatis; florum capitula hemisphaerica in corymbis compositis; achenia ovalia angulata pappoque marginali membranaceo coronata. ♃. In collibus incultis, in dumetis, ad agrorum viarumque margines totius Croatiae et Slavoniae frequens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 712 in sylvaticis et ad agrorum margines totius Dalmatiae montanae. Rchb. fl. g. 1413. Il.-Sept. **T. vulgare L.**

Foliis indivisis ellipticis serratis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus basi auriculatis aut pinnatifidis; squamis anthodii intimis apice membranaceo appendiculatis. — Radix fibrosa; caulis herbaceus pedalis aut ultra basi radicans ramoso-corymbosus et una cum foliis velutino cinereus; florum capitula corymbosa; achenia oblonga tenuissime 5-costata glandulosa pappoque brevissimo subdentato coronata. ♃. Colitur in hortis et ex his non raro auffuga et in ruderatis ac oleraceis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 701 ubique in hortis cultum. Rchb. fl. g. 1412. (Chrys. Tanacetum Vis.; Balsamita major Desf.; Bal. vulgaris W.; Pyrethrum Tanacetum DC.) „Koloper ili blažena metva.“ Il.-Ag. . . . . **T. Balsamita L.**

Gen. 524. **Artemisia L. Kamaljika ili Pelin.**

Florum capitula ovata aut globosa squamis anthodii imbricatis; flores disci hermaphroditi 5-dentati, marginales uniseriales feminei aut omnes hermaphroditi 3 dentati corollis teretibus; receptaculum planum aut convexum, nudum aut villosum; achenia obovata aptera calva disco epigyno minuto. — Flores omnium lutei interdumque apice colore rubro tincti. Vis. fl. dalm. II. pag. 90, g. 245; Koch syn. pl. p. 401; Rchb. fl. g. p. 219, g. 283.

1 Florum capitulis homogamis, i. e. floribus omnibus hermaphroditis; receptaculo omnino nudo 2

Florum capitulis heterogamis, i. e. flosculis marginalibus femineis, disci hermaphroditis; receptaculo nudo aut villoso 3

2 Foliis incanis oblongo-lanceolatis indivisis, caulium sterilium incisis pinnatifidisque. — Suffruticosa, canescens; caules erecti teretes ramosi villosi, demum glabrescentes; folia sericea coloreque caerulescente suffusa, ad basin angustata, inferiora, praesertim in caulibus sterilibus, varie lobata; rami floridi paniculati patentes; capitula oblonga, in racemos collecta; squamæ anthodii ovato-oblongae dorso-herbaceae canescentes margine intimaeque ex integro scariosae. ♄. In locis salsis maritimis circa Karlobago et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 711 in pa-

ludosis maritimis locisque salsis insulae Veglia et Pago, non minus circa Zara, Trau, Spalato et Stagno. Rchb. fl. g. 1372. (Absynthium angustifolium Dad.) Ag.-Sept. . **A. caerulescens L.**

Foliis niveo-tomentosis bi-tripinnatis laciniis linearibus obtusis; florum capitulis oblongis tomentosis. — Caules basi lignescentes, steriles caespitosi, florigeri adscendentes aut erecti, apice nutantes et in ramos cernuos divisi; folia tomento demum evanescente subglabra, circumscriptione ovata, caulina inferiora ad petiolum auriculata, superiora sessilia, floralia suprema integra; squamae anthodii oblongo-lineares, interiores scariosae, exteriores breviores herbaceae tomentosae; flosculi apice fuscescentes. ♃. In Slavonia in locis siccis sterilibus circa Gergetek. (Kan.) In paludosis maritimis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 118, g. 263, n. 25. In salsis insulae Pago. Prof. Petter herb. viv. A. clar. Visianio non citatur. Rchb. fl. g. 1377. (A. Seriphium Wallr.) Ag.-Sept. . . . . **A. maritima L.**

Observ. variet. β. capitulis cernuis; ramis ramulisque nutantibus, est: A. nutans Kit. occurritque in arenosis comitatus Syrmiensis. (?.)

Variet. γ. caulibus cano-tomentosis; pinnulis foliorum linearibus planiusculis; racemis florentibus erectis; flosculo femineo interdum unico (sed saepius nullo); odore aromatico, est: A. monogyna WK. occurritque in locis arenosis sterilibus comitatus Syrmiensis et probabiliter est illa ipsa forma A. maritimæ, quæ ad Gergetek lecta fuisse dicitur.

3 Receptaculo piloso aut plane villoso 4

Receptaculo exacte nudo 6

4 Caule suffruticoso aut plane fruticoso; foliis decompositis, lacinulis anguste linearibus; florum capitulis cernuis vel nutantibus 5

Caule herbaceo incano-sericeo; foliis radicalibus 3-, caulinis 2-pinnatifidis pinnatifidisque, laciniis lanceolatis obtusis, floralibus indivisis; petiolis exauriculatis; receptaculo hirsuto. — Caules erecti 2—3-pedales, ramosi; folia mollia; florum capitula ample paniculata nutantia; squamae anthodii interiores apice rotundatae, margine scariosae, glabrae, exteriores villosae. ♃. In locis incultis, ad muros, sepes, in vineis prunetisque totius Croatiæ. Syll. fl. cr. In Slavonia in ruderatis et incultis inter Drenje et Slatinik, circa Duboka, Požega, Zvečevo et Pušina; circa Essek et in vineis circa Vukovar, Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl.

dalm. 704 in ruderatis et ad vias totius Dalmatiae. „Pelin." Rchb. fl. g. 1386. (Absynth. vulgare Lam.) Il.-Ag. **A. Absynthium L.**

5 Foliis incano-sericeis exauriculatis, 2—3-pinnatipartitis aut pinnatis, laciniis linearibus obtusiusculis; squamis anthodii ovato-oblongis obtusis, exterioribus dorso cinereo-pubescentibus; florum capitulis globosis cernuis. — Fruticosa, caules altissimi erecti ramosi ramulis floriferis simplicibus villo sericeo tectis; folia caulina multipartita petiolata laciniis angustissimis planis, floralia pinnatipartita petiolata, suprema linearia indivisa; florum capitula paniculata; anthodia villosa, aut pubescentia squamis exterioribus ex integro scariosis nitidis. ♄. Vis. fl. dalm. 705 in rupium fissuris ad littora maris circa Budua; frequentius in insula Pelagosa. „Pelin bieli." Rchb. fl. g. 1387. Il.-Ag. **A. arborescens L.**

Foliis subcanescentibus petiolatis basique evidenter auriculatis bipinnatipartitis laciniis floralibusque linearibus teretiusculis subcarnosis obtusis; florum capitulis ovalibus nutantibus; squamis anthodii exterioribus linearibus herbaceis canescentibus. — Caules lignescentes basi decumbentes, dein adscendentes, superne ramoso-paniculati, steriles procumbentes; folia tomentoso-incana, subincana aut demum glabra, ambitu subrotundo-ovata; florum paniculae angustae virgatae; squamae anthodii interiores obtusissimae nonnisi margine scariosae, exteriores ex integro herbaceæ; receptaculum subvillosum pilis crispatis. ♄. In saxosis apricis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Novi et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 706 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1366. (A. corymbosa Lam.; A. subcanescens W.; A. rupestris Scop.; A. humilis Wulf.) Il.-Ag. . . **A. camphorata Vill.**

Observ. variet. β. virgato-ramosissima; capitulis angulato-globosis foliisque tomento denso albo tectis, est: A. saxatilis W. Rchb. fl. g. 1367. (A. Biasolettiana Vis.; A. Columnae Ten.; A. nivea et A. intermedia Host.) occurritque copiosissime in saxosis sterilibus graminosisque montis Ošterc ad Samobor, nec non in rupestribus insulae Cherso, Veglia et Pago.

Variet. γ. capitulis glabris viridibus, est: A. virens Vis. fl. dalm. 706. γ. occurritque in locis altioribus minusque apricis littoralis dalm. et in insulis.

6 Foliis multifidis decompositisve 7

Foliis indivisis viridibus glabris lanceolato-linearibus, radicalibus apice trifidis; capitulis paniculatis subglobosis nutantibus. — Caulis herbaceus erectus virgatus glaber; folia caulina integerrima; squamae anthodii lato-ellipticae, interiores margine scariosae. ♃. Colitur in hortis in usum culinarum. Rchb. fl. g. 1374. (Oligosporus condimentarius Cassin.) Ag.-Sept.

A. Dracunculus L.

7 Foliis ad basin petioli omnino nudis, exauriculatis; caulibus fruticulosis perennantibus 8

Foliis ad basin petioli evidenter auriculatis 9

8 Foliis inferioribus bipinnatis laciniis angustissime linearibus, superioribus floralibusque trifidis integrisque; florum capitulis canescentibus subglobosis aggregatis nutantibus. — Fruticulosa; caules erecti ramosi lignescentes et perennantes, virgati ramis patulis paniculatis; folia decomposita, subtus pubescentia, omnia petiolata petiolis exauriculatis; squamae anthodii interiores obovatæ margine scariosae, exteriores lanceolatae acutae subherbaceae pubescentes. ♄. Colitur vulgo in hortis et hinc inde ad sepes et in oleraceis quasi spontanea. „Božjedrievo." Ag.-Sept.

A. Abrotanum L.

Foliis bipinnatisectis lobis foliisque floralibus capillaceis junioribus canescentibus; florum capitulis ovalibus erectis, demum campanulatis nutantibus. — Suffruticosa erecta, ramosa; folia superiora subsessilia; rami floriferi stricte paniculati paniculis pyramidatis confertis; squamae anthodii ovales, exteriores herbaceæ puberulae, interiores margine scariosae glabrae. — Praecedenti persimilis et fors nonnisi varietas illius; differt tamen foliis multo tenuioribus; paniculis multo crassioribus confertis; capitulis nunquam subrotundis nec albido-tomentosis, duplo minoribus rarioribusque. ♄. Vis. fl. dalm. 707 ad agrorum margines circa Metković prope rudera antiquae Naronae et in montibus circa Clissa. (A. procera W.; A. procera var. δ. Visianiana Bess.; A. naronitana Vis.; A. Abrotanum Rchb. fl. g. 1364, non L.) „Sarčeno zelje, Osjenac pitomi, Akčenac sitni ili udovički." Sept.-Oct. . . . . **A. paniculata Lam.**

9 Florum capitulis incanis tomentosisve 10

Florum capitulis nudis; foliis 2—3-pinnatipartitis, superioribus pinnatifidis 11

10 Foliis simpliciter pinnatifidis, pinnis lanceolatis acuminatis incisis serratis integrisque, caulinis basi auricalatis, summis lineari-lanceolatis acuminatis; capitulis ovato-oblongis cernuis erectisque subsessilibus tomentosis. — Caules altissimi erecti sulcati, ramosi pubescentes; folia subtus albo-tomentosa, supra viridia, inferiora petiolata lyrata lobo terminali subrotunde ovato pinnatifido laciniis ovali-lanceolatis incisis, superiora sessilia ovalia pinnatifida; rami laxe paniculati adscendentes, capitulis subspicatis ovatis tomentosis; squamae anthodii ovato-oblongae sensim majores, infimae mediaeque dorso herbaceae, margine intimaeque ex integro scariosae. ♃. Ad sepes, domus, ad vias et vineas, nec non in ruderatis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 710. — Rchb. fi. g. 1380. „Pelin crni, Crno-beljnik, Pelin divji, Pisana metva, Pomunika, Cjopa.“ II.-Sept. **A. vulgaris L.**

Foliis bipinnato-multifidis lacinulis linearibus, caulinis subdigitato-partitis ad petiolum auriculatis, superioribus sessilibus, floralibus summis integris; capitulis hirsuto-tomentosis subrotundo-ovatis. — Caules erecti ramosissimi, superne paniculati; basi lignescentes, inferne glabri, reliqua parte herbacei tomentoque albo tecti; radix repens; folia incano-tomentosa circuitu subrotunda; florum capitula racemoso-paniculata; squamae anthodii oblongæ obtusae margineque scariosae, exteriores breviores, extimae lineares herbaceae; achenia oblonga glabra. ♃. In collibus apricis litt. cr. (Klinggraeff.) (Fors. cum A. campestri L. aut A. camphorata L. confusa, nec a nobis in litt. cr., nec alibi in Croatia visa.) Rchb. fl. g. 1376. (A. repens Poll.; A. orientalis W.; A. nivea Redaws.) Ag.-Sept. . . . **A. austriaca Jacq.**

11 Caule herbaceo solitario erecto, sterilibus nullis; foliis viridibus glabris aut pilis patulis hirsutis; radice annua 12

Caulibus sterilibus caespitosis, floriferis suffruticosis adscendentibus; foliis sericeo-canis demum glabrescentibus; radice perenni. — Caules decumbentes ramosi, dein adscendentes; folia radicalia longe petiolata decomposita laciniis linearibus mucronulatis, caulina inferiora sessilia pinnatifido-dentata, floralia superiora indivisa; capitula ovata glabra erecta aut cernua; squamae anthodii ovatae margine scariosae, exteriores breviores, intimae ovato-oblongae. ♃. In agris incultis collibusque sterilibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in comitatu Syrmiensi non

rara et in cemeterio ad Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 709 ad moenia arcis Knin, nec non in sterilibus prope Sinj. Rchb. fl. g. 1362. Il.-Ag. . . . . **A. campestris L.**

12 Lacinulis foliorum infimorum lineari-lanceolatis, reliquorum angustissime linearibus capillaceisque, inferioribus ad petiolum auriculatis vel pinnatifido-dentatis, superioribus sessilibus simpliciter pinnatifidis, floralibus superioribus indivisis; florum capitulis subrotundis glabris nutantibus. — Radix ramosa; caulis erectus ramosissimus subpilosus; folia glabra, infima pinnata, caulina inferiora supradecomposita, reliqua successive minora minusque divisa, floralia simplicia; squamae anthodii ovatae obtusae glabrae; limbus flosculorum purpurascens. ⨀. In collibus apricis locisque arenosis circa Crisium, Toplikam, Zagrabiam; in glareosis fluviorum Dravi et Savae alibique. Syll. fl. cr. In Slavonia inter segetes circa Mitrovic, in campis collibusque arenosis ad Zvečovo versus Kamensko, ad vias circa Kutjevo et Mitrovac et alibi, praesertim in comitatu Syrmiensi circa Vukovar, Čerević et Krušedol et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 708 in locis saxosis, arenosis, sterilibus prope Nona, Boccagnazzo, Zagorje, Lemeš, Stikovo, Sinj, Dugopolje et alibi in Dalmatia montana. Rchb. fl. g. 1360. Il.-Ag. . , . **A. scoparia WK.**

Laciniis foliorum omnium linearibus planiusculis; foliis inferioribus 2—3-pinnatipartitis, reliquis omnibus pinnatipartitis decrescentibus; florum capitulis hemisphaericis breviter pedunculatis, demum nutantibus, summis sessilibus. — Radix fusiformis fibris plurimis firmata; caulis solitarius erectus basi intortus aut fractiflexus, paniculatus, secus strictus simplex aut ramosus, imo ramosissimus et una cum foliis glaberrimus, ramis patentibus racemosis paniculam amplam foliosam diffusam constituentibus; folia circumscriptione ovata vel oblonga bi-tripinnatifida, superiora bipinnatifida, summa simpliciter pinnatipartita; florum capitula racemoso-paniculata paniculis axillaribus elongatis, capitula globoso-ovata glabra decrescentia; flosculi parvuli fuscescentes; receptaculum conicum glabrum; achenia oblonga. ⨀. In pascuis locisque humidiusculis circa Essek, Vinkovce et Vukovar; in prunetis ad Karlovic et Semlin. (Kan.); ad vias campestres circa Šid et in graminosis circa Vetero-Gradiška. Il.-Sept.

A. annua L.

Trib. XVII. **Gnaphalieae Less.** *Stylus floris hermaphroditi ramis linearibus apice penicillatis et exappendiculatis; antherae caudatae; capitula discoidea squamis anthodii scariosis, flosculis radii filiformibus.*

Gen. 525. **Gnaphalium L. Runolist.**

Florum capitula hemisphaerica, rarius teretia squamis anthodii scariosis imbricatis; flosculi disci hermaphroditi tubulosi 5-dentati fertiles, radii feminei filiformes apice denticulati pluriseriales; vel florum capitula dioica, vel hermaphrodita aut stigmate imperfecto sterilia; pappi filiformes; vel superne parum tantum incrassati, vel florum hermaphroditorum clavati; receptaculum planum nudum. — Vis. fl. dalm. II. p. 73, g. 233; Koch syn. pl. pag. 398; Rchb. fl. g. p. 222, g. 284.

1 Florum capitulis heterogamis monoicis; floribus radii femineis disci hermaphroditis, omnibus ochroleucis aut ex luteo-virentibus 2

Florum capitulis homogamis, dioicis, hermaphroditis sterilibus, omnibus albis vel roseis. — Radix fibrosa; caulis simplex stolonifer lanatus erectus; stolones procumbentes radicantes foliosi; folia supra nudiuscula, subtus cano-tomentosa, inferiora obovato-spathulata obtusa, superiora linearia acuta cauli adpressa subaequalia; florum capitula corymbosa; squamae anthodii nitidae, florum femineorum apice coloratae niveae vel roseae spathulatæ obtusae, illae seriei intimae acutae; achenia oblonga pappo partim simplici et scabro, partim plumoso coronata; receptaculum tuberculatum. ♃. In ericetis collibusque incultis sterilibus locisque sylvarum denudatis totius Croatiae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis ad Duzluk, in collibus apricis sterilibus circa Čerević. (Kan.) Vis. fl. dalm, 672 in pascuis siccis montis Prolog et Orien. Rchb. fl. g. 1399. (Antennaria dioica Gaert.) Apr.-Il. . . . . . **G. dioicum L.**

2 Florum capitulis in glomerulos aggregatis vel in spicas elongatas dispositis vel solitariis 3

Florum capitulis terminalibus corymboso-aggregatis, corymbo radiato foliisque floralibus ipso corymbo longioribus dense lanatis involucrato. — Albo-lanatum, palmare-spithamaeum; radix multiceps, lignescens, caulis erectus simplex tomentosus; folia oblongo-lanceolata obtusa semiamplexicaulia integerrima, radicalia in petiolum angustata et una cum caulinis inferioribus facie virida, dorso alba, reliqua utrinque candescentia, summa lana nivea tecta; florum corymbus umbelliformis involucratus, bracteis albidis aut ex albo-citrinis; squamae anthodii erectae concavae

nitidae virentes margine membranaceo nigricante cinctae, exteriores ovatae et obtusae, interiores oblongae magisque acutae; achenia strigosa. ♃. Vis. fl. dalm. 671 in pascuis apricis montis Orien. Rchb. fl. g. 1393. (Filago Leontopodium L.; Antennaria Leontopodium Gaertn.; Leontopodium alpinum Cass.) Il.-Ag. **G Leontopodium L.**

3 Florum capitulis in glomerulos aggregatis. 4

Florum capitulis sessilibus et in spicas simplices dispositis, spicis foliosis. — Radix fibrosa; caulis simplex virgato spicatus albolanatus; folia radicalia lanceolata, caulina sensim decrescentia, superiora linearia omnia acuta et basin versus attenuata, subtus albo tomentosa, supra denique glabrescentia; florum capitula subcylindrica; squamae anthodii extimae capitulo triplo breviores, omnes apice obtusae, nudae, fuscae; flosculi flavescentes; achenia strigulosa. ♃. In ericetis, pascuis siccis locisque sylvaticis totius Croatiae et Slavoniæ praesertim montanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 679 in sylvis montis Biokovo. Rchb. fl. g. 1396. (G. rectum Sm.; G. fuscum Pers.; G. norvegicum Gunn.) Il.-Ag. . . . . **G. sylvaticum L.**

Observ. var. β. caule 2—3-pollicari filiformi, spica brevi oligocephala aut capitulo terminali subsolitario; squamis anthodii fusco-marginatis, est: G. pusillum L. (G. supinum Scop.) occurritque in pratis montanis siccis collibus sterilibus apricis circa Zagrabiam et Samobor.

4 Squamis anthodii stramineis; caule simplici, vel apice ramoso corymboso; florum capitulis glomeratis aphyllis. — Albo-lanatum simplex; caules herbacei albo-tomentosi basi decumbentes, reliqua parte adscendentes aut erecti; folia lanceolata utrinque lanuginoso-pubescentia semiamplexicaulia, inferiora oblongo-spathulata obtusa, superiora apicem versus attenuata acuta; squamae anthodii oblongae obtusae; achenia minutissime granulata. ☉. In ericetis campisque sterilibus circa Sv. Helena et Paukovec; in incultis arenosis et apricis litt. cr. circa Svilno, Vlaka et Praputnik. Syll. fl. cr. In Slavonia ad margines viarum circa Pušina, in arvis apricis ad Duboka et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 668 in sterilibus et argillosis alla Fontana circa Zara et copiosius circa Ragusa. Rchb. fl. g 1401. (G. pompejanum Ten.; Helichr. luteo-album Rchb.; Helichrysum conglomeratum Mnch.) Il.-Ag. . . . . **G. luteo-album L.**

Squamis anthodii fuscis; caule ab ipsa basi ramoso; florum capitulis glomerato-aggregatis foliosis. — Albo-lanatum ramoso-diffusum; radix gracilis; caules humiles dodrantales-spithamaei; folia sessilia canescentia, inferiora oblongo-spathulata obtusa, superiora obverse lanceolata acuta; capitula ovata; flores ochroleuci; squamae anthodii lineari-lanceolatae acutiusculae; achenia laevia pappo scabro coronata; receptaculum reticulatum. ⨀. In locis hyeme inundatis, ad paludes et fossas viarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 669 in inundatis udis circa Narenta. Rchb. fl. g. 1395. (G. tomentosum Fl. Wett.) Il.-Ag. . . . . **G. uliginosum L.**

Observ. variet. β. totum glabrum viride acheniis laevibus, foliis linearibus, florum capitulis terminalibus paucis, pappo 6-radiato, est: G. nudum Hoffm. Rchb. fl. g. 1393, occurritque in locis inundatis lacubusque exsiccatis circa Dobrava, Okolje et Ossekovo in comitatu Crisiensi.

Gen. 526. **Helichrysum Vaill. Smilje.**

Florum capitula monoica anthodiis imbricatis, squamis coloratis scariosis, intimis subradiantibus, floribus radii paucis uniseriatis femineis gracilibus, disci hermaphroditis sterilibus; receptaculum planum nudum; pappus plerisque plumosus. — Vis. fl. dalm. II. p. 75, g. 234; Koch syn. pl. p. 401; Rchb. fl. g. p. 224, g. 285.

1 Caule suffruticoso; foliis linearibus margine revolutis subtus tomentosis . . . . , . . . 2

Caule herbaceo; foliis radicalibus obovato-lanceolatis, caulinis lineari-lanceolatis, inferioribus obtusis, superioribus acutis, omnibus utrinque tomentosis. — Radix fibrosa; caulis strictus, simplex spithamæus pedalisve aut ultra una cum foliis incano-tomentosus; capitula florum ovato-oblonga corymbosa corymbo composito; squamae anthodii rotundato-spathulatae obtusae flavescentes; flores citrini. ♃. In salicetis et pascuis siccis collibusque apricis ad fluvium Dravum circa Legrad, Dubrava, Bukovec et Varasdinum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1402. (Gn. arenarium L.) Il.-Ag. . . . . **H. arenarium DC.**

2 Florum corymbo conglobato; squamis anthodii ovatis obtusis. — Fruticulus pedalis rarius ultra caulibus strictis virgatis; florum capitula ovato-subrotunda flava. ♄. In collibus apricis asperis

litt. cr. circa Flumen, Tersat et Segniam Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1403. (Gn. Stoechas L.; Stoechas minor Barr.) In.-Il. **H. Stoechas Mnch.**

Florum corymbo decomposito, capitulis oblongis, squamis anthodii flavis ovato-spathulatis obtusissimis. — Cano-tomentosum suffruticosum caulibus erectis virgatis pedalibus et ultra. Praecedenti persimile, differt tamen specifice inflorescentia laxiore, florum capitulis minoribus copiosioribus ovato turbinatis nec subrotundis, pulchre citrinis. ♄. In collibus apricis saxosis totius litt. cr. praesertim circa Flumen, Bukari, Novi, Karlobago, Konjsko, Zagorje et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 673 in saxosis apricis totius litt. dalmatici. Rchb. fl. g. 1404. (G. angustifolium Lam.; Gn. italicum Roth.) In.-Ag. . . . . . **H. angustifolium DC.**

Gen. 527. **Filago Tourn. Bielolist.**

Florum capitula monoica, pentagona squamis imbricatis; flores exteriores (radii) pluriseriales feminei filiformes, interiores (disci) hermaphroditi tubulosi limbo quadridentato, fertiles; receptaculum elongatum lineare paleaceum; achenia erostra; pappus florum centralium e setis capillaribus, marginalium nullus aut dissimilis. Vis. fl. dalm. II. p. 75, g. 235; Koch syn. pl. p. 397; Rchb. fl. g. p. 232, sp. gen. 284

1 Florum capitulis pentagono-pyramidalibus fasciculatis; squamis anthodii obtusis 2

Florum capitulis turbinatis globoso-aggregatis; squamis anthodii cuspidato-aristatis cuspide glabra. — Tomentoso-lanatum caule dichotomo herbaceo erecto spithamaeo aut dodrantali; folia linearì-lanceolata undulata obtusiuscula; florum capitula conglobata axillaria et terminalia; squamae anthodii intimae 3—4 obtusiusculae nervo excurrente mucronatae. ☉. In agris et ad vias campestres totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 674 in arvis locisque apricis campestribus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1392. (Gn. germanicum Huds.; Gifola vulgaris Cass.) Il.-Ag. . . . . **F. germanica L.**

Observ. variat. tomento foliorum luteo-cinerascente et cuspidibus squamarum anthodii saepe rubellis, notantur insuper:

Variet. β. foliis oblongo-spathulatis albo-tomentosis cuspidibusque squamarum anthodii pallidis est: F. pyramidata Gaud, non L.) Gn. pyramidatum Rchb. occurritque cum specie ubique.)

Variet. γ. caule, foliis capitulisque florum evidenter denseque lanatis, est: F. eriocephala Parlatt.

Variet. δ. caule simplici, capitulorum glomerulis axillaribus spicatis, est: F. spicata Vis. Variet. γ. occurrit in apricis insulae Curzola et illa sub δ in apricis circa Duare in Dalmatia.

2 Caule ramoso, ramis dichotomis; florum glomerulis alaribus, lateralibus terminalibusque 3

Caule paniculato ramis erectis subsimplicibus subspicatis, florum glomerulis lateralibus terminalibusque, nec unquam alaribus; foliis lanceolatis. — Dense lanata; caulis erectus herbaceus; folia acuta adpressa albo-tementosa; squamae anthodii obtusiusculae lanatae apice denique glabrescentes. ◯. In collibus arenosis, in agris praesertim post messim totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1389. (Gn. arvense W.; Oglifa arvensis Cass.) Il.-Ag. . . . . **F. arvensis L.**

3 Foliis lineari-lanceolatis florum glomerulo brevioribus erectis cauli que adpressis. — Tomentoso-sublanata; caulis erectus filiformis 3—4-pollicaris aut spithamaeus; folia acuta; squamae anthodii obtusiusculae apice glabrae. ⊙. In agris, arvis campisque arenosis submontanis ad Kalnik, Sudovec, Zagrabiam et alibi, haud rara. In Slavonia in agris arvisque lapidosis vulgaris. (Kan.) Rchb. fl. g. 1390. (Gn. minimum Sm.; Gn. montanum Huds.; Fil. montana DC.; F. arvensis Wahl.) Il.-Ag. . **F minima Fr.**

Foliis lineari-subulatis florum glomerulos superantibus subsericeis patulis. — Tomentoso-subsericea; radix fusiformis; caulis erectus superne dichotomus; folia sparsa, margine revoluta; florum capitula ovata, parva, sessilia aggregata; squamae anthodii lanceolatae, obtusae, virides et pubescentes margine membranaceo, albido; flores disci pauci, radii numerosi graciles, pallidi, demum fuscescentes; pappus scaber. ⊙. Vis. fl. dalm. 675 in apricis circa Boccagnazzo; in demissis montis Biokovo et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1388. (Gn. gallicum Huds.) In.-Ag. **F. gallica L.**

Gen. 528. **Carpesium L.**

Florum capitula ovata aut hemisphaerica squamis anthodii imbricatis exterioribus reflexis; flores disci tubulosi 5-dentati hermaphroditi; radii feminei pluriseriales angustiores; antherae caudatae; achenia superne in rostrum con-

tracta epapposa; receptaculum nudum; flores lutei. — Koch. syn. pl. p. 397; Rchb. fl. g. p. 235, g. 303.

Florum capitulis hemisphaericis solitariis terminalibus cernuis. — Caulis erectus hirsutus superne ramosus; folia alterna oblongo-lanceolata acuta serrulata villosa, radicalia et caulina inferiora basin versus attenuata; rami terminantur pedunculo sub flore incrassato deorsumque inflexo, hinc capitulo cernuo. ○. In sylvis montanis ad Toplikam, Grebengrad et Sv. Jakob prope Zagrabia. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Virovitic, præprimis ad fluvium Dravum, in illis ad Claustrum Duzluk, circa Djakovar, nec non inter Migalovce et Poreče, circa Daruvar et alibi praesertim in comitatu Syrmiensi. Rchb. fl. g. 1500. (Aster cernuus Col.) II.-Sept. . . . . **C. cernuum L.**

Florum capitulis ovatis axillaribus in racemum elongatum congestis secundis. — Radix ramosa; caulis erectus ramosus hirsutus; folia antecedentis, rugosa hirsuta, radicalia et caulina inferiora ampla obovato-oblonga in petiolum longum angustata sinuato-dentata, superiora minora, summa lanceolata; capitula solitaria vel gemina in foliorum axillis subsessilia quadruplo minora quam antecedentis; squamae anthodii ovatae, membranaceae margineque ciliatae. ⊙. In umbrosis sylvaticis ad fluvium Dravum in Medjumurje; in sylvis submontanis locis umbrosis humidisque Zagrabiensibus, nec non in litt. cr. in sylvis demissis circa Cernik, Hrelin et Grišane. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis Dravanis ad Virovitic et alibi secus dictum fluvium. Rchb. fl. g. 1499. II.-Ag. . . . . **C. abrotanoides L.**

Trib. XVIII. **Heliantheae Less.** *Stylus floris hermaphroditi ramis vel truncatis vel penicillatis, vel cano-acutis aut appendice lineari terminatis; antherae ecaudatae nigricantes; florum capitula radiata, rarissime discoidea: achenia ex angulis pappo aristaeformi munita.*

Gen. 529. **Bidens L. Dvozub.**

Florum capitula homo- vel heterogama squamis anthodii biserialibus exterioribus patentibus; flores disci omnes hermaphroditi tubulosi, vel radii ligulati et neutri; receptaculum planiusculum paleaceum; achenia aculeata aristis linearibus 2—5 retrorsum ciliato-serrulatis persistentibus; flores lutei. — Vis. fl. dalm. II. p. 94, g. 248; Koch syn. pl. pag. 396; Rchb. fl. g. pag. 248, g. 318.

Foliis tripartitis, laciniis lanceolatis serratis, intermedia interdum trifida; florum capitulis discoideis. — Radix fusiformis; caulis

erectus angulatus sulcatus ramosus; folia opposita glabra; florum capitula terminalia solitaria erectiuscula foliolis indivisis cincta; squamae anthodii exteriores capitulo longiores, planae, striatae; achenia obovata margine retrorsum aculeata squamasque anthodii interiores aequantia, fusco-cinerea. ⨀. In locis paludosis et ad fossas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 714 ad fossas et agrorum margines circa Zara, Dernis, Knin, Narenta e Cattaro. Rchb. fl. g. 1612. Il.-Ag. **B. tripartita L.**

Foliis lanceolatis serratis basi subconatis; florum capitulis radiatis, rarius discoideis. — Radix fibrosa fibris vallidis; caulis erectus scabriusculus, vel elatior et ramosus, vel humilior et simplex; folia simplicia acuminata; florum capitula ampla, solitaria, cernua; squamae anthodii exteriores capitulo longiores; achenia obovato-cuneata margine retrorsum aculeata squamas anthodii interiores subaequantia, nigro fusca setis pallidioribus. ◯. In locis paludosis, ad fontes et rivulos totius Croatia. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis, sed rarius, circa Essek, Čepin, Deržanica, Orahovica et Semlin. Rhb. fl. g. 1611. (Careopsis Bidens L.) Il.-Sept. . . . . **B. cernua L.**

Observ. var. β. pygmaea; caule monocephalo 2—3 pollicari simplici, est: B. minima L. occurritque gregarie in turfosis.

Gen. 530. **Helianthus L. Suncokret.**

Florum capitula heterogama squamis anthodii imbricatis; flores radii ligulati neutri; disci tubulosi hermaphroditi; receptaculum plano-convexum paleaceum; achenia conformia aristis paleaceis 3—4 laevibus deciduis ornata; flores lutei. Vis. fl. dalm. II. pag. 94, g. 247; Koch syn. pl. pag. 396; Rchb. fl. g. pag. 211, g. 275.

Foliis omnibus cordatis trinerviis serratis; pedunculis incrassatis; florum capitulis cernuis. — Radix fibrosa fibris elongatis; caulis erectus 3—6-pedalis pilis exasperatus teres; florum capitula amplissima solitaria, rarissime bina; achenia obovata compressiuscula laevissime striata ◯. E Peru et Mexico adlata, modo ubique in hortis et agris culta et hinc inde in ruderatis et ad sepes quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1298. Il.-Ag. **H. annuus L.**

Foliis inferioribus cordato-ovatis, superioribus oblongo-ovatis lanceolatisve acuminatis alternis, omnibus triplinerviis, serratis scabrisque. — Radix tuberosa, tubera oblonga crassa carnosa edu-

lia; caulis 3—7-pedalis strictus pilis rigidis exasperatus; florum capitula multo minora ac antecedentis erecta; achenia oblonga. ♃. E Brasilia olim adlatus, nunc hinc inde in usum oeconomicum cultus qua „Topinambour". Rchb. fl. g. 1299. Oct.-Nov.

H. tuberosus L.

Gen. 531. **Rudbeckia L.**

Florum capitula heterogama squamis anthodii biserialibus; flores radii ligulati neutri, disci tubulosi hermaphroditi; receptaculum conicum paleaceum; pappi margo 2—4 dentatus aut nullus. Pers. syn. pl. II. p. 476, g. 1916.

Foliis radicalibus pinnatis, foliolis ovatis basi inaequalibus subtrilobis dentatis, caulinis tripartitis indivisisque oblongis dentatis. — Radix fibrosa fibris validis aucta; caulis erectus ramosus flores in capitula in ramulis solitaria, terminalia collecti; folia glabra aut pilis mollibus inspersa. ♂. E Virginia et Canada olim adlata, modo in hortis hinc inde culta et in Slavonia ad rivulos circa Vučin quasi spontanea facta. (Kan.) Ag.-Sept.

R. laciniata L.

Seccio III. **Cichoreaceae Vaill. Ježičnice.**

Capitula lingulata homogama hermaphrodita; stylus cylindricus.

Trib. XIX. **Scolymeae Less.** *Receptaculum paleaceum subglobosum paleis achenium involventibus eique adnatis; pappus coroniformis vel setaceus.*

Gen. 532. **Scolimus Tourn. Dragušica.**

Florum capitula foliis spinescentibus bracteata; squamae anthodii imbricatae margine scariosae; receptaculi paleae achenia involventes iisque adnatae, semina compressa lato-alata referentes; pappus coroniformis setis binis palea inclusis formatus, vel margo brevis integer vel subcrenatus. — Vis. fl. dalm II. p. 92, g. 249; Koch syn. pl. p. 476; Rchb. fl. g. p. 280, g. 361.

Foliis scabris costaque media subtus hirtis interrupte decurrentibus. — Tri-quadripedalis, caulis lanuginosus, folia radicalia oblongo-obovata basi pinnatifida et in petiolum attenuata, caulina pinnatifido-spinosa ala deorsum angustata decurrentia; florum capitula subaggregata; squamae anthodii omnes acuminatae; pappus 2—3-setosus; corollae et antherae flavae. ♂. In ruderatis locisque saxosis apricis, ad vias et agrorum margines in litt. cr. circa Flumen, Bukari, Sela, Novi, Segniam et alibi haud rarus. Vis. fl. dalm. 715 in iisdem locis totius Dalmatiae et præ-

primis maritimae frequens. Rchb. fl. g. 1870. (Myscolus microcephalus Cass.; Sc. maculatus Host non L.) Il.-Ag. **S. hispanicus L.**

Foliis scabriusculis utrinque laevibus margine cartilagineis; caule alato-dentato; acheniis fuscis. — Radix annua, caulis altissimus glaber, folia utrinque æqualia incisa coriacea echinata alboque venosa; corollae flavae, antherae fuscæ. — Praecedenti persimilis, differt tamen notis citatis et insuper: foliis ala aequali deccurrentibus bracteisque margine cartilagineo crasso albo cinctis; bracteis pluribus erectis pectinato-pinnatifidis; florum capitulis in caule ramisque terminalibus subternis; setis pappi nullis. ⊙. In ruderatis et ad muros circa Tersat et Karlobago, fors ex hortis auffugus et quasi spontaneus. Rchb. fl. g. 1869. Il.-Ag. **S. maculatus L.**

Trib. XX. **Lapsaneae Less.** *Pappus nullus vel ejus loco margo prominulus coroniformis; receptaculum nudum planum.*

Gen. 533. **Lapsana Tourn. Ognjičina.**

Anthodium e squamis octonis denisve aequalibus baseos quibusdam accessoriis formatum, fructiferum erectum immutatum; achenia oborato-oblonga compressa 20-striata striis aequalibus margineque obsoleto terminata decidua libera; receptaculum nudum. Vis. fl. dalm. II. p. 96, g. 250; Koch syn. pl. pag. 477; Rchb. fl. g. p. 248, g. 320.

Foliis petiolatis dentatis, inferioribus lyratis vel subrotundis indivisis obtusis, superioribus oblongis acutis; squamis anthodii glaberrimis corollam subaequantibus. — Caulis 1—2-pedalis a basi ramosus sulcatus glabriusculus; folia pilis adspersa et praesertim subtus margineque pilosa; pedunculi alterni glabri; florum capitula paniculato-corymbosa, parva; corollae luteae; achenia angulata. ⊙. In locis cultis et sylvaticis totius Croatiæ et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 716 ad sepes circa Zara et Ragusa; in herbidis montis Biokovo. Rchb. fl. g. 1618. Il.-Sept. . . . . **L. communis L.**

Observ. variet. β. canescens, denso tomento obducta, florum panicula coarctata subcorymbosa, est: L. pubescens Bernh. occurritque in locis apricis asperis circa Tersat et in Martinščica prope Flumen et alibi in litt. cr.

Gen. 534. **Aposeris Neck. Smrdica.**

Squamae anthodii aequales uniseriales basi minoribus calyculatae; achenia compressa 5-striata ante apicem paullatim contracta obovata nitida pappoque destituta. Koch syn. pl. pag. 477.

Foliis runcinato-pinnatifidis, lobis subrhombeis, terminali triangulari subtrilobo. — Radix praemorsa fibrisque plurimis capillata; scapi fistulosi monocephali apice pubescentes; folia ad costam pilis adspersa; florum capitula cylindrica, squamae anthodii lineares; corollae luteae tubo ad oras villoso. ♃. In nemerosis demissis, montanis ipsisque subalpinis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Orahovica (Kan.), nec minus in illis ad Daruvar et Pakrac, Rchb. fl. g. 1632. (Hyoseris foetida L.; Laps. foetida Scop.) Apr.-Mj. **A. foetida Less.**

Gen. 535. **Arnoseris Gaert.**

Anthodii squamae aequales uniseriales aequilongae basi brevibus fultae; capitula fructifera torulosa squamis conniventibus globosa; achenia 10-striata striis alterne magis prominulis, coronula brevi pentagona terminata, decidua; receptaculum nudum. Koch syn. pl. p. 477; Rchb. fl. g. p. 250, g. 324.

Foliis obovato-oblongis dentatis; pedunculis clavatis fistulosis. — Radix fusiformis; scapus erectus teres simplex vel ramosus subtriflorus, spithamaeus, rarius ultra; folia radicalia in orbem digesta terraeque adpressa scabriuscula; pedunculi bracteis instructi; squamae anthodii glabriusculi lanceolatae acuminatae, inferne carinatae; corollae parvae citrinae; receptaculum punctatum. ⊙. In agris arenosis inter segetes in litt. cr. ad Segniam, Sv. Juraj et Starigrad. Syll. fl. cr. In agris arenosis Dalmatiae. Maly enum. pl. p. 139, g. 305, n. 1. Rchb. fl. g. 1633. (Hyoseris minima L.; Lapsana pusilla W.) Mj.-In. **A. pusilla Gaert.**

Gen. 536. **Rhagadiolus Tourn. Kosovac ili Pupavica.**

Anthodium 5—8-phyllum basi calyculatum fructiferum patens; achenia arcuata calva, subtrigona estriata, apice attenuato-rostrata squamisque anthodii exterioribus obducta et cum iis persistentia, interiora libera, decidua. -- Vis. fl. dalm. II. pag. 96, g. 251; Koch syn. pl. p. 478; Rchb. fl. g. p. 249, g. 321.

Squamis anthodii dorso scabris; floribus omnibus pedunculatis; foliis inferioribus oblongo-obovatis, sinuato-dentatia summis lan-

ceolatis. — Radix fusiformis; caulis teres inferne hirtus, reliqua parte glaber et laevis; folia radicalia et caulina inferiora in longum petiolum angustata, aliqua lyrata; pedunculi glabri; squamae anthodii setulis exasperatae; corollae parvae aureae; achenia laevia. ◯. In ruderatis locisque incultis in litt. cr. ad Flumen, Bukari, Kraljevica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 717 in locis graminosis et ad vias totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1621. (Laps. stellata L.) Mj.-In. . . . **R. stellatus Gaert.**

Observ. Variat foliis integris, inferioribus denticulatis aut plane lyratis; squamis anthodii dorso hispidis aut setis deciduis glabris atque acheniis interioribus glabris aut per pilos brevissimos hirtis; notantur itaque:

Variet. β. foliis inferioribus runcinato-lyratis; acheniis incurvis extus hispidis: R. intermedius Ten.; (R. lapsanoides Desf.) et

Variet. γ. foliis inferioribus lyratis; acheniis rectis glabris: R. edulis Gaert. (Laps. Rhagadiolus L.) utraque forma occurrit intermixte cum specie. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1620.

Trib. XXI. **Hyoserideae Less.** *Receptaculum nudum planum; achenia pappo paleaceo; paleis saepe in pilum attenuatis, nunquam tamen plumosis, nec a basi filiformibus coronatum, aut pappus brevis ex setulis complanatis obtusis liberis coronulam referentibus compositus.*

Gen. 537. **Cichorium Tourn. Žutinica ili Vodopija.**

Anthodium duplex exterius 5-phyllum, interius octophyllum foliolis basi coalitis; pappus coroniformis achenio crasso subtetragono striato brevior paleis membranaceis obtusis brevissimis formatus, disco epigyno magno; receptaculum nudum vel subfavosum; flores caerulei. Vis. fl. dalm. II. p. 97, g. 252; Koch syn. pl. p. 478; Rchb. fl. g. p. 250, g. 326.

Florum capitulis geminis pluribusve congestis sessilibus pedunculatisque; foliis floralibus e basi latiori subamplexicauli lanceolatis; pappo acheniis multoties breviore. — Radix perennis fusiformis; caulis erectus farctus ramosus; folia scabriuscula, radicalia pleraque runcinata, aliqua integra, caulina indivisa, foliola (squamae) anthodii dorso et ad oras aculeis minutis innocuis inspersa; corollae cyaneae, rarissime albae. ♃. In locis incultis, pascuis siccis, ad vias et margines agrorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 718 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1636. Il.-Sept. **C. Intybus L.**

Florum capitulis axillaribus geminis sessilibus, tertio longe pedunculato; foliis floralibus lato ovatis basi cordata amplexicaulibus; pappo acheniis quadruplo breviore. — Radix annua crassa fusiformis; caulis erectus ramosus fistulosus ramis flexuosis; folia glabra basi cordata aut hastata; flores caerulei. ⨀. Ex India adlatum, modo ubique in usum oeconomicum cultum et in ruderatis et oleraceis non raro quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 719 in agris arvisque insulae Lesina spontaneum. Rchb. fl. g. 1637. „Štrbka.“ Il.-Ag. . . **C. Endivia L.**

Observ. variet. β. hirta; caule hispido humili subramoso; foliis obovato-oblongis, inferioribus inciso-runcinatis, floribusque axillaribus subsolitariis, est: C. pumilum Jacq. occurritque in saxosis apricis insulae Lesina.

Gen. 538. **Hyoseris L.**

Anthodium 8—10-phyllum calyculatum phyllis (squamis) subconcavis achenia marginalia excipientibus; achenia difformia, extima et intima teretiuscula, interjecta alato-compressa; pappus exteriorum setosus brevis coroniformis, interiorum paleis 3—5 lanceolatis setisque brevioribus compositus; receptaculum nudum. Vis. fl. dalm. II g. 97, g. 253; Koch syn. pl. pag. 478; Rechb. fl. g pag. 250, g. 323.

Foliis runcinato-pinnatipartitis lobis deorsum subimbricatis acute incisis; squamis anthodii fructiferi stellato-patentibus. — Radix perennis; scapi teretes folio longiores; folia glabra laciniata lobo terminali tridentato; achenia exteriora setis brevibus et quibusdam longioribus coronata; flores flavi. ♃. In ruderatis et ad muros in litt. cr. veluti ad Tersat et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 720 in umbrosis et ad sepes circa Gradac et Kliaka in ditione Dernis, nec non in saxosis insulae Lesina. Rhb. fl. g. 1631. (Taraxacum saxatile Bocca; Rhag. radiatus All.) Ag.-In. **H. radiata L.**

Foliis runcinato-pinnatifidis lobis discretis ovatis dentatis; squamis anthodii fructiferi erectis. — Radix annua fusiformis; scapus erectus apice clavato-incrassatus folioque brevior; folia petiolata crassa in lacinias subrotundas aut subovatas dentatas divisa laciniis inferioribus minimis, terminali maxima; anthodium subglobosum basi lanatum, villosum; achenia exteriora brevissime papposa, paleae subaequales. ○. In ruderatis locisque incultis litt. cr. circa Flumen, Bukari, Cirkvenica et Novi. Syll. fl. cr.

— Vis. flr. dalm. 721 in siccis et ad vias totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1630. (Rhag scabra All.; Hedyp. coronopifolia Ten.; Hedyp. lucida Lam.; Hyos. microcephala Cass.; H. adpressa Mnch.; H. lucida Host.) Apr.-Il. . . . . . **H. scabra L.**

Gen. 539. **Hedypnois Tourn. Mliečnjak.**

Squamae anthodii subaequales baseos quibusdam accessoriis minoribus; receptaculum nudum; achenia conformia teretiuscula; pappus exteriorum brevis coroniformis setoso-multipartitus, interiorum e paleis 3—5 lanceolatis, in setam cuspidatis setisque brevioribus compositus; flores lutei. — Vis. fl. dalm II. p. 98, g. 254; Koch syn. pl. p. 479; Rchb. fl. g. p. 249, g. 321.

Caule gracili diffuso ramoso; foliis inferioribus integris incisisve basi attenuatis, superioribus subcordato-amplexicaulibus integris; pedunculis apice paullo incrassatis; squamis anthodii fructiferi aperti remotiusculis, apiceque erectis, extus superne muricato-setosis, pilosis laevibusve. — Radix teres fusiformis; caules inferne hispidi, superne hirti; folia setis rigidis exasperata, inferiora in petiolum angustata; corollae luteae; achenia sulcata. ○. Vis. fl. dalm. 722 in saxosis et arvis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1623. (Hyos. cretica L.; Hedypnois rhagadioloides Host; H. coronopifolia Ten.) In.-Il. . . . . . **H. cretica W.**

Caule abbreviato aut prostrato; foliis omnibus basi attenuatis, integris, vel inferioribus basi dentatis incisisve, obtusis; pedunculis incrassato-clavatis; squamis anthodii fructiferi maturi clausi contiguis, undique scabris apiceque incurvo conniventibus. — Radix gracilis fusiformis; caulis abbreviatus et erectus, aut quidpiam elongatus et prostratus setisque rigidis exasperatus; folia hirta elongata inferiora in petiolum attenuata, superiora sessilia, summa minima lanceolata et integerrima; flores flavi; achenia oblonga rugulosa. ⨀. Vis. fl. dalm. 723 in apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1628. (H. rhagadioloides Sm.) In.-Il.
H. tubaeformis Ten.

Trib. XXII. **Hypochoerideae Less.** *Recept. paleaceum; achenia pappo anguste paleaceo coronata paleolis omnibus vel saltem intimis plumosis.*

Gen. 540. **Seriola L.**

Anthodium simplex polyphyllum subcalyculatum; achenia omnia vel saltem centralia rostrata, transverse muricata, marginalibus saepe abortivis; pappo

uniseriali, paleis basi latioribus. Vis. fl. dalm. II. p. 99, g. 256; Rchb. fl. g. p. 269, g. 247.

Foliis radicalibus obovatis oblongisve integris aut dentatis hirtis, caulinis parvis oblongo-linearibus; pedunculis superne anthodiisque patenter setosis; pappo sessili aut subnullo. — Palmaris, spithamaea; caulis ramosus glaber subnudus; folia setulis exasperatai inferiora in petiolum attenuata, superiora sessilia integerrima; anthodium cylindricum squamis linearibus; florum ligulae luteae, dorso colore purpureo perfusae, ad basin pilosae; achenia subulata. ⊙. Vis. fl. dalm. 726 ad vias agrestes in scopulo S. Andreae prope Lesina. Rchb. fl. g. 1789. (S. urens fl. ped.; Metabasis aethnensis DC.) Il.-Il. . . **S. cethnensis L.**

Gen. 541. **Hypochoeris L. Svinjak.**

Anthodium imbricatum; achenia omnia, vel saltem centralia in rostrum elongatum attenuata, vel parum attenuata et fere erostrata; pappus plumosus, disci stipitatus, marginis sessilis, rarius stipitatus; receptaculum paleaceum pateis deciduis; flores flavi vel aurei. Vis. fl. dalm. II. p. 99, g. 255; Koch syn. pl. p. 490; Rchb. fl. g. p. 268, g. 339.

1 Pappis radii exterioris paucis setiformibus, non plumosis; caule ramoso glabro aphyllo 2

Pappis radii omnibus plumosis; caule 1 - 3-cephalo subunifolio hispido. — Radix longissima crassa lactescens; folia ovali-oblonga hirta dentata; caulis superne nudus simplex et monocephalus, rarius in unum alterumve ramulum divisus et 2—3-cephalus fistulosus uno alterove folio oblongo vestitus; capitulum amplum; squamae anthodii scabrae, superiores apice tomentoso-marginatae corollis duplo breviores; achenia omnia erostrata. ♃. In pascuis sylvaticis, collibus lapidosis, in virgultis ericetisque totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvaticis montanis circa Čerević et Karlovic (Kan.); in collibus dumetosis circa Daruvar, Pakrac et Kamensko. Vis. fl. dalm. 725 in umbrosis sylvaticis Paklenica et Monte Santo in montibus Velebit; ad Mavice prope Verlika et in planitie Dversno supra Krivoscie prope Cattaro. Rchb. fl. g. 1784. (Achyrophorus maculatus Scop.) Variat foliis nigromaculatis et immaculatis. Il.-Ag.. **H. maculata L.**

2 Ligulis anthodium aequantibus; pappo acheniorum marginalium sessili. — Glabriuscula; radix annua; caulis ramosus subnudus

semipedalis erectus, aut caules laterales adscendentes, inter segetes interdum longissimi, teneres; folia sinuato-dentata sublingulata, aut omnino glabra, aut margine hispida; achenia centralia longe rostrata, marginalia rostro destituta, rarius omnia rostrata. ◯. In locis cultis arenosis in montanis circa Toplikam, Samobor et alibi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Daruvar. (Kan.); in illis circa Pakrac, Orljava et alibi Požegam versus. Rchb. fl. g. 1781. Il.-Ag. . **H. glabra L.**

Ligulis anthodio longioribus; pappo acheniorum marginalium stipitato. — Pedalis bipedalis et ultra; radix fusiformis multiplex perennis; caules teretes glabri in ramos patentes divisi ramulis foliosis; folia radicalia oblongo-obovata runcinato-dentata, obtusa hispida; pedunculi superne incrassati monocephali squamisque parvis subulatis vestiti; squamae anthodii ad carinam setulis exasperatae; achenia omnia, vel tantum centralia rostrata; setae pappi exteriores simplices, interiores plumosae. ♃. In pratis, pascuis et ad sylvarum oras totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Orahovica; in arvis ad Zvečovo; in vineis circa Virovitic et et in isto cacumine montis Gizdarovo-berdo. (Kan.) Vis. fl. dalm. 724 ad vineas circa Zara et in arenosis vallis Zuppe ultra Cattaro. Rchb. fl. g. 1783. (Achyrophorus radiatus Scop.) Il.-Ag. . . . . **H. radiata L.**

Trib. XXIII. **Scorzonereae Less.** *Receptaculum nudum; achenia pappo angustissime paleaceo, omnium vel centralium plumoso, vel marginalium basi villoso horumve coronaeformi coronata.*

Gen. 542. **Helminthia Juss. Praska.**

Anthodium duplex, exterius pentaphyllum foliaceum, interius 8-phyllum angustius; achenia oblonga compressa angulata transverque rugosa, obtusa, rostro capillari elongato fragili, pappoque conformi persistente plumoso; flores flavi. Vis. fl. dalm. II. pag 100, g. 257; Koch syn. pl. pag. 484; Rchb. fl. g. pag. 254, g. 331.

Foliis oblongo-ovalibus repando-dentatis, inferioribus in petiolum angustatis, superioribus amplexicaulibus; squamis anthodii exterioribus ovato-subrotundatis ovatisve. — Tota aculeis exasperata; radix ramosa annua; caulis erectus teres sulcatus ramosus; folia undulata, radicalia obtusa, caulina acuta; pedunculi superne incrassati; squamae anthodii exteriores laxae, interiores lanceolatae conniventes. ⊙. In Slavonia in dumetis circa Viro-

vitic; secus vias circa Drenovac et Jankovac. (Kan.) Vis. fl. dalm. 727 in agris, ruderatis et ad vias totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 1664. (Picris echioides L.) In.-Il. **H. echiodes Gaert.**

Observ. variet. β. tota glabra; caule prostrato adscendente aut humifuso, est: H. humifusa Ten. (Picris humifusa W.) occurritque in agris fertilibus circa Ragusa vecchia.

Gen. 543. **Picris Juss. Kraska.**

Anthodium parce imbricatum; achenia teretiuscula basi et apice vix attenuata, transverse rugosa erostria, aut brevissime rostrata; pappi conformes decidui setis plumosis basi coalitis, interioribus basi latioribus plumosis, exterioribus paucioribus piliformibus; receptaculum nudum; flores omnibus lutei. — Vis. fl. dalm. II. p. 101, g. 258; Koch syn. pl. p. 483; Rchb. fl. g. pag. 253, g. 329, 330 et 336.

1 Squamis anthodii exterioribus setoso ciliatis aut dorso setosis hispidulis foliis caulinis basi incisis vel plane laciniato-pinnatifidis 2

Squamis anthodii exterioribus laxis, patulis, dorso canescentibus; margine glabris, foliis omnibus indivisis. — Pedalis et ultra plus minusve hispida aut scabra; caulis strictus superne ramosus; folia oblongo-lanceolata integra aut sinuata, inferiora basi attenuata, superiora subcordato-amplexicaulia; florum capitula corymbosa aut cymosa; squamae anthodii exteriores lanceolatae interioribus triplo breviores; aehenia tenuissime rugosa. ♂. In locis incultis, ad vias et margines agrorum vinearumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 728 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1658. Il.-Ag. **P. hieracioides L.**

Observ. variet. β. foliis superioribus oblongo-ovatis, longe acuminatis; capitulis speciosis et acheniis fere duplo majoribus, est: P. crepoides Sant. occurritque in fertilibus montis Klek.

Distinguuntur praeterea:

Forma humilis foliis integerrimis aut ciliato-subdentatis, est: P. ruderalis Schm.

Forma florum capitulis umbellato-cymosis, foliis repando denticulatis hirtis, est: P. umbellata N. v. E.; utraque cum specie intermixte.

2 Foliis inferioribus lanceolatis, in petiolum attenuatis mediisque sessilibus sinuato-dentantis vel laciniato-pinnatifidis, supremis subcordato-lanceolatis acuminatis integris; florum capitulis co-

rymbosis aut dichotomo-paniculatis; pedunculis incrassato-fistulosis; squamis anthodii exterioribus laxis setoso-ciliatis; acheniis plicato-rugosis. — Radix ramosa biennis; caules erecti angulosi apice ramosi, interdum superne dichotomi pilis rigidis simplicibus vel apice hamoso-bifidis patentibus hispidi; folia omnia lanceolata, hispida, inferiora laciniato-pinnatifida laciniis lanceolatis integris, raro dentatis, caulina omnia sessilia minusque divisa, suprema sub pedunculis omnino integra; anthodia cylindrica squamis imbricatis lanceolatis, exterioribus dorso viridibus setosisque, intimis fere duplo longioribus dorso canescentibus; flores magni flavi ligulis subtus aurantio vittatis. ♂. In asperis litt. cr. circa Flumen, Cirkvenica, Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 702 in asperis apricis Miljevci et Zagorje in ditione Dernis; circa Konjsko in monte Radigne prope Dizmo, circa Almissa, in collibus supra Ragusa et sub arce urbis Cattaro, nec non in insulis Cherso et Veglia. Rchb. fl. g. 1694. (Crepis hispidissima Bartl.; Cr. lappacea Host.; Cr. laciniata Schkh.; Picris hispidissima Koch.) Il.-Ag. **P. laciniata Vis.**

Foliis inferioribus ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis serratis, caulinis lanceolato-acuminatis serratis sessilibus basi acute et arcte incisis, supremis lanceolato-linearibus integerrimis; pedunculis teretibus; squamis anthodii externis patulis anguste linearibus dorso setosis, intimis intus concavis, extus torulosis; acheniis rugosis. — Pedalis et ultra, viridis, hispidula; caulis erectus, superne ramosus; pedunculi stricti, ramosi porrecti; flores flavi; achenia incurva, fusiformia, reticulato-sulcata pappo plumoso sessili coronata; receptaculum nudum, sed alveolato-pappilosum. ☉. Vis. fl. dalm. 730 in asperis insulae Gjupana ditionis Ragusianae. Rchb. fl. g. 1663. (Hieracium Sprengerianum L.; Crep. rhagadiloides Jacq.; Cr. Sprengeriana W.; Picr. Rhadiolus Pers.; Pic. pauciflora W.; Medicusia aspera Mnch.; Med. Sprengeriana Rchb.) In.-Ag. . . . . . **P. Sprengeriana Lam.**

Gen. 544. **Thrincia Roth. Točovina.**

Anthodium imbricatum; achenia in rostrum sensim attenuata; squamuloso muricata, marginalia pappo deciduo brevi coroniformi paleaceo dentato, disci

plumoso setis basi latioribus coalitis coronata; receptaculum nudum; flores lutei. — Vis. fl. dalm. II. p. 102, g. 259; Koch syn. pl. p. 479; Rchb. fl. g. p. 251, g. 327.

1 Radice fibrosa, fibris validis, sed filiformibus; acheniis apice in rostrum attenuatis 2

Radice praemorsa fasciculata fibris napiformibus; acheniis a medio attenuato-rostratis. — Gracilis palmaris v. spithamaea; folia oblongo-ovata sinuato-dentata runcinataque, pilis furcatis hispidula; caulis glabriusculus; anthodium hirtum aut plane hispidulum; achenia omnia rostro suo subaequilonga. ♃. In locis graminosis apricis litt. cr., veluti circa Flumen, Novi, Povile et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 732 in locis saxosis apricis et pascuis siccis circa Zara, Boraja, Trau, Ragusa, Cattaro et Budua, nec non in insulis Veglia, Ossero, Lissa et Lacroma. Rchb. fl. g. 1641. (Leontodon tuberosum L.; Apargia tuberosa W.; Hyoseris tuberosa Sant.) Mj.-In. in insula Lacroma jam mense Februario . . . . **Th. tuberosa DC.**

2 Foliis lanceolatis sinuato-dentatis; pilis simpliciusculis hirta; anthodio ovato glabro squamis 10—12 et baseos accessoriis imbricatum. — Spithamaea et ultra pilisque apice brevissime fissis, præsertim in foliorum basi integrisve exasperata. ♃. In collibus herbidis et pascuis montanis circa Kalnik, Ljubeščica, Radoboj et Svedruša, nec non in litt. cr. circa Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. In pascuis arenosis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 140, g. 310, n. 1. Rchb. fl. g. 1640. (Th. hispida et Th. Leysseri Rch.; Picr. hirta All.; Hedyp. hirta Eng. Bot.; Leont. hirtum L.) In.-Ag. . . . . **Th. hirta Rth.**

Foliis lanceolatis obtusis dentatis pilis 2—3-furcatis hispidula; anthodio globoso-campanulato squamis 10—12 imbricato. — Spithamaea et ultra, hispidula; scapus praesertim superius multisulcatus; anthodium ante et post anthesim subglobosum. ♃. In locis udis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 140, g. 310. n. 2. Rchb. fl. g. 1639. (Hyoseris taraxacoides Vill.; Rhagadiolus taraxacoides All.) In.-Ag. . . . . **Th. hispida Rth.**

Gen. 545. Leontodon Juss. Regrad., Surjam.

Anthodium parce imbricatum; achenia sensim in rostrum attenuata, teretia striata, transverse ruguloso-muricata; pappus conformis plumosus, persistens

radiis basi scariosis et latioribus, omnibus aequalibus vel exterioribus piliformibus; plumulae radiorum non deciduae; receptaculum nudum; flores lutei vel in varietatibus in croceum vergentes. — Vis. fl. dalm. II. p. 103, g. 260; Koch syn. pl. p. 480; Rchb. fl. g. p. 251, g. 328.

1 Radice praemorsa a basi fibris vallidis obsessa 2

Radice fusiformi, verticali fibrisque tenuibus aucta 3

2 Caule simplici aut ramoso superne folioso foliis radicalibus omnibus oblongo-obovatis pinnatifido-dentatis; pedunculis sensim incrassatis squamosis; pappi setis omnibus plumosis. — Radix fibris longissimis aucta; folia setulis adspersa; caulis teres sulcatus scabriusculus superneque squamosus et in ramos subvillosiusculos divisus; anthodium pubescens; acheniorum striis rugulosis. ♃. In pratis, campis collibusque graminosis totius Croatiae et Slavoniae in ipsas alpes adscendens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 732 in herbidis circa Zara; in pascuis montium Velebit; in pratis Mavice prope Verlika. Rchb. fl. g. 1655. (Apargia autumnalis Hoffm.; Oporina autumnalis Don.; Hypochoeris radicata Alsch.) Il.-Oct. . . . . **L. autumnalis L.**

Observ. Variat insigniter forma foliorum a linearibus subintegerrimis dentatisve, ad lineari pectinato-pinnatifidam et interrupte laciniatam; anthodio glabro aut incano; caule corymboso vel submonocephalo.

Caule aphyllo nudo vel superne 1—2-squamato, apice incrassato; foliis oblongo-obovatis lanceolatisque basi attenuatis, dentatis pinnatifidisve; acheniis apice attenuatis; pappi setis exterioribus brevioribus linearibus scabris, reliquis plumosis. — Scapus striatus bracteisque paucis instructus aut plane nudus; folia utrinque glabra, aut hirta pilis bifurcatis, magis minusve dentata; anthodium oblongum squamis inaequalibus imbricatum subvillosum; achenia subulata. ♃. In pratis, pascuis locisque incultis totius Croatiae et Slavoniae in ipsas alpes adscendens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 733 in collibus locisque saxosis, nec non in montibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1651 et 1652. Mj.-Oct. **L. hastilis L.**

Observ. Variat mirum in modum notanturve sequentes varietates:

Variet. α. foliis, caule, anthodioque glabris: L. hastile Rchb. fl. g. 1652. (L. danubiale Jacq.; L. proteiforme Vill.; Apar. hastilis Hoff.; Virea hastilis Gaert.)

Variet. β. tota vel saltem foliis pilis 2—3-furcatis hirtis: L. hispidum L. Rchb. fl. g. 1651. (Apar. hispida Hoffm.; Ap. hirta Pett.; Thrin. hirta Alsch.)

Variet. γ. hirta, foliis laciniato-pinnatipartitis pinnis lanceolatis linearibusve: L. hyoserioides Welw. (Apar. hyoseridifolia Sant.)

3 Foliis oblongo-lanceolatis integerrimis aut remote denticulatis incano-tomentosis pilis 3—4-furcatis. — Radix demum multiceps; scapi erecti teretes superne una alterave bractea instructi; folia anguste lanceolata, basi in petiolum angustata pilis albis apice stellatis tecta; anthodii squamae acuminatae pilisque stellatis ut ipsæ et caulis exasperatae; receptaculum pilis brevissimis inspersum. ♃. In rupium fissuris locisque petrosis montium Ivanšćica, ad Podsused et sv. Šimon, nec non in illis totius Croatiæ australis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 735 in rupestribus montis Velebit. Rchb. fl. g. 1653. (Hieracium incanum L.; Aparg. incana Scop.; Leon. alpinum Vill.) Il.-Ag. . **L. incanus Schrnk.**

Observ. Variet. foliis spathulatis repando-dentatis integrisve apice lato rotundatis, est: L. spathulaefolium Schloss. et Vukot, syll. fl. cr. p. 59 occurritque in saxis locisque umbrosis circa vetustam arcem Medvedgrad alibique in rupestribus montium Zagrabiensium.

Foliis oblongo-lanceolatis basi attenuatis sinuato-dentatis pinnatifidisve, viridibus, hispidis pilis rigidis trifurcatis. -- Caulis monocephalus nudus vel 1—2-instructus, sub florum capitulo incrassatus; radix lignescens, multiceps; anthodium oblongum squamis dorso carinatis hispidulis, inferioribus minimis; achenia pappo fere duplo longiora a medio in rostrum hirto-scabrum attenuata; radii pappi omnes a basi plumosi, exteriores breviores; tubus flosculi ligulam suam subaequans. ♃. Vis. fl. dalm. 734 in collibus locisque saxois circa Sebenico et Ragusa; in insula Lesina et in monte Velebit. Rchb. fl. g. 1649. (Apar. saxatilis Ten.; Ap. tergestina Hopp.) In.-Il. **L. saxatilis Rchb.**

Observ. variet. α. caule sub capitulo aequali non incrassato; foliis profunde pinnatipartitis hispidis laciniis antrorsis brevioribus plus minusve crispulis, est: L. crispum Vill. occurritque in rupibus Croatiae australis, veluti in Vilena-draga. Syll. fl. cr. erroneæ nomine L. Villarsii Lois signatum. In Slavonia in saxosis montium circa Čerević. (Kan.)

Variet. β. hispida, caule diviso folioso, est: L. hispanicum Cav. (Apar. hispanica W.; Ap. aspera WK.; Ap. Leon. asperum Rchb. fl. g. 1647; Asterothria hispanica DC.) occurritque in locis saxosis montis Biokovo. Vis. fl. dalm. 734 var. β. In saxosis ad Sv. Šimon prope Zagrabia. Syll. fl. cr.

Variet. γ. glabra, simplex, caule foliisque glabris lineari-lanceolatis dentato-sinuatis vel lanceolato-pinnatifidis; squamis anthodii glabriusculis, est: Leon. tenuifolium Vis. occurritque in locis saxosis Paklenica ad pedem montis Velebit. — Vis. fl. dalm. 734 var. γ.

Gen. 546. **Podospermum DC. Politovac.**

Anthodium imbricatum, post et ante anthesim octangulare; achenia linearia et a basi ad pappum usque aequalia nec unquam attenuata, erostria, collo bascos elongato subinflato stipitata pappoque plumoso lanuginoso conformi coronata; flores omnium flavi. — Vis. fl. dalm. II. p. 105, g. 261; Koch syn. pl. p. 489; Rchb. fl g. p. 276, b. spec. Scorzonerae.

Floribus marginalibus anthodio duplo-longioribus. — Radix perennis multiceps caulibusque florigeris fasciculisque foliorum sterilibus instructa; caules erecti ramosi superne sulcati; folia inferiora lanceolata decursive pinnatifida laciniis linearibus acuminatis, superiora lineari-lanceolata elongata. ♃. In locis incultis siccis, ad vias marginesque agrorum circa Varasdinum, Toplikam, Ludbreg, Bukovec alibique in campo Podravano. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Selo et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1845. (P. octangulare DC.; Scorz. octangularis W.; Scorz. laciniata Jacq.) In.-Ag. . . **P. Jacquinianum Koch.**

Floribus marginalibus anthodium vix aequantibus aut illo plane brevioribus. — Radix biennis simplex fasciculis foliorum sterilium nullis; caulis erectus aut adscendens ramosus ramis teretibus; folia inferiora pinnatifida laciniis linearibus acuminatis, terminali lanceolata elongata, superiora linearia; anthodii squamae inferiores patulae mucronatae, apice nigricantes. ♂. In agris pratis, collibusque apricis; ad margines viarum et agrorum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Čerević (Kan.), nec non circa Kutinja, Lipik, Pakrac et alibi in comitatu Požegano. Vis. fl. dalm. 736 in agris argillosis circa Zara, Scardona, Sebenico, Boraja, Trau et Spalato. Rchb. fl. g. 1844. (Scorz. laciniata L.) Mj.-Il. . . . . **P. laciniatum DC.**

Observ. variet. β. foliorum laciniis lanceolato-linearibus; caulibus lateralibus procumbentibus; squamis anthodii submuticis, est: P. calcitrapifolium DC. (Scorz. calcitrapifolia Vahl.; Sc. resedifolia Retz.) occurritque cum priori in Dalmatia.

Gen. 547. **Scorzonera L. Smijak.**

Anthodium imbricatum squamis margine scariosis; achenia oblongo-linearia aequalia erostria sessilia, pappo plumoso, lanuginoso, aut piloso-scabro coronata; receptaculum nudum. Vis. fl. dalm. II. p. 105, g. 262; Koch syn. pl. pag. 487 et 490; Rchb. fl. g. p. 275.

1 Floribus purpureis roseisve 2

Floribus luteis 3

2 Striis acheniorum laevibus; caule foliato monocephalo vel apice ramoso 2—4-cephalo. — Radix comosa; caulis erectus teres, spithamaeus pedalisve et ultra, lanato-floccosus fistulosus, in unum alterumve ramum divisus aut plane simplex; folia linearia vel lineari-lanceolata acuta, integerrima canaliculata glabra non raro subtriquetra; squamae anthodii obtusae canescentes, carinatae; flosculorum ligulae purpureae anthodium vix sesquilongae. ♃. In pratis montis Biokovo in Dalmatiae. Petter herb. viv. In subalpinis alpinisque calcareis Dalmatiae. Maly. enum. pl. fl. aust. p. 143, g. 317, n. 9. Rchb. fl. g. 1842. Mj.-In. **Sc. purpurea L.**

Striis acheniorum superne denticulato-scabris; caule foliato monocephalo, vel basi ramo uno alterve instructo. — Radicis coma filamentosa, secus cylindrica; caulis pedalis aut ultra; folia lanceolato-linearia aut simpliciter linearia carinata; squamae anthodii exteriores ovato-lanceolatae apice araneosae et membranaceomarginatae, ligulatae flosculorum anthodium duplum longae, roseæ; achenia sulcata. ♃. In collibus graminosis apricis in Vrebačkastaza; in herbidis lapidosis alpium Badanj, Visočica et Debeloberdo. Syll fl. cr. — Vis. fl. dalm. 737 in pascuis convallium in montibus Velebit, Dinara et Prolog. Rchb. fl. g. 1843. (Sc. purpurea Scop.; Sc. macrorrhiza Schleich.) In.-Ag. **S. rosea WK.**

3 Caule plus minusve folioso, rarissime aphyllo, mono- aut pleiocephalo; radice cylindrica, collo nudo aut squamato 4

Caule nudo, aphyllo, aut 1—3 foliolis linearibus vestito, 1-3-cephalo; radicis cylindricae collo filamentoso aut lanato . . . 5

4 Foliis linearibus complicato-carinatis glabris basi dilatata amplexicaulibus. — Radix collo exacte nudo; caulis simplex basi medioque foliatus, apice vix incrassatus, glaber; folia glabra, inferiora supra basin angustata, basi vero dilatata amplexicaulia margineque membranacea; squamae anthodii exteriores lanceolato-attenuatae elongatae, apice obtusae, margine glabrae, interiores sublineares elongatae, omnes summo apice obtusae; achenia angulata striis laevibus, subcompressa. ♃. Vis. fl. dalm. 783 in paludosis maritimis insulae Pago. (Sc. angustifolia DC, non L.) In.-Il. . . . . **Sc. Candollei Vis.**

Foliis elongato-lanceolatis acuminatis planis integerrimis utrinque attenuatis. — Radicis coma squamata; caulis foliatus plus minusve ramosus 2—3-pedalis ramis adscendenti-corymbosis, rarissime simplex et monocephalus, sublanatus; anthodium ligulis dimidium brevius, glabrum, squamis exterioribus triangulari-ovatis, interioribus ovato-lanceolatis, omnibus acutis; achenia marginalia muricata. ♂. In hortis frequentissime culta et in pratis collibusque graminosis circa St. Helenam et Božakovinam; fors ex hortis auffuga, et quasi spontanea. Syll. fl. cr., nec non ad Grobnik. — Rchb. fl. g. 1839. Mj.-Il. . . . **Sc. glastifolia W.**

5 Foliis cauleque glabris ellipticis oblongis multinerviis, radicalibus coriaceis, glaucis in petiolum basi dilatato-membranaceum attenuatis. — Radix cylindrica collo filamentosa; caulis simplex spithamaeus pedalisve fistulosus, foliisque paucis brevibus vestitus, folia utrinque angustata latitudine admodum varia, radicalia conferta; squamae anthodii exteriores ovato-lanceolatae acuminatae, apice obtusae, margine lanuginosae; achenia angulata, striata, laevia. ♃. Vis. fl. dalm. 739 in asperis saxosis insulæ Pago; in pratis prope Nona, nec non in herbidis montium Velebit, et circa Trau et Ragusa. (Sc. austriaca W.; Sc. humilis Jacq.; Sc. lanata Schrk.; Sc. nervosa Lam.; Sc. bohemica Math.) Mj.-In. . . . . **Sc. latifolia Vis. fl. dalm.**

Observ. variet. foliis oblongo-lanceolatis, patentibus; anthodio basi globoso, est: Sc. humilis Rchb. fl. g. 1834 occurritque in pratis et pascuis circa Varasdinum, Vidovec et Ivanec. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 739 var. β. in iisdem locis ac ipsa species.

Vaariet. γ. foliis linearibus subulatis erectis; pedunculo incrassato, anthodio subcylindrico, squamisque late ovatis glabris, est: Sc. angustifolia Rchb. (Sc. humilis Alsch.) occurritque in col-

libus apricis circa Zagrabiam et Stubicam (Klinggræff). Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 739 var. γ. intermixte cum specie.

Foliis linearibus sessilibus cauleque sparse villosis. — Radix cylindrica collo lanata; caule basi subramoso striato; folia carinata subulata; squamae anthodii hirsuti exteriores lanceolato-subulatae acutae; achenia ad pappum usque aequalia erostrata; muricato-tuberculata; pappus conformis pluriserialis, radii scabri, exteriores filiformes, intimi basi lanceolato-dilatati ibidemque latere interiore villosi, villis intricatis. ♃. In pratis montanis collibusque herbidis litt. cr. et nec minus provinciae Likanae, veluti in valle Korenicensi, Korbaviana et Likana et hic potissimum ad pagum Medak haud rara, nec minus circa Korenicam, Verhovinam et alibi in ipsa Korbavia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 740 in locis saxosis herbidis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1841. (Sc. angustifolia WK.; Sc. hirsuta Host.; Gelasia villosa Cass.; Gelasia villosa Koch.) Mj.-Il. . . **Sc. villosa Scop.**

Observ. variet. β. foliis linearibus glabris, apicem versus angustissimis varieque tortis; caule hirsuto, est: Sc. dalmatica Host., (Sc. graminifolia Portschl.) occurritque in campo grande insulæ Lissa et in herbidis montis Dinara Dalmatiae. — Vis. fl. dalm. 740 var. β.

Variet. γ. foliis linearibus gramineis cauleque monocephalo hirsutis; acheniis lanatis, est: Sc. hirsuta Rchb. fl. g. 1840, (Sc. julia Vest.; Sc. eriosperma Guon.) occurritque teste clariss. olim profess. Petter (herb. dalm. viv.) in graminosis apricis montis Dinara et Biokovo.

Gen. 548. **Geropogon. Siedobradac.**

Anthodium 8-phyllum simplex; achenia subulata longissime rostrata striata scabra, radii persistentia pappo 4—5-aristato scabro, disci decidua pappo lanuginoso plumoso, pluribus marginalibus abortientibus setiformibus; receptaculum paleaceum. Vis. fl. dalm. II. p. 107, g. 263; Rchb. fl. g. p. 269, g. 343.

Foliis glabris linearibus semiamplexicaulibus elongatis. — Radix ramosa annua; herba glabra spithamaea pedalisve; caulis apice subincrassatus; florum capitulum cylindraceum ligulis longe exsertis roseis. ⊙. Vis fl. dalm. 741 in arvis et inter segetes circa Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Lesina. Rchb. fl. g. 1790. (G. australe Spr.) Mj.-In. . . . . **G. glabrum L.**

Gen. 549. **Tragopogon L. Kozja-bradica.**

Anthodium simplex 8—12-phyllum phyllis ima basi connatis; achenia oblonga muricata in rostrum non septatum attenuata, areola laterali; pappus conformis lanuginoso-plumosus, i. e. plumulis radiorum lana intertextis; receptaculum glabrum, nudum. Vis. fl. dalm. II. p. 108, g. 264; Koch syn. pl. p. 485; Rchb. fl. g. p. 277, g. 355.

1 Pedunculis sursum sensim incrassato-clavatis 2
Pedunculis teretibus aequalibus, vel sub capitulo pallulum tumidulis vel subincrassatis 4

2 Anthodii squamis (phyllis) corollas subaequantibus, aut illis tantum paullulum longioribus 3
Anthodii squamis 8—9 corollas duplo superantibus; florum capitulo supra planissimo. — Radix fusiformis; caulis 2—3-pedalis et ultra, ramosus; folia basi dilatata, stricta; flores purpureo-caerulei; antherae atrae; achenia subulata spuamulosa sensimque in rostrum sesquilongius apice lanuginosum attenuata, scabriuscula. ♂. Vis. fl. dalm. 743 ad margines agrorum et in herbidis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Almissa et Ragusa, nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 1854. In.-Il. . . . . **T. porrifolius L.**

3 Floribus flavis; acheniis subulatis squamosis sensimque in rostrum apice lanuginosum attenuatis. — Radix fusiformis; caulis 1—2-pedalis, erectus, teres, subflexuosus, ramosus; folia integerrima carinata, radicalia longissima, patentia, superiora apicem versus spiraliter revoluta, basi dilatata caulem amplectentia; anthodium folio brevi revoluto fultum, squamis anthodii 8—12 lanceolatis, acutis, subcarinatis; florum capitula supra concava. ♂. In pratis collibusque siccis et ad vias circa St. Helenam et Toplikam. Syll. fl. cr. In comitatu Syrmiensi haud rarus, circa Čerević, nec non circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 742 in agris sterilibus insulæ Lesina. Rchb. fl. g. 1853. In.-Il. . **T. major Jacq.**
Floribus purpureo-violaceis; acheniis oblongis, angulatis, nudis et in rostrum duplo longius filiforme apice lanuginosum abrupte contractis. — Radix fusiformis fibrisque aucta; caulis pedalis vel sesquipedalis, rarius ultra, erectus; folia basi dilatata, stricta; florum capitula supra plana; squamae anthodii 8—10 corollam subaequantes. T. porrifolio valde affinis, sed ligulis corollarum longioribus et praesertim acheniorum forma egregie distinctus,

quarum anguli rostrum versus acutiores et minute serrulati sunt. ♂. Vis. fl. dalm. 744 in herbidis ad agrorum margines insulae Lesinæ. In.-Il. . . . . **T. eriospermus Ten.**

4 Floribus flavis luteisve; squamis anthodii octonis 5

Floribus atropurpureis, ligulis apice luteis; squamis anthodii nonnissi quinis. — Radix, ut omnium, fusiformis; caulis e basi decumbente adscendens rectusve 1—1 $^1/_2$-pedalis; folia integerrima, acuta, sinuato-undulata, basi margineque villosa; squamae anthodii lanceolatae acutae ligulis corollae sublongiores; achenia subulata, angulata, squamulosa sensimque in rostrum aequilongum, apice nudiusculum ibique constrictum attenuata. ♂. Vis. fl. dalm. 745 in apricis saxosis circa Sebenico et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1855. (T. sinuatus Ave Lall.; T. parviflorus Horn.; T. minor Fries; T. dubius Scop.) In.-Il. . . **T. crocifolius L.**

5 Acheniis marginalibus rostro filiformi dimidio brevioribus aut illo aequilongis; squamis anthodii supra basin transverse impressis 6

Acheniis marginalibus rostrum brevissimum apice incrassatum 1 $^1/_2$ superantibus, basi sublaevibus, superne ad pappum fere squamuloso-muricatis. — Radix fusiformis; caulis erectus, teres, subflexuosus, ramosus; folia carinata integerrima, radicalia longissima patentia, superiora apicem versus spiraliter revoluta, basi dilatata caulemque amplectentia et una cum caule plus minusve tomentosa; squamae anthodii basi impressae ligulis subbreviores octonae, lanceolatae, acutae, subcarinatae. ♂. In collibus graminosis Croatiae australis, veluti ad Flumen, in Korbavia et Lika haud rarus, nec minus in graminosis montium Velebit ad Halan et alibi. Syll. fl. cr. qua T. floccosus WK. Mj.-Il. **T. Tommasinii Schult. Bip.**

6 Ligulis squamas anthodii plerumque superantibus; acheniis marginalibus rostro filiformi fere duplo longioribus squamoso-muricatis squamis cartilagineis. — Radix fusiformis ramulis copiosis aucta; caulis erectus; folia e basi dilatata linearia subulato-attenuata, stricta vel apice reflexa aut contorta. — Sequenti persimilis, differt tamen capitulis duplo majoribus acheniisque squamosis. Capitula ad meridiem usque aperta sunt teste Wimmero. ♂. In pascuis pratisque montanis ad Samobor, nec minus in pratis fertilibus planitierum ad fluvium Dravum in Podravina et circa Virovitic. Syll. fl. cr. In pratis Slavoniae sequente frequentior. (Kan.) (T. undulatus Rchb. fl. g. 1851; T. revolutus Schwgg.) Mj.-Il. . . . . **T. orientalis L.**

Ligulis squamas anthodii subaequantibus aut illis brevioribus; acheniis marginalibus rostrum filiforme aequantibus tuberculato-scabris. — Radix fusiformis vallida, elongata; caulis teres ramosus 1—2-pedalis; folia e basi dilatata linearia subulato-attenuata stricta vel apice contorta aut reflexa, carinata; squamæ anthodii lanceolatae acuminatae; flosculi exteriores maximi ligulis apice 5-dentatis; receptaculum punctis impressis distinctum. Florum capitula clauduntur teste Wimmero inter horam 8 et 9 ante meridianam. ♂. In pratis et pascuis totius Croatiæ. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis siccis comitatus Syrmiensis, nec non circa Daruvar. (Kan.) In pratis et ad vias circa Pakrac, Požegam et Kutjevo. Vis. fl. dalm. 746 in pratis et pascuis totius Dalmatiae. Rchb. fi. g. 1850. Mj.-Il. . **T. pratensis L.**

Observ. variet. β. foliis undulatis apiceque contortis, est: T. undulatus Kit. occurritque intermixte cum priori, praesertim in comitatu Syrmiensi.

Gen. 550. **Urospermum Scop. Praska.**

Anthodium simplex 8-phyllum phyllis basi concretis; achenia oblonga muricata longissime rostrata, rostrum cum achenio articulatum inflatum cavum, ab embryone diaphragmate separatum; pappus conformis plumosus plumulis radiorum liberis; receptaculum nudum. Vis. fl. dalm. II. p. 109, g. 265; Koch syn. pl. p. 485; Rchb. fl. g. p. 277, g. 354.

Anthodio setoso-hispido, rostro supra basin ovatam achenio latiorem abrupte in stipitem filiformem contracto. — Radix fibrosa ramosa annua, rarius biennis; caulis spithamaeus pedalisve erectus ramosus, pilis albis rigidisque obsitus; folia sessilia lyrato-runcinata, denticulata dentibus; spinula terminatis; pedunculi sub capitulo incrassati; anthodium oblongum phyllis (squamulis) lanceolatis acutis setisque aculeiformibus exasperatis; flores flavi; pappus niveus vel dilute carneus. ⊙ vel ♂. Vis. fl. dalm. 747 in locis cultis et in vineis totius Dalmatiae tam insularis quam littoralis. Rchb. fl. g. 1848. (Arnopogon picroides W.) Mj.-In. **U. picroides L.**

Observ. variet. β. foliis indivisis denticulatis, est: U. asperum DC. (Tragop. asperum L.; Arnopogon asper W.) occurritque intermixte cum priori.

Anthodio molliter pubescente; rostro achenii a basi ad apicem sensim attenuato. — Radix fibrosa perennis; caulis spithamaeus

erectus superne ramosus aut simplex; folia runcinato-dentata; phylla (squamae) anthodii nigro-marginata; flores speciosi sulfurei; pappus rufescens. ♃. In locis apricis saxosis litt. cr. veluti circa Bukari et Kraljevica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 748 in agris locisque saxosis totius Dalmatiae tam littoralis quam insularis. Rchb. fl. g. 1849. (Tragop. Dalechampii L.; Arnop. Dalechampii W.) Mj.-Il. . . . . . **U. Dalechampii Desf.**

Trib. XXIV. **Lactuceae Less.** *Receptaculum nudum vel paleis capillaribus obsitum; achenia pappo capillari simplici coronata.*

Gen. 551. Taraxacum Hall. Maslačak, Mliekača. Jergot.

Anthodium imbricatum subcalyculatum; flores multiseriales; achenia oblonga subcompressa superne squamoso-muricata abrupteque in rostrum filiforme nudum, apice annullo pappigero coronatum contracta; pappus pilosus; receptaculum nudum. — Scapus fistulosus monocephalus; flores omnium flavi. Vis. fl. dalm. II. p. 110, g. 246; Koch syn pl. p. 491; Rchb. fl. g. p. 270, g. 345.

1 Acheniis lineari-obovatis, apice squamoso-muricatis striatisque . 2
Acheniis oblongo-linearibus utrinque attenuatis striatis apiceque minute muricatis. — Radix fusiformis lacte amaro turgida; folia villo brevi tecta, basi pilosa, pleraque in lacinias obtusas dentatas divisa aut runcinata, vernalia integra, supra glauca, subtus scabrosa; striae acheniorum exteriorum a basi rugulosae, interiorum laeves; parte rostri decolorata breviore, quam achenium cum colorata rostri parte. ♃. In pratis siccis collibusque apricis arenosis circa Zagrabiam et Jaskam (Klinggræff) a nobis autem in locis designatis necdum visum, hinc dubium. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 1800. (Leont. serotinus WK.) Il.-Sept. . . . . **T. serotinum Poir.**

2 Parte rostri decolorata longitudinem achenii cum colorata rostri parte non attingente. — Radix inferne ramosa; folia oblongo-linearia aut linearia in petiolum attenuata, integerrima aut remote denticulata, rarius sinuato-runcinata. ♃. In locis humidis maritimis litt. cr. ad Novi, Segniam et Karlobago; in locis humidis salsis ad acidulas Jamnicensis, nec non in pratis uliginosis ad St. Helenam et Božakovinam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 749 var. ɔ. cum sequenti cujus varietatem esse dicit. Rchb. fl. g. 1794. (T. palustre DC.; Apargia salina Fl. Wett.; Leont.

lividus WK.; L. palustris Sm.; L. salinus Pohl.; L. tenuifolius Hopp.) Apr.-Mj. . . . . **T. tenuifolium Koch.**

Parte rostri decolorata achenium cum colorata parte rostri superante. — Radix fusiformis simplex aut ramosa; scapus teres fistulosus glaber; folia oblonga indivisa runcinataque laciniis latis acutis; squamae anthodii interiores primo erectae, dein reflexae scapoque adpressae, omnes lineares, inferiores jam sub ipsa anthesi deflexae. ♃. In pratis, pascuis locisque herbidis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 749. — Rchb. fl. g. 1799. (Leont. Taraxacum L.) „Žuko zelje ili Žuki dimac." Apr.-Nov. . . . . . . **T. officinale Wigg.**

Observ. Occurrit sub plurimis formis et varietatibus et quidem

Variet. β. anthodii foliolis omnibus linearibus vel exterioribus lanceolatis, his horizontaliter patentibus; foliis glaucescentibus, est: T. glaucescens Rchb. 1747.; Leont. glaucescens M. B.) et si foliola anthodii interiora ante apicem callo vel cornu brevi instructa sunt, tunc oritur: T. corniculatum (Leont.) Kit.

Variet. γ. foliis runcinato-pinnatifidis laciniis triangularibus lacerisve; scapo tenui subarcuato; squamis anthodii exterioribus ovatis patulis, est: T. laevigatum DC. Rchb. fl. g. 1796. (Leont. laevigatus W.; L. cichoreaceus Schl.) occurritque in collibus herbidis arenosis circa Zagrabiam et alibi. Syll. fl. cr.

Variet. δ. foliis runcinato-laceris; squamis anthodii exterioribus ovato-lanceolatis viridibus patulis; scapo in medio subinflato; acheniis testaceis superne breve sparsimque muricatis ligulisque subtus bruneo-vittatis, est: T. Scorzonera Rchb. fl. g. 1795 occurritque in pratis humidis circa St. Helenam et alibi. — Syll. fl. cr.

Gen. 552. **Chondrilla Tourn. Radić.**

Anthodium suboctophyllum basi foliolis brevibus calyculatum; flores 7—12 biseriales flavi; achenia angulata sursumque ad angulos muriculata, rostri filiformis basi squamulis cincta, apice annullo pappigero coronato, pappo longe stipitato piloso; receptaculum nudum. Vis. fl. dalm. II. p. 111, g. 267; Koch syn. pl. p. 493; Rchb. fl. g. p. 271, g. 346.

Foliis radicalibus runcinatis, caulinis superioribus lanceolato-linearibus linearibusque; florum capitulis laxe spicatis. — Radix fusiformis; caulis basi setoso-hispidus, erectus teres, glaucescens superne in ramos numerosos virgaeformes divisus; folia radi-

lia longe petiolata tenuia acuta, caulina subsequa similia sensimque minus divisa, tandem integra sessilia; florum capitula brevissime pedunculata aut plane sessilia, cylindrica striata squamis sublinearibus acutis baseos accessoriis brevissimis; flores flavi; ligulae subtus striis tribus pallidioribus signatæ. ♂. In agris, locis glareosis collibusque apricis, totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 750 in saxosis sterilibus et ad agrorum margines totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1801. Il.-Ag.

Ch. juncea L.

Gen. 553. **Praenanthes Vaill. Gorčika.**

Anthodium suboctophyllum; basi foliolis brevibus imbricatum; flosculi 5 uniseriales purpurei; achenia compressa prismatica laevia erostrata annullo pappigero coronata; pappus pilosus; recaptaculum nudum. — Vis. fl. dalm. II. p. 112, g. 268; Koch syn. pl. p. 494; Rchb. fl. g. p. 272, g. 347.

Foliis glabris basi cordata amplexicaulibus, subtus glaucis, in petiolum anguste alatum indivisum contractis, superioribus late lanceolatis sessilibus. — Radix lignescens; caulis, erectus, teres, 1—2-pedalis; folia alterna oblonga glauca, acuta, glabra, suprema integerrima; florum capitula paniculata; anthodia cylindrica striata squamis acutis, baseos accessoriis brevissimis. ♃. In sylvis montium Kalnik, Ivanšćica, in illis ad Zagrabiam, Samobor, Klek et alibi, praesertim in illis tractus Velebit. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montis Papuk, in illis ad Kamengrad, Vučin, Jankovec, Velika et Straženan. (Kan.) Vis. fl. dalm. 751 in sylvis montium Velebit et Biokovo. Rchb. fl. g. 1806. Il.-Ag.

P. purpurea L.

Observ. variet. β. foliis inferioribus in petiolum late alatum indivisum contractis, superioribus late linearibus elongatis sessilibus, est: P. tenuifolia L. Rchb. fl. g. 1805 occurritque cum priori in Dalmatia. Vis. fl. dalm. 751 β. et

Variet. γ. foliis inferioribus hastato-deltoideis in petiolum pinnatilobum contractis attenuatisve, supremis ellipticis, basi breviter attenuatis, integris, est: P. Schlosseri Heuffel in litt. 1852 occurritque in sylvis ad pedem alpis Sveto-brdo et in illis ad Halan et Podprag. Folia magna, basi pinnatiloba lobo terminali maximo, hastato-deltoideo, angulato-dentato, superiora

late ovalia, nec unquam lanceolata, omnia vix basi amplexicaulia, nec cordata. Vis. fl. dalm. 751 γ. in sylvis in Paklenica ad pedem montis Velebit.

Gen. 554. **Mycelis H. Cassin. Šalatika.**

Anthodium simplex basi squamis minimis calyculatum demum contortum; flosculi quini flavi uniseriales; receptaculum nudum; achenia rhombeo-compressa, utrinque 5-costata-glabra, rostro brevissimo annulloque persistente, nec non pappo stipitato piloso coronata. Rchb. fl. g. p. 272, g. 348. Vis. et Koch. spec. Lactucae Tourn.

Foliis lyrato-pinnatifidis angulatis, lobo terminali 5-angulari; florum capitulis paniculatis. — Laevis lactescens 1—2-pedalis et ultra; radix lignescens fibris aucta; caulis erectus, teres, fistulosus; folia radicalia petiolata, caulina amplexicaulia; rami paniculae divaricati; bracteae parvae, ovatae, acutae; anthodium laeve non raro purpurascens. ⨀. In ruderatis, incultis sylvisque umbrosis totius Croatiæ et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 756 in umbrosis rupestribus montium Velebit, Promina, Biokovo, Snieżnica et Sella. (Praen. muralis L.; Chon. muralis Lam.; Mycelis angulosa Cass.; Cicerbita muralis Wallr.) In.-Ag.

M. muralis Rchb.

Gen. 555. **Phoenixopus H. Cassin. Kostriš.**

Anthodium subimbricatum fusiforme; flosculi quini uniseriales flavi; receptaculum nudum; achenia compressa in rostrum concolor sensim attenuata, apice annullo pappigero marginata; pappus pilosus. Vis. fl. dalm. II p. 114, g. 270; Rchb. fl. g. p. 272, g. 349.

Foliis adnato-decurrentibus, inferioribus oblongo-ovalibus runcinato-pinnatipartitis, superioribus bracteisque lanceolato-linearibus indivisis. — Glaber, laevis; radix gracilis fusiformis; caulis erectus nitidus, albidus in ramos virgatos divisus; folia pallide virentia, radicalia et caulina inferiora subtus pilis raris adspersa; anthodia cylindrica glauca coloreque purpureo haud raro suffusa squamis lanceolatis acuminatis baseos brevissimis accessoriis imbricatum; achenia utrinque tenuissime 5—7-costata glabra, annullo persistente, pappo deciduo coronata. ♂. In collibus arenosis circa Sv. Ivan (Klingg.); in sterilibus apricis litt. cr. circa Bukari et Seguiam. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus dumetosis, ad margines vinearum et in dumetis circa Essek, Čepin,

Nuštar, Vukovar, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 758 in sterilibus arenosis, incultis circa Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1808. (Praen. viminea Lam.; Lact. viminea L.; Phoen. decurrens Cass.; Ph. ramosissimus Rchb.; Phoenopus vimineus DC.) Il.-Ag.

Ph. vimineus Rchb.

Gen. 556. **Lactuca Tourn. Loćika.**

Anthodium calyculato-imbricatum receptaculo nudo, flosculis 2—3-serialibus; achenia rhomboidea compressa, rostri abrupte filiformis discoloris apice annullo pappigero marginato, pappoque piloso stipitato. Vis. fl. dalm. II. p. 112, g. 269; Koch syn. pl. p. 494; Rchb. fl. g. p. 272, g. 350.

1 Floribus flavis; acheniis striatis, striis elevatis utrinque pluribus 2

Floribus caeruleis, acheniis utrinque in medio disci nonnisi linea elevata unica signatis, margine tumidulo. — Glabra laevis pedalis et ultra; caulis superne ramosus; folia pinnatipartita aut lyrato-pinnatifida; rami florigeri laxe corymbosi, bracteae cordato-lanceolatae; squamae anthodii ex glauco-virentes erectae, obtusae, concavae; achenia glabra rostrumque suum aequantia, rostro persistente, sed annullo cum pappo deciduo. ♃. In locis lapidosis rupiumque fissuris Croatiae australis, veluti in Farkašić et Vilena-draga, in Bielopolje, Vrebačka-staza et alibi in provincia Likana. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 752 in rupium fissuris locisque saxosis montium Velebit, Promina, Dinara et Biokovo. Rchb. fl. g. 1817. Mj.-Il. . . . . **L. perennis L.**

2 Rostro achenio dimidio breviore atro; foliis subtus laevibus; florum panicula corymbosa 3

Rostro albo achenium aequante aut plane superante; foliis carina potissimum aculeatis, rarissime laevibus 4

3 Foliis radicalibus in petiolum attenuatis sinuato-dentatis, caulinis sagittatis denticulatis, integris, inferioribus oblongis basi angustatis, superioribus ovato-lanceolatis acuminatis. — Pedalis et ultra virgata; radix napiformis; caulis erectus, saepe altissimus teres glaber et nonnisi superne ramosus; folia glabra, laevia, tenuia obsoleteque denticulata, summa minima; anthodia oblonga maculisque purpureis non raro variegata squamis sub apice denticulo instructis, exterioribus ovatis, interioribus oblongis lanceolatisque. ♂. In saxosis provinciae Likanae totiusque Croatiae australis; in lapidosis ad moenia arcis vetustae Samobor, sed

hic admodum rara. Syll. fl. cr. In sylvis et dumetis Slavoniæ, praesertim circa Essek ad lacum Palača et circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 1810. Il.-Ag. . . . . **L. sagittata WK.**

Foliis radicalibus infimisque caulinis runcinato-lyratis, dentatis, superioribus runcinato-pinnatifidis basi sagittatis. — Radix napiformis carnosa; caulis altissimus, saepe homine altior, erectus; teres, medulla farctus; folia glabra, radicalia petiolata obtusa, caulina successive minora, summa integra hastata; florum capitula in paniculas digesta, rami paniculae squamis (bracteis) paucis tecti. ♂. In montosis asperis Croatiae australis haud rara; in rupibus ad Okić-grad. Syll. fl. cr. In sylvis Slavoniae circa Kravica, ad lacum Palača, et praesertim in illis comitatus Syrmiensis. (Kan.) Rchb. fl. g. 1816. (L. quercina Koch.; L. stricta WK.; Cicerbita corymbosa Wallr.) Il.-Ag. **L. pinnatifida Bisch.**

4 Foliis oblongis ovalibusve denticulatis basique sagittatis . . . 5

Foliis linearibus integerrimis, acuminatis, infimis runcinato-pinnatifidis; ramis virgatis racemoso-spicatis. — Pedalis et ultra virgata; radix teres ramosa; caulis erectus, ramosus, glaber; folia alterna sessilia glabra, summa parva, erecta, ramea minima; anthodii ex glauco virentis squamæ erectae oblongae obtusae et concavae; achenia utrinque tenuissima 7-costata, apice hirtella, rostro achenium duplo excedente cum annullo pappoque persistente. ♂. In incultis, ad margines viarum, et in vineis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 753 in ruderatis locisque saxosis sterilibus circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa. Il.-Ag. . . . . **L. saligna L.**

Observ. Folia inferiora variant plus minusve pinnatifida, interdum tantum sinuata vel plane integerrima.

5 Florum paniculis pyramidatis vel ramis patentibus; foliis ovali-oblongis carina aculeatis . . . , ... 6

Florum paniculis dilatatis, fastigiatis; foliis basi cordato-sagittatis amplexicaulibus, denticulatis integris, vel runcinato-pinnatifidis. — Radix fusiformis fibrisque aucta; caulis erectus, ramosus, saepe altissimus; rami paniculae bracteis cordato-acuminatis tectae; achenia utrinque 7—9-costata, apice pilosiuscula; rostrum achenio sublongius basi fragile annullo pappoque persistente coronatum. ○. Colitur ubique in hortis et ex his auffuga hinc inde in ruderatis et ad sepes quasi spontanea. In.-Ag. **L. sativa L.**

6 Paniculis pyramidatis ramis racemosis, subdichotomis; foliis verticalibus 7

Paniculis patentibus; foliis horizontalibus. — Radix fusiformis fibris validis aucta: caulis erectus altissimus teres, basi aculeis consitus, superne ramosus; folia glaucescentia glabra dentata dentibus aculeiformibus, subtus ad venas et costas aculeata, inferiora lata obtusa integra aut sinuata in petiolum angustata, superiora acuminata sessilia amplexicaulia, floralia minima, integra inermia; anthodia oblonga, inferne ventricosa squamis exterioribus brevibus ovato-lanceolatis, interioribus oblongis; achenia apice glabra. ♂. In saxosis montium Zagrabiensium et Samoborensium; in aggeribus et ad sepes cum sequenti. Syll. fl. cr. In Slavonia in aggeribus circa Essek, sed rarissima. (Kan.) Rchb. fl. g. 1812. Il.-Ag. . . . . **L. virosa L.**

7 Foliis ovali-oblongis basi sagittatis, runcinato-pinnatifidis, denticulato-spinulosis. — Radix fusiformis; caulis erectus, altissimus teres et tantum ima basi aculeis exasperatus; folia pallide viridia utrinque glabra, sed ad oras denticulis aculeiformibus exasperata, dorsoque tantum ad costam aculeata, radicalia petiolata, caulina sessilia, amplexicaulia; summa parva, integra, erecta; anthodia oblonga glabra, squamae infimae parvae subovatae, reliquæ oblongæ lanceolatae; achenia ad apicem setuloso-puberula, annullo persistente, pappo deciduo coronata. ♂. In locis asperis, in collibus, ad sepes et vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 754 in vineis et olivetis circa Zara, Salona, Clissa et Ragusa, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1811. (L. sylvestris Lam.) Il.-Ag. **L. Scariola L.**

Foliis oblongo-lanceolatis basi sagittatis, indivisis aut laevissime sinuatis denticulato-spinulosis. — Radix fusiformis gracilis; caulis erectus 1—2-pedalis, rarius ultra; achenia apice hirtella, annulo pappoque persistente coronata. — Praecedenti persimilis; differt tamen foliis oblongis angustioribus indivisis, et nec unquam pinnatifido-runcinatis, rostro basi fragili, annullo quoque et pappo persistente. ♂. Vis. fl. dalm. 755 in saxosis et agrestibus insulae Lesina. Rchb. fl. g. 1813. In.-Ag. . . . **L. angustana All.**

Gen. 556. **Sonchus L. Krljica, Kostriš, Svinjak.**

Anthodium imbricatum; flores multiseriales lutei; achenia compressa apice truncata vel paullo attenuata rostro evidenti distituta; pappus pilosus mollis persistens multiserialis flexilis, basi coronula destitutus; receptaculum nudum. — Vis. fl. dalm. II. pag. 125, g. 276; Koch syn. pl. pag. 497; Rchb. fl. g. pag. 273, g. 361.

1 Anthodiis basi glabris vel glanduloso-pilosis; caule simpliciusculo oligocephalo aut ramoso apiceque umbellato-corymboso . . . 2

Anthodiis basi niveo-floccosis; caule superne ramoso-corymboso. — Pedalis aut sesquipedalis; radix fusiformis; caulis erectus aut e basi decumbente adscendens, glaber; folia petiolata pinnatipartita laciniis ovatis, oblongis linearibusve, petioli caulinorum et intermediorum basi dilatati sagittati auriculis acuminatis, summa integra sessilia, sed basi pariter sagittata; anthodia praeter lanam floccosam aut setas glanduliferas aquose luteolas ad ipsam basin, secus glabra; achenia multistriata striis transverse rugulosis. ☉. In asperis maritimis ad Bukari; in ruderatis in Martinšćica prope Flumen, lectum ibidem anno 1864. Rchb. fl. g. 1822. In.-Il. . . . . **S. tenerrimus L.**

2 Anthodiis exacte glabris, foliis caulinis basi cordatis; caule plus minusve ramoso, ramis umbellato-corymbosis 3

Anthodiis pedunculisque glanduloso-pilosis; caule stricto simplici apiceque oligocephalo aut simpliciter corymboso 5

3 Foliis oblongo-obovatis, caulinis auriculato-amplexicaulibus; pedunculis umbellato-corymbosis; radice annua 4

Foliis elongato-lanceolatis integris aut remote runcinato-dentatis, caulinis cordato-auriculatis; capitulis paucis subcorymbosis radice repente, perenni. — Caulis simplex gracilis, pedalis aut ultra; folia praesertim retrorsum acute dentata; anthodia cum pedunculis glaberrima squamis extimis lato-ovatis acuminatis acumine ipso obtuso; achenia spadicea obovato-oblonga, stricta striis transversim rugulosis. ♃. In humidis salsis maritimis circa Flumen, Bukari, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 788 in iisdem locis circa Zara, Narenta et Ombla. Rchb. fl. g. 1828. Il.-Ag. . . . . **S. maritimus L.**

Observ. var. β. florum capitulis subracemosis; foliis radicalibus lanceolatis eroso-runcinatis, caulinis spinulosis, est: S. uliginosus M. B. occurritque in uliginosis salsisque maritimis Dalmatiae teste Eble. Maly enum. pl. aust. g. 327, n. 6.

4 Foliis opacis, subtus glaucescentibus, radicalibus imisque caulinis subulato-dentatis, runcinato-lyratis indivisisque; acheniis obovato-oblongis, margine apteris, disco trinerviis, nervis sulco longitudinali diremptis, interstitiis transverse rugosis muricatisve. — Radix filiformis; caulis teres glaber fragilis; auriculae foliorum caulinorum acuminatae; achenia sulcata. ⨀. In cultis incultisque, ad sepes et in ruderatis totius Croatiae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 786 in iisdem locis frequentissimus. Rchb. fl. g. 1823. (S. ciliatus Lam.; S. laevis Vill.; Hier. oleraceum Scop.) Mj.-Nov. . . . . **S. oleraceus L.**

Foliis ovali-oblongis utrinque lucidis, radicalibus imisque caulinis spinuloso-dentatis indivisis runcinatisve; acheniis ellipticis margine alatis, disco trinerviis, interstitiis laevibus. — Radix fusiformis fibris aucta; caulis rigidus; folia crassa, auriculae caulinorum rotundatae. — Praecedenti persimilis et nonnisi acheniis diversus. ○. Cum praecedente in iisdem locis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Essek, Koška, Čerević et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 787 in iisdem locis ac praecedens et ubique frequens. Rchb. fl. g. 1824. (S. fallax Wallr.; S. spinosus Lam.; S. rigidus Fl. dan.) Mj.-Nov. . **S. asper Vill.**

Observ. var. β. foliis pinnatifidis laciniis lanceolatis subincisis dentatisque, est: S. lacerus W. occurritque cum prioribus hinc inde. —

5 Anthodiis pedunculisque luteo-glanduloso-pilosis; radice repente; foliis caulinis basi cordatis. — Radix valde repens carnosa, lactescens, ramosa, per intervalla incrassata; caulis erectus teres superne pilis viscidis inspersus; folia cordata ad oras denticulis acutis exasperata, inferiora pleraque runcinata, summa indivisa; corollae aureae ligulis non raro rubellis, tubo piloso. ♃. In agris inter segetes solo argillaceo et calcareo totius Croatiae. Syll. fl. cr. In planitiebus Slavoniae haud rarus, praesertim in comitatu Syrmiensi et Viroviticensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 1827. (Hier. arvense Scop.) In.-Ag. . . . . **S. arvensis L.**

Anthodiis pedunculisque nigro-glanduloso-hispidis; radice ramosa, stolonibus nullis; foliis caulinis basi sagittatis. — Radix carnosa in ramos plurimos soluta; caulis erectus altissimus angulatus; folia runcinato-pinnatifida laciniis omnibus lanceolatis acuminatis, summa integra angustissima serrata; corolla flava; achenia pallida testacea prismatico-tetragona, tenuissime reticulata. ♂,

rarius ♃. Ad rivulos et scaturigines in montanis circa Čerević et in uliginosis circa Semlin in Slavonia. (Kan.) Rchb. fl. g. 1826. Il.-Ag. . . . . **S. palustris L.**

Observ. variet. β. pedunculis glabris elongatis corymbosis, anthodiis subcylindricis setosis, acheniisque laevibus, est: S. parviflorus Rchb. fl. g. 1825 occurritque in fossis ad vias circa Zagrabiam, praesertim inter Maximir et Sesvete.

Gen. 558. Mulgedium Cass. Mlieč.

Anthodium calyculato-imbricatum squamis exterioribus dimidio triplove brevioribus; flores multiseriales caerulei; achenia compressa apice angustiora vel apicem versus attenuata; pappus pilosus fragilis, basi coronula ex setulis brevibus confecta cinctus; receptaculum nudum. (Acheniis exacte erostratis a genere praecedenti diversum.) — Koch syn. pl. pag. 498; Rchb. fl. g. p. 273, sp. 1820 et 1821 gen. Sonchus Vaill.

Florum capitulis in racemum simplicem vel compositum glanduloso-pilosum collectis; foliis lyratis dentatis lobo terminali maximo hastato-triangulari longe acuminato, caulinis petiolo alato basi cordato amplexicaulibus. — Radix subrepens, crassa; caules erecti, altissimi, teretes sulcati, superne pilis longis viscidis inspersi, reliqua parte glabri; flores racemosi, pedicelli basi bractea lineari suffulti; anthodia cum pedunculis glanduloso-pilosa; antherae rubrae; achenia oblongo-linearia multistriata apice paullum attenuata. ♃. In sylvis umbrosis subalpinis alpinisque tractus montium Velebit, veluti in montibus Klek et Kapela, nec non in alpe Plieśivica ibique 1856 lectum, sed in syll. cr. erroneae omissum. Rchb. fl. g. 1820. (Son. alpinus L.; S. montanus Lam.; S. caeruleus Sm.; S. canadensis Wilh.; Arctium alpinum Mnch.; Cicerbita alpina Wallr.; Hier. caeruleum Scop.) Il.-Ag. . . . . **M. alpinum Less.**

Florum capitulis corymbosis, pedunculis anthodiisque glaberrimis; foliis runcinato-pinnatifidis dentatis, caulinis basi profunde dentata amplexicaulibus. — Radix fibrosa; caulis altissimus erectus; folia subtus glauca, caulina superiora lanceolata acuminata integra; florum corymbi subpaniculati fastigiati aphylli; achenia elliptica, a medio ad apicem attenuata utrinque 5-striata. — Praecedenti persimile, sed robustius, 3—4-pedale, flores pallidio-

res dupploque majores. ♃. In litt. cr. teste clar. Noë. — Maly enum. pl. aust. p. 146, g. 328, n. 2. Rchb. fl. g. 1821. (San. Plumieri L.) Il.-Ag. . . . . **M. Plumieri DC.**

Gen. 559. **Picridium Desf. Krasena.**

Anthodium imbricatum; flores multiseriales flavi; achenia conformia tetra-pentagona, angulis profunde crenatis sulco divisis, erostria, pappoque multiseriali niveo, setis basi annullo junctis cumque ipso deciduis coronata; receptaculum nudum. — Vis. fl. dalm. II. p. 126, g. 277; Koch syn. pl. p. 499; Rchb. fl. g. p. 274, g. 352.

Foliis inferioribus obovatis dentatis pinnatifidisve; caulinis oblongis basi amplexicaulibus, supremis lineari-lanceolatis subintegerrimis; pedunculis elongatis squamosis apice incrassatis; squamis anthodii erectis. — Gracile palmare aut dodrantale; radix fibrosa; caulis adscendens erectusve; folia elongata; squamae pedunculi cordatae, illae anthodii margine glabrae. ☉, In locis cultis, ad vias et vineas in litt. cr. circa Flumen, Bukari, Kraljevica, Cirkvenica, et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 789 in apricis saxosis et herbidis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1830, (Son. picroides All.) Apr.-M. . . . . **P. vulgare Desf.**

Observ. variet. β. caule subsimplici, foliis omnibus subradicalibus sinuatis spinuloso-denticulatis; squamis anthodii margine late membranaceis, albidis, ciliatis apiceque patulis, est: P. albidum DC., occurritque in rupium fissuris montis Orien Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1831.

Gen. 560. **Pterotheca Cass.**

Anthodium calyculatum; fructiferum campanulatum aut cylindricum squamis exterioribus triplo brevioribus, interioribus subcomplicatis achenia marginalia foventibus, receptaculo paleis elongatis filiformibus obsito; achenia marginalia alba suberosa extus convexa, intus crasse tricarinata, disci tenuissime multicostata glabra, serie exteriore ad costas hirto-caneseente, omnibus apice attenuatis rectis; pappo multiseriali molli persistente. — Vis. fl. dalm II. p. 115, g. 271; Koch syn. pl. p. 499; Rchb. fl. g. p. 269, g. 340.

Foliis dentatis aut runcinato-lyratis obtusis mucronatisque; caule aphyllo; capitulis paucis, acheniis marginalibus latere interiori tricarinatis carinis filiformibus alatisve. — Herba tenera annua radice fibrosa; folia omnia radicalia obovata, nunc dentata, nunc runcinato-lyrata, rarius integra pubescentia; scapus dichotomus

1—2-cephalus, rarius pleiocephalus pedicellis anthodiisque apice pilis glanduliferis obsitis; squamis anthodii inferioribus lanceolatis caeteris triplo longioribus lineari-lanceolatis, omnibus margine scariosis puberulis glandulosisve, rarius glabris, longioribus demum carinato-complicatis. ⨀. In locis sterilibus incultis litt. cr. veluti circa Flumen, Bukari, Kraljevica et alibi (Noë) Vis. fl. dalm. 759 in apricis, vineis et satis totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 1786. (Pt. nemausensis Rchb.; Trichocrepis bifida Vis.; Lagoseris bifida Koch; Crepinia Marschaliana Rchb. ic.; Crepis nemausensis Bieb.; Lagoseris nemausensis Host.) Mj.-In. . . . . **Pt. bifida Fisch. et Mey.**

Gen. 561. **Gatyona Cass. Pupavica.**

Anthodium calyculatum fructiferum torulosum, globosum squamis exterioribus incurvo-gibbis conniventibus achenia marginalia foventibus, receptaculo paleis filiformibus sparso; achenia marginalia tricostata costis laevibus crassis, interiore alata, disci costis conformibus tenuissimis tuberculato-scabris, omnibus apice attenuatis incurvis, pappo multiseriali deciduo molli coronatis. — Vis. fl. dalm. II. p. 115, g. 272; Rchb. fl. g p. 254, g. 323.

Foliis glabris denticulatis mucronatis, inferioribus obovatis in petiolum attenuatis dentatis, aut runcinato-lyratis, mediis sessilibus obovatis supremisque, lanceolato-linearibus hastato-amplexicaulibus basi laciniatis; caule apice divaricate-ramoso; anthodiis canescentibus, squamis exterioribus lineari-subulatis. — Erecta, pedalis et ultra; folia tenuia, basi incisa, auriculata; pedunculi elongati, sub apice parum incrassati; anthodia farinoso-tomentosa; flosculorum ligulae flavae vitta subtus aurantiaca signatæ. ⨀. In locis sterilibus et in vineis litt. cr. Maly. enum. pl. aust. p. 146, g. 332. α., n. 2. Vis. fl. dalm. 760 in cultis sterilibusque insulae Zlarin et Lesina. Rchb. fl. g. 1666. (Crepis Dioscoridis L.; Crepis croatica Hornem.; Gat. globulifera Cass.; Endoptera Dioscoridis DC.) In.-Ag. . . . **G. Dioscoridis Rchb.**

Gen. 562. **Zacyntha Tourn.**

Anthodium calyculatum, demum toruloso-angulatum truncatum, squamis exterioribus dimidio brevioribus, interioribus demum crasse gibbosis apice conniventibus acheniaque marginalia arcte includentibus; receptaculum nudum; achenia multicostata, laevia linearia cuneata acutiuscula, pappo uniseriali molli

deciduo coronata, marginalia extus gibba pappo laterali signata. — Vis. fl. dalm. II. p. 116, g. 273; Koch syn. pl. p. 499; Rchb. fl. g. p. 254, g. 331.

Foliis glabris obovatis integris vel dentatis, sinuatis, lyratis vel plane pinnatifidis, basi attenuatis, caulinis sessilibus basi truncatis inferne laciniatis. — Radix fusiformis fibris plurimis aucta; caulis dichotomus glaber aut canescens, erectus, inferne hispidus; folia hispida, inferiora petiolata, caulina sessilia, superiora sagittaeformia; pedunculi pilosi, superne incrassati; corollae flavæ; achenia vix summo apice acutiuscula lineari-obovata maturitate conniventia. ⊙. In agris locisque sterilibus litt. cr. ad Flumen, et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 761 in apricis saxosis cultisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1665. (Lapsana Zacyntha L.) Mj.-In. . . . . **Z. verrucosa Gaertn.**

Gen. 563. **Crepis L. Dimak ili Dimac.**

Anthodium calyculatum vel subimbricatum; achenia conformia teretiuscula vel subcompressa 10—30-striata apice angustiora vel rostro plus minusve elongato praedita; pappus pilosus multiserialis radiis capillaribus; receptaculum nudum. Vis. fl. dalm. II, p. 116, g. 274; Koch syn. pl. p. 500.

1 Floribus flavis, rarissime aureis incarnatisve 2

Floribus roseis aut pallide purpureis. — Glabriuscula erecta vel adscendens; caules ramique monocephali; folia pleraque radicalia runcinato-lyrata aut pinnatifida basi attenuata; caulina lanceolata sessilia basique incisa, suprema linearia integerrima; pedunculi laeves erecti simplices; squamae anthodii exteriores lanceolatae, margine scariosae, glabrae, interiores dorso villosiusculae; costae acheniorum serrulatae, centralium rostra anthodio sublongiora. ⊙. In Croatia et Slavonia nonnisi in hortis culta. Vis. fl. dalm. 765 in herbidis et ad vias agrestes circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Clissa, Macarsca et Ragusa, nec non in insula Ossero. Rchb. fl. g. 1682. (Hostia rubra H. Cass.; Barkhausia rubra Mnch.) In.-Il. . . . . **C. rubra L.**

Observ. variet. β. foliis interrupte pinnatifidis lobis ovatis ovalibusque obtusiusculis, est: C. incarnata Vis. occurritque intermixte cum specie in Dalmatia. (Barkh. incarnata Host.)

2 Scapo aphyllo aut basi 1—2-phyllo 3

Caule folioso et plus minusve ramoso 6

3 Scapo 1—2-cephalo; radice fibrosa fibris fusiformibus aut tuberiferis 4

Scapo apice racemoso, racemo basi composito, pedunculis inferioribus 2—3-cephalis, superioribus monocephalis; radice praemorsa. — Scapus erectus 1—2-pedalis et ultra; folia ovali-oblonga basi attenuata denticulata pubescentia, rarius subintegerrima et glabrescentia; capitula florum superiora praecocia. ♃. In collibus dumetosis montibusque lapidosis solo calcareo circa Kalnik, Lepoglava, Ivanec, in monte Ivanšćica, Sv. Jakob ad Zagrabiam, Ošterc prope Samobor et alibi haud rara in Croatia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1706. (Hieracium praemorsum L.; Geracium praemorsum Rchb.; Intybus praemorsus Fries; Intybella praemorsa Mon.) Mj.-In. . . . . **C. praemorsa Tausch.**

4 Scapo fistuloso monocephalo; foliis oblongo-obovatis aut obovato lanceolatis indivisis aut dentato-runcinatis 5

Scapo farcto erecto 2—3-cephalo bracteato; foliis pinnatifidis aut lyrato-runcinatis laciniis trapezoideis acute sinuato-dentatis. — Scapus pilosus superne in 2—3-ve pedunculos solutus; folia setulis adspersa pinnatifida laciniis inaequalibus; pedunculis basi bractea parva integerrima lineari-subulata, margine membranacea, pilosa fultis; anthodia pilosa aut squamis carinatis, carina hispidis, exterioribus canis; ligulae flosculorum flavae, subtus viride vittatae. ♂. In asperis apricis litt. cr. circa Segniam et Karlobago lecta 1852. In collibus apricis lapidosis circa Spalato et Clissa (Petter herbar. viv.); in cultis et incultis Dalmatiae. Host. (Maly enum. pl. aust. p. 147, g. 332. b., n. 5.) Rchb. fl. g. 1676. (Barkh. canescens Spr.; Barkh. bursifolia Prsl.; Lagoseris bursifolia Lk.) Mj.-In. . . . **C. bursifolia L.**

5 Fibris radicis tuberiferis; scapo exacte aphyllo apice hirto glanduloso. — Scapus palmaris aut dodrantalis ima basi interdum monophyllus; folia oblongo- aut obovato-lanceolata repanda aut dentata glabra; anthodia basi hirta; achenia compressa subtetragona, laevia. ♃. Vis. fl. dalm. 766 in umbrosis graminosis ad Breno prope Ragusa et in insulis Veglia, Cherso, Crappano et Lesina. Rchb. fl. g. 1792. (Leont. bulbosum L.; Hier. bulbosum W.; Hier. stoloniferum Viv.; Praenanthes bulbosa DC.; Aethearhiza bulbosa Cass.; Tarax. bulbosum Rchb.) Mj.-In.

C. bulbosa Cass.

Fibris radicis filiformibus et nec unquam tuberigeris; scapo apice tomentoso vel nigro-hirto. — Scapus basi non raro paucifolius; folia oblongo-obovata in petiolum attenuata dentata aut runcinata glaberrima, supremum lineari-lanceolatum, integrum, sessile; squamae anthodii exteriores laxæ lineares, intimae lanceolatae canescentes aut hirtae; achenia compressa, utrinque 5-striata. — Planta humilis, depressa, omni ex parte glabra; scapi praesertim in sicco nitidi spadiceo-nigricantes; anthodia viridiatra; ligulae subtus olivaceae. ♃. Vis. fl. dalm. 767 in devexitatibus saxosis apricis montium Velebit et Dinara. Rchb. fl. g. 1798. (Hier. alpestre Jacq.; Leont. alpestre Kit.; Tarax. alpestre Rchb.) In.-Ag. . . . . **C. alpestris Tausch.**

Observ. variat foliis obverse lanceolatis, integris, sinuato-dentatis, rarius plane runcinatis, glabris obtusis acutisve; scapo monocephalo aphyllo; anthodio pilis albidis insperso, secus glabro, acheniis apicem versus subulato-attenuatis; pappo sordide albente, fragili et est: C. Kitaibelii Froehl. (Hier. aureum Kit.) occurritque in graminosis subalpinis tractus montium Velebit, veluti in Samar et Badanj.

6 Squamis anthodii dorso pubescentibus, pilosis, tomentosis aut subspinuloso hispidis 7

Squamis anthodii glaberrimis, basilaribus brevissimis ovatis, adpressis. — Radix fusiformis, annua; caulis erectus, glaber apiceque ramosus ramis corymbosis pubescentibus; folia radicalia runcinata, caulina lanceolata, basi cordata truncata, postice dendentata, suprema lineari-acuminata, omnia puberula; florum capitula paniculato-fastigiata aut corymbosa; achenia compressa linearia tenuissime striata, apice parum attenuata glabra, marginalia scabra. ☉. Ad margines viarum et vinearum, in collibus inter virgulta circa Carlostadium, Jaskam, Zagrabiam et alibi non ita rara. In Slavonia in collibus dumetosis circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 772 in ruderatis, ad agrorum margines et ad vineas circa Zara et Sebenica, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1688. (C. lapsanifolia Rchb.; Prenanthes hieracioides W.; Pr. pulchra DC.; Chondr. pulchra Lam.; Phæcasium lapsanoides Cass.) Il.-Ag. . . **C. pulchra L.**

7 Squamis anthodii aut glanduloso-pilosis, aut setuloso-hispidis, setulis-glanduliferis et simplicibus intermixtis 8

Squamis anthodii pubescentibus quidem aut setosis hispidisve, sed exacte eglandulosis 12

8 Acheniis erostribus, turbinatis, truncatis sulcatisque; foliis glabris aut leviter puberulis 9

Acheniis fusiformibus in stipitem attenuatis, hinc evidenter rostratis; foliis lacerato-pinnatifidis hispidisque. — Hirsuta; radix fusiformis multiceps; caulis erectus ramosus ramis apice 1—3-floris pedunculis elondatis incrassatisque; folia inferiora runcinato-dentata aut plane pinnatifida, aut runcinato-lyrata in petiolum attenuata, superiora sagittato-lanceolata sessilia basi lanceolato-dentata, suprema linearia integerrima; squamae anthodii lanceolatae villoso-canescentes glandulosae costis apice serrulatis; capitula ampla ante anthesim nutantia, demum erecta; acheniorum centralium rostra anthodio longiora, marginalium autem illo breviora. ○. In saxosis, locis sterilibus, ad margines viarum et vinearum, nec non ad aggeres viae ferreae in Croatia et Slavonia haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 774 in arvis, incultis locisque sterilibus circa Zara, Sebenico, Trau, Ragusa et Cattaro, nec non in insulis Cherso et Lesina. Rchb. fl. g. 1683. (Barkhausia foetida DC.; Hostia foetida Mnch.) In.-Ag. **C. foetida L.**

Observ. variet. β. diffusa scabra foliis runcinatis laciniisque acuminatis acute dentatis; anthodiis villoso-hispidis, fere eglandulosis, est: C. rhoeadifolia MB. occurritque in collibus montibusque lapidosis incultis circa Ljubeščica, Kalnik, Rieka, Čanjevo et alibi cum specie.

9 Radice perenni; caule foliisque glabris aut puberulis omnibus aut saltem caulinis indivisis, superioribus basi cordata plus minusve amplexicaulibus 10

Radice annua; caule foliisque scabris hirtisve, inferioribus obovato-lanceolatis runcinato-pinnatifidis in petiolum attenuatis, caulinis lanceolatis pinnatifidis, basi sagittatis sessilibus, supremis lineari-acuminatis. — Caulis sulcatus apice ramosus ramis corymbosis, sesquipedalis; pedunculi anthodiaque basi costata setoso-glandulosa, squamis exterioribus linearibus laxis, interioribus duplo longioribus; receptaculum areolatum; achenia oblongo-linearia subincurva teretia utrinque crasse 5-costata et sulcata costis obtusis minutissime glandulosis. ○. Vis. fl. dalm. 770 in saxosis apricis circa Spalato et Ragusa, nec non in monte Pastrovichio. In.-Ag. . . . . **C. adenantha Vis.**

10 Acheniis 20-striatis, exacte erostribus; pappo molli niveo foliis; caulinis semiamplexicaulibus puberulis 11

Acheniis nonnisi 10 striatis, evidenterque rostratis; pappo fragili albido in flavescentem vergente; foliis glabris inferioribus oblongis acutis runcinato-dentatis. basi attenuatis, superioribus ovato-lanceolatis, basi cordata amplexicaulibus, dentatis apiceque integerrimis, longe acuminatis, acutissimis. — Glaberrima; radix fibrosa, caulis erectus 2—3-pedalis et ultra sulcatus fistulosus, apice ramosus, corymbosus; squamae anthodii lanceolatae, attenuato-acuminatae glanduloso-pilosae, exteriores interioribus triplo breviores; achenia 10-striata. ♃. In pratis sylvisque humidis et ad paludes in convallibus circa Sv. Ana et Samobor, nec non circa Lovrečinam et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. — In Slavonia in iisdem locis circa Mitrovac et Velika. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 1713. (Hierac. paludosum L.; Geracium paludosum Rchb.; Aracium paludosum Mon.) Mj.-Ic. . **C. paludosa Mnch.**

11 Foliis mollibus utrinque puberulis integerrimis, rarius subdenticulatis indivisis, radicalibus oblongo-ovatis in petiolum angustatis, caulinis ovatis semiamplexicaulibus. — Radix demum praemorsa; caulis erectus angulatus fistulosus superne in unum alterumve ramum divisus, inferne pilosus, strictus patentique corymbosus; folia facie utraque subrugosa puberula, summa sessilia; anthodium oblongum pilosum, pilis basi nigris, apice glanduliferis, squamis acutis, interioribus duplo longioribus lineari-subulatis. ♃. In graminosis montanis Croatiae australis, veluti in Mala-Kapela et in alpe Pliešivica ad Korenicam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1710. (Hierac. croatium WK.; H. ovatum W.; H. Sternbergii Schrad.; Geracium croaticum Rchb.) In.-Il.

C. croatica Schloss. et Vukot.

Foliis oblongis obsolete dentatis pilisque adpressis puberulis glabrisve, radicalibus basi attenuatis petiolatis obtusis, caulinis amplexicaulibus, infimo basin versus contracto. — Caulis 1—2-pedalis glaber apiceque corymbosus; folia caulina pauca subdecurrentia integerrima, rarius obsolete denticulata; pedunculi ramosi et una cum anthodiis glanduloso-pilosi squamis lanceolatis attenuato-acutis, exterioribus dimidio brevioribus adpressis. ♃. In pratis subalpinis tractus montium Velebit, veluti in Visočica, Badanj, Pliešivica et in ipso monte Kapela et Klek.

Rchb. fl. g. 1709. (Hier. succisaefolium All.; H. integrifolium Hoppe; Geracium succisaefolium Rchb.) Il.-Ag.

C. succisaefolia Tsch.

Observ. variet. β. caule foliisque exacte glabris. est: C. hieracioides WK. occurritque in Croatia australi cum specie.

12 Squamis anthodii hirtis hispidisve plus minusve canescentibus; acheniis omnibus aut saltem centralibus evidenter rostratis . . 13
Squamis anthodii puberulis aut tomentosis et nec unquam setosis aut hispidis 16

13 Anthodio fructifero pappum dimidium aequante canescente hispidoque, squamis accessoriis (calyculis) omnino glabris 14
Anthodio fructifero pappum aequante, squamis accessoriis lanceolatis acutis, his bracteisque margine, interioribus dorso pedunculisque subspinuloso-hispidis, setis rigidis simplicibus. — Radix simplex annua; caulis erectus foliatus ramosus; ramis corymbosis; folia runcinato-lyrata aut runcinato-dentata, superiora sagittata integra vel basi inciso-dentata; pedunculi ante anthesim erecti; rostra acheniorum anthodio breviora, costae apice hispidulae. ⊙. In agris et vineis, ad vias et margines agrorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 763 in agris et vineis circa Ragusa, Sebenico et in valle Zuppa ultra Cattaro. Rchb. fl. g. 1674. (Barkhausia setosa DC.) In.-Ag.

C. setosa Hall. fil.

Observ. Variat foliis nunc dentatis, nunc ad costam usque partitis; caulibus pedunculisque hispidis aut glabris; anthodio hispido aut sparse breviterque setoso; distinguuntur itaque:

Variet. β. caule diffuso, foliis radicalibus obovato-lyratis, angulato-dentatis glabriusculis, caulinis hastato-lanceolatis; anthodiis cernuis, estque: C. cernua Ten. Rchb. fl. g. 1672.

Variet. γ. caule erecto sulcato, 1—2-pedali, rigidulo, corymboso; foliis lyratis, runcinatis sagittatisque, imprimis superioribus, venis margineque, nec non pedunculis anthodiisque hispidis, est: C. hispida WK. Rhb. fl. g. 1675.

14 Caule erecto ramoso corymboso, plus minusve folioso 15
Caule scapiformi bracteato paucifloro 2—3-folio; foliis runcinatis laciniis trapezoideis acute sinuato-dentatis. Vide 4.

15 Squamis anthodii exterioribus basilaribus (calyculis) ovato-lanceolatis attenuatis glabris margineque membranaceis; bracteis linearibus herbaceis anguste membranaceo-marginatis. — Caulis erec-

tus 2—3-pedalis foliatus apiceque corymbosus; folia runcinato-dentata, vel runcinato-pinnatifida, caulina amplexicaulia, basi incisa; pedunculi ante anthesim erecti, demum nutantes; ligulæ marginales subtus stria purpurea notatae. ⊙. In pratis siccis locisque apricis glareosis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. g. 332 b. pag. 147, n. 6. Rchb. fl. g. 1679. (C. tauriensis W.; C. tectorum Vill., non L.; C. cinerea Desf.; C. vesicaria Balb.; C. Lachenalii Gm.; Barkh. praecox Rchb.) Mj.-Il.

C. taraxacifolia Thuill.

Squamis anthodii exterioribus basilaribus ovalibus concavis membranaceis glabrisque; bracteis oblongis obtusis membranaceis stria dorsali angusta herbacea notatis. — Caulis erectus sulcatus hispidus, valde ramosus ramis corymbosis, sed parce foliatus; folia inferiora runcinato-dentata vel runcinato-pinnatifida in petiolum attenuata, superiora sagittato-lanceolata sessilia basi setoso-dentata, suprema integerrima; pedunculi ante anthesim erecti, demum cernui; anthodia canescentia hispidaque squamis interioribus linearibus villosis; rostra acheniorum anthodio breviora, costae serrulatae. ⊙. In herbidis et ad vias in litt. cr., ad Flumen, Bukari, Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 762 in herbidis apricis et ad agrorum margines circa Scardona, Visovac, Verpolje, Spalato, Ragusa et Cattaro, nec non in insulis Ossero et Onie. (Barkh. vesicaria Spr.) Mj.-In. . **C. vesicaria L.**

Variet. β. bracteis late scariosis; squamis calyculi anthodium subaequantibus, est: C. scariosa W. (Barkhausia Rchb. fl. g. 1680.)

16 Foliis oblongo-obovatis integris, aut runcinato-dentatis lyratisve aut runcinato-pinnatifidis vel lacero-pinnatipartitis, sed nec unquam pinnatis 17

Foliis pinnatis, pinnis fasciculato-partitis, laciniis linearibus angustissimis acutis. — Caulis sulcatus canescens apice ramosus ramis divaricatis submonocephalis, paniculatus; folia inferiora obovato-lanceolata in petiolum attenuata, caulina sessilia, omnibus pinnatipartitis pinnatisque, floralia lanceolato-linearia aut linearia, integra; florum capitula subsolitaria; squamae anthodii exteriores laxae lineares virides, intimae lanceolatae cano-tomentosae; achenia linearia compressa, utrinque 5-costata. ♃. In locis apricis rupestribus calcareis in litt. cr. circa Flumen, Karlobago, Sv. Juraj et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 768 in devexitatibus apricis montium Promina, Dinara et Beljak prope Pru-

govo. Rchb. fl. g. 1697. (C. foeniculacea Froehl.; C. Adamis Spr.; Andryala chondrilloides Scop.; Berenia andryaloides Brign.; Hier. foeniculaceum Wulf.) In.-Ag. . . **C. chondrilloides Jacq.**

17 Caule erecto apice corymboso 18

Caule gracili a basi dichotomo-ramoso, ramis corymbosis aut 2—3-cephalis ante anthesim nutantibus. — Radix fusiformis gracilis; caulis erectus basi pubescens, reliqua parte glaber laevisque; folia pubescentia, inferiora obovata in petiolum attenuata, runcinata, lyrata aut dentata, superiora sessilia sagittato-amplexicaulia acuminata, basi dentata; anthodia fructifera pappum caducum subaequantia squamis laeviter canescentibus, basilaribus lanceolatis adpressis bracteisque margine glabris, costisque viridibus; achenia compressa oblonga, apice in rostrum gracile achenio ipso 3 – 4-plove brevius acuminata utrinque 5-costata. ◯. In locis sterilibus, ad vias agrestes circa Carlostadium, Generalski-stol et alibi, praesertim in Croatia australi; in pascuis litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari, Novi et alibi. (Noë.) Vis. fl. dalm. 771 in pascuis et herbidis totius continentis et insularum dalmaticarum. Rchb. fl. g. 1671. (C. nudicaulis Sieb.; C. neglecta L.; C. polymorpha DC.; Barkh. stricta Rchb.; Barkh. Suffreniana DC.) Mj.-Sept . . . . **C. stricta Scop.**

Observ variet. β. caule diffuso; foliis radicalibus obovato-lyratis angulato-dentatis glabriusculis, caulinis hastato-lanceolatis; anthodiis glabriusculis cernuis, est: C. cernua Ten. occurritque cum priori in litt. cr.

18 Anthodiis pedunculisque tomentosis aut plane lanuginosis; radice perenni 19

Anthodiis cano-puberulis glabrisve; radice annua, rarius bienni . 20

19 Acheniis 12-costatis sive striatis; caule simplici nonnisi apice 1—5-cephalo. — Radix praemorsa fibris longis crassis aucta; caulis erectus semipedalis, rarius ultra superne in paucos pedunculos divisus; folia lanceolata glabra petiolata, radicalia exteriora integra caulina runcinata longe acuminata laciniis superiorum linearibus. ♃. In asperis et ad rupes calcareas tractus montium Velebit, veluti in alpe Visočica, Debelo-Brdo et in Sagestan. Il.-Ag. . . . . **C. Jacquini Tsch.**

Acheniis compressis utrinque nonnisi 5-striatis sive costatis; caule rigido divergenti-paniculato polycephalo, — Radix recta ramosa, multiceps; caulis erectus altissimus sulcato-angulatus ramosus,

basi villosus, superne glaber; folia crassa setulis adspersa aut plane villosa, inferiora oblongo-obovata remote runcinato-dentata in petiolum attenuata, superiora sessilia hastato-amplexicaulia acuminata subdentata; florum capitula racemosa divergentia; anthodia cano-lanuginosa squamis exterioribus brevibus apressis apice acuminato sphacelatis, interioribus apice obtusiusculo flavescentibus ciliatis, 5-costata. ♃. In collibus herbidis saxosis Croatiae australis, veluti in Vrebačka-staza, ad rudera arcis vetustæ Belaj et alibi in provincia Likana. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus circa Stražilovo prope Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 769 in agris et pascuis circa Glavač ad pedem montis Dinara et ad Polazza inter Verlika et Knin. Rchb. fl. g. 1798. (Brachyderea rigida Cass.; Cr. latifolia Balb.) In.-Ag. **C. rigida WK.**

20 Squamis anthodii interioribus facie interna subsericeo-pilosis, exterioribus patentibus 21

Squamis anthodii interioribus facie interna glabris, exterioribus adpressis. — Caulis foliatus ramosus corymbosus, folia radicalia lanceolata dentata, vel runcinato-pinnatifida, caulina superiora linearia plana basi sagittata; anthodia ovata omnium minima tomentosa setisque inspersa; achenia lineari-oblonga 10-striata basi apiceque subaequaliter obtusa, non attenuata striis laevibus; receptaculum glabrum. ☉. In agris, pascuis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1690. (C. diffusa DC.; C. pinnatifida W.; C. polymorpha Wallr.) In.-Sept. **C. virens Vill.**

Observ. variet. β. foliis lanceolatis runcinatis sagittatisque; pedunculis anthodiisque hispidis, rarius subglandulosis, interdum autem plane glabris, est: C. agrestis WK. occurritque in arvis et ad agrorum margines in Croatia haud raro, nec minus in comitatu Požegano circa Kutjevo, Velika, Stražeman et alibi frequentissima.

21 Foliis caulinis planis basi auriculato-dentatis; squamis anthodii oblongo-linearibus obtusiusculis. — Caulis erectus 2—3-pedalis sulcatus fistulosus superne glaber, ramosus corymbosusque; folia dentata vel runcinato-pinnatifida, caulina sessilia subamplexicaulia, summa integerrima; squamae anthodii omnes oblongo-lineares cano-pubescentes, exteriores patulae, interiores dorso hispidæ aut glabrae; achenia apice angustiora 13-striata. ☉. In

pratis sylvisque humidiusculis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1695. Mj.-Il. . . . . . . **C. biennis L.**

Observ. var. β. foliis subaequaliter runcinatis apice integris laciniisque deorsum sensim sensimque minoribus, est: C. lodomieriensis Bess. occurritque cum priori in pratis et fruticetis.

Variet. γ. foliis inaequaliter runcinato- aut lacero-pinnatifidis; squamis anthodii albo-tomentosis, est: C. lacera Ten. (C. erucaefolia Tsch.) occurritque in graminosus Croatiae australis.

Foliis caulinis linearibus sessilibus sagittatisque, margine revolutis; squamis anthodii lanceolatis attenuatis. — Caulis corymbosus spithamaeus pedalisve, in pinguibus etiam altior; folia radicalia lanceolata dentata vel runcinato-pinnatifida; pedunculi et squamæ anthodii cano-pubescentes, exteriores lineares patulae, interiores facie interiore adpresse pilosae; achenia 10-striata apice attenuato-contracta subrostrata rostro scabro. ○. In agris inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1689. (C. angustifolia Kit.; C. stricta Schulz.; C. Dioscoridis Pollin.) Mj.-Il. . . . . , . **C. tectorum L.**

Observ. variet. β. foliis radicalibus integris subdentatis, est: C. segetalis Roth.

Gen. 564. **Hieracium L. Runjavica.**

Anthodium imbricatum; achenia conformia teretia 10 striata aut pentagona ad apicem usque aequalis latitudinis, in margine apicis annullo tenui crenulato instructa, penitus erostrata; pappus uniserialis persistens radiis filiformibus fragilibus sordideque albus; receptaculum nudum. Flores omnium flavi, sulfurei aut aurantiaci. Vis. fl. dalm. II. p. 120, g. 275; Koch syn. pl. p. 508; Rchb. fl. g. 260, p. 338.

1 Radiis pappi tenuissimis aequilongis; caudice obliqua aut verticali plerumque praemorsa stolonesque qlerumque foliigeros agente; caule scapiformi, saepe furcato, aphyllo aut oligophyllo, rarissime folioso, foliis integerrimis aut obsolete denticuiatis . . . 2

Radiis pappi inaequalibus subbiserialibus, exterioribus evidenter brevioribus; stolonibus nullis 14

2 Caule scapiformi monocephalo, vel in furcam fisso, dicephalo, vel repetito furcato ramis monocephalis 3

Caule 2- aut pleiocephalo, sed nec unquam furcatim diviso; capitulis corymbosis 6

3 Scapo plerumque monophyllo bicephalo, aut furcatim diviso 3- aut pleiocephalo, rarissime plane aphyllo et monocephalo . . 4

Scapo plane nudo monocephalo; anthodio breviter cylindrico. — Scapus palmaris aut semipedalis; stolones steriles prostrati, florigeri apice adscendentes in pedunculum monocephalum vel furcato 2—3-cephalum elongati; folia oblongo-obovata supra setoso-pilosa, subtus incano-tomentosa; anthodia nigro-glandulosa canescentia squamis uniformibus; acheniorum costae apice in denticulum patentem productae; flosculorum marginalium ligulæ subtus stria purpurea vittatae. ♃. In pascuis siccis, in ericetis et collibus, ad vias et vineas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 773 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1716. Mj.-Sept. . . . . , . . **H. Pilosella L.**

Observ. Variat stolonibus elongatis et plane absque stolonibus; foliis breviter vel longe, albo rufoque setosis; anthodiis cano-pubescentibus aut vilosissimis; distiguuntur itaque:

Variet. β. hirsuta. capitulis amplis, anthodiis pilis simplicibus hirsutis; stolonibus elongatis quidem, sed conspicue crassis foliisque subtus albo-tomentosis, est: H. robustum Koch et

Variet. γ. foliis utrinque, sed subtus densius pube stellata tomentosis, est: H. farinaceum Horn. Utraque varietas haud rara in collibus et agris sterilibus circa Zagrabiam, sed copiosius in Croatia australi.

Variet. δ. capitulis albo-tomentosis nonnisi rudimentis pilorum nigrorum glandulisque flavis sparsim obsitis; foliis subcoriaceis minute denticulatis, apice mucronatis, facie sordide virentibus, dorso setis rigidis basi bulbosis obsitis, est: H. leucocephalum Vukot. Hier. cr. occurritque in locis saxosis apricis herbidis Croatiae australis.

4 Stolonibus elongatis prostratis sterilibus florigerisque; setuloso-pilosis, subtus pube stellata sparsaque canescentibus 5

Stolonibus brevissimis aut plane nullis et nec unquam florigeris; anthodiis fructiferis subglobosis; foliis glabris sparsimque setosis, subtus pube stellata adspersis. — Scapo nudo aut monophyllo furcato ramis elongatis erectis monocephalis; folia interiora lanceolata acuta, exteriora obovata obtusa breviora; anthodii hirsuti nigro-glandulosi squamae coniformes; acheniorum costae in denticulum erectum productae, ligulae florum marginalium stria purpurea vittatae. ♃. Vis. fl. dalm. 775 in agris

et vineis circa Sebenico et Spalato. Rchb. fl. g. 1721. (H. angustifolium Rchb.; H. sphaerocephalum Froel.; H. parviflorum Vill.; H. pusillum Hopp.; H. alpicola Tsch.) In.-Il. **H. furcatum Hoppe.**

5 Ligulis flosculorum marginalium subtus stria purpurea vittatis; anthodio fructifero infra medium depresso-globoso ventricoso; foliis utrinque viridibus. — Radix obliqua crassa demum praemorsa fibrisque copiosis vallidis firmata; scapus subunifolius furcato-dicephalus vel repetito-furcato- tri-pleiocephalus pedunculis elongatis erectis; stolones steriles prostrati, florigeri adscendentes monocephali vel furcato-pleiocephali; folia obovato-lanceolata. ♃. In pascuis montanis collibusque apricis herbidis Croatiae australis, praesertim in provincia Likana et Otočana. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1720. (H. flagellare W.; H. collinum Bess.; H. calycinum Horn.; H. pedunculare Wallr.; H. dubium Tsch.) Mj.-In. . . . . . **H. stoloniflorum WK.**

Ligulis omnibus concoloribus, raro angustissime vittatis; anthodia fructifera ovato-conica; folia glaucescentia. — Scapo submonophyllo furcato, ramis erectis, ramulis monocephalis; folia oblongo-obovata pilosa, subtus pube stellata subcanescentia; anthodia hirsuta nigro-glandulosa squamis uniformibus; costae acheniorum in denticulum vix productae. ♃. In apricis collibusque incultis et ad margines vinearum hinc inde circa Zagrabiam, Crisium, Toplikam, Ludbreg et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 774 in pascuis elatioribus montium Dinara. Rchb. fl. g. 1722. (H. brachiatum Bertol.) Mj.-In. . . . . . **H. bifurcum M. B.**

Observ. Praecedenti persimile, differt tamen capitulis duplo minoribus; ligulis potissimum concoloribus anthodiisque fructiferis conico-ventricosis, et non depresso-ventricosis.

Varietas capitulis dimidio minoribus, foliis autem multo-latioribus, est: H. auriculaefolium Tsch. occurritque ad margines agrorum campi Podravani.

6 Caule apice corymboso-polycephalo, floribus flavis vel luteis capitulisque 20—30 et pluribus aut floribus vel aurantiacis, et hoc in casu capitulis paucis 7

Caule apice 2—5-cephalo nudo vel unifolio, pedunculis corymbosis; flosculis flavis aut sulfureis, nec unquam aurantiacis concoloribus; foliis glaucis lanceolatis glabris sparsimque setoso-pilosis. — Caulis palmaris pedalisve et ultra; stolones prostrati

repentes elongati steriles, rarissime adscendentes florigeri, furcato 2-pleiocephali; folia exteriora obtusa, interiora acuta, integerrima basique ciliata; pedunculi fructiferi adscendentes. ♃. In pratis, pascuis agrorumque versuris totius Croatiae et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1717. (H. dubium Sm.; H. Lactucella Wallr.) Mj.-In. . . . . **H. Auricula L.**

Observ. variet. β. stolonibus nullis foliisque elongato-lanceolatis, margine costaque puberulis pilosisve, est: H. eflagelle Neilr. occurritque in canali prope Brogjance et ad ripas canalis Bosut, nec non circa Semlin. (Kan.)

Variet. γ. stolonibus nullis, foliis anguste linearibus glaberrimis glaucisque; capitulis minimis, est: H. Pavićii Heuffl. occurritque in sylvaticis montanis circa Jankovec et Požegam videturque esse forma hybrida H. Auriculæ L. et H. florentini All. aut H. praealti Vill,

7 Foliis viridibus et nec unquam glaucis, secus pilosis floribusque flavis, aut foliis plane canescentibus, sed hoc in causa floribus aurantiacis capitulisque paucioribus (5—6) 8

Foliis plus minusve glaucescentibus, (nunquam saturate viridibus) glabris vel margine aut plane utrinque setoso-pilosis hirtisve; floribus flavis aut sulfureis 9

8 Floribus aurantiacis concoloribus, rarius disci luteis; caule pilis elongatis consito, superne corymboque atro-glanduloso-piloso pilisque simplicibus hirsuto; corymbo laxo oligocephalo. — Lactescens; radix repens; caulis 1—2-pedalis erectus teres, tuberculis nigris pilisque elongatis exasperatus; folia oblongo- vel obovato-lanceolata aut obovata, hirsuta pilis gracilibus, plus minusve denticulata pubeque stellulata destituta; anthodium pilis nigris plerumque glanduliferis consitum. ♃. In pascuis alpis Svetoberdo et Visočica, nec non in pratis montanis circa Čubar et Delnice. (Klinggræff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1739. In.-Ag. **H. aurantiacum L.**

Floribus flavis; caule foliisque pube stellata adspersis hirtisque setis elongatis; cyma polycephala (20—30-) dense congesta. — Caulis inferne foliosus foliis obovato-lanceolatis aut simpliciter lanceolatis viridibus denseque setosis, exterioribus obtusis, interioribus acutis; pedunculi et anthodia villosa squamis conformibus. ♃. In pascuis montanis saxosis circa Kalnik, Samobor, et alibi in Croatia et Slavonia haud rarum; nec minus ad pedem

alpis Pliešivica et in monte Merzin, imo circa Flumen ad Tersat. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 777 in locis asperis Dalmatiae circa Torette, Dernis, Mirilović et Sinj. Rchb. fl. g. 1740. (H. Sabinum Sebast. et Maur.) Mj.-In. . . . . . . **H. cymosum L.**

9 Caule aphyllo aut basi 3—5-folio 10

Caule multifolio (10—20-folio), foliis sensim decrescentibus lanceolatis subtus stellato-pubescentibus utrinque hispidis setis vallidis elongatisque; corymbo laxo polycephalo fastigiato. — Caulis erectus pedalis et ultra, pube stellata dense canus setisque rigidis caulis diametro longioribus hispidus; folia hirsuta elongato-lanceolata strigosa canescentia; florum capitula majuscula albo-tomentosa pilosaque; stolones nulli vel adscendentes cauliformes et florigeri. ♃. In collibus apricis siccis et in incultis montium Zagrabiensium et in illis ad Samobor, Pliešivica et Sv. Ana pod Turnom; in comitatu Fluminensi circa Merzla-vodica et Lokve. Syll. fl. cr. In arenosis comitatus Syrmiensis. (Kan.) Rchb. fl. g. 1728. In.-Ag. . . . . . . **H. echioides WK.**

Observ. Dignoscitur facillime caule multifolio, foliis sursum sensim decrescentibus capitulisque albo-tomentosis, aetate vero tomentum album fuscescit et ante anthesim caules Echium referunt, unde nomen speciei; variat autem:

β. setis caulis foliorumque patentibus et est: H. setigerum Tsch. (H. Rothianum Wallr.; H. cymosum Spr.) Rchb. fl. g. 1726, et

γ. florum capitulis paucioribus, sed multo majoribus stolonibusque omnibus florigeris; et est: H. cinereum Tsch. Rchb. fl. g. 1727. Utraque varietas occurrit hinc inde cum ipsa specie.

10 Corymbo laxo polycephalo subpaniculato glabro vel sparsim piloso anthodiisque stellato-puberulis; foliis margine vel pagina tota setoso-pilosis 11

Corymbo denso polycephalo hirsuto pilisque glandulosis setosisque insperso; foliis elongato-lanceolatis oblongisve 12

11 Foliis anguste lanceolatis setis vallidis rigidisque inspersis; corymbo subpaniculato glabro vel sparsim piloso anthodiisque leviter stellato-puberulis. — Caulis gracilis nudus vel inferne paucifolius, glaber; folia lanceolato-linearia glauca; flores parvi; pedunculi deflorati divaricato-adscendentes; squamae anthodii conformes. ♃. In pratis glareosis collibusque lapidosis in Croatia haud rarum, praesertim in Korbavia et provincia Likana et in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 776 var. β. in pascuis

siccis, locis arenosis, saxosis collibusque apricis totius Dalmatiæ. Rchb. fl. g. 1731. (H. florentinum W.) In.-Il. **H. piloselloides Vill.**

Observ. variet. β. scapo corymboque hirsuto denseque glanduloso-piloso; foliis anguste lanceolatis; stolonibus reptantibus filiformibus, est: H. filiferum Tsch. Rchb. fl. g. 1732.

Variet. γ. scapo parce hirsuto; foliis anguste spathulato-lanceolatis acutis, denticulatis ciliatisque, est: H. fuscum Vill. Rchb. fl. g. 1733 occurritque in pascuis lapidosis alpis Visočica.

Foliis lanceolatis setis vallidis rigidisque diametro caulis longioribus inspersis; corymbo fastigiato. — Gracile, laete virens; caulis glaber vel sparsim setoso-pilosus pubeque stellata adspersus; pedunculi et anthodia laxius densiusve stellato-cana pilosaque; pedunculi deflorati erecti; stolones plerumque nulli. ♃. In pratis siccis montibus collibusque incultis totius Croatiae et ipsius Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 776 var. α. in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1734. (H. florentinum Spr.) In.-Il. . . . . **H. praealtum Koch.**

Observ. H. Auriculae L. simile differt autem caule altiore (2—3-pedali) 20—50- et plurifloro; foliis longioribus et majoribus occurritque sub plurimis formis et varietatibus, veluti:

Variet. α. est forma genuina stolonibus nullis vel adscendentibus florigerisque, caules laterales aemulantibus; caule glabro; foliis margine subtusque costa media setis ciliatis estque: H. praealtum Vill.

Variet. β. stolonibus filiformibus elongatis ramosis, villoso-setosis, est: H. Bauhini Schult. Rchb. fl. g. 1735 occurritque in pratis locisque herbidis circa Crisium, Zagrabiam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr.

Variet. γ. stolonibus nullis vel adscendentibus florigeris; foliis supra ubique setis rigidis adspersis cauleque glabriusculo, est: H. fallax W. Rchb. fl. g. 1725 occurritque in collibus incultis Croatiae australis.

12 Caule plus minusve hirsuto aut pube densa vestito; foliis oblongo-lanceolatis denticulatis hirtisque 13

Caule gracili, flexuoso, glabro aut ima basi pilis raris brevibusque adsperso; foliis glaucis lanceolatis superne setis diametro caulis brevioribus adspersis. — Caulis pedalis et ultra, laevis; stolones elongati graciles; folia acuta integerrima pilisque raris hispidula, basi setis longioribus ciliata; corymbus densus capi-

tulis parvis, pedunculisque canescentibus et nigro pilosis. ♃. In collibus herbidis incultis solo argillaceo circa Crisium et ibidem in cimeterio judaico, circa Toplikam, Čakovec, Koprivnicam et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1737. (H. densiflorum et H. radiocaule Tsch.) Mj.-In. . . . . **H. glaucescens Bess.**

13 Caule pilis elongatis gracilibus hirsuto superne corymboque nigro-piloso; foliis viridibus subglaucescentibus oblongo-lanceolatis pilisque gracilibus hirsutis, sed pube stellata destitutis. — Caulis erectus 1—2-pedalis basi paucifolius, apice corymbosus capitulis glomeratis anthodiisque nigricantibus; folia denticulata, rarius integerrima, plus minusve lata, interdum plane elliptica. ♃. In collibus pratisque turfosis ad Toplikam, Varasdinum, Žabnik et alibi in campo Podravano. Vis. fl. dalm. 778 in pascuis siccis collinis circa Verpolje di Sebenico. Rchb. fl. g. 1738. H. dubium L.; H. cymosum W.; H. collinum Gochn.; H. Gochnati Mey.) In.-Ag. . . . . **H. pratense Tsch.**

Variet. β. florum capitulis parvis in cymam densam congestis; foliis evidenter denticulatis, radicalibus obovato-lanceolatis in petiolum attenuatis acutis, caulinis (1—2) lanceolatis acuminatis; caule stolonibusque hirsutis pilis elongatis mollibus, ferrugineis, est: H. pratensi-cymosum Jord. occurritque in graminosis rupestribus ad Kalnik.

Caule pube stellata adsperso setisque diametrum caulis aequantibus brevioribusque hirto; foliis oblongo-lanceolatis oblongisve utrinque stellato-puberulis setisque brevibus hirtis. — Caulis strictus 1—2-pedalis basi plurifolius (3—6-phyllus) foliis denticulatis vel plane repando-dentatis, rarius integerrimis exterioribus obtusis, interioribus acutis; corymbus densus canescens hirsutusque, pilis glandulosis setosisve, pedicellis fastigiatis. ♃. In collibus apricis incultis locisque montanis rupestribus Dalmatiae. Maly enum. pl. p. 149, g. 334, n. 14. (H. cymosum Froel.; H. Vaillantii Tsch.) In.-Il. . . . . **H. Nestleri Vill.**

14 Foliis capitum radicalium (caudicum) non florentium perhyemantibus et sub anthesi adhuc vegetis 15

Foliis radicalibus aut nullis aut saltem sub anthesi jam emarcidis. Planta autumno gemmas radicales quidem gerit, vel etiam parvos foliorum fasciculos subsequente anno in caules emergentes, sed folia radicalia et saepissime etiam caulina infima jam ante anthesim emarcescunt et planta florens foliis radicalibus

vegetis caret. (Cavendum itaque est, ne folia caulina ob caulem inferne non satis evolutum in infima caulis parte dense congesta; (veluti in H. boreali et rigido,) pro veris foliis radicalibus habeantur.) 27

15 Foliis tomentoso-villosis vel dense lanato-tomentosis pilisque conspicue plumosis, nempe dentibus pilorum diametro transversali pili triplo quadruplove longioribus 16

Foliis glabris, pilosis, villosis tomentosisve, sed pilis omnino simplicibus apice glanduliferis vel nudis 17

16 Foliis obovatis basin versus attenuatis integerrimis vel postice remote et obsolete denticulatis, radicalibus petiolatis obtusis, subsequis sessilibus decrescentibus acuminatis, caulinis demum ad bracteas squamasque reductis. — Caulis simplex spithamaeus pedalisve monocephalus vel superne ramosus oligocephalus, superne glabratus et nudiusculus, inferne pilis lutescentibus aut plane ferrugineis tectus; folia crassa integra lanato-tomentosa glandulaque apiculata, radicalia et caulina infima obovato-cuneiformia in petiolum contracta, subsequa angustiora, summa linearia integerrima sessilia; squamae anthodii stellato-canescentis glandulosique acuminatæ, exteriores laxiusculae; costae acheniorum apice plica crenata conjuctae. ♃. In locis saxosis rupiumque fissuris alpis Plieśivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 785 in rupium fissuris locisque saxosis apricis montim Velebit, Biokovo, Orien et Sella. Rchb. fl. g. 1762. (H. Lawsonii Vill.; H. tomentosum All.; H. verbascifolium Pers.; H. Tommasinii Host; H. Waldsteinii Tsch.; H. barbatum Lois.; Andryala lanata L.) In.-Ag. . . . . **H. lanatum WK.**

Foliis obovato-lanceolatis basin versus attenuatis infimis in petiolum brevissimum contractis subsequis sessilibus pedetentim decrescentibus remote arguteque dentatis, caulinis superioribus summisque angustissime linearibus acutis. — Radix lignescens fibrisque vallidis elongatis firmata; caulis erectus pedalis et ultra, basi flexuosus, lanatus, demum strictus teres et glabrescens, simplex aut superne in ramulos monocephalos solutus; folia infima opposita, caetera alterna coriacea, crassa apiculato-acuminata, praesertim basi sinuato-dentata, utrinque albo-tomentosa aut cano-lanata ciliata, ad costam mediam et in petiolis evidenter barbata; pedunculi elongati cano-puberuli, florum capitula speciosa; anthodia cano-floccosa ac pilis flavidis sparsim

tecta, squamis lineari-lanceolatis acuminatis margineque anguste membranaceis, infimis laxis brevibusque; flosculi aurei pubescentes ligulis 5-fidis laciniis linearibus. ♃. In rupium fissuris arridisque montium Velebit circa Brušane, Ternovac et Oštarija alibique in saxosis provinciae Likanae. (H. eriophyllum Vukot. non Link.; Hier. croat. pag. 14, n. 23.) Il.-Ag. **H. Schlosseri Rchb.**

17 Pilis pedunculorum et anthodiorum nigris, glanduliferis, (rarius eglandulosis) brevibus et pube canescente intermixtis; caule 1— 2-vel pluricephalo aut plane corymboso 18

Pilis saltem in suprema caulis parte aut nudis eglandulosis, aut non nigris, aut tantum ima basi nigrescentibus 25

18 Foliis evidenter dentatis, margine dorsoque hirtis 19

Foliis integerrimis aut tantum basi paucidentatis; utrinque hirsutis. — Caulis di- pleiocephalus, rarius subcorymbosus; apice caulis, ramis anthodiisque canescentibus hirtisque pilis aterrimis glandulosis; folia glaucescentia, radicalia exteriora ovata, antice sublatiora, apice rotundato-obtusissima, interiori uno alterove oblongo acutiusculo; squamae anthodii exteriores obtusiusculæ, interiores acutae. ♃. In rupestribus ad viam Louisianam ad Zdihovo et Severin et in graminosis apricis saxosisque montis Ošterc ad Samobor 1860 a nobis lectum. (H. murorum rotundatum Koch syn. ed. I. (non Kit.) In.-Il. . . **H lasiophyllum Koch.**

19 Caule palmari, 1—2-pedali aut ultra simplici aut superne ramoso 20

Caule (caudice) brevissimo imaque basi in ramulos 1—2-cephalos soluto. — Subacaule, radice obliqua subrepente fibrisque numerosis firmata; caudex brevissimus in ramulos scapiformes mono-dicephalos divisus, radicem versus albo-pilosus pubeque stellata vestitus, pilis brevibus fuscis glandulosis intermixtis, nec non squamis aliquot hirtis et glanduloso-pilosis instructus; folia radicalia primigena ovalia rotundata postice breviter sinuato-dentata, reliqua ovali-lanceolata lato dentata aut plane runcinata, apice rotundata apiculata, basi ex una parte in petiolum protracta, omnia petiolata petiolis longis subalatis, sparsim pilosa vel subglabra, ciliata, subtus glaucescentia vel purpura suffusa; folia in ramulis lineari-lanceolata, inferiora latiora margineque subsinuata, summa angustissima et integerrima, subacuta; florum capitula majuscula laxa; squamae anthodii lanceolatae, interiores quidquam pallidiores, apice plumoso-ciliatae, exteriores laxae saturatiores, basin versus stellato-floccosae pilisque albis glandu-

liferis conspersae, carina vero glabra et atrovirente. ♃. In locis saxosis herbidis et ad rupes calcareas alpium tractus Velebit, veluti in subalpinis Sveto-brdo et ad Halan. Vukotinović Hieracia croatica pag. 14, sp. VI. Il.-Ag.

H. brachicaule Schloss. et Vukot.

20 Caule scapiformi uni-bifolio, subsimplici mono- aut pleiocephalo, imo non raro corymboso: foliis radicalibus longe petiolatis . . 21

Caule simplici vel ramoso paucifolio, (3—5-phyllo,) foliis ovato-oblongis aut ovali-lanceolatis subtus margineque hirsutis plus minusve canescentibus 24

21 Foliis omnibus aut saltem primigenis radicalibus basi excisa plus minusve cordatis, rarius basi rotundata ovatis; floribus corymbosis pedunculis elongatis 22

Foliis omnibus oblongo-ovalibus ovatisve in petiolum basi quidquam angustatis; floribus racemoso-corymbosis aut subcymosis pedunculis patentibus plerumque fractiflexis, capitulis gracilibus. — Radix obliqua præmorsa fibrisque tenuibus copiosis aucta; caulis scapiformis 1—2-foliatus et ex axilla folii hinc inde ramulum florigerum edens, a basi sursum versus hirsutus pilisve brevibus inspersus, 1—2-pedalis erectus basique ima hirsuto-lanuginosus; folia primigena exacte ovata aut subelliptica integerrima, rarius obsolete sinuato-denticulata, reliqua oblongo-ovalia basi in petiolum quidpiam contracta, apice rotundata, rarius breviter acuminata, facie utraque, sed praeprimis inferiore puberula pilisque brevibus inspersa costa petiolisque elongatis hirsuto-lanuginosis villosisve, caulina decrescentia radicalibus conformia breviterque petiolata, summum subsessile; florum capitula mediocra in corymbos cymasve laxas disposita pedunculis tomentoso-floccosis nigroque subglandulosis aut plane eglandulosis; squamae anthodii fere uniseriales vel ima basi minimis auctae lanceolatae saturate virentes, margine pallescentes, basi nigrescentes pilisque atris brevibus obsessae; achenia costata costis plica conjunctis. ♃. In locis sylvaticis montanis circa Zagrabiam; copiosissimum ad vias sylvaticas montium Zagrabiensium ad Medvedgrad, Sv. Jakob et alibi. — Vukotinović Hier. croat. p. 13. n. 20. (H. transylavanicum Heuffl.) Ap.-Mj., raro serius . . . . **H. leptocephalum Schloss. et Vukot.**

22 Foliis aut nullis, vel saltem caulinis non cordatis 23

Foliis radicalibus caulinisque basi excisa exacte cordato-ovatis petiolatis, primigenis apice rotundatis, reliquis acuminatis. — Caulis spithamaeus pedalisve, rarius ultra, erectus, teres, striatus imaque basi pilosus nudus et glaberrimus apice in unum alterumve ramulum florigerum solutus ramulis pedunculisque puberulis pilisque apice glanduliferis inspersus; radix crassa lignescens, obliqua, apice praemorsa fibrisque copiosissimis firmata; folia radicalia longe, caulinum brevius petiolata, utraque facie glabra aut laevissime puberula costa petiolisque pilis albis elongatis inspersa, obsolete denticulata dentibus minimis, acutis apiculis aut setaeformibus, aut plane integerrimis, caulino minore longeque acuminato; corymbus pauciflorus pedunculis elongatis furcatim divisis, ramulis monocephalis capitulis gracilibus; squamae anthodii lineari-lanceolatae, atrovirentes margine pallidiores pilisque atris glanduliferis consitae. ♃. In saxosis sylvaticis circa Sv. Ana pod Turnom. Vukotinović Hier. croat. p. 11, n. 14, c. In.-Il. . . . . . **H. cordifolium Schloss. et Vukot.**

23 Folia radicalia fere sphaerica intermixto uno alterove oblongo-lanceolato reliquis minore, apice lata rotundata vel retusa obsolete sinuato-denticulata, basi cordata, plana, profundius dentata, vel plane incisa, vel auriculata, utrinque glabra, rarius subtus pilis brevibus inspersa, margine subciliata. — Radix fibrosa fibris ramosis; caulis scapiformis aphyllus vel monophyllus, sparsim albo-pilosus vel glabriusculus, spithamaeus pedalisve, apice laxe corymbosus oligocephalus pedunculis tomentosis pilis glanduliferis flavescentibus; folia radicalia gracilia, tenuia, caulinum oblongo-ovatum subsinuatum acuminatum breviterque petiolatum; florum capitula speciosa, anthodia cano-tomentosa vel albido-pilosa pilis flavo-glandulosis, squamae lanceolatae subvirentes; achenia costata costis apice plicatis. ♃. In rupibus calcareis montium Kalnik et Vratno, nec non in illis ad Samobor. Syll. fl. cr. Mj.-In. . . **H. sphaerophyllum Schloss. et Vukot.**

Foliis radicalibus ovato-subcordatis ovalibusve plus minusve dentatis, dentibus baseos profundioribus retroversis, caulino breviter petiolato vel sessili oblongo, omnibus viridibus subtus margineque hirsutis. — Caulis subsimplex apice corymbiferus subunifolius, apice, pedunculis anthodiisque canescentibus hirtisque pilis aterrimis glanduliferis; squamae anthodii attenuatae, exteriores obtusiusculae, interiores acutae; achenia costata costis

apice plica conjunctis. ♃. In sylvis montanis, in dumetis et nemoribus, ad saxa ad rupes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 782 in montosis sylvaticis supra Verlika. Rchb. fl. g. 1768. In.-Ag. . . . . **H. murorum L.**

Observ. Notantur plurimae varietates et formae et quidem:

Variet. β. caule gracili bifido vel dichotomo, rarius simplici monocephalo; foliis radicalibus ellipticis lanceolatisve basi attenuatis dentatis, dentibus baseos longioribus antrorsum versis patentibusve, est: H. bifidum Kit. occurritque in saxosis montium Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1769. Mj.-In.

Variet. γ. foliis basi inciso-dentatis, dentibus retrorsum versis, caulinis conformibus obtusis obtuseque dentatis, est: H. sylvaticum Gou. (non Rchb. nec Lam.) In.-Il.

Variet. δ. gracile, foliis paucis glaucescentibus subincanis, est: H. canescens Schl. Il.-Ag.

Variet. ε. caule paucifolio foliis fusco maculatis, est: H. pictum Pers.; (H. Castanetorum Schultz. Bip.) occurritque in sylvis montanis quercinis et in castanetis Croatiae. In.-Il.

Variet. ζ. foliis radicalibus subintegerrimis rotundatis, est: H. rotundatum Kit. occurritque in locis sylvaticis subalpinis tractus montium Velebit, nec non in monte Klek. In.-Il.

Variet. η. caule gracili pedali et ultra plerumque aphyllo apice corymboso rarius monocephalo; foliis radicalibus subcordatis aut oblique truncatis, basi grosse dentatis dentibus antrorsum versis villosis pilosisve, est: H. praecox Schulz. Bip. Habitat in sylvis montanis Croatiae. Apr.-Mj.

Variet. κ. caule crasso, rigido, foliis speciosis, cæsio-glaucis, copiosis ad radicem compositis; pauciflorum, capitulis magnis, est: H. cæsium Fries. ad Samober, in monte Oštrc.

24 Caule simpliciusculo, 3—4-folio, apice, pedunculis anthodiisque canescentibus pilosisque pilis simplicibus canis, basi autem atris. — Radix obliqua demum praemorsa fibrisque aucta; caules erecti teretes striati, spithamaei aut pedales, rarius altiores, basi pilis patentibus longiusculis, superne brevissimis ramosisque adspersi, apice tomentosi; folia glauca, demum pallescentia, subtus ad costam et marginem versus pilis adspersa ciliataque, basi profunde sinuato-dentata dentibus mucronatis mucrone nudo pallidiore aut fusco, radicalia petiolata in petiolum decurrentia, obtusa, caulina oblonga acuta, basi angustata remota subsessilia:

*

flores corymbosi; anthodia ovata subtomentosa squamis subulatis subcarinatis, exterioribus brevioribus arcte adpressis, interioribus apice flavescentibus submembranaceis setisque patentibus adspersa; achenia nigra sulcato-angulata. ♃. In saxosis sylvaticis rupibusque calcareis Croatiae australis, praesertim tractus montium Velebit, veluti in monte Klek et Kapela, in alpe Pliešivica, Visočica, Badanj et alibi. Syll. fl. cr. In.-Ag.

H. pallescens WK.

Caule in unum alterumve ramum diviso, corymbifero, a basi folioso, apice, pedunculis anthodiisque pube stellata canescentibus pilisque aterrimis glanduliferis hirtis. — Caulis erectus 1—2-pedalis, pilosus, superne fractiflexus; folia oblongo-lanceolata utrinque angustata dentata dentibus baseos profundioribus antrorsumque versis, radicalia et caulina inferiora petiolata, superiora subsessilia linearia, omnia subtus margineque hirsuta; achenia costata costis apice plica subcrenata conjunctis. ♃. In fruticetis sylvisque montanis circa Kalnik, Rieka, Sudovec, Zagrabiam et Samobor, nec non in Croatia australi in alpe Pliešivica, monte Merzin et alibi in sylvis montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 783 in sylvaticis montium Velebit et Biokovo. Rchb. fl. g. 1771. (H. sylvaticum Lam.; H. Lachenalii Gm.) In.-Il. . . . . . , ... **H. vulgatum Koch.**

25 Caule foliisque nudis glabrisque aut margine ciliatis 26

Caule foliisque lanato-hirsutis. — Radix lignescens; caulis erectus, teres foliosus simplex et monocephalus, vel ramosus et oligocephalus; folia glauca glandula apiculata, radicalia obovato-lanceolata aut simpliciter lanceolata, basi attenuata subintegerrima, caulina ovata acuta semiamplexicaulia, omnia albo-hirsutissima, caules superne pedunculique pube stellata canescentes; anthodia villosissima eglandulosa; squamæ ex ovata basi attenuato-acutissimæ laxae, exteriores patentissimae; achenia vix costata apiceque plica crenata connata. ♃. In locis saxosis montium, veluti ad Kalnik; Markuševec et Vidovec prope Zagrabia; ad Samobor, in monte Klek, Merzin. in subalpinis Samar, Badanj, Debelo-brdo et alibi in rupestribus tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 784 in saxosis altioribus montium Velebit, Dinara et Prolog. Rchb. fl. g. 1761. (H. eriophyllum Schl. et Lk.) In.-Il. . . . . **H. villosum Jacq.**

Observ. Maxime variabile, caule simplici vel ramoso, nudiusculo vel folioso, foliis latioribus vel angustioribus plus minusve basi attenuatis; anthodii squamis angustis conformibus, vel exterioribus ovatis foliaceis, his laxis, vel rarius erectis, villo denique vel totam plantam, vel caulem cum anthodio, vel dorsum foliorum, vel utrasque paginas obducente.

Notantur itaque sequentes varietates:

Variet. β. ex toto albo-villosum; squamis exterioribus latis foliaceis estque: H. valde pilosum Vill., occurritque in apricis cum specie.

Variet. γ. foliis anthodiisque subvillosis, squamis omnibus lanceolato-linearibus; caule canescente flexuoso et est: H. flexuosum WK. occurritque in apricis saxosis Croatiae australis montiumque tractus Velebit ipsa specie frequentius. Syll. fl. cr.

Variet. δ. foliis inferioribus glaberrimis glaucis, reliquis, anthodio, cauleque puberulis villosisve; squamis omnibus linearibus, est: H. glabratum Vis. fl. dalm. 784 var. γ. et occurrit intermixte cum specie in Dalmatia.

Variet. ε. foliis radicalibus oblongo-lanceolatis dentatis, caulinis plurimis ovatis basi subcordato-amplexicaulibus subdentatis anthodiisque pilis fuscescentibus dense obsessis estque: H. pilocephalum Lk. Habitat in saxosis dumetosis tractus montium Velebit, veluti in subalpinis Sveto-berdo et Halan.

26 Caule plerumque basi ramoso laxe corymboso ramis gracilibus patentibus subbicephalis; foliis lineari-lanceolatis linearibusque acutis. — Glabrum, glaucum; radix brevis fibris longis firmata; caulis erectus foliosus furcatimque ramosus; folia utrinque attenuata, ima basi longe ciliata, subintegerrima, superiora sessilia; pedunculi bracteolati et una cum anthodiis pube stellata subcanescentes; achenia costata costis apice plica conjunctis. ♃. In locis lapidosis dumetosis et sylvaticis Croatiae australis, veluti in rupestribus Farkašić- et Vilena-draga, in Vrebačka-staza et alibi in subalpinis tractus montium Velebit. Vis. fl. dalm. 779 in locis sylvaticis subalpinis in Paklenica ad pedem montium Velebit. Rchb. fl. g. 1751. Il.-Ag. . . . **H. porrifolium L.**

Observ. variet. β. foliis 3—6 lineas latis plus minusve lanceotis remote denticulatis, subtus pilis stellatis minutis plus minusve adspersis; est: H. saxatile Jacq. occurritque in rupibus calcareis Dalmatiae, veluti circa Ragusa. (Prof. Petter herb. viv.)

Caule nonnisi inferne folioso di-pleiocephalo glabro; pedunculis divaricatis; foliis glaucis lanceolatis acuminatis basi, attenuatis. — Glaucum, caulis erectus glaber, laxe paniculato-ramosus ramis divaricatis; folia margine denticulata costaque longe pilifera oblongo-lanceolata lanceolataque, superiora sessilia; pedunculi elongati bracteolati et una cum anthodiis subcanescentes, squamæ dense adpressae virides margineque tomento albicante tectae; achenia incurva costata costisque apice plica conjunctis. ♃. In locis petrosis montium Ivanšćica, Okić, Klek, Merzin et alibi in saxosis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 780 in saxosis apricis totius Dalmatiae littoralis et insularis. Rchb. fl. g. 1753. (H. glaucum Vis.; H. stuposum Rchb.; In.-Il. et dein Sept.-Dec. in Dalmatia. . . . . . . **H. glaucum All.**

27 Caule apice paniculato, corymboso, cymoso aut umbellato; pedunculis bractea fulcrante evidenter longioribus 28

Caule e basi, vel saltem a medio racemoso-ramoso ramis axillaribus rigide patentibus racemosis 3—4-floris pedunculisque canis; pedunculis lateralibus ramorum bracteam fulcrantem aequantibus vel illa plane brevioribus. — Radix fasciculata fibrisque crassis aucta. Caulis erectus hirsutus, 1—2-pedalis et ultra, teres striatus, tuberculis rubris exasperatus setisque adspersus, rarius glabrescens; folia ovato-oblonga, remote dentata, inferiora in petiolum attenuata, superiora ovata acuminata sessilia subamplexicaulia; pedunculi alterni erecti axillares subtomentosi, in pedicellos monocephalos divisi et in racemum longum dispositi; anthodia ovato-oblonga, post anthesim oblongo-conica squamis lineari-lanceolatis subglabris; achenia oblonga costata, nigricantia. ♃ In locis incultis dumetosis et ad margines sylvarum circa Crisium, Kalnik, Zagrabiam, Samobor et alibi, in Croatia australi in sylvis ad Korenicam, veluti in monte Merzin, et in valle Farkašić-draga. Syll. fl. cr. In Slavonia ad cataractas prope Jankovec et alibi in sylvaticis montis Papuk. (Kan.) Rchb. fl. g. 1767. Il.-Sept. . . . . **H. racemosum WK.**

Variet. β. capitulis congestis, quidquam minoribus, est: H. congestum Fries. et occurrit ad Zagrabiam in dumetis in Tuškanec.

28 Foliis ovali-lanceolatis, vel simpliciter lanceolatis linearibusve, inferioribus in petiolum brevem augustatis, superioribus subsessilibus 29

Foliis ovatis ovalibusve plerisque basi cordata amplexicaulibus . 31

29 Squamis anthodii exacte adpressis 30

Squamis anthodii squarrosis apiceque recurvis. — Radix multiceps; caulis erectus rigidus policephalus hirsutus aut glaber; superne ramosus ramis ultimis plerumque umbellatis; folia lanceolata, rarius linearia, dentata vel integerrima, radicalia nulla; pedunculi erecti canescentes ad apicem parum incrassati; anthodia atrovirentia subglabra; achenia costata punctisque eminentibus exasperata. ♃. In pratis et pascuis siccis, in ericetis collibusque apricis et locis sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1773. Ag.-Oct. . . . . **H. umbellatum L.**

Observ. Variat inprimis foliis lanceolatis integerrimis, remote denticulatis dentatisve et insuper occurrit:

Variet. β. foliis margine utrinque dentibus 2—3 elongatis estque: H. coronopifolium Bernh.;

Variet. γ. foliis anguste linearibus lineam vix latis, et est: H. angustifolium Koch syn. pl. p. 531.

Variet. δ. caule pumilo monocephalo, vel a basi in ramos soluto ramisque monocephalis; foliis late lanceolatis subovalibusve, est: H. Lactaris Bert. Omnes varietates occurrunt intermixte cum specie. —

30 Squamis anthodii subconcoloribus siccitate nigrescentibus; caule dense folioso foliis pededentim decrescentibus. — Caulis rigidus multifolius hirsutus aut glaber superne ramosus ramis subcorymbosis; folia oblongo-lanceolata, medio acuminato-dentato, radicalia nulla; pedunculi canescentes saepeque subhirsuti bractea fulcrante conspicue longiores et sub capitulo squamis pluribus adpressis in anthodium fructiferum basi ovatum abeuntibus. ♃. In fruticetis, ericetis locisque incultis sylvaticis Croatiae montanae, veluti ëirca Zagrabiam, Stubicam, Klanjec et Krapinam, nec non alibi in sylvis montanis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1774. (H. laevigatum W.; H. Martini Gmel.) Il.-Sept.

H. boreale Fries.

Observ. Variat mirum in modum et quidem non minus ac H. umbellatum L. acceditque iterdum H. sabaudo L. a quo tamen evidenter differt, foliis superioribus non raro ovatis quidem, sed inferioribus semper lanceolatis, pedunculis longioribus sub capitulo evidentius incrassatis.

Notantur in super:

Variet. β. caule humili spithamæo aut semipedali; foliis infra medium caulis dense congestis subverticillatis inaequalibus longe acuminatis, reliqua parte caulis subnuda, aut foliolis minimis fere ad bracteas reductis, estque: H. croaticum Fl. sedin. (non WK.) Habitat in sylvis frondosis et in fruticetis circa Crisium et Zagrabiam. (H. abruptifolium. Vuk. Hier. croat.)

Variet. γ. foliis oblongis argute dentatis subglabris superioribus fere subamplexicaulibus; anthodiis glabris atrovirentibus et est: H. sylvestre Tsch. occurritque hinc inde cum specie.

Squamis anthodii margine pallidis, siccitate immutatis; caule superne ramoso ramis subcorymbosis. — Caulis rigidus basi scaberrimus, secus hirsutus aut glabriusculus; folia ovato-lanceolata, aut lanceolato-linearia vel lineari-lanceolata dentata, inferiora in petiolum brevem attenuata, superiora subsessilia, radicalia nulla, pedunculi anthodiaque canescentia saepeque subhirta. ♃. In locis sylvaticis collibusque lapidosis inter virgulta circa Crisium, Radoboj, Zagrabiam et alibi praesertim in sylvis acerosis montanis Croatiae australis. Rchb. fl. g. 1772. (H. asperum Schl.; H. affine Tsch.; H. tridentatum Fries.; H. ramosum Sut.; H. laevigatum Koch.) In.-Il. . . . . **H. rigidum Hartm.**

Observ. Foliola (squamae) capitulorum juniorum pisi magnitudinem nactorum exteriora erecta capitulum supereminent idque coronula quasi cingunt, qua nota praeter defectum foliorum radicalium a H. vulgato Koch, quocum non raro commutatur, differt; distinguunturque insuper:

Variet. β. pedunculis anthodiisque pilis glanduliferis adspersis foliisque exacte lanceolatis parum dentatis estque: H. lanceolatum Tsch. et occurrit in iisdem locis, ac species.

Observ. Ad hanc speciem refertur qua varietas a nonnullis auctoribus H. croaticum Fl. sedinensis, quod tamen habitu suo propius accedere videtur H. boreale. Fries. ubi etiam sub var. β. descriptum.

31 Foliis ovato-oblongis ovalibusque argute dentatis subserratisve, inferioribus basi attenuatis, superioribus basi subcordata arcte sessilibus, radicalibus nullis. — Scabrum viride, hirsuto-villosum; caulis rigidus 2—4-pedalis strictus foliosus coloratus paniculato-ramosus ramis supremis subcorymbosis; folia hirsuta, non raro subrotundo-ovata; pedunculi canescentes saepeque hirsuti bractea

fulcrante conspicue longiores et sub capitulo squama solitaria binisque instructi; anthodia fructifera lato-ovata truncato-obtusissima. ♃. In collibus locisque incultis, nec non in sylvis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia ad sylvarum oras, in nemoribus sylvisque caesis inter Vučin et Zvečovo, ad Zoljan, Daruvar et Bačindol. (Kan.) Vis. fl. dalm. 781 in fruticetis locisque asperis prope Zara. Rchb. fl. g. 1779. (H. lactucaceum Froel.) Ag.-Oct. . . . . **H. sabaudum L.**

Observ. Simile H. boreali Fr., a quo tamen differt: foliis semper latis; capitulis plerumque duplo latioribus, basi obtusissimis et ad pedunculum fere umbillicatis; pedunculis tenuioribus sub capitulo vix incrassatis; stylo stigmatibusque livescentibus. — Notatur in super:

Variet. β. caule dense folioso, foliis subamplexicaulibus paucidentatis scabris basique subhirsutis estque: H. brevifolium Tsch. Rchb. fl. g. 1778, cum priori. Syll. fl. cr.

Foliis subrotundo-ovatis basique cordata amplexicaulibus denticulatis ciliatis. — Radix crassa lignescens; caulis 1—2-pedalis et ultra insigniter lactescens, strictus denseque foliosus, fragilis, tuberculis setigeris scaber basique hirsutus; folia numerosa patentia discoloria, subtus glaucescentia reticulata, inferiora utrinque, superiora tantum dorso tuberculis setigeris exasperata, radicalia nulla; florum capitula in paniculam digesta; pedunculi apice incrassati foliisque angustis vestiti; anthodia ovato-oblonga glabra squamis linearibus obtusis adpressis; anthodia sulcata. ♃. Ad vias in sylvis montanis veluti in sylva montis Ljubelj prope Toplika, Borovka et alibi. In Slavonia ad margines vinearum circa Vukovar, Illok, Karlovic, Slankamen et Semlin. Rchb. fl. g. 1780. (H. virosum Pall.) Il.-Sept. . . . **H. foliosum WK.**

Fam. LXXXIII. Caprifoliaceae Juss. Kozokrvnice.

Flores hermaphroditi, rarius abortu steriles regulares vel subirregulares; calyx superus 4—5-fidus vel subinteger limbo 4-5-fido cum ovario connato; corolla monopetala summo calyci inserta limbo 4—5-fido, lobis aestivatione imbricatis; stamina tubo corollae inserta ejusque lobis numero aequalia et alterna antheris bilocularibus introrsis liberis, vel numero dupla, vel 4 didynama; ovarium 3—5-loculare loculis uni-pluriloculoribus, ovulis pendulis; fructus baccatus, saepe

unilocularis; embryo in centro albuminis, radicula ad hilum versa. — Vis. fl. dalm III p 15; Koch syn. pl. pag. 355.

Frutices, (rarius herbae tenerae) ramis teretibus laevibus, foliis oppositis, floribus cymosis capitatis, vel spurie verticillatis, rarius pedunculis solitariis vel geminis. — Fructus interdum ex ovariis duobus connatis formatus calycibusque duobus coronatus.

Trib. I. **Sambucineae Batsch**. *Corolla rotata; loculi ovarii uniovulati; styli vel stygmata 3—5.*

Gen. 565. **Adoxa L. Moškovica.**

Calyx semisuperus limbo 2—3-fido, corolla dimidia brevior; corolla rotata tubo brevissimo ad faucem tamen contracto, limbo 5-partito plano; stamina 10, in flore terminali tantum 8, per paria inter lacinias limbi inserta, antherae incumbentes uniloculares; styli 5 subulati stigmatibus obtusis; fructus baccatus vel drupa herbaceo-succosa in medio dentium calycis persistentium, apice stylis coronata, junior 5-locularis loculis monospermis. In flore terminali calycis limbus bifidus, corolla 4-fida, stamina 8, styli 4, fructus 4-locularis. — Genus respectu partium fructificationis Sambuco proximum, minime habitu externo.— Vis. fl. dalm. III. pag 17, g. 300; Koch syn. pl. pag. 355; Rchb. fl. g. pag. 484, g. 637.

Foliis radicalibus longe petiolatis ternato-bipinnatis, foliolis crassiusculis obovato-rhombeis, extimo trifido inciso, caulinis ternatis aut simplicibus, tripartitis incisisve. — Herbula glaucescens glabra 2 — 3-pollicaris, leviter moschum redolens; radix tuberosa alba ad collum squamoso-dentata; caulis simplex nudus, supra medium bifolius, folia radicalia 1—2; flores 4—6 in capitulum congesti virides, terminales minores. ♃. Ad sepes, in dumetis et nemoribus humidiusculis planitierum et montium totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in declivis ad vineas circa Vukovar. (Kan,); in dumetis ad Eminovce et Kutjevo. Vis. fl. dalm. 1137 in nemoribus umbrosis montium Ragusinorum. Rchb. fl. g. 3105. Mart.-Apr. . . . . **A. Moschatellina L.**

Gen. 566. **Sambucus Tourn. Bazga ili Zova.**

Calyx sub anthesi semisuperus, 5-dentatus; corolla rotata limbo 5-fido demum reflexo; stamina 5; stigmata tria sessilia; fructus baccatus pulposus 3—5-spermus. Vis. fl dalm. II. pag. 15; Koch syn. pl. pag. 356; Rchb. fl. g. pag. 200, g. 258.

1 Caule fruticoso vel plane arborescente 2
Caule herbaceo verruculoso; stipulis foliaceis ovatis serratis. —

Radix valde repens; caules erecti fragiles sulcati scabri 3—6-pedales; folia opposita pinnata cum impari foliolis oblongo-lanceolatis, basi inaequalibus; cymae triradiatae pedunculis pilosis, flores albi, rarius rosei; baccae globosae nigrae. ♃. In aggeribus, in dumetis, ad vias sylvarumque oras totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1133 ad vias agrestes totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1208. „Hebet." Il.-Ag. **S. Ebulus L.**

2 Floribus paniculatis, panicula ovata; baccis rubris; medulla ramorum annotinorum fulva. — Frutex 4—8-pedalis rarius ultra; folia petiolata utrinque 2—3 cum impari foliolis, lanceolatis acutis serrulatis subsessilibus; racemi compositi, paniculati, ovati densi erecti; corollae albide aut ochroleucae; baccae subrotundae coccineae. ♄. In sylvis montanis circa Zagrabiam et Samobor; in illis montium Ivanšćica, Klek, Merzin et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montium ad Jankovec et Drenovac; in illis ad claustrum Duzluk. (Kan.) Rchb. fl. g. 1210. Apr.-Mj. **S. racemosa L.**

Floribus cymosis, cymis 5-radiatis; baccis nigris. — Caulis arborescens; folia pinnata foliolis ovali-lanceolatis acutis serrulatis glabris; stipulae obsoletae aut plane nullae; flores albidi aut pallide ochroleuci graveolentes. ♄. Ad sepes et dumeta, in udis ad pagos totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1132 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1209. In.-Il. . . . . **S. nigra L.**

Observ. Variat β. fructibus viridibus est: S. virescens Desf. et var. γ. foliis bipinnatis, pinnulis incisis, est: S. laciniata Mill.

Gen. 567. Viburnum L. Šibikovina ili Kalinovina.

Calyx superus limbo 5-dentato; corolla rotata vel subcampanulata 5-loba; stigmata 3 sessilia; fructus baccatus monospermus. Flores albi. Vis. fl. dalm. II. p. 16, g. 399; Koch syn. pl. pag. 356; Rchb. fl. g. pag. 201, g. 259.

1 Foliis dentatis, serratis lobatisve deciduis 2

Foliis ovato-oblongis integerrimis, coriaceis perennantibusque. — Frutex ramosissimus ramis verrucosis, junioribus tetragonis; folia opposita supra nitida, subtus in axillis venarum ramulisque pilosa; flores bracteis suffulti in cymam confertam congesti; bacca subglobosa eleganter caerulea. ♄. In asperis incultisque litt. cr. circa Segniam, Starigrad, Karlobago et Konjsko. Syll. fl. cr.—

Vis. fl. dalm. 1134 ad sepes et in fruticetis circa Trau, Almissa et Ragusa, nec non in insulis Cherso, Ossero, Brazza et Lesina. Rchb. fl. g. 1213. „Lopočika ili Ropočika." A Decemb. in aestatem in Dalm. et Mz.-Apr. in litt. cr. . . **V. Tinus L.**

2 Foliis ovatis denticulato-serratis, basi subcordatis, supra pube stellata inspersis, subtus ramulisque tomentosis; bacca compressa elliptica. — Frutex 6-pedalis et ultra truncis pluribus ex eadem radice cortice ruguloso fusco vestiti; folia opposita petiolata utrinque pilosa dorsoque incano-virentia; cymae terminales pedunculis villosis; baccae primo virides, dein rubrae, tandem aterrimae. ♄. In dumetis sylvisque montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1135 in sylvaticis montis Biokovo, circa Dversno in Krivoscie et in Pastrovichio. Rchb. fl. g. 1212. „Udica, Judica, Kalina ili Udikovina." Mj.-In. **V. Lantana L.**

Foliis subcordato-trilobis quinquelobisve, lobis acuminatis serratis, petiolis glandulosis; bacca subglobosa. — Arbuscula ramosissima ramis oppositis teretibus; folia glabra; cymae multiflorae floribus exterioribus radiantibus neutris; baccae rubrae. ♄, In dumetis subhumidis, ad ripas sylvarumque oras totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1136 in sylvaticis Žerava prope Zara. Rchb. fl. g. 1211. (Opulus glandulosa Fl. Wett.) Mj.-In. . . . . **V. Opulus L.**

Observ. In hortis colitur monstrosa varietas floribus omnibus sterilibus radiantibus et in cymam subglobosam congestis.

Trib. II. **Lonicereae R. Br.** *Corolla tubulosa aut campanulata, saepe irregularis; loculi ovarii pluriovulati; stylus filiformis indivisus; stigma trilobum.*

Gen. 568 **Lonicera L. Kozolistica ili Kukavičnjak.**

Calyx 5-dentatus; corolla limbo 5-fido irregulari; stamina 5; stigma capitatum; ovarium 2—3-loculare; fructus baccatus 3-locularis, vel abortu unilocularis oligospermus; semina testa crustacea involuti. Vis. fl. dalm. III. p. 17, g. 301; Koch syn. pl. p. 356; Rchb. fl. g. p. 201, g. 261.

1 Floribus capitato-verticillatis; baccis solitariis calyce coronatis; caulibus volubilibus 2

Floribus geminatis; baccis binatis distinctis aut ovalibus; caulibus erectis 5

2 Floribus verticillatis capitatisque, capitulo terminali sessili; foliis superioribus connato-perfoliatis; floribus albidis purpureisve . 3

Floribus capitatis, capitulis pedunculatis; foliis deciduis . . . 4

3 Foliis deciduis; stylo glabro. — Caulis lignescens volubilis longissimus valde ramosus ramis glabris; folia in ramulis florentibus infima petiolata, subsequa basi attenuata, reliqua connata; flores verticillati et in centro verticilli ultimus est flos imperfectus, et in reliquis inter flores perfectos dantur flores germine carentes; corollae rubellae extus pilis glanduliferis inspersae; tubus corollae longissimus cylindricus, limbus bilabiatus; baccæ distinctae. ♄. In dumetis locisque sylvaticis et ad sepes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1224. (Caprifolium italicum R. et S.; Periclymenum italicum Mill.) Mj.-In.

L. Caprifolium L.

Observ. Flores variant albidi vel purpurei, intus initio albi, deinde flavi; hinc

Variet. β. floribus albidis aut pallide roseis, verticellis terminalibus ramulisque apice pilosis, est: L. pallida Host. occurritque intermixte cum priori. Rchb. fl. g. 1223.

Foliis sempervirentibus; stylo hirsuto. — Glabra, caulis ramosissimus implexus; folia perennatia sessilia subtus glauca, ima distincta, superiora connata oblonga, summa urceolato-perfoliata orbiculata; flores extus albo-rosei, intus albi suaveolentes. ♄. Vis. fl. dalm. 1138 in fruticetis et ad sepes insularum Ossero, Cherso et Curzola, nec non inter Spalato et Salona, dein circa Ragusa. Rchb. fl. g. 1221 (L. babarica Viv.) Mj.-In.

L. implexa Ait.

4 Folia summa connato-perfoliata. — Caule lignescente volubili ramoso ramis sarmentaceis scandentibus, junioribus pilosis pilisque deciduis; folia subtus pubescentia, inferiora obovata petiolata distincta, superiora oblonga; florum capitula pedunculata, axillaria solitaria, terminalia subterna; flores extus flavo-rubentes, intus albido-flavescentes. ♄. Inter frutices et ad sepes litt. cr., veluti circa Karlobago, Lukovo et Zagorje. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1139 ad sepes totius Dalmatiae tam littoralis, quam insularis. Rchb. fl. g. 1221. (L. Caprifolium Vis.) „Drievo božje.“ Mj.-In.

L. etrusca Sav.

Foliis omnibus disjunctis. — Caulis lignescens volubilis, in ramos sarmentaceos scandentes divisus; ramuli floriferi supra medium

pilis glanduliferis adspersi; folia petiolata integerrima, infima minima; intermedia maxima; bracteae infimae oblongae lanceolatae, reliquae breves ovatae; flores ochroleuci, saepe extus rubelli, denique sordide flavi; baccæ rubrae. ♄. In sepibus et ad rudera arcis vestutae Hrelin, (Sabljar.) secus hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 1220. (Periclymenum vulgare Mill.) Nj.-Il.

L. Periclymenum L.

5 Ovariis nonnisi ima basi connatis, superius liberis 6

Ovariis a basi fere ad apicem usque connatis aut bacca unica . 7

6 Pedunculis glabris saepius isto flore longioribus foliis oblongo-ellipticis, demum glabrescentibus; fructu nigro. — Frutex ramosissimus; folia obtusiuscula breviter petiolata. juniora subtus pilosa; pedunculi axillares graciles; corollae extus sordide purpurascentes, intus albidae, pubescentes tubo brevi antrorsum in gibbum producto; baccae subrotundae sola basi cohaerentes. ♄. In sylvis montanis Croatiae australis, veluti in subalpinis montium Kapela et Plieśivica; in illis circa Vrbovsko, Mrkopalj et Delnice. Rchb. fl. g. 1217. Apr.-Mj. . . . . . . **L. nigra L.**

Podunculis villosis flores aequantibus; foliis ovatis pubescentibus. — Frutex erectus valde ramosus ramis junioribus pubescentibus; folia ovata pubescentia integerrima; pedunculi axillares solitarii floribus geminis terminati; bracteae pilosellæ; flores ex albo rubelli inodori, pubescentes; baccae coccineae binae basi parum cohaerentes, rarius abortu unica. ♄. In dumetis sylvisque planitierum et montium totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1140 in fruticetis sylvisque montium Svilaja et Biokovo. Rchb. fl. g.1218. (Xylosteum dumetorum Mnch.) Apr.-Mj.

L. Xylosteum L.

7 Flores rubelli; baccae coccineae aut rubrae 8

Flores ochroleuci, aut luteoli; baccae nigrae caeruleo-pruinosae, prius globosae, dein oblongae. — Frutex humilis ramosus ramis ex fusco rubentibus, ramulis pilosis; folia oblongo-elliptica obtusa integerrima, juniora ad oras et subtus ad venas pubescentia; pedunculi glabri flore breviores nutantes; stamina infra medium hirsuta, stigma roseum; baccae in unicam ellipsoideam biumbilicatam integram confluentes. ♄. In montanis et subalpinis, veluti in monte Ivanšćica ad moenia arcis vetustae „Melengrad", ad rupes circa Belecgrad; in monte Klek et Merzin, in alpe Plieśivica, Sveto-berdo et alibi in sylvis tractus montium Ve-

lebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1142 in fruticetis montium altiorum tractus Velebit. Rchb. fl. g. 1215. Mj-In. **L. caerulea L.**

8 Foliis ellipticis longe acuminatis integerrimis, subtus nitentibus, nonnisi ad venas pilosis et ad oras ciliatis, secus una cum pedunculis exacte glabris; baccis ovoideis bracteisque ovario longioribus. — Frutex in ramos diffusus; folia opposita, rarius terna breviter petiolata; pedunculi tenues angulati bracteis binis oppositis subulatis ciliatis provisi; filamenta infra medium hirsuta; bacca sulco superficiali distincta, ad verticem bipunctata. ♄. In sylvis subalpinis alpinisque Croatiae, praesertim australis haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montis Papuk. (Kan.) Rchb. fl. g. 1216. Mj.-Il. . . , ... **L. alpigina L.**

Foliis ovatis ovalibusve plerisque longe acuminatis opacis ciliatis pubeque glutinosa velutina una cum pedunculis bracteisque dense obsitis; baccis glabris subrotundis. — Frutex ramosus dumosus erectus; caules cinerei ramis erectis oppositis, ramulis tomentoso-glutinosis; folia nunc utrinque attenuata, nunc apice longius acuminata, rarius utrinque, vel sola basi obtusa petiolo lamina sua uni-sesquipollicari quadruplo et ultra breviore; pedunculi velutini axillares flore multo longiores, sed folio dimidio breviores, rarius illud subaequantes; bracteae binae lineares fructu breviores; baccae in conicam subrotundam vix apice emarginatam biumbilicatam coalitae umbilicis ore setosis albidis. ♄. Vis fl. dalm. 1141 in petrosis summi verticis montis Orien supra Risano. Mj.-In. . . . . **L. glutinosa Vis.**

Fam. LXXXIV. **Rubiaceae Juss. Broćine.**

Flores hermaphroditi regulares, rarius abortu polygami; calyx monophyllus tubo cum ovario connato limboque brevi obsoleto; corolla summo calycis tubo inserta 4—5-fida lobis aestivatione valvatis, decidua; stamina tubo corollae inserta ejusque lobis numero aequalia et alterna; antherae biloculares introrsae liberae; ovarium 1, saepe didymum biloculare loculis uniovulatis ovulisque erectis; stylus 1, saepe bifidus; stigmata 2; fructus nucumentaceus, vel drupaceus indehiscens, saepe bipartibilis; embryo rectus in axi albuminis cornei; radicula ad hilum versa. — Vis. fl. dalm. III. p. 5; Koch syn. pl. p. 358 (Stellatae Lindl.); Rchb. fl. g. p. 204.

Herbae, rarius suffrutices caulibus tetragonis, saepius ad angulos aculeatis; foliis sessilibus verticillatis; floribus cymosis in paniculam vel corymbum digestis, rarius capitatis involucratisque.

Gen. 569. **Galium L. Bročika.**

Calyx tubo ovato-didymo oblongove. limbo obsoleto aut integro evanescente; corolla rotata 4-fida 3-fidave; styli plus minusve coaliti stigmatibus capitatis distinctis; fructus globoso-didymus aut oblongus, siccus carpellis apice nudis; inseparabilibus rectis vel adscendentibus obverse incurvis. — Vis. fl. dalm. III. p. 5, g. 391; Koch syn. pl. p. 361; Rchb. fl. g. p. 206, g. 270.

1 Inflorescentia axillaris vel denique paniculata, sed hoc in casu caule aculeis decurvis latiusculis scabro iisque vestimentis manibusque adhaerente 2

Inflorescentia terminali paniculata aut verticillata; floribus hermaphroditis; pedicellis defloratis rectis; caulibus absque aculeis, glabris hirsutisve, sed non adhaerentibus 12

2 Floribus polygamis; flore terminali ramificationum hermaphrodito fertilique, lateralibus masculis et sterilibus; pedunculis anthesi peracta recurvatis 3

Floribus hermaphroditis; caulibus flaccidis aculeis deflexis scabris et adhaerehtibus; foliis uninerviis margine scabris aculeatisve . 6

3 Foliis verticillatis quaternis, peracta anthesi deflexis fructusque ocultantibus; flores lutei aut flavescentes 4

Foliis subsenis, nec post anthesim deflexis, lineari-lanceolatis mucronatis uninerviis margineque sursum aculeato-scabris; pedunculis lateralibus 3-floris. — Caulis procumbens spithamaeus pedalisve flaccidus retrorsum aculeato-scaber; pedicelli recurvati fructuque dense verrucoso breviores; flores albi. ☉. In agris vineisque Dalmatiae. (Maly enum. pl. aust. g. 350, n. 6.) Rchb. fl. g. 1255. (Valantia Aparine L.; Val. saccharata Gm.; Gal. Valantia Web.; Gal. verrucosum E. B.) Jn.-Ag. **G. saccharatum All.**

4 Pedunculis lateralibus ebracteatis 5

Pedunculis lateralibus ramosis bracteatisque. — Molliter villosum; radix multiceps; caules elongati flaccidi hirsutique; folia elliptico-oblonga aut ovalia 3—nervia molliuscula, pilosa; flores lutei; fructus laeves. ♃. In pratis dumetisque et ad sepes totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm 1118. — Rchb. fl. g. 1265. (G. cruciatum With.; G. Valantia Fl. W.; Valantia Cruciata L.) Mz.-Mj. . . . **G. Cruciata Scop.**

Observ. variet β. Foliis oblongis, superne glabris, margine nervisque subtus ciliatis, est: G. cheronense R. et Sch. (Valantia cheronensis W.) occurritque cum specie in Dalmatia.

5 Pedunculis simplicibus bifidisve villosis; caulibus retrorsum aculeatis, caeterum glabris aut villosis. — Molliter villosum; radix fibrosa; caulis gracilis debilis simpliciusculus spithamaeus, rarius ultra; folia oblonga acutiuscula 3-nervia; cymae villosae; fructus laeves. ⨀. In locis arenosis ad fluvium Dravum prope Dubrava et Legrad, nec minus in Croatia australi ad Priboj, Petrovo-selo et Gospić. Syll. fl. cr. In Slavonia ad Kerčedin et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1120 in herbidis montium Velebit, Biokovo, Dinara et Svilaja. Rchb. fl. g. 1262. (G. chloranthum Brot.; G. retrorsum DC.: Valantia pedemontana Bell.; V. hispida Lumn.) Mj.-In. . . . . . . **G. pedemontanum All.**

Pedunculis ramosis glabris; caule glabro vel inferne hirto, inermi. — Glabriusculum; radix filiformis repens; caules decumbentes aut erecti, toti glabri vel inferne ad angulos hirsuti; folia oblonga obtusa 3-nervia, superne ad nervos pilosella; cymae glabræ; flores lutei; fructus laeves. ♃. In dumetis, nemoribus, sylvis et pratis totius Croatiæ. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Zvečovo, Drenovac, Našic, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1119 in herbidis ad pedem montium Velebit, Promina, Svilaja et alibi. Rchb. fl. g. 1264. (G. Halleri R. et S.; G. Scopolianum Schult.; Val. glabra L.) Mz.-Apr. **G. vernum Scop.**

Observ. variet. β. cymis folio dimidio brevioribus; fructibus globosis; caulibus exacte glabris rigidiusculis erectisque, est: G. Bauhini R. et S. (Val. glabra WK.) occurritque in sylvis frondosis circa Crisium, Toplikam et alibi cum specie. Rchb. fl. g. 1263.

6 Foliis omnibus aut saltem caulinis superioribus senis, octanis novenisve mucronatis 7

Foliis nonnisi quaternis lineari-oblongis antice latioribus obtusis muticis uninerviis, margine antrorsum scabris. — Caules ramosi diffusi flexuosi tetragoni, superne ad angulos scabriusculi; folia inaequalia primo patentia, dein deflexa, floralia nonnisi bina; flores paniculati panicula diffusa; pedicelli fructiferi recti horizontaliter patentes; corollae albae laciniis ovatis acutis; fructus laeves. ♃. In fossis, stagnis locisque paludosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis paludosis circa Radovanci et Mikleuš; ad Kologjvar et Semlin. (Kar.) Rchb. fl. g. 1267. In.-Ag. **G. palustre L.**

7 Fructu didymo dehiscente; floribus rubro-purpureis, pallidis extusque purpurascentibus, aut albidis albisve 8

Fructu deflexo oblongo hamoso-hispido apice barbato, carpellis secedentibus semiteretibus incurvis; floribus exiguis luteolis. — Gracile tenueque caule flaccido decumbente; folia lanceolata aut lineari-lanceolata, floralia opposita; pedunculi axillares oppositi 1—4-flori, demum deflexi; fructus geminati juniores conniventes. ◯. In ruderatis apricis et ad muros circa Flumen, Tersat et Bukari. Vis. fl. dalm. 1121 in saxosis herbidis apricis et muris circa Rogosnica ditionis Sebenicensis, Ragusa et Budua, nec non in insulis Ossero, Curzola es Lesina, Rchb. fl. g. 1354. (G. minimum R. S.; Sherardia muralis L.; Valantia filiformis Ten.; Callipeltis muralis Moris.; Aspera nutans Mnch.) Mr.-Mj. **G. murale All.**

8 Caule flaccido succulento fragili ramoso 9

Caule filiformi erecto, tetragono basi scabrido, apice ramoso. — Folia infima obovata quaterna, reliqua suboctona lineari-setacea subciliata; florum cymae axillares capillares pauciflorae laxae; corollae cyathiformes acutae rubro-purpureae; fructus albo-hispidi; carpella secedentia reniformia. ⊙, Vis. fl. dalm. 1114 in dumetis saxosis scopulorum circa Lesina. (G. microcarpum Vahl.; G. capillare Cav.) In.-Ag. . . . . . . , . **G. setaceum Lam.**

9 Pedunculis axillaribus denique paniculatis, pedicellis fructiferis rectis 10

Pedunculis lateralibus subtrifloris, pedicellis fructiferis recurvatis fructu verrucoso-granulato longioribus. — Radix gracilis flavescens; caules diffusi ramosi tetragoni ad angulos aculeis reflexis exasperati; folia lanceolato-linearia mucronata, retrorsum scabra; cymae pauciflorae in fructu cernuae, corollae acutae albidae; fructus granulati corolla latiores; carpella secedentia globosa. ⊙. In agris vineisque solo argillaceo et calcareo totius Croatiæ. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris montanis dumetisque circa Čerević. Vis. fl. dalm. 1117 in agris argillosis et in arvis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1256. (G. spurium Rth.; G. Valantia Wigg.; Val, tricornis Roth.; Val. Aparine Poll.; Val. triflora Lam.) Il.-Sept. . . . . **G. tricorne With.**

Observ. G. saccharatum All. huic proximum differt potissimum foliis antrorsum scabris; pedunculis fructiferis folium aequanti-

bus, nec ipso brevioribus, et praesertim floribus polygamis. Vide supra 3.

10 Foliis lineari-lanceolatis mucronatis margine carinaque retrorsum aculeato-scabris; corollis albis aut extus virentibus 11
Foliis lanceolato-linearibus margine sursum aculeato-scabris. — Caulis flaccidus ramosissimus, secus gracilis et filiformis retrorsumque aculeato-scaber; folia ima quaterna, reliqua subsena mucronata sursum ciliato-spinulosa; cymae florum divaricato-paniculatae; corollae cyatiformes acutae pallidæ extusque purpurascentes; fructus hispidi; carpella secedentia coniformia. ⊙ In agris locisque incultis sterilibus circa Crisium, Toplikam, Zagrabiam, Carolostadium, Korenicam et alibi praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr. In Slavonia in locis apricis ad claustrum Duzluk, circa Drenovac, ad rudera arcis Vučin versus Zvečovo, ad Kamengrad, nec non in monte Papuk. Vis. fl. dalm. 1115 in apricis sterilibus circa Zara, Verlika et in insulis Veglia, Lesina et Curzola. Rchb. fl. g. 1260 β. (G. litigiosum DC.) Il.-Ag. . . . . **G. parisiense L.**
Observ. variet. β. fructibus granulato-scabris, caulibus diffusis, est: G. anglicum Huds. Rchb. fl. g. 1260.
Variet. γ. fructibus granulato-scabris; caule erecto subsolitario; inflorescentia divaricato-paniculata, est: G. divaricatum Lam. Rchb. fl. g. 1261. Utraque varietas occurrit in iisdem locis ac ipsa species, sed illa multo frequentius praesersim var. γ.

11 Corollis fructu evoluto tuberculato-scabro latioribus; radice perenni. — Caules flaccidi quadrangulares retrorsum aculeato-scabri; folia subsena lineari-lanceolata mucronata margine retrorsum aculeato-scabra, i. e. aculeis marginem ocupantibus semper retrorsum spectantibus; pedunculi axillares demum subpaniculati, pedicelli fructiferi recti. ♃. In pratis muscosis turfosisque, ad Žabnik prope Varasdinum, St. Helenam et Paukovec. Syll. fl. cr. In Slavonia in paludosis Palaša, circa Vukovar et alibi in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 1272. (G. Witheringii Sm.) Mj.-Il. . . . . **G. uliginosum L.**
Corollis fructibus evolutis hamoso-hispidis granulatisve angustioribus; radice annua. — Caulis 2—4-pedalis scandens, adhaerens, flaccidus quadrangularis, ad nodos hirsutus retrorsumque aculeato-scaber; folia suboctona, rarius sena, spathulato-lanceolata, longe mucronata, margine carinaque aculeato-scabra; pedunculi axil-

*

lares demum paniculati; pedicelli fructiferi recti. ⊙. In agris hortisque, ad sepes et in fruticetis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1116 ad sepes et in agris sterilibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1258. (G. Valantii DC.) „Bročinica, Broč mali ili Turica.“ In.-Sep. . . **G. aparine L.**

Obsev. variet. β. fructibus parvis laevibus; caulibus ad nodos glabris; foliisque lineari-lanceolatis mucronatis, facie, ad oras carinaquem aculeatis, est: G. infestum WK. (G. spurium L.) Rchb. fl. g. 1259. Occurrit cum specie, praesertim in vineis et inter segetes.

12 Foliis 3-nerviis quaternis ovalibus vel oblongo lanceolatis margine scabris 13

Foliis uninerviis, caulinis quaternis, senis, octonis aut pluribus, plerumque mucronatis 14

13 Foliis ovalibus breviter mucronatis margine setuloso-scabris; fructibus setoso hispidis. — Radix multiceps; caules flaccidi procumbentes in orbem dispositi, basi terrae adpressi quadrangulares glabri aut ad angulos setulis reflexis inspersi; folia glabra laevia, summa opposita minima; panicula terminalis divaricata pauciflora; flores albi. ♃. In sylvis frondosis locisque humidis, ad rivulos totius Croatiae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Vučin et Zvečovo (Kan.), nec minus in illis ad Daruvar et Pakrac. Rchb. fl. g. 1268. In.-Il. **G. rotundifolium L.**

Foliis oblongo-lanceolatis muticis margine scabris; fructibus glabris vel subpuberulis. — Radix valde repens, crocea et ad genicula fibris numerosis aucta; caules diffuso-adscendentes glabri superne paniculati panicula dilatata, pedicelli fructiferi erecto-patentes; bracteae ovatae obtusae margineque scabrae; flores albi. ♃. Ad margines rivulorum in sylvis frondosis montanis circa Samobor, in illis ad Zagrabiam, Stubicam superiorem, Karivaroš et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Karlovic et Semlin. (Kar.) Rchb. fl. g. 1270. Mj.-In. **G. rubioides L.**

Observ. G. radice repente; caule erecto strictoque quadrangulari foliis lanceolatis trinerviis glabris obtusis muticis, quaternis inaequalibus, floralibus binis ovatis; fructibus puberulis, a claris. Klinggraeff in sylvis ad Markuševec lectum et in unico exemplari nobis communicatum, videtur esse G. boreale L., quod tamen a nobis nec in loco citato, nec alibi in ditione florae

nostrae inventum, hinc nec in illam acceptum, sed ulteriori observationi reservatum.

14 Caule tereti obsolete quadricostato; foliis caulinis octonis duodenisve; laciniis corollae breviter apiculatis aut plane muticis . 15
Caule evidenter quadrangulari; foliis caulinis nonnisi senis, rarius octonis; laciniis corollae plerumque longe cuspidatis 17

15 Foliis linearibus; fructibus glabris; floribus flavis, luteolis rubrisve 16
Foliis oblongo lanceolatis obtusis mucronatis, mediis octonis; floribus albis; fructibus glabris subrugosis. — Bipedale et ultra, pyramidatum glaucescens; caulis erectus ramosus geniculatus glaber laevisque, rarius basi hirtus; folia margine retrorsum scabra, subtus glauca; panicula ampla pedicellis capillaribus ante anthesim nutantibus, fructiferis erecto-patentibus. ♃. In sylvis planitierum montiumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1111 in sylvis jugi Cèrni-verh montis Svilaja et in sylva Castanearum supra Stolivo prope Cattaro. Rchb. fl. g. 1280. (G. laevigatum Vill.: G. intermedium Schult.; G. glaucum Fl. dan.) In.-Il. . . . . **G. sylvaticum L.**

16 Floribus atro-purpureis extus viridulis; pedicellis capillaribus nutantibus subracemosis. — Radix lignescens multiceps; caules basi suffruticosi, puberuli diffusi ramosi; folia 8—10na anguste linearia mucronata margine revoluta, facie laete viridia, dorso pallida, summa bina brevissima; flores in paniculam ramosissimam elongatam collecti; laciniae corollae cuspidatae margine revolutæ; fructus laeves. ♄. In saxosis apricis litt. cr. frequentissimum, ad Flumen, Karlobago, Oštarie et alibi in rupestribus provinciæ Likanae et Otočanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1107 in devexitatibus collium montiumque Promina, Svilaja et Prolog. Rchb. fl. g. 1279. (G. rubrum Scop.) In.-Il. . . **G. purpureum L.**
Floribus luteis flavisve; pedicellis fructiferis subhorizontaliter patentibus. — Radix repens; caules rigidi herbacei erectiusculi, ad basin ramosi, supra medium villosuli, rami pilis tecti; folia 7—12-na anguste linearia mucronata nitida margineque revoluta; panicula ramosissima densiflora; corollae muticae; fructus laeves. ♃. In pratis, pascuis, dumetis et ad sylvarum oras totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1106 in locis herbidis collinis apricis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Salona et in montibus Velebit et Prolog, nec non in insulis. Rchb. fl. g. 1287. In.-Sep. . . . . **G. verum L.**

17 Floribus ochroleucis flavisve 18
Floribus albis rubrisve 19

18 Foliis cuneato-lanceolatis obtusiusculis mucronatis margine retrorsum scabris; calycibus coloratis, corollae flavae laciniis cuspidatis; fructibus aureis dein rufescentibus. — Caulis erectus vel adscendens velutino-puberulus subtereti-quadricostatis vel subquadriangularis epidermide basi serius secedente, ad nodos incrassatus, ramosus, superne glaber; folia opaca, subtus crassa costata, apice acutiuscula, basi sena, superiora quaterna summaque nonnisi bina; panicula terminalis oblonga, ramis inferioribus plerumque patentibus, pedicellis lateralibus fructiferis divaricatis; flores parvi; laciniae corollae oblongae apiculo longo plerumque inflexo cuspidatae; fructus abortu monococcus rugulosus. ♃, Vis. flr. dalm. 1109 in herbidis insulae Brazza circa Smarska, in monte Prolog, copiosius in monte Biokovo. (G. rupestre DC.; G. firmum Tsch.; Maly en. pl. aust. p. 162, n. 18; G. lucidum var. β. chrysococcum Koch.) In.-Sept.
G. aureum Vis.

Foliis lineari-subulatis planis, margine scabris; floribus ochroleucis, fructu glabro subrugoso. — Caulis erectus quadrangularis laevis; folia pleraque convoluta elongata; flores paniculati corymbulis erectis non divaricatis, ramis a basi fere floribus onustis pedicellisque elongatis. — Varietati G. veri ochroleuco persimile, differt tamen caule glaberrimo quadrangulari et corollarum laciniis cuspide filiformi terminatis, elongatis. ♃. In rupestribus montium Klek et. Kapela major, nec non in illis montium Zagrabiensium. In Slavonia circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 1285. In.-Il. . . . . **G. ochroleucum Kit.**

18 Laciniis corollae cuspidatis, cuspide filiformi: ramis paniculae inferioribus horizontaliter patentibus, pedicellis fructiferis divaricatis; caule nodoso 19

Laciniis corollae acutis; floribus corymboso-paniculatis, pedicellis erecto-patentibus. — Caules e basi adscendente erecti vel plane procumbentes, spithamaei, rarius altiores, quadrangulares glabri aut hirti; folia lineari-lanceolata; flores albi; fructus obsolete granulati. ♃. In collibus siccis locisque saxosis circa Kalnik et Reka, frequentius in illis Croatiae australis montanae, veluti in monte Klek, Merzin, Vratnik et Sladovac. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1112 in collibus sylvaticis supra Verlika. Rchb. fl.

g. 1277. (G. sylvestre Poll.; G. austriacum Jacq.; G. laeve Thuil.; G. alpestre Gaud.; G. erectum Hoffm.; G. affine Rth.; G. pumilum Mur.) In.-Sept. . . . . **G. pusillum L.**

Observ. Admodum variabile respectu indumenti cauliumque altitudinis et paniculae forma; hinc notantur:

Variet. α. margine foliorum totaque herba glabra, est: G. glabrum Schrad. (G. laeve Thuil.)

Variet. β. caule cum foliis a basi ad medium et altius pilis patentibus hirto, est: G. scabrum Pers. (G. multicaule eriophyllum Wallr.)

Variet. γ. caule humili, nonnisi 2—3-pollicari, panicula brevi, semel vel bis dichotoma, ramis paniculae foliorum fulcrantium longitudine, est: G. supinum Lam.

19 Floribus albis; foliis plerumque octonis 20

Floribus minimis obscure purpurascentibus; foliis quaternis senisve, superioribus plane binis. — Radix fibrosa; caulis dodrantalis pedalisve e basi decumbente ramosissimus et ut ista folia hirtus et scabriusculus; folia oblonga-lanceolata, mucronata; flores in cymis axillaribus terminalibusque; fructus minimi. ♃. In fissuris rupium montis Klek; nec minus in illis montis Sladovac ad Karlobago et Oštarie. Rchb. fl. g. 1290. Mj.-In. **G. maritimum L.**

20 Foliis lanceolatis vel oblongo-obovatis mucronatis, subtus opacis panicula ramosissima expansa; fructibus rugulosis. — Caules tetragoni flaccidi geniculato-nodosi glabri, laeves; folia margine retrorsum scabra 6na aut 8na, summa ramea nonnisi 2na; panicula divaricata; corollae albae. — Variat foliorum latitudine, inflorescentia, laxitate caulisque scabritie et pubescentia. ♃. In pratis sterilibus, ad margines viarum sylvarumque oras totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1110 ad sepes et vias totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1284. (G. elatum Thuil.; G. tyrolense W.; G. insubricum Gaud.) Mj.-Ag.

G. Mollugo L.

Foliis obverse lanceolato-linearibus aut anguste linearibus mucronatis rigidis nitidis; panicula oblonga; fructibus laevibus. — Tota planta splendide viret; caules erecti quadranguli, laeves, jam ad basin ramosi; folia ad oras scabriuscula, inferiora 6na, superiora 5na, summa 4na; corollae albae; rami paniculae oblongae inferiores horizontaliter patentes; pedicelli fructiferi divaricati. ♃. In herbidis montanis saxosisque litt. cr. circa Ka-

menjak, Flumen, Segniam, Karlobago et alibi, in Croatia australi haud rarum; teste clariss. Klinggraeff ad rupes montium Zagrabiensium, sed a nobis hic locorum necdum lectum. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1108 in locis apricis, saxosis collinisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1286. (G. aetnicum Rivon.; G. aetnense Presl; G. lucidum All.; G. trinacrium R. S.) Mj.-Ag. . . . . **G. erectum Huds.**

Observ. variet. β. foliis subulatis setaceisque, caule rigido, est: G. rigidum Vill. (G. cinereum All.)

Gen. 570 **Asperula L. Prvenac.**

Calyx tubo ovato didymo, limbo obsoleto aut quadridentato brevissimo evanescente; corolla infundibuliformis, campanulata vel scutellaris, 4—5-fida vel 3-dentata limbo patente; stylus bifidus; stigmata capitata: fructus globoso-didymus pericarpio sicco tenui, mericarpia subsemiglobosa. — Vis. fl. dalm. III. p. 10, g. 392; Koch syn. pl. p. 358; Rchb. fl. g. p. 204, g. 268.

1 Floribus terminalibus fasciculatis involucratis 2
Floribus corymbosis aut paniculato-corymbosis, aut axillaribus solitariis terminalibusque subgeminatis 3

2 Foliis quaternis ellipticis acuminatis 3-nerviis ciliatis; floribus albis; fructibus glabris punctatoque-scabris. — Radix repens croceo colore tincta; caules erecti tetragoni incrassati spithamæi, rarius ultra; folia summa opposita lineari-lanceolata; florum fasciculi pedunculati subcorymbosi, tubus corollae extus saepius rubellae longissimus. ♃. In sylvis montanis circa Sv. Ivan et Biskupec. Syll. fl. cr. In Slavonia in ericetis dumetisque montis Papuk, circa Daruvar, Kamengrad, Jankovac, Duzluk, Zoljan, Rétfálu, Erdend, Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1240. (A. trinervia Lam.) Apr.-Mj. . **A. taurina L.**

Foliis subtus scabris, inferioribus obovatis 4nis, caulinis caeteris lineari-lanceolatis obtusis 6nis 8nisve; floribus cyaneis; fructibus glabris. — Radix tenuis flavescens fibris paucis aucta; caulis erectus plus minusve ramosus tetragonus ad angulos aculeis scaber; folia verticillata ad oras aculeis exasperata; florum fasciculi sessiles; bracteae lineari-lanceolatae scabrae, supra et margine pilosae; laciniae corollae ovatae. ☉. In agris solo calcareo et argillaceo, praesertim in montanis Croatiae, haud rara ad Toplikam, Kalnik, Zagrabiam, Samobor, Sv. Anna pod Turnom

et alibi; nec minus frequens in Croatia australi. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis, praesertim in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1122 in agris et arvis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec minus in insulis. Rchb. fl. g. 1228. (A. ciliata Mnch.) Mj.-In. . . . . . . **A. arvensis L.**

3 Foliis lanceolatis linearibusve 4

Foliis infimis obovatis, caulinis inferioribus oblongo-spathulatis obtusis, basi attenuatis inaequalibus, mediorum superiorumque oblongo-linearibus sessilibus, binis brevissimis. — Radix fusiformis lignescens multiceps; caules basi lignescentes, diffusi decumbentes vel erectiusculi, caespitosi glaberrimi glauci ramosi tetragoni; folia quaterna coriacea glauca mucronata, margine revoluta, subtus carinata; florum cymae axillares et terminales pedunculatae pedunculis folio aequilongis aut longioribus; bracteae 2—4 latiusculae lanceolatae, cartilagineo-acuminatae calyce breviores vel illum subaequantes; flores rubelli; corolla infundibularis; fructus tuberculati. ♄. Vis. fl. dalm. 1124 in saxosis vallis Porto scopuli Bussi prope Lesina. In.-Ag.

A. Stahliana Vis.

4 Foliis anguste linearibus aut plane lineari-subulatis; radice caulibusque basi plerumque lignescentibus 5

Foliis lanceolatis glabris margine carinaque scabris; radice caulibusque herbaceis. — Radix tenuis repens; caules erecti laeves; folia inferiora sena, superiora octona; florum corymbi pedunculati, subpaniculati; flores albi; fructus setis uncinatis hispidi. ♃. In sylvis nemoribusque montanis umbrosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1249. (Gal. odoratum Scop.; G. Matrisylva Web.) Mj.-In. . . . . **A. odorata L.**

5 Floribus fasciculato-cymosis aut corymbosis; corolla infundibuliformi 6

Floribus axillaribus solitariis, terminalibus subgeminis bibracteatis; corolla scutellata. — Radix lignosa vallida multiceps; caules caespitosi, basi lignescentes, ad angulos hirtuli, superne filiformes herbacei quadranguli, interdum compressi et subulati, ramosissimi dichotomi; folia infima oblonga brevia quaterna, reliqua caulina lineari-setacea inaequalia 8—6—5na, acuta, margine revoluta scabra, suprema quaterna, quorum bina brevissima, fere inconspicua; flores glabri pedunculati pedunculis infra apicem bibracteatis; corollae albae lobi obtusi recti; fructus orbicula-

tus didymus laevis glaberque. ♄. In locis asperis, saxosis ad viam Carolinam ad Bosiljevo, circa Lešće, Janči et alibi in Croatia australi. Vis. fl. dalm. 1125 in rupestribus prope Almissa, in monte Biokovo, ad Prosik inter Duara et Makarska, nec non in montibus circa Ragusa et supra Cattaro. Rchb. fl. g. 1242. (A. rupestris Rchb.; Gal. rupestre Vis.) Il.-Ag. **A. scutellaris Vis.**

6 Tubo corollæ limbum suum multum superante; foliis quaternis . 7
Tubo corollae brevi limbum suum vix aequante aut illo plane breviori 8

7 Corollis glabris; caulibus erectis; fructibus granulato-scabris. — Radix lignosa fusiformis multiceps; caules tetragoni ramosi diffusi rectique; folia plana scabriuscula superiora inaequalia, infima patula brevissima mucronata, reliqua erecta; bracteae lanceolato-subulatae cuspidatae; corollae laciniae recurvatae bidentatae. ♃ vel ♄. In saxosis apricis litt. cr. circa Flumen, Sv. Kosmo, Cirkvenica, Senj, Karlobago, sed nec minus in apricis jugis et cacuminibus montium Velebit, ubi raro infra regionem alpinam descendit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1123 var. β. in arenosis et saxosis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1241. In.-Il. **A. longiflora WK.**

Corollis pilosis; caulibus adscendentibus; fructibus glabris aut pilis brevibus adspersis. — Radix lignosa multiceps; caules unacum foliis, floribus fructibusque velutino-canescentes. — Praecedenti persimilis, licetque colore suo cinereo pubeque velutina omnes partes plus minusve obducente setisque constante primo intuitu ab illa distinguuntur, nihilominus nil nisi varietas prioris censenda, qualiter etiam ab ipso auctore clariss. Visianio serius declarata. ♃ vel ♄. Vis. fl. dalm. 1123 var. γ. in asperis in colle S. Giorgio prope Sebenico, nec non in montibus Promina et Svilaja. (A. scabra Presl.; A. flaccida Ten.) In.-Il. **A. canescens Vis.**

8 Tubo corollae infundibuliformi limbum suum aequante; floribus corymbosis; foliis inferioribus senis, superioribus quaternis, aut omnibus quaternis 9
Tubo corollae subcampanulatae limbo suo breviori, foliis rigidis scabris margineque involutis plerisque suboctonis. — Caules erecti vel adscendentes teretes obsolete angulati glabri vel basi pubescentes, superne paniculato-corymbosi; flores albi; fructus laeves. ♃. In collibus apricis Slavoniæ circa Karlovic et Semlin. (Kan.)

Rchb. fl. g. 1247. (Gal. glaucum Jacq.: G. campanulatum Vill.; G. montanum Poll.) In.-Il. . . . . **A. galioides M. B.**

9 Corollis nudiusculis fructibusque glabris; caulibus erectis solitariis flaccidis. — Radix repens lignescens flava; caules tetragoni glabri ramosi, ad genicula infracti laeves; folia inaequalia, inferiora sena, intermedia quaterna, glabra margineque scabra, summa bina ovata; bracteae ovales acutae muticae; corollae albæ limbo plerisque trifido; fructus laeves. ♃. In ericetis et montosis inter frutices, in nemoribus sylvisque montanis circa Toplikam, Kalnik, Lepoglavam, Krapinam, Zagrabiam et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1245. (Gal. tinctorium Scop.) In.-Il. **A. tinctoria L.**

Corollis fructibusque granuloso-scabris; radice fusiformi multicipite; caules adscendentes ramosissimi. — Radix caulesque basi lignescentes; folia quaterna, infima ovata acuta, caulina linearia inaequalia, floralia bina brevissima aut plane obsoleta; flores fasciculato-cymosi; bracteae lanceolato-aristatae calyce duplo-longiores; corollae extus carneae aut omnino roseae; fructus tuberculati. ♃ vel ♄. In collibus apricis, in ericetis et montosis inter frutices totius Croatiae el Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1123 in arenosis et saxosis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1243. In.-Ag. . . . . **A. cynanchica L.**

Observ. variet. β. caulibus elatis laxis; foliis inferioribus senis, superioribus quaternis, est: A. montana Kit. occurritque in apricis asperis litt. cr. sed nec minus in illis circa Lešće, Bosiljevo, Severin et alibi. praesertim in Croatia australi. Rchb. fl. g. 1244.

Gen. 571. **Crucianella L. Broćevac.**

Calyx 3-bracteatus tubo ovato limbo obsoleto; corolla infundibuliformis longa 4—5-loba laciniis incurvo-conniventibus; styli plus minusve coaliti stigmatibus oblongis capitatisve distinctis; fructus subglobosus siccus indehiscens, carpellis apice nudis semiovatis oblongisve. Vis. fl. dalm. III. p. 12, g. 393; Koch syn. pl. p. 360; Rchb. fl. g. p. 204, g. 268.

1 Foliis senis, omnibus linearibus; spicis quadrifariam imbricatis quadrangularibus basique interruptis; bracteis exterioribus basi connatis acute carinatis angulo alato decurrentibus, margine glabris. — Radix fibrosa; caulis humilis gracilis tetragonus ad angulos scaber; folia erecta mucronata, caulina sena margine revoluta, ad costam aculeata, floralia bina opposita canaliculata;

corollae flavescentis tubus longissimus, laciniae ovatae. ○. In siccis arenosis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 164, g. 352, n. 2. Rchb. fl. g. 1235. In.-Il. . . . . . . **C. angustifolia L.**

Foliis subsenis, infimis ovatis; spicis tetragonis; bracteis exterioribus obtuse carinatis angulo incrassato rotundato vel depresso decurrentibus, margine ciliatis, superioribus ad medium usque connatis 2

2 Spicis linearibus; caule erectiusculo. — Radix fibrosa; caulis ramosus ramis diffusis tetragonis ad angulos scabris; folia patentia inaequalia acuta integerrima basin versus attenuata; spicae erectae; bracteae oblongae acutae; corollae ochroleucae tubus gracilis, laciniae apice purpurascentes. ⊙. Vis. fl. dalm. 1126 in siccis saxosis ad vineas circa Zara, Spalato, Macarsca et Ragusa, nec minus in insulis Cherso, Brazza, Lesina et Gjuppana. Rchb. fl. g. 1236. In.-Ag. . . . . **C. latifolia L.**

Spicis cylindrico-elongatis; caule ramoso, ramis patentibus. — Folia acuta, caulina quaterna, ramea quina; corollae luteolae 5-fidae lobis in appendicem filiformem productis, stamina quinque. ⊙. Vis. fl. dalm. 1126 in iisdem locis ac praecedens, quamcum hanc identicam esse dicit, quod tamen ulterius examinandum, praesertim in plantis vivis. Rchb. fl. g. 1237. In.-Ag. **C. monspeliaca L.**

Gen. 572. **Sherardia L. Vienčanica.**

Tubus calycis ovatus, limbus 6-dentatus persistens; corolla infundibuliformis limbo 4-lobo; styli plus minusve coaliti; stigmata capitata; fructus globoso-didymus, secus dehiscens, calycis dentibus coronatus; carpella oblonga. Vis. fl. dalm. III. p. 13, g. 394; Koch syn. pl. p. 358; Rchb. fl. g. p. 210, g. 272.

Foliis cuspidatis scabris; florum fasciculis involucratis terminalibus; corollis lilacinis, rarius albis. — Caules graciles; folia verticillata mucronata margine aspera; inferiora quaterna obovato-spathulata, superiora 6—7na lanceolato-linearia; corolla tubo filiformi; carpella scabriuscula. ○. In agris, cultis et incultis, nec non glareosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1127 in agris et cultis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1294. Mj.-Sept. . . . . **Sh. arvensis L.**

Gen. 573. **Putoria Pers. Pogančina.**

Tubus calycis ovatus plicatus quadridentatus persistens; corolla infundibuliformis limbo patente 4-fido; stylus indivisus; stigma bifidum; fructus baccatus obovatus umbilicatus bilocularis calycis dentibus coronatus indehiscens. Vis. fl. dalm. III. p. 13, g. 395; Rchb. fl. g. p. 210, g. 273

Foliis subquaternis oppositisque oblongis supra nitidulis; floribus terminalibus fasciculatis. — Caulis fruticulosus ramosissimus decumbens; superne puberulus; folia in petiolum attenuata glabriuscula; stipulae lanceolatae solitariae; flores rosei. ♄. Vis. fl. dalm. 1128 in murorum fissuris et in saxosis apricis circa Ragusa, Breno, Ragusa-vecchia et inter Cattaro et Budua. Rchb. fl. g. 1295. (Asper. calabrica L. fil.; Pavetta foetidissima et Sher. foetidissima Cyr.; Ernodea montana Sibth.) Mj.-In. et Sept.-Nov. . . . . **P. calabrica Pers.**

Gen. 574. **Rubia Tourn. Broć.**

Calyx tubo ovato, limbo obsoleto aut integro; corolla rotata plana 4—5-partita; styli breves basi connati stigmatibus capitatis terminati; fructus didymus subglobosus succosus nudus indehiscens. — Vis. fl. dalm. III. p. 14, g. 396; Koch syn. pl. p. 360; Rchb. fl. g. p. 210, g. 271.

Foliis deciduis lanceolatis; caulibus diffusis aculeatis. — Radix valde repens; caules annui ramosi tetragoni aculeis et tuberculis exasperati; folia 4—6na ovali-lanceolata subpetiolata, in sicco subtus venoso-reticulata, summa minima opposita; flores axillares terminalesque in paniculas dispositi; corollae luteolae lobis apice attenuatis callosis; fructus atro-purpurei. ♃. Collitur in usum technicum et hinc inde, praesertim in Posavina in ruderatis et ad sepes quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1129 in ruderatis circa Dernis, Putičanje, Ragusa, Cattaro et Župpa. Rchb. fl. g. 1292. Mj.-In. . . . . . . **R. tinctorum L.**

Foliis perennantibus sessilibus lanceolato-ellipticis; caulibus scandentibus. — Radix repens; caules longissimi ramosi ad angulos aculeati perennantes; folia glabra, facie laevia, ad oras costamque aculeata; caulina sena longissima; ramea inferiora brevia, suprema minima; flores paniculati, corollae luteolae lobis apice appendiculato-aristatis. ♄. Vis. fl. dalm. 1130 ad sepes totius

Dalmatiae, praesertim littoralis. Rchb. fl. g. 1293. (R. tinctorum Vis.; R. Bocconi Petagn.; R. angustifolia L.) Mj.-In.
R. peregrina L.

Gen. 575. **Vaillantia Tourn. Tiesnilja.**

Flores terni concreti, lateralibus masculis sterilibus, medio hermaphrodito fertili; calycis limbus irregulariter dentatus persistens; corolla rotata, floris masculi trifida, hermaphroditi quadrifida; fructus tricornis ex ovariis tribus connatis calyceque persistente coronatis formatus, biovulatus, plerumque monospermus. Vis. fl. dalm. III. p. 14, g. 397; Koch syn pl. p. 368; Rchb. fl. g. p. 206, g. 269.

Foliis obovatis; calycibus fructiferis cylindraceis, ore breviter fimbriatis, medio erectiusculo, lateralibus deflexis. — Radix fibrosa; caules simplices hirsutuli humiles prostrati aut adscendentes; folia quaterna deflexa obtusiuscula mutica setulis exasperata infra medium ciliata; flores viriduli; calycis fructus albi. ☉. In ruderatis saxosisque apricis litt. cr., veluti ad Flumen, Kraljevica, Sela, Nova, Senj, Karlobago et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1131 ad muros, loca saxosa aprica et sterilia totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 1252. (V. aculeata Ten.) Mj.-In. . . . . **V. muralis L.**

Fam. LXXXV. **Valerianeae DC. Odolienike.**

Flores completi aut abortu unisexuales dichotome cymosi, aut corymbosi, aut capitati, aut in ramorum dichotomia solitarii, bracteati; calyx superus 3—4-fidus persistens vel pappiformis deciduus; corolla monopetala epigyna tubuloso-infundibuliformis, tubo inferne interdum in gibbum aut calcar producto, limbo 3—4-fido lobis aestivatione imbricatis; stamina tubo corollae inserta, limbi lobis alterna, ab uno ad quatuor filimentis exsertis, antheris introrsis incumbentibus, longitudinaliter dehiscentibus; ovarium uniloculare, vel 2—3-loculare loculo uno fertili, ovulo solitario pendulo; stylus simplex; stigmata 2—3; fructus indehiscens 1—2-locularis monospermus; semen inversum exalbuminosum; embryo rectus radicula ad hilum spectante. — Vis. fl. dalm. III. p. 18; Koch syn. pl. pag. 369.

Herbae annuae aut perennes foliis oppositis simplicibus indivisis pinnatifidisque exstipulatis.

Gen. 576. **Valeriana L. Odolien.**

Flores corymbosi, capitati aut paniculati; calyx limbo involuto, demum in pappum plumosum deciduum expanso; corolla tubulosa basi gibba limbo regulari 5-lobo; stamina 3; pistillum stigmate capitato; ovario et fructu uniloculari monospermo. Koch syn. pl. p. 369; Rchb. fl. g. p. 199, g. 257.

1 Foliis omnibus, aut saltem caulinis pinnatis 2
Foliis ternatis aut simplicibus 4

2 Foliis radicalibus ovatis ellipticisve petiolatis; caulinis inferioribus lyrato-pinnatifidis, superioribus pinnatis, laciniis linearibus; floribus dioicis, corollis carneis 3

Foliis omnibus pinnatis 7—10-jugis, folis lanceolatis dentato-serratis integerrimisve; floribus omnibus conformibus hermaphroditis. — Radix crassa lignescens fibris vallidis firmata, odore gravi et sapore aromatico; caulis erectus 2—4-pedalis et ultra sulcatus et ad nodos pubescens; folia petiolata petiolis canaliculatis ciliatis basique membranacea dilatatis connatisque. inferioribus longis, summis brevissimis; flores in paniculam amplam dispositi: corollae incurvae pallide roseae aut carneae. ♃. Ad fossas et ripas, in sylvis, dumetis locisque incultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 555 in sylvis locisque saxosis montium Volebit, Promina, Dinara, Mossor et Biokovo, nec minus circa Almissa, Ragusa et in Krivoscie prope Cattaro. Rchb. fl. g. 1206. In.-Il. . . . . **V. officinalis L.**

Observ. variet. β. foliolis lineari-lanceolatis obtusis ciliatis integerrimis, tribus terminalibus confluentibus, est: V. angustifolia Tsch. occurritque hinc inde cum specie in paludosis.

3 Fructibus utrinque lineis duabus sericeo-pubescentibus signatis: radice tuberosa. — Radix crassa carnosa fibrisque aucta; caulis erectus glaber; folia setulis adspersa, radicalia elliptico-oblonga petiolata, caulina inferiora lyrato-pinnatifida, superiora 3—4-juga laciniis linearibus integerrimis, ciliatis, obtusis; flores carnei in corymbum terminalem collecti; bracteae inferiores ad basin valde dilatatæ et ciliatae, superiores ovatae; limbus corollae 5-fidus laciniis obtusis. ♃. In collibus apricis litt. cr. circa Svilno, Vlaka, Hrelin, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 554 in saxosis collinis totius Dalmatiae montanae, littoralis et insularis frequens. Rchb. fl. g. 1199. Apr.-Mj. . **V. tuberosa L.**

Fructibus omnino glabris; radice fibrosa stolonifera. — Tota glabra; caules erecti spithamaei pedalesve, rarius ultra; folia radicalia petiolata, infima subrotundo-ovata aut elliptica, fasciculorum sterilium longe petiolata ovata acutiuscula, caulina inferiora lyrato-pinnatipartita, superiora subtrijuga laciniis linearibus, floralia linearia indivisa; flores in corymbum terminalem collecti, dioici, feminei minores quam masculi. ♃. In pratis humidis locisque paludosis in subalpina adscendens, in Croatia et Slavonia haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1205. In.-Ag. . **V. dioica L.**

Observ. Variat interdum foliis omnibus integris, floribusque hermaphroditis et est: V. simplicifolia Rchb. (V. sylvatica Schm.) occurritque in palúdosis montium Croatiae.

4 Foliis radicalibus integerrimis aut obsolete denticulatis, caulinis indivisis simplicibusque 5

Foliis dentatis, fasciculorum sterilium cordatis longe petiolatis, caulinis ternatis, tripartitisve. — Radix repens multiceps; caulis erectus glaber; folia ciliata, radicalia infima subrotunda brevius petiolata, summa simplicia, floralia linearia longissima; flores in corymbum terminalem subpaniculatum colecti albi. ♃. In sylvis montanis, ad rupes Kalnikenses, in sylvis montium Ivanščica, in illis ad Zagrabiam, Samobor, Klek, Merzin et alibi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montium Papuk. (Kan.) Vis. fl. dalm. 553 in subalpinis umbrosis montium Velebit, Dinara et Biokovo. In.-Il. . . . . **V. tripteris L.**

Observ. variet. β. foliis caulinis indivisis, est: V. intermedia Vahl. occuritque ad rupes calcareas montis Klek et Merzin in Croatia australi.

5 Foliis radicalibus infimis subrotundis breviter petiolatis, caulinis ovatis acuminatis, supremis lanceolatis; floribus rubellis. — Radix sarmentosa multiceps; caulis striatus pubescens; folia omnia simplicia, fasciculorum sterilium ovata longe petiolata; corymbi terminales compositi. ♃. In sylvis montanis Croatiae, praesertim australis, sed nec minus et in illis circa Radoboj, Krapinam et Samobor, nec non in Croatia australi in montibus Merzin, Debelo-brdo, Visočica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 552 in subalpinis umbrosis montium Velebit, Biokovo et Orien. Rchb. fl. g. 1202. Il.-Ag. . . . . **V. montana L.**

Observ. V. intermediae Vahl. persimilis, differt tamen, caule rigidiori, robustiori, foliis omnibus ovatis, minus dentatis, saepe

integerrimis, saturate viridibus, lucidis corymboque densiore, fere capitato.

Foliis radicalibus oblongo-spathulatis longe petiolatis, caulinis lanceolato-linearibus; floribus niveis. — Radix fibrilloso-comosa; caulis humilis subteres; folia integerrima aut subdentata 3—5-nervia ciliata; corymbuli pauciflori, denique laxe subracemoso-paniculati. ♃. Ad rupes calcareas montium altiorum, veluti illorum ad Kalnik, Belecgrad, Lokve, in illis montis Klek et alpis Pliešivica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1198 In.-Il.

V. saxatilis L.

Gen. 577. Centhranthus Neck.

Flores secus paniculae ramos uniseriales; calyx limbo involuto, demum in pappum plumosum deciduum abeunte; corolla tubulosa, basi calcarata limbo 5-fido regulari; stamen unicum; pistillum stigmate capitato, ovario et fructu uniloculari monospermo. Vis. fl. dalm. II. p. 21, g. 189; Koch syn. pl. p. 371; Rchb. fl. g. p. 197, g. 254.

Foliis ovatis lanceolatisque, omnibus integris aut basi subdentatis, superioribus acuminatis; calcare tubi apicem multo excedente. — Pedalis-bipedalis glaberrimus, glaucus; folia indivisa, inferiora lanceolata, superiora plerumque ovata; flores corymbosi, purpurei, rarius albi. ♃. In asperis ruderatis litt. cr. circa Fužine, Tersat, Segniam et Karlobago, secus in hortis cultus. — Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 550 ad muros in insula Cherso et ad vicum Perasto prope Cattaro. Rchb. fl. g. 1181. (Valeriana rubra L.) Il.-Ag. . . . . **C. ruber DC.**

Foliis inferioribus indivisis, caeteris lyrato-pinnatifidis pinnatifidisque; calcare apicem tubi vix superante; ramis paniculae dichotomis binatisve. — Spithamaeus, pedalis, glaber; caulis erectus; flores rubelli. ○. Vis. fl. dalm. 551 in insula Pelagosa, secus in hortis hinc inde culta. Rchb. fl. g. 1179. (Valer. Calcitrapa L.) Mj.-In. . . . . **C. Calcitrapa Dufr.**

Gen. 578. Valerianella Much. Matovilac.

Flores cymosi, aut capitati, aut in dichotomia solitarii; limbus calycis dentatus; corolla infundibuliformis ecalcarata limbo 5-fido regulari; stamina 3; pistillum stigmate indiviso vel 3-fido; ovarium 3-loculare; pericarpium calyce persistente varie dentatum coronatumque in dehiscens 3-loculare, loculis 1—2 ina-

nibus. Vis. fl. dalm. II. p. 18, g. 188; Koch syn. pl. p. 371; Rchb. fl g. p. 198, g. 256.

1 Calycis limbo rotato foliaceo reticulato-venoso 5—6-fido laciniis apice aristatis; fructu ovato-villoso subtetragono loculis subaequalibus, anterioribus sulco divisis; bracteis margine membranaceis ciliatis; floribus carneis capitatis 2
Calycis limbo nonnisi 1—3-dentato, vel minute denticulato vel oblique truncato 3

2 Limbo calycis utrinque glaberrimo, laciniis ovatis ovalibusve integris aristatis apiceque uncinatis. — Radix fibrosa; caulis humilis erectus pubescens dichotomo-ramosus; folia pallide viridia, radicalia ovato-lanceolata petiolata, caulina sessilia laciniata, floralia lineari-lanceolata; calyx 5-fidus laciniis acutis; corolla rosea tubo externe pubescente. ○. Inter segetes in litt. cr. circa Selce, Sv. Juraj, Lukovo, Starigrad et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 548 inter segetes circa Dernis, Torrete, Sebenico, Trau, Spalato, Clissa, Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1193. (V. coronata et Fedia coronata Rchb.) Apr.-Mj. **V. hamata Host.**
Limbo calycis intus villoso laciniis lanceolatis breviterque aristatis, apice uncinatis, plerisque inciso-dentatis. — Caulis dichotomus ramis divaricatis, diffusis, quandoque fere prostratis, ad angulos scaber; coronae dentes rarius 6 integri, saepius a 5 ad 7, omnes vel saltem quidam irregulariter inciso-serrati, ciliati, dentibus apice subulatis glabris. ○. Vis. fl. dalm. 549 in apricis herbidis circa Sebenico, Trau, Spalato et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1194. (Fedia discoidea Vahl.) Apr.-Mj.
V. discoidea Loisl.

Observ. V. fructibus subturbinatis villosis; calycis limbo globoso-inflato apice 6-dentato, dentibus aristatis rectis horizontaliter inflexis, est: V. vesicaria Mnch., quae tamen teste clariss. Visianio in Dalmatia non occurrit, licet a Portenschlagio et post illum a pluribus botanophilis qua planta dalmatica citetur.

3 Limbo calycis obsolete denticulato, vel oblique truncato . . . 4
Limbo calycis 3-dentato dentibus conico-subulatis; fructu oblongo 3-sulco, 3-dentato glabro, dentibus rigidis recurvis, exteriore longiore. — Radix teres; caulis dichotomus glaber laevis, superne in ramos incrassatos divisus; folia glabra laevia, radicalia petiolata subspathulata, caulina sessilia, summa laciniata; bracteæ

lineari-lanceolatae obtusae; flores carnei. ⊙. Inter segetes in litt. cr. circa Novi, Pavile, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia inter segetes inter Kamenic et Petrovaradinum. (Kan.) Vis. fl. dalm. 542 in cultis circa Sebenico, Trau, Spalato et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1195. (Fedia echinata Vahl.; Valeriana echinata L.) Apr.-Mj. . . . . . . **V. echinata DC.**

4 Fructu subrotundo-compresso vel subtetragono; limbo calycis obsolete 1—3-dentato 5

Fructu ovato aut ovato-conico, postice convexo, antice planiusculo, aut hemisphaerico inaequaliter 3-dentato glabro; calycis limbo oblique truncato, dente posteriori majore 7

5 Fructu subrotundo-ovato utrinque subcompresso, margine unisulco, latere utroque bicostato 6

Fructu oblongo-subtetragono, facie postica profunde canaliculata, antica planiuscula, in marginem utrinque prominentem dilatata, medio faciebusque lateralibus subtiliter unicostatis. — Caulis palmaris spithamaeusve, rarius ultra, superne ramosus; folia pleraque plus minusve pinnatifida; calyx obsolete unidentatus; flores pallide carnei; paries pericarpii non incrassatus, loculi dissepimento completo disjuncti. ⊙. Inter segetes ad Crisium, in vineis circa Sudovec, Rieka, Kalnik et alibi; ad margines agrorum et in cultis circa Semlin. Rchb. fl. g. 1183. (Fedia carinata Rchb.) Apr.-Mj. . . . . **V. carinata Loisl.**

6 Fructu utrinque planiusculo; calycis limbo obsolete tridentato bracteis ciliatis. — Radix gracilis; caulis erectus humilis angulatus setulisque deflexis conspersus; folia oblonga ciliata obtusa laevia, inferiora spathulata integerrima, superiora lanceolata subdentata, floralia minima; calyx glaber; limbus corollae purpurascens. ○. In cultis campisque sterilibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Kravica; inter segetes circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1184. (Valeriana olitoria W.; V. Locusta Engl bot.; Fedia olitoria Vahl.; F. striata Stev.; F. Locusta Rchb.) Apr.-Mj. . **V. olitoria Poll.**

Fructu subcompresso edentulo glabro, loculo posteriore gibbo unisulco, anterioribus planis bisulcis, sulcis antice discretis; bracteis integris glabris. — Praecedenti similis, differt tamen, bracteis glabris, nec ciliatis, fructu 3-loculari, apice mutico, nec denticulis minimis coronato, dorso convexo, nec sulco longitudinali

exarato; foliis omnibus integris. ⊙. Vis fl. dalm. 543 inter segetes montis Svilaja. (Fedia gibbosa Guss.) In.-Il. **V. gibbosa DC.**

7 Fructu ovato hispido, aut ovato conico hirsuto, postice convexo aut subtiliter 3-costato, antice planiusculo area ovali intra margines elevatos impressa 8

Fructu hemisphaerico inaequaliter 3-dentato glabro postice bisulco, antice excavato umbilicato, aut subgloboso-ovato antice unisulcato utrinque glabro 9

8 Limbo calycis campanulato oblique truncato hyalino, reticulato-venoso, inaequaliter acute denticulato latitudinemque fructus aequante; corymbulorum ramulis dense congestis. — Radix gracilis; caulis erectus dichotome ramosus glaber; ramuli corymbulorum crassi, valde angulati et alati, inferne dense congesti, superne recurvi; corollae carneae; fructus omnino hispidus loculo posteriori multo majori, postice convexus, utrinque angulatus, angulis anterioribus angustissimis umbilicum ovalem crasse marginantibus; bracteis margine membranaceis ciliatis. ⊙. Vis. fl. dalm. 545 inter segetes et in herbidis cultis circa Zara, Dernis, Sebenico, Trau et Spalato, non minus in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1189. (Fedia eriocarpa R. S.; F. microcarpa Vis.; F. minuta Alsch.; F. rugulosa Spr.) Apr.-Mj. . . . . **V. eriocarpa Desv.**

Calycis limbo fructu dimidio angustiori oblique truncato acuto denticulato, auriculiformi opaco; ramulis corymbulorum divaricatis. — Gracilis; caulis spithamaeus, rarius ultra superne ramosus; flores ut omnium carnei; fructus ovato-conicus, hirsutus; bracteæ margine membranaceæ subciliatæ. — Praecedenti persimilis, differt tamen fructu superne attenuato; corona dimidiam fructus latitudinem subaequante opaca, nec conspicue reticulata. ⊙. Inter segetes totius Croatiae, praesertim australis. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris comitatus Syrmiensis. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 546 in apricis saxosis etiam sylvaticis circa Dernis, Zagorje, Ragusa et Cattaro, nec minus in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1186. (V. Morisonii et V. mixta DC.; Fedia dasycarpa Stev.; F. Morisonii Spr.; F. mixta Vahl.; Valeriana mixta L.) Apr.-Mj. . . . . **V. dentata Poll.**

9 Bracteis lanceolatis ovatisve margine membranaceis villosis villoque ciliatis, nervo carinatis, in fructu patulis. — Humilis, tener-

rima; flores rosei; fructus semiglobosus 3-dentatus glaber, basi et apice emarginatus, posterius convexus bisulcus et ob loculum intermedium fertilem desilientem angustum, in auriculam obtusam denticulis lateralibus multo majorem productum anterius planiusculus et medio longitudinaliter excavatus umbilico lineari aut ovali, loculis lateralibus sterilibus turgidis vix obsoleto denticulo apiculatis. ○. Vis. fl. dalm. 544 in herbidis et cultis circa Zara, Sebenico, Dernis et Zagorje. Rchb. fl. g. 1190. (V. pumila DC.; V. membranacea Loisl.; Fedia pumila Vahl.; F. sphaerocarpa Güss.; F. olitoria Alsch.) Apr.-Mj.

V. sphaerocarpa DC.

Bracteis glabris, margine simpliciter ciliatis, fructus erectis. — Reliquis major; radix fibrosa; caulis erectus divaricato-ramosus; flores carnei; limbus calycis auriculaeformis obtusatus subintegerrimus; fructus turgidus subgloboso-ovatus omnino glaber, apice attenuatus loculis sterilibus inflatis fertili majoribus; antice longitudinaliter excavatus, dorso et lineis lateralibus filiformibus 5-costatus. ○. Inter segetes totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris arvisque sterilibus circa Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 547 inter segetes circa Dernis. Rchb. fl. g. 1187. (Fedia Auricula M. et K.; F. olitoria Gaert.) Mj.-In.

V. Auricula DC.

b) Stamina in fundo corollae ovario inserta.

Fam. LXXXVI. **Cucurbitaceae Juss. Lubenjače.**

Flores unisexuales regulares; calyx superus 5-dentatus aut 5-partitus lobis aestivatione imbricatis; corolla 5-fida vel 5-partita rotata vel campanulata basique sua calyci adnata; stamina 5 filamentis in unicum vel in tres fasciculos coalitis, brevibus, crassis, infundo corollae ovario insertis, cum connectivo continuis; antherae sursum et deorsum plicato-flexae; stylus 1, stigmata 3—5, biloba; ovarium 3—5-loculare, placentis parietalibus angulis exterioribus loculorum affixis; fructus (Pepo) carnosus loculis saepe evanidis; embryo rectus radicula ad hilum versa; albumen nullum. — Vis. fl. dalm. III. p. 138; Koch syn. pl. p. 276; Rchb. fl. g. p. 293.

Herbae scandentes cirrhosae ramosae foliis alternis petiolatis simplicibus cordatis palmato-angulatis lobatisve scabris; floribus axillaribus pedunculatis.

Gen. 579. **Bryonia Tourn. Vijavka, Debeljača ili Bljušac.**

Flores monoici aut dioici; corolla 5-partita; calyx fl. masc. cyathiformis; stamina triadelpha fasciculis divisis, antheris unilocularibus, loculo connectivi inciso-dentati margini gyrose adnato; calycis fl. feminei tubus subglobosus, limbus expansus, ovarium 3-loculare loculis indivisis; stigmata capitata aut biloba; bacca intus pulposo-succosa 3—6-sperma seminibus ovatis anguste marginatis. — Vis. fl. dalm. III. p. 138, g. 531; Koch syn. pl. p. 277; Rchb. fl. g. p. 294, g. 385.

Floribus dioicis; racemi feminei pedunculo abbreviato; calyce corolla dimidio breviore; stigmatibus hirsutis; baccis maturis rubris. — Radix napiformis succulenta carnosa; caules angulati ramosi setis exasperati cirrhis alte scendentes; folia cordata palmato-5-loba vel angulata dentata, calloso-scabra, petiolata; pedunculi fl. masc. glabriusculi, ramosi; corolla rugoso-venosa, albida venis viridulis variegata; pedunculi fl. fem. plerumque brevissimi ad apicem subumbellati. ♃. In sepibus dumetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1440 ad sepes circa Verpolje prope Sebenico, circa Verlika, Sinj et alibi in montanis, nec minus in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1978. In.-Il. . . . . **B. dioica L.**

Floribus monoicis; racemi feminei pedunculo elongato; calyce corollam aequante; stigmatibus glabris; baccis maturis nigris. — Praecedenti persimilis, sed notis adductis specifice diversa. ♃. Ad sepes et dumeta totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1441 ad sepes circa Zara. Rchb. fl. g. 1977. In.-Ag. . . . . **B. alba L.**

Gen. 580. **Sicyos L. Lubanka.**

Flores monoici; calyx campanulato-5-fidus, extus infra 5-dentatus dentibus subulatis; flos fem. stigmate 5-fido; fl. mas. staminibus 3 tubuloso-connatis, antheris 4 geminatis cum solitaria; bacca echinata. Rchb. fl. g. p. 294, g. 384.

Foliis cordatis acute 5-angularibus sinu baseos obtuso. — Scandens, cirrhosa; flores viriduli; fructus nuce avellana minores. ○. Ad sepes hortorum circa Illok et Šaren-grad lecta ann. 1866. sub finem Septembris; secus hinc inde in comitatu Syrmiensi in hortis culta, veluti ad Vukovar. Rchb. fl. g. 1976. Ag.-Sept. **S. angulatus L.**

Gen. 581. **Ecbalion Rich. Strkanj ili Strkalj.**

Flores monoici; calyx 5-dentatus; corolla 5-partita; fl. mas. staminibus 5 filamentis triadelphis; fl. fem. stylo trifido, stigmatibus bifidis; ovarium 3-loculare loculis indivisis multiovulatis; bacca uniloculares a pedunculo elastice dissiliens et lympham cum seminibus ovalibus margine obtusis basi ejaculans. — Vis. fl. dalm. III. pag. 139, g. 522; Koch syn. pl. pag. 277; Rchb. fl. g. pag. 294, g. 386.

Cirrhis nullis; fructibus hispidis. — Herba hispida glauca, procumbens aut adscendens; radix ramosissima; folia petiolata alterna hastato-triangularia crenata obtusa; pedunculi geminati, masculo cymoso-multifloro et femineo unifloro in eadem axilla; flores flavo-viriduli; fructus elliptici muricati hispique. ♃. In ruderatis, ad sepes et vias totius litt. cr. Syll. fl. cr. In comitatu Syrmiensi, copiosissime ad Slankamen (Kan.); secus ubique in hortis culta. Vis. fl. dalm. 1442 in ruderatis et ad sepes totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1879. (Ecbalium agreste Rchb.; Momordiaca Elaterium L.) „Strkalj, Krastavac divji, Mlunić, Tikvina, Pipunić.“ Il.-Oct. . . . . **E. Elaterium Rich.**

Gen. 582. **Citrullus Neck. Lubenica.**

Flores monoici; corolla 5-partita; fl. mas. calyx cyathiformis; stamina triadelpha antheris unilocularibus; loculo connectivi inciso-trilobi dorso gyrose adnato; fl. fem. calyx tubo globoso, limbo campanulato; ovarium 3—6-loculare; stigmata reniformi-cordata; bacca carnosa polysperma seminibus obovatis margine obtusis. — Vis. fl. dalm. III. p. 139, g. 583.

Foliis 5-lobis, lobis sinuato pinnatifidis obtusis; fructu subgloboso, laevigato. — Radix ramosa; caulis longissimus prostratus plus minusve lanatus; folia bipinnatifida lobis obovatis, terminali ovato cuspidato; flores luteoli, fructus edulis carne plerumque rubescente. ☉. Ex Apuli adlatus, modo in hortis et in Slavonia in campis frequentissime cultus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1443 cultus in tota Dalmatia et praesertim in littorali. Rchb. fl. g. 1981. (Cucurbita Citrullus L.; Cucumis Citrullus Ser.; Anguria Citrullus Blackw.) Mj.-Il.-Sept. **C. vulgaris Schrad.**

Gen. 583. **Cucumis Tourn. Krastavac.**

Flores monoici aut polygami, corolla 5-partita; fl. mas. calyx infundibuliformis, stamina triadelpha filamentis conniventibus, antheris bilocularibus, loculis connectivi recti dorso gyro simplici adnatis; fl. fem. calyx tubo cylindrico,

limbo erecto; ovarium 3-loculare loculis bipartitis; stamina hastato-triangularia erecta; bacca carnosa polysperma seminibus ovatis margine acutis. — Vis. fl. dalm. III. p. 140, g. 534; Rchb. fl. g. p. 295, g 387.

Foliis cordatis acute 5-angularibus inaequaliter dentatis; fructibus oblongis subtriquetris tuberculatis. — Radix fibrosa; caulis longissimus prostratus ramosus; folia basi subtruncato-cordata; flores axillares lutei; fructus edules carne albo-viridula. ⊙. Colitur ubique in usum culinarium. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1444. — Rchb. fl. g. 1980. „Krastavac, Ugorak, Kukumar." Mj.-Ag. . . . . **C. sativus L.**

Foliis cordatis rotundato-5-angularibus inaequaliter dentatis; fructibus globosis ovalibusve. — Radix fibrosa; caulis prostratus longissimus; folia hispida; flores lutei. ⊙. Collitur ubique in hortis, in comitatu Syrmiensi etiam in agris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1445 colitur praesertim in Dalmatia littorali. Rchb. fl. g. 1982. „Pipun, Dinja." Il.-Sept. . . . . . **C. Melo L.**

Observ. Coluntur plures varietates et quidem:

Variet. α. fructu ambitu tereti, epicarpio reticulato, griseo crasso et est forma primitiva! C. Melo L. Dinja.

Variet. β. fructu costato-sulcato, epicarpio verrucoso crasso, est: C. Cantalupo Haberl. Rchb. fl. g. 1983. „Cantalupe".

Variet. γ. fructu sulcato, epicarpio reticulato crasso, est: C. scandens Vis.

Variet. δ. fructu cylindraceo tereti, epicarpto tenui, est: C. hybernus Vis.

Gen. 584. **Cucurbita L. Tikvanja ili Buča.**

Flores monoici corolla 5-fida; fl. masc. calyx cyathiformis; stamina triadelpha fasciculis conniventibus connatisve, antheris unilocularibus, loculis connectivi recti dorso pluribus anfractibus longitudinalibus parallelis adnato; fl. fem. calycis tubus ovatus aut globosus; ovarium 3—5-loculare loculis bipartitis; stigmata cordato-oblonga deflexa; bacca carnosa polysperma seminibus ovatis crasse marginatis. — Vis. fl. dalm. III. p. 140, g. 535; Rchb. fl. g. p. 295, g. 388.

Foliis cordatis sublobatis scabris; corollis campanulatis basi contractis, limbo erecto; fructu carnoso, globoso vel oblongo. — Caulis longissimus prostratus humifusus; flores lutei magni. ○. Ubique in agris in usum oeconomicum culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1446. — Rchb. fl. g. 1985. In.-Sept. **C. Pepo L.**

Observ. Coluntur insuper:

Variet. β. foliis cordatis rugosis, petiolis hispidis; fructu maximo globoso utrinque depressiusculo reticulato, est: C. maxima Duch. Rchb. fl. g. 1986.

Variet. γ. fructibus oblongis cylindraceis; est: C. oblonga Vis. (C. Pepo var. β. L.)

Variet. δ. fructibus oblongis lyratis; carne aurea dulci, est: C. clodiensis Naccar.)

Foliis cordatis obtusis subquinquelobis denticulatis; calyce brevi hemisphaerico-campanulato fauce valde dilatata; fructu depresso partim e calyce exserto. ☉. Ex India adlata, modo hinc inde in hortis culta. Rcbh. fl. g. 1984. „Türkenbund." In.-Sep.

C. Melopepo L.

Gen. 585. Lagenaria Sering. Tikvić ili Tikva.

Flores monoici, corolla 5-partita, fl. masc. calyx campanulatus; stamina triadelpha fasciculis conniventibus, antheris unilocularibus, loculo connectivi sinuato-flexuosi pappilosi dorso adnato; fl. fem. calyx tubo cylindrico aut ventricoso, limbo 5-dentato; ovarium 3-loculare; stigmata subsessilia biloba granulosa; bacca carnosa, demum lignescens polysperma seminibus obovatis, margine tumidis, apice truncato-bilobis. — Vis. fl. dalm. III. p. 141, g. 536; Rchb. fl. g. p. 295, g. 389.

Foliis cordatis rotundato-obtusis pubescentibus, dentatis, basi subtus biglandulosis. — Caulis longissimus; flores albi; fructus demum lignosi clavati. ☉. Hinc inde in usum oeconomicum culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1447 culta in Dalmatia littorali. Rchb. fl. g. 1987. (Cucurb. lagenaria L.) In.-Sept. . **L. vulgaris Ser.**

Fam. LXXXVII. Campanulaceae Bartl. Zvončanice.

Flores hermaphroditi, involucrorum lobis aestivatione valvatis; calyx superus 5-fidus cum ovario connatus aut illius tubo adnatus; corolla regularis (rarissime irregularis) annullo inter calycem et ovarium prominulo inserta, limbo partito laciniis lobos calycis numero aequantibus iisque alternis; stamina 5 ante corollam ovario inserta, corollae laciniis alterna; filamentis basi dilatatis conniventibus apice filiformibus, antheris bilocularibus basiflexis interdumque basi; connatis; ovarium 3—5-loculare loculis multiovulatis; placentis centralibus, stylus 1; stigma 2—5-fidum nudum lobis demum recurvis; fructus capsularis capsula lateraliter inter costas vel apice fatiscens; embryo rectus in centro albuminis, radicula hilum spectante. Vis. fl. dalm. II. p. 128; Koch syn. pl. p. 532; Rchb. fl. g. p. 295.

Herbae lactescentes foliis exstipulatis alternis simplicibus; floribus racemosis, paniculatis vel glomeratis capitatisve.

Gen. 586. **Jasione L. Pavinac, Prisadnik.**

Calyx 5-dentatus; corolla 5-partita laciniis linearibus, primum coalitis, demum a basi ad apicem solutis; filamenta subulata, antherae cohaerentes; stigma clavatum; capsula bilocularis apice foramine dehiscens. — Flores caerulei in capitulum involucratum congesti. — Koch syn. pl. p. 532; Rchb. fl. g. p. 296, g. 392.

Foliis linearibus, basi angustioribus hispidis undulato-crispis; radice simplici multicauli. — Radix fusiformis; caulis erectus infra medium hispidus ramosus foliosus, reliqua parte aphyllus glaber; folia sessilia, radicalia numerosa in rosulam disposita, caulina sparsa margine revoluta et aliqua undulata; involucri foliola ovata acuta ciliata, superne denticulata; calycis dentes subulati erecti; corolla caerulea laciniis linearibus. ♂. In ericetis, collibus incultis arvisque sterilibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1990. (J. undulata Lam.) II.-II.

J. montana L.

Gen. 587. **Phyteuma L. Zečica.**

Calyx 5-fidus; corolla 5-partita laciniis linearibus primum coalitis, denique a basi ad apicem solutis; stamina filamentis basi dilatatis, antheris liberis; stylus pilosus apice 2—3 fidus; capsula 2—3-locularis foraminibus lateralibus dehiscens. Vis. fl. dalm. II. p. 128, g. 240; Koch syn. pl. pag. 533; Rchb. fl. g. p. 296, g. 393.

1 Floribus breviter pedunculatis umbellatis vel solitariis in racemum vel paniculam dispositis . . . . . . , ... 2

Floribus spicatis spica globosa, ovali vel plane cylindrica . . 3

2 Floribus umbellatis, umbellis terminalibus; corollis speciosis obverse-pyriformibus azureis, antice atro-purpureis. — Radix multiceps; caules teretes laeves simplices plerique prostrati; folia radicalia longe petiolata, ex subrotundo-cordata dentata ciliata, caulina sparsa ovato-lanceolata, inferiora petiolata, reliqua sessilia, involucrum microphyllum, flos singulus brectea subulata, solitaria fultus; calycis laciniae subulatae patentes; corollae basi inflatae, caeterum cylindricæ. ♃. Ad rupes calcareas alpis Visočica. Syll. fl. cr. In rupium fissuris montium Dalmatiae. Maly

enum. pl. aust. g. 339, n. 12. Rchb. fl. g. 2001. (Rapunculus comosus Scop.) In.-Il. . . . . **Ph. comosum L.**

Floribus racemoso-paniculatis; corollis caeruleis. — Ramosa multiceps; caules angulati erecti aut adscendentes; folia sparsa patula sessilia, inferiora ovata crenato-serrata basique attenuata, superiora lanceolata subintegerrima; pedunculi foliosi; calyx 10-angulatus laciniis patulis; corollae laciniis reflexis. ♃. In locis incultis inter virgulta circa Čerević in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Il.-Sept. . . . . **P. canescens WK.**

3 Spicis semper globosis aut post anthesim subovalibus 4

Spicis jam sub anthesi elongatis, demum cylindraceis; foliolis involucri linearibus vel plane subulatis 5

4 Foliolis involucri exterioribus linearibus integerrimis capituloque suborbiculari longioribus, — Radix multiceps; caules erecti angulati glabri laeves; folia crenato-serrata, inferiora longe petiolata lanceolata, attenuato-acuminata, fasciculorum sterilium cordata, superiora linearia sessilia, omnia facie et ad oras setulis adspersa; capitula multiflora globosa; calycis laciniae subulatae; corollae caeruleae laciniis linearibus interne ad basin pilosis. ♃. In locis rupestribus regionum subalpinarum Dalmatiae. Maly. enum. plant aust. g. 339, n. 7. Rchb. fl. g. 204. (Ph. corniculatum Clairv.; Ph. Charmelii Vill.) Il.-Ag.

Ph. Scheuchzeri All.

Foliolis involucri exterioris e basi ovata lanceolatis cuspidatis subintegris serratisve capitulo deflorato ovali brevioribus. — Radix repens; caulis erectus teres; folia glabra, crenato serrata, infima et caulium sterilium subcordato-ovata longe petiolata, reliqua sessilia lanceolata, superiora lanceolato-linearia; flores purpureo-caerulei, corollae laciniis linearibus acutis recurvatis interneque pilosis. ♃. In pascuis pratisque montanis sylvaticis tractus montium Ivanščica ad Lobor, Radoboj et Krapinam; in sylvis montanis ad Samobor et in illis montis Klek. Vis. fl. dalm. 793 in sylvaticis et pascuis montium Velebit, Prolog et Biokovo. Rchb. fl. g. 1997. (Rapunculus orbicularis Scop.) In.-Ag.

Ph. orbiculare L.

Observ. variet. β. foliis omnibus lanceolatis ciliatis, inferioribus elongato-elliptícis, est: Ph. lanceolatum Vill. (Ph. ellipticum Poir.) Rchb. fl. g. 1999.

Variet. γ. foliis scabris inferioribus cauliumque sterilium subcordatis, reliquis lanceolatis linearibusve, est: Ph. Columnae Vis. Utraque varietas occurrit cum specie in Dalmatia

5 Spicis oblongis, demum cylindraceis; foliis caulinis superioribus supremisque lanceolatis linearibusve 6

Spicis obovato-oblongis; foliis grosse duplicato-serratis, inferioribus petiolatis ovatis, supremis lanceolatis. — Radix fibrosa; caulis erectus pedalis et ultra; folia glabra, radicalia cordata; bracteae lineares; flores atroviolacei; styli hirsuti corolla longiores. ♃. Ad moenia vetustae arcis Okić et in pascuis lapidosis ad Čubar et Brod. (Klinggraeff.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2003. (Ph. urticaefolium Clairv.) In.-Il. . . . . . . , . . **P. Halleri All.**

6 Spicis elongatis continuis; foliis inferioribus petiolatis basique cordata ovatis planis, supremis linearibus 7

Spicis elongatis lineari-interruptis; foliis repando-denticulatis integrisve margine undulatis, radicalibus longe petiolatis oblongo-lanceolatis lanceolatisve, superioribus bracteisque linearibus sessilibus. — Admodum variabile, glabrum vel pube scabrum; caulis simplex, rarius ramosus; folia radicalia apice obtusa vel acuta aut acuminata, integra, repanda vel denticulata; flores caerulei; capsula basi vel utrinque attenuata; stamina primum crassiuscula obtusa, serius subulata et longiora. ♃. In collibus apricis asperis litt. cr. circa Flumen, Praputnik et Hrelin. Vis. fl. dalm. 794 in collibus sterilibus locisque saxosis apricis ad Kosica prope Vergorac, circa Ragusa et Lastva, nec minus in insula Lesina. (Ph. collinum Guss.; Ph. strictum Sims; Campanula limonifolia L.; C. virgata Labil.) Apr.-Il.

Ph. limonifolium Sibth.

7 Foliis duplicato-crenato-serratis; floribus albidis vel ochroleucis apice virentibus. — Radix nodosa; caulis erectus 1—2-pedalis; folia puberula pilisque scabriuscula, juniora plerumque fusco maculata; stylus puberulus. ♃. In sylvis pratisque montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2002. (Rapunculus spicatus Scop.) Mj.-Il. . . . . **Ph. spicatum L.**

Foliis simpliciter crenato-serratis; floribus atro-violaceis ante expansionem laciniarum corollae rugosissimis. — Praecedenti persimile et exceptis notis praedictis identicum, hinc potius pro varietate illius sumendum. ♃. In sylvis frondosis Croatiae montanae praecedente frequentius, praesertim in sylvis montanis Croa-

tiae australis, veluti in monte Klek, Kapela, Merzin et alibi. Rchb. fl. g. 2002 var. β. (Ph. ovale Hopp.) Mj.-Il.

Ph. nigrum Schm.

Gen. 588. **Campanula L. Zvonce ili Zvončić.**

Calyx tubo turbinato limboque 5-dentato; corolla campanulata vel rotata in segmenta 5 plus minusve divisa, fundo clauso filamentis basi dilatatis subhemisphaerico-conniventibus et discum epigynum plano-convexum obtegentibus; antherae liberae; ovarium turbinatum; capsula 3—5-locularis foraminibus lateratibus dehiscens. Vis. fl. dalm. II. p, 129, g. 291; Koch syn. pl. pag. 536; Rchb. fl. g. pag. 298, g. 394.

1 Sinubus calycis appendiculatis auriculis reflexis 2
Sinubus calycis excisis, non auriculatis nec appendiculatis . . 5
2 Floribus pedunculatis axillaribus paniculatis aut racemosis nutantibus subsecundis 3
Floribus capitatis basi involucratis 4
3 Laciniis corollae apice omnino glabris; floribus paniculatis. — Hispida; radix ramosa subcarnosa; caulis erectus striatus aut angulatus supra medium in ramulos solutus; folia plus minusve undulata, inferiora oblongo-spathulata obtusa crenata in petiolum attenuata, reliqua lanceolata acuminata semiamplexicaulia; inflorescentia paniculata; calyx hispidus setoso-ciliatus laciniis erectis lanceolato-linearibus acuminatis, appendicibus reflexis lanceolatis acutis tubo calycis sublongioribus; laciniae corollae apice glabrae. ♃. In collibus herbidis pratisque arenosis circa Gjelekovec et Torčec in campo Podravano, a nobis 1861 ibidem lecta. In Slavonia in collibus circa Čerević, inter Illok et Šarengrad, circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 795 in saxosis umbrosis sylvaticis ad Verpolje, Ogorje et Knin; in monte Svilaja; in rupestribus ad Vrulja et Almissa, nec non in insula Brazza. Rchb. fl. g. 2065. (C. dichotoma Pett.) Mj.-In.

C. sibirica L.

Observ. vaviet. β. Caule setulis deflexis hispido, superne ramoso ramis divergentibus; foliis radicalibus spathulatis; pedunculis axillaribus trifloris, terminalibusque secundis nutantibus, est: C. divergens W. (C. spathulata WK.) occurritque in pratis fertilibus ad fluvium Dravum prope Gjelekovec et Drnje. — Rchb. fl. g. 2066.

Laciniis corollae apice inberbibus omninoque glabris; floribus racemosis. — Radix fusiformis; caulis erectus teres simplex apice nutans; folia radicalia oblongo-lanceolata, basin versus attenuata sessilia crenulata obtusiuscula cauleque scabra, pilosa, caulina pauca illisque multo minora integerrima; racemus pauciflorus corollis speciosis caeruleis barbatisque; capsula 5-locularis sinubus calycis hispidi reflexis obtecta. ♃. In pratis montium altiorum circa Delnice, Brod et Čubar. (Klinggraeff.) Rchb. fl. g. 2067. Il.-Ag. . . . . **C. barbata L.**

4 Foliis radicalibus caulinisque infimis lingulatis aut lingulato-spathulatis, basi attenuatis aut oblongo-obovatis in petiolum decurrentibus, crenato-repandis, rarius integerrimis, reliquis lanceolatis sessilibus aut subamplexicaulibus; appendicibus calycinis cordato-oblongis obtusis utrinque nudis ciliatisque. — Radix ramosa patentissima; caules plures ex eadem radice, subpedales, medius erectus, laterales adscendentes, angulati, simplicissimi setisque albis adspersi hispidi; folia utrinque hispida undulata crenata crenis dente calloso albido instructis, apice obtusa; flores capitati terminales axillaresque, capitula bracteis e basi lata atque nervosa in cuspidem linearem obtusam attenuatis, subtus hispidis ciliatis, extimis majoribus recurvis fulta; laciniae calycis lineari-lanceolatae obtusae brevissime acuminatae acumine pallido, utrinque nudae et setoso-ciliatae; corolla tubulosa tubo pentagono, violaceo-caerulea basin versus albida; capsula costato-angulata unilocularis lateribus baseos dehiscens. ♂. Copiosissima in sylvis comitatus Syrmiensis circa Karlovic, Čerević et Vukovar. (Kan.) Rchb. fl. g. 2045. Mj.-In. . . . **C. lingulata WK.**

Foliis inferioribus obovato-spathulatis in petiolum attenuatis, reliquis oblongo-linearibus semiamplexicaulibus; appendicibus calycis reflexis subcordato-ovatis nervoso-reticulatis; calycis tubo aequilongis. — Hispida; radix ramosa; caulis subsimplex; flores capitati, bracteis e basi ovata cuspidatis apice obtusis fulti; calyx hispidus laciniis setoso-ciliatis acutiusculis erectis lanceolatis; corolla violaceo-caerulea calyce triplo longior. — Praecedenti persimilis, sed foliis caulinis multo angustioribus et longioribus; bracteis longius cuspidatis; laciniis calycis omnibus acutiusculis vel plane acuminatis, nec rotundato-obtusis; corolla denique calyce triplo longiore ab illa satis diversa. ♂. Vis. fl.

dalm. 796 in saxosis apricis circa Vrulja, Makarska, Primorje, Ragusa et Cattaro. Apr.-Mj. . . . . **C. capitata Sims.**

5 Floribus sessilibus in capitula spicasve congestis 6

Floribus pedunculatis solitariis vel in caulibus multifloris racemosis vel paniculatis 11

6 Floribus capitatis, capitatis axillaribus terminalibusque; foliis minute crenatis 7

Floribus in spicam densam congestis; foliis obsolete crenatis . 10

7 Foliis hirtis, vel cano-pubescentibus vel plane glabris, radicalibus ovatis vel ovato-lanceolatis basi rotundatis vel cordatis, superioribus saepius basi cordata amplexicaulibus 8

Foliis hispidis, radicalibus lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis lanceolato-linearibus lanceolatisve, summis non raro basi excisa amplexicaulibus 9

8 Foliis radicalibus (sub anthesi saepe jam emarcidis) una cum caulinis inferioribus cordatis ovalibusque, floralibus sessibus concavis crispis. — Tota glaucescens, farinosa; radix obliqua repens inferne in ramulos soluta; caulis strictus 1—2-pedalis, partim rubens; folia radicalia et illa turionum sterilium longissime, caulina brevius petiolata, summa sessilia, omnia inaequaliter crenulata et ciliolata; flores inferiores non raro pedunculati, reliqui sessiles; calyx 5-fidus laciniis anguste lanceolatis acuminatis; bracteae pallidæ late ovatae puberulae; corollae lilacinae laciniis acutis patentibus pilosellis; capsula ovata pilis adspersa. ♃. Ad margines viarum in dumetis circa Crisium, Rasinjam, Ludbreginum, Čukovec, Toplikam et alibi in submontanis Croatiae. Il.-Ag. **C. glaucophylla Schloss. et Vukot.**

Foliis radicalibus ovatis vel ovato-lanceolatis, rarius basi excisa subcordatis, floralibus basi cordata amplexicaulibus. — Radix lignescens; caulis erectus teres angulatusve scaber simpliciusculus; folia minute crenulata vel serrulata, inferiora subcordato-ovata aut oblongo-petiolata, reliqua ovalia amplexicaulia; flores capitato-glomerati violacei; bracteae subcordato-acuminatae; calycis laciniae acutae. ♃. In pratis locisque incultis herbidis, ad margines viarum sylvarumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 797 in sylvaticis montosis, praesertim in Promina, Svilaja, Prolog, Mossor et Biokovo. Rchb. fl. g. 2051. Mj.-In. . . . . **C. glomerata L.**

Observ. Variat mirum in modum foliis latioribus vel angustioribus, floribus majoribus vel dimidio minoribus, hirsutie, pubescentia et glabritie et quidem.

Variet. β. caule foliisque subtus cano-tomentosis, facie glabris, est: C. farinosa Andrz. (C. petraea Schm.)

Variet. γ. caule foliisque viridibus, petiolis foliorum caulinorum dentatis alatisque, corollis reliquis minoribus, est: C. aggregata W. Rchb. fl. g. 2050.

Variet. δ. foliis omnibus basi rotundatis vel in petiolum protractis, (nec unquam cordatis) bracteis pallidis reticulatisque, est: C. elliptica Kit. Rchb. fl. g. 2049. Omnes vatietates occurrunt in iisdem locis ac ipsa species.

9 Caule teretiusculo; floribus glomeratis quidem, sed glomerulis in spicam interruptum longissimam dispositis. — Radix fusiformis longissima fibrisque copiosis aucta; caulis solitarius simpliciusculus erectus flexuosus, 2—3-pedalis, striatus, inferne foliis, superne floribus tectus; folia sessilia oblonga, crenata obtuse mucronata utrinque hispida, nervoso-venosa, successive minora, floralia lateribus baseos inflexis concava, intus nuda; calycis hispidi basi obtuse 3-angulari 3-sulcata, limbo 5-partito laciniis obtusis ciliatis; corollae tubulosae pallide violaceo-caeruleae calyce duplo longiores limbo patente, laciniis ovatis acutiusculis. ♂. In collibus dumetosis circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 2147. (C. macrostachya W.) Il.-Ag. . . . . . . **C. multiflora WK.**

Caule angulato, sulcato; florum capitulis solitariis terminalibus axillaribusque disjunctis, nec unquam in spicam congestis. — Radix crassa carnosa plus minusve ramosa; caulis erectus 2—3-pedalis et ultra, superne fistulosus, setis horizontalibus consitus; folia undulata scabra, caulina lanceolato-linearia, superiora basi amplexicauli sessilia; bracteae latae concavae pallidae submembranaceae nervis viridibus variegatae hispidulae; calycis laciniæ ciliatae; corollae pallide caeruleae pilosellae. ♂. In sylvis montanis collibusque incultis dumetosis totius Croatiæ. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis in comitatu Viroviticensi frequens, sed nec in comitatu Syrmiensi rarior, praesertim ad Čerević, Illok et Šarengrad, nec minus circa Karlovic. Rchb. fl. g. 2046. Mj.-In. . . . . **C. Cervicaria L.**

Observ. variet. β. foliis primigenis cauliculorumque sterilium cordatis parvis, radicalibus lineari-lanceolatis longissimis; florum

capitulis magnis speciosis, corollis coelestinis, est: C. longifolia Schloss. et Vukot. occurritque in sylvis frondosis circa Crisium, St. Helenam, Paukovec et alibi.

10 Floribus in spicam elongatam interruptam dispositis caeruleis, inferioribus ternis, superioribus solitariis. — Tota setis tecta, hispida; radix fusiformis; caulis erectus simplex angulatus; folia crassa undulata, inferiora in petiolum longum attenuata, reliqua successive breviora sessilia ad basin dilatata, summa brevissima; flores sessiles bractea cordata suffulti; calyx angulatus laciniis triangularibus; corollae tubus angulatus, ad angulos pilosus, laciniae lanceolatae erectae. ♂. In saxosis convallium montium altiorum ad Verbovsko, Plaške et in monte Klek. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2063. In.-Il. . . . . **C. spicata L.**

Floribus in spicam ovato-oblongam densam, demum elongatam congestis ochroleucis. — Tota hispida; radix ramosa; caulis erectus angulatus hirsutusque; folia omnia oblonga, lanceolato-linearia, integerrima sessilia aspera pilosa et successive breviora magisque acuta; spica foliosa; calyx pilosus laciniis ovato-lanceolatis; corolla intus lanuginosa. ♂. In collibus montibusque apricis circa Samobor et Rude frequentissime, sed nec in illis ad Kalnik, Belec-grad, Lobor et circa Krapinam non adeo rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2062. Il.-Ag. . . . . . **C. thyrsoidea L.**

11 Caule erecto aut adscendente rigidiusculo, nec unquam diffuso, prostrato aut caespitoso 12

Caulibus filiformibus prostratis, diffusis aut plane caespitosis, rarissime erectiusculis, sed tunc tenuibus foliisque caulinis linearibus sessilibus et integerrimis, radicalibus autem petiolatis . 19

12 Floribus laxe racemosis, aut racemoso-pyramidatis paniculatisve decrescentibus; foliis radicalibus longe petiolatis, cordatis ovatisve 13

Floribus longe pedunculatis in ramulis solitariis aut in paniculas congesitis, aut caulibus plane unifloris; foliis radicalibus sessilibus aut in pedunculum brevem attenuatis spathulatisque, nec unquam ovatis cordatisve . . . . , ... 16

13 Foliis hirto-scabris, aut pubescenti - scabriusculis; floribus laxe racemosis 14

Foliis glaberrimis; caule rigido stricto; floribus racemoso-pyramidatis. — Radix crassa carnosa; caulis laevis teres, 2—4-pedalis, apice racemoso-pyramidatus; folia petiolata glanduloso-serrata, radicalia subcordato-ovata conferta longe petiolata, cau-

lina ovata lanceolataque, summa minima, integerrima; pedunculi pauciflori; tubus calycis subrotundus laciniis lanceolato-linearibus corolla dilute caerulea scutellato-campanulata patula semi-5-fida duplo brevioribus; stylus subexsertus. ♂. In muris collibusque saxosis apricis totius litt. cr., nec minus in illis Croatiae australis, praesertim provinciae Likanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 806 ad muros totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2061. „Prostjenak, Pirduljin ili Pirdelj.“ Il.-Ag. . . . **C. pyramidalis L.**

14 Radice ramosa; foliis late duplicato-serratis aut inaequaliter crenato-serratis 15

Radice repente; foliis inaequaliter obtuseque serratis. — Caulis erectus teres pilis deflexis adspersus; folia scabra, inferiora longe petiolata cordato-ovata, caulina lanceolata acuminata sessilia, floralia linearia; flores racemosi pedunculis axillaribus unifloris secundis; calycis laciniae lanceolato-lineares reflexae corolla caeruleo-lilacina duplo breviores. ♃. In sylvis, agris locisque incultis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis Gizderovo et Palanka, circa Duzluk et Jankovec; nec minus circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 799 in sylvis montis Mossor. Rchb. fl. g. 2054. (C. trachelioides Rchb.; C. Trachelium Bull.; C. infundibuliformis Sims.) In.-Il. . . . . . . **C. rapunculoides L.**

15 Caule angulato; foliis hirto-scabris late duplicato-serratis; laciniis calycis ovali-lanceolatis. — Radix crassa lignescens; caulis erectus ad angulos setis exasperatus; folia inferiora longe petiolata cordata, superiora floraliaque oblonga acuminata sessilia; pedunculi axillares 1—3-flori; calycis laciniae erectae corolla caeruleo-violacea triplo breviores. ♃. Ad sepes, in sylvis dumetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 798 ad sepes et in umbrosis circa Zara, Verlika et Dugopolje. Rchb. fl. g. 2060. (C. urticaefolia Schm.) Il.-Ag. . . **C. Trachelium L.**

Caule tereti; laciniis calycis lineari-lanceolatis; foliis scabriusculis subtus canescentibus inaequaliter crenato-serratis. — Radix ramosa; caulis erectus, rarius e basi decumbente adscendens virgatus 1—3-pedalis; folia inferiora longe petiolata cordato-ovata, superiora ovato-acuminata sessilia, floralia linearia; pedunculi plerique multiflori in racemum longissimum plus minusve ramosum congesti; laciniae calycis in fructu erectae corollaque purpureo-caerulea reliquis multo minori triplo breviores. ♃. In montosis ad margines vinearum sylvarumque circa Kalnik, Rieka,

Sudovec, Toplikam, Markuševec, Samobor et alibi, praeprimis in Croatia australi et littorali. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 800 in locis collinis sylvaticis, ad sepes atque dumeta circa Dernis, Clissa et Ragusa, nec non in apricis dumetosis montium Velebit. — Rchb. fl. g. 2057. Il.-Ag. . . . . **C. bononiensis L.**

Observ. β. floribus in racemo simplici solitario longissimo sparsis ternisque; foliis plurimis sessilibus et amplexicaulibus; laciniis calycis denticulatis, est: C. simplex DC. Rchb. fl. g. 2058. (C. Thaliana Wallr.; C. ruthenica Bieb.; C. oblongifolia Ten.) Occurrit in iisdem locis ac species, sed illa frequentius et etiam in vineis circa Požegam.

16 Laciniis calycis lanceolatis, serrulatis dentatisve; floribus solitariis longe pedunculatis speciosis; stigmate incluso 3-partito . . . 17

Lacinis calycis subulatis subintegerrimis; floribus solitariis vel in paniculas congestis corollis parvis; capsula matura medio vel plane sub apice pertusa vel ibidem dehiscente; foliis crenatis, puberulis scabrisve 18

17 Caule suberecto ramoso; foliis caulinis ovali-lanceolatis lanceolatisque acutis; calyce 10-angulato setis albis tecto; lateribus capsulae maturae basin versus pertusis. — Radix ramosa annua; caulis angulatus tortuosus hirsutus, saepe ramosissimus ramis unifloris; foliis crenatis, inferioribus obovato-spathulatis in petiolum attenuatis obtusis, tubo calycis fructiferi turbinato crasse 10-costato strigoso costis rectis distinctis, laciniis lanceolato-acuminatis trinervibus, corollae stellato-patenti, saturate-caeruleae, profunde 5-fidae subaequalibus. ⊙. Vis. fl. dalm. 807 in herbidis et saxosis apricis circa Cattaro, et quidem prope Rissano, Mulla et in Castello. Rchb. fl. g. 2039. (C. Loraei Pollin.; C. baldensis Balb.) In.-Il. . . . . . . **C. ramosissima Sibth.**

Caule erecto simpliciusculo; foliis caulinis lanceolato-linearibus sessilibus; tubo calycis 5-angulato turbinato ruguloso-reticulato; lateribus capsulae maturae apicem versus pertusis. — Radix perennis lignescens; folia rigida remote obtuseque glanduloso-serrulata, radicalia lanceolato-oblonga in petiolum attenuata; pedunculi elongati solitarii, aut nec raro in racemum laxum dispositi; laciniis calycis lanceolatis corolla ampliato-campanulata late 5-loba amoene caerulea, rarius alba dimidio brevioribus. ♃. In sylvis frondosis submontanis montosisque praeruptis et inter virgulta totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm.

808 in sylvaticis montosis supra Obrovazzo, circa Ogorje et in montibus Mossor, Radigne, Prolog et Krivoscie. Rchb. fl. g. 2035. Mj.-Il. . . . . **C. persicifolia L.**

18 Panicula laxa subcorymbosa; ramis superne divisis patentibusque, floribus erectis. -- Radix fusiformis attenuata fibrisque aucta; caulis erectus angulatus scaber superne ramosus; folia crenata, radicalia oblongo-obovata in petiolum decurrentia, caulina lineari-lanceolata sessilia; corolla dilute violacea aut lilacina, rarius alba basin versus attenuata. ♂. In pratis, ad margines agrorum, vinearum sylvarumque totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis comitatus Požegani, Viroviticensis et Syrmiensis haud rara. (Kan.) Rchb. fl. g. 2038. (C. decurrens Thore) Mj.-Il. . . . . **C. patula L.**

Panicula subracemosa ramulis basi divisis; lateribus capsulae apicem versus pertusis vel laceris. — Radix napiformis; caulis strictus 2—4-pedalis sulcatus, superne glaber et in unum ulterumve ramum solutus, inferius pilis brevibus ut et ipsa folia adspersus; folia undulata crenata, radicalia et caulina inferiora lanceolato-obovata, in petiolum attenuata, caulina lineari-lanceolata, glanduloso-serrata sessilia; pedunculi paniculato-racemosi; tubus calycis fructiferi turbinatus laevis costis apice arcuatim connexis signatus; laciniae calycis triquetro - subulatae basi subdenticulatae corolla dilute violacea turbinato-campanulata 5-fida paullo brevioribus. ♂. In pratis siccis, locis sylvaticis collibusque incultis circa Zagrabiam, Samobor, Sv. Anna pod Turnom, Carlostadium et alibi in parte Croatiae montosa et littorali. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis comitatus Syrmiensis, veluti circa Vukovar, Čerević, Bukovec et Semlin. Vis. fl. dalm. 809 in locis siccis sylvaticis herbidis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2037. „Repica, Repušac ili Repušak.“ Mj.-Ag. **C. Rapunculus L.**

19 Foliis caulinis omnibus vel saltem superioribus linearibus integerrimisque 20

Foliis caulinis ovatis, cordatis aut reniformibus, rarius lineari-lanceolatis, sed in hoc casu crenatis serratisve 23

20 Foliis radicalibus turionumque sterilium reniformibus aut subrotundo- cordatis obcordatisve vel obovatis . . . . 21 a

Foliis radicalibus turionumque sterilium oblongo-cordatis, ovatis, lanceolatisve 22

21 a) Foliis radicalibus turionumque sterilium pauci-crenatis serratisve indivisis . . . . 21 b

Foliis turionum sterilium evidenter lobatis lobulisque distinctis rotundatis in basin cordatam coëuntibus, caulinis infimis anguste lanceolatis plerumque unica serratura signatis. — Radix repens; caulis gracilis glaberrimas 1—3- aut plurifoliatus, a medio aphyllus vel foliolis ad bracteas reductis vestitus; folia caulina infima conferta lineari-lanceolata canaliculata decrescentia, infima petiolata, summa sessilia; corolla pilosella laete caerulea; calyx 5-dentatus dentibus subulatis pilosellis. ♃. In rupestribus montium Ivanšćica, in monte Beliga. (C. sarmentosa Fenzl in litteris 1859.) Il.-Ag. . . . . . . **C. lobata Schloss. et Vukot.**

21 b Foliis radicalibus turionumque sterilium reniformibus aut subrotundo-cordatis crenatis seratisve petiolatis, superioribus sessilibus integerrimis. — Radix multiceps; caules glabri erecti aut adscendentes simplices, rarius ramosi; folia glabra, infima longe petiolata petiolo folium pluries superante; inflorescentia paniculata multiflora; corollae caeruleo-violaceae, rarius albae, ovatae aut turbinato-campanulatae; calycis laciniae subulatae erectae. ♃. In pascuis, pratis siccis, ad vias et muros in montanis alpinisque haud rara in Croatia, praesertim australi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 801 in rupestribus et sylvaticis montium Velebit, Prolog, Biokovo et Orien. Rchb. fl. g. 2014. Mj.-Ag.

C. rotundifolia L.

Foliis radicalibus turionumque sterilium obcordatis obovatisve in petiolum latiusculum folium vix aequantem decurrentibus paucicrenatis. — Radix fibrosa gracilis; caules humiles in densum caespitem collecti, paucifloro-racemosi vel paniculati pedunculis 1—2-floris, corolla dilute violacea in purpurascentem vergens oblongo-campanulata sub laciniis paullum contracta, ventricosa, praeter nervum validiorem in dentes excurrentem et binas laterales validiores a basi ad dentes usque rete venarum evidenti instructa, dentes extrorsum versi; staminum basis ovata longiorque quam lata; calycis laciniae subulatae; folia infima obovata, media sessilia lineari-lanceolata, subserrata, superiora linearia integerrima. ♃. In rupium calcarearum fissaris alpis Visočica et Sveto-brdo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2010. Il.-Ag.

C. caespitosa Scop.

Observ. Clariss. Visiani in fl. sua dalm. p. 132 conjungit hanc plantam uti et duas sequentes cum praecedente, quae tamen teste clariss. Koch syn. pl. p. 537 specifice differunt, excepta fors C. Hostii Baumg., quae cum illa coincidere videtur.

22 Foliis radicalibus obovatis, illis turionum sterilium ovatis cordatisve petiolatis petiolo folium pluries superante, caulinis lineari-lanceolatis integerrimis aut inferioribus crenato-serratis. — Radix multiceps; caulis erectus uniflorus vel racemoso-2—6-florus; folia subhirsuta, caulina conferta illis radicalibus multo longiora; calycis laciniae subulatae, flores violacei. ♃. In pascuis pratisque alpium Visočica et Plieśivica, nec non in illis montis Klek. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2017. (C. Scheuchzeri Vill.) Il.-Ag. **C. linifolia W.**

Foliis radicalibus turionumque sterilium lanceolatis, caulinis sessilibus sparsis subdenticulatis aculeato-ciliatis, floralibus lineari-subulatis. — Radix multiceps; caules erecti tortuosi angulati, superne non raro ramosi et glabri, reliqua parte setulis minimis inspersi; folia inferiora reliquis breviora et latiora; flores secundi pedunculis cernuis; bracteae lineares; laciniae calycis subbulatae patentes; corollae violaceae venis saturatioribus variegatae laciniis ovatis. ♃. In rupibus calcareis montis Ivanšćica ad Melen- et Belec-grad, nec non ad illas montis Merzin. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2020. Il.-Ag. . . . . **C. Hostii Bmg.**

22 Caulibus caespitosis apice racemoso-paniculatis vel subcorymbosis, plurifloris 24

Caulibus filiformibus unifloris 26

24 Caulibus prostratis, adscendentibus diffusisve; foliis omnibus aut saltem inferioribus cordato-reniformibus vel simpliciter reniformibus 25

Caulibus erectis flexuosis; foliis oblongis remote serratis, sessilibus, inferioribus obtusis brevioribus, reliquis longe acuminatis. — Radix multiceps; caules palmares, rarius ultra, basi lignescentes, apice in pedunculos axillares bracteatos erectos, vel etiam in ramulos floriferos paniculatim partiti; folia alterna in brevem petiolum attenuata, inferiora obovata obtusa, reliqua lanceolata; flores axillares breviter pedunculati pedunculis bibracteatis; calyx 10-angulatus tubo hemisphaerico, laciniis subulatis corolla campanulata caerulea quadruplo brevioribus; capsula foraminibus irregularibus basi lacero-pertusa. ♃. In fissuris rupium

montium tractus Velebit, veluti in in illis montis Sladovac, alpis Debelo-brdo, Badanj, Samar et alibi in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 802 in rupium rimis montium Velebit. Rchb. fl. g. 2019. (C. Waldsteiniana R. S.; C. rupestris Host.) Il.-Ag. . . . . **C. flexuosa WK.**

25 Caulibus apice racemoso-paniculatis; calycis tubo ovato, laciniis linearibus corolla scutellato-patula 5-partita duplo brevioribus; stylo exserto. — Radix multiceps; caules decumbentes vel penduli; folia inaequaliter mucronato-serrata petiolata, inferiora reniformia obtusa, superiora cordato-ovata aut simpliciter ovata, floralia breviter in petiolum producta; pedunculi filiformes 1—3-flori; corolla caerulea, rarius alba; calycis laciniae demum patentes; capsula matura basi lacera hians. ♃. In rupium fissuris montium Velebit; in litt. cr. ad Karlobago, in monte Sladovac, in illis inter Halan et Podprag et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 803 in rimis rupium secus canale della Morlacca ad ostium fluvii Zermanja, secus flumen Kerka et prope hujus catarractam Slap dictam, nec non ad muros arcis Dernis, nec minus in illis insularum Arbe, Veglia, Plavnik et Cherso. Rchb. fl. g. 2026. (C. muralis Rchb.; Wahlenbergia flaccida Presl.) Il.-Ag. . . . . **C. garganica Ten.**

Caulibus apice racemoso-corymbosis; calycis tubo subrotundo laciniis sublinearibus demum reflexis corolla infundibuliformi 5-fida triplo brevioribus; stylo incluso. — Radix multiceps; caules adscendentes palmares aut spithamaei; folia omnia cordato-reniformia obtusa, rarius superiora cordato-ovata acuta inaequaliter mucronato-serrata petiolata, summa in petiolum brevem protracta; pedunculi 3-pluriflori, flores violaceo-caerulei. ♃. In fissuris rupium litt. cr., veluti in illis ad Karlobago, Konjsko, Stanište et Vranjak. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 804 in fissuris rupium circa Almissa, ad muros domorum ejusdem urbis, in rupestribus et muris horti conventus P. P. Franciscanorum prope Macarsca, in monte Biokovo et in Primorje, nec non ad rupes vallis Smarska insulae Brazza. Rchb. fl. g. 2927. (C. Elatines Rchb.; C. Portenschlagiana R. S.; C. haederacea Host.; C. muralis Portsch.) In.-Ag. . . . . . **C. haederæfolia Portsch.**

Observ. variet. β. foliis crassiusculis, nec membranaceis; calycis laciniis lanceolato-linearibus corolla scutellata paullo brevioribus

styloque exserto, est: C. diffusa Vahl. occurritque ad muros domorum et ecclesiae Karlobagensis.

26 Floribus capsulisque maturis nutantibus; foliis ellipticis crenatis petiolo triplo longioribus; laciniis calycis subulatis. — Radix gracilis repens; caules humiles suberecti teretes apice in pedunculum 1-florum producti; folia sparsa, inferiora obtusa, superiora acuta, glabra; corolla saturate caerulea cernua laciniis brevibus acutis patulis. ♃. In graminosis rupestribus montis Ivanščica. Syll. fl. cr.; in pascuis subalpinis montium altiorum circa Čubar et in monte Snježnik. (Klinggraeff.) Rchb. fl. g. 2021. Il.-Ag. **C. pulla L.**

Floribus capsulisque maturis erectis; foliis simpliciter serratis, fasciculorum sterilium cordatis, longe petiolatis, caulinis ovatis in petiolum brevem protractis; calycis laciniis lanceolatis. — Radix multiceps; caules filiformes prostrati; folia omnia petiolata obtusa, ima ovalia, inferiora cordato-ovata, reliqua ovata basique producta; calyx turbinatus hispidus laciniis latis corolla caerulea turbinato-campanulata 5-fida triplo brevioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 805 ad rupes montis Biokovo. Rchb. fl. g. 2024. (C. Morettiana Rchb.; C. Alpini Portenschl.) Il.-Ag. **C. filiformis Moretti.**

Gen. 589. **Roncela Dumort. Pazvonce.**

Calycis tubus subturbinatus limbo 5-fido; corolla tubulosa limbo irregulariter 5-fido; stamina 5 inaequalia antheris liberis; stigma simplex; capsula 3-locularis lateribus basi pertusis, apice lacero-fatiscente. Rchb. fl. g. pag. 296, g. 391.

Foliis inferioribus obovato-oblongis, in petiolum brevem attenuatis, floralibus oppositis utrinque 1—2-dentatis. — Hirta, caulis ramosus dichotomus; folia obtusa, serrata; flores alares axillaresque subsessiles; tubus calycis brevissime turbinatus laciniis 3-angulari-lanceolatis, demum stellato-patentibus corollam pallide caeruleam tubulosam subaequantibus; stigmate incluso. ♃. In locis petrosis murisque rimosis litt. cr. circa Flumen, Sv. Cosmo, ad Cernik, Piket et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 810 in siccis, apricis et ad muros totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1989. (Roncela Erinus Dum.; Camp. Erinus L.) In.-Ag. **R. Erinus Rchb.**

Gen. 590. **Edrianthus Alph. DC. Kreštelica.**

Calycis tubus turbinatus sinubus exapendiculatis; corolla tubuloso-campanulata; capsula apice intra calycem fragmentis vel valvis irregularibus caducis dehiscens, denique intra calycem tota aperta. — Flores in capitula congesti aut terminales solitarii. Koch syn. pl. pag. 543.

1 Floribus terminalibus solitariis; laciniis calycis tubum suum subaequantibus 2

Floribus in capitula congestis; calycis laciniis tubo suo dimidio triplove brevioribus 3

2 Foliis lineari-spathulatis oblongisque obtusis retusisve, radicalibus subcrenatis in petiolum attenuatis, caulinis sessilibus integris. — Pumila, caespitosa, radix ramosa fragilis multiceps; caules atropurpurei glabrati, decumbentes aut diffusi uniflori; folia glabra margine ciliata, radicalia rosulata; calycis atrorubentis tubus subhemisphaericus, laciniis bracteisque involucrantibus oblongis obtusis ciliatis corolla campanulata violacea triplo brevioribus; stigma trifidum inclusum. ♃. Vis. fl. dalm. 813 in saxosis herbidis jugi excelsioris Sv. Juraj dicti in monte Biokovo. Rchb. fl. g. 2023. (Camp. serpyllifolia Vis.) In.-Ag.

E. serpyllifolius A. DC.

Foliis lineari-lanceolatis patentibus integerrimis, basi setoso-ciliatis, margine involutis, subtus nitidis glabris, supra niveo-pilosis, apice fasciculo pilorum penicillatis. — Suffruticosa; caules brevissimi dense foliosi; radix multiceps caespites pulvinatos inter saxa radices agentes emmittens; folia omnia basi latiora ac apice; calycis fructiferi tubus breviter turbinatus, interdum ovoideus, laciniis reflexis tubum suum subaequantibus bracteisque involucrantibus foliisque caulinis conformibus basique ciliatis, corolla violaceo-caerulea tubuloso-campanulata duplo brevioribus; stigma 2—3-fidum corollam subaequans; capsula apise irregulariter rumpens, intus 3-locularis. ♄. Vis. fl. dalm. 814 in sumitate aprica saxosa jugi Troglav dicti montis Biokovo. Rchb. fl. g. 2042. (Wahlenbergia Pumilio A. DC.; Camp. Pumilio Portschl.; C. silenifolia Host.) Il.-Ag. . . **E Pumilio A. DC.**

3 Caule piloso; bracteis ovatis in acumen lineare productis; laciniis calycis lanceolato-linearibus tubo dimidio brevioribus erectis . 4

Caule glabrato aut tantum superne piloso; bracteis ovatis longe caudatis capitulumque superantibus; calycis laciniis late ovatis

acutis patulis tuboque suo triplo aut plane quadruplo brevioribus. — Radix lignescens ramosa multiceps; caules adscendentes intra folia glabriusculi, solo apice interdum pilosi; folia anguste lanceolato-linearia integerrima aut glanduloso-denticulata, basi longius densiusque ciliata, apice remotius ciliata glabrave; bracteae setoso-ciliatae in caudam late linearem productae; corolla cæruleo-violacea tubuloso-campanulata; stigma bifidum inclusum. ♃. Vis. fl. dalm. 812 in apricis montosis circa Salona et Clissa. (Camp. caudata Vis.; C. dalmatica Bertol.; Wahlenbergia dalmatica A. DC.) Il.-Ag. . . . . **E. dalmaticus A. DC.**

4 Foliis bracteisque setoso-ciliatis; caule piloso. — Radix multiceps; caules caespitosi pilosi adscendentes aut erectiusculi, palmares, rarius spithamaei; folia linearia canaliculata; radicalia conferta, caulina alterna, summa basi dilatata caulem amplectentia; florum capitula terminalia involucrata bracteis ovatis cuspidatis; singulis floribus adstat bracteola parva lanceolata unica, rarius duae; calyx villosus laciniis acutis; corollae caerulescentis laciniae patentes ciliatae; capsula angulata hispidula. ♃. In locis lapidosis litt cr. circa Flumen, Bukari, Sv. Helena, Novi, Segniam, Karlobago et alibi, nec minus in lapidosis collibusque graminosis provinciae Likanae, nec raro in ipsas alpes adscendens, ubi rimas praeruptarum rupium explens saepe bi-sesquipollicaris altitudinis et raro ultra ternos flores in singulo capitulo, imo saepius unicum, profert. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 811 in saxosis apricis insularum Cherso, Ossero, Pago, Lesina, ad Smilčić prope Zara, in Konjskopolje, ad Sinj, Clissa, Lastva, Pastrovichio et in demissis montium Dinara, Prolog, Biokovo, Snježnica, Krivoscie et Sella. Rchb. fl. g. 2043. (Camp. graminifolia Rchb.; C. tenuifolia WK.; Wahlenbergia tenuifolia A. DC.) Il.-Ag. . . . . **E. tenuifolius A. DC.**

Foliis bracteisque molliter villoso-ciliatis; caule pubescente. — Praecedenti robustior et laete virens; folia linearia vel anguste lanceolata plana, basi attenuata, supra saepe glabra; bracteae ovatae utrinque 1—2-dentatae; corollae laciniae erectae sordide lilacinae. — Simillima Camp. caudatae Vis., a qua nonnisi ciliis foliorum bractearumque molliter villosis differt, et illi potius subjungenda foret. ♃. In rupibus calcareis vallis Vilena-draga, nec non in locis herbidis lapidosis alpium Pliešivica, Visočica et

Debelo-brdo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 2044. (Camp. tenuifolia Rchb. sed non WK.) Il.-Ag. . . . . . **E. Kitaibelii A. DC.**

Gen. 591. **Adenophora Fisch. Žljezdača.**

Calycis tubus turbinatus sinubus exapendiculatis; corolla campanulata, discus epigynus circa basin styli in tubuli formam prominens illumque includens; stigma trifidum; capsula 3-localaris lateribus basi pertusis dehiscens. — Koch syn. pl. pag. 543; Rchb. fl. g. p. 304, g. 395.

Foliis crenato-serratis, primoribus cordato-ovatis, subsequis ovato-lanceolatis, caulinis alternis oblongo-lanceolatis acuminatis inaequaliter argute serratis; floribus paniculatis nutantibus. — Radix carnosa ramosa; caulis ramosus flexuosus teres glaber; folia ad oras venasque pilosa; flores pallide caerulei suaveolentes, pedunculi bracteis lanceolatis serratis stipati; laciniae calycis lanceolatae glanduloso-subserratae; corolla turbinato-campanulata 5-fida; stylus exsertus. ♃. In Slavonia in pratis circa Kravica. (Kan.) Vis. fl. dalm. 818 in nemorosis umbrosis Sudrup prope Grab, nec non in illis montis Pliešivica prope Knin. Rchb. fl. g. 2071. (A. suaveolens Fisch.; A. stylosa Rchb.; A. communis Fisch.; Camp. Alpini L.; C. rhomboidalis β L.) Il.-Ag. . . . . **A. lilifolia WK.**

Observ. variet. β. foliis omnibus petiolatis late ovatis subcordatisque; panicula contracta, racemosa, est: A. stylosa Fisch. (Camp. stylosa Lam.) occurritque cum specie in Dalmatiae.

Gen. 592. **Prismatocarpus L.' Herit. Zrcalica.**

Calycis tubus oblongo-prismaticus sinubus exapendiculatis; corolla rotata calyce brevior limbo plano; capsula lineari-oblonga prismatica sub apice dehiscens lateribus perforatis aut laceris. — Koch syn. pl. pag. 544; Rchb. fl. g pag. 305, g. 396.

1 Corolla calyce multo brevior; caule simplici, rarius apice in unum alterumve ramum soluto 2

Corolla calycem subaequante laciniis linearibus; caule a basi ramoso ramis effusis, inferioribus elongatis. — Radix tenuis fibrosa; caulis diffus spithamaeus et ultra; folia subcrenata ovato-oblonga aut ovalia obtusa, infima obovata; corolla violacea fundo albo, rarius tota alba; laciniae calycis fructiferi oblongo-lineares patulae capsulamque dimidiam aequantes. ☉. Inter segetes

totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Rétfalú. (Kan.) Vis. fl. dalm. 815 in satis et cultis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 2072. (Camp. Speculum L.; Specularia Speculum A. DC.) Mj.-In. . . . . **P. Speculum l'Herit.**

Observ. variet. β. canescens, foliis superioribus basi dilatata subcordatis undulatis, est: P. cordatus Rchb. (Camp. cordata Vis.) occurritque in litt. cr. et in Dalmatia cum specie, sed in locis asperis apricis lapidosisque.

2 Laciniis calycis lanceolatis, basi apiceque angustatis. — Caulis subsimplex strictus; folia repando-undulata obtusa ovato-oblonga, inferiora obovata; flores approximati; corolla pallide violacea calyce duplo brevior; laciniae calycis fructiferi oblongo-lanceolati erecti capsula triplo breviores; ovarium sub flore constrictum. ○. In asperis agrisque sterilibus litt. cr. circa Flumen, Novi, Segniam et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 816 promiscue cum praecedente, sed in locis siccioribus. Rchb. fl. g. 2073. (Camp. hybrida L.; Specularia hybrida A. DC.) Mj.-In. . . . . **P. hybridus l'Herit.**

Laciniis calycis lanceolato - linearibus longe attenuatis arcuato-reflexis. — Caulis in unum alterumve ramum solutus; folia crenata ovalia obtusa, inferiora spathulata, superiora acuta; flores cauli adpressi axillares solitarii, corolla pallide violacea brevissima; ovarium apice aequale; laciniae calycis fructiferi lanceolato-lineares recurvo-falcatae capsula paullo breviores. ⊙. Inter segetes litt. cr. ad Flumen, Bukari et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 817 ad muros agrestes et in umbrosis circa Trau, in saxosis insulae Lesina et inter segetes circa Ragusa. (Specularia falcata A. DC.; Camp. falcata R. S.) Mj.-In. **P. falcatus Ten.**

Gen. 593. **Wahlenbergia Schrad.**

Calyx tubuloso-urceolatus laciniis acutis; corolla campanulata; capsula 3-locularis semisupera valvis supra tubum cylindricum ab apice dehiscens. Koch syn. pl. p. 544; Rchb. fl. g. p. 305, g. 397.

Foliis cordato-subrotundis angulato-5-lobis petiolatis glabris. — Radix fibrosa; caules filiformes prostrati radicantes; pedunculi longissimi solitarii uniflori; corolla cyanea nutans; laciniae calycis integerrimae; capsula parva hemisphaerica. ♃. In macerariis et ad muros vetustos Dalmatiae. (Portenschl.) Ad rupes

calcareas fatiscentes montis Biokovo. Pett. herb. 1853. Rchb. fl. g. 2074. (Camp. hederacea L.; Schultesia hederacea Roth.) In.-Ag. . . . . **W. hederacea Rchb.**

c) Stamina ante discum epigynum crenatum inserta.

Fam. LXXXVIII. Vaccineae DC. Brusnjaće.

Flores hermaphroditi; calycis tubus cum ovario connatus, limbus 4—5-fidus aut integer superusque; corolla monopetala regularis epigyna 4—5-loba decidua lobis dentes calycis numero aequantibus alternisque, aestivatione imbricatis; stamina lobis corollae alterna vel dupla ante discum epigynum inserta, a corolla libera antheris bilocularibus supra basin affixis, loculis apice discretis, quorum singulo in tubulum elongatum apice perforatum producto; ovarium 4—5-loculare loculis pluriovulatis placentis centralibus; stylus 1; stigma simplex; fructus baccatus; embryo in axi albuminis, radicula hilum spectante. — Vis. fl. dalm. III. p. 140; Koch syn. pl. p. 545; Rchb. fl. g. p. 203 genera Caprifoliacearum.

Fruticuli foliis alternis simplicibus integris dentatisve breviter petiolatis perennantibus planis; pedunculis axillaribus unifloris vel racemosis.

Gen. 594. Vaccinium L. Brusnica ili Borovnica.

Calyx 4—5-dentatus quandoque integer; corolla 4—5-fida laciniis revolutis; stamina lobis corollae dupla; stylus unicus stigmate obtuso; bacca globosa apice umbilicata. — Vis. fl. dalm. II. p. 140, g. 297; Koch syn. pl. pag. 545; Rchb. fl. g. p. 203, g. 266.

1 Corolla ovata vel globosa; foliis deciduis 2

Corolla campanulata; foliis sempervirentibus. — Fruticulus ramis teretibus; folia obovata obtusa retusave, margine obsolete crenulata revoluta, subtus punctata; racemi terminales nutantes; antherae muticae; stylus corollam albam aut rubellam excedens; baccae rubrae acidae amaraeque. ♄. In sylvis subalpinis montis Kapela ad Jezerane, in illis alpis Pliešivica, Debelo-brdo et Visočica. Vis. fl. dalm. 820 in sylvaticis devexitatibus montium Velebit inter Paklenica et Sveto-brdo. Rcbh. fl. g. 1234. Mj.-Il. **V. Vitis Idaea L.**

2 Foliis ovatis minute serratis glabris; corolla globosa. — Radix repens; caules humiles erecti ramosi ramis subulato-angulatis; folia alterna breviter petiolata; pedunculi axillares solitarii uniflori nutantes; calyx integerrimus; corolla urceolata viridula colore carneo suffusa; antherae biaristatae; baccae caeruleo-nigræ edules. ♄. In sylvis montanis circa Toplikam, in illis Zagrabien-

sibus circa Medvedgrad, circa Samobor, nec non in illis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. -- Vis. fl. dalm. 819 in sylvis montium Velebit ad Vela-Paklenica. Rchb. fl. g. 1232. Mj.-In.

V. Myrtillus L.

Foliis obovatis integerrimis, subtus glaucis reticulatis; corolla ovata. — Fruticulus ramis ramulisque teretibus; folia breviter petiolata margine subrevoluta; flores cernui pedunculis agregatis; corolla ventricosa carnea lobis brevibus revolutis; calyx lobis inaequalibus obtusis; baccae nigrae rore caesio adspersae. ♄. In sylvis subalpinis circa Fužine, Brod, Ćubar, et in monte Snježnik. Rchb. fl. g. 1233. Mj.-In. . . . **V uliginosum L.**

Subclassis II. **Monochlamydeae s. incompletiflorae.**

i. e. pl. perigonio simplici aut plane nullo, petalis nempe aut cum calyce coalitis aut floribus petalis et calyce plane destitutis.

Ordo I. **Monochlamydeac eleuterogynae,**

i. e. pl. incompletiflorae ovario libero v. supero i. e. perigonio non adnato.

A. Flores non amentacei,

(in Humulo Lupulo L. sunt fl. feminei in spicam strobiliformem et in Moro utraque in spicam densam, amentum aemulantem congesti); fructus indehiscens.

Subordo I. Folia exstipulata.

a) Flores hermaphroditi vel polygami; embryo periphericus curvatus vel spiralis.

Fam. LXXXIX. **Phytolacceae R. Br. Kermesače.**

Flores hermaphroditi, (rarissime dioici) bracteolati racemosi; perigonium 4--5-partitum aestivatione imbricatum; stamina in fundo perigonii inserta fertilia laciniis perigonii numero aeqnalia iisque alterna, 8 aut plura; ovarium liberum e germinibus pluribus uniovulatis compositum, sylis totidem recurvis, intus papilloso-stigmaticis coronatis; fructus bacca carnosa perigonio succincta uni-plurilocularis loculis monospermis, semine erecto; embryo periphericus; albumen farinaceum, radicula infera. — Vis. fl. dalm. I. p, 234; Koch syn. pl. p. 691.

Gen. 595. **Phytolacca Tourn. Kermes.**

Flores racemosi; perigonium 5-partitum; stamina 8—20 antheris dorso affixis, loculis discretis; ovarium 8—10-striatum; stigmata 8—10; bacca 8—10-locularis loculis monospermis.

Floribus decandris, decagynis. — Herba nitida ramosa succosa 4—6-pedalis et ultra; folia ovato-lanceolata; racemi rosei; bacca atropurpurea; semina crustacea lenticularia. ♃. in Croatia et Slavonia culta et hinc inde ad sepes et dumeta quasi sponta-

nea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 471 in arenosis ad mare circa Almissa et Ragusa, nec non in insula Lesina, secus culta. Rchb. fl. g. 3804. II.-Sept. . . . . **Ph. decandra L.**

Fam. XC. **Amaranthaceae Juss. Šćirovine.**

Flores hermaphroditi aut abortu unisexuales bracteis involucrati; perigonium 3—5-partitum scariosum per aestivationem imbricatum; stamina hypogyna perigonii laciniis numero aequalia illisque opposita, libera aut basi monadelpha, omnia fertilia vel alternis sterilibus, antherae introrsae dorso affixae 1—2-loculares, longitudinaliter dehiscentes; ovarium superum s. liberum, 1-loculare, 1-pluriovulatum ovulis fundo loculi aflixis; stigmata plura vel stylus unus cum stigmatibus pluribus aut cum stigmate simplici; fructus utriculus evalvis irregulariter rumpens aut pyxidatim dehiscens; semen lenticulari-reniforme verticaliter appensum; embryo periphericus; albumen farinaceum; radicula umbilico proxima. Vis. fl. dalm. I. p. 244; Koch syn. pl. pag. 690.

Herbae ramosae foliis alternis simplicibus integris penninervibus sessilibus vel breviter petiolatis exstipulatis.

Gen. 596. **Amaranthus L. Šćir.**

Flores polygamo-monoici; perigonium 3—5-partitum; stamina 3—5 basi libera styli 3; utriculus monospermus circumscissus aut evalvis. — Vis. fl. dalm. I. p. 245, g. 174; Rchb. fl. g. pag. 584, g. 738.

1 Florum glomerulis 3-andris; bracteis perigonio brevioribus aut illo aequilongis 2

Florum glomerulis 5-andris; bracteis perigonio duplo longioribus sudspinoso-mucronatis 5

2 Glomerulis axillaribus subrotundis, terminalibus in spicas nudas dispositis; caulibus diffusis prostratisve, rarius erectis . . . 3

Glomerulis omnibus axillaribus, spica terminali nulla; caule primario erecto; secundariis adscendentibus, glabris. — Spithamaeus et ultra, flavo-virens; folia ovato rhombea obtusa subintegra, mucronulata, infima laeviter emarginata subundulata; flores viriduli, laciniae perigonii breviter acuminatae bracteas subaequantes. ⊙. In locis cultis et ad vias in litt. cr. circa Flumen, Bukari, Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 500 in iisdem locis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3792. (A. viridis All.; A. pallidus M. B.; A. littoralis Host.) II.-Sept. . . . . **A. sylvestris Desf.**

3 Caulibus prostratis diffusisve 4

Caule erecto angulato, 1—2-pedali. — Folia petiolata ovato-elliptica emarginata subundulata; perigonium florum masc. 3-fidum, femineorum 5-fidum. ☉. In ruderatis incultis cultisque Slavoniæ. (Kan.) Rchb. fl. g. 3793. In.-Ag. . . . . **A. viridis L.**

4 Caulibus diffusis adscendentibus glabris; bracteis flore brevioribus; utriculo subrotundo-ovato. — Radix fusiformis; caulis ramosus pedalis et ultra; folia ovata subrhombeaque obtusissima, retusa-saepius albo-fasciata. ☉. In cultis et oleraceis, ad vias et vineas totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis ad vias, in ruderatis et alibi haud rarus. (Kan.) Rchb. fl. g. 3789. (A. adscendens Lois.; A. viridis Pollich.; Blitum album Pluck.) Il.-Ag. . . . . **A. Blitum L.**

Caulibus prostratis superne pilosis; bracteis flores subaequantibus; utriculo oblongo-ovato. — Radix fusiformis, perennis; folia ovato-rhombea acuminata, apice obtusa mucronulata; laciniae perigonii breviter mucronatae; flores pallide virentes. ♃ vel ♂. In locis cultis et ad vias litt. cr. circa Bukari, Zagorje, Cirkvenica, Novi et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 501 ad vias et in cultis circa Sebenico, Trau et Cattaro. Rchb. fl. g. 3791. Il.-Ag. . . . . **A. prostratus Balb**

Observ. variet. β. florum glomerulis axillaribus thyrsoideis, terminalibus spicatis; floribus patentibus corformibusque; foliis ovalibus emarginatis, est: A. adscendens Lois. occurritque cum A. Blito L. in iisdem locis.

5 Floribus pallide virentibus 6

Floribus purpurascentibus 7

6 Foliis ovatis undulatis acuminatis apice obtusis mucronulatis scabris; florum glomerulis crasse thyrsoideis; bracteis setaceo-acuminatis. — Caulis erectus villosus, ramosus ramis declinato-adscendentibus; laciniae perigonii obtusae longe aristatae. ☉. In locis cultis, in ruderatis, in vineis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 502 ubique in cultis vulgatissimus. Rchb. fl. g. 7394. Il.-Sep.. . . **A. retroflexus L.**

Foliis rhombeo-ovatis planis; florum glomerulis crasse spicatis spicis pallidis, arrectis; bracteis setaceis laciniis perigonii breve acuminati vix sesquilongis. — Habitus praecedentis, caulis undique et in istis ramis pubescens. ☉. Hinc inde in litt. cr. in hortis cultus et in ruderatis circa Flumen quasi spontaneus. Rchb. fl. g. 3795. (A. chlorostachys Moretti.) **A. spicatus Lam.**

7 Foliis rhombeo-lanceolatis breve acuminatis; thyrsis confertis elongatis, erectis. — Caulis erectus pedalis et ultra; folia disco sordide purpurascentia; thyrsi sordide sanguinei. ⊙. E Virginia adlatus et modo hinc inde in hortis cultus. Rchb. fl. g. 2796. Il.-Sept. . . . . **A. hypochondriacus L.**

Foliis lanceolato-ovatis; thyrsis elongatis pendulis. — Caulis 1—2-pedalis et ultra, nutans; thyrsi purpurei profunde penduli. ⊙. Ex Amarica australi adlatus et modo in hortis frequentissime cultus. Rchb. fl. g. 3798. Il.-Sept. . . . . . . **A. caudatus L.**

Gen. 597. **Polycnemum L. Jelica.**

Flores hermaphroditi; perigonium 5-phyllum bibracteatum; stamina 3 annullo hypogyno inserta; stigmata 2; utriculus apice circumscissus operculo adnato; semen verticale, testa crustacea. Vis. fl. dalm. I. p. 175; Koch syn. pl. p. 694; Rchb. fl. g. p. 583, g. 736.

Bracteis perigonium vix aequantibus. — Caules prostrati, sed humiliores erecti; folia rigidula triquetro-subulata imbricata arrecta, rarius patentia. ○. In agris et arvis arenosis, ad vias in solo arenoso et argillaceo totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 503 in locis aridis sterilibus arenosis et ad vias a Zara usque Ragusam. Rchb. fl. g. 3780. (P. viaticum Pall.) Il.-Ag. . . . . **P. arvense L.**

Bracteis perigonio evidenter longioribus. — Praecedenti secus persimile et nonnisi hac nota et fructu duplo majore habituque evidenter robustiore ab illo diversum. ⊙. In iisdem locis ac praecedens, sed multo rarius. Il.-Ag. . . . **P. majus A. Braun.**

Fam. XCII. **Scierantheae Bartl. Treskovičine.**

Flores hermaphroditi cymoso-dichotomi ebracteati; perigonium persistens 4—5-fidum tubo urceolato, lobis aestivatione imbricatis; stamina ante annullum faucis inserta 5 laciniis perigonii opposita, vel 10, de quibus 5 plerumque fertilia et laciniis opposita, rarius stamen unicum; ovarium liberum uniloculare biovulatum ovulis ex apice funiculi, e basi ovarii orti pendulis, altero abortiente; styli 2 stigmatibus capitatis, vel unicus stigmate emarginato; utriculus membranaceus calycis tubo indurato inclusus; embryo periphericus; albumen farinaceum; radicula umbilico proxima. — Vis. fl. dalm. I. pag. 246; Koch syn. pl. pag. 281.

Herbae caule ramisque nodoso-articulatis; foliis oppositis basi connatis, simplicibus integris, exstipulatis.

Gen. 598. **Scleranthus L. Treskavica.**

Perigonium campanulatum limbo 5-partito; stamina 10 filamentis alternis setaceis sterilibus; pistillum ovario 2-ovulato, stylis 2 distinctis apice intus stigmaticis; utriculus 1-spermus. Vis. fl. dalm. I. pag. 247, g. 176; Koch syn. pl. p. 281; Rchb. fl. g. p. 565, g. 709.

Laciniis perigonii acutiusculis ovatis angustissime membranaceo-marginatis. — Radix fibrosa; caules pubescentes; folia infra medium ciliata; flores herbacei; laciniae perigonii fructiferi patentes; ovarium ovatum; styli patentes; stigmata pubescentia. ⨀. In agris et arvis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 504 in cultis et incultis insulae Cherso, nec minis prope Sebenico, Spalato; Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 3652. In.-Sept. . . . . **Sc. annuus L.**

Observ. variet. β. humilis, floribus dense corymbosis et altior, ramis floriferis laxioribus floribusque inferioribus in dichotomia ramorum remotis, est: Sc. verticillatus Tsch. Rchb. fl. g. 3651. occurritque cum priori.

Laciniis perigonii oblongis rotundato-obtusis, margine lato membranaceo cinctis, fructiferis clausis. — Radix gracilis fibrillis aucta; caulis jam ad radicem ramosus ramis plerisque decumbentibus; folia brevia subulata infra medium margine membranacea et ad oras ciliata; perigonium basi pubescens. ♃. In campis arenosis montanis, pascuis siccis, in ericetis locisque apricis circa Kalnik, Sudovec, Samobor, nec non in Croatia australi ad Janči, Otočac et Gospić. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 3653. Mj.-Sept. **Sc. perennis L.**

Observ. Hic consequenter pertractanda foret: Fam. Paronychieae St. Hill.; sed ob perigonium duplex, licet petalis persaepe minimis vixque distinguendis, squamiformibus aut setaceis vel istis sepalis persimil ibus, tamen plantis pleurosanthis choristopetalis inscripta ibidemque pag. 309 sub. Nr. XXIII exposita fuit.

Fam. XCIII. **Chenopodieae Vent. Lobodnjače.**

Flores hermaphroditi aut unisexuales solitarii vel glomerati; perigonium 5-partitum aut 5-phyllum; persistens partitionibus aestivatione imbricatis, post anthesim saepius auctum vel mutatum, rarissime peltatum carnosum; stamina perigonii partitionibus numero aequalia iisque opposita vel pauciora, receptaculo aut disco hujusce fundum vestienti inserta, antheris introrsis 2-locularibus longitudinaliter dehiscentibus; ovarium liberum vel ima basi perigonio ad-

natum 1-loculare, 1-ovulatum ovulo in fundo ovarii affixo; stylus 1, simplex, vel 2-, 3-, 4-partitus; stigmata indivisa; fructus indehiscens, utricularis perigonio aucto aut mutato varie cinctus evalvis monospermus, rarius bacca spuria e calyce carnoso orta; semina reniformia; embryo circularis, periphericus vel spiralis; radicula hilum spectans; albumen farinaceum vel nullum. — Vis. fl. dalm. I. p. 234; Koch syn. pl. p. 692.

Herbae aut frutices caulibus foliatis, interdum articulatis, foliis, (excepto unico Thelygone) exstipulatis.

Trib. I. **Salicornieae Mayer. Caklenjače.** *Caulis articulatus; flores spicati hermaphroditi; embryo periphericus.*

Gen. 599. **Salicornia Tourn. Caklenjača.**

Flores rachidi spicae immersi, in quoque articulo terni, decussatim oppositi, foliis floralibus connato-vaginantibus bracteati; perigonium squamiforme peltatum carnosum rimaque hians; stamina 1—2 foveolis rachidi inserta; pistillum 1 stigmate bi- vel multifido; stylus crassus; ovulum basilare; utriculus perigonio persistente inclusus compressus semine verticali. — Vis. fl. dalm. I. p. 235, g. 163; Koch syn. pl. p. 693; Rchb. fl. g. pag 576, g. 723.

1 Radice perenni; caule suffruticoso; perigoniis colateralibus; seminibus glabris articulato-scabris 2

Radice annua; caule herbaceo; perigoniis in triangulum dispositis; seminibus pubescentibus laevibus. — Caulis erectus ramis adscendentibus gracilibus, articulis compressis, internodiis obconicis; spicae pedunculatae cylindricae apiceque attenuatae; flores viriduli. ☉. Ad littora maris circa Flumen, Cikrvenica, Novi et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 472 in maritimis circa Zara, Trau, Salona et ad salinas Pago et Stagno. Rchb. fl. g. 3717. (S. acetaria Pall.; S. annua Eng. bot.) Ag.-Oct.

S. herbacea L.

2 Ramis erectis, articulis et internodiis teretibus; spicis breviter pedunculatis cylindricis obtusis. — Erecta 1—2-pedalis; articulus primus in spicis lateralibus angustior floribusque destitutus; flores flavo-viriduli. ♄. Vis. fl. dalm. 473 in maritimis insulæ Cherso prope Lossin et in salsis palustribus lacus Morinje prope Sebenico, nec non ad salinas Stagno. Rchb. fl. g. 3719. Ag.-Sept.

C. fruticosa L.

Ramis strictis, articulis et internodiis subteretibus; spicis subsessilibus cylindrico-clavatis obtusis. — Planta omnino lignosa praecedente robustior spicis dense aggregatis pollicaribus crassis clavatis truncoque adpressis, fere sessilibus et articulis superio-

ribus diametro longitudinem subaequantibus. ♄. Vis. fl. dalm. 474 in maritimis insulae Calogera prope Zara. Rchb. fl. g. 3720. Ag.-Sept. . . . . **S. macrostachya Moris.**

Trib. II. **Salsoleae C. A. Mayer.** *Caulis continuus, exarticulatus; flores hermaphroditi; embryo spiralis.*

Gen. 600. **Schoberia C. A. May.**

Flores hermaphroditi bracteolati; perigonium 5-partitum laciniis aequalibus ventricosis; stamina 5 imo perigonio inserta; ovarium depressum; stigmata bina brevia basi vix connata; fructus utriculus depressus perigonii laciniis conniventibus inflatis inclusus; semen horizontale. Vis. fl. dalm. I. p. 242, g. 171; (Suaeda Forsk.) Koch syn. pl. p. 692; Rchb. fl. g. p. 582, g. 734.

Caule herbaceo diffuso; foliis mollibus semicylindricis; floribus subternis axillaribus; semine tenuissime ruguloso. — Caulis erectus ramosissimus; folia succulenta, carnosa laevia acutiuscula; styli 2 laciniis carinatis; semina nitida marginem versus subtiliter striato-punctata. ☉. In littore maris ad Flumen, Kraljevica, Novi et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 494 in paludosis maritimis insularum Ossero et Lissa, nec non circa Zara, Trau et Sebenico, ad lacum salsum Morinje prope Sebenico et ad salinas prope Stagno. Rchb. fl. g. 3772. (Chen. maritimum L.; Suaeda maritima M. Tand.; Salsola maritima M. B.; Sal. trigyna W.) Ag.-Sept. . . **Sch. maritima C. A. May.**

Observ. variet. β. macrior, caule erecto, foliis obtusiusculis, est: Sch. salsa C. A. May. occurritque cum priori in Dalmatia. Rchb. fl. g. 3773. (Sals. salsa L.; Chen. salsum L.; Suaeda salsa Poll.)

Caule fruticoso, lignoso; foliis laxe imbricatis cylindricis; floribus subsolitariis; semine nitido laevi. — Caulis erectus ramosus; folia obtusa; styli 3. ♄. Ad Semlin, Slankamen, inter Banovce et Surdak, nec non in ripa Danubii ad Vukovar copiosissima. (Kit. iter slavon. an 1808.) Vis. fl. dalm. 495 ad rupes maritimas circa Ragusa. Rchb. fl. g. 3774. (Chen. fruticosum All.; Sals. fruticosa L.; Suaeda fruticosa Forsk.) Il.-Ag.
Sch. fruticosa C. A. May.

Gen. 601. **Salsola L. Slanica.**

Flores hermaphroditi bracteolati; perigonium subaequaliter 5-partitum laciniis demum dorso transverse alatis; stamina 1—2 disco glanduloso inserta; stylus brevissimus; stigmata 2—3 subsetacea pubescentia; ovarium depressum; utriculus depressus perigonio stellato inclusus; semen horizontale. Vis. fl. dalm. I. p. 243, g. 172; Koch syn. pl. p. 693; Rchb. fl. g. p. 583, g. 735.

Foliis alternis cylindricis mucronulatis carnosis mollibus; floribus subgeminis; alis perigonii brevissimis plicaeformibus. — Saturate virens diffusa glabra; folia lineari-filiformia elongata, basi dilatata; perigonium fructus membranaceum laciniis medio transversim carinatis; flores albidi. Vis. fl. dalm. 497 in maritimis circa Zara, Salona et Ragusa. Rchb. fl. g. 3777. II.-Sept. **S. Soda L.**

Foliis sparsis subulato-trigonis spinescentibus carnosis patentibus; floribus axillaribus solitariis; alis perigonii amplis subrotundis patulis coloratis. — Saturate glauco-virens; diffuse ramosa pilisque brevibus crassiusculis adspersa, rarius glabra; perigonium fructus cartilagineum enervium laciniis acuminatis, apice membranaceis nudis transversim carinatis vel ibidem appendice subrotunda patente longitudinem perigonii aequante instructa; flores subrosei. ⊙. In locis arenosis ad littora maris ad Flumen, Karlobago et Segniam. Syll. fl. cr. In Slavonia in arenosis circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 496 ad ora maris in arenosis circa Zara, Sebenico, Crappano, Castelli, Ragusa, Budua et Castel Lastua. Rchb. fl. g. 3775. II.-Ag. . . . . **S. Kali L.**

Observ. variet. β. suberecta glabra viridis, appendice laciniarum perigonii brevissima marginemque brevem cartilagineum referente, est: S. Tragus L. occurritque in Slavonia in agris arenosis inter segetes circa Krušedol et Karlovic. (Kan.) In Dalmatia circa Ragusa et in insula Lissa.

Gen. 602. **Halogeton C. A. May. Slanjaća.**

Flores hermaphroditi bracteolati; perigonium subaequaliter 5-partitum laciniis demum induratis transvrse alatis; stamina subquina receptaçulo inserta; fructus utriculus compressus semine verticali. Vis. fl. dalm. I. p. 244, g. 173.

Caule ramoso, ramis diffusis foliosis inermibus; foliis alternis teretibus mucronatis carnosis glabris; floribus alternis glomeratis pentandris. — Planta tenera herbacea floribus viridibus. ○. Vis.

fl. dalm. 498 inter olera. (Rchb. fl. g. 4778. (Sals. sativa L.) In.-Ag. . . . . **H. sativus. M. Tand.**

Trib. III. **Chenopodieae C. A. May.** *Caulis continuus; flores hermaphroditi; embryo periphericus.*

Gen. 603. **Corispermum L. Stjeničnica.**

Flores hermaphroditi bracteolati; perigonium e squamulis hyalinis 1—5 compositum, rarius plane nullum; stamina 1—2 inter ovarium et axim, et 3 saepe sterilia extra ovarium; stigmata 2 in stylo bipartito; utriculus deplano-convexus circumalatus, i. e. altero latere convexus, altero planus vel concavus verticalis. — Herbae virgatae floribus bracteato-spicatis habitum insigniter demum mutantes. Koch syn. pl. p. 694; Rchb. fl g. p. 584, p. 737.

Perigonio plane nullo; stamine unico; utriculo subrotundo. — Radix fibrosa; caulis flexuosus angulatus ramosissimus lanugineque tectus; folia uninervia mucronata, dorso pilorum fasciculis adspersa, inferiora lineari-lanceolata, superiora linearia; bracteae oblongae acuminatae, margine membranaceae latitudine dimidiae partis herbaceae, dorso lanuginosae; utriculus glaber alatus ala lata pellucida apice integra bimucronata. ○. In arenosis ad Dubravam in Medjumurje; in Slavonia circa Moslavina et Čagjavica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3766. (C. intermedium Schwgg.) Ag.-Sept. . . . . **C. canescens Kit.**

Perigonio 2-phyllo; stamina subquina; utriculo subrotundo-ovali. — Glabrum purpureoque colore suffusum; radix tortuosa fibrilis aucta; caulis erectus flexuosus ramosus tenuissime puberulus; folia linearia mucrone innocuo terminata; ala utriculi opaca margineque angustissime pellucida vix denticulata, apice integra bimucronata; bracteae superiores ovatae acuminatae margine membranaceo latitudine partis herbaceae cinctae. ○. In arenosis glareosisque fluvii Dravi ad Dubravam, Legrad et Drnje. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3784. (C. purpurascens Host.) Il.-Ag. **C. nitidum Kit.**

Gen. 604. **Kochia Roth. Metlača.**

Flores hermaphroditi; perigonium 5-fidum laciniis dorso denique appendiculatis; stamina 5 in basi perigonii inserta; stigmata 2; utriculus depressus; semen horizontale albuminosum testa membranacea; embryo periphericus. (Dif-

fert a Salsola perigonio monophyllo et semine; a Chenopodio perigonio denique dorso appendiculato.) Koch syn. pl. pag. 695; Rchb. fl. g. p. 581, g. 731.

1 Foliis lineari-lanceolatis planis 2
Foliis subulato-filiformibus subcarnosis subtusque sulco exaratis. — Radix tenuis; caulis teres villosus decumbens aut adscendens a basi ramosus ramis diffusis; flores axillares subterni sessiles; appendices perigonii fructiferi subrhombei inaequales rubelli, emarginati aut lobati. ○. In collibus arenosis ad Zagrabiam et in glareosis fluvii Savi ad Rugvicam. Syll. fl. cr. In Slavonia in arenosis sterilibus circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 3773. (Chenop. arenosum Fl. Wett.; Sals. arenaria WK.; Willemetia arenaria Markl.) Mj.-Il. . . . . **K. arenaria Rth.**

2 Foliis lineari-lanceolatis ciliatis pubescentibus. — Radix fusiformis crassa; caules ad basin lignescentes, reliqua parte herbacei, erecti ramosissimi, virides pilosi vel puberuli; flores gemini; appendices perigonii fructiferi brevissimi triangulares acuti. ○. In ruderatis, cultis, hortis oleraceis et ad sepes totius Croatiae et Slavoniae, olim culta, modo vulgatissima. Rchb. fl. g. 3702. (Chen. Scoparia L.; Sals. Scoparia Spr.) Il.-Sept. **K. Scoparia Schrad.**

Foliis linearibus puberulis vel cano-villosis. — Caulis suffruticosus prostratus vel adscendens, ramosus, superne subtomentosus; folia acuta ex glauco virentia villoque brevissimo tecta; flores subterni axillares sessiles; appendices perigonii fructiferi subrotundi disco sublongiores. ♃. In aggeribus fortalitii Petrovaradinensis, in collibus arenosis circa Slankamen et in cimeterio Semlinensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 3764. (Sals. prostrata L.; Chen. Augustanum All.) Il.-Sept. . . . . **K. prostrata Schrad.**

Gen. 605. **Chenopodium L. Jurjevac.**

Flores hermaphroditi glomerati ebracteolati; perigonium aequaliter 5-partitum dorso exappendiculatum; stamina 5 imo perigonio inserta; stigmata 2; utriculus depressus perigonio connivente pentagono obtectus; semen horizontale albuminosum, testa crustacea; embryo periphericus. — Vis. fl. dalm. I. p. 239, g. 167; Rchb. fl. g. p. 578, g. 728.

1 Foliis integerrimis, vel sinuato-dentatis, vel rotundato-lobatis caulibusque et perigoniis plus minusve farinosis 2
Foliis sinuato-pinnatifidis vel bipinnatifidis et una cum caulibus plus minusve pubescentibus. — Glanduloso-pubescens; radix fib-

rosa; caulis spithamaeus aut ultra, ramosus; folia oblonga subbipinnatifido-sinuata, suprema bracteiformia lanceolata integerrima; flores cymosi cymis axillaribus in racemos elongatos dispositis, nudis. ○. In glareosis ad fluvium Dravum et Savum et cum glarea ad vias publicas trasvectum, in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in arenosis et ad vias in comitatu Syrmiensi et circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 3751. (Ambrina Botrys Moq. Tand.; Botrydium aromaticum Spach.) II.-Ag.
Ch. Botrys L.

2 Foliis integerrimis; racemis aphyllis 3

Foliis sinuato-dentatis obtuseve lobatis 4

3 Foliis rhombeo-ovatis cano-farinosis; floribus conglomerato-spicatis. — Caulis diffusus; flores axillares terminalesque et ut tota planta cano-farinosi graveque foetentes; semina nitida subtilissime punctata. ○. Ad domos, sepes, vias fimentaque totius Croatiae, praesertim in urbibus. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 483 ad vias et in ruderatis vulgatissimum. Rchb. fl. g. 3739. (Ch. Vulvaria L.) II.-Sept. . . . . **Ch. olidum Curt.**

Foliis ovatis mucronatis nudis viridibusque; racemis cymosis divaricatis; perigonio fructus patente. — Caulis prostratus ramosissimus ramis diffusis; folia glaberrima; floribus viridibus cymoso-racemosis cymis compositis divaricatis axillaribus terminalibusque. ○. In cultis, in fluviorum glareis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 484 in locis udis pratensibus circa Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 3753. II.-Sept. . . . . **Ch. polyspermum L.**

Observ. variet. β. racemis e spicis parvis compositis subglomeratis confertisque, est: Ch. acutifolium W. Kit. (Ch. sepium May.) occurritque in cultis vineisque cum priori. Syll. fl. cr. et in Slavonia praesertim in vineis circa Selce, Karlovic et Cerovac. (Kanitz.)

4 Foliis cordatis dentato angulatis angulis acuminatis; floribus demum segregatis cymosis. — Bi-tripedale et ultra, laete virens, caule gracili ramosoque; folia patula magna angulata angulo intermedio majore elongatoque; cymae paniculatae; semina foveolato-punctata. ○. Ad muros, sepes fimeataque in Croatia et Slavonia vulgatissimum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3754. II.-Ag.
Ch. hybridum L.

Foliis non cordatis; floribus glomerato-spicatis 5

5 Foliis triangularibus acutis sinuato-dentatis nitidis. — Viridi albescens; caulis erectus angulatus lineisque rubris notatus simplex vel ramosus; folia basi in petiolum vix producta medio denticulata, apicem versus integerrima; spicae compositae erectæ subaphyllae; semina laevia. ⊙. In cultis, ad sepes viasque in Croatia et Slavonia vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 489 in ruderatis et ad sepes pagi Derniš. Rchb. fl. g. 3750. (Ch. deltoideum Lam.; Ch. chrysomelanospermum Balb.; Ch. melanospermum Wallr.) II.-Sept. . . . . **Ch. urbicum L.**

Observ. variet. β. foliis sinuato-dentatis dentibus triangulari-lanceolatis acuminatis basique in petiolum productis, est: Ch. rhombifolium Mühl. (Ch. intermedium DC., occurritque cum priori.

Foliis non triangularibus, sed aliter conformatis 6

6 Foliis lanceolatis aut ovato-oblongis subtus glaucis glandulosisve 7

Foliis nec lanceolatis nec ovato-oblongis, nec subtus glandulosis . 8

7 Foliis lanceolatis utrinque attenuatis viridibusque remote dentatis subtus glandulosis glandulis sessilibus sparsis; racemis foliosis. — Pedale et ultra caule erecto aut basi decumbente, graveolens laeteque virens; folia subsessilia superiora integerrima; flores virides; semina rotundata laevissima nitida. ⊙. Ad domos, sepes et vias circa Toplikam, Crisium, Zagrabiam et alibi in pagis et urbibus Croatiae haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Sotin, Karlovic et Semlin. Vis. fl. dalm. 485 in ruderatis circa Fort-Opus. Rchb. fl. g. 3747. (Ambrina ambrosioides Spah.) II.-Sept. . . **Ch. ambrosioides L.**

Foliis omnibus oblongis aut ovato-oblongis sinuato-repandis subtusque glaucis; spicis glomeratis aphyllis. — Caules diffusi; folia obtusiuscula facie viridia, in plantis humillimis non raro integerrima; semina punctata punctis impressis. ◯. In fossis stagnisque exsiccatis Crisii, Dubrava, in Moslavina et alibi in Croatia et Slavonia haud rarum. Rchb. fl. g. 3746. II.-Sept. **Ch. glaucum L.**

8 Foliis subrotundo-rhombeis aut rhombeo-ovatis 9

Foliis inferioribus trilobo-hastatis basi attenuatis lobo intermedio elongato oblongo-lanceolato obtuso, superioribus lineari-lanceolatis integerrimis. — Caulis erectus 1—2-pedalis ramosus; folia inferiora dentata, postice integra; cymae subaphyllae; semina nitida minute excavato-punctata. ◯. In ruderatis et incultis

circa Toplikam, Varasdinum, Nedjelić et Čakovec, nec minus ad Zagrabiam et Samobor. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3744. (Ch. viride Curt.; Ch. serotinum Huds.; Ch. trilobum DC.) II.-Ag.

Ch. ficifolium Sm.

9 Foliis rhombeo-ovatis 10

Foliis subrotundo-rhombeis subtrilobis obtusissimis, superioribus elliptico-lanceolatis. — Albo-farinosum aut laete virens, rarius glaucescens; caulis strictus 1—2-pedalis et ultra, ramosus; folia basi non raro subcuneata eroso-dentata, superiora integra; cymæ subaphyllae; semina laevia nitida; flores albidi. ⊙. In ruderatis, ad muros et sepes in Croatia et Slavonia haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 487 in cultis et ad vias circa Sebenico, Derniš, Spalato et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3743 et 3745. (Ch. erosum Bastl.; Ch. viride L.) II.-Sept. **Ch. opulifolium Schrad.**

Observ. Chen. viride L a Chen. opulifolio Schrad. nonnisi colore laete viridi differt; color autem pro charactere specifico asumi non potest, hinc priori subsumendum esse censemus.

10 Foliis acute dentatis; seminibus opacis carinato-marginatis. — Totum laete virens et nitens, ingratumque odorum spirans; folia basi paullisper protracta subcuneata, nitida inaequaliter dentata, suprema lanceolata; spicae subcorymbosae divaricatae; flores viriduli. ○. In ruderatis, ad domus et sepes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 488 in ruderatis et ad vias circa Sebenico, Derniš, Trau, Lesina et Ragusa. Rchb. fl. g. 3748. (Ch. carthaginense Zuccag.; Ch. tenuifolium Hort.) II.-Sept.

Ch. murale L.

Foliis eroso-dentatis; seminibus laevibus nitidis. — Caulis ramosus, subinde rubicundus; folia pulverulenta et albo-virentia basi longe producta subcuneata inaequaliter sinuato-dentata, superiora lanceolata integra; cymae glomeratae subaphyllae; flores albo-pulverulenti. ○. In ruderatis, ad sepes, domus et vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 486 in cultis circa Zara, Sebenico, Spalato et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 3740. (Ch. leiospermum DC.) II.-Sept. . . . . **Ch. album L.**

Observ. variet. β. foliis cinerascentibus serrato-sinuatis; cymis paniculatis, glomerulis minimis, demum remotis, est: Ch. glomerulosum Rchb. fl. g. 3741.

Variet. γ. foliis viridi-nitentibus sinuato-dentatis; cymis subramosis pyramidato-confertis, est: Ch. paganum Rchb. fl. g. 3742;

utraque occurrit cum specie, cujus proles hybridae cum Ch. viridi L. aut Ch. opulifolio Schrad.

Gen. 606. **Agatophyton Moq. Tand. Psoser ili Srakica.**

Flores hermaphroditi aut staminum abortu polygami ebracteolati; perigonium aequaliter 5-fidum; stamina 5 imo perigonio inserta; ovarium ovatum; stylus brevis crassus; stigmata 2—4 longe subulata; fructus utriculus perigonio connivente cinctus, semen verticale. Vis. fl. dalm. I. p. 241, g. 168.

Foliis triangulari-hastatis integerrimis subsinuatisve. — Adscendens 1—2-pedale opacum; radix ramosa crassa; caulis erectus teres pulvere adspersus plus minusve ramosus; folia alterna petiolata subtus pulverulenta; florum glomeruli flavo-viriduli in spicas axillares terminalemque aphyllam congesti; semina omnia erecta. ♃. In ruderatis et graminosis, ad vias et sepes murosque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 490 in ruderatis montium Velebit. Rchb. fl. g. 3771. (Ch. Bonus-Henricus L.; Blitum Bonus-Henricus C. A. May.; Orthosporum Bonus-Henricus C. F. Nees.) Mjj.-Ag. **A. Bonus-Henricus Moq. Tand.**

Foliis rhombeo-triangularibus subhastato-trilobis sinuato-dentatis, dentibus lanceolatis. — Pedale et ultra rubens; folia nitida basi subcuneata; spicae compositae foliatae; semen floris terminalis glomeruli horizontale, reliquorum semina erecta, laevia. ⊙. In ruderatis, ad sepes et vias circa Verbovec, Božakovina et Nart. (1865) In Slavonia in iisdem locis circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 3769. (Ch. rubrum L.; Ch. polymorphum May.; Blit. rubrum Rchb.) Il.-Sept. . . . . **A. rubrum Moq.-Tand.**

Gen. 607. **Blitum L. Svračja jagoda.**

Flores hermaphroditi; perigonium 3-fidum fructiferum carnoso-succulentum; semen unicum cuticula tenuissima diaphana fugacique tectum. — Koch syn. pl. p. 689; Rchb. fl. g. p. 582, g. 733 exlusis Orthosporis May. aut Agataphytis Moq.-Tand.

Foliis paucidentatis; spicis nudis; seminibus margine acute carinatis. — Pedale et ultra, virgatum; folia triangulari-subhastata; glomeruli fructus magni subcapitati ruberrimi, superiores foliis plane destituti; flos glomerulorum terminalis 4—5-fidus staminibusque 4—5-praeditus, laterales omnes monandri. ⊙. In

hortis frequenter cultum et hinc inde in oleraceis et ruderatis quasi spontaneum. Rchb. fl. g. 3767. (Morocarpus capitatus Scop.) Il.-Sept. . . . . **B. capitatum L.**

Foliis profunde dentatis; glomerulis omnibus axillaribus; seminibus margine canaliculatis. — Virgatum, 2—3-pedale; folia oblongo-triangularia sensimque minora et omnia glomerulum fructiferum carnosum laeteque coccineum in basi petioli gerentia. ○. Huc usque nonnisi in hortis cultum et hinc inde in oleraceis et ruderatis quasi spontaneum. Rchb. fl. g. 3768. In.-Ag. **B. virgatum L.**

Gen. 608. **Beta Tourn. Blitva.**

Flores hermaphroditi ebracteolati; perigonium aequaliter 5-fidum, demum basi induratum; stamina 5 annullo carnoso perigonii faucem cingente inserta; stigmata 2; ovarium depressum; fructus perigonio adnatus; semen horizontale testa coriacea inclusum; embryo periphericus. (Flores plerumque 2—3 basi connati fructum spurium exhibent et conjuncti decidunt.) Vis. fl. dalm. I. p. 241, g. 169; Koch syn. pl. p. 699; Rchb. fl. g. p. 580, g. 739.

1 Floribus plerumque digynis, geminis aut congestis; foliis laevibus 2

Floribus trigynis ternatisque; foliis villosis. — Radix fusiformis simplex, demum ramosa et multiceps; caules villosi erecti sulcati; folia alterna oblonga undulata facie saturate, dorso pallide viridia basique in petiolum producta, inferiora repando-crenata, superiora integerrima; stipulae lanceolatae; flores in spicam collecti. ♃. In hortis et ad sepes circa Vukovar, Petrovaradinum, Jankovec, Vetero-Bankovce, India et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 3758. Mj.-In. . . . . **B. trigyna WK.**

2 Radice simplici unicum caulem agente; caule erecto 3

Radice multicipite; caulibus prostratis. — Radix fusiformis; caules sulcati, superne ramosi; folia rhombeo-ovata breviter acuminata repanda, radicalia maxima petiolata obtusa, caulina cuneato-ovata alterna subsessilia; flores virides in spicam foliosam collecti; stigmata lanceolata. ♃. Ad littora maris inter Flumen et Bakar. Vis. fl. dalm. 492 in maritimis circa Sebenico, Trau, Spalato, Lesina et Ragusa, nec non in montosis herbidis Verlika et Sinj. Rchb. fl. g. 3757. Il.-Ag. . . . **B. maritima L.**

3 Radice fusiformi; floribus ternatis. — Radix tenuis caule gracili vix crassior, quae tamen culta valde augetur. ♂. E Portugalia

adiata, frequentissime culta et hinc inde in oleraceis et ruderatis quasi spontanea. Rchb. fl. g. 3756. II.-Sep. . . **B. Cicla L.**

Radice carnosa crassa; floribus congestis. — Radice rapacea; caulis erectus; folia radicalia subcordato-ovata undulata; spicae glomerulis multifloris bracteis lanceolatis multo brevioribus. ♂. Ubique frequentissime et in plurimis varietatibus culta. Rchb. fl. g. 3655. II.-Sept. . . . . **B. vulgaris L.**

Gen. 609. Camphorosma L. Kamforika.

Flores hermaphroditi ebracteolati; perigonium 4 fidum laciniis duobus majoribus carinatis; stamina 4 imo perigonio inserta; stylus elongatus bifidus laciniis setaceis intus stigmaticis; fructus utriculus compressus perigonio immutato inclusus; semen verticale. Vis. fl. dalm. I. p. 242, g. 170; Koch syn. pl. pag. 699; Rchb. fl. g. p. 581, g. 732.

Floribus axillaribus glomerato-spicatis sessilibus, perigonio pilosissimo basi glabro; radice perenni. — Fruticulosa hirsuta; folia caulina et floralia subulata; perigonium bracteis brevius. ♃. Ad muros domorum sepiumque litt. cr., veluti ad cincturam cimeterii Karlobagensis; ad sepes agrestes circa Staniste, Cesarica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 493 in locis maritimis apricis saxosis in tota Dalmatia littorali et insulari. Rchb. fl. g. 3766. (C. perennis Poll.) Apr.-II. . . . . **C. monspeliaca L.**

Observ. variet. β. subglabra virescens, est: C. glabra L. occurritque cum specie in Dalmatia.

Floribus axillari-subsolitariis obovatis apice pilosis; radice annua. — Caules erecti vel adscendentes folia alternatim sparsa patula subcarnosa triquetro-subulata apiceque subincurva; perigonium oblongum angulatum laciniis lateralibus carinatis. ☉. In arenosis sterilibus et in salicetis ad fluvium Dravum prope Dubrava in Medjumurje. Syll. fl. cr. In collibus arenosis inter Čagjavica et Moslavina in comitatu Viroviticensi. (Anno 1866 lect.) Rchb. fl. g. 3765. II.-Sept. . . . . **C. ovata WK.**

Trib. IV. **Atripliceae A. May.** *Caulis continuus; flores diclini, monoici vel dioici, rarissime hermaphroditis intermixti; embryo periphericus.*

Gen. 610. Spinacia Tourn. Spanač.

Flores dioici ebracteati glomerati sessiles; masc. perigonium 4-partitum; stamina 4 in fundo perigonii inserta, fem. perigonium 2—3-fidum; styli 4; ovarium perigonio inclusum; fructus nucula perigonio adhaerente imutato aut

2—3-corni clausa; semen verticale albuminosum; embryo periphericus. Vis. fl. dalm. I. p. 236, g. 164; Koch syn. pl. p. 700; Rchb. fl. g. p. 578, g. 726.

Foliis oblongo-ovatis; fructibus inermibus. — Spithamaea pedalisve erecta glabrescens foliis crassiusculis. ⊙ vel ♂. Colitur cum sequente in usum culinarium. Rchb. fl. g. 3738. (S. glabra Mill.) Mj.-Il. . . . . **S. inermis Mnch.**

Foliis basi utrinque hastato-sagittatis aut bisagittatis; fructibus cornutis. — Laete virens, caulis erectus vel adscendens pedalis et ultra; flores flavo-viriduli; fructus spinescentes. ⊙ vel ♂. Ex oriente adlata, modo frequentissime in hortis culta. Rchb. fl. g. 3737. Mj.-Il. . . . . **S. oleracea L.**

Gen. 611. Atriplex L. Loboda.

Flores monoici vel polygami ebracteolati; perigonium masculum et hermaphroditum aequaliter 3—5-partitum, stamina totidem receptaculo inserta; ovarium depressum, saepius abortiens; fem. perigonium compressum bilobum vel bipartitum lobis dentatis vel integerrimis; utriculus compressus; semen verticale albuminosum testa crustacea obductum; embryo periphericus. Vis. fl. dalm. I. p. 237, g. 165; Koch syn. pl. p. 701; Rchb. fl. g. p. 577, g. 726.

1 Floribus polygamis, femineis ad basin usque bipartitis semen verticale includentibus, hermaphoditis 3—5-partitis; perigonio femineo reticulato-venoso, maturitate herbaceo vel membranaceo; foliolis basi tantum connatis integerrimis 2

Floribus monoicis, femineis bipartitis 3

2 Foliis concoloribus opacis, superioribus oblongis triangularibus subhastatis. — Bi-tripedalis et ultra caule erecto; folia sinuato-dentata, interdum tota sanguinea, inferiora cordato-triangularia; laciniae perigonii fructiferi subrotundo-ovatae breviterque acuminatae integrae dorso laeves, inter se et a pericarpio liberae. ⊙. Colitur occurritque in hortorum rejectaculis hinc inde quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 478 colitur et occurrit ad pagos et hortos in tota Dalmatia. Rchb. fl. g. 3729. Il.-Sept. . . . . **A. hortensis L.**

Variet. β. foliis sanguineis, est: A. ruberrima DC.

Foliis supra nitidis, subtus argenteo-glaucis, superioribus e basi triangulari sinuato-dentata longe acuatis integerrimis. — Bi-4-pedalis speciosa, caulis erectus herbaceus; folia magna facie viridissima, inferiora sagittata eroso-dentata, media hastata; laciniae perigonii fructiferi ovatae acuminatae. ⊙. In ruderatis,

ad sepes et vias ad Toplikam et Varasdinum. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Orahovicam, Essekinum, Čerević et Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 3728. (A. acuminata WK.; A. sagittata Brkh.; A. lucida Desf.; A. viridis Ehrh.) Il.-Ag.

A. nitens Rebent.

3 Foliis subtus argenteo-squamulosis; perigonium femineum etiam maturitate herbaceum laciniis basi tantum connatis 4

Foliis utrinque concoloribus; perigonium femineum maturitate ad medium usque cartilagineo-induratum albidumque laciniis ad medium usque connatis 5

4 Foliis profunde sinuato-dentatis subhastatis, inferioribus triangulari-rhombeis, superioribus hastato-oblongis; spicis nonnisi basi foliatis. — Caulis herbaceus patuleque ramosus; folia alterna, infima autem opposita petiolata sinuato-dentata lobis lateralibus truncatis; laciniae perigonii laterales truncatae. ○. In ruderatis, ad sepes et vias in litt. cr. haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia ad vias et fossas vulgaris? (Kan.) Vis. fl. dalm. 481 in maritimis circa Zara. Rcbh. fl. g. 3736. (A. foliosa Lk.; A. sinuata Hoffm.; A. astrachanica Balb.; A. incisa M. B.) Il.-Sept.

A. laciniata L.

Observ. variet. β. foliis oblongis, vix sinuatis; perigonii lobis lateralibus subbidentatis, est: A. diffusa Ten. occurritque cum priori circa Zara et Ragusa.

Foliis sinuato-dentatis, inferioribus rhombeis, superioribus ovatis; spicis interruptis foliatis. — Caulis herbaceus divaricatus; folia incana; laciniae perigonii maturi rhombeae dentatae acutae. ○. Ad muros, domos et sepes, nec minus in ruderatis in pago Verbovec, circa Samobor, Jaskam et alibi in Croatia provinciali. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis vulgatissima. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3735. (A. albicans Bess.; A. alba Scop.; A. Besseriana R. S.; A. verticillata Lay.; A. incana Kit.: A. polysperma Ten.) Il.-Sept. . . . . **A. rosea Lam.**

5 Foliis inferioribus triangularibus, ovatis vel lanceolatis basique subhastatis hastatisve 6

Foliis omnibus linearibus aut lineari-lanceolatis argute dentatis integerrimisque. — Caulis herbaceus 1—2-pedalis ramosus ramis divaricatis erectisve; folia alterna petiolata, infima interdum rare denticulata; flores virides in spicis strictis; perigonii fructiferi laciniiae rhombeo-ovatae dentatae. ○. In ruderatis maritimis

litt. cr. ad Segniam et Pavile. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 480 in arenosis maritimis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 3724. II.-Sept. . . . . **A. littoralis L.**

Observ. variet. β. laciniis perigonii maturi hastatis laeviusculis, est: A. angustifolia Sm. Rchb. fl. g. 3726. occurritque in ruderatis et ad sepes praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr.

6 Foliis inferioribus lanceolato-hastatis aut ovato-lanceolatis subhastatisque 7

Foliis inferioribus triangulari-hastatis dentatis, superioribus hastato-lanceolatis, supremis lanceolatis integerrimis 8

7 Spicis fructiferis strictis; laciniis perigonii demum hastato-rhombeis. — Caulis ramosus ramis inferioribus divaricatis; folia inferiora lanceolato-hastata dentata, caetera lanceolata, summa linearia. ⨀. In ruderatis, ad vias et in cultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 479 var. α. ad vias et in sterilibus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3731. II.-Sept.
A. patula L.

Spicis fructiferis laxis apice nutantibus; laciniis perigonii demum ovato subrhombeis. — Caulis erectus ramosus ramis erecto-patulis; folia inferiora ovato-lanceolata dentata subhastata utrinque unilobata lobis erectis. ⨀. In cultis et oleraceis haud rara in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3727. (A. oblongifolia WK.; A. campestris K. Z.) II.-Sept. . **A. tatarica L.**

8 Foliis inferioribus profunde sinuato-dentatis; laciniis perigonii fructiferi cordato-triangularibus sinuato-dentatis dentibus acuminatis subulatisque. — Caulis erectus ramosus ramis inferioribus divaricatis. ⨀. In cultis et oleraceis fertilibus circa Toplikam, Crisium et alibi. In Slavonia circa Essekinum et Tenje. (Kan.) Vis. fl. dalm. 479 var. β. ad vias et in sterilibus vulgaris. II.-Sept. . . . . **A. hastata L.**

Foliis inferioribus dentatis; laciniis perigonii fructiferi triangularibus integerrimis denticulatisque. — Caulis erectus ramosus ramis divaricatis patulisque, foliis basi truncatis, plurimis oppositis conformibus subtus lepidotis lobisque baseos patulis; perigoniis demum muricato-gibbosis. ⨀. In ruderatis et maritimis litt. cr. ad Flumen et Segniam. Vis. fl. dalm. 479 var. γ. in sterilibus maritimis Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3732. (A. oppositifolia DC.; A. latifolia Wahlb.) II.-Ag. . . **A. triangularis W.**

Observ. variet. β. perigoniis semine vix majoribus; caule erecto patenti-virgato, est: A. microsperma W. Kit. occurritque cum priori in litt. cr. Rchb. fl. g. 3733. (A. ruderalis Wallr.)

Gen. 612. **Halimus Wallr. Omakalj.**

Flores monoici, masc. perigonium 4—5-partitum; stamina 4—5 in basi perigonii inserta; fem. perigonium compressum bilobum lobis tridentatis; utriculus compressus; semen verticale, albuminosum testa membranacea cinctum. — Koch syn. pl. p. 700; Rchb. fl. g. pag. 576, g. 725.

Foliis oppositis lanceolato-obovatis integris petiolatis utrinque argenteo-squamulosis. — Caulis fruticulosus adscendens, 1—2-pedalis, ramosus ramis virgatis; folia obtusa basique attenuata; flores pallide flavi; perigonia fructifera sessilia triloba dorso muricata longitudinaliter connata pericarpio adhaerentia. ♄. Ad littora maris ad Bukari et Flumen. Vis. fl. dalm. 477 ad litt. maris tum in continente, tum in insulis frequens. Rchb. fl. g. 3223. (Atr. portulacoides L.; Diotis portulacoides M. B.; Obione portulacoides Moq. Tandon.) Il.-Ag. . **H. portulacoides Wallr.**

Gen. 613. **Theligonum L. Pasja Locika.**

Flores monoici axillares subterni, mares ebracteati perigonio diphyllo compresso, demum revoluto; stamina 8—16 imo perigonio inserta; flor. fem. masculis oppositi bractea bracteolisque suffulti; perigonium clavatum apice a stylo perforatum, subanthesi lateraliter rumpens; ovarium connatum; stigma cylindricum obtusum; fructus drupa monosperma nuda semine verticali. Vis. fl. dalm. I. p. 238, g. 166; Koch syn. pl. p. 703; Rchb. fl. g. p. 588.

Foliis oppositis rhombeo-ovatis 3—5-nerviis; floribus albidis. — Spithamaeum succulentum oleraceum decumbens, caules teretes effusi ramosi ramis oppositis divaricatis; folia petiolata argute denticulata crassiuscula petiolo basi utrinque subcartilagineo stipulari-dentato; flores masculi bini brevissimo pedunculo innixi, flos femineus alaris sessilis. ☉. Vis. fl. dalm. 482 ad rimas saxorum et loca lapidosa tum continentis, tum insularum frequens. Rchb. fl. g. 3811. Apr.-Mj. . . . . . . **Th. Cynocrambe L.**

b) *Flores hermaphroditi vel polygami, non amentacei; embryo rectus.*

Fam. XCIII. **Thymeleae Juss. Likovčine.**

Flores hermaphroditi raro dioici bracteolati aut involucrati; perigonium tubulosum coloratum disco perigyno carnoso basi intus obductum, limbo 4—5-fido, lobis aestivatione alterne imbricatis; stamina definita perigonii fauci tubore inserta ejusdemque laciniis numero dupla, raro pauciora aut copiosiora (in exoticis) antheris bilocularibus rimis 2 longitudinalibus dehiscentibus; ovarium superum 1-loculare, 1-ovulatum ovulo pendulo; stylus 1; stigma 1; fructus nucumentaceus aut drupaceus, nudus aut perigonii basi tunicatus monospermus; semen apice affixum, albumen nullum aut tenue; embryo rectus, radicula hilum spectans. Vis. fl. dalm. I. p. 223; Koch syn. pl. p. 714; Rch. fl. g. p. 163.

Frutices, raro herbae, ramis teretibus articulatis; foliis sparsis oppositisve simplicibus indivisis integerrimis, saepe nervosis, exstipulatis.

Gen. 614. **Passerina L. Vrebina.**

Flores hermaphroditi, rarius dioici; perigonium infundibuliforme limbo 4-partito persistente; stamina 8 biseriata; stylus filiformis lateralis; utriculus monospermus perigonio persistente involucratus. — Vis. fl. dalm I. p 225, g. 158; Koch syr. pl. p. 114; Rchb. fl. g. p. 163.

Foliis sparsis lanceolato-linearibus acutis glabris erecto-patentibus; floribus axillaribus quinis, ternis solitariisve. — Caulis herbaceus erectus, superne stricte-ramosus; folia plana; flores parvi sessiles pallidi; laciniae perigonii erectae ovatae concavæ obtusae anthesique peracta conniventes; stylus filiformis; stigma capitatum; utriculus rostratus. ◯. In agris arenosis locisque apricis planitierum montiumque humiliorum totius Croatiae Syll. fl. cr. In Slavonia inter segetes circa Essekinum, Cerovac, Bankovci, Krivaj et Krušedol; in vineis derelictis ad Čerević et circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 445 in arvis argillosis et inter segetes totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 991. (Stellera Passerina L.; St. pubescens Guss.) Mj.-Sept. . . **P. annua Wicks.**

Foliis ovatis carnosis, infra glabris, supra tomentosis; floribus aggregatis. — Fruticulus valde ramosus ramis nutantibus canotomentosis; folia juniora imbricata covexa; flores terminales axillaresque parvi intus flavescentes sessiles; perigonia subcampanulata, extus tomentosa laciniis ovatis acutis patentibus; stamina brevissima tubo perigonii inserta. ♄. Vis. fl. dalm. 446 in saxosis apricis insulae Sansego in sinu Flanatico s. Quarnero; in insulis circa Zara et in insula Meleda. Rchb. fl. g. 994. Apr.-Mj. . . . . **P. hirsuta L.**

*

Gen. 615. **Daphne L. Likovac ili Maslinica.**

Flores hermaphroditi; perigonium infundibuliforme limbo 4-partito deciduo; stamina octo biseriata; stylus brevissimus terminalis; drupa baccata carne molli vel coriacea. — Vis. fl. dalm. I. p. 224, g 157; Koch syn. pl. p, 714; Rchb. fl. g. p. 164, g. 223.

1 Floribus terminalibus aggregatis vel fasciculatis 2
Floribus lateralibus sessilibus subternis, vel racemosis, racemis axillaribus subquinquefloris 4

2 Foliis lineari-cuneatis obtusis emarginatisve breviter mucronatis glabris; floribus roseis. — Spithamaea pedalisve, rami dichotomi virgati tenues; flores terminales fasciculati rosei aut persicini, rarius albi, breviter pedicellati et una cum bracteis cauleque pubescentes laciniis perigonii ellipticis tubo brevioribus; bracteae ovatae mucronulatae tubi tertiam partem attingentes; folia integerrima sparsa; ovarium hirsutum; bacca compressa flavescens 1-sperma. ♄. In pascuis siccis montium altiorum, veluti in monte Ošterc et Pliešivica ad Samobor. (1857.) Rchb. fl. g. 998. (Thymelea Cneorum Scop.) Mj.-In. . . . . . **D. Cneorum L.**
Foliis lineari-lanceolatis lanceolatisve aut obovatis; floribus albis 3

3 Floribus aggregatis sessilibus villosis; laciniis perigonii lanceolatis acuminatis; foliis lanceolatis obovatisve pubescentibus, serius glabris deciduis. — Fruticulus humilis ramosissimus; folia pallide viridia; flores terminales villosi; baccae oblongae, demum rubellae linea longitudinali impressa signatae. ♄. In saxosis montium Velebit et ad lacus Plitvicenses, in monte Merzin et Sladovac, nec minus ad Flumen, Kamenjak, Merzlavodica et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 443 in rupestribus regionis subalpinae Velebit, Visočnica prope Sinj et Biokovo. Rchb. fl. g. 1002. (Tymelea candida Scop.) Apr.-Mj. . . **D. alpina L.**
Floribus aggregatis paniculatis sericeis; laciniis perigonii obtusis, foliis confertis obverse lineari-lanceolatis acuminato-cuspidatis glabris persistentibus. — Fruticulus virgatus, ramis teretiusculis, baccis miniatis. ♄. Vis. fl. dalm. 444 inter frutices locis collinis prope Cattaro. Rchb. fl. g. 997. Mr.-Il. . . **D. Cnidium L.**

4 Floribus in racemis brevibus subquinquefloris axillaribus nutantibus, flavescenti-viridibus et una cum bracteis glabris; foliis lanceolatis basi cuneato-attenuatis sericeis. — Fruticulus humilis glaber; radix longissima; caulis teres; folia integerrima, basi

in petiolum brevissimum attenuata laevia alternantia et ad extremitatem caulis ramorumque dense et frondose aggregata; pedunculi communes axillares breves incurvati bracteisque concavis obtusis fulti; stigma muricatum; bacca atra. ♄. In sylvis montanis inter Toplikam et Drenovac; in monte Klek et Merzin, nec non ad lacus Plitvicenses. Syll. fl. cr. In Slavonia ad fontem Iskrica non procul a Claustro Duzlukensi supra Orahovica. (Kan.) Rchb. fl. g. 1004. (Thymelea Laureola Scop,) Mar.-Apr. **D. Laureola L.**

Floribus lateralibus sessilibus subternis pubescectibus roseis, rarissime albis; foliis lanceolatis glabris basi attenuatis. — Fruticulus 2—3-pedalis ramosus; folia submembranacea; flores praecoces in medio ramulorum sessiles suaveolentes; baccae rubræ. ♄. In sylvis planitierum montiumque totius Croatiae et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 442 in nemorosis regionis subalpinae montium Velebit et Biokovo. Rchb. fl. g. 1003. (Thymelea Mezereum Scop.) Feb.-Apr . . . . . . **D. Mezereum L.**

Fam. XCIV. **Laurineae DC. Lovornjače.**

Flores hermaphroditi aut abortu unisexuales dioici bracteati aut involucrati; perigonium calycinum 4—6-fidum disco perigyno carnoso increscente basi intus obductum lobis alterne biseriatis, aestivatione imbricatis; stamina in basi laciniarum perigonii inserta, 6 ordine simplici, vel 12 ordine duplici; antherae filamentis adnatae biloculares loculis valvula a basi ad apicem dehiscentibus; ovarium liberum 1-ovulatum ovulo pendulo; stylus 1; stigma 1; fructus baccatus aut drupaceus, nudus vel perigonio cinctus monospermus; albumen nullum; embryo rectus; radicula umbilicum spectans. — Vis. fl. dalm. I. p. 225; Koch syn. pl. p. 715; Rchb. fl. g. p. 183.

Gen. 616. **Laurus C. G. Nees ab Es. Lovor ili Lovorika.**

Flores dioici in umbellas simplices involucratas digesti; perigonium 4 partitum deciduum; maris flos terminalis dodecandrus ovario nullo; stamina biserialia, 6 interiora in medio glandulis 2 biappendiculata; flores laterales 9—10-andri; in flore fem. stamina 4 sterilia ovario perfecto, ovato crasso, stigmate subcapitato; bacca carnosa monosperma. Vis. fl. dalm. I. pag. 226, g. 159; Koch syn. pl. p. 715; Rchb. fl. g. p. 183, g. 245.

Foliis oblongo-lanceolatis coriaceis subundulatis venosis; floribus axillaribus viridibus 4-partitis. — Arbor formosa foliis perennantibus; pedunculi basi bibracteati bracteis connatis; bacca ovata

cortice nigro obducta. ♄. In litt. cr. ad Flumen, Bukarizza et alibi spontanea facta. Syll. fl. cr. — Vis. fi. dalm. 447 ad sepes circa Trau et Castelli, nec minus in insulis Brazza et Lesina. Rchb. fl. g. 1117. Febr.-Apr.. . . . . . . **L. nobilis L.**

Fam. XCV. **Eleagneae R. Br. Zlolesine.**

Flores hermaphroditi aut unisexuales, dioici; perigonium inferum intus coloratum 2—4-fidum laciniis aestivatione imbricatis; stamina fauci perigonii inserta, ejusdem laciniis numero aequalia et alterna, vel dupla; antherae biloculares rimis 2 longitudinalibus dechiscentes; ovarium tubo perigonii inclusum secus liberum, 1-ovulatum ovulo recto; stylus 1; styma 1; drupa spuria constans e perigonio persistente baccato et nuce crustacea; albumen carnosum tenue; embryo rectus, radicula infera. — Koch syn. pl. pag. 719; Rchb. fl. g. pag. 162.

Arbores et frutices foliis exstipulatis argenteo- vel brunneo-lepidotis.

Gen. 617. **Eleagnus L. Zlolesina.**

Flores hermaphroditi; tubus perigonii gracilis, limbus campanulatus 4—5-fidus, faux annullo conico coarctata; stamina 4—5; stigma capitatum; drupa spuria e calyce baccato, intus osseo nucem includente formata. Koch syn. pl. p. 719; Rchb. fl. g. p. 163, g. 220.

Foliis lanceolatis acutis integerrimis utrinque argenteo-lepidotis; floribus axillaribus pedunculatis erectis solitariis ternisve. — Arbor elegans ramis junioribus candidis; folia alterna breviter petiolata obtusa acutave; perigonium extus argenteo-lepidotum, intus dilute aurantiacum; filamenta brevissima; drupa candida. ♄. In Croatia hinc inde culta, veluti in horto Hrasinjensi, et in litt. cr. in collibus apricis ad Novi, Cirkvenicam et alibi quasi spotanea. Syll. fl. cr. Copiosissima in insulis Veglia, Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 990. (El. hortensis MB.) Mj.-In. **E. angustifolia L.**

Gen. 618. **Hippophaë L.**

Flores dioici; mas. perigonium bipartitum; stamina 4; fem perigonium tubulosum apice bifidum, annullo ad faucem nullo; bacca spuria e calyce aucto et succulento nucemque includente confecta. — Koch syn. pl. p. 719; Rchb. fl g. pag. 162, g. 219.

Foliis lineari-lanceolatis, supra glabris subtus albido-lepidotis. — Frutex ramosissimus divergens 6—8-pedalis spinosus; radix valde

repens; truncus erectus; flores minuti ferruginei; fructus flavescentes aut aurantiaci. ♄. In arenosis et glareosis ad fluvium Dravum ad Bukovec, Dubrava et Legrad. (1861.); secus hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 989. (Osyris rhamnoides Scop.) Apr.-Mj. . . . . **H. rhamnoides L.**

b) Flores monoici non amentacei, feminei perigonio destituti.

Fam. XCVI. **Ceratophylleae Gray. Voščine.**

Flores unisexuales monoici involucrati; masc. perigonium 4-phyllum involucri phyllis linearibus truncatis bispinulosis; antherae 12—16 brevissime pedicellatae perigonio paullo longiores, oblongo-oboratae, apice incisura semilunari utrinque in spinulam abeunte emarginatae, biloculares loculis dissepimento incompleto semibifidis; floris fem. perigonium nullum, involucrum autem 6-phyllum uniflorum; ovarium liberum ovatum 1-loculare, 1-ovulatum ovulo pendulo; stylus subulatus; fructus nucumentaceus nuce stylo apiculata; embryo rectus cotyledonibus 4 verticillatis, duobus latioribus oppositis; plumula valde composita. Koch syn. pl. p. 272; Rchb. fl. g. p. 151.

Gen. 619. **Ceratophyllum L. Voščika.**

Character generis idem ac familiae.

Foliis dichotome in lacinias lineari-filiformes 2—4 divisis; fructibus 3-spinosis spinis ad basin 2 recurvatis, terminali fructum aequante vel superante. -- Herba fluitans ramosissima rigida obscure virens foliis inprimis versus ramorum apicem condensatis planis latiusculis cornua cervi aemulantibus, multipartitis scabriusculis; flores axillares sessiles solitarii; fructus armatus spinis duabus lateralibus et unica terminali. ♃. In lacubus, stagnis et aquis lente fluentibus ad Siscium, Topolovec et in Lonjsko-polje. (1860.) In Slavonia in canali Bosut copiosissimum. (Kan.) Rchb. fl. g. 924. (C. oxyacanthum Cham.) Il.-Ag. **C. demersum L.**

Foliis ter dichotome in lacinias setaceas 5—8 divisis; fructibus basi nudis, apice spina mucronatis fructu pluries breviore. — Herba flaccida foliis decompositis laciniis setaceis; laciniae perigonii apice acutae integrae; fructus tuberculis minimis adspersi, secus plane inermes. ♃. In aquis stagnantibus, in fossis et lacubus ad Slatinam in Moslavina. Syll. fl. cr. In Slavonia cum priori et circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 922. (C. muticum Cham.; C. verruculosum Rich.) In.-Il. . . . **C. submersum L.**

Fam. XCVII. **Ambrosiaceae Lnk. Repinčine.**

Flores unisexuales monoici involucrati; masculi in capitulum involucro polyphyllo vel multifido cinctum collecti, feminei solitarii vel gemini involucro inclusi; floris masc. perigonium 1-phyllum, 5-dentatum dentibus aestivatione valvatis; stamina 5 fundo perigonii inserta libera vel monadelpha; stylus filiformis; stigmata in unum truncatum apice penicellatum concreta; floris feminei perigonium nullum; ovarium nudum; stigmata 2 elongata stylo unico; fructus involucro nucem spuriam referente inclusus, siccus. — Vis. fl. dalm. II. pag. 126; Koch syn. pl. p. 531.

Herbae annuae caule ramoso; foliis omnibus vel saltem superioribus alternis simplicibus indivisis lobatisve; florum capitulis in spicas terminales basi femineas, apice masculas, digestis.

Gen. 620. **Xanthium Tourn. Repinac ili Dikica.**

Flores masculi phyllis involucri liberis, receptaculo paleaceo, feminei involucro hamato spinoso gemini; achenia (nuces spuriae) bina in totidem involucri apice rostrati loculis nidulantia. Vis. fl. dalm. II. p. 127, g. 278; Koch syn pl. p. 531; Rchb. fl. g. p. 283, g. 382.

1 Caule inermi; foliis cordato- aut cuneato-trilobis 2

Caule spinoso spinis stipularibus tripartitis ternatisve; foliis integris trifidisve. — Pedale et ultra caule ramoso tereti erecto aut adscendente; folia cuneato-trifida lobo intermedio elongato acuminato, aut integra, subtus albo-tomentosa; spinae acutissimae flavicantes; flores virides. ○. In ruderatis ad sepes et vias e Serbia et Bosnia adlatum, modo in Croatia et Slavonia vulgatissimum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 791 in ruderatis et incultis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 1974. Il.-Sept. **X. spinosum L.**

2 Fructibus pubescentibus rostratis, rostris rectis subconniventibus, spinis rectis apice uncinatis. — Caulis erectus ramosus; folia longe petiolata cordato-triloba lobis inciso-dentatis scabris acutis, superioribus basi cuneatis, trinervatis. ○. In ruderatis, ad muros et sepes, in agris et vineis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 790 in agris et ruderatis circa Zara, Sebenico, Narenta et Cattaro; porro in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1972. Il.-Oct. . . . . **X. strumarium L.**

Fructibus hispidis rostratis, rostris uncinatis, spinis a medio fere arcuatis, apice circinato-hamatis. — Praecedenti persimile, sed multo majus, saepe homine altius ramoso-divaricatum; folia cu-

neato-triangularia triloba; flores ut omnium virides; receptacula feminea aggregata. ⨀. In ruderatis litt. cr. ad Flumen. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1973. (X. orientale L.; X. italicum Moretti.) Il.-Oct. . . . . **X. macrocarpum DC.**

Subordo II. **Folia stipulata.**

Fam. XCVIII. Sanguisorbeae Lindl. Oskorušičnice.

Flores hermaphroditi aut abortu unisexuales aut polygami; perigonium 3-, 4-, 5-fidum laciniis aestivatione valvatis tubo apice contracto ovaria libera fovente, fauceque annullo coarctata; stamina 4 vel abortu pauciora, vel indefinita ante annullum faucis inserta; ovaria 1—2—4 stylum ex apice vel e basi emittentia, uniovulata ovulo pendulo vel adscendente; stigma capitatum, vel penicilliforme, vel barbatum; nuce in perigonio saepe indurato inclusa; semen exalbuminosum. — Koch syn. pl. p. 256.

Herbae foliis stipulatis lobatis, pinnatifidis pinnatisve.

Gen. 621. Alchemilla Tourn. Vrkuta.

Perigonium monophyllum tubo urceolato basi nudo, limbo 4-partito, extus 4-bracteolato deciduo; stamina 1—4 annullo faucis inserta bracteolis (laciniis perigonii minoribus) opposita; stylus e latere ovarii egrediens; stigma capitatum; nuce in perigonio persistente inclusa. — Flores virides, fauce luteoli. — Vis. fl. dalm. III. p. 254, g. 623; Koch syn. pl. p. 256; Rchb. fl. g. p. 609, g 756.

1 Radice perenni; floribus tetrandris terminalibus corymbosis . . 2
Radice annua; floribus 1—2-andris axillaribus glomeratis. — Radix fibrosa; caulis ramosus; folia alterna petiolata pilosa, omnia flabellata palmato-trifida laciniis 3—5-fidis, petiolata petiolis basi auriculato-amplexicaulibus; perigonium urceolatum; nuces quandoque binae. ○. In agris planitierum montiumque humiliorum Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1747 in arvis et herbidis circa Zara, Verlika, Kilić et in insulis Torkola et Lesina. Rchb. fl. g. 3933. (Aphanes arvensis L.; Al. Aphanes Leers.) In.-Ag. **A. arvensis Scop.**

2 Foliis radicalibus digitato-5—7-lobis, lobis cuneato-oblongis apice conniventi-serratis. — Radix lignescens multiceps; caules humiles teretes pilosi erecti aut adscendentes; folia radicalia cordato-orbiculata digitata lobis apice obtusis, subtus sericeis, caulina subtrifoliata breviterque petiolata laciniis apice dentatis; foliorum auriculae (stipulae) connatae incisae, inferiores membranaceae. ♃. In saxosis herbidis alpium Plieśivica, Samar, Visočica,

Badanj et Debelo-brdo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1746 in rupestribus editioribus montium Velebit, Gnjat et Prolog. Rchb. fl. g. 3917. In.-Ag. . . . . **A. alpina L.**

Foliis radicalibus orbiculato-reniformibus 7—9-lobis undique serratis obtusis. — Radix lignescens multiceps; caules decumbentes vel adscendentes ramosi pilosi; folia lobata lobis semiorbiculatis, pilosis, superiora sessilia caulem ramosque amplectentia, inferiora in vaginam bifidam attenuata, radicalia petiolata 9-loba; perigonium 8-fidum laciniis apice pilosis, exterioribus 4 minoribus. ♃. In pratis, collibus et pascuis montanis alpinisque totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1745 in pascuis montium Svilaja, Dinara et Sella. Rchb. fl. g. 3934. (A. hybrida Web.) Ag.-Sept. . . . . **A. vulgaris L.**

Observ. var. β. foliis subsericeo-hirsutis, est: A. montana W. occurritque cum priori in asperis apricisque Dalmatiae et Croatiæ australis.

Gen. 622. Sanguisorba L. Krvara.

Tubus perigonii basi bracteis 2—3 cinctus, apice coarctatus, limbus 4-partitus; stamina 4, rarius 6—15; ovarium 1; stylus terminalis filiformis; stigma capitatum papillisque oblongis muricatum; nux perigonio persistente indurato inclusa. — Flores atropurpurei polygami. — Koch syn. pl. pag. 257; Rchb. fl. g. p. 610, g. 758.

Spicis ovato-oblongis; staminibus 4 perigonio brevioribus; laciniis perigonii subaequalibus; foliis accrescenti-pinnatis, foliolis cordato-ovatis serratis. — Caulis erectus ramosus; folia pinnata cum impari; stipulae supra basin petioli communis binae reniformes serrataeque; perigonium ad basin pilosum. ♃. In pratis planitierum montiumque humiliorum hinc inde in Croatia, praesertim in Zagoria ad Krapinam, Svedruša, Pregrada et alibi, Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Čerević et Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 3942. In.-Sept . . . . **S. officinalis L.**

Observ. variet. β. spicis ovato-subcylindricis; staminibus perigonio brevioribus; foliolis majoribus cordato-, minoribus truncato-ovatis argute serratis, petiolis partialibus basi stipella integra vel dentata fultis, est: S. auriculata Scop. estque praecedenti multo major et occurrit in pratis fertilibus circa Rac-Kaniža in Medjumurje.

Gen. 623. Poterium L. Oskorušica.

Flores monoici vel polygami; perigonii tubus turbinatus, basi 2—3-bracteatus fauce constricta, limbo 4-partito; stamina 20—30; ovaria 2—3, stylis terminalibus, stigmatibus penicellatis; nuces 2—3 perigonio indurato vel subbaccato inclusae. — Vis. fl. dalm. III. p. 254, g. 624; Koch syn. pl. p. 258; Rchb. fl. g. p. 610, g. 757.

1 Perigonii tubo fructifero indurato rugoso; spicis florum subglobosis; caulibus herbaceis 2

Perigonii tubo fructifero carnoso, laevi; spicis florum cylindricis; caule fruticuloso. — Fruticulus ramosus ramis superioribus dichotomis spinescentibus; folia pinnatisecta foliolis subrotundis ovatisve; nuce globosa. ♄. In rupestribus apricis circa Flumen et Bukari. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1749 in maritimis circa Spalato et secus Riviera dei Castelli. Rchb. fl. g. 3941. (Sang. spinosa Bert.) Mj.-Il. . . . . **P. spinosum L.**

2 Tubo perigonii fructiferi reticulato-ruguloso-quadrangulari, angulis obtusis. — Tota planta obscure virens foliolis concoloribus, inferiorum cordato-reniformibus breve obtuseque serratis, caulinorum ovatis regulariter serratis; capitula globosa majuscula floribus infimis masculis, reliquis femineis; stigmata rosea stylum subaequantia; nux ovali-quadrangula subreticulata. ♃. In collibus graminosis, pratis et arvis siccis montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1748 in locis siccis collibusque herbidis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3938. Mj.-Sept. **P. Sanguisorba L.**

Obs. var. β. foliis subtus glaucescentibus, inferiorum foliolis truncato- vel cuneato-rotundis; nuce oblongo-quadrangula obiterque reticulata; caule gracili prostrato glaucescente et purpurascente, demum adscendente; stigmatibus puniceis stylo definite brevioribus capitulisque globoso-subcylindraceis, est: P. glaucescens Rchb. fl. g. 3939 occurritque cum priori in sterilibus apricis.

Tubo perigonii fructiferi lacunoso-rugosi quadrangulari, angulis alatis rugosis elevatis dentatisque. — Radix ramosa bienis; caulis erectus 2—3-pedalis flexuosus angulatus glaber laevis simplex aut ramosus; foliola glauca, petioli glabri; florum capitula breviter pedunculata bracteisque binis ciliatis fulta; flores spicam terminantes hermaphropiti. ♂ vel ♃. In agris arvisque sterilibus incultis circa Crisium et Šestinam prope Zagrabia,

nec non alibi in arvis montanis Croatiae praesertim australis et littoralis. Syll. fl, cr. — Vis. fl. dalm. 1748 variet. β. in collibus locisque siccis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3940. Mj.-In.

P. polygamum WK.

Fam. XCIX. **Polygoneae Juss. Dvornjače.**

Flores hermaphroditi aut abortú unisexuales bracteati aut involucrati aut nudi; perigonium 3—6-phyllum vel 3—6-partitum persistens partitionibus aestivatione imbricatis, disco perigonii fundum vestiente, rarius in annullum glandulosum incrassato; stamina omnia fertilia, perigonii basi inserta, numero varia, antheris incumbentibus bilocularibus rimaque longitudinali dehiscentibus; ovarium liberum 1-loculare, 1-ovulatum ovulo erecto: styli 2—3 stigmatibus simplicibus vel plumosis; fructus caryopsis monosperma triquetra, nuda vel perigonio inclusa; embryo inversus rectiusculus et centralis, vel curvatus et unilateralis aut periphericus; albumen farinosum; radicula elongata supera. — Vis. fl. dalm. I. p. 226; Koch syn. pl. p. 703.

Herbae nodosae articulatae foliis alternis simplicibus indivisis, petiolo basi vaginante vel stipulae interpetiolari clausae vaginaeformi (ochreae) inserto.

Gen. 624. **Polygonum L. Dvornik.**

Perigonium monophyllum coloratum 4—5-fidum vel partitum; stamina 3—8 biserialia, et quidem seriei exterioris 5, laciniis perigonii alterna, interioris 3, laciniis perigonii tribus interioribus et faciebus ovarii trigoni opposita, in nonnullis aut omnia aut pro parte deficientia, cum glandulis nectariferis alternantia; antherae dorso affixae introrsum dehiscentes: styli 1—3 erecti; ovarium trigonum stigmatibus 3, vel compressum stigmatibus 2 capitatis, basique plus minus connatis; caryopsis perigonio involucrata. Vis. fl. dalm. I. p. 227, g. 160; Koch syn. pl. p. 710; Rchb. fl. g. p 571, g. 718.

1 Floribus spicatis vel racemosis aphyllis 2
Floribus in axillis foliorum fasciculatis, rarius foliis ad apicem ramulorum diminutis quasi spicas interruptas formantibus; staminibus exacte octonis 12

2 Floribus racemosis, racemis paniculatis vel corymbosis axillaribus terminalibusque; staminibus exacte octonis 3
Floribus in spicas terminales, nec unquam simul et in axillares congestis; saminibus 5, 6, 7, rarius 8 5

3 Foliis sagittato-cordatis acuminatis; caule erecto simplici . . . 4
Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis undulatis ciliatis subtus pubescentibus in petiolum brevem attenuatis; caule erecto ramoso. — Radix fibrosa; caulis 1—2-pedalis et ultra, rami inferiores

steriles; folia basi rotundata, flores majusculi in racemos terminales paniculatos congesti e stramineo dilute rosei stigmatibus purpureis; ochreae hirsuto-barbatae. ♃. In locis herbidis et pascuis asperis alpium Plieŝivica, Debelo-brdo et Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3708. Il.-Ag. . . . . . . **P alpinum L.**

4 Racemis axillaribus simplicibus, terminalibus corymbosis, floribus roseis albisve basi viridulis; nucibus acuminatis trigonis angulis integerrimis. — Radix tenuis fibris aucta; caulis erectus subflexuosus teres in unum alterumve ramum divisus; folia integerrima glabra, superiora sessilia, reliqua petiolata; pedicelli basi scabri. ⊙. Ex Asia adlatum, modo ubique cultum et hinc inde inter segetes quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 459. — Rchb. fl. g. 3711. „Heljda ili Hajdina." Il.-Ag. **P. Fagopyrum L.**

Racemis fasciculatis, axillaribus solitariis simplicibus, terminalibus in spicas interruptas nutantes aphyllas dispositis; nucibus acutis trigonis, angulis repando-dentatis; floribus virentibus. — Habitus praecedentis, sed notis praelaudatis ab illo specifice diversum. ⊙. Hinc inde cum praecedente, sed admodum rarum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3712. Il.-Ag. . . . **P. tataricum L.**

5 Spica unica densissima in apice caulis simplicissimi; stylo basin usque fisso; stigmatibus subrotundis, minutissimis; radice subcarnosa contorta 6

Caule ramoso ramisque singulis spica terminatis; stylo ad medium vel paullo profundius fisso; stigmatibus magnis capitatis; radice fibrosa 7

6 Petiolis alatis; foliis oblongo-ovatis subcordatis undulatis. — Radix repens lignescens tortuosa: caulis erectus 1—3-pedalis teres glaber; folia radicalia magna integerrima glabra in petiolum longum attenuata; caulina in petiolum tubulosum vaginantem contracta; ochreae membranaceae dentatae; spica cylindrica erecta densissima; bracteae membranaceae incisae. ♃. In pratis humidiusculis, montanis ad Bosiljevo. (Klingg.); in montibus Croatiae australis, velut ad Perušić, in alpe Plieŝivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3702. Iu.-Il. . . . . . . **P. Bistorta L.**

Petiolis nudis apteris; foliis ovalibus lanceolatisve margine revolutis striatis, crenulatis, venulis margine incrassatis. — Radix contorta geniculata fibrisque capillatis aucta; caulis palmaris aut humilior; folia dorso incana; stipulae tubulosae membranaceae scabriusculae vaginantes; spica cylindrica, interdum

gemina; bracteae membranaceae; flores rosei. ♃. In pascuis alpinis montium Velebit, veluti Visočica, Badanj et Debelo-brdo, nec minus in alpe Pliešivica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 448 in pascuis alpinis montium Velebit. Rchb. fl. g. 3701. In.-Il.

P. viviparum L.

7 Spicis oblongo-cylindricis ovalibusve condensatis erectis aut subnutantibus 8

Spicis filiformibus laxis saepissime pendulis 10

8 Floribus hexandris; spicis oblongo-cylindraceis; foliis ovatis, ellipticis, lanceolatisve 9

Floribus nonnisi pentandris; spicis solitariis densis cylindricis; foliis oblongo-lanceolatis. — Radix repens fibris copiosis aucta; caulis teres ramosus; folia petiolata acuta serrulata glabra; stipulae membranaceae vaginantes glabrae; flores rosei; caryopsis s. nucula ovata compressa. ♃. In fossis et stagnis in Moslavina in Lonjsko-polje, ad Guščerovec sub Kalnik, ad Trakoščan et alibi haud rarum in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 449 in aquis fluentibus circa Narenta. Rchb. fl. g. 3700. In.-Ag. . . . . **P. amphybium L.**

Observ. variet. β. caule erecto; foliis lineari-lanceolatis breviterque petiolatis pubescenti-scabris, est: P. terestre Leers. occurritque in paludibus exsiccatis in Croatia et Slavonia copiose, in Dalmatia autem habitat in pratis udis ad Žerava prope Zara.

9 Ochreis longe ciliatis; pedunculis eglandulosis; stylis inferne connatis; fructibus plano-lenticularibus triquetrisque. — Radix fibrosa; caulis erectus teres divaricate ramosus glaber laevis, supra genicula incrassatus; folia oblongo-lanceolata acuta integerrima ad oras costamque scabra, pleraque facie maculata; spicae densae, floribus roseis aut viridulis. ⊙. In locis humidis, ad rivulos ripasque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 450 in locis humidis herbidis hinc inde. Rchb. fl. g. 3695. Il.-Oct. . . . . **P. Persicaria L.**

Ochreis breviter ciliatis; racemis pedunculisque glanduloso-scabris; stylis omnino liberis; fructibus compressis utrinque excavatis. — Radix fibrosa; caulis adscendens incrassato-nodosus et supra genicula tumidus; folia oblonga ovato-lanceolata acuta, ad oras scabra, facie quandoque maculata setulisque adspersa, dorso punctis eminentibus consita, basi in petiolum brevem attenuata; florum racemi densi breves, primo erecti, demum nutantes; brac-

teae membranaceae. ⊙. In locis humidis, stagnis et fossis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Požegam, Vukovar et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 451 in ruderatis, udis et aquosis circa Sebenico et Spalato; ad ripas fluvii Kerka et Narenta. Rchb. fl. g. 3697 et 3699. (P. lapathifolium L.; P. pensylvanicum Curt.) II.-Oct. . . . **P. nodosum Pers.**

Observ. variet. β. caule adscendente; foliis lanceolatis utrinque valde attenuatis undulatis laxis; pedunculis petiolisque strigoso-hispidis, est: P laxum Rchb. fl. g. 3696 occurritque in pratis udis ad Paukovec et Božakovinam. Syll. fl. cr.

Variet. γ. foliis subtus lanato-tomentosis, omnibus oblongo-lanceolatis subconduplicatis laxe undulatis, est: P. incanum Schm. occurritque in locis exsiccatis Dalmatiae.

Variet. δ. caule adscendente; ochreis integris; racemis compactis axillaribus terminalibusque solitariis viridibus, est: P, lapathifolium Ait. occurritque in ipsis locis ac speceis.

10 Foliis caulinis oblongo-lanceolatis ellipticisve, caulinis basi attenuatis acutiusculis; spicis filiformibus laxis pendulisque . . . 11

Foliis lanceolato linearibus antice sensim attenuatis, caulinis basi rotundis, rameis basi acutioribus; spicis filiformibus laxis erectiusculis; floribus pentandris. — Radix multiceps; caules inferiori parte decumbentes et ex geniculis radices agentes; folia angusta plana breviter petiolata glabra; stipulae s. ochreae ciliatæ; bracteae infundibuliformes ciliatae vaginantes; perigonium purpurascens, rarius album; stylus apice 2—3-fidus; caryopsis nigra compressa. ⊙. In fossis locisque humidis sylvaticis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3693. (P. pusillum Lam.; P. angustifolium Roth.) II.-Sept. . **P. minus Ait.**

11 Ochreis subglabris breviterque ciliatis; perigoniis glanduloso-punctatis. — Radix fibrosa, caulis erectus teres ramosus supra genicula tumidus; folia petiolata acria, piperita; flores ex albido viriduli. ⊙. In locis humidis, in fossis et in stagnis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3691. II.-Sept. **P. Hydropiper L.**

Ochreis hirsutis longeque ciliatis; perigoniis eglandulosis. — Spithamaeum pedale gracile, basi repens; spicae laxae, interruptæ, flores rosei; folia lanceolata vel oblongo-lanceolata. ⊙. In losis humidis cultis et incultis, ad sepes et vias totius Croatiae et

Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 452 in herbidis udis circa lacum Morinje prope Sebenico. Rchb. fl. g. 3692. (P. mite Schrk.; P. dubium Stein.; P. Braunii Bluff.) II.-Sep.

P. laxiflorum Whe.

12 Foliis lanceolatis ellipticisve; styli 3 brevissimi liberi, stigmata minutissima; perigonia viridia margine purpureo albove cincta . 13

Foliis cordato-sagittatis; stylo unico brevi, stigmate trilobo; perigoniis viridibus margine intusque albis; caule volubili . . 16

13 Foliis planis; ochreis demum multifidis . , ... 14

Foliis margine revolutis; ochreis multinerviis maximis, demum multipartitis. — Radix lignosa longissima tenax; caules basi lignescentes prostrati geniculati striati ramosi ramis declinatis omnino foliatis; folia alterna petiolata elliptica venosa, glauca crassiuscula integerrima; ochreae albae; caryopsis laevissima triquetra. ♃. Vis. fl. dalm. 456 in arenosis insulae Lesina et prope Ragusa. Rchb. fl. g. 3707. II.-Ag. . . . . **P. maritimum L.**

14 Ramis virgatis interrupte spicatis apice aphyllis 15

Ramis ad apicem usque foliatis floribus exacte axillaribus. — Radix tenacissima; caules procumbentes ramosi striati; folia elliptica vel lanceolata basi attenuata; ochreae subsexnerviae bifidae laciniis lanceolatis acuminatis denique multifidis; caryopsides triquetrae seriatim-punctatae rugosae subopacae. ⊙. Ad vias, in cultis et incultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 453 ad vias ubique. Rchb. fl. g. 3703. II.-Oct.

P. aviculare L.

Observ. variet. β. caule erecto simplici; foliis oblongis latiusculis, est: P. erectum Roth.

Variet. γ. e basi ramossimum prostratum; foliis oblongis crassiusculis obtusis, est: P. littorale Lnk.

Variet. δ. e basi filiformi-ramosum ramis procumbentibus; foliis anguste lanceolatis acutis, est: P. neglectum Bess. Omnes hae formae occurrunt in iisdem locis ac ipsa species.

15 Caule decumbente; foliis oblongis basin versus longe angustatis. Radix ramosa flexuosa; caules ramosi angulati plerique declinati vel adscendentes; folia acuta integerrima; ochreae membranaceæ acutae nervosae nervis paucis remotis; flores parvi variegati; caryopsides triquetrae nigrae nitidae. ⊙. In arenosis et glareósis ad fluvium Dravum prope Bukovec, Legrad et Dubrava. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3706. II.-Oct. . . **P. arenarium WK.**

Caule erecto; foliis inferioribus ellipticis, superioribus lanceolatis acuminatis. — Caulis superne ramosus ramis floriferis virgatis gracilibus subaphyllis; folia floralia diminuta; ochreae demum lacerae; flores subsessiles solitarii; caryopsides triquetrae conferte et minutissime rugulosae. ⊙. In collibus graminosis comitatus Syrmiensis; in Croatia australi in locis apricis cultis circa Kraljevica. Vis. fl. dalm. 454 in locis cultis et ad agrorum margines circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato et Ragusa, nec non in insulis Veglia et Lesina. Rchb. fl. g. 3704. (P. patulum MB.) Il.-Ag. . . . . **P. Bellardi All.**

Observ. variet. β. floribus versus apicem caulis ramorumque racemosis; ochreis tenuissime ciliato-laceris; foliis oblongo-linearibus basin usque attenuatis acutis, est: P. Kitaibelianum Sadl. occurritque in arenosis ad Illok. (1866) Rchb. fl. g. 3705.

16 Laciniis perigonii ovalis 3 interioribus obtuse carinatis; caryopsidibus trigonis opacis. — Radix gracilis; caulis angulato-striatus; folia alterna glabra. ◯. In agris cultis et incultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 457 ubique in cultis. Rchb. fl. g. 3709. „Dvornik papunac." Il.-Sept. **P. Convolvulus L.**

Laciniis perigonii obovati 5 exterioribus membranaceo-alatis; caryopsidibus trigonis nitidis. — Caulis altissime scandens, ramosus laeviusculus substriatus; styli 3 basi coaliti. ◯. In saepibus dumetisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 458 ad sepes circa Narenta. Rchb. fl. g. 3710. Il.-Sept. **P. dumetorum L.**

Gen. 625. **Rumex L. Štav ili Štavalj.**

Perigonium hexaphyllum phyllis interioribus majoribus conniventibus; stamina 6 phyllorum basi geminatim affixa, antheris basifixis lateraliter dehiscentibus; styli 3 reflexi stigmatibus pennicellatis; caryopsis trigona laciniis tribus interioribus perigonii capsulam spuriam referentibus tota tecta. Vis. fl. dalm. I. p. 230, g. 161; Koch syn. pl. p. 704; Rchb. fl. g. p. 568, g. 717.

1 Foliis basi hastatis sagittatisve; floribus dioicis aut polygamis; stylo angulis ovarii superne adnato 2

Foliis basi attenuatis, rotundatis cordatisve, sed neque hastatis neque sagittatis; floribus hermaphroditis, rarissime polygamis; stylis liberis 7

2 Floribus dioicis 3

Floribus polygamis. — Radix repens multiceps; caules caespitosi laxe adscendentes, teretes; folia ovato-hastata vel subpanduriformia; laciniae perigonii fructiferi exteriores margini interiorum adpressae, interiores elliptico-subrotundae aut orbiculatae, membranaceae, reticulato-venosae, ecalosae; flores flavido-rubelli; racemi aphylli verticillis remotiusculis. ♃. In locis rupestribus litt. cr. ad Flumen, Novi, Segniam et alibi, secus ubique in hortis cultus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 464 in lapidosis rupestribus circa Novigradi et Almissa, nec non in montibus Mossor, Biokovo et Orien. Rchb. fl. g. 3676. (Acetosa romana Blackw.) Mj.-Il. . . . . **R. scutatus L.**

Observ. variet. β. foliis utrinque sinu profundo et angusto excisis, lobo terminali ovato fere latiori, quam longo, est: R. hastifolius MB.

Variet. γ. foliis triangulari-ovatis, dente baseos nullo vel brevissimo, est: R. glaucus Jacq. Utraque forma in iisdem locis ac ipsa species et posterior insuper in lapidosis Senjski-put et in alpe Debelo-brdo.

3 Radice fibrosa plus minusve repente 4

Radice tuberosa tuberibus filipendulis ovali-fusiformibus. — Caules erecti pedales et ultra; folia hastato-lanceolata auriculis acutis patulis; ochreae elongatae lacerae; laciniae perigonii interiores cordato-orbiculatae, reticulato-venosae ecalosae; flores rubelli. ♃. Vis. fl. dalm. 462 in umbrosis montis Vlastica et aliorum montium circa Ragusa, nec non in insula Bua ad Tragurium. Rchb. fl. g. 3672. Mj.-Il. . . . . **R. tuberosus L.**

4 Laciniis perigonii fructiferi interioribus callo squamiformi praeditis, exterioribus refractis 5

Laciniis perigonii fructiferi interioribus subrotundo-cordatis membranaceis reticulato-venosis integerrimis, squama omnino destitutis nucemque aequantibus, exterioribus erectis, adpressisque. — Radix valde repens; caules humiles ramosi; folia radicalia et caulina inferiora hastata, superiora lanceolata, summa linearia, sessilia; flores rubelli aut viriduli in racemos collecti. ♃. In pascuis, agris et arvis arenosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 463 in pascuis locisque arenosis circa Ragusa et Cattaro; in insula Lesina et in montibus Ve-

lebit, Radigne, Ljubljan, Vlastica et Sella. Rchb. fl. g. 3672. (Lapathum Acetosella Scop.; Acetosa hastata Mnch.) Mj.-Sept. **R. Acetosella L.**

Observ. variet. β. foliorum lobis omnibus lanceolato-linearibus linearibusve integris, est: R. angustifolius L.

Variet. γ. foliorum auriculis palmato-multifidis, est: R. multifidus L. Utraque forma occurrit promiscue cum ipsa specie.

5 Callo laciniarum perigonii fructiferi interiorum cordatarum squamaeformi brevi rotundato vel subquadrato deflexo 6

Callo laciniarum perigonii fructiferi interiorum ovatorum oblongo ultra dimidiam laciniam excurrente. — Caules erecti vel adscendentes ramosi pedales et ultra; folia sagittata hastataque venosa. ♃. Colitur in usum culinarum. Mj.-In. . . **R. hispanicus Koch.**

6 Stipulis (ochreis) integerrimis; foliis hastato-sagittatis basi radiato 5—7-nerviis; caule superne ramoso ramis verticillato-racemosis. — Caules adscendentes erective pedales aut ultra: planta læte virens; foliorum auriculae rotundatae; laciniae perigonii exteriores dimidiam longitudinem interiorum attingentes; ochreae brevissimae truncatae; flores e viridi et rubro variegati. ♃. Vis. fl. dalm. 461 in pratis montanis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 3674. (R. montanus Desf.) In.-Il. . . . . . **R. arifolius All.**

Stipulis (ochreis) laciniato-dentatis; foliis hastatis sagittatisve venosis. — Radix longa fusiformis; caulis erectus teres striatus 1—2-pedalis et ultra; plerumque simplex; folia radicalia et caulina inferiora longe petiolata integra, superiora sessilia angustiora; flores e viridi rubentes. ♃. In pratis, aggeribus locisque sylvaticis denudatis totius Croatiae et Slavoniae in alpes usque adscendens, ubi in formam R. arifolii All. transire videtur. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 460 in pratis locisque herbidis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3675. (Acetosa pratensis Mill.; Lapathum pratense Lam.; Lapath. Acetosa Scop.) Mj.-Sept. **R. Acetosa L.**

7 Verticillis florum omnibus, vel plerisque, vel saltem inferioribus folio fultis; laciniis perigonii fructiferi interioribus omnibus tribus- aut saltem unica-calliferis 8

Verticillis florum aphyllis racemosis 13

8 Laciniis perigonii fructiferi tribus interioribus utrinque setaceo-2-dentatis; apice lanceolato-protracto integerrimis, omnibus calliferis 9

Laciniis perigonii fructiferi tribus interioribus integerrimis vel subspinoso-multifidis 11

9 Foliis lanceolato-linearibus vel oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis 10

Foliis ovato-lanceolatis integerrimis basique in petiolum canaliculatum protractis. — Radix inferne ramosa; caules adscendentes humiles glabri simplices, vel superne in unum alterumve ramum soluti; folia alterna patentissima; stipulae interfaliares vaginantes membranaceae acutae; flores numerosi parvi pedicellati cernui pedicellis rubris, floriferis capillaribus, fructiferis incrassatis. ○ vel ♂. Inter segetes circa Sebenico et Spalato. (Petter. herb. viv.); in vineis Dalmatiae, Portenschl. Vis. fl. dalm. 466, qui hanc plantam in Dalmatia non reperisse dicit. Il.-Ag. . . . . **R. bucephalophorus L.**

10 Laciniis perigonii fructiferi interioribus subrhombeis utrinque setaceo-bidentatis, dentibus diametrum longitudinalem laciniae attingentibus; florum verticillis superioribus confluentibus; foliis lanceolato-linearibus in petiolum attenuatis. — Caulis angulatus sulcatus subflexuosus scabriusculus patenti-ramosus flavescens, exsiccatus lutescens; folia obtusiuscula plana; racemi foliosi verticillis confertis aureis. ⊙. Ad margines fossarum, lacuum et paludum et in stagnis exsiccatis ad Crisium, Dubravam, in Moslavina et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Orahovicam, Essekinum, Držanicam et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 3680. (R. aureus With.; R. Anthoxanthum Murr.; R. acutus Pollich.) Il.-Sept. . . . . **R. maritimus L.**

Laciniis perigonii fructiferi interioribus ovato-oblongis utrinque setaceo-bidentatis, dentibus lacinia perigonii brevioribus; florum verticillis remotiusculis; foliis oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis. — Spithamaeus pedalisve viridis; radix perennis interne rubens; caulis sulcatus scaber; folia acuta, radicalia maxima; florum verticilli foliosi. ♃. In uliginosis et paludosis in campo Podravano, praesertim ad fluvium Plitvica; ad fossas inter Mali-Bukovec et Selnica, nec non alibi in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3681. (R. maritimus Hoffm.; R. limosus Thuill.) Il.-Ag. . . . . **R. palustris L.**

11 Laciniis perigonii fructiferi interioribus lineari-oblongis integerrimis 12

Laciniis perigonii fructiferi interioribus ovato-oblongis foveolato-reticulatis subspinoso-multidentatis. — Radix fusiformis; caulis adscendens erectusve divaricato-ramosus ramis elongatis angulatis glabris, non raro refractis aut patentissimis; folia infima cordato-oblonga vel cordato-panduriformia obtusa, intermedia acuta, suprema lanceolata; racemi foliosi verticillis remotis; flores herbacei, virides. — ♂. In collibus herbidis, in prunetis, ad pagos totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis et ad vias circa Vukovar, Višić, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 465 in cultis incultisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 3682. In.-Ag. . . . . **R. pulcher L.**

Observ. variet. β. foliis cordato-oblongis cauleque inferne lanuginosis, est: R. divaricatus L. occurritque cum priori in Croatia et Slavonia, in Dalmatia autem in insula Lesina.

12 Laciniis perigonii fructiferi interioribus omnibus calligeris; verticillis infimis mediisque folio fultis. — Radix nigricans; caulis sulcatus glaber ramosissimus ramis patentibus; foliis infimis subcordato-vel ovato-oblongis acutis margine plus minusve undulatis; verticilli foliati; laciniae perigonii interiores lineari-oblongæ obtusae, calloque maximo rubro notatae; flores flavo-virides, serius cum fructu rubelli. ♃. Ad ripas, in fossis et paludosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 470 ad ripas et fossas circa Zara, Knin, Dernis, Sebenico, Spalato et alibi. Rchb. fl. g. 3685. (R. glomeratus Schr.; R. Nemolapathum Ehrh.; R. acutus Sm.; R. paludosus Withr.; R. undulatus Schrk.) Mj.-Ag. . . . . . . **R. conglomeratus Murr.**

Lacinia perigonii fructiferi interior unica calligera; verticillis fere omnibus nudis, vel imis folio fultis. — Radix fusiformis; caulis strictus ramosus ramis patentibus gracilibus virgatis; folia lanceolata. ♃. In locis uliginosis et humidusculis sylvaticis comitatus Syrmiensis, ad viam Višicensem et circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 3686. (R. Nemolapathum Wallr.; R. exsanguis Kit.; R. condylodes MB.) Il.-Ag. . . . **R. nemorosus Schrad.**

13 Foliis radicalibus caulinisque lanceolatis acutis; laciniis perigonii fructiferi interioribus integerrimis vel basi denticulatis, omnibus vel saltem unica calligeris 14

Foliis radicalibus caulinisque basi ovatis cordatisve 15

14 Laciniis perigonii fructiferi interioribus subrotundis, basi subcordatis; foliis lanceolatis acutis undulatis crispis; petiolis supra

canaliculatis. — Radix fusiformis flavescens; caulis erectus subflexuosus sulcatus laevis; folia infima basi subemarginata, latiora longeque petiolata, caulina angustiora subsessilia; racemi erecti vel subnutantes; flores herbacei. ♃. In pascuis, agris locisque herbidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 468 in iisdem locis circa Zara, Sebenico et Salona. Rchb. fl. g. 3687. „Šćavelj, Šćavljak." Il.-Ag. . . . . . . **R. crispus L.**

Laciniis perigonii fructiferi interioribus ovato-triangularibus, omnibus calligeris; foliis lanceolatis acuminatis basin versus angustatis planis margine undulato-crenulatis; petiolis supra planis. — Homine non raro altior; folia radicalia oblongo-lanceolata in petiolum attenuata, longissima. ♃. In paludibus, fossis et aquis lente fluentibus, veluti in fluvio Plitvica, ad Mali-Bukovec, in Lonjskopolje et alibi in Croatia. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Klokočevac et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 3689. (Rumex Britannica Huds.; R. aquaticus Sm.; R. maximus Gm.; R. acutus L.) Il.-Ag. . . . . . . **R. Hydrolapathum Huds.**

15 Laciniis perigonii fructiferi interioribus dentatis, dentibus triangularibus acuminatis subulatisve 16

Laciniis perigonii fructiferi interioribus integerrimis vel minutissime denticulatis 17

16 Laciniis perigonii fructiferi interioribus ovatis subcordatis obtusis; foliis radicalibus caulinisque inferioribus cordato-oblongis acutis. — Caulis erectus 1—2-pedalis et ultra; racemi aphylli approximati; laciniarum perigonii interiorum anterior vel omnes calliferae dentataeque dentibus 3-angularibus acuminatis subulatisque; folia suprema lanceolata. ♃. In pratis sylvisque humidis cum sequente, cujus varietas, aut potius forma hybrida esse videtur. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3683. (R. acutus W.; R. obtusifolius Gaert.) In.-Ad. . . . . . . **R. pratensis M. K.**

Laciniis perigonii fructiferi interioribus ovato-triangularibus in apicem oblongum obtusum integerrimumque protractis; foliis inferioribus cordato-ovatis obtusis vel acutiusculis. — Radix multiceps intus flava; caulis sulcatus, superne scaber; folia petiolata radicalia maxima obtusa, caulina intermedia cordato-oblonga acuta, suprema lanceolata; florum racemi aphylli verticillis remotiusculis; laciniae perigonii interiores omnes calliferae posticeque dentatae dentibus triangularibus subulatisque. ♃. In pratis sylvisque frondosis humidis, nec minus in ruderatis et cultis

totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3684. In.-Ag. . . . . **R. obtusifolius L.**

Observ. variet. β. caule, petiolis venisque foliorum et racemis sanguineis, est: R. purpureus Poir. occurritque in ruderatis circa Gospić et Smiljan.

Variet. γ. laciniis perigonii dimidio minoribus parciusque dentatis, est: R. sylvestris Wallr. occurritque in nemoribus frondosis humidiusculis cum specie.

17 Laciniis perigonii fructiferi interioribus ovatis cordatisve . . . 18

Laciniis perigonii interioribus lineari-oblongis obtusis integerrimis et nonnisi unica callifera. — Radix fusiformis; caulis erectus 1—2-pedalis et ultra, superne ramosus ramis erectis vel erecto-patentibus; folia infima cordato-oblonga vel subpanduriformia obtusa acutave, intermedia cordato-lanceolata acuminata; florum verticilli omnes nudi, vel infimus folio fultus. ♃. In sylvaticis humidis hortisque graminosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 3686 β. (R. Nemolapathum Wallr.; R. nemorosus Meyer.) Il.-Ag. . . . . **R. sanguineus L.**

18 Laciniis perigonii fructiferi interioribus omnibus ecallosis, aut unica tantum callifera; petiolis supra evidenter canaliculatis . 19

Laciniis perigonii interioribus triangulari-cordatis omnibusque calliferis; petiolis supra planis, vel costa utrinque prominula marginatis et hac ratione quasi late canaliculatis. — Non raro homine altior; folia radicalia caulinaque inferiora oblonga acuta, basi oblique ovata cordatave; racemi paniculati aphylli. ♃. In fossis et stagnis in Lonjskopolje et in Posavina circa Mužilovčica et Topolovec haud rarus. 1859. Rchb. fl. g. 3699. (R. heterophyllus Schulz.; R. acutus Hartm.) Il.-Ag. **R. maximus Schreb.**

19 Laciniis perigonii fructiferi interioribus omnibus callo destitutis et membranaceis; foliis radicalibus ovatis vel subrotundo-cordatis . 20

Laciniis perigonii fructiferi interioribus subrotundo-cordatis obtusis unaque evidenter callifera; foliis radicalibus caulinisque inferioribus ovato-lanceolatis planis acuminatis. — Radix fusiformis flavescens; caulis altissimus sulcatus; folia crassiuscula mollia, ampla et nitentia; florum racemi paniculati aphylli; laciniae perigonii venosae venis reticulatis. ♃. In Croatia et Slavonia nonnisi in hortis cultus et hinc inde quasi spontaneus factus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 467 ad fossas et agrorum margines ad Derniš. Rchb. fl. g. 3688. Il.-Ag. . . **R. Patientia L.**

20 Foliis radicalibus cordato-ovatis acutis basi dilatatis; petiolis supra anguste et leviter, sub folio autem evidenter canaliculatis. — Caulis 4—5-pedalis ramosus ramis erectis; folia suprema lanceolata; laciniae perigonii interiores cordatae. ♃. In fossis et uliginosis ad fluvium Lonja ad Brebrovec in Moslavina. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Karlovec. (Kan.) Vis. fl. dalm. 469 in aquosis circa Ragusa. Rchb. fl. g. 2679. (R. latifolius Mayer.; R. Hippolapathum β. Fries.) Il.-Ag. **R. aquaticus L.**

Foliis radicalibus subrotundo-cordatis rotundato-obtusis vel in apice obtuso breviter acuminatis; petiolis supra evidenter canaliculatis. — Radix crassa longa polycephala; caulis 2—3-pedalis in unum alterumve ramum solutus; racemi dense paniculati aphylli; laciniae perigonii membranaceae integerrimae vel subdenticulatae venosae. ♃. In graminosis sylvaticis alpis Pliešivica. Syll. fl. cr. — Rcbh. fl. g. 3678. (Lapathum alpinum Lam.; Acetosa alpina Mnch.) In.-Ag. . . . . **R. alpinus L.**

Gen. 625 b. **Oxyria Hill. Ruvedica.**

Flores hermaphroditi; perigonium ad basin usque 4-partitum laciniis inaequalibus; stamina 6; 2 laciniis perigonii exterioribus et 1 laciniis interioribus opposita, stigmata 2 penicillata; utriculus alatus perigonium fructiferum multum superans. Koch syn. pl. p. 710; Rchb. fl. g. p. 568, g. 716.

Foliis reniformibus emarginatis. — Radix teres fibris copiosis aucta, multiceps; caules humiles erecti subaphylli angulati glabri; folia radicalia longe petiolata reniformia repanda glabraque; bracteæ ovatae acutae; flores racemosi nutantes. ♃. In rupium fissuris alpis Pliešivica, Visočica et Badanj. (In. syll. fl. cr. erronee exmissa.) (Rumex digynus L.; Rheum digynum Wahlb.; Oxyria reniformis Hook.) Il.-Ag. . . . . **O. digyna Campd.**

Fam. C. **Urticeae Juss. Koprivnjače.**

Flores hermaphroditi, unisexuales vel polygami, capitati, cymosi, spicati aut paniculati, vel receptaculo cavo immersi, saepius inconspicui; perigonium inferum 3—6-partitum laciniis per aestivationem imbricatis, vel in floribus femineis integrum; stamina definita imo perigonio inserta ejusque laciniis numero aequalia et opposita filamentis liberis, antheris bilocularibus; ovarium liberum, 1-loculare, 1-ovulatum, vel 2-loculare loculis 1-ovulatis; styli 2 vel 1; fructus indehiscens drupaceus vel pulposus semine erecto vel pendulo. Vis. fl. dalm. I. p. 215; Koch syn. pl. p. 732.

Herbae aut arbores foliis petiolatis alternis, rarius oppositis, stipulis liberis plerumque deciduis

Trib. I. **Urticeae Rchb.** *Flores polygami aut unisexuales staminibus 4 ante anthesim induplicatis; fructu simplici sicco; semen erectum albuminosum embryone recto.*

Gen 626. **Urtica Tourn. Kopriva.**

Flores monoici aut dioici spicati aut capitati; floris masc. perigonium 4-partitum, filamenta filiformia laevia, antherarum loculis extrorsum longitudinaliter dehiscentibus; perigonium floris fem. tetraphyllum vel 2-partitum; stigma sessile capitato-penicillatum; fructus caryopsidi perigonio persistente tecta. Vis. fl. dalm. I. p. 216, g. 147; Koch syn. pl. p. 732; Rchb. fl. g. p. 181, g. 241.

1 Floribus femineis (saltem inferioribus) in pedunculi apice glomeratis aut globoso-conglobatis 2

Floribus omnibus spicatis, spicis geminis paniculatisve 3

2 Floribus femineis omnibus in pedunculi simplicis apice conglobatis, masculis secus pedunculum ramosum glomerato-spicatis. — Radix fibrosa; caulis erectus ramosus; foila longe petiolata ovata subcordataque cuspidata inciso-serrata, subtus pallide viridia; pedunculi axillares, flores utrinque sexus contigui viridesque, feminei in capitula rotunda collecti; laciniae perigonii hemisphericae caryopsidem amplectentes; semina nitida. ☉. Vis. fl. dalm. 428 in cultis et ruderatis Dalmatiae reliquis frequentius. Rchb. fl. g. 1105. Apr.-Sept. . . . . **U. pilulifera L.**

Floribus femineis inferioribus in pedunculi apice filiformi glomeratis, masculis superioribus supra rachidem elongatam planam utrinque alato-membranaceam subtus nudam spicatis. — Radix fibrosa; caulis 1—2-pedalis erectus vel e basi decumbente adscendens gracilis sparseque setosus; folia cordata ovatave acuta, grosse serrata longe petiolata; flores axillares monoici virides. ☉. Vis. fl. dalm. 427 in murorum fissuris ad urbes Ragusa et Cattaro, nec non in insula Giuppana. Febr.-Ag. **U. membranacea Poir.**

3 Floribus dioicis, paniculis axillaribus laxifloris 4

Floribus monoicis, spicis geminatis compactis. — Radix multiceps; caulis erectus aut e basi decumbente adscendens, pedalis, rarius ultra, sparse setosus; folia ovata aut ovalia acuta inciso-serrata, subquinquenervia; flores axillares virides spicis folio brevioribus. ○. In cultis ruderatis, ad sepes et vias in Croatia et Slavonia vulgatissima. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 424 ad sepes et domus. Rchb. fl. g. 1107. „Žigavica." II.-Sept. **U. urens L.**

4 Foliis cordato-oblongis acuminatis hispidis; paniculis axillaribus

petiolo multo longioribus. — Radix fibrosa fibris vallidis obliquis; caulis 2—4-pedalis et ultra erectus setoso hispidus, simplicissimus; folia grosse serrata; flores virides. ♃. Ad sepes et vias, in ruderatis et sylvis humidiusculis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 425 ad sepes circa Zara, Derniš, Spalato et alibi. (U. major Kan.) Rchb. fl. g. 1108. In.-Oct. . . . . **U. dioica L.**

Foliis ovatis acutis glabrescentibus; paniculis axillaribus petiolo duplo brevioribus. — Radix perennis; caulis erectus sulcatus laxe setosus ramulosus, 3—4-pedalis; folia supra glabra scabra, subtus vix ad nervos sparse setulosa, saturate viridia, ut omnium opposita, inciso-serrata serraturis late lanceolatis incurvis mucronatis; petioli setosi laminam folii dimidiam aequantes, basi dilatati stipulaque lineari-lanceolata utrinque præditi; infima vix basi emarginata, subsequa late ovata acuta, floralia oblongo-lanceolata, latius serrata dente terminali oblongo-acuto lateralibus duplo longiore, suprema linearia remote serrata apice integra; paniculae oppositae axillares subsessiles elongato-ramosae florum fasciculis secus ramos setulosos laxe digestis; caryopsis ovoidea compressa subtilissime punctata. ♃. Vis. fl. dalm. 426 frequens in nemorosis lateris orientalis montis Biokovo. In.-Il.

U. glabrata Clementi.

Gen. 627. **Parietaria Tourn. Crkvina ili Drinak.**

Flores polygami cymosi bracteolati, hermaphroditi perigonio subrotato 4-partito; filamenta filiformia transversim rugosa; antherarum loculi introrsum longitudinaliter dehiscentes; perigonium floris fem. tubuloso-ventricosum 4-dentatum stylo simplici exserto, staminibus nullis; flores virides. Vis. fl. dalm. I. p. 218, g. 148; Koch syn. pl. p. 732; Rch. fl. g. p. 181, g. 242.

Caule erecto simplici; bracteis sessilibus; perigoniis staminigeris stamina aequantibus. — Radix multiceps; caulis erectus setisque patentibus exasperatus, folia oblongo-ovata basi apiceque acuminata integerrima; florum glomeruli repetito-dichotomi; bracteæ florum dichotomiae solitarii, sequentium gemini, apicalium terni. ♃. Ad muros, in ruderatis et sylvis circa Toplikam, Kalnik, Zagrabiam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Požegam, Essekinum, Vinkovce, Vukovar, Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 1110. (P. officinalis W.) Il.-Sept. . . . . **P. erecta M. K.**

Caule prostrato diffuso ramoso; bracteis decurrentibus perigoniis staminiferis denique elongatis stamina bis excedentibus. — Radix multiceps; caules prostrati aut e murorum rupiumque fissuris penduli; folia ovalia; glomerulorum rami 3-flori; involucra 7—9-fida 3—5-flora flore medio femineo lateralibus hermaphroditis. ♃. Ad muros et vias in litt. cr. circa Flumen, Tersat, Bukari et alibi vulgatissima. Syll. fl. cr. In comitatu Syrmiensi, sed ubi? (Kan.) Vis. fl. dalm. 429 in ruderatis, ad muros et vias frequentissima. Rchb. fl. g. 1109. (P. judaica Schk.; P. officinalis Vis.) „Gomjačina.“ In.-Sept. . . . **P. diffusa M. K.**

Trib. II. **Cannabineae Koch** *Flores dioici staminibus 5, fructu simplici sicco, semine pendulo exalbuminoso, embryone sulcato aut spirali.*

Gen. 628. **Cannabis Tourn. Konoplja ili Poskon.**

Flores masculi laxe racemosi perigonio 5-phyllo, staminibus pendulis antheris muticis; feminei spicato-glomerati conferti unibracteati perigonio squamaeformi basi ventricoso pistillum includente, ovario subgloboso, stylo brevi, stigmatibus binis filiformibus; caryopsis bivalvis indehiscens. — Vis. fl. dalm I. p 218, g. 149; Koch syr. pl. p. 733; Rchb. fl. g. p. 179, g. 238.

Foliis oppositis petiolatis digitatis, foliolis inaequalibus serratis. — Radix ramosa; caulis erectus angulatus pilisque adspersus, 4—5-pedalis; folia infima simplicia, his proxima ternata, reliqua quinato-digitata foliolis rugosis pubescentibus, floralia minima; flores herbacei. ☉. Ex India adlata, modo in usum oeconomicum ubique culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 430. Rchb. fl. g. 1094. In.-Ag. . . . . **C. sativa L.**

Gen. 629. **Humulus L. Hmelj.**

Flores dioici; masculi laxe racemosi aut paniculati perigonio 5-phyllo, staminibus erectis, antheris connectivo excedente apiculatis; feminei spicam strobilaceam formantes, bracteati bracteis bifloris; perigonio squamaeformi basi ovarium ovatum amplectente, stigmatibus binis subulatis sessilibus; fructus strobiliformis e perigoniis auctis imbricatis nuculas totidem resinoso-glandulosas foventibus. Vis. fl. dalm. I. p. 219, g. 150; Koch syn. pl. p. 733; Rchb. fl. g. p. 179, g. 237.

Caule volubili scabro; foliis oppositis cordatis lobatis scabris. — Radix lignosa ramosissima repens; caules scandentes ramosissimi aculeis exasperati; folia dorso laevia, facie et ad oras aculeis exasperata, serrata, inferiora lobata, superiora aliqua integra,

alia lobata; flores virides, feminei denique pallescentes. ♃. Ad sepes et in dumetis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 431 ad sepes et dumeta vulgatissimus. Rchb. fl. g. 1093. II.-Ag. . . . . **H. Lupulus L.**

Trib. III. **Artocarpeae DC.** *Ovarium 1—2-loculare; semen pendulum, embryo curvatus cotyledonibus accumbentibus; fructus spurius carnosus vel succulentus e receptaculo ortus vel e receptaculo et perigoniis formatus.*

Gen. 630. **Ficus Tourn. Smokvina ili Smokvenica.**

Flores dioici vel superiores masculi, reliqui feminei pedicellati in superficie interna receptaculi carnosi apice umbilicati globosi vel pyriformis basi bracteati, apice squamato pervii; fl. masculi perigonio 3-partito, staminibus 3; fl. feminei perigonio 5-fido, ovario pedicellato, stylo laterali, stigmatibus 2 brevibus; fructus syconus e receptaculo pulposo clauso utriculos monospermos in pulpa immersos fovente. Vis. fl. dalm. I. p. 220, g. 152; Koch syn. pl. p. 734; Rchb. fl. g. p. 178, g. 235.

Foliis cordatis integris palmatisque, palmato 5—7-lobis repandis, supra scabris, subtus pubescentibus. — Frutex arborescens ipsaque arbor. ♄. In locis asperis, ad muros et moenia hinc inde litt. cr., veluti ad Flumen, Bukari, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 434 sponte ad muros domorum et moenia urbium, nec non in ruderatis locisque asperis totius Dalmatiae. Secus hinc inde ad domus culta. Rchb. fl. g. 1090. In.-Ag. **F. Carica L.**

Gen. 631. **Morus Tourn. Murva.**

Flores monoici dense spicati; fl. masculi perigonio 4-partito; staminibus 4, ovario abortivo; fl. feminei perigonio 4-phyllo inaequali, ovario biloculari sessili, stigmatibus 2 terminalibus filiformibus intus villosis; fructus succosus ex utriculis baccatis perigonio pulposo tectis spicato-aggregatus. Vis. fl. dalm. I. p. 219, g. 151; Koch syn. 734; Rchb. fl. g. p. 179, g. 236.

Spicis femineis pedunculum subaequantibus; perigoniis margine, stigmatibus papillosis undique glabris. — Arbor ramosa ramis divaricatis; folia oblique cordata lobata indivisaque inaequaliter serrata; fructus albi. ♄. Ex Oriente adlata, modo ubique culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 432. — Rchb. fl. g. 1091. Apr.-Mj. **M. alba L.**

Spicis femineis subsessilibus; perigoniis margine, stigmatibusque undique hirsutis. — Arbor grandis ramosa ramis patulis; folia cordato-ovatu lobata indivisaque fructus atro-rubri. ♄. Ubique

culta estque praecedente frequentior. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 433 ubique culta et circa Zara, Sebenico et Ragusa quasi spontanea. Rchb. fl. g. 1092. Apr.-Mj. . . . . **M. nigra L.**

Gen. 632. **Platanus Tourn. Makljen.**

Amentis utriusque sexus globosis monoicis densissimis masculinis femineisque in uno eodemque pedunculo, sed invicem distantibus; perigonio in flore masculo plane nullo, stamen 1, anthera loculis binis separatis apice glandulosa; in flore femineo perigonium penicellatum, ovarium 1, stigma breve attenuatum aduncum; nux mucronata 1-sperma. — Rchb. fl. g. pag. 162, g. 218.

Foliis cordatis 5-lobis remote dentatis, basi truncatis. — Arbor excelsa ramis divaricatis glabriusculis, facie laete viridibus et nitidis, dorso pallidioribus opacisque. ♄. Ex Oriente adlata, modo frequentissime culta. Rchb. fl. g. 987. . . . **P. acerifolia W.**

Foliis 5-angularibus obsolete lobatis, basi cuneatis, subtus pubescentibus. — Arbor excelsa ramis adscendentibus, foliis dorso sordide canescentibus. ♄. Ex America septemtrionali adlata, modo hinc inde culta. Rchb. fl. g. 789. . . . . **P. occidentalis L.**

Trib. IV. **Celtideae Duby**. *Flores polygami staminibus 4—5, ovario biloculari; fructu drupaceo; semine pendulo, albumine tenui, embryone curvato.*

Gen. 633. **Celtis Tourn. Fafarinka ili Kostilja.**

Flores hermaphroditi aut abortu solum masculi solitarii axillares; perigonium 4-phyllum deciduum phyllis ciliatis concavis; stamina 4—5; antherae supra basin insertae cordato-acuminatae; ovarium bifidum; stigmata bina sessilia conico-subulata glanduloso-pubescentia, demum recurva; drupa laevis nucleo osseo monospermo. — Vis. fl. dalm. I. pag. 220, g. 153; Koch syn. pl. p. 734; Rchb. fl. g. p. 179, g. 239.

Foliis oblongo-lanceolatis serratis basi inaequalibus, supra scabris, subtus molliter villosis. — Arbor excelsa 40—50-pedalis foliis alternis acuminatis, argute serratis; flores fusci pedunculati pedunculis elongatis filiformibus pilosis axillaribus; fructus flavicantes. ♄. In montosis apricis litt. cr., veluti ad Tersat, Svilno, Piket, Cirkvenica, Selce et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 435 in locis saxosis collinis totius Dalmatiae. „Koprivić.“ Rchb. fl. g. 1095. Apr.-Mj. . . . . **C. australis L.**

Trib. V. **Ulmaceae Mirb.** *Flores hermaphroditi staminibus 4—8, ovario 2-loculari, semine pendulo exalbuminoso, embryone recto, cotyledonibus planis, fructu vero.*

Gen. 634. **Ulmus Tourn. Briest.**

Perigonium persistens 4—8-fidum; stamina ut plurimum 5 basi perigonii inserta; antherae supra basin affixae; ovarium 2-loculare ovulis solitariis; styli 2 intus stigmatici villosi; semina compressa ala membranacea cincta, abortu monosperma. — Vis. fl. dalm. I. p. 220, g. 153; Koch syn. pl. p. 734; Rchb fl g. pag. 180, g. 240.

Floribus pedunculatis penduiis; fructibus margine villoso-ciliatis. — Arbor excelsa, folia magna duplicato-serrata basi inaequalia, supra saturate viridia et scabra, subtus pallida et pubescentia, ciliata; stipulae oblongae membranaceae concavae ciliatae; samarae ovali-acutae. ♄. In sylvis montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1104. (U. ciliata Ehrh.; U. octandra Schk.) Mr.-Apr. . . . . **U. effusa L.**

Floribus subsessilibus; fructibus undique glabris. — Arbor excelsa; rami inferiores patuli, superiores erecti; folia basi cordata inaequalia serrata dentibus obtusis rigidis, supra laevia laeteque viridia; flores conglomerati pentandri; samarae obovatæ excisae, subbifidae. ♄. In sylvis montanis totius Croatetiæ et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 435. Apr.-Mj. . **U. campestris L.**

Observ. Notantur plures formae et varietates, uti:

Variet. β. Cortice ramorum laevi, foliis scabris; fructibus oblongis, est: U. nuda Ehrh. Rchb. fl. g. 1097 β.

Variet. γ. Cortice ramorum laevi; foliis scabris, fructibus orbicularibus, est: U. montana Sm. Rchb. fl. g. 1098.

Variet. δ. Cortice ramorum laevi, fructibus obovatis, est: U. glabra Mill. Rchb. fl. g. 1097.

Variet. ε. Cortice ramorum laevi; foliis lato-ovatis basi oblique cordatis, duplicato-serratis, est: U. coryllifolia Host. Rchb. fl. g. 1101.

Variet. ξ. Cortice ramorum laevi; foliis lato-ovatis, supra nitidis, basi inaequalibus, longe petiolatis glabrisque, est: U. tiliaefolia Host. Rchb. fl. g. 1100.

Variet. η. Cortice ramorum plus minusve suberoso-alato, foliis magnis oblongis duplicato-serratis, supra scaberrimis, basi cor-

datis inaequalibus, fructibus subrotundis, est: U. major Sm. Rchb. fl. g. 1103 et denique

Variet. θ. cortice ramorum suberoso-alato; foliis parvis duplicato-serratis, scabris, inferioribus ovatis, superioribus oblongis, petiolis ramulisque hispidis, fructibus suborbiculatis, est: U. suberosa Ehrh. Rchb. fl. g. 1102. Omnes hae formae potius quam varietates occurrunt intermixte cum U. campestri L.

B. Flores non amentacei.

fructus in carpella plura secedens.

Fam. CI. Callitrichineae Link. Žabovlasice.

Flores hermaphroditi vel unisexuales; bracteae binae oppositae petaloideae hyalinae ad basin floris; perigonium nullum vel minimum diphyllum; stamen 1, anthera reniformi uniloculari sutura transversali dehiscente; ovarium 1, quadrangulare angulis binis magis approximatis, 4-loculare loculis 1-ovulatis; styli 2 subulati stigmate indiviso; fructus drupa exsucca, denique in carpella 4 dehiscentia secedens; embryo inversus in axi albuminis caronsi. — Koch syn pl. p. 271.

Herbae aquaticae oppositifoliae radicantes bracteolatae, floribus axillaribus solitariis.

Gen. 635. Callitriche L. Žabovlaska ili Žabovlasica.

Character generis idem ac familiae.

1 Foliis omnibus, vel saltem ramorum inferiorum linearibus . . 2

Foliis omnibus obovatis; bracteis falcatis apice conniventibus; stylis persistentibus denique recurvatis. — Radix fibrosa; caules filiformes; folia obovato-spathulata subretusa 5—6-triplinervia; fructificatio supra aquam; filamentum elongatum; styli demum reflexi; fructus majusculus breve pedunculatus subobcordatus, carpidia alata cruciata. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus totius Croatiae et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1589 α. in iisdem locis circa Zara, Scardona, Trau et Salona. Rchb. fl. g. 4747. Mj.-Sept. . . . . **C. stagnalis Scop.**

2 Foliis superioribus obovatis 3

Foliis omnibus linearibus, basi latioribus, apicem versus angustioribus. — Radices inferiores ramosi; fructificatio sub aqua; folia varia; bracteae minutae falcato-aduncae caducae filamento tamen pluries longiores; stylis jam sub anthesi divaricatis, demum

reflexo-adpressis fructui breve pedunculato obcordato-subrotundo, angulis carpidiorum alato-carinatis. ♃. In fluviis lente fluentibus et in lacubus sub aqua totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1589 γ. cum priori, cujus varietatem esse dicit. Rchb. fl. g. 4749. (C. brutia Petagn.) Mj.-Sept.

C. autumnalis L.

3 Bracteis inermibus, nec uncinatis 4

Bracteis circinato-falcatis, apice hamatis; stylis longissimis divaricatis. — Radix, ut omnium, fibrosa, caules filiformes; folia ramorum inferiorum linearia, superiorum obovata; anguli fructus ut in omnibus alato-carinati. ♃. In aquis tam stagnantibus, quam lente fluentibus hinc inde, sed aliis multo rarius, veluti in Lonjsko-polje et in Posavina ad Topolovec et Mužilovčica. Mj.-Sept. . . . . **C. hamulata Kütz.**

4 Stylis persistentibus, demum reflexis fructuique adpressis; bracteis arcuato-falcatis apice rectiusculis et decussantibus — Caules filiformes; folia varia, excisa; bracteae aequales persistentes; fructus breve pedunculatus suborbiculatus angulis alato-carinatis, per paria parallelis. ♃. Ut omnes reliquae in aquis stagnantibus lenteque fluentibus hinc inde; praesertim in Posavina cum antecedente. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1589 vel β. — Rchb. fl. g. 4748. (C. stellata Hoppe.) Mj.-Sept. . . . **C. platycarpa Kütz.**

Stylis erectis fugacibus; bracteis subarcuatis apice vix conniventibus. — Praecedenti persimilis et nonnisi stylis quidquam brevioribus, erectis et ala angulorum fructus per paria magis approximatorum angustissima ab illa diversa. ♃. In iisdem locis ac omnes praecedentes. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4746. Mj.-Sept.

C. verna L.

Observ. Praeter formas praecitatas, quae vix species dici merentur et quae nullis certis limitibus coërceri possunt, notantur ab auctoribus in formandas novas species nimis pronis, adhuc complures aliae varietatas, quinimo species, uti:

Variet. β. fructibus longe pedunculatis, est: C. pedunculata DC.

Variet. γ. minima terrestris, est: B. caespitosa Schulz.

Variet. δ. forma aquatica foliis superioribus ovalibus vix emarginatis, est: C. stellata Hoppe.

Variet. ε. forma quoque aquatica, sed foliis evidentius emarginatis, est: C. intermedia Hoppe.

Variet. η. forma aquatica foliis omnibus linearibus, est: C. angustifolia Hoppe.

Clariss. Visiani comprehendit omnes praecitatas formas, varietates speciesque sub una eademque specie: C. aquatica Huds.

Fam. CII. **Euphorbiaceae Juss. Mliečernice.**

Flores unisexuales, monoici aut dioici; nunc nudi et involucro communi inclusi, nunc perigonio infero et definite diviso provisi; in fl. masculo stamina centro floris inserta vel sub rudimento pistilli locata filamentis liberis vel varie connatis; in fl. femineo, ovarium liberum sessile aut stipitatum 3-loculare, (rarius 2- vel pluriloculare,) loculis circa placentam centralem in orbem dispositis, 1—2-ovulatis, ovulis pendulis solitariis geminisve; stigmata divisa; capsula 2—3-cocca coccis saepe elastice dehiscentibus; albumen carnosum; embryo rectus radicula ad hilum versa; cotyledones foliaceae. Vis. fl. dalm. III. pag. 222; Koch syn. pl. p. 721.

Gen. 636. **Euphorbia L. Mliečer ili Mliečika.**

Flores monoici pedicellati, masculis 12 vel pluribus femineoque unico centrali involucro communi octo- aut plurilobo florem hermaphroditum simulante inclusis, lobis 4—8 membranaceis cum totidem lobis glandulaeformibus coloratis extrorsis (petala simulantibus) alternantibus; flores masculi basi involucri inserti, singuli squama paleacea muniti, stamine unico supra pedicellum articulato; flos femineus centralis persistens nudus vel calyculatus stylo trifido, laciniis bifidis emarginatisve; capsula 3-cocca coccis monospermis, dorso dehiscentibus et valvulis subito contortis semina elastice ejaculantibus. — Vis. fl. dalm. III. p. 222, g. 595; Koch syn. pl. p. 722; Rchb. fl. g. p. 755, g 890.

1 Foliis stipulatis oppositis; floribus axillaribus solitariis; caule prostrato ramoso; glandulis involucri floralis appendicibus petaloideis suffultis 2

Foliis exstipulatis; floribus umbellatis cymosisve; glandulis involucri floralis exapendiculatis. 3

2 Foliis oblongis basi semicordatis subcrenulatis integrisve caule foliisque glabris. — Radix fibrosa; caules ut tota planta glaucescentes purpuraque suffusi prostrati jam ad radicem in ramos effusos soluti; folia petiolata emarginata glabra, basi inaequalia; stipulae membranaceae in lacinias capillares divisae; flores minuti breviterque pedunculati; capsula glabra laevis. ⨀. In cultis et incultis arenosis litt. cr. circa Flumen, Kraljevica, Novi et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1660 in littorali arenoso tum continentis, tum insularum frequens. Rchb. fl. g. 4753. (Tithymalus Peplis Scop.) Mj.-Ag. . . **E. Peplis L.**

Foliis subrotundis, basi obliquis apiceque serrulatis crenatisve. — Radix fibrosa; caulis humilis prostratus filiformis; folia glabra parva, breviter petiolata obtusa; flores pedunculati minuti; involucrum campanulatum limbo denticulato, appendiculis 4 subrotundis crenatis, albentibus, interne ad basin linea purpurea pictis; capsula triquetra; semina rugosa. ⊙. In vineis et inter segetes in litt. cr. ad Segniam, Staniště et Karlobago, nec minus ad litt. maris prope Flumen et Bukari. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1659 in arvis et viis circa Zara, Sebenico, Ragusa et in insulis Veglia, Cherso, Lesina, et Lissa. Rchb. fl. g. 4750. (E. humifusa W.; E. prostrata All.; E. procumbens DC.) In.-Il. **E. Chamaesyce L.**

Observ. variet. β. caulibus foliisque villoso-canescentibus, est: E. canescens L. occurritque cum priori et quidem tam in Croatia quam in Dalmatia illa frequentius.

3 Glandulis perigonii (dentibus involucri proprii interioribus disco carnoso tectis) subrotundis vel transverse ovalibus, nec vero lunatis, nec bicornibus 4

Glandulis perigonii evidenter lunatis vel bicornibus 20

4 Seminibus laevibus 5

Seminibus favoso-reticulatis. — Spithamaea pedalis, laete virens; radix fusiformis; caulis erectus glaber plerumque jam a basi ramosus umbellaque ampla 5-radiata terminatus radiis repetito dichotomis aut. trichotomis, ramulis bifidis; folia obovata antice serrata apice retusa aut emarginata, ad basin angustata, saturate viridia et utrinque glabra; bracteolae obovatae serrulatae, glandulae perigonii 4 rotundatae primo virides, dein flavae; capsulae glabrae. ⊙. In locis cultis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1661 in cultis ubique obvia. Rchb. fl. g. 4754. (Tithymalus helioscopius Scop.) Il.-Ag. **E. helioscopia L.**

5 Capsula verrucis vel carunculis obsita haemisphericis, breviter cylindricis vel in filum elongatis 6

Capsula laevis vel verruculis punctisve elevatis minutis adspersa, nec unquam proprie verrucosa; glandulis flavis 19

6 Radice annua, rarius bienni 7

Radice perenni 8

7 Verrucis capsulae breviter cylindricis; seminibus ovalibus, laevibus. — Habitus strictus, caules virgati firmi; umbellae 3—5-fidae ramis trichotomis; folia acuta, a medio inaequaliter serru-

lata obverse lanceolata basi cordata sessilia, infima obovata obtusissima in petiolum attenuata; involucella subtriangulari-ovata mucronata serrulata. ○. In locis sylvaticis, ad margines viarum et in dumetis circa Crisium, Zagrabiam et frequentissime ad sepes et vias in Moslavina. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4757. (E. dubia Dierb.; E. foetida Hoppe.) In.-Sept. . **E. stricta Sm.**

Observ. variet. β. caule gracili adscendente, foliis viridibus fere elliptico-lanceolatis, umbella nonnisi trifida verrucisque fructus elongatis filiformibus, est: E. micrantha M. B. occurritque in lapidosis montanis ad vias circa Kalnik et Sudovec. — Rchb. fl. g. 4756.

Verrucis capsulae subhaemisphaericis; seminibus subrotundis. — Spithamaea, pedalis et ultra, pilosa aut glabriuscula subciliata; radix longa; caulis erectus teres; folia sparsa acuta a medio inaequaliter serrulata obverse lanceolata basi cordata sessilia, infima obovata obtusissima in petiolum attenuata; umbellæ 3—5-radiatae ramulis dichotomis, bifidis, involucellis subtriangulari-ovatis serrulatis; bracteae summae cordatae e flavo virentes; glandulae flavae. ⊙. In locis cultis, ad vias et fossas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1662 in iisdem locis circa Zara, Trau, Spalato, Ragusa, Cattaro, Župpa, Lastva et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 4758. (E. lanuginosa Thuil.; E. subciliata Pers.) In.-Ag. . . . . **E. platyphylla L.**

Observ. variet. β. foliis subtus et margine villošis primariis litura purpurea vel fusca notatis, est: E. literata Jacq. occurritque in asperis apricis litt. cr. ad Flumen et Kraljevica.

8 Floribus in umbellas 3—5- aut pluriradiatas digestis . . . 9

Floribus in capitula terminalia solitaria sessilia congestis. — Radix crassa sublignosa ramosa; caules plures basi decumbentes, interdum plane repentes et radicantes, apice erecti bipollicares aut palmares; ramuli superne foliis dense obsiti, folia obovata coriacea glauca integra obtusa vel retusa margine anguste cartilaginea; florum capitulum foliis rameis inordinatim stipata; lobi involucri 16-lobi, exteriores in glandulas transverse oblongas utrinque rotundatas rubras, integras vel medio emarginatas, saepius substipitatas incrassati, interiores oblongi erecti membranacei nervosi, dentati, fissi aut ciliati; flores coccinei; capsulae crasse carunculatae carunculis coccineis; semina majuscula ovalia rorequo glauco obducta. ♃. Vis. fl. dalm. 1664 in saxo-
*

sis apricis rupestribus montium Dinara, Prolog, Biokovo et Orien. Rchb. fl. g. 4759 a pag. 873. (E. soliflora Vis.) In.-Il. **E. capitulata Rchb.**

9 Caulibus frutescentibus, lignosis 10

Caulibus herbaceis 11

10 Florum umbellis 3—5-fidis, radiis simplicibus; involucellis ellipticis. — Fruticulus humilis dense ramosus ramis divaricatis demum spinescentibus; folia parva conferta oblongo-lanceolata coriacea petiolata integra acuta; flores lutei pedunculati: capsulæ maturae verrucis viridibus crassis obsitae; semina laevia. ♄. Vis. fl. dalm. 1665 in locis apricis asperis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4766. (E. pungens Lam.; E. linifolia Jacq.; Tithymalus Ragusinus Herm.) „Rukavac ili Perača." Mr.-Mj. . **E. spinosa L.**

Florum umbellis 5—8-fidis, radiis 2—3-fidis dichotomisve; involucellis semiorbiculatis. — Frutex arborescens 3—4-pedalis, ramosus ramis divaricatis dichotomis; folia anguste lanceolata obtusa in petiolum attenuata integra; flores lutei; capsula seminaque laevia. ♄. Vis. fl. dalm. 1666 in saxosis et rupestribus maritimis insulae Arbe, peninsulae Sabbioncello ad Orebić et circa Ragusa. Rchb. fl. g. 4772. (E. divaricata Jacq.; E. laeta Ait.) Feb.-Apr. . . . . **E. dendroides L.**

11 Umbellis nonnisi 3–5-radiatis 12

Umbellis 8- et pluriradiatis, radiis 3-fidis, ramulis bifidis. — Biquadripedalis et ultra, laete virens; radix crassa tuberculata, in ramos longos teretes divisa; caules erecti altissimi, inferne glabri, superne pilosi divisi in ramos complurimos non florigeros; folia sessilia lanceolata integerrima aut subdentata glabra, rarius pubescentia; bracteae ovatae obtusae luteae; involucella elliptica obtusa basi attenuata sessilia; glandulae flavae; capsulae pilosae. ♃. In pratis humidis, ad stagna et ripas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4771. (Esula palustris Riv.) Mj.-In. . . . . **E. palustris L.**

12 Verrucis capsulae elongatis filamentiformibus; foliis sessilibus; radice multicipite 13

Verrucis capsulae haemisphaericis aut breviter cylindricis . . 14

13 Laciniis involucri proprii perigonio quadruplo brevioribus, involucellis rotundato-ovatis; foliis oblongis lanceolatisve; glandulis fusco-rubris. — Basi lignescens, rami herbacei spithamaei subpedalesve; folia brevia sessilia; involucella integerrima aut ser-

rulata lutea; capsula profunde trisulca, basi latior denseque carunculis variae formae patentibus laeteque rubris obtecta. ♃. In asperis Croatiae australis praesertim in montosis apricis circa Skrad, Kamenjak, Flumen, Kraljevica, Žuta-Lokva, Janče et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1663 in saxosis apricis collinis cum sequente, a qua illam specifice non distinguit. Rchb. fl. g. 4765. (E. spinosa Wulf.; E. rablensis Vest.; Tithymalus Pithiusa Scop.) Apr.-Mj. . . . . **E. fragifera Jan.**

Laciniis involucri proprii perigonium aequantibus; involucellis ellipticis emarginatis; glandulis flavis; verrucis capsulae rubellis. — Basi lignescens multicaulis spithamaea pedalisve et ultra; radix ramosa; caules teretes pilosi; folia oblonga sessilia patentia, obsolete serrulata pilis mollibus albidis consita; involucella lutea, breviter petiolata et una cum involucris integerrima; capsula hirsuta. ♃. In sylvis montanis, in dumetis et ad vias totius Croatiae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Kutjevo, Karlovic, Semlin et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1663 in saxosis collinis apricis circa Trau, Clissa, Vergorac, Ragusa, et in insulis Cherso, Pago et Lesina. Rchb. fl. g. 4864. (E. verrucosa Gaud.) Apr.-Mj. **E epithymoides L.**

14 Involucellis basi truncatis triangulari-ovatis cordatisve serrulatis. 15

Involucellis ellipticis basi rotundatis aut attenuatis breviterque petiolatis; glandulis flavis 17

15 Caule tereti; foliis elliptico-lanceolatis aut oblongo-lanceolatis; radice carnosa vermiformi horizontaliter repente 16

Caule argute angulato-striato; foliis oblongo-ovalibus oblongisve sessilibus antice serrulatis. — Radix repens per intervalla nodosa; caulis erectus glaber inferne teres, reliqua parte argute-angulatus; folia obtusa, subtus villosa; involucra ovata sessilia; glandulae flavae, dein luteae, tandem emarcidæ ferrugineae. ♃. In sylvaticis, veluti in sylva Maximir s. Jurjevac, in monte St. Jakob et alibi in sylvis montanis frondosis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4762. Mj.-In. . . . . **E. angulata Jacq.**

16 Involucellis evidenter cordatis viridibus; foliis ellíptico-lanceolatis obtusis serrulatis, brevissime petiolatis patentissimis; capsulis verrucosis glabris. — Radix varieflexa carnosa nodosa alba gemmasque squama rubella tectas formans et radiculas fusco-albidas longas flexuosas fibrose divisas edens; caulis pedalis aut sesquipedalis erectus, inferiore parte purpurascens simplex pilis-

que adspersus; folia subtus pallidiora glabra, supra pilis adspersa, infima breviora, saepe obovata; umbella 5-fida semel bifida aut dichotoma cum rudimento floris imperfecti pedunculato, reliquis sessilibus, radiis erecto-patulis glabris pollice paullo brevioribus; involucrum patentissimum foliis lanceolatis obtusis serrulatis utrinque glabris inaequalibus; capsula subrotunda subtricocca. ♃. In sylvis frondosis montis Merzin ad Korenicam et in sylvis frondosis Makarovec ad Crisium. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4761. In.-Il. . . . . **E. viridiflora WK.**

Involucellis basi truncatis triangulari-ovatis luteolis; foliis lanceolato-oblongis obtusis basin versus attenuatis apice denticulatis; capsulis verrucosis pilosis. — Radix (rhizoma) vermiformis subtuberosa carnosa; caulis erectus subvillosus; folia subsessilia patentia villosa; umbella 5-fida radiis bifidis aut simplicibus; bracteae binee oppositae cordatae acutiusculae serrulatae; involucri folia longissima radios subaequantia; glandulae atropurpurascentes. ♃. In sylvis umbrosis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Daruvar; ad cataractam prope Jankovac, circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 4759. (E. dulcis Jacq.) Apr.-In. . . . . **E. solisequa Riv.**

Observ. variet. β. capsulis verrucosis glabris, est: E. purpurata Thuil. occurritque in collibus sylvaticis ad Crisium et Kalnik. Syll. fl. cr.

17 Radice multicipite ramosa; umbella 5-fida ramis bi-trifidisque erectis sub anthesi flavis 18

Radice (rhizomate) horizontali crassa, carnosa nodosaque; umbella 5-fida ramis nutantibus semel bifidis; glandulis integris luteis. — Caules erecti teretes pilosi; folia oblongo-lanceolata obtusa mollia integerrima pilisque mollibus consita, basin versus attenuata breviterque petiolata; involucra et involucella serrulata; capsula verrucosa glabra verrucis sparsis obtusis subhaemisphericis. ♃. In collibus montibusque apricis graminosis, veluti in monte Ošterc ad Samobor, Moslavina ad Jelengrad, circa Mrzlavodica et Skrad, nec minus in sylvaticis montanis provinciae Otočanae et Likanae, veluti in monte Merzin, circa Lieskovac, ad lacus Plitvicenses et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in graminosis sylvaticis montis Papuk usque Jankovec. (Kan.) Rchb. fl. g. 4760. (E. ambigua WK.; Tithymalus pilosus Scop.) Apr.-Mj. **E. carniolica Jacq.**

18 Folis oblongo-ovatis obtusiusculis acutisve mucronatis serrulatis, inferioribus emarginatis. — Tota glabra; caules basi decumbentes, dein adscendentes; glandulae integrae; involucra ovata; involucella elliptica obtusa basi attenuata aut rotundata breviterque petiolata et una cum involucro serrulata; capsula verrucosa glabra verrucis breviter cylindricis; semina obovata laevia. ♃. In locis incultis montanis, in dumetis et ad vias circa Crisium versus Potočec, ad Kalnik, Sudovec, Toplikam, et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4763. (E. dulcis Rchb. (non L.); Tithymalus verrucosus J. Bauch.; Tith. nemorosus Barr.) Mj.-In. **E verrucosa Lam.**

Foliis lanceolatis subtus villosis acutis, serratis basique cordata amplexicaulibus. — Pedalis et ultra; caules erecti villosi; folia villosa aut glabrescentia apice serrulata acutiuscula; umbella 5-flda radiis trifidis dichotomisque; involucella rhombeo-ovata acuta; flores lutei; capsula verrucosa hirsuta; semina laeviuscula. ♃. In collibus sylvaticis ad Crisium, Lovrečinam, Zagrabiam et Samobor, nec minus in Croatia australi ad Korenicam, in Vilena-draga et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1667 ad paludes maritimas et rivulos circa Stagno. Rchb. fl. g. 4770. (E. illyrica Lam.; E. pubescens Desf.; E. filicina Portsch.) In.-Ag. . . . . **E. pilosa L.**

19 Foliis lineari-lanceolatis linearibusve acuminato-mucronatis integerrimis glaberrimisque. — Radix fusiformis multiceps; caules erecti teretes pedales, rarius ultra; folia alternatim sparsa sessilia; umbellae multifidae radiis iterato bifidis; glandulae integrae luteae; capsula laevis aut minutissime punctata scabra; involucella triangulari-ovata transverse latiora aristato-mucronata, basi truncata aut cordata. ♃. In locis arenosis Croatiae secundum Kit, sed a nobis in Croatia necdum lecta. In Slavonia in locis arenosis comitatus Syrmiensis et circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 4794. (E. glaucescens W.; E. homophylla Lang.; E. leariaefolia Lam.; E. Cajogala Ehrh.) In.-Il. **E. Gerardiana Jacq.**

Foliis oblongo-lanceolatis serrulatis postice integerrimis supra et subtus villosis, sed quandoque glabrescentibus. — Radix crassa carnosa multiceps; caules 1—3-pedales erecti villosi; umbellæ 5—6-fidae radiis trifidis bifidisque; glandulae integrae luteae; involucella ovalia obtusa; postice rotundata vel subattenuata;

capsulae laeves vel tuberculis minutissimis adspersae longe pilosae aut glabrae; semina laevia. ♃. In locis sylvaticis humidiusculis inter virgulta et ad rivos, veluti in sylva Jurjevac copiosissima. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis comitatus Syrmiensis et ad Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 4770 β. (E. procera MB.) In.-Il. . . . . **E. villosa WK.**

20 Radice annua, rarius bienni 21

Radice perenni, non raro lignescente 28

21 Foliis sparsis alternisve 22

Foliis oppositis decussatisque, oblongo-linearibus lanceolatisve basi subcordatis sessilibus, summis cordatis. — Bipedalis et ultra, glauca basi rubens; caulis erectus teres fistulosus glaber; folia patentia; involucella oblongo-ovata acuta; umbellae 4-fidae ramis iterato bifidis; glandulae bicornes pallide luteae; capsulae demum rugosae; semina rugosa subreticulata. ⊙ vel ♂. In locis cultis praesertim in vineis circa Toplikam et Kalnik; secus frequentissime culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1676 in sylvaticis et in cultis circa Stretto prope Sebenico, Zagvozd prope Imoschi, Bergatto prope Ragusa et in insulis Onie, Veglia et Cherso. Rchb. fl. g. 4783. (Tithymalus Lathyris Scop.; Esula major Riv.; Catapuntia minor. Lob.) „Žućenica, Smlječ, Trolit, Počist, Čisto srce.“ Mj.-In. . . . . . . **E. Lathyris L.**

22 Glandulis luteis luteolisve 23

Glandulis rubris aut fulvis. — Spithamaea, rarius ultra, caulis adscendens; folia petiolata obovata obtusissima aut emarginata integerrima, infima subrotunda; umbellae 3-fidae ramis bifidis; glandulae bicornes; capsulae coccis dorso bicarinatis, carinis subulatis; semina longitudinaliter bisulcata, inde foveolato-punctata lineis dorsalibus ex foveolis 3 formatis. ◯. In locis incultis apricis asperis totius Dalmatiae. Vis. fl. dalm. 1679 var. β. — Rchb. fl. g. 4774. (E. rotundifolia Loisl.) In.-Il. **E. peploides Gou.**

23 Involucellis ovatis, ellipticis, rhombeis, reniformibus cordatisve . 24

Involucellis e basi subcordata linearibus acutis. — Palmaris aut semipedalis, glauca gracilis, primo simplex, dein ramosissima; caulis erectus glaber; folia linearia vel lineari-cuneata acuta; umbellae 3—5-fidae ramis diffusis bifidis dichotomisve; glandulae setaceo-bicornes; capsula laevis; semina albo tuberculata. ⊙. In agris lapidosis locisque cultis totius Croatiae praesertim montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvaticis montis Lissa;

in agris circa Smude. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1681 in agris locisque cultis et herbidis collium totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4777. (E. rubra Cav.; E. tricuspidata Lap.) II.-Sept. **E. exigua L.**
Observ. variet. β. foliis omnibus obtusis truncatis emarginatisve, est: E. retusa Cav. (E. diffusa Jacq.)
Variet. γ. foliis inferioribus obtusis, superioribus acutis, est: E. heterophylla Vis. Utraque in iisdem locis Dalmatiae ac species.

24 Involucellis rhombeo-ovatis eliipticisve 25
Involucellis reniformibus, rarius subrhombeis mucronatis; foliis glaucis linearibus acuminatis mucronatis, glabris. — Tota glabra; radix fibrosa; caulis teres basi decumbens, dein adscendens simplex; folia sparsa brevissime petiolata integerrima; umbella 5-fida ramis iterato bifidis; glandulae luteae bicornes; capsulae coccis dorso stria punctato-scabra notatis; semina foveolato-reticulata. ○. Inter segetes in montosis ad Toplikam, Sudovec, Vukovec, Orehovec, Miholec et alibi in Croatia montana haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4780. (C. caespitosa Ten.; Tithym. linearifolius Moris.) In.-II. . . . . . . **E. segetalis L.**

25 Foliis lineari-spathulatis linearibusve 26
Foliis obovato-subrotundis petiolatis. — Spithamaea, rarius ultra, tota glabra; caulis erectus teres; folia integerrima in petiolum attenuata; umbella 3-fida radiis bifidis dichotomisve; glandulae setaceo-bicornes; flores luteoli; capsulae coccae laeves, dorso bicarinatae aut bialatae; semina dorso foveolata, facie longitudinaliter bisulcata. ⊙. In cultis et oleraceis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1679 in locis cultis et herbidis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4773. II. Oct. **E. Peplus L.**

26 Foliis sparsis, saltem inferioribus lineari-spathulatis 27
Folis conferte imbricatis lineari-setaceis, superioribus linearibus acutis. — Radix ramosa glauca; caulis erectus teres pedalis aut sesquipedalis ramosus ramis plerisque sterilibus; folia conferta sessilia integerrima pallide viridia; umbella 5-fida ramis bifidis dichotomisque; involucella rhombeo-ovalia cuspidato-aristata; glandulae lanato-bicornes luteolae; capsula punctulata; semina scabra. ⊙. Vis. fl. dalm. 1677 ad muros agrestes et in agris argillosis ad Botticelle, Poissan et Stefano circa Spalato. Rchb. fl. g. 4781. (E. juncea Host.) In.-II. . . . . . . **E. alepica L.**

27 Glandulis lunatis abbreviato-bicornibus; capsula trigona laevi; seminibus transverse sulcatis. — Diffusa, glaucescens jam a radice

ramosissima ramis divaricatis; radix longa teres; folia caulina obverse lanceolata, infima lineari-spathulata obtusa aut emarginata, summa unacum involucris cuspidato-aristata; umbella 3--5-fida radiis dichotomis, involucella ovata aut elliptica. ○. In agris, vineis locisque cultis ad Crisium, Vukovec, Vojnovec, Sudovec, Zagrabiam et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Bizovac, Orahovica, Vukovar et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1680 in arvis, satis vineisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 4776. (E. acuminata Lam.; E. obscura Loisl.; E. arvensis Schleich.) Il.-Ag. . . **E. falcata L.**

Glandulis setaceo-bicornibus; capsulae coccis laevibus, dorso evidenter verruculosis; seminibus foveolatis. — Laete virens erecta; radix flexuosa fibrillosa subsimplex; caulis basi sola vel undique ramulosus, ramulis erectis; folia infima spathulata, caulina inferiora lineari-spathulata mucronata, superiora una cum involucris linearia, basi attenuata abrupteque apiculata; umbella 3—5-fida radiis dichotomis; involucelli foliola oblonga deltoidea basi truncata vel cuneata, saepius utrinque excisa ideoque fere 3-dentata, dente intermedio maximo; glandulae luteae cornubus albidis. ○. Vis. fl. dalm. 1678 in satis inter Spalato et Almissa, nec non in insula Lesina et circa Ragusa. (E. terracina Portenschl.) In.-Ag. . . . . **E. dalmatica Vis.**

28 Involucellis connatis 29

Involucellis omnino liberis 31

29 Capsulis dense villosis; foliis lanceolato-linearibus supra subtusque velutino-tomentosis; involucellis turbinato-connatis . . . 30

Capsulis glabris subtiliter punctulato-scabris; foliis pubescentibus, annotinis obovato-oblongis lanceolatisve in petiolum attenuatis, hornotinis caulium juniorum oblongis; involucellis in patellulam planam connatis. — Radix longa ramosa lignosa; caules teretes pilisque deciduis consiti 1—2-pedales, alii erecti, alii e basi decumbente adscendentes; umbella 5—6-fida radiis pedunculisque axillaribus bifidis; glandulae atropurpureae vel luteolae lunato-bicornes cornubus elongatis acutis. ♃. In sylvis frondosis umbrosis montium et regionum subalpinarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1674 in sylvaticis montis Prolog. Rchb. fl. g. 4799. (E. sylvatica Jacq.) Apr.-Ag.

E. amygdaloides L.

30 Involucellis saturate viridibus; glandulis antice truncatis angulis acutis vel in cornicula brevia terminatis atropurpureis dein pallescentibus, tandem lateritiis. — Frutescens; folia lineari-lanceolata coriacea integerrima; umbella multiradiata radiis brevibus, pedunculis axillaribus dichotomis, involucella perfoliata emarginata. ♄. In saxosis apricis Dalmatiae. Maly enum. pl. aust. p. 321, n. 25; in rupestribus circa Ragusa et Cattaro. Petter. herb. viv. Rchb. fl. g. 4800. Mz.-Ap. . . **E. Characias L.**

Involucellis luteolis; glandulis lunato-excisis bicornibus luteis flavisve. — Frutex sempervirens tripedalis et ultra; caules teretes ramosi, primo villosi tandem glabri cicatricibus fuscis a foliis delapsis signati: folia sparsa sessilia lanceolata integerrima molliter pubescentia acuta; umbella viridi - flava multifida ampla radiis elongatis, pedunculis axillaribus bifidis; involucellis connato-semiperforatis. ♄. In locis saxosis apricis in litt. cr. prope Karlobago in monte Sladovec et ad Castel-Muschio in insula Veglia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1675 in saxosis apricis totius Dalmatiae littoralis. (E. veneta W.; E. Characias Wulf.) Apr.-Mj. . . . . **E. Wulfenii Hoppe.**

31 Seminibus foveolato-rugosis vel foveolato-reticulatis; foliis glaucis 32

Seminibus omnino laevibus 33

32 Foliis oblongo-obovatis coriaceis mucronatis, involucellis cordato-semiorbiculatis; seminibus foveolato-rugosis. — Suffruticulosa, adscedens; radix crassa multiceps; caules crassi spithamaei-pedales; folia margîne scabriuscula; umbella 5—8-radiata radiis bifidis; glandulae aurantiaceae anguste lunatae utrinque in lobum obtusum longe productae; capsula demum rugulosa coccis dorso subcompressis obtuse carinatis; involucella mucronulata. ♄. In saxosis apricis litt. cr. circa Karlobago, Konjsko et Stanište. Syll. fl. cr. - Vis. fl. dalm. 1671 in saxosis apricis insularum Cherso, Pago, Brazza, nec non ad pedes montium Mossor et Biokovo, ad Tučepi prope Macarsca, Rillić, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 4796. (E. curtifolia Chaub.; Tithym. myrtifolius Lob.) Apr.-In. . . . . **E. Myrsinites L.**

Foliis linearibus obtusis, superioribus latioribus, summis ovatis subtrilobisve; involucellis reniformibus; seminibus foveolatis. — Herbacea glabra glauca; radix ramosa; caules teretes erecti vel adscendentes; folia numerosa sparsa mucrone minimo terminata; umbella 5—9-fida radiis bifidis dichotomisve; glandulis longe

bicornibus cornubus setaceis; capsulae dorso verruculosae. ♃. Vis. fl. dalm. 1672 in locis saxosis ad littora maris insularum Cherso, Ossero, Zlarin, Crappano et Zuri, nec minus circa Spalato, copiosius ad vias et in collibus circa Ragusa. Rchb. fl. g. 4782 b. (E. portlandica Host; E. caespitosa et linifolia Ten.; E. ragusana et coscinosperma Rchb.) Mj.-Il. . . . . . . **E. pinea L.**

33 Umbellis 3—5-radiatis; foliis glaucis 34

Umbellis 7—8- aut pleioradiatis 35

34 Glandulis antice cerinis truncatis bicornibus, corniculis obtusis brevibus; foliis inferioribus lineari-oblongis cum mucrone obtusis emarginatisve basi attenuatis, summis ellipticis; involucellis transverse latioribus obtusis mucronatis basi truncatis subcordatisve. — Humilis adscendens; radix descendens ramosa multiceps; caules procumbentes ramosi ramulis adscendentibus; folia apice in rosulam disposita, integerrima; umbellae 5-radiatæ radiis semel bifidis; capsulae punctulato-scabriusculae coccis dorso tenuiter carinatis. ♃. In saxosis montium Kalnik, Ivanšćica ad Belec-grad, Lobor et ad Krapinam, nec minus in litt. cr. ad Flumen et in ipso monte Klek. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4786. Mj.-In. **E. saxatilis Jacq.**

Observ. E. triflora Schott., caespitosa, cymis 3—5-radiatis, subbifidis, glandulis glabris breviter semilunatis; foliis glabris, glaucis, obtusis integerrimis, imis condensatis, oblongo-obovatis, subsequis longioribus, laxis ovalibus basique rotundata vel excisa sessilibus; videtur huc pertenere occurritque in monte Sladovac ad Oštarije prope Karlobago, sed needum bene cognita propterea nec in clavim recepta.

Glandulis lunatis fulvis, non bicornibus; foliis oblongo-linearibus linearibusque acutis vel obtusiusculis muticis integerrimis; involucellis transverse ovalibus, concavis muticis vel brevissime apiculatis. — Pedalis simplex, tota glabra et caesia; radix lignescens multiceps; folia crassa dense imbricata; umbella 5-, rarius 3—4-fida radiis bifidis dichotomisve: capsulae demum rugulosae coccis dorso sulcatis. ♃. In arenosis maritimis litt. cr. circa Flumen, Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1670 in arenosis totius orae maritimae. Rchb. fl. g. 4789. (E. Paralia Sm.) In.-Il. . . . . **E. Paralias L.**

35 Radiis umbellae nonnisi semel bifidis; foliis glabris; involucellis cordato-semiorbiculatis aut reniformibus 36

Radiis umbellae iterato-bifidis; involucellis rhombeo- vel triangulato-ovatis longitudine sua latioribus breviter acuminatis vel obtuse mucronatis 37

36 Foliis oblongo-lanceolatis ellipticisve; involucellis reniformibus; glandulis atropurpureis emarginatis binatisve; capsulae coccis dorso minute punctulatis. — Radix lignosa multicaulis; caules basi lignescentes erecti teretes striati, fistulosi glabri simplices vel inferne parce ramosi; folia caulina petiolata ovata, ovalia aut lanceolato-oblonga obtusa cum vel sine mucronulo, rarius acutiuscula, summa sessilia, ramea angustiora et acutiora; foliola involucri elliptica; umbella 6—8—9-fida radiis pedunculisque axillaribus accessoriis pluribus secus superiorem caulis partem; capsulae venosae coccis dorso sulcatis vel planis, linea saliente vel sulco inclusa tenuiter carinatis; semina luteola ovoidea sulco exarata; caruncula sessili pulvinata pilosa. ♃ vel ♄. Vis. fl. dalm. 1673 in sylvaticis montium Mossor et praesertim in eorumdem vertice Ljubljan dicto. (E. filicina Pett.) Mj.-In. . . . . **E. imperfoliata Vis.**

Foliis lanceolatis ellipticisve coriaceis glaucis; involucellis cordato-semiorbiculatis; glandulis bicornibus lunatisve luteis; capsulae coccis dorso carinatis. — Tota glabra nitidaque, radix longissima multiceps; caules erecti striati; folia sessilia integerrima, superiora brevia elliptica mucronata; inferiora lanceolata acuta, rarius oblongo-linearia obtusa basinque versus paullo attenuata; involucella obtusa mucronulata; capsula punctulato-scabriuscula; semina glauca nitida. ♃. In locis aridis sterilibus ad Čučerje prope Zagrabiam teste clariss. Klinggræff, sed a nobis in loco dicto non inventa. In locis sterilibus incultis comitatus Syrmiensis, circa Maradik, Karlovic, Banovce, Vrdnik et Semlin. (Kanitz.) Vis. fl. dalm. 1669 in locis apricis saxosis sterilibus circa Sebenico et in insula Cherso. Rchb. fl. g. 4795. (E. oleaefolia Gou.; E. Myrsinites Wulf. (non L.); E. serotina Host.; Tithym. Seguieri Scop.) In.-Ag. . . . . **E. nicaeensis All.**

Observ. variet. β. foliis elliptico-lanceolatis; capsulis glabris, est: E. pannonica Host occurritque cum specie in insula Cherso Vis. fl. dalm. 1669 var. β,

37 Foliis nudis vel apice tantum scabris lanceolatis linearibusve . 38

Foliis dense pubescentibus lanceolatis basi apiceque attenuatis integerrimisque. — Radix valde repens; caulis erectus teres stria-

tus pubescens, 1—2-pedalis et ultra; folia alternatim sparsa sessilia obtusa glauca; glandulae bicornes citrinae; capsulae dorso subtiliter punctato scabrae pubescentes aut plane villosae. ♃. In pratis, ad vias et sepes circa Blato, Otok, Botinec, Čehi et Zaprudje prope Zagrabiam. Syll. fl. cr. In comitatu Syrmiensi in dumetis et sylvaticis, nec minus circa Karlovic et Semlin (Kan.) Rchb. fl. g. 4798. (E. pallida W.) Il.-Ag. **E. salicifolia Host.**

38 Foliis lineari lanceolatis a medio apicem versus sensim attenuatis; glandulis luteis, denique non raro fulvis 39

Foliis exacte linearibus vel basin versus paullo attenuatis; glandulis citrinis 40

39 Foliis nitidis lineari-lanceolatis latiusculis; radice horizontaliter repente. — Radix crassa; caules erecti, altissimi fistulosi glabri, superne angulati, reliqua parte teretes; folia alternatim sparsa sessilia integerrima glabra, supra laete viridia, subtus nitentia, demum subcoriacea; foliola involucri ovata ad apicem serrulata, capsulae scabriusculae; semina obovata cinereo-fusca. ♃. Ad stagna demum exsicata in campo Podravano circa Legrad, Otok, Selnica, Imbriovec et Gjelekovec. Syll. fl. cr. In Slavonia in fossis circa Brod, Breznica, Bizovac, Kologjvar, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 4797. Il.-Ag. . . . **E. lucida WK.**

Foliis opacis anguste linearibus v. lineari-lanceolatis, non raro margine subrevolutis; radice descendente multicipite. — Tota obcsure virens, opaca; radix simplex, descendens; caulis erectus teres plerumque simpliciusculus 1—3-pedalis virgatus; folia sessilia integerrima glabra, superiora breviora et latiora; foliola involucri ovata concava; inflorescentia elongata propter multos pedunculos axillares; capsula dorso punctato scabra. ♃. In pratis agris, ad vias et vineas circa Crisium, Kalnik, Zagrabiam et alibi in Croatia et Slavonia vulgatissima. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4792. (E. Esula Hayne (non L.); E. opaca et E. obscura Lang.) Mj.-In. . . . . **E. virgata WK.**

Observ. variet. β. cornubus glandularum abbreviatis, integerrimis, hinc glandulis perfecte semilunatis, est: E. Tommasiniana Bert. occurritque inter segetes ad Zagrabiam, praesertim in Turovopolje. Syll. fl. cr.

40 Foliis apicem versus margine scabriusculis, inferioribus breviter petiolatis lineari-lanceolatis, rameis angustioribus. — Radix repens lignescens; caules 1—2-pedales erecti ramosi glabri; folia

dilute viridia integerrima glabra; inflorescentia speciosa ampla, pedunculis axillaribus aucta, involucella laete lutea aut luteo-virescentia; glandulae demum e viridi purpurascentes; capsula punctato-scabra semina obovata griseo-fusca. ♃. In pratis et salicetis, ad vias et fossas et sepes totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia inter segetes circa Koška et Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 4791. Il.-Ag. . . . . **E. Esula L.**

Foliis glabris anguste linearibus, rameis angustioribus; involucellis breviter acuminatis e viridi flavescentibus, demum ruffis vel purpurascentibus. — Radix repens fibrisque copiosis aucta, caules spithamaei pedalesve, teretes, superne in ramulos steriles divisi; folia sparsa sessilia, obtusiuscula integerrima plana glaucescentia; foliola involucri lanceolata-attenuata; capsula triquetra, scabriuscula; semina cylindrico-rotundata fusca. ♃. In campis arenosis ad vias et vineas totius Croatiae et Slavoniae, omnium vulgatissima. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1668 in siccis sterilibus circa Sebenico, Trebocconi di Derniš, Stikovo et alibi in Dalmatia montana, nec non in Krivoscie et in insulis Cherso et Sansego. Rchb. fl. g. 4793. Apr.-Oct. . . . **E. Cyparissias L.**

Gen. 637. Buxus Tourn. Zelenika ili Šimšir.

Flores monoici perigonio tetrasepalo decussato; mares plures 1-bracteati staminibus 4 sub ovarii rudimento insertis, antheris muticis; flos femineus 1 masculis cinctus 3-bracteatus, ovario sessili stylis stigmatibusque 3; capsula stylis rostrata, 3-valvis, 3-locularis valvis bicornibus, loculis dispermis. Vis. fl. dalm. III. p. 229, g. 596; Koch syn. pl. p. 722; Rchb. fl. g. p. 765, g. 895.

Foliis coriaceis ovato-oblongis subtus opacis utroque latere convexis; antheris ovato-sagittatis. — Arbuscula 5—10-pedalis aut altior foliis intense viridibus, junioribus leviter glaucescentibus et subopacis graviterque olentibus. ♄. In apricis sterilibus insularum Dalmatiae; praesertim in insula Arbe teste clar. Vis. fl. dalm. 1682; secus hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 4808. (B. sempervirens L.) Mr.-Ap. . . . **B. arborescens Lam.**

Foliis submembranaceis ovato-oblongis utroque latere concavis et utrinque lucidis; antheris ovato-sagittatis. — Humilis, 2—3-pedalis folia laetius viridia, quam in praecedenti, nec glaucescentia et inodora. ♄. In iisdem locis ac prior, cujus varietas habetur; praesertim in hortis frequentissime culta. Rchb. fl. g. 4809. Mr.-Ap.. . . . . **B. suffruticosa Lam.**

Gen. 638. **Andrachne L. Gromuljaš.**

Flores monoici perigonio duplici, exteriore sepaloideo 5-partito, interiore petaloideo 5-phyllo; stamina 5 basi squamulis extus munita filamentis basi subcoalitis, antheris muticis; fl. feminei perigonio simplici sepaloideo 5-partito; styli 3 bifidi stigmatibus clavatis; capsula 3-cocca coccis dispermis. — Vis. fl. dalm. III. p. 231, g. 599; Koch syn. pl. p. 722; Rchb. fl. g. p. 765, g. 894.

Foliis petiolatis ellipticis breviter acuminatis glaucis laevibus; floribus axillaribus solitariis. — Caules herbacei procumbentes ramosi et una cum ramis filiformes; flores viriduli. ♃. Vis. fl. dalm. 1686 in locis saxosis et muris vetustis circa Sebenico, Riviera dei Castelli, monte Marian prope Spalato, Almissa, Macarsca et Ragusa, nec minus in insulis Pago et Lesina. (Telephioides graecum T. Dill.) Rchb. fl. g. 4807. Mj.-In.
A. telephioides L.

Gen. 639. **Crozophora Neck. Vernisun.**

Flores monoici perigonio in flore masculo duplici, exteriore sepaloideo 5-partito, interiore petaloideo 5-phyllo; staminibus 5—8—10 filamentis connatis; in flore feminino simplici 10-partito, stylis 3 bifidis; capsula 3-cocca coccis 1-spermis. — Vis. fl. dalm. III. p. 230, g. 598; Rchb. fl. g p. 764, g. 892.

Foliis sparsis ovato-rhombeis repandis basi cuneatis biglandulosis stellato-tomentosis. — Spithamaea pedalis; caulis patule ramosus; flores masculi axillari-racemosi, feminei geminati in pedunculo bifido, racemo masculo laterali. ☉. Vis. fl. dalm. 1687 in agris cultis circa Zara, Sebenico, Spalato, Stobrez et Budua. Rchb. fl. g. 4805. In.-Il. . . . . **C. tinctoria Ad. Juss.**

Gen. 640. **Mercurialis Tourn. Resulja.**

Flores diclines, dioici, rarius monoici perigonio simplici 3—4-partito, mares staminibus 9—12, feminei staminibus 2—3 sterilibus, stylis 2—3 linearibus indivisis, facie interna stigmaticis; capsula dicocca, rarius 3-cocca coccis monospermis dorso dehiscentibus, Vis. fl. dalm. III. p. 230, g. 597, Koch syn. pl. p. 731; Rchb. fl. g. p. 763, g. 891.

1 Floribus femineis longe pedunculatis; caule simpliciusculo . . 2
Floribus femineis sessilibus; caule tetragono, ramoso, foliis ovatis vel ovato-lanceolatis. — Spithamaea, pedalis et ultra; radix gracilis; folia petiolata aequaliter serrata simulque ciliata; spicae masculae elongatae glomerulis demum distantibus, floribus do-

decandris, flores feminei axillares subgemini pedunculati; ovaria setoso-hispida, stylorum fimbriae paucae distantes; semen obsolete granulatum. ☉. In cultis et ad muros totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. et Vis. fl. dalm. 1683. „Dinjica. Prosunac, Resica, Prosac.“ Rchb. fl. g. 4801. II.-Nov. **M. annua L.**

Observ. variet. β. androgyna flore femineo masculisque verticillatis, est: M. ambigua L. fil. occurritque teste clar. Vis. in cultis insulae Cherso. Rchb. fl. g. 4802.

2 Foliis petiolatis ovato-oblongis lanceolatisve. — Radix horizontalis geniculata pubescens valde repens; caules erecti subteretes setis brevissimis inspersi; folia acuminata repando-crenata vel crenato-serrata ciliata setulisque inspersa, infima minima, superiora ovato-oblonga, summa ovato-lanceolata; stipulae acuminatæ. ♃. In sylvis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Čerević, nec minus in illis tractus montium Papuk. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1684 in sylvis montium Velebit, Klinovac, circa Ogorje et in insulis Ossero et Veglia. Rchb. fl. g. 4804. (M. Cynocrambe Scop.; M. longifolia Host.) Apr.-Mj. **M. perennis L.**

Foliis subsessilibus ovato-ellipticis ovatisve. — Radix teres geniculata; caules spithamaei erecti et infra medium subteretes, supra angulati setulisque consiti; folia setulis inspersa, dentata, facie saturate viridia, dorso pallida, infima minima; stipulae minimae membranaceae. ♃. In sylvis umbrosis tractus montium Ivanščica, circa Greben- et Melen-grad, ad Belecgrad, Radoboj et Krapinam, nec non in illis ad Samobor, veluti in monte Oštrc et Pliešivica, ita et circa Flumen. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1684 β. cum priori cujus varietatem esse dicit. Rchb. fl. g. 4803. Apr.-Mj. . . . . **M. ovata Sternb.**

Gen. 641. Ricinus Tourn. Čudika.

Flores unisexuales monoici perigonio simplici, in fl. masc. 5-partito, staminibus numerosis connatis, ramosis, in fl femineo 3-partito, stylis 3 bifidis: capsula 3-cocca. Rchb. fl. g. pag. 764, g. 893.

Foliis peltatis, palmatis, lobis lanceolatis serratis. — Radix fibrosa; caulis 3—6-pedalis crassus fistulosus; folia sparsa petiolata petiolo basi amplectente; flores racemosi racemis axillaribus et terminalibus, inferne floribus masculis, fasciculatis, superne

femineis simpliciterque racemosis; stigmata filiformi-elongata laxa; capsula echinata echinis omnibus radiato-excentricis. ⊙. Ex America septemtrionali adlata, modo in usum pharmaceuticum in hortis frequentissime culta et hinc inde in oleraceis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 4806. Il.-Ag. **R. communis L.**

C. Flores saltem masculi semper amentacei,

feminei saepe solitarii vel congesti.

Fam. CIII. **Salicineae Rich. Vrbine.**

Flores dioici omnes amentacei singuli bractea membranacea suffulti; perigonii loco glandula, quandoque duplex, vel urceolus carnosus oblique truncatus ad basin genitalium in squamarum axilla; fl. masc. staminibus 2 plurimisve e centro tori prodeuntibus, filamentis liberis aut monadelphis, antheris basi fixis, loculis deficiente connectivo contiguis longitudinaliter dehiscentibus; flos fem. ovario libero sessili uniloculari, placentis binis parietalibus linearibus multiovulatis, stylis geminis connatis singulisque stigmate 2—3-lobo terminatis; capsula bivalvis valvis demum revolutis, seminibus plurimis minimis erectis, funiculo brevissimo crasso in comam lanuginosam adscendentem, semen obducentem soluto, albumine nullo, radicula basin versus spectante. — Vis. dalm. I. p. 211 Koch syn. pl. p. 738.

Arbores fruticesve ramosi foliis alternis simplicibus indivisis, in petiolum attenuatis, stipulis squamaeformibus deciduis aut foliaceis persistentibus.

Gen. 642. **Salix Tourn. Vrba.**

Flores bracteis integris interstincti, masculi staminibus binis, rarius 3—5 filamentis basi bracteae insertis liberis aut monadelphis, raro bractea glandulaeformi basi cinctis; feminei ovario glandula laterali munito stigmatibusque bilobis; perigonium nullum. — Vis. fl. dalm. I. p. 212, g. 144; Koch syn. pl. p. 739; Rchb. fl. g. p. 165, g. 224.

1 Amentis terminalibus, i. e. amentis pedunculo folioso persistente, quo ramus continuatur et elongatur, insidentibus 2

Amentis lateralibus, i. e. pedunculis axillaribus 3

2 Foliis orbiculatis aut ovalibus, reticulatis, serratis utrinque nitidis. — Fruticulus minimus, ramosissimus ramis brevissimis radicantibus, aphyllis; folia rigida, laevia venosa, pauca emarginata. ♄. In alpium cacuminibus, veluti in Debelo-brdo, teste clar. Sadl. et in monte Snježnik prope Čubar teste clar. Klingg. herb. cr. in muzeo Zagr., a nobis in locis dictis non visa. Rchb. fl. g. 1005. Il.-Ag. . . . . **S. herbacea L.**

Foliis obovatis vel oblongo-cuneatis nervosis, sed nervis parallelis integerrimis, vel nonnisi basi glanduloso-dentatis. — Fruticulus jam a radice ramosus, humifusus, radicans; folia parva obtusa retusave glaberrima; amenta pedunculata pedunculis foliatis gemmiferis; capsula ovato-conica glabra breviterque pedicellata, nectario pedicellum subaequante; stylus mediocris, stigmata bifida linearia. ♄. In locis petrosis montis alpini Snježnik in confinio Carinthiae. (Klingg.) Rchb. fl. g. 1006. Il.-Ag. . . **S. retusa L.**

3 Squamis amenti concoloribus luteo-virentibus; amentis pedunculatis, pedunculis foliatis; staminibus basi subconnatis hirsutisque 4

Squamis discoloribus, i. e. apice aliter quam basi coloratis . . 8

4 Squamis amenti feminei ante fructus maturitatem deciduis; staminibus 2—10; glandulis binis, ramis, praesertim sub anthesi valde fragilibus. — Arbores procerae speciosae . . , . . . 5

Squamis amenti feminei persistentibus staminibus 2—3, stipulis semicordatis. (Frutices altiores, saepe arborescentes ramis vimineis.) Arborescens, erecta; folia lanceolata acuminata subtus glauca glanduloso-serrata glaberrima; amenta in ramuli foliati apice triandra; capsulae ovato-conicae pedicellatae glabrae; stylus brevissimus; stigmata divergentia emarginata. ♄. Ad ripas fluviorum Lonja et Sava; copiosa in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. In Slavonia ad rivos circa Vučin et Zvečevo, nec minus circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 413 ad ripas lacus Boccagnazzo prope Zara et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 1044. (S. triandra Alsch.) Apr.-Mj. . , . . . **S. amygdalina L.**

Observ. Variat foliis utrinque concoloribus et foliis discoloribus i. e. foliis facie viridibus et dorso glaucis, et haec est: S. Villarsiana Willd.

5 Staminibus nonnisi binis; foliis lanceolatis acuminatis serratis glabris sericeisve 6

Staminibus 5—10; foliis ovato-ellipticis, vel ovato-lanceolatis acuminatis dense serrulatis glaberrimis, — Frutex saepius arborescens ramis glabris; folia breviter petiolata; stipulae ovato-oblongae aequilaterae rectaeque; petioli superne multi-glandulosi; amenta pedunculata pedunculis foliatis; capsulae ex ovata basi attenuatae glabrae breviterque pedicellatae pedicello nectarium bis superante; stylus mediocris stigmatibus crassiusculis bifidis. ♄. Ad ripas fluvii Kupa ad Brod et Severin; ad rivum Mrzla-

vodica et circa Lokve. Rchb. fl. g. 1052. (S. tetrandra W.; S. hermaphrodita L.; S. polyandra Schrk.; S. tinctoria Sm.) Mj.-In. . . . . **S. pentandra L.**

6 Stipulis lanceolatis; stylo brevi; stigmatibus emarginatis; capsulis sessilibus 7

Stipulis semicordatis; stylo subelongato; stigmatibus crassiusculis bifidis; capsulis ex ovata basi lanceolatis glabris pedicellatis pedicello nectarium 2—3 superante. — Arbor magna ramis ad articulos fragilibus; folia lanceolata acuminata juniora inprimis ciliato-villosa, flavo-viridia, dein concoloria glabra glanduloso-inflexo-serrata; amenta in ramulis foliatis apice incrassata coætanea. ♄. Ad ripas, in locis paludosis et ad sepes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 412. in iisdem locis circa Derniš. — Rchb. fl. g. 1005. Apr.-Mj. . . **S. fragilis L.**

Observ. variet. β. cortice ramulorum testacea; gemmis atro-fuscis; foliis ramulorum infimis lato-obovatis obtusissimis, est: S. decipiens Hoffm.

Variet. γ. foliis junioribus et ramulorum hornotinorum superioribus demum (versus autumnum) sericeo-pilosis, serraturis parvis stipulisque acuminatis, est: S. Russeliana Sm. Rchb. fl. g. 1049. (S. pendula Ser.; S. viridis Fries.; S. rubens Schrk.; S. gracilenta Tsch.) Utraque in iisdem locis ac species.

7 Foliis lanceolato-linearibus acuminatis serratis glabris; ramis divaricatis. — Arbor magna ramosissima ramis divaricatis, ramulis undique pendulis; stipulae oblique lanceolatae acuminatæ recurvatae; amenta coaetanea. ♄. Ex Oriente adlata, modo frequenter culta. Rchb. fl. g. 1047. Apr.-Mj. . . **S. babylonica L.**

Foliis lanceolatis acuminatis serrulatis utrinque sericeis margineque villosis, demum glabris; ramis erectis patulisve. — Arbor erecta cortice rimoso vestita ramis crassis, ramulis viminalibus; folia longa, primum villo albo tecta, demum utrinque glabra, facie viridia, dorso glaucescentia; stipulae serrulatae; amenta oblonga-cylindrica; capsulae ovato-attenuatae obtusae glabrae subsessiles. ♄. Ad sepes, ripas et in paludosis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 411 in aquosis vulgaris. — Rchb. fl. g. 1048. Apr.-Mj. . . . . **S. alba L.**

Observ. variet. β. ramis ramulisque vitellinis vel laete miniatis, est: S. vitellina L. In iisdem locis ac species.

8 Capsulis sessilibus aut breviter-pedicellatis, pedicellis nectarium vix adaequantibus 9
Capsulis evidenter pedicellatis, pedicellis nectario 2—6-longioribus; antheris defloratis flavis luteisve; amentis sessilibus basi foliis parvis squamaeformibus fultis, rarius pedunculatis foliisque majusculis fultis 13
9 Amentis sessilibus basi bracteis squamaeformibus fultis, fructiferis interdum breviter pedicellatis 10
Amentis evidenter pedicellatis pedicellis foliatis; antheris defloratis luteis; fruticuli pygmaei ramosissimi ramis torulosis, junioribus vix vimineis 22
10 Antheris defloratis luteis; capsulae ovatae sessiles tomentosae . 11
Antheris purpureis, defloratis nigris 12
11 Stipulis semicordatis; cortice interiori aestate citrino; foliis oblongo-lanceolatis glanduloso-serratis glabris et nonnisi junioribus ramulisque tenellis villosis. — Arbor magna citissime crescens ramis insigniter fragilibus amentisque speciosis villosissimis; folia lato-lanceolata, subtus glauca; amenta praecocia sessilia minute bracteata; capsulae ovato-conicae glabrae sessiles; nectarium ovarii basin superans; stylus elongatus; stigmata oblonga. ♄. E. Germania occidentali adlata et modo hinc inde culta. Rchb. fl. g. 1045. (S. praecox W.; S. bigemmis Hoffm.) Mr.-Apr. **S. daphnoides Vill.**
Stipulis lanceolato-linearibus petiolo brevioribus; cortice interiori aestate virescente; foliis elongato-lanceolatis acuminatis integerrimis subrepandis subtus nitide sericeis. — Frutex 8—10-pedalis ramulis villosis; folia longissima angusta margine subrevoluta; amenta sessilia basi bracteata squamis nigro-fuscis; capsulae ex ovata basi lanceolatae tomentosae brevissime pedicellatae: nectarium ovarii basin superans; stylus olongatus; stigmata filiformia indivisa. ♄. Ad ripas et in dumetis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 416 culta in locis udis et in vineis. Rchb. fl. g. 1037. Apr.-Mj. . . . . **S. viminalis L.**
12 Monandra filamentis conatis; stylo brevi; stigmatibus ovatis; foliis lanceolatis sursum latioribus acuminatis argute serrulatis glabris planis. — Frutex vix 3—4-pedalis diffusus, rarius ultra; folia obverse-lanceolata petiolata breviterque acuminata subtus glauca; amenta lateralia sessilia basi foliata; capsulae sericeo-tomentosae. ♄. Ad ripas et in pascuis humidis in regiones subalpinas ad-

scendens in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia ad ripas fluvii Dravi, Savi et Bosuti. (Kan.) Vis. fl. dalm. 414 in locis humidiusculis. Rchb. fl. g. 1040. (S. montana Ard.; S. monandra Hoffm.) Mr.-Apr. . . . . **S. purpurea L.**

Monadelpha; stylo elongato, stigmatibus oblongo-linearibus filiformibusve; foliis elongato-lanceolatis acuminatis repando-denticulatis margine subrevolutis pubescentibus et nonnisi adultis glabris. — Frutex arborescens 10—12-pedalis et ultra; folia lineari-lanceolata concoloria; amenta sessilia; capsulæ lanato-tomentosae; stipulae lineares. ♄. Ad ripas et in locis humidis, in pratis et pascuis declivibus in Croatia montana haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1039. (S. virescens Vill.; S. concolor Host.; S. olivacea Thuill.) Mr.-Apr. . . . **S. rubra Huds.**

13 Amentis rectis, non arcuatis; pedicello capsulae nectarium 2—3-ve superate 14

Amentis arcuatis sessilibus; capsulis ovato-lanceolatis glabris pedicellis ovario sublongioribus. — Frutex 10—15-pedalis erectus; folia lineari-lanceolata acuminata glanduloso-denticulata margine revoluta subtus cano-tomentosa, juniora supra canescentia; amenta lateralia subsessilia basi foliata diandra; stylus elongatus; stigmata bifida. ♄. In fossis locisque humidis, nec non in glareosis fluviorum majorum Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 415 ad ripas fluvii Buttisnica ad Golubić prope Knin et in aquosis prope Strmica. Rchb. fl. g. 1038. (S. riparia W.; S. lavandulaefolia Lng.; S. angustifolia Poir.; S. rosmarinifolia Gou.; S. Eleagnos Scop.) Apr.-In. . . . . **S. incana Schrad.**

14 Foliis demum subtus tomentosis aut tomentoso-hirsutis; stylo brevissimo; amentis sessilibus; capsula tomentosa 15

Foliis subtus nec tomentosis nec hirsutis, sed nudis vel pubescentibus vel sericeis; amentis fructiferis plerumque pedicellatis . 17

15 Foliis recurvato-acuminatis, subtus glaucis tomentosisque; gemmis glabris 16

Foliis breviter acuminatis acumine recto cinereo-viridibus, supra pubescentibus, subtus tomentoso-hirtis; gemmis incanis, pubescentibus. — Frutex 8—10-pedalis cinereus erectus ramosus, ramulis crassiusculis cano-tomentosis; folia elliptico- vel lanceolato-obovata plana undulato-serrata; stipulae reniformes demum rugosæ; amenta lateralia sessilia diandra, fructifera pedunculata foliata; capsula ovato-lanceolata pedicellata pubescens; stigmata ovata

bifida sessilia. ♄. In pascuis dumetisque humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 418 in aquosis circa Narenta. Rchb. fl. g. 1028. (S. polymorpha Host; S. acuminata Hoffm.; S. Hoffmaniana Bluff.) Mr.-Apr. . . . . . **S. cinerea L.**

16 Foliis ellipticis ovatisve planis obsolete undulato-crenatis supra glabris; stigmate-bifido. — Frutex erectus, non raro arborescens ramis gemmisque crassis et glabris; folia rugosa juniora tomentosa, demum supra glabra, nitida et viridia, subtus tomentosa et glauca; amenta sessilia basi minute bracteata; capsulæ ex ovata basi elongato-lanceolatae tomentosae pedicellatae pedicello nectarium 5—6-superante; stylus brevissimus; stigma bifidum. ♄. In sylvis, nemoribus dumetisque totius Croatiæ et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1031. (S. tomentosa Ser.; S. ulmifolia Thuill.; S. aurigerana Lap.) Mr.-Apr. . . . **S. caprea L.**

Observ. variet. β. foliis jun. utrinque tomentosis, adultis sparsim villosis, est: S. lanata Vill. occurritque in iisdem locis ac species et illa plane frequentius.

Foliis obovatis vel oblongo-obovatis undulato-serratis rugosis superne pubescentibus, subtus glaucis tomentoso-hirtis. — Frutex erectus ramosissimus; ramuli villo tecti; folia longe petiolata; stipulae magnae petiolatae oblique reniformes subintegrae; amenta lateratia sessilia diandra, fructifera pedunculata foliata; capsulae ovato-lanceolatae pedicellatæ pubescentes; stigmata ovata emarginata subsessilia. ♄. In pascuis, pratis sylvisque humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in uliginosis circa Karlovic, Semlin et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 417 in locis umbrosis sylvaticis prope Stabilimento di Nona; in humidis et ad aquas insulae Veglia et ad fl. Titium prope Slap. Rchb. fl. g. 1027. (S. uliginosa W.; S. rugosa Ser.) Apr.-Mj. . . . **S. aurita L.**

17 Frutices 2—3-pedales et ultra, erecti, rarius arborescentes foliis glabris, subtus cinereo-pubescentibus glaucisve 18

Fruticuli pygmaei, rigide ramosi; amentis lateralibus; foliis subtus sericeis, margine subrevolutis integerrimis vel remote glanduloso-denticulatis; stipulis lanceolatis; amentis fructiferis subcylindricis pedunculatis, pedunculis foliatis 21

18 Stylo elongato; pedicello capsulae 2—3-ve nectarium excedente; stipulis semicordatis glandulaeformibus aut nullis 19

Stylo abbreviato; pedicello capsulae nectarium 5 - 6-ve superante; stipulis reniformibus; capsulis tomentosis. — Frutex 3—6-pedalis et ultra; folia oblongo-obovata acuminata plana obsolete undulato-serrata glabra subtus cinereo-glauca pubescentia: stigmata ovata bifida; gemmae glabrae. ♄. In sylvis montanis in Croatia australi, velut ad Leskovec prope Otočac; ad lacus Plitvicenses et circa Priboj. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1030. (S. cinerascens W.; S. stipularis Ser.) Mr.-Ap. . **S. grandifolia Ser.**

Observ. Inter S. cineream et S. capream L. quasi intermedia; differt tamen a priori amentis initio brevioribus et subovatis, et a posteriori multo majoribus supra glabris, intense sed laete viridibus ramulisque adultis glaberrimis.

19 Squamis amenti glabris aut pilosis pilis strictis et nec unquam crispatis . . . . , ... 20

Squamis amenti pedunculati villosissimis, villis longissimis, crispis et candidissimis; pedunculis foliatis; capsulis ex ovata basi subulatis pedicellatis glabris, pedicello nectario subsesqui-longiore; stylo elongato. — Frutex humilis erectus ramosus 3—4-pedalis nec ultra; folia ovata, elliptica aut lanceolata glabra serrulata; stipulae semicordatae apice recto, foliorum juniorum elongatae hastatae, squamae vilosissimae villo elongato, mox crispato-contracto; filamenta glabra. ♄. In pascuis alpis Visočica et Badanj. Rchb. fl. g. 1022. (S. Ludwigii Schk.; S. serrulata W.) Apr.-Mj. . . . . **S. hastata L.**

20 Foliis ovatis aut ellipticis undulato-serratis, subtus incanis, apice ut plurimum viridibus. — Frutex 2—3-pedalis; amenta sessilia, fructifera breviter pedunculata basique minute foliata; capsula ex ovata basi subulata pedicellata, pedicello nectarium bis superante; stylo elongato, stigmatibus bifidis. ♄. In pascuis subalpinis tractus montium Velebit, veluti in Plieśivica et Debelobrdo. Apr.-Mj. . . . . **S. nigricans Sm.**

Foliis lucidis, subtus glaucis, supra glabris, ellipticis aut obovatis serratis. — Frutex humilis; amenta pedunculata, pedunculo foliato; capsula ex ovata basi subulata glabra pedicellata, pedicello nectario subduplo longiore; stipulae nullae; stamina a basi ultra medium villosa. ♄. In locis lapidosis montium altiorum Croatiae australis, veluti in monte Crno-pas. Rchb. fl. g. 1023. In.-Il. . . . . **S. glabra Scop.**

21 Foliis ovalibus ellipticisve recurvato-apiculatis. — Fruticulus jam ad basin ramosus et inferne cum ramis radicans; folia breviter petiolata mucrone brevissimo terminata; bracteae minimae lanceolatae sericeae; nectarium purpureum; capsula tomentosa rarius glabra longe pedicellata. ♄. In pratis et pascuis humidiusculis sterilibus Slavoniae, praesertim in comitatu Viroviticensi ad Rétfalú et Tenje. (Kan.) Rchb. fl. g. 1019. (S. depressa Hoffm.; S. polymorpha Ehrh.; S. incubacea Roth.) Apr.-Mj. **S. repens L.**

Foliis elongato-lanceolatis linearibusve strictis acuminatis, apice recto, margine subrevolutis. — Fruticulus erectus viminalis inferne ramosus ramis junioribus pubescentibus: folia breviter petiolata, supra viridia, subtus glauca; bracteae lineares; amenta parva ovata, demum fructifera cylindrica breviter pedunculata pedunculo foliato. ♄. In pratis humidiusculis sterilibus cum priori, nec minus circa Semlin. (Kan.) (S. angustifolia et S. latifolia Neilr.; S. incubacea W.; S. pratensis Host.; S. angustifolia Wulf.) Apr.-Mj. . . . . **S. angustifolia Fries.**

22 Foliis lanceolatis acutis, vel ovatis basi apiceque obtusis brevi-terque acuminatis, remotius densiusve serratis, supra nitidis, subtus glaucis opacis. — Fruticulus ramosus ramis cicatricibus exasperatis; folia glabra; amenta cylindrica; nectarium compressum; capsula oblonga villosa. ♄. In declivibus alpium Croatiae, veluti in alpe Visočica et Samar. Host fl. aust. p. 653, n. Rchb. fl. g. 1012. (S. arbuscula Jacq.; S. ovata Ser.; S. alpestris Host.) Mj.-In. . . . . **S. Waldsteiniana W.**

Foliis ellipticis utrinque reticulato-venosis lucidis concoloribus, denique glaberrimis margine dense glanduloso-serratis. — Fruticulus ramosissimus ramulis torulosis hirtis; amentis praecocibus pedunculatis pedunculo amentum aequante foliato; capsulis lanuginoso-villosis; stylus elongatus; stigmata linearia integra aut bifida; ovaria cum stylo atropurpurea, filamenta caerulea, antherae violaceae. ♄. In summo cacumine alpis Debelo-brdo. (Kit. addit.) Rchb. fl. g. 1009. (S. arbutifolia W.; S. dubia Sut.; S. alpina Scop.) In.-Il.. . . . . **S. myrsinites L.**

Gen. 643. **Populus Tourn. Topol.**

Flores dioici; perigonium cyatiforme squamis amenti impositum, bracteisque incisis interstinctum; fl. masculi e staminibus 8 aut pluribus filamentis liberis turo

urceolari anterius oblique producto inserta; fl. feminei ex ovario toro persistente cincto, stigmatibus bipartitis elongatis. Vis. fl.dalm. I. p. 214, g. 145; Koch syn. pl. p. 759; Rchb. fl. g. p 173.

1 Turionibus tomentosis hirtisve; squamis amenti ciliatis, staminibus octonis 2
Turionibus glabris glutinosis; squamis amenti nudis glabrisque; staminibus duodenis aut pluribus (12—30); foliis acuminatis serratisque 4

2 Foliis subrotundo-ovatis angulato-dentatis subtus tomentosis; gemmis tomentosis non viscosis 3
Foliis suborbiculatis dentatis utrinque ramulisque glabris (rarius sericeo-villosis), ramorum radicalium et plantarum juniorum ovatis acutis hirtis; gemmis glabris viscosisque. — Arbor excelsa divaricato-ramosa; folia longe petiolata petiolis compressis apice biglandulosis; squamae amenti digitato-incisae dense villoso-ciliatae. ♄. In sylvis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 420 in sylvaticis circa Verlika. Rchb. fl. g. 1055. „Trepetljika.“ Mj.-Apr. . . . . **P. tremula L.**
Observ. variet. β. foliis utrinque sericeo-villosis; amentis cylindrico-attenuatis, est: P. villosa Lang. Rchb. fl. g. 1056, occurritque in sylvis montanis circa Krapinam et Radoboj cum praecedente, sed illa multo rarius.

3 Foliis subtus ramulisque niveo tomentosis, ramulorum terminalium cordatis. omnibus palmato-5-lobis. — Arbor magna speciosa; folia turionum magna angulato-dentata; squamae amenti feminei lanceolatae, apice crenatae ciliatae; stigmata cruciata. ♄. In sylvis humidis planitierum et ad ripas fluviorum hinc inde in Croatia et Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 419 in sylvis et ad aquas circa Vrlika, Knin, Sinj et Narenta. Rcbh. fl. g. 1053. (P. nivea W.; P. major Mill.) Mr.-Apr. . . . . . **P. alba L.**
Foliis subtus ramulisque cinereo-tomentosis, ramulorum terminalium cordato-ovatis indivisis. — Arbor submagna ramis divaricatis, foliis subtus incanis, gemmis canescentibus, squamis amenti feminei apice fissis margine ciliatis; stigmatibus binis flabellato-3—4-partitis. ♄. In sylvis planitierum montiumque editiorum, in Croatia haud rara, sed nec rarior in Slavonia circa Daruvar, Pakrac et Požeg. Ad margines viarum inter Karlovic et Petrovaradinum. (Kan.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1054. (S. alba W, (non L.) Mr.-Apr. . . . . . . **P. canescens Sm.**

4 Foliis triangulari-ovatis basique truncatis; ramis patentibs . . 5
Foliis rhombeis diametro transversali longiore, margine glabris; ramis erectis. — Arbor fastigiato-pyramidalis ramis erectis virgatis. ♄. Ex Oriente adlata, modo ubique culta, sed nonnisi mascula. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 421 ad vias et secus aquas circa Slap, Kerka, Dernis, Knin, Vrlika, Salona et alibi, sed probabiliter olim implantata et modo in defectu fructus turionibus aucta. Rchb. fl. g. 1058. (P. fastigiata Poir.; P. dilatata Ait.; P. italica Mnch.) Mr.-Apr. . . . **P. pyramidalis Rorier**

5 Foliis margine glabris basi truncata serratis. — Arbor magna ramis divaricatio-patentibus, foliis deltoideis diametro longitudinali longiore; antheris purpureis. ♄. In locis humidis et ad ripas fluviorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 422 ad aquas et pagos hinc inde. Rchb. fl. g. 1057. „Jagnjet" Mr.-Apr. . . . . **P. nigra L.**

Foliis margine pubescentibus basique truncata subintegerrimis. — Arbor inter congeneres maxima fastigiato-late diffusa amentis fructiferis moniliformibus, stigmatibus ternis in stylis brevibus cordatis dentatisque. ♄. Ex America boreali adlata, modo hinc inde implantata. Rchb. fl. g. 1059. (P. carolinensis Mnch.) Mr.-Apr. . . . . **P. monilifera Ait.**

Fam. CIV. **Betulineae Rich. Brezovnjače.**

Flores unisexuales monoici amentacei; amenta e bracteis squamaeformibus pedicellatis formata; floris masc. perigonia 3 indivisa vel quadripartita pedicello insidentia; stamina 2 vel 4 in quovis perigonio, (hinc 6—12 in quavis bractea;) floris fem. amentum e bracteis in anthesi sessilibus formatum; perigonium nullum; ovarium 2-loculare loculis uniovulatis; stigmata 2 filiformia; pericarpium indehiscens, compressum membranaceum vel subcoriaceum, interdum lateraliter in alam expansum; semina in quoque loculo solitaria pendula exalbuminosa; radicula ad hilum versa; cotyledones planae. — Koch syn. pl. pag. 760.

Arbores foliis alternis.

Gen. 644. **Betula Tourn. Breza.**

Squamae amenti imbricato-arectae subtrilobae 2—3-florae; amentum floris masc. squamis pedicellatis unnifloris, lobulis 2 sub apice peltiformi, perigonium 3-phyllum pedicello insidens; stamina 6 loculis antherarum filamento bifido disjunctis; floris fem. amentum squamis oblongis basi dilatatis, denique 3-lobis,

basi cuneatis et deciduis 2—3-floris; ovarium 2-loculare; stigmata 2; nux alat a unilocularis monosperma. Koch syn. pl. p. 760; Rchb. fl. g. p. 174, g. 226.

Foliis ovatis rhombeisve junioribus saepe pubescentibus, adultis glabris subtusque in venarum axillis barbatis; nuculis obovatis. — Frutex in alpinis humilis, in declivibus collibusque solo argillaceo non raro arborescens; ramulis petiolisque tomentosis; folia acuta duplicato-serrata; lobus squamarum amenti fructiferi medius oblongus attenuatus et lateralibus duplo-longior. ♄. In sylvis dumetosis virgultisque circa Fuka et Dubrava; in montanis sylvaticis circa Samobor et Krapinam, in sylvis demissis circa Jaska, Draganić et Carolostadium, nec non in illis montis Klek. Rchb. fl. g. 1062. (B. torfacea Schl.; B. odorata Buhst.) Apr.-Mj. . . . . **B. pubescens Ehrh.**

Foliis rhombeo-triangularibus longe acuminatis utrinque glabris; nuculis ellipticis.— Arbor demum excelsa corticis epidermide alba; folia duplicato-serrata; lobi squamarum amenti fructiferi laterales rotundati medio ovato acuminato longiores. ♄. In sylvis planitierum montiumque altiorum in ipsas alpes adscedens, in Croatia et Slavonia vulgatissima. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1065. Apr.-Mj. . . . . **B. alba L.**

Observ. variet. β. ramulis elongatis gracilibus longeque pendulis, est: B. pendula Roth.

Variet. γ. ramulis verruculis resinosis obsitis, est: B. verrucosa Ehrh.

Variet. δ. foliis laciniatis, est: B. laciniata Wahlb.

Omnes hae formae occurrunt hinc inde intermixte cum specie.

Gen. 645. **Alnus Tourn. Jalša. Joha ili Jovina.**

Flores dense imbricati, masculi circa amenta cylindrica penduli bracteis peltatis margine 5 bracteolatis, subtus trifloris; perigonium 4-partitum; stamina 4 lobis perigonii inserta oppositaque; antherae biloculares basifixae; fl. feminei secus amenta oblonga; bracteae subcarnosae; perigonium tetraphyllum ovaria 2 bilocularia biovulata tegens, stamina in utroque bina filiformia; fructus strobilus e bracteis lignescentibus formatus nuculas binas lignosas monospermas foventibus. — Vis. fl. dalm. I. pag. 211, g. 143; Koch syn. pl. pag. 762; Rchb. fl. g. p. 174, g. 227.

Perigonio quadrifido; foliis subrotundis obtusissimis retusis basique cuneatis glabris; nuculis ala membranacea destitutis. — Frutex in arborem insignem excrescens; folia repando-serrata

glutinosa, in axillis venarum subtus villosa, secus glabra; perigonium monophyllum. ♄. In paludosis et ad ripas totius Croatiae et Slavoniae vulgatissima. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 410 in aquosis circa Narenta. Rchb. fl. g. 1068. (Betula Alnus L.; B. glutinosa Hoffm.) Mr.-Apr. . . . . . **A. glutinosa Gaert.**

Perigonio triphyllo; foliis ovatis acutis vel breviter acuminatis argute duplicato-serratis glabris concoloribus; nuculis ala membranacea late cinctis. — Frutex humilis 4—8-pedalis, rarius ultra; foliis subtus venis hirtis signatis. ♄. In declivibus montium circa Samobor, praesertim in pede montis Ošterc. (1862) in sylvis demissis ad Varasdinum, Draganić et Carolostadium; nec minus in convallibus montium Velebit ad Divoselo, Trnava et alibi in provincia Likana et Otočana. Rchb. fl. g. 1066. (Betula Alnobetula Ehrh.; B. viridis Chaix.; B. ovata Schrk.; B. alpina Borkh.) Mr.-Apr. . . . . **A. viridis Tsch.**

Fam. CV **Coniferae Juss. Češernjače.**

Flores unisexuales, masculi amentacei; amentum e bracteis squamaeformibus vel peltatis formatum; antherae bracteis adnatae; stamen unicum, vel plura filamentis in columnam connatis, apice liberis et perigonio basi squamarum amenti insidenti cinctis; fl. fem. amentacei, vel terminales terni, gemini aut solitarii; ovula nuda urceolata apice aperta aut carpello squamaeformi explanato ex axilla bracteae egredienti innata, aut in basi squamarum amenti inserta; (in Ephedra perigonio cincta;) embryo in axe albuminis: cotyledones 2 vel plures verticillatae. Vis. fl. dalm. I. p. 198; Koch syn. pl. p. 763.

Arbores vel frutices resinosi foliis (in nostratis) simplicibus integris acerosis, sparsis oppositis, verticillatis, fasciculatis, rigidis; ut plurimum perenantibus exstipulatis, interdum vaginula basi cinctis, rarissime squamaeformibus.

Trib. I. **Ephedrineae N. ab E.** *Fructu bacciformi ovali e carpidiis binis in involucro demum succulento apice bifido imersis, ovula solitaria erecta apice pertusa et processu styloideo apiculata includentibus, antheris apice rima oblonga dehiscentibus.*

Gen. 646. **Ephedra Tourn. Kostiternica.**

Flores dioici, rarius monoici decussatim squamati; mares ex involucro tubuloso superne bifido et androphoro ejusdem fundo inserto, apice in 2—8 filamenta fisso, antheris totidem bilocularibus; feminei ex amenti squamis binis, supremis connatis, apice liberis, denique carnosis involucrum pervium consti-

tuentibus et carpidiis binis uniovulatis involucro inclusis. Vis. fl. dalm. I. p. 204, g. 135; Koch syn. pl. p. 764; Rchb. fl. g. p. 156, g. 208.

Vaginis articulorum sterilium urceolatis bidentatis auctis. — Fruticulus ramosissimus humilis pallidus; rami oppositi striato-exasperati; vaginae ramorum sterilium albae; amenta brevia subaggregata; antherae bilabiatae 6—8 apici filamenti circumpositae; squamae circa ovaria situatæ demum baccam rubram simulantia. ♄. In rupestribus maritimis litt. cr. circa Segniam et Karlobago. (M. Sabljar.) In iisdem locis Dalmatiae. (Petter. herb. viv. 1852) et Maly enum. pl. aust. p. 77, g. 168, n. 1. Rchb. fl. g. 947. (E. vulgaris Rich.) Apr.-Mj. . **E. distachya L.**

Vaginis etiam articulorum sterilium bipartitis sphacelatis. — Frutex 3—4-pedalis et ultra ramosus ramis subverticillatis oppositisve longissimis; amenta opposita aut aggregata, mascula subsessilia, feminea pedunculata; flores flavidi, filamenta elongata longeque exserta; anterae biporosae; fructus insignis, ruber, squamae interiores connatae. ♄. Vis. fl. dalm. 399 ad scopulos, muros et in locis rupestribus totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 948. (E. fragilis Desf.) Apr.-Mj. . . . . . **E. major Host.**

Trib. II. **Taxineae Rich.** *Fructu drupaceo e semine unico nuciformi erecto apice pertuso et involucro carnoso cupulaeformi apice perforato laxe circumdato; antheris subtus longitudinaliter dehiscentibus.*

Gen. 647. **Taxus Tourn. Tisa.**

Flores dioici axillares imbricato-squamati; mares e staminibus pluribus apici axis amenti subglobosi insertis, filamentis brevissimis, antheris peltatis 3—8-locularibus; flores fem. e disco annuliformi demum in capsulam carnosam apertam increscente et ovulo unico sessili in disco incluso, apici amenti gemmiformis uniflori insidentes. Vis. fl. dalm. I. p. 205, g. 136; Koch syn. pl. p. 764; Rchb. fl. g. p. 156, g. 209.

Foliis distichis approximatis linearibus planis coriaceis; floribus sessilibus; fructibus globosis laete rubris. — Fructex arborescens non raro 30—40-pedalis ramis subverticillatis. ♄. In sylvis montanis et subalpinis, veluti ad Vratno prope Kalnik, in asperis sylvaticis tractus montium Ivanščica; in sylvis montosis ad Zagrabiam, Samobor; in monte Klek et in sylvaticis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 400 in sylvaticis Paklenica et Monte Santo in montibus Velebit. Rchb. fl. g. 949. (T. baccifera Host.) Mr.-Mj. . . . . **T. baccata L.**

Trib. III. **Cupressineae Rich.** *Fructu strobilaceo subrotundo squamis (carpidiis) peltatis arcte stipatis lignosis, vel connatis carnosis, seminibus in earundem basi erectis saepissime apteris; antheris rima longitudinali dehiscentibus.*

Gen. 648. **Cupressus Tourn. Čepris ili Čempres.**

Flores monoici; mares ex antheris 4 bracteae squamaeformis basi adnatis et secus amenti elliptici axim digestis; fl. feminei ex ovulis 8 aut pluribus erectis pertusis in basi bractearum superiorum amenti gemmacei brevis ovaria squamaeformia patentia constituentium; strobilus subrotundus squamis (carpidiis) peltatis coriaceo-lignosis margine sibi contiguis arcte clausus, demum dehiscens; semina plura angulata carpidii basi insidentia. Vis. fl. dalm. I. p. 201, g. 133; Koch syn. pl. p. 764; Rchb. fl. g. p. 161, g. 215.

Ramulis strictis apice quadrangulis. — Arbor procera sempervirens foliis quadrifariam imbricatis obtusis adpressis convexis; strobili subglobosi squamis umbonatis muticis. ♄. Vis. fl. dalm. 393 in tota Dalmatia littorali, et praecipue circa Ossero, Spalato, Orebić, Ragusa, Castelnuovo, olim inplantata, modo indigena et quasi spontanea. Rchb. fl. g. 976. Febr.-Mr.
S. sempervirens L.

Ramulis patulis apice quadrangulis. — Praecedenti persimilis et nonnisi directione ramorum ramulorumque diversa. ♄. Ex Oriente adlata modo hinc inde in Dalmatia culta. Rchb. fl. g. 977. Febr.-Mr. . . . . **C. horizontalis Mill.**

Gen. 649. **Thuja Tourn. Klek ili Smrekuša.**

Flores monoici; mares antheris 4 in squama sessilibus; in fl. femineis squamae biflorae; ovarium demum nux circumalata; strobilus laxus siccus squamis imbricatis. Rchb. fl. g. p. 161, g. 216.

1 Ramulis complanatis; foliis quadrifariam imbricatis ovato-rhombeis 2
Ramulis compressis; foliis quadrifariam imbricatis exacte ovatis basique tuberculatis. — Arbor excelsa ramis divaricato-adscendentibus. ♄. Ex America boreali adlata, modo hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 980. (Cupressus thuoides L.) Mj.-In.
Th. sphaeroidea Rich.

2 Foliis adpressis nudis tuberculatisque; strobilis obovatis, squamis interioribus truncatis infra apicem gibbosis. — Frutex ramosissimus 10—12-pedalis, rarius ultra, ramulis incrassatis. ♄. Ex America boreali adlatus, modo frequentissime in hortis cultus. Rchb. fl. g. 978. Mj.-In. . . . . **Th. occidentalis L.**

Foliis medio sulcatis; strobilis ellipticis, squamis interioribus obtusis infra apicem mucronatis. — Frutex praecedenti persimilis, sed praeter notas praecitatas etiam ramulis multo tenuioribus ab illo diversus. ♄. E China adlatus et modo frequenter in hortis cultus. Rchb. fl. g. 979. Mj.-In. . . . . **Th. orientalis L.**

Gen. 650. **Juniperus L. Borovica. Smrieka. Smrik ili Smrić.**

Flores dioici, masculi amentacei, antherae 4—7, uniloculares ad marginem inferiorem squamae ovatae v peltatae insertae; fl feminei terni terminales involucro carnoso trifido e squamis tribus amenti connatis formato cincti, liberi erectique; strobilus globosus baccaeformis ex carpidiis auctis carnosis connatis, indehiscens; semina 3 subtriquetra foveolis 5 glanduliferis exarata testaque ossea nucumentacea praedita. — Vis. fl. dalm I. p 206, g. 134; Koch syr. pl. p. 764; Rchb. fl. g. p. 161, g. 217.

1 Foliis arcte imbricatis 2

Foliis ternis patentibus pungentibusque 3

2 Foliis sexfariam-imbricatis breviter ovatis obtusiusculis, dorso sulco impressis; baccis (strobilis) rubris patentibus. — Frutex ramosus foliis convexo-concavis ternis sexfariam-, aut oppositis et tunc quadrifariam-imbricatis; fructus globosi, non raro nucis avellanæ magnitudinis, nitidi. ♄. In locis asperis apricis alpis Sveto-brdo, secus in Croatia et Slavonia frequenter in hortis culta. Vis. fl. dalm. 347 in collibus locisque apricis saxosis totius Dalmatiae littoralis et insularis ab Ossero ad Ragusam usque. Rchb. fl. g. 985. Mr.-Apr. . . . . **J. phoenicea L.**

Foliis quadrifariam - imbricatis brevissimis ovato-rhombeis acutis, dorso medio glandula exstante oblonga notatis; baccis (strobilis) atro-caeruleis pruinosis et pedunculo recurvo patentibus. — Frutex ramosissimus ramis divaricatis; folia quadrifaria rhombea, rarius lanceolata acuminata patula decurrentia et plus minus remota. ♄. In sylvis subalpinis tractus montium Velebit, praesertim in illis montis Crno-pas; teste clariss. Klingg. in sylvis ad Samobor, sed a nobis in illis nec dum visa; secus in Croatia et Slavonia nonnisi culta. Vis. fl. dalm. 398 ad pedem montium Velebit in sylva Paklenica et ad pedem montis Biokovo. Rchb. fl. g. 984, Apr.-Mj. . . . . **J. Sabina L.**

3 Fructibus (strobilis) maturis coccineis caesio-pruinosis et tandem rore detrito nitidis rufoque coccineis; foliis supra planiusculis

glauco-bilineatis, a basi ad apicem usque uninervibus, subtus costa acuta convexa carinatis 4

Fructibus maturis atris caesio-pruinosis; foliis supra planiusculis glaucis, subtus costa obtusa carinatis 5

4 Baccis (strobilis) globosis, maturis nitidis folium non attingentibus. — Frutex ramosissimus: folia laxa linearia cuspidata, supra planiuscula glauco-bilineata, a basi ad apicem uninervia, subtus costa acuta convexa carinata. ♄. In locis saxosis litoralis cr. a Flumine usque Karlobago haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 395 var. β. in locis saxosis collinis totius Dalmatiae frequentissima. „Smrić“: fructus „Smrika“. Rchb. fl. g. 984. Apr.-Mj. **J. Oxycedrus Koch.**

Baccis ovatis globosisve pruinosis folium aequantibus aut ipso plane longioribus. — Frutex ramosissimus ramis patentissimis, foliis lanceolato-linearibus, supra bisulcatis, subtus acute carinatis. — Differt ab Oxycedro praesertim baccis multo majoribus maturis rubro-fuscis. ♄. In asperis apricis litt. cr. praecedente frequentior. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. var. α. intermixte cum priori. „Pucalika.“ Apr.-Mj. . . . . . . **J. macrocarpa Koch.**

5 Foliis patentissimis lineari-subulatis; baccis ovatis globosisque folio duplo triplove brevioribus. — Fruticosa erecta ramis patentissimis; folia sola basi uninervia. ♄. In collibus, ericetis et sylvis tam siccis quam humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 394 in Dalmatia rarissima, in asperis circa Miočić prope Derniš. Rchb. fl. g. 982. Mr.-Mj. **J. communis L.**

Foliis incurvatis lanceolato-linearibus; baccis ovalibus folium subaequantibus. — Fruticulus humilis decumbens ramis prostratis; folia exacte enervia. ♄. In locis rupestribus in alpinis et subalpinis, veluti in alpe Plieśivica, Visočica et Debelo-brdo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 396 in summis jugis montis Ossero, Velebit, Dinara et Biokovo. Rchb. fl. g. 981. (J. sibirica Burgsd.) Iu.-Il. . . . . **J. nana L.**

Trib. IV. **Abietinae Rich.** *Fructu strobilaceo conico squamis (carpidiis) oblongis imbricatis lignosis, seminibus in earumdem basi inversis, saepissime alatis; antheris apice cristatis, longitudinaliter, raro transverse dehiscentibus.*

Gen. 651. **Larix Tourn. Ariš.**

Flores monoici, fl. masc. amenta solitaria; antherae biloculares; fl. fem. squamae strobili tenues persistentes, laevigatae; ovaria bina; alae seminum persistentes; cotyledones binae oppositae. (Folia decidua tenuia.) — Rchb. fl. g. pag 158, g. 212.

Foliis fasciculatis planis subcanaliculatis deciduis ramulorum hornotinorum solitariis; strobilis ovatis erectis, squamis obtusissimis, apice laxis laceris. — Arbor excelsa 60—80-pedalis et ultra, elegans; filamenta plurima inferne connata; antherae oblongae; squamae strobili feminei purpurascentes linea viridi in apicem squamae producta notatae. ♄. In sylvis montanis ad Trakoštjan, frequentius in sylvis alpinis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 961. (Pinus Larix L.; Albies Larix Rich.) Mj.-In. . . . . **L. europaea DC.**

Gen. 652. **Abies Tourn. Jela; Omorika.**

Flores monoici; masculi amentis solitariis antherisque bilocularibus; feminei sqamis strobili tenuibus laevigatis, ovariis binis; cotyledonibus verticillatis. — (Folia perennantia rigida solitaria.) Rchb. fl. g. p. 159, g. 213.

Foliis distichis emarginatis subtus albo-bilineatis; strobilis erectis. — Arbor excelsa 160—180-pedalis cortice albido; folia pectinatim disposita plana obtusa; strobili oblongi sessiles folio multo longiores squamis obovato-dilatatis obtusissimis adpressis bracteolantibus apiceque acuto reflexis; semen ala sua dolabriformi duplo longius latiusque. ♄. In sylvis montium altiorum in regiones alpinas adscendens, veluti in cacumine tractus montium Ivanšćica, illorum circa Trakoštjan sylvae „Macel", nec minus in montibus Zagrabiensibus; frequentius in illis Croatiae australis tractusque montium Velebit. Syll. fl. cr. In Slavonia multo rarius et nonnisi solitarie inter Fagos circa Vučin, Zvečevo et in monte Papuk, in Ograšovičko-brdo, Lissa et Gradina; (Kan.) frequentius in sylvis montanis ad Daruvar. Vis. fl. dalm. 392 in sylvis montium Velebit et Biokovo. „Omora ili Omorika". Rchb. fl. g. 963. (A. vulgaris Poir.; Pinus Picea L.; P. Abies Du Roj.) Mj.-In. . . . . **A. pectinata DC.**

Foliis sparsis compressis subtetragonis mucronatis utrinque viridibus; strobilis pendulis. — Arbor insignis 160—190-pedalis vel plane ultra cortice fuscescente, ramis patentibus, demum de-

clinatis; fo.ia brevissima conferta; amenta mascula solitaria vel bina opposita crassa cylindrica. ♄. In sylvis montanis, subalpinis alpinisque Croatiae praecedente frequentior. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis altioribus dominii Daruvar. (1846 et 1865.) „Jela.“ (Pin. Picea Du Roj (non L.); Picea excelsa Lk.) Mj.-In. . . . . **A. excelsa Poir.**

Gen. 653. **Pinus L. Bor. Smrok.**

Flores monoici, mares amentis racemoso-aggregatis fasciculatisve terminalibus, antherisque bilocularibus; feminei squamis strobili crassis, gibbosis, ovariis binis, seminibus plerumque jam a basi in alam membranaceam productis; cotyledonibus verticillatis. (Folia bina terna aut quina fasciculata.) — Rchb. fl. g. pag. 159, g. 214.

1 Foliis nonnisi geminis ex eadem vagina; seminibus evidenter alatis 2
Foliis quaternis quinisve ex eadem vagina; seminibus exacte exalatis 7

2 Ala semine suo duplo aut plane triplo longiore 3
Ala semine suo triplo breviore. — Arbor insignis altitudinis, fastigiata; folia rigida, 2—3 pollices longa plano-convexa; strobili lucidi maximi, 2—4-pollicares abreviati et 3—4-pollices lati pedunculati, demum reflexi, ovato-subrotundi obtusi; folia glauca; squamae fulcrantes ovato-lanceolatae attenuato-acuminatae, dense fimbriatae fimbriis basi fuscis marginem versus dilutioribus liberisque; pelta squamarum strobili valde exserta, plica transversa inermi vix prominula signata; ala seminis maximi durique apice oblique truncata. ♄. Vis. fl. dalm. 389 in sylvis ruris Coritti in insula Meleda; secus hinc inde ob semina edulia culta. „Pinjol.“ Rchb. fl. g. 972. (P. sativa Blackw.) Mj.-In. . . . . **P. Pinea L.**

3 Strobilis nitidis, hornotinis in pedunculo recto strobilo ipso dimidio breviore erectis; foliis saturate viridibus 4
Strobilis opacis, hornotinis in pedunculo uncinato longitudine ipsius strobili ad terram deflexis; foliis glaucis. — Arbor insignis 80—120-pedalis, ramis adultis infra nudis; folia sesquipollicaria et ultra, subtus fere canaliculata, supra convexa tenuissime serrulata; squamae fulcrantes lanceolato-subulatae albo marginatae apiceque albae fimbriatae fimbriis arachnoideo-connexis ramulumque novellum laxe involventibus; strobili virginei termi-

nales, maturi conici minusque recurvi folium subaequantes; pelta squamarum strobili truncata exserte umbonata, plica inermi prominula; semen ala sua obverse dolabriformi triplo brevius. ♄. In planitiebus montibuque humilioribus solo argilloso vel arenoso in Croatia et Slavonia haud rara. Syll. fl. cr. - Vis. fl. dalm. 387 in sylvis montium Velebit et in insula Crappano. „Bor, Smrok.“ Rchb. fl. g. 964. (P. Mughus Jaq.) Mj.-In.

P. sylvestris L.

4 Strobilis maturis brevissime pedunculatis vel plane sessilibus patulis erectisve 5

Strobilis maturis evidenter pedunculatis reflexis ovato-conicis folium subaequantibus. — Arbor trunco erecto, folia tenuiter filiformia saepe longissima illisque P. Strobus L. persimilia; strobili parvi ex ovato acuminati squamis laevibus obtusis umbilicato-deplanis, pelta plicaque inermi parum prominulis; semen ala sua dolabriformi triplo brevius. ♄. Vis. fl. dalm. 390 in maritimis insularum Crappano, Brazza, Lesina, Curzola et Lissa, nec minus ad oram continentis prope Makarska, Ragusa et Cattaro. „Bieli Bor ili Sosna.“ Rchb. fl. g. 973. (P. maritima Lamb.) Mj.-In.

P. halepensis L.

5 Arbor trunco mediocri erecto aut plane excelso; fimbriis squamarum fulcrantium liberis; pedunculis strobilorum hornotinorum strobilo ipso multo-brevioribus, strobilis maturis plane sessilibus patentibusque 6

Frutex trunco depresso ramosissimo ramis tortuosis ramulis interplexis; fimbriis squamarum fulcrantium arachnoideo-connexis; pedunculis strobilorum hornotinorum ipso strobilo dimidio brevioribus, strobilis maturis deflexis — Truncus prostratus jam ad radicem ramosissimus ramis aliis terrae adpressis, aliis adscendentibus; folia rigida saturate viridia abbreviata, dorso convexa, facie plana, margine scabra apiceque obtusa; squamae fulcrantes lanceolato-subulatae, superne albo marginatae, apice albae fimbriatae fimbriis ramulum novellum laxe involventibus; strobili virginei gemminati, terminales erecti et altero anno ad latus inclinati vernicoso-nitidi, ovati obtusi folioque subsesquilongi; squamarum pelta vix exserta, plica aucta inermi prominula; ala seminis obverse dolabriformis apice rotundata semineque duplo longior. ♄. In alpinis subalpinisque tractus montium Velebit, nec minus in alpe Pliešivica et in subalpinis montis Risnjak.

Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 391 in cacuminibus montium Velebit et Dinara. „Klenovina ili Kosodrvina." Rchb. fl. g. 968. (P. Pumilio Haenke.) Mj.-In. . . . . **P. Mughus Scop.**

6 Amentis masculis oblongis; strobilis ovato-conicis; foliis margine asperis viridibus. — Arbor mediocris ramosa ramis divergentibus; folia 3—4-pollicaria longe vaginata; pelta squamarum strobili valde exserta, plica transversa prominula apice mucronata, infimarum retroflexa; semen ala sua obverse dolabriformi apiceque rotundata duplo brevius. ♄. Vis. fl. dalm. 386 in sylvaticis insularum omnium, sed praesertim in illis insulae Brazza, Lesina et Curzola. „Crni Bor." Rchb. fl. g. 970. (P. maritima Lam.) Mj.-In. . . . . **P. Pinaster Ait.**

Amentis masculis demum longissimis verticillato-fasciculatis; foliis rigidis atro-viridibus. — Arbor erecta; folia dorso convexa, facie plana et margine donticulis minimis exasperata, 3—4-pollicaria; squamae fulcrantes lanceolato-subulatae late albo marginatae apiceque albae, fimbriatae; strobili hornotini erecti, maturi conici aut ovato-subrotundi; peltae squamarum strobili convexae; semen ala sua triplo brevius; crista antherarum subrotunda convexa dense arguteque denticulata, subdiaphana medio obscurior. ♄. In sylvis montanis totius littoralis cr., nec minus in sylvis elatioribus ad Karolostadium. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 388 in sylvaticis insularum Cherso, Brazza et Lesina. „Bor." Rchb. fl. g. 971. (P. austriaca Rchb.; P. maritima Koch.; P. nigricans Host.) Mj.-In. . . . . **P. Laricio Poir.**

7 Strobilis ovatis obtusis; squamis strobili pubescentibus adpressis ovalibus concavis apiculatis scutoque destititis, apice patulis; seminibus apteris. — Arbor insignis erecta ramosa ramis patentibus; cortice toroso, ramulorum ferugineo-tomentoso; folia quina, rarius terna acuta pallide viridia, denique vagina delapsa basi nuda, supra plana, subtus carinata, margine denticulis minimis exasperata; amenta mascula ad ramulorum apicem conferta oblonga demum cylindrica rubella; squamae fulcrantes ovato-lanceolatae subulato-attenuatae, albo marginatae, parce fimbriatae fimbriis liberis. ♄. In cacuminibus montium ad Čubar. (Klinggr.) secus hinc inde in hortis culta. „Limba." Rchb. fl. g. 975. Mj.-In. . . . . **P. Cembra L.**

Strobilis cylindricis folio longioribus, laxis. — Arbor speciosa cortice laevigato cinerascente nitidiusculo; rami divaricati, paten-

tes; folia tenuia filiformia triquetra longissima, saepius 4—5-pollicaria, mollia; semina ala angustissima cincta. ♄. Ex America boreali adlata, modo in hortis frequentissime culta. „Borovac.“ Rchb. fl. g. 974. Mj.-In. . . . . . . **P. Strobus L.**

Observatio. Pinus sylvestris L. et forma erecta P. Mughus Scop. saepius confunduntur, licet facillime distingui possent. — Etenim P. sylvestris habet folia glauca strobilosque novellos trimestres semestresve in pedunculo longo uncinato penduloque ad terram recurvatos; qua nota ab omnibus Pini speciebus nostratis constanter distinguitur. — P. Mughus e contra habet folia gramineo-viridia strobilosque hornotinos in pedunculo breviore erectos, vel parum obliquos, sed nunquam recurvatos.

Pinaster Ait. distinguitur ab omnibus nostratis primo intuitu squamis strobili infimis laxis, pelta valde exserta, plica transversa insigniter prominula, apice mucronata imarumque retroflexa.

Jam ex ipsis gemmis distingui possunt Pini species fere omnes. — Pini sylvestris gemmae sunt per aestatem et usque ad ipsarum evolutionem in subsequente vere oblongo-ovatae, a medio sensim angustatæ. P. Mughus autem habet gemmas ovato- vel oblongo-cylindricas, breviter acutas vel obtusas. — Ab his facile distinguitur P. Laricio gemmis in longum rostrum acuminatis et P. Pinea ab omnibus nostratis gemmis apice squarosis, squamis scilicet superioribus a medio patentibus vel recurvatis.

Ordo II. **Monochlamideae symphysogynae.**

i. e. pl. incompletiflorae ovario infero seu perigonio adnato

A. Flores masculi semper amentacei,

feminei saepe solitarii vel congesti.

Subordo I. *Ovarium uni- vel multiloculare loculis biovulatis, ovulis pendulis.*

Fam. CVI. **Cupuliferae Rich. Zdieličarke.**

Flores monoici, masculi amentacei amento cylindrico vel subrotundo e bracteis (squamis) composito; perigonium vel nullum, vel 4—6-fidum; stamina 5—20 imo et plura perigonio vel bracteae inserta antheris bilocularibus birimosis; flores feminei solitarii vel plures aggregati, vel spicati; perigonium ovario adnatum limbo denticulato saepe evanescente; ovarium 2—6-loculare loculis 1—2-ovulatis ovulis pendulis; stigmata 2—6 basi saepe connata, involucrum varium

post anthesin excrescens, pericarpia obtegens vel fovens saepiusque fructum spurium referens; nux abortu unilocularis monosperma; semen axalbuminosum; embryo rectus, radicula hilum spectans. — Koch syn. pl. p. 735.

Arbores vel frutices ramosissimi foliis simplicibus plerumque alternis dentatis lobatisve; stipulis liberis deciduis.

Gen. 654. **Fagus Tourn. Bukva.**

Flores in amentis subglobosis pedunculatis; mares perigonio campanulato 5--6-fido; stamina 8—15 basi perigonii inserta antherarum loculis connectivo crasso conjunctis basifixis; fl. feminei solitarii aut involucro subquadrifido bifloro, perigonio conico in limbum superum laciniatum producto ovarium 3-loculare 6-ovulatum stylosque 3 stigmate laterali praeditos obducente; fructus ex involucro sublignoso demum quadrivalvi nuculas binas uniloculares monospermas acute triquetras includente; — Vis. fl. dalm I. p 206, g. 137; Koch syn. pl. pag. 736; Rchb. fl. g. p. 176, g. 322.

Foliis ovatis nitidis glabris margine pubescentibus ciliatisve subundulatis repandis. — Arbor excela; folia juniora ciliata; perigonium floris masculi externe villosum 5—6-fidum laciniis acutis; filamenta exserta; fl. feminei insident pedunculo crasso rigido villoso et cinguntur involucro in lacinias 4 obtusas concavas diviso, nuces involucro coriaceo muricatoque inlusae. ♄. In sylvis montanis totius Croatiae et Slavoniae copiosissima in regiones subalpinas ultra 4000 pedum adscendens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 401 in sylvis montium Velebit, Svilaja et Biokovo. Rchb. fl. g. 1076. Apr.-Mj. . . . . . **F. sylvatica L.**

Gen. 655. **Castanea Tourn. Kostanj ili Kesten.**

Flores masculi secus amenta filiformia laxe erecta glomerati perigonio 6-partito, staminibus 8—15 ejus basi insertis, antheris bilocularibus dorso affixis connectivo obsoleto; fl. feminei subglobosi gemmiformes involucro campanulato subtrifloro, perigonio infundibuliformi, limbo 5—8-fido supero ovariumque 3--6-loculare, 6—12-ovulatum vestiente, stylo brevissimo, stigmatibus 3—6 setiformibus; fructus ex involucro sublignoso demum quadrivalvi nuculas 1—3 magnas uniloculares monospermas plano-convexas fovente. — Vis. fl. dalm. I. p. 207, g. 138; Koch syn. pl. p. 736; Rchb. fl. g. p. 176, g. 233.

Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis mucronato-serratis utrinque glabris. — Arbor insignis, speciosa ramosissima ramis diffuso-arectis; singulus flos masculus stipatur bractea lata margine glandulis inspersa; perigonium membranaceum pubescens ciliatumque, femineum demum induratum et in capsulam spinis ri-

gidis ramosis echinatis exasperatum semina includentem auctum. ♄. In sylvis montanis Croatiae et Slavoniae copiosissima et vulgatissima sylvasque extensas constituens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 402 in insulis circa Zara et in insula Solta sylvulam constituit loco propterea Kostajnca dicto et supra Stolivo in Canali di Cattaro. Rchb. fl. g. 1077. (C. sativa C. Bauh.; C. vulgaris Lam.; Fagus Castanea L.) Mj.-In. . . **C. vesca Gaert.**

Gen. 656. **Quercus L. Hrast. Dub.**

Flores masculi secus amenta filiformia laxa pendula glomerati perigonio 6--8-partito ciliato, staminibus 6—10 ejus basi insertis, antheris bilocularibus basi fixis; fl. feminei subglobosi gemmiformes bracteis et involucro unifloro in capsulam connatis; perigonium limbo supero 6-fido aut denticulato; ovarium 3-loculare 6-ovulatum stylum brevissimum et stigma 3-lobum basi excipiens; fructus glans cupulae extus squamosae basi sua immersus. — Vis. fl. dalm. I. pag. 207, g. 138; Koch syn. pl. p. 736; Rchb. fl. g. p. 176, g 234.

1 Foliis persistentibus semperque virentibus 2
Foliis marcescentibus omnique anno deciduis 4
2 Foliis integerrimis aut mucronato-serratis, subtus incanis pubescentibus tomentosisve 3
Foliis ovatis spinoso-dentatis utrinque glabris. — Arbor mediocris ramosissima; folia basi cordata coriacea mucronata; fructus racemosi secus amenti rachim sessiles; cupulae squamis patulis. ♄. Vis. fl. dalm. 405 in sylvis insularum Cherso, Ossero circa Novesine et Sabioncello. Rchb. fl. g. 1081. (Q. coccigera Host.) Mj.-In. . . . . **Q. coccifera L.**
Observ. In hac arbore hospitatur et vescitur Coccus Ilicis, qui siccatus est Kermes vegetabile pharmacopaearum, seu Coccinella tinctorum.
3 Cortice integro; glandibus ovatis in racemos digestis; cupulae squamis brevibus adpressis canescentibus. — Arbor mediocris, in siccis asperis nonnisi frutex; ramosissima. ♄. In asperis litt. cr. circa Flumen, Bukari et Segniam, sed rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 406 tam in continente, quam in insulis totius Dalmaciae vulgatissima. „Češmina, Carnika, Svida." Rchb. fl. g. 1078. (Ilex coccigera Blackw.; Q. Alzina Lapp. Apr. **Q. Ilex L.**
Cortice rimoso-fungoso. — Secus nulla alia nota a praecedenti diversa, cujus nonnisi varietas esse videtur. ♄. Vis. fl. dalm. 406

v. β. cum praecedente in collibus asperis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1079. Apr. . . . . **Q. Suber !** .

4 Squamis cupulae abbreviatis, adpressisque; lobis foliorum obtusis inermibus 5

Squamis cupulae elongatis lineari-subulatis apice contortis patentibusque. — Arbor procera ramosissima; folia oblonga obtusa sinuata aut pinnatifida subtus pubescentia lobis late lanceolatis subunidentatis, fructubis sessilibus. ♄. In montanis sylvaticis inter alias Quercuum species in Croatia, praecipuè in Zagoria; et Slavonia haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 405 in sylvis montium Velebit, circa Kruppa prope Obbrovazzo, supra Verlika, in monte Visočnica et alibi in ditione Spalatensi. „Sladun, Cer, lignum Cerovina." Rchb. fl. g. 1087. (Q. Aegilops All. (non L.) Q. crinita Lam.) Mj. . . . . **Q. Cerris L.**

Obs. var. β. foliis oblongis laevissime sinuatis basi angustatis, lobis brevissimis ovatis acutis integerrimis, est: Q. austriaca W. — Praecedenti persimilis quo ad fructuum habitum, differt tamen affatim characteribus praecitatis.

5 Foliis vernantibus tomentosis, adultis subtus pubescentibus vel denique glabrescentibus sinuato-lobatis pinnatifidisve, lobis obtusis integris vel obtuse 1—2-angulatis 6

Foliis utrinque nudis lobatis, lobis rotundato obtusis muticis . 7

6 Foliis obovatis basi emarginatis vel in petiolum productis ramulis petiolisque pubescentibus; fructibus axillaribus subsessilibus; squamis cupularum brevissimis pubescentibus glabrisve. — Arbor caeteris humilior, sed ramosissima ramis divaricato-patentissimis; fructibus sessilibus squamis cupulae arcte adpressis brevissimisque. ♄. In collibus montibusque sylvaticis, veluti ad rupes Kalnikenses; circa Toplikam, Ljubeščicam, in montibus Zagrabiensibus, circa Samobor et alibi in collibus montibusque apricis asperis Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 404 in sylvaticis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 1082. (Q. faginea Rohr.; Q. collina Schl.; Q. lanuginosa Thuill.) Mj.

Q. pubescens W.

Observ. variet. β. Foliis obovato-oblongis lobatis lobis obtusissimis, rotundatis, subtus argenteo-tomentosis, subsericeis, est: Q. argentea Heuffel occurritque in asperis montanis veluti ad rupes Kalnikenses.

Foliis obovato-cordatis basin versus angustatis profunde lobatis aut pinnatifidis, laciniis margine lobato-dentatis utrinque scabris, subtus incanis; fructibus in ramulis tomentosis terminalibus aggregatis sessilibus, squamis cupaulrum obtusis evidenter villosis aut plane lanuginosis. — Arbor procera ramosissima ramis patentibus saepe oppositis ternisve; cortex rimosus; junior nigrocinerascens, hornus in ramulis angulatis cinereo-fuscis tomentosus; folia ad 4 $^1/_5$—5 pollices longa, tres et ultra lata, versus basin cordatam angustata, supra subnuda scabriuscula, subtus tomentosa, pinnatifida laciniis obtusis, longioribus postice sinuato-lobatis, reliquis integerrimis; petioli brevissimi tomentosi; fructus aggregati in apice ramulorum sessiles; squamae cupularum oblongae arcte adpressae; squamae gemmarum lineares longiusculae. ♄. In comitatu Požegano inter Poreč et Kula; circa Kutjevo, inter hunc pagum et Gradištje et hic praesertim ad rudera vetustae arcis. (Kit. iter slav. 1808), nec minus in comitatu Syrmiensi in montanis sylvaticis. (Kan.) (Q. Budajana Heuffel.) Mj. . . . . **Q. conferta Kit.**

Observ. var. β. foliis longius petiolatis, petiolis puberulis, undulato-lobatis lobis integerrimis; fructibus in apice ramulorum binis ternisve, glandibus abbreviatis parvis edulibus, est: Q. Streimii Heuffel occurritque in sylvaticis ad arcem vetustam Grebovo et alibi in montanis collinisque comitatus Syrmiensis. (D. Streim in litteris.)

7 Pedunculis petiolo multoties longioribus 8

Pedunculis brevissimis petiolum vix aequantibus. — Arbor excelsa ramosissima ramis divaricatis; folia oblonga petiolata glabra basi emarginata vel in petiolum protracta sinuato-lobata lobis rotundato-obtutis muticis; racemi masculi numerosi; singulus pedunculus floris masculi emergit ex axilla squamae oblongae membranaceae; stamina 6—10, stigmata sessilia; fructus oblongi subsessiles; saepius aggregati; squamae cupularum adpresae glabrae. ♄. In sylvis planitierum montiumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. „Rast.“ Rchb. fl. g. 1086. (Q. sessilis Ehrh.; Q. Robur Roth.) Apr.-Mj. . . **Q. sessiliflora Sm.**

8 Glandibus oblongis cupulas suas ter quaterve superantibus; foliis subsessilibus oblongo-obovatis basi profunde emarginatis glabris. — Arbor insignis ramosa ramis divergentibus patulisque; folia sinuata aut pinnatifida glabra lobis apice rotundatis muticis;

flores masculi distantes in amentum laxum collecti; stamina 4—7; flores feminei affixi pedunculo longo squama terminato; stigmata 2—3 reflexa; squamae cupularum brevissimae adpressae. ♄. In iisdem locis ac praecedens in Croatia et Slavonia vulgatissima. Syll. fl. cr. „Lužnjak." Vis. fl. dalm. 403 in sylvis totius Dalmatiae. „Dub." Rchb. fl. g. 1085. (Q. femina Roth.; Q. racemosa Lam.; Q. intermedia Bungh.; Q. Robur Sm.) Mj.-In. **Q. pedunculata Ehrh.**

Glandibus parvis ovatis abbreviatis cupula sua vix sesquilongis apice umbonatis; foliis breviter petiolatis obovatis basin versus angustatis ibidemque inaequaliter sinuato-cordatis discoloribus. — Arbor excelsa ramosa ramis divaricatis; folia amorpha supra laete viridia, subtus pallidiora; fructus in pedunculo longissimo filiformi alternantes, rarius oppositi, in formam racemi laxi dispositi, multoque minores, praesertim breviores, ac praecedentis: squamae cupularum apiculatae fuscescentes dorso convexae puberulae arcte adpressae. ♄. In sylvis planitierum, rarius in colles adscendens, veluti in sylvis Čret, Podolci, Marinić, Lokva pone Castellum Lovrečina. (1867) Mj.-Il. **Q. filipendula Schloss. et Vuk.**

Gen. 657. Corylus Tourn Lieska

Flores masculi secus amenta cylindrica demum pendula dense imbricati perigonio squamis binis subtus invicemque connatis; staminibus 8 squamis inferne insertis, antheris unilocularibus supra basin affixis, apice setosis; feminei gemmiformes; involucri 1—2-flori foliolis 2—3 laceris; limbo perigonii ovarium 2-loculare 2-ovulatum vestientis supero minimo denticulato, stigmatibus binis filiformibus exsertis; pericarpium immaturum spongioso-farctum biovulatum perigonio minutissimo coronatum; nuces inter involucra magna foliacea basi tubulosa apice lacera solitariae, maturae monospermae. Vis. fl. dalm. I. p. 109, g. 140; Koch syn. pl. p. 738; Rchb. fl. g. p. 175, g. 231.

1 Involucro fructus simplici; foliis subrotundis cordatis acuminatis 2
Involucro fructus patentissimo duplici, exteriore multipartito, interiore 3-partito laciniis palmatis. — Arbor insignis; amenta mascula longe pedunculata aggregata squamis trifidis, lacinia media latiore laterales tegente terminata mucrone brevi deciduoque; antherae punctatae; stipulae lanceolatae acuminatae; nuces abbreviatae. ♄. In vineis et ad sepes comitatus Syrmiensis. (Kan.) Rchb. fl. g. 1075. Apr.-Mj. . . . . **C. Colurna L.**

2 Involucro fructus campanulato apice patulo lacero-dentato; nucibus ovatis. — Frutex non raro arborescens; stipulae oblongae obtusae; amenta masculina breviter pedunculata squamis cuneiformibus pubescentibus superne inflexis trifidis lacinia intermedia dilatata. ♄. In sylvis et dumetis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 406 ad sepes et in sylvaticis totius Dalmatiae. nec minus in insulis Lesina et Brazza. „Jegra, Jezgarica.“ Rchb. fl. g. 1073. Feb.-Mr. . . . . . **C. Avellana L.**

Involucro fructus tubuloso-cylindrico apice coarctato inciso-dentato; nuce oblongo-ovali aut plane-cylindrica. — Frutex præcedente gracilior rarius arborescens, folia tenuiora; nuces tenuiores rubentes aut purpurascentes omni obtutu graciliores ac praecedentis. ♄. Hinc inde ad sepes olim implantata et modo non raro quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 1074. (C. rubra Borkh.; C. maxima Du Roj.) Apr.-Mj. **C. tubulosa L.**

Gen. 658. **Carpinus Tourn. Grab.**

Flores masculi secus amenta cylindrica patula dense imbricati ebracteati squamis ovatis; stamina 6—16 in basi squamae insertae antheris bilocularibus loculis disjunctis; flores feminei secus amenta laxa erecta dispositi bracteis deciduis, squamis ternis bifloris, exteriore decidua, interioribus bifidis vel angulatis persistentibus in fructu valde auctis; ovarium perigonio 6-dentato coronatum biloculare loculis uniovulatis; stigmata 2; fructus strobiliformis ex squamis faliaceis nuculas totidem costatas monospermas cingentibus et in racemum pendulum laxe digestis compositi. Vis. fl. dalm. I. p. 210, g. 141; Koch syn. pl. p. 738; Rchb. fl. g. p. 175, g. 228.

Strobilorum squamis tripartitis laciniis lanceolatis intermedia elongata serrata vel integerrima. — Arbor magna ramosissima ramis divaricatis; folia plicata argute serrata. ♄. In sylvis planitierum montiumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 407 in sylvis montanis sequente multo rarior. „Blieli Grab.“ Rchb. fl. g. 1069. Apr.-Mj. . . . **C. Betulus L.**

Strobilorum squamis ovatis aut semicordatis inaequaliter serratis subangulatis indivisis. — Arbuscula ramosissima; folia ovata crenata; amenta fl. masc. brevia squamis imbricatis ovatis concavis ciliatis; stamina 12—16 brevia inserta basi squamarum; squamae amenti fl. fem. oblongae acuminatae; germina bina inserta ad basin squamarum, terminata stylis sanguineis. ♄. In collibus asperis totius litt. cr., nec minus in declivibus tractus

montium Velebit veluti ad Kamena-Gorica, Štirovačka-Poljana, circa Medak, Udbine et alibi in provincia Likana et Otočana. Syll. fl. cr. In Slavonia praesertim in comitatu Syrmiensi in dumetis circa Šarengrad et Illok, nec non in sylvaticis circa Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 408 vulgatissimus in collibus locisque sylvaticis demissioribus totius Dalmatiae. „Crni Grab.“ Rchb. fl. g. 1070. (C. orientalis Lam.) Mj.-Apr. **C. duinensis Scop.**

Gen. 659. **Ostrya Michel. Crnograb.**

Flores masculi secus amenta cylindrica pendula dense imbricati ebracteati squamis ovatis; stamina 6—12 basi squamae inserta; antherae biloculares loculis filamento fisso disjunctis; fl. fem. amenta oblonga erecta laxa squamis ovatis bifloris; stigmata bina filiformia; ovarium perigonio coronatum involucro urceolato basi setis copiosis cincto inclusum; styli 2 emersi; involucrum (squamae) fructus auctum inflatum capsuliforme membranaceum, in basi nucem bilocularem fovens fructumque spurium exhibens. Vis. fl. dalm. I. p. 210, g. 142; Koch syn. pl. p. 738; Rchb fl g. pag. 175, g 229.

Strobilis ovatis pendulis; foliis ovatis acuminatis duplicato-serratis; gemmis obtusis. — Frutex 8—12-pedalis ramosus; folia glabra; amenta masculina sessilia in apice ramulorum composita e squamis orbiculatis concavis ciliatis apiceque breviter mucronatis; filamenta simplicia discreta brevia basi squamae inserta; amenta feminea oblonga strobiliformia composita e squamis ovatis pubescentibus ciliatis; pistilla 2 in utriculo piloso inclusa. ♄. Ad rupes et moenia vetustae arcis Okićgrad; in asperis montis Oštrc prope Samobor; ad Sv. Šimon prope Zagrabiam, nec non in montibus ad Krapinam, ad Modruš, Perušić ad lacus Plitvicenses, in monte Merzin et nec minus in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 409 in sylvaticis collium circa Zara, Sinj, Vergoraz, Ragusa et alibi. Rchb. fl. g. 1071. (O. italica Mich.; Carp. Ostrya L.) Ap.-Mj.

O. carpinifolia Scop.

Subordo II. *Ovarium uniovulatum ovulo erecto.*

Fam. CVII. **Juglandieae DC. Orahovci.**

Flores monoici, masculi amentacei laterales perigonio 2—6-partito bracteolaque squamaeformi adnata uniflora suffulto, staminibus 3 aut plurimis receptacnlo insertis, filamentis brevissimis liberis, antheris erectis connectivo incrassato et ultra loculos longitudinaliter dehiscentes producto; fl. feminei solitarii, bini ternive in apice ramulorum involucro destituti, perigonio duplici, exteriori (se-

paloideo) 4-dentato deciduo, interiori (petaloideo) 4-phyllo herbaceo; ovarium 1-loculare, 1-ovulatum ovulo erecto; stigmata 2 lanceolata elongata, vel 1 peltatum 4-lobum; drupa carnosa putamine 2—4-valvi; semen exalbuminosum: embryo cotyledonibus carnosis bifidis gyroso-plicatis; radicula supera ab hilo remota. — Vis. fl. dalm. I. p. 215; Koch syn pl. p. 735.

Arbores ramosae foliis alternis impari-pinnatis, foliolis integerrimis serratisve graveolentibus.

Gen. 660. **Juglans L. Orah.**

Character generis idem qui familiae.

1 Foliolis numerosis oblongo-lanceolatis lanceolatisve serratis subtus pubescentibus 2

Foliolis subnovenis ovalibus subaequalibus subserratis utrinque glabris. — Arbor magna speciosa ramosissima ramis divaricato-patulis; fructus subglobosi eduli. ♄. Ubique culta et hinc inde ad sepes et in dumetis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 423 ex Asia adlata, modo ubique culta. Apr.-Mj. **I. regia L.**

2 Foliolis lanceolatis subtus petiolisque subpubescentibus; fructibus globosis punctato-scabris. — Arbor excelsa ramosissima cortice cinereo; fructus non edulis. ♄. E Pensylvania adlata et modo hinc inde in hortis culta, veluti in horto episcopali Zagrabiae. Pers. syn. pl. p. 566, g. 2100. Mj. . . . . . . **I. nigra W.**

Foliolis oblongo-lanceolatis subtus pubescenti-mollibus, petiolis viscosis; fructibus oblongo-ovatis. — Arbor insignis ramosa ramis divaricato-adscendentibus. ♄. Ex America boreali adlata et modo hinc inde in hortis culta. Mj.-In. . , ... **I. cinerea W**

B. Flores nec masculi, nec feminei amentacei.

Subordo III. *Ovarium 2—4- vel multiovulatum.*

Fam. CVIII. **Santalaceae R. Brov. Santoline.**

Flores hermaphroditi vel abortu unisexuales bracteati; perigonium superum intus coloratum discoque carnoso vario munitum tubo cum ovario connato, limbo 4—5-fido supero lobis aestivatione valvatis; stamina lobis perigonii aequalia, iis opposita basique inserta antheris bilocularibus longitudinaliter dehiscentibus; ovarium inferum uniloculare, 2--4-ovulatum ovulis juxta apicem placentae centralis affixis pendulisque; stylus 1; fructus nucumentaceus aut drupaceus 1-spermus limboque perigonii coronatus; semen pendulum; embryo inter api-

cem albuminis dense carnosi orthotropus; cotyledones cylindricae; radicula supera. — Vis. fl. dalm. I. p. 222; Koch syn. pl. p. 716; Rchb. fl. g. p. 156.

Herbae, rarius frutices ramis inarticulatis, foliis sparsis, raro suboppositis simplicibus integerrimis penninervibus exstipulatis.

Gen. 661. **Thesium L. Lanak.**

Flores hermaphroditi perigonio 4—5-fido hypocrateri- vel infundibuliformi; stamina 5 pilorum fasciculo anteposita; antherarum loculis parallelis contiguis; stylus 1, stigma simplex capitatum; drupa monosperma sicca vel succosa perigonio persistente coronata. — Vis. fl. dalm. I. p. 222, g. 155; Koch syn. pl. pag. 716; Rchb. fl. g. p. 157, g. 211.

1 Perigonio deflorato tubuloso apice tantum involuto 2

Perigonio deflorato ad basin usque involuto nodumque brevem in fructu formante 3

2 Ramulis fructiferis horizontaliter patentibus. — Radix fusiformis; caulis prostratus demum adscendens racemosus, demum divaricato-paniculatus; folia lanceolato-linearia obsolete 3-nervia, bracteae ternae planae; drupa subglobosa; laciniae perigonii sub anthesi horizontaliter patentes, fructiferi drupam aequantes. ♃. In locis graminosis sylvaticis in provincia Likana circa Gospić, copiosa ibidem in sylva Jasikovac, nec minus ad Zvečaj et Mrzlopolje. Rchb. fl. g. 955. (Th. decumbens Gmel.) In.-Il. **Th. pratense Ehrh.**

Ramulis fructiferis erecto patentibus secundis. — Semipedale et ultra, macrius flavescens, pinguius glaucescens; radix fusiformis fibris aucta; caules subdiffusi simplices vel in unum alterumve ramum divisi, fructiferi bracteis longissimis sterilibus apice comosi; folia linearia uninervia; bracteae ternae, drupae subglobosae; perigonium fructus drupam aequans aut illa longius. ♃. In graminosis alpium Pliešivica, Visočica et Sveto-brdo. Rchb. fl. g. 954. In.-Il. . . . . **Th. alpinum L.**

3 Fructibus evidenter pedunculatis; caulibus superne paniculatis, panicula pyramidali 4

Fructibus sessilibus ovatis; caulibus superne racemosis . . . 5

4 Foliis uninerviis vel obsolete 3-nerviis linearibus acutis; fructibus cylindraceis oblongisve; pedicello dimidia drupa breviore. — Radix descendens ramosa demum multiceps; caules erecti vel adscendentes; bracteae ternae subulatae crassiusculae margine scabriusculae fructu nervuloso obsolete venoso reticulato breviores. ♃. In saxosis sylvaticis litt. cr. circa Flumen, Svilno, Gri-

šane et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 439 in collibus appricis locisque saxosis totius Dalmatiae, praesertim circa Zara, Sebenico, Derniš, Salona et in insulis Ossero et Brazza. Mj.-In. **Th. divaricatum Jan.**

Foliis evidenter 3—5-nerviis lineari-lanceolatis oblongisve acutis margine scabris; fructibus ovatis oblongisve; pedicello drupam subaequante. — Radix lignosa repens; stolonifera; caules angulati erecti vel adscendentes 1—2-pedales paniculato-ramosi paniculis pyramidatis, ramulis patentibus; bracteae ternae; flores virides, intus et laciniarum margine pallidi; filamenta antheris defloratis duplo longiora; drupa ovata oblongave pedicellata. ♃. In apricis graminosis montis Oštrc prope Samobor. In Slavonia in vineis circa Čerević. (Kan.) Vis. fl. dalm. 437 in sylvaticis montium supra Verlika. Rchb. fl. g. 995. (Th. intermedium Schrd.) Mj.-In. . . . . **Th. linophyllum L.**

5 Caulibus racemoso-ramosis; foliis lineari-lanceolatis subuninerviis; bracteis ternis herbaceis tenuibus, intermedia florum omnium fructu longiore. — Radix perpendicularis fibris aucta, denique multicaulis; caules erecti adscendentesque ramosissimi ramulis erecto-patulis margineque foliorum superiorum bractearumque denticulato-scabris, ramulis florigeris fructu triplo aut plane quadruplo longioribus; fructus ovato-oblongus crassus nervosus et venoso-reticulatus perigonii laciniis triplo longior. ♃. Vis. fl. dalm. 438 in pascuis siccis et in devexitatibus apricis regionis subalpinae montis Dinara et Biokovo. Rchb. fl. g. 958. (Th. palatinum Roth.) Mj.-In. . . . . **Th. ramosum Hayn.**

Caulibus spicato-ramosis; foliis linearibus obtusiusculis exacte uninerviis bracteis ternis carnosis, intermedia fructu sublongiore.— Radix fusiformis uni- pluricaulis, caules erecti aut adscendentes ramosi ramis racemosis, ramulis una cum foliorum superiorum margine et bracteis denticulato-scabris, ramulis florigeris brevissimis fructu brevioribus erectisque; perigonii fructiferi laciniis brevissimis; fructus ellipticus, crassus nervosus et venoso-reticulatus. ♃. Vis. fl. dalm. 440 in graminosis insulae Lesina ad portum. Rchb. fl. g. 957. . . . . **Th. humile Vahl.**

Gen. 662. **Osyris L. Žukvica.**

Flores polygami aut plane dioici, mares perigonio 3-partito, staminibus 3—4 antherarum loculis divergentibus; fl. feminei perigonio urceolato 3-fido, ovario 3—4-ovulato, stigmatibus ternis; bacca sicca. — Vis. fl. dalm. I. pag. 223, g. 156; Koch syn pl. p. 718; Rchb. fl. g. p. 157, g. 210.

Foliis lineari-lanceolatis integerrimis; floribus axillaribus sparsis. — Frutex 1—2-pedalis ramosissimus ramis virgatis angulatisque: flores pedunculati; perigonium flavescens trifidum laciniis latis patentibus; stamina ad basin laciniarum inserta; bacca pisum magnitudine æquans coccinea, dulcis. ♄. In rupestribus sterilibus litt. cr. veluti ad Flumen, Seguiam, Karlobago et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 441 in locis saxosis collinis et ad sepes totius Dalmatiae littoralis, praesertim circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Salona, Clissa et Ragusa. „Metva ili Metlica." Rchb. fl. g. 950. Apr.-Mj. . . . . **O. alba L.**

Fam. CIX **Aristolochieae Juss. Jabučnjače.**

Flores hermaphroditi axillares solitarii vel fasciculati ebracteati; perigonium superum ovario adnatum herbaceum monophyllum indivisum et oblique truncatum, vel trifidum laciniis aestivatione valvatis; stamina 6 vel 12 disco epigyno inserta filamentis brevissimis styli basi adnatis, antheris extrorsis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium 6-loculare dissepimentis valvaribus, ovulis plurimis biseriatis loculorum angulo centrali affixis; stylus brevis stigmatibus 6 radiantibus terminatus; capsula vel bacca umbilicata aut coronata 6-locularis loculis polispermis; embryo minimus ad basin albuminis cartilaginei. — Vis. fl. dalm. I. p. 194; Koch syn. pl. p. 720; Rchb. fl. g pag. 182.

Herbae rhizomate aut tuberibus perenanntes foliis alternis petiolatis simplicibus petiolo semiamplexicauli, lamina integerrima indivisa reticulate-venosa.

Gen. 663. **Aristolochia Tourn. Jabučnjak ili Vučja-stapa.**

Perigonium tubulosum basi ventricosum apice in ligulam obliquam productum; antherae 6 sub stigmate stylo adnatae; ovarium 3—6-loculare; stylus brevissimus, stigma radiatum antheras tegens; capsula 6-locularis polysperma. — Vis. fl. dalm. I. pag. 194, g. 127; Koch syn. pl. pag. 720; Rchb. fl. g. pag. 182, g. 243.

1 Radice tuberosa tuberibus subglobosis; floribus solitariis . . . 2
Radice repente; floribus fasciculatis; foliis cordato-ovatis glabris. — Radix valde repens fibris aucta; caulis 1—2-pedalis erectus

striatus glaber laevis; folia petiolata emarginata glabra laevia, margine cartilagineo-serrulata; florum pedunculi glabri; bracteæ minimae eviridi-purpurascentes; perigonium ochroleucum tubo 6-angulari inferne rotundato ventricoso, intus piloso; ligula oblonga lata emarginata; capsula oblongo-hexagona. ♃. Ad sepes agrorumque margines, nec non in vineis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 379 in iisdem locis, nec non in sterilibus circa Zara, Sebenico, Derniš, Spalato, Salona, Lesina, Ragusa et Cattaro. „Kokotinja." Rchb. fl. g. 1115. Mj.-In. **A. Clematitis L.**

2 Ligula perigonii ovali apice rotundata, emarginata tubum aequante. — Radix foris fusca, intus flavescens; caules tetragoni, primo breves et erecti, dein elongati et decumbentes; folia cordato-ovata rugosa, apice obtusa breviterque mucronata, basi in petiolum brevissimum ciliatum angustata; pedunculi teretes glabri; perigonium extus setulis brevissimis inspersum, tubo ochroleuco, interne piloso lineisque longitudinalibus atro-purpureis variegato, ligula atro-flavescente, infra medium ciliata tubumque subaequante. ♃. In locis incultis siccis inter frutices in litt. cr. circa Flumen, Tersat, Praputnik, Kriviput, Kraljevica, Segniam et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 280 in saxosis, nec non ad sepes et in locis incultis circa Zara, Sebenico, Salona, Almissa Duara et Ragusa; nec minus in insulis Pago et Lesina. „Lukavac." Rchb. fl. g. 1114. Mj.-In. . . . . . **A. rotunda L.**

Ligula perigonii ovato-lanceolata acuminata, apice ipso obtuso tuboque suo dimidium breviore. — Radix fusca; caules angulati flexuosi pubescentes simplices erecti vel adscedentes et in unum alterumve ramum soluti; folia cordato-triangularia vel reniformia, petiolata pubescentia margine laevia; perigonium viridi-flavescens, intus ligulaque striis longitudinalibus et macula ad basin ligulae atro-purpureis picta. ♃. In sylvis demissis et inter virgulta Croatiae australis, provinciae Likanae et in ipso litt. cr. haud rara, frequentissima autem in sylvis humidiusculis planitierum in Moslavina et Posavina, nec non in illis intra Zagrabiam et Carolostadium. Syll. fl. cr. In Slavonia in dumetis et ad ripas fluviorum et rivulorum circa Pleternicam, Kutjevo et alibi in comitatu Požegano. (Kan.) Vis. fl. dalm. 381 in umbrosis montium Svilaja supra Derniš et Snježnica prope Ragusa. Rchb. fl. g. 1113. (A. longa Scop.) Mj.-In. . . **A. pallida WK.**

Gen. 664. **Asarum Tourn. Kopitnjak.**

Perigonium campanulatum trifidum; stamina 12 epigyna filamentis abbreviatis, antherarum loculis connectivo subulato brevioribus; ovarium stylo brevi, stigmate 6-partito, lobis papillosis reflexis; capsula 6-locularis irregulariter dehiscens polysperma. — Vis. fl. dalm. I. p. 195, g. 128; Koch syn. pl. p. 721; Rchb. fl. g. p. 183, g. 244.

Foliis binatis reniformibus rotundatis obtusis. — Radix repens fibris copiosis aucta; caulis brevissimus simplex teres pubescens vel hirsutiusculus; folia opposita in petiolis longissimis, pubescentia, saepius apice emarginata; perigonium sordide fuscum, intus atropurpureum, germini insidens. — Hirsutulum, camphoram redolens, flos plerumque ocultatus. ♃. In sylvis montanis et ad sepes in umbrosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 382 in umbrosis subalpinis loci Crkvice montium Krivoscie prope Cattaro. Rchb. fl. g. 1116. Apr.-Mj. . . . **A. europaeum L.**

Fam. CX. **Cytineae A. Brogn. Ozornice.**

Flores unisexuales monoici in apice caulis ex axilla bracteae; perigonium superum 4—5-partitum laciniis aestivatione imbricatis; flores masculi superiores staminibus 8, 16 aut pluribus columnae centrali adnatis; feminei inferiores ovario fundo perigonii adnato uniloculari multiovulato placentis parietalibus membranaceis; stylus centralis e pluribus in cylindrum connatis formatus stigmate subgloboso terminatus; bacca unilocularis seminibus plurimis in pulpa nidulantibus; albumine carnoso; embryone axillis recto. — Vis. fl. dalm. I. p. 196; Koch syn. pl. p. 719; Rchb fl g. in adp. pag. 843.

Herbae carnosae chlorotice in arborum et fruticum radicibus parasiticae, stipite bracteis squamaeformibus dense imbricatis obtecto, ex axillis bractearum superiorum floriferae, floribus 2—3-bracteolatis.

Gen. 665. **Cytinus L. Ozornica.**

Character generis idem qui familiae.

Floribus aggregatis luteo-rubentibus. — Planta carnosa palmaris in Cistorum radice parasitica, squamis loricata, tota cum floribus in vivo lutea, siccatione rubens, ante anthesim sanguinea. Vis. fl. dalm. 383 in insulis Ossero, Veglia, Brazza, Lesina et Curzola alla Badia supra radices Cisti salviaefolii et villosi. „Scipakčić." Rchb. fl. g. 933 b. (Hypocistis rubra Clus.; Asarum Hypocistis L.) Mj.-In. . . . . **C. Hypocistis L**

*

Subordo IV. *Ovarium uniovulatum.*

Fam. CXI. **Hippurideae Link. Ipurače.**

Flores hermaphroditi; perigonium monophyllum limbo integro minimo obsolete bilobo, tubo ovario adnato; stamen unicum margini ad basin lobi anterioris insertum, filamento brevi, anthera birimosa; ovarium uniloculare, uniovulatum ovulo pendulo; stylus filiformis antherae sulco receptus; drupa carne tenui, putamine crasso cartilagineo monosperma et perigonii margine coronata; semen albuminosum; embryo rectus. Koch syn. pl. p. 270.

Herbae aquaticae foliis exstipulatis verticillatis, rarissime oppositis; floribus axillaribus.

Gen. 666. **Hippuris L. Borak ili Ipura.**

Character generis idem qui familiae.

Foliis verticillatis 7—12-nis linearibus. — Caulis erectus palmaris pedalisve teres articulatus; folia acuta integerrima glabra; flores axillares sessiles, perigonium bilobum germen coronans; stamen inter lobum perigonii anteriorem, stylus vero e lobo posteriori prominens; drupa unilocularis monosperma apice perforata. ♃. In fossis, rivulis et paludibus Croatiae, praesertim circa Rac-Kaniža in Medjumurje; in stagnis in Podravina ad Mali-Bukovec, circa Zagrabiam et alibi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in locis paludosis circa Vukovar et Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 1588. in fluviis Salona et Narenta. Rchb. fl. g. 4070. Mj.-In. . . . . **H. vulgaris L**

Classis II. **Endogeneae Phanerogamae s. Monocotyledoneae.**

Plantae monocotyledoneae caule caudiceque vero destitutae culmos scaposve agentes, tam medulla centrali radiisque medullaribus, quam cortice vero privatos, fibris sparsis per telam cellulosam perductis constantes, in margine prius ac in centro induratos, hinc basi saepius tenuiores quam apice. Culmus scapusque radice palmari plantis dicotyledoneis propria destituti basique quasi praemorsi et non raro in bulbum incrassati radices agunt fibrosas ex praemorsa culmi scapive aut bulbi basi sub angulo plus minusve acuto vel obtuso excurrentes. Folia venis nervisque parallelis rarissime anastomosantibus percursa, hinc rarissime reticulata. Flores calyce corollaque veris privati, perigonio provisi vel plane nudi, organis sexualibus instructi saepissime numero ternario compositis, i. e. 3, 6, 12, et rarissime 2 aut 4, aut in plantis aquaticis stamine tantum solitario instructis. Antherae saccellis binis constantes, rarius uniloculares. Embryo cotyledone unica et solitaria vel cotyledonibus alternis praeditus.

Ordo I. **Endogeneae symphysogyneae.**

i. e. pl. monocotyledoneae ovario infero s. connato.

Fam. CXII. **Hydrocharideae DC. Vodarnice.**

Flores dioici, rarius hermaphroditi; flores masculi intra spatham 1—2-valvem, plerumque plures pedicellati, raro sessiles; perigonium duplex, utrumque 3-phyllum, exterius calycinum, interius petaloideum, phyllis regularibus; stamina libera imo perigonio inserta ejusque phyllis numero aequalia iisque opposita, vel dupla aut plura; flores feminei et hermaphroditi intra spatham plerumque tubulosam solitarii sessiles; ovarium inferum uni- vel pluriloculare multiovulatum, placentae parieti vel dissepimentis adnatae; styli 3 vel 6, plerumque bifidi; fructus indehiscens, carnosus intusque pulposus; embryo cylindraceus, rectus. — Vis. fl. dalm. I. pag. 193; Koch syn. pl. p. 770;

Herbae aquaticae plerumque perennes breviter vel longe et nodose caulescentes foliis plerumque radicalibus confertis petiolatis integerrimis nervosis.

Gen. 667. **Vallisneria L. Uvijuša ili Vrtica.**

Flores dioici; masc. spadix in scapo radicali brevi erecto terminalis; flores dense congesti spathaque denique 3-fida involucrati, sub anthesi a pedicellis soluti in aquae superficie natantes; perigonium tripartitum; stamina 3, laciniis

perigonii alternantia; flores feminei solitarii terminales in scapo radicali filiformi spiraliter contorto longissimo; spatha tubulosa, apice bifida germen investiens; perigonium 3-partitum; laciniae perigonii interiores 3 squamiformes minutae bifidae cum exterioribus alternantes; ovarium inferum, uniloculare multiovulatum ovulis parietalibus; stylus nullus; stigmata 3, ovata, bifida. — Koch syn. pl. pag. 770; Rchb. fl. g. p. 13, g. 14.

Foliis linearibus, basi attenuatis; pedunculis masculis rectis brevibus, femineis spiralibus longissimis. — Radix repens; folia natantia linearia, apice obtuso integerrima vel denticulata; scapi axillares; flores albi. — Planta singularis, admiratione digna, cujus masculi spadices rumpunt, ut flores femineos in aquae superficie natantes emersosque foecundent, quo facto scapus femineus in spiram revolvitur, florem suum retrahit et fructum sub aqua maturat. ♃. In lacubus Croatiae. Maly enum. pl. aust. p. 76, g. 165. J. Host. in herb. viv. in stagnis Lonjsko-polje. A. nobis in Croatia necdum lecta. Rchb. fl. g. 52. Il.-Ag. **V. spiralis L.**

Gen. 668. **Stratiotes L. Rezac.**

Flores diclines, dioici; spatha apice excisa clavata; perigonium exterius 3-partitum, interius 3-phyllum; parastamina 20—30; in flore masculo stamina fertilia 12, in femineo styli 6, bifidi; bacca hexagona, 6-locularis, polysperma. Koch syn. pl. p. 770; Rchb. fl. g. p. 13, g. 15.

Foliis ensiformi-triangulis aculeato-serratis vel ciliato-aculeatis. — Stolonifera; folia fragilia; pedunculi compressi, flores emersi candidi. Habitus omnino Aloës. ♃. In locis inundatis ad ripas fluvii Dravi veluti ad Bazie; ad lacum Jašova prope Djakovar, in sylva Lipina prope Klokočavac; in canali Bosut et in paludosis prope Berak. (Kan.) Rchb. fl. g. 53. Il.-Ag. **St. aloides L.**

Gen. 669. **Hydrocharis L. Vodarka.**

Flores dioici, perigonio exteriori 3-partito, interiori 3-phyllo, mares spatha in scapi apice bivalvi, staminibus 12, filamentis basi connatis, quibusdam sterilibus, pistillo abortivo trilobo; feminei spatha radicali univalvi, staminibus 6 abortivis, ovario 6-loculari, stylo brevissimo, stigmatibus pluribus parietalibus. — Vis. fl. dalm. I. pag. 194, g. 126; Koch syn. pl. pag. 771; Rchb. fl. g. pag. 14, g. 16.

Foliis petiolatis orbiculato-reniformibus membranaceis natantibus. — Radix fibrosa fibris longissimis; folia subtus purpura suffusa; flores quoque radicales pedunculati, albi maculaque flava notati;

capsula subglobosa coriacea; semina numerosa minuta. ♃. In stagnis inter Dubravam et Križ, nec minus in illis in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. In Slavonia in locis inundatis ad fluvium Dravum circa Bazie et alibi, ad lacum Jašova et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 378 in aquosis circa Narenta. Rchb. fl. g. 54. Il.-Ag.
H. Morsus ranae L.

Fam. CXIII. **Amaryllideae R. Br. Sunovratke.**

Flores hermaphroditi terminales in scapo solitarii aut umbellati bracteis spathaceis inclusi; perigonium corollinum superum 6-partitum aut 6-phyllum, saepe ad faucem coronatum; stamina 6 perigonii segmentis opposita disco hypogyno aut perigonio ipsi inserta filamentis liberis aut basi in coronam connatis, antheris introrsis, basi vel medio affixis, loculis parallelis, longitudinaliter vel apice dehiscentibus. Pistillum stigmate 3-lobo aut indiviso, stylo unico, ovario infero 3-loculari multiovulato, ovulis in loculorum angulo centrali biseriatis; fructus baccatus, rarius capsularis, 3-locularis, 3-valvis valvulis medio septiferis polyspermis, placentis nerviformibus centralibus; semina albuminosa; embryo inclusus; radicula hilum spectans. — Vis. fl. dalm. I. p. 123; Koch syn. pl. pag. 810.

Herbae bulbosae, raro rhizomate perennantes scapigerae, foliis radicalibus simplicibus linearibus vaginantibus integerrimis, rarius dentato-spinosis.

Gen. 670. **Agave L. Sabur.**

Perigonium infundibuliforme limbo 6-partito, alternatim petaloideo; stamina tubo perigonii inserta filamentis liberis, antheris dorso affixis; stylus cavus apice pervius stigmate capitato-trigono; capsula coriacea triquetra loculicido 3-valvis, semina plano-compressa, marginata. — Vis. fl. dalm. I. p. 124, g, 75; Koch syn. pl. p. 811; Rchb. fl. g. p. 90, g. 184.

Foliis glaucis dentato-spinosis; scapo ramoso; tubo corollae medio angustato; staminibus corolla longioribus, stylo brevioribus. — Acaulis; folia radicalia rosulata ad 6 pedes longa crassa, carnosa; scapus strictus 20—26-pedalis plurimiflorus, flores sesquipollicares, viridi-flavescentes, odori. ♃. Vis. fl. dalm. 226 ad rupes maritimas et secus littora tum continentis, tum insularum. Floret rarius in Dalmatia occidentali, frequentius in insulis. Rchb. fl. g. 616. Ag.-Oct. . . . . **A. americana L.**

Observ. variet. β. foliis ochroleuco-marginatis, est: A. marginata Vis. occurritque in insula Lissa prope Comisa.

Gen. 671 Sternbergia WK. Lužanjka.

Perigonium infundibuliforme limbo regulariter sexpartito erecto; stamina fauci perigonii inserta, alterna longiora filamentis liberis, antheris dorso affixis; stylus triqueter; stigma trigonum aut subtrilobum; capsula s. bacca trigona latere dehiscens; semina subglobosa raphe carnosa cristata. — Vis. fl. dalm. I. pag. 125, g. 76; Koch syn. pl. p. 810; Rchb. fl. g. p. 87, g. 129.

Foliis hysteranthiis lineari-obliquis; perigonii tubo spatha vix breviore, laciniis sublinearibus, externis acutis. — Bulbus ovatus; folia linearia obtusa subcanaliculata, dorso carinata, margine scabriuscula; scapus compressus; perigonium flavum 6-partitum, tubus teretiusculus; ovarium oblongum subcompressum pedicellatum; stigma bifidum; stylus longissimus; bacca 3-valvis primo vere e sinu bulbi cum foliis emergens. ♃. In collibus ad Reška; circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 227 in pratis lapidosis ultra Crno prope Zara et circa Pokrovnik prope Derniš. Rchb. fl. g. 591. Spt.-Oct. . . . . **St. colchiciflora WK.**

Foliis synanthiis late linearibus canaliculatis; perigonii tubo spatha duplo breviore, laciniis ellipticis obtusis. — Bulbus subrotundus; folia disticha saturate viridia nitida, basi vagina membranacea obducta truncata; scapus erectus compressus; spatha indivisa; perigonium indivisum luteum tubo brevi, limbo campanulato; stamina erecta; stigma indivisum fimbriatum; bacca ovata. ♃. Vis. fl. dalm. 228 in saxosis circa Zara, Sebenico, Scardona, Derniš, Rogosnica et Spalato, nec minus in monte Marian, in insula Lesina, circa Vergoraz et Ragusa. Rchb. fl. g. 592. (Amaryllis lutea L.) Sept.-Oct. . . . . **St. lutea Ker.**

Gen. 672. Leucojum L. Sunovrat.

Perigonium regulare campanulatum, ad faucem coronula auctum, 6-partitum laciniis apice incrasatis; stamina summo tubo inclusa tribus altius insertis, filamentis brevissimis aequilongis, antheris dorso affixis; stylus filiformis; stigma simplex obtusum; capsula obtuse 3-gona, 3-valvis, loculocido dehiscens; semina subglobosa. Vis. fl. dalm. I. p. 126, g. 77; Koch syn pl. p. 812; Rchb. fl. g. p. 87, g. 130.

Spatha uniflora; stylo clavato. — Spithamaeum; folia lineari-lanceolata, laete viridia, infra medium canaliculata obtusa, basi vaginis albis inclusa, glaberrima; flores albi, laciniae perigonii

apice macula viridi notatae. ♃. In pratis humidis dumetisque totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 593. Feb.-Mj. **L. vernum L.**

Spatha multiflora; stylo filiformi-clavato. — Pedale aut sesquipedale; folia linearia, erecta obtusa leviter carinata, exteriora breviora vaginantia; scapus compressus fistulosus; pedunculi elongati angulati uniflori 4—6 ex eadem spatha egredientes; flores penduli, perigonii laciniae concavae apice virentes. ♃. In pratis humidis planitierum, veluti circa Božakovina, Zagrabia, Lekenik et alibi in Croatia. Syll. fl. cr. In Slavonia in locis humidis circa Essek, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 229. in pratis humidis circa Nona, Scardona, Derniš Knin, Trau, Castelli, Salona, Almissa et Narenta. „Drinovac." Rchb. fl. g. 594. Apr.-Mj. . . . . **L. aestivum L.**

Gen. 673. **Galanthus L. Visibaba.**

Perigonium campanulatum inaequaliter 6-partitum laciniis tribus interioribus brevioribus emarginatis medio nectariferis; stamina 6 perigonii fauci inserta aequalia filamentis liberis, antheris supra basin affixis; stylus filiformis; stigma simplex acutum; capsula ovata loculicido-3-valvis; semina subglobosa. Vis. fl. dalm. I. p. 126, g. 78; Koch syn pl. p. 812; Rchb. fl. g. p. 87, g. 131.

Foliis utrinque planis anguste linearibus costaque carinatis; lobis perigonii externis oblongis internos duplo superantibus. — Bulbus tunicatus basi fibris auctus; folia glauca, apice calloso albida, basi vagina truncata involuta; scapus anceps, apice rugosus uniflorus; spatha compressa lateribus membranacea; flores candidi, laciniae perigonii interiores externe apicem versus macula semilunari, et interne lineis 8 flavo-viridibus pictae; capsula 3-gona. ♃. In dumetis, nemoribus et pratis humidiusculis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 230 in dumetis et fruticetis in valle di Breno circa Ragusa et prope Cattaro. Rchb. fl. g. 597. Feb.-Mr. in Dalmatia a Decembri ad Februarium. . . . . **G. nivalis L.**

Gen. 674. **Narcissus L. Ovčica.**

Perigonium hipocrateriforme limbo subaequaliter 6-partito, ad faucem corona aucto; stamina summo tubo inclusa tribus altius insertis, filamentis brevissimis, antheris dorso affixis; stylus filiformis; stigma simplex obtusum; capsula obtuse

3-gona, 3-valvis loculicido-dehiscens; *semina subglobosa*. — *Vis. fl. dalm I. p. 127, g. 79*; *Koch syn pl. p. 811*; *Rchb. fl. g p. 87, g. 132.*

1 Corona perigonii discolore 2
Corona perigonii concolore 6
2 Scapo subunifloro 3
Scapo 8—12-floro 4
3 Foliis linearibus planis: scapo-unifloro. — Bulbus tunicatus; scapus anceps, basi vagina membranacea una cum foliis involutus; folia glauca obtuse carinata; corona perigonii candidi brevissima flava, in patelam planiusculam expansa margineque crenulato coccineo cincta; ovarium sub anthesi compresso-anceps. ♃. In hortis graminosis prunetisque hinc inde quasi spontanea, veluti ad Crisium, Sv. Ivan, Biškupec et alibi in Croatia. Vis. fl. dalm. 231 in pascuis insulae Pago; circa Bocagnazzo, in montibus Velebit, Promina, Svilaja, Dinara, Beljak, Biokovo, Vlastica et alibi. „Zelenkada, Jaglica.“ Rchb. fl. g. 598. Apr.-Mj. **N. poëticus L.**
Foliis linearibus tortilibus glaucis; scapo gracili compresso; perigonii laciniis obovato-lanceolatis basi distantibus. — Praecedenti persimilis, differt tamen bulbo magis oblongo, statura omnino minori et graciliori, foliis angustioribus, ovario gracili oblongo tereti saturate viridi, tubo perigonii gracili oblongo tereti saturate viridi, laciniis angustioribus magis dissitis sordide albis, praesertim autem corona brevissima, jam a basi erecta, cupulari. ♃. Vis. fl. dalm. 351 in saxosis collinis circa Budua. Rchb. fl. g. 600. (N. angustifolius Curt.) Apr.-Mj. . **N. radiiflorus Salisb.**
4 Foliis linearibus canaliculatis glaucescentibus; scapo teretiusculo. — Bulbus subrotundus tunicatus; scapus fistulosus superne subcompressus; folia obtusa glaucescentia; perigonium album laciniis lanceolato-ovatis acutis, corona lutea cyathiformi et integerrima, rarius margine denticulata aut lobata, triplo longioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 232 in saxosis apricis circa Sebenico, in rupestribus montis Marian ad S. Girolamo prope Spalato; in insula Ossero ad Losin grande et Losin piccolo, nec non in insula Pago. Rchb. fl. g. 608. Mr.-Apr. . . . . **N. Tazzeta L.**
Foliis late linearibus planis obtusis virescentibus; scapo ancipiti. — Differt a praecedente, cui valde similis, pedunculis angulatis, perigonii laciniis ovatis contiguis alterne latioribus et corona

pallidula subrepanda duplo longioribus. ♃. Vis. fl. dalm. p. 351 in saxosis apricis scopulorum circa Lesina. (N. orientalis Curt.; N. Tazzetta Al.) Rchb. fl. g. 609. Nov.-Dec. **N. polyanthos Loisl.**

5 Floribus luteis; scapo 1—4-floro 6

Floribus omnino albis; scapo ancipite 6—10-floro, pedunculis angulatis. — Bulbus tunicatus subrotundus; scapus pedalis aut sesquipedalis; folia plana late linearia obtusa glaucescentia; laciniae perigonii ovato-acutae aut mucronatae basique distantes corona cyatiformi erosa triplo longioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 233 in lapidosis ad mare circa Zara, Sebenico, Castel-nuovo et Castell-vecchio prope Traci. Rchb. fl. g. 610. (N. stellatus DC.; N. papyraceus Gaw.) Febr.-Mr. . . . . . **N. niveus Loisl.**

6 Scapo exacte unifloro; corona lacinias perigonii subaequante vel parum breviore 7

Scapo 2—4-, rarius 1-floro tereti-compresso; laciniis perigonii ovali-oblongis acutis corona campanulata 6-loba semel longioribus. — Bulbus oblongo-rotundatus tunicatus; scapus teretiusculus pedalis; folia lineari-semiteretia canaliculata striata obtusa virescentia; spatha tubulosa producta colorata; flores fragrantes omnino lutei. ♃. Vis. fl. dalm. 234 in hortis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 605. (N. calathinus Gaw.) Mr.-Apr. . **N. odorus L.**

7 Corona perigonium subaequante, limbo patulo undulato inciso; foliis subcanaliculatis. — Bulbus oblongus tunicatus; folia glauca lanceolato-linearia; scapus compressus striatus; spatha scariosa; laciniae perigonii ovali-lanceolatae acutae; corona longe campanulata. ♃. In hortis graminosis pratisque fertilibus ad Slanje prope Ludbreg, ad Crisium et alibi quasi spontaneus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 235 in lapidosis apricis ad Breno prope Ragusa. Rchb. fl. g. 602. Apr.-Mj. . . **N. Pseudo-Narcissus L.**

Corona perigonio dimidio breviore margineque crispa; foliis planiusculis. — Bulbus oblongus tunicatus; folia saturate viridia obtusa; scapus anceps; flos speciosus; laciniae perigonii tubuloso-campanulati elongati ovali-lanceolatae. ♃. In hortis hinc inde cum priori cultus et in graminosis circa Crisium quasi spontaneus. Rchb. fl. g. 606. (N. Gouani Red.) Mr.-Apr. **N. incomparabilis Curt.**

Gen. 675. **Pancratium L. Žilj.**

Perigonium infundibuliforme 6-partitum laciniis linearibus subaequalibus patulis ad faucem corona fissa staminifera auctis; stamina filamentis rigidis filiformibus, antheris dorso medio affixis; stylus filiformis; stigma obsoletum; capsula 3-gona, 3-valvi loculicido dehiscens; semina globosa atra raphe externa carnosa signata. — Vis. fl. dalm. I. p. 129, g. 80; Rchb. fl. g. p. 89, g. 133.

Foliis lineari-ligulatis glaucis; spatha multiflora, floribus longe tubulosis. — Scapus pedalis aut sesqui-pedalis; flores magni albi longe tubulosi; laciniae perigonii lanceolato-lineares costa viridi signatae, corona 6-dentata dentibus bifidis; stamina conniventia. ♃. Vis. fl. dalm. 236 in maritimis arenosis circa Budua et in arenosis insulae Lissa; secus hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 615. (Hemerocallis valentina Clus.) Il.-Ag.. **P. maritimum L.**

Fam. CIV. **Irideae Juss. Perunike.**

Flores speciosi hermaphroditi terminales; perigonium superum petaloideum 6-partitum aut 6-fidum; stamina 3 basi segmentorum exteriorum perigonii inserta filamentis liberis aut monadelphis, antheris extrorsis basi, rarius dorso affixis; ovarium 3-loculare multiovulatum ovulis biserialibus, placentis centralibus; stigmata 3, simplicia vel laciniata, vel petaloidea; capsula 3-valvis, valvulis septiferis; embryo intra albumen. — Vis. fl. dalm. I. p. 115; Koch syn. pl. p 804; Rchb. fl. g. p. 80.

Herbae radice fibrosa, aut bulbis, tuberibus aut rhizomate perennantes, caule vario aut subnullo; foliis radicalibus distichis ensiformibus linearibusve nervosis integerrimis, caulinis, si adsunt, alternis vaginantibus.

Gen. 676. **Iris. L. Perunika.**

Perigonium corollinum basi tubulosum, tubo recto, limbo inaequaliter 6-partito, laciniis externis reflexis, internis erectis, vel conniventibus; stamina perigonii laciniis exterioribus basi inserta, antheris basi affixis; stigmata 3 petaloidea stamina incurva tegentia; capsula oblonga 3—6-gona seminibus marginatis. — Vis. fl. dalm. I. pag. 115, g. 71; Koch syn. pl. pag. 807; Rchb. fl. g. p. 80, g. 125. —

1 Perigonii laciniis reflexis supra barbatis 2
Perigonii laciniis reflexis imberbibus 8
2 Scapo unifloro; laciniis perigonii oblongo-obovatis. 3
Scapo cauliformi plurifloro 4
3 Foliis scapum superantibus; floribus concoloribus. — Rhizoma nodosum; scapus brevissimus; folia ensiformia subfalcata glauces-

centia; spathae duae; flos magnus speciosus violaceus, rarius luteus; perigonii laciniae latiusculae, exteriores medio albidae atroviolaceo-lineatae; stigma bifidum laciniis acuminatis. ♃. In collibus apricis herbidis ad Samobor; frequentius in litt. cr. circa Flumen, Sv. Lucija, Praputnik et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia ad margines vinearum haud rara. (Kan.) Vis. fl. dalm. 210 in asperis apricis agri Sibenicensis, nec non circa Zara. (I. Chamaeiris Bertol.) Rchb. fl. g. 555. Apr.-Mj. **I. pumila L.**

Foliis scapo brevioribus; floribus variegatis. — Scapus 6—8-pollicaris; folia ensiformia rectiuscula; tubus perigonii spathis inclusus; flores albido - flavescentes laciniis exterioribus obsolete violaceo-venosis, interioribus fere unicoloribus, aut nonnisi prope basin venis purpureis signatis. ♃. Cum priori cujus varietas esse videtur; frequens in Dalmatia praesertim in apricis asperis circa Zara. Rchb. fl. g. 557. Apr.-Mj. . . **I. lutescens Red.**

4 Spathis sub anthesi a basi saltem ad medium herbaceis . . . 5

Spathis jam ante anthesim totis scarioso-membranaceis; floribus suaveolentibus. — Glaucescens; scapus multiflorus, flores maximi pallide caerulei lactei vel albi; stigmatum partitiones inciso-laciniatae basi viridi-lineatae aut fusco-venosae; laciniae perigonii interiores longitudine exteriorum subrotundo-ovatae subito in unguem contractae; antherae filamento suo breviores, post anthesin a medio uncinato-recurvatae. ♃. In lapidosis apricis litt. cr. ad Flumen, secus hinc inde in hortis culta. Maly enum. pl. p, 59, g. 112, n. 1 in locis montanis lapidosis Dalmatiae. Rchb. fl. g. 567. (I. odoratissima Jacq.; I. hortensis Tsch.; I. florentina M. K.) Mj.-In . . . . **I. pallida Lam.**

5 Spathis sub anthesi a basi ad medium usque herbaceis, reliqua parte autem scarioso-membranaceis; foliis scapo brevioribus . 6

Spathis sub anthesi omnino herbaceis; foliis ensiformibus falcatisque scapum subaequantibus. — Rhizoma nodosum; scapus compressus subflexuosus multiflorus, pedalis et ultra; flores speciosi lutei, laciniae perigonii exteriores venis fusco- vel atro-purpureis eleganter pictae interiores basin versus sensim attenuatæ, omnes oblongo-obovatae. ♃. In devexitatibus montis Klek et quidem in graminosis lateris meridionalis. In collibus herbidis et ad margines vinearum circa Vukovar et Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 561. Mj.-In. . . . . **I. variegata L.**

6 Filamentis anthera sesquilongioribus; laciniis stigmatis medio latioribus 7

Filamentis antheras aequantibus; laciniis stigmatis apice latioribus. — Rhizoma nodosum suaveolens; scapus ramosus multiflorus; folia falcata, ensiformia; flores inferiores pedunculati speciosi læte caerulei laciniis reflexis obscure violaceis basi albolineatis, barba albida; laciniis stigmatis oblongis lobatis, lobis ovatis divaricatis. ♃. in locis montanis rupestribus veluti in cacumine montis Ošterc ad Samobor et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in montanis circa Čerević. (Kan.) Secus in hortis frequentissime culta et hinc inde quasi spontanea. Vis. fl. dalm. 211 in muris vetustis, locis sylvaticis asperis et in ruderatis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 565. (I. illyrica Theophr.) „Mačinac modri.“ Apr.-Mj. . . . . **I. germanica L.**

Observ. Huic proxima valdeque affinis est: I. florentina L. in hortis vulgatissima, scapo subtrifloro, floribus sessilibus lacteis, lobis perigonii magis oblongis, basi barba flava vestitis; rhizomate tuberoso tuberibus remotis, proligeris suaveolentibus.

7 Laciniis perigonii exterioribus violaceis, margine et postice albis venisque, saturatioribus pictis, interioribus dilute caerulescenti-cinereis margine et ungue luteis. — Bipedalis et ultra ramosa, folia ensiformia ad apicem inflexa; flores corticem Sambuci nigræ graviter redolentes, multo minores ac praecedentis; laciniae perigonii exteriores patentes et multo minus reflexae, quam in antecedentibus; stigmatis laciniae luteae oblongae lobatae lobis ovatis, margine suo interiore contiguis. ♃. In locis montanis lapidosis ad Vidovec et Markuševec prope Zagrabiam; ad Mrzla-Vodica, Skrad et alibi in Croatia montana. Syll. fl. cr. In Slavonia ad vias, in pratis et collibus prope Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 562. Mj.-In. . . . . **I. sambucina L.**

Laciniis perigonii exterioribus violaceis, interioribus sordide luteis. — Scapus pluriflorus; folia ensiformia, laciniae perigonii interiores longitudine exteriorum, apice integrae vel leviter emarginatae; laciniae stigmatis oblongae medio paullo latiores lobatae lobis ovatis porrectis invicem secedentibus. Praecedenti simillima et fors illius varietas, notis adductis et praesertim florum odore melleo ab illa tamen diversa. ♃. Cum praecedenti in Slavonia, secus hinc inde cum priori in hortis culta. Rchb. fl. g. 563. (I. sordida W.) In.-Il. . . . . **I. squalens L.**

8 Scapo tereti 9

Scapo ancipiti; flores dilute violacei laciniis reflexis rubentibus. — Rhizoma nodosum; scapus spithamaeus pedalisve vaginis foliorum ensiformium fere totus inclusus foliisque duplo brevior; spatha tumida ut plurimum biflora; lamina laciniarum perigonii pruna matura redolentis exteriorum appendiciformi ovata et ungue suo purpurascente medioque linea flava notato multo brevior, albida venisque violaceis picta, laciniae interiores saturate violaceae; capsulae hexagonae. ♃. In pratis ad Raven, in collibus graminosis ad Crisium, Samobor et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis et dumetis circa Virovitic, in monte Papuk, circa Vukovar, Čerević, Karlovic, Gergetek et Rakovac. (Kan.) Ad monasterium Orahovicense, ad ipsam Orahovicam, in sylvis Djakovarensibus, inter Migalovec et Poreće. Vis. fl. dalm. 212 in pratis subalpinis tractus montium Velebit. Rchb. fl. g. 571. Mj.-In. . . . . **I. graminea L.**

9 Foliis planis ensiformibus; scapo bi-aut plurifloro; rhizomate carnoso aut brevi caespitoso fibrisque longis firmato 10

Foliis linearibus tetragonis; scapo unifloro, radice tuberosa. — Tubera radicis oblonga; scapus erectus simplex; folia acuta, radicalia squamis obvoluta, superiora basi dilatata ventricosa alterna amplectentia; perigonii laciniae basi e viridi-flavescentes, reflexae apice nigro-caeruleae, erectae, pallidae, acutae; stigmata e luteo virentia in lacinias bifidas repandas divisa. ♃. Vis. fl. dalm. 214 in fruticetis et dumetis herbidis et in asperis circa Zara, inter Trebacconi et Stretto, Spalato alla Toretta, nec minus in collibus prope Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 573. Mr.-Apr. . . . . **I. tuberosa L.**

10 Foliis lanceolato-linearibus scapum pluriflorum subaequantibus; floribus luteis. — Radix carnosa; folia ensiformia recta; flores magni, laciniae perigonii exteriores loco barbae macula flava, venis atris aut atro-purpureis tenuissimis eleganter picta, notatis, ovatis lato-unguiculatis, interioribus linearibus, angustioribus et brevioribus ac stigmatis laciniae; germen trigonum, ♃. In fossis aquisque stagnantibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 213 ad fossas, rivos, fluvios et paludes circa Knin, Derniš, Obrovazzo, Zara, Spalato, Almissa et Narenta. — Rchb. fl. g. 569. (I. palustris Mnch.; I. lutea Lam.) „Mačinac vodeni." Mj.-In. . . . . **I. Pseudacorus L.**

Foliis linearibus scapo subbifloro fistuloso brevioribus; floribus caeruleis. — Bi-tripedalis; radix brevis caespitosa fibrisque copiosis firmata; scapus tenuis procerus apicem versus non raro in unum alterumve ramulum solutus; folia tenuia laete viridia; laciniae perigonii exteriores obovatae in unguem brevem attenuatae, dilute caeruleae, venis violaceis reticulatae, ungue bruneo flavescente; interiores violaceae venis saturatioribus pictae; germen trigonum. ♃. In pratis fertilibus ad Lovrečinam, Tkalec, Raven et Crisium, nec non ad Carovdar. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis ad Petrovaradinum. (Kan.) Rchb. fl. g. 568. (I. flexuosa Vahl.) Mj.-In. . . . . **I. sibirica L.**

Gen. 677. **Gladiolus L. Mačić.**

Flores spicati; perigonium corollinum infundibuliforme irregulare, tubo incurvo, limbo inaequaliter 6-partito; spatha florali bifida; stamina adscendentia; stigmata 3 sursum dilatata oblonga indivisa; capsula ovata trilocularis trivalvis; semina plus minusve alata. Vis. fl. dalm. I. p. 122, g 74; Koch syn. pl. pag. 805; Rchb. fl. g. p. 83, g. 126.

1 Antheris filamento brevioribus; laciniis perigonii superioribus lateralibus rhombeo-ovatis 2

Antheris filamento longioribus; laciniis perigonii lateralibus lineari-cuneatis. — Bulbo-tuber simplex tunicis membranaceis nervoso-reticulatus; folia ensiformia; flores distichi; perigonii rubro-violacei laciniae laterales a superiori remotae; capsula globosa trisulca, apice impressa gibbis rotundatis non in carinam compressis. ♃. Inter segetes litt. cr. circa Flumen, Kraljevica, Zagorje, Sv. Helena et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 223 inter segetes totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 576. (G. communis Sibth.; G. Ludovicae Jan.; G. byzantinus Vis.; G. italicus Gaud.) Apr.-In. **G. segetum Gawl.**

2 Lobis stigmatis sursum sensim dilatatis et fere a basi pappiloso-ciliatis; spica multiflora 3

Lobis stigmatis a basi ad medium linearibus, margine glabris, supra medium autem subito in laminam subrotundo-ovatam dilatatis margineque papilloso-ciliatis; spica subtriflora . . . 4

3 Capsulae angulis superne in carinam obtusam elevatis. — Bulbo-tuber simplex tunicis membranaceis subparallele nervosis; spica multiflora floribus secundis rubro-violaceis, sed tubo et unguibus perigonii in colorem rubiginosum vergentibus; auriculis baseos

antherarum obtusis parallelis; folia ensiformia. ♃. In hortis cultus et hinc inde in prunetis quasi spontaneus, praesertim in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 222 inter segetes insulae Lesina, nec minus circa Ragusa et Budua. Rchb. fl. g. 574. Mj.-In. . . . . **G. communis L.**

Capsulae angulis ubique rotundatis. — Praecedenti persimilis et nonnisi floribus valde approximatis, multo minoribus, post exsiccationem in caeruleum vergentibus, bulbo-tubero duplici, i. e. uno alteri imposito folioque infimo obtuso et tempore florali seriore ab illo diversus. ♃. In pratis turfosis humidis in Zagoria veluti in illis ad pedem montis Ivanšĉica et circa Radoboj, nec minus circa Mrzla-vodica, Lokve et Kamenjak. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 575. In.-Il. . . . . **G. imbricatus L.**

4 Fibris tunicarum radicalium solutis crassis laxisque et nonnisi hinc inde arcuato-connexis. — Flores rubro-violacei erectiusculi subringentes, perigonii laciniae oblongae obtusae, inferiores laterales suprema tertia parte breviores; folia crassiuscula. ♃. Vis. fl. dalm. 224 in pascuis ad confinia inter Pastrović et Montenegro, nec non in scopulis insulam Curzolam circumstantibus. (G. neglectus Schult.; G. palustris Gaud.; G. tenuis M. B.) Mj.-In. . . . . **G. triphyllus Sibth.**

Fibris tunicarum radicalium membranaceis nervoso-reticulatis dense stipatis anastomosantibus, areolis copiosis angustissimis. — Præcedenti persimilis, a quo tamen discrepat tunicarum radicalium fibris membranula connexis duplo tenuioribus, arcte et tenuissime reticulatis, basin versum parallele stipatis antherisque brevioribus. ♃. In locis graminosis humidis maritimis insulae Veglia; in iisdem locis litt. cr. ad Flumen, Cirkvenicam, Selce et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 225 inter segetes et in maritimis circa Ragusa et in planitie Dversno dicta in montibus Krivoscie prope Cattaro. In.-Il. . . . . **G. illyricus Koch.**

Gen. 678. **Trichonema Ker. Dugovaĉa.**

Flores radicales; perigonium corollinum regulare tubo brevi rectoque, limbo campanulato-patente aequaliter 6-partito erecto; spatha hypogyna diphylla; stigmata 3 bipartita laciniis angustissimis recurvatis capsula subglobosa 3-lo-

cularis, 3-valvis polysperma seminibus subrotundis angulatis. — Vis. fl. dalm. I. p. 121, g. 73; Koch syn. pl. p. 805; Rchb. fl. g. p. 83, g 127.

Foliis linearibus sulcatis basi canaliculatis flexuoso-recurvis scapo subunifloro longioribus; spathis flore brevioribus; stigmatibus stamina superantibus. — Bulbus subrotundus bulbillo emarcido superimpositus; folia compressa recta, dein tortuoso-recurva; spatha interior late membranaceo-marginata; perigonii extus virescentis fundoque flavescentis laciniae exteriores oblongae integerrimae, basin versus venis violaceis saturatioribus pictae, interiores obovatae incurvatae vixque denticulatae dilute caeruleæ, basi violaceo-venosae. ♃. In pratis herbidis litt. cr. veluti ad Flumen, Sv. Kosmo, Zagorje et alibi in herbidis apricis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 221 in pascuis herbidis apricis insularum et continentis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 577. (Ixia Bulbocodium L.; Romulea Bulbocodium Seb. et Manz.) Feb.-Mr.

T. Bulbocodium Ker.

Observ. Occurrunt duae formae, scilicet, scapo diviso, pedunculis elongatis foliisque arcuatis, et haec est: Romulea Bulbocodium Seb. et Maur.; altera vero scapo unifloro subsolitario subnutante foliisque filiformi-compressis sulcatis flexuosis, quae est: Romulea Columnae Seb. et Maur., quae tamen discrimina minus tuta sunt, ut pro characteribus specificis haberi possent.

Gen. 697. **Crocus L. Šafran.**

Flores radicales; perigonium corollinum regulare infundibuliforme tubo recto longissimo, limbo aequaliter 6-partito erecto; spatha hypogyna; stamina 3 basi segmentorum perigonii exteriorum inserta; stigmata 3 dilatata involuta incisa; ovarium triloculare multiovulatum ovulis biserialibus; capsula 3-locularis, 3-valvis polysperma seminibus subrotundis. — Vis. fl. dalm I. p 118, g. 72; Koch syn. pl. p. 804; Rchb. fl. g. p. 84. g. 128.

1 Tunicis bulbi chartaceo-membranaceis nitidis supra basin circumcisis, bulbum arcte cingentibus, apice laceris, demum in fibras capillares parallele decurrentes solutis 2

Tunicis bulbi fibroso-intertextis reticulatisque 3

2 Spatha monophylla acuta nervosa nervis virentibus parallelis; stigmate 3-fido perigonium aequante, demum subbreviore, laciniis cyatiformibus margine fisso, antheras hastatas superante. — Bulbus basi umbonatus umbone recurvato radicibusque filiformibus latere umbonis horizontaliter provenientibus; scapus 2—3-

pollicaris vaginis 3—4 monophyllis obtusis, apice cuculato-callosis albis arcte cinctus; folia basilaria synanthea bina ternave linearia, margine revoluta, obtusa, costa pallida signata; perigonium 6-partitum laciniis inaequalibus rotundato-obtusis emarginatisque, saturate aut dilute caeruleum, apice vitta duplici, exteriore palidiore, altera saturate violacea cinctum, fauce albida, nuda, glaberrima, rarius omnino album candidumve; stigma lacerum fimbriatumque. ♃. In pratis, dumetis ipsisque sylvis quercinis planitierum in montes haud ascendens circa Crisium, Božakovina, Sv. Helena, Zagrabia, ad Kravarsko et alibi in Croatia et in ipsa Slavonia copiosissimus. Syll. fl. cr. p. 22. „Podlesak.“ Mr.-Apr.. . . . . . . **C. vittatus Schloss. et Vukot.**

Spatha florali biphylla: stigmate profunde 3-fido laciniis indivisis stamina superantibus, perigonio autem brevioribus. — Bulbus tunicis membranaceis nitidis cinctus; folia bina, rarius terna flore breviora aut illo longiora, sive hysteranthia, sive synanthia; perigonium album, vel violaceo colore leviter suffusum, vel laciniae 3 exteriores striis longitudinalibus saturate violaceis pictae fauce lutea et omnino glabra. ♃. Vis. fl. dalm. 218 in pascuis montanis apricis in Lemeš inter Derniš et Verlika, in Marian prope Spalato, in Radigne et Beljak, nec non in montibus Ragusanis. Rchb. fl. g. 579. (C. pusillus Ten.) Mr.-Apr. **C. biflorus Mill.**

3 Spatha florali monophylla 4

Spatha florali diphylla 5

4 Stigmatis 3-fidi laciniis incisis stamina aequantibus. — Bulbus tunicis fibroso-intertextis fibrisque capillaribus anastomosantibus cinctus et areolis oblongis angustis signatus; vaginae squamiformes imbricatæ ante anthesin scapum, folia et florem arcte cingentes; folia linearia canaliculata linea longitudinali alba distincta margineque revoluta; perigonii faux barbata; stigma trifidum limbo perigonii duplo brevius laciniatum, laciniis erectis sursum cristato-dilatatis, denticulatis. ♃. In pratis montanis in regiones subalpinas adscendens Croatiae australis; nec minus in iisdem locis circa Bosiljevo et Čabar. (Klingg.) Vis. fl. dalm. 215 in montibus Promina, Svilaja, Biokovo, Stazza, Mossor et Osniak, nec non alibi in locis asperis Dalmatiae montanae. — Rchb. fl. g. 585. Feb.-Mj. . . . . **C. vernus All.**

Stigmatibus tripartitis, laciniis longissimis filiformi-clavatis deflexis crenulatis staminaque longe superantibus. — Tunicae bulbi nervosae in fibras capillares crebro anastomosantes demum solutis; folia synanthia canaliculata canaliculis enerviis, margine confertim ciliata; spatha duplex semipellucida; scapus supra basin vaginatus; spatha floralis (non raro duplex s. diphylla) tenuissima semipellucida; perigonium lilacinum speciosum (fere Colchici autumnalis L.) campanulatum tubi fauce villosa. ♃. Hinc inde in hortis cultus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 220 in collibus circa Salona et in monte Marian prope Spalato. Rchb. fl. g. 586. Sept.-Oct. . . . . **C. sativus L.**

5 Fauce tubi omnino glabra; tunicis bulbi fibroso-reticulatis; stigmate profunde 3-fido 6

Fauce tubi villosa; tunicis bulbi tenuiter fibroso-intertextis; stigmatibus 3-partitis elongatis 7

6 Foliis superne utrinque cartilagineo-dentatis; laciniis stigmatis trisectis incisis. — Bulbus orbiculatus tunicis cancelato-reticulatis vestitus; spathae exteriores alternae scariosae scapum obvolventes albo-membranaceae oblongae, obtusae; folia synanthia obtusa retusave marginibus involutis viridibus linea alba media supra diremptis; spatha diphylla oblongo-lanceolata acutiuscula; perigonium campanulatum segmentis erectis oblongo ellipticis saturate violaceis unicoloribus, basi breviter attenuatis glabris luteisque, tubo gracili caeruleo-striato; filamenta antheras subaequantia aut illis breviora. ♃. Vis. fl. dalm. 217 in ericetis apricis montis Bossanka in ditione Ragusina. Feb.-Mr. **C. dalmaticus Vis.**

Foliis integerrimis praecocibus canaliculatis exstanter nervosis; stigmatis laciniis simpliciter incisis. — Tunicae bulbi nervosae in fibras crassas crebro anastomosantes et eximie reticulatas demum solutæ; folia laevia; scapus nudus; spatha tenuis; perigonium campanulatum violaceum laciniis externis lineis tribus caeruleis pinnato-striatis variegatis, interioribus unicoloribus, omnibus basi lutescentibus ibidemque caeruleo-striatis, striis in tubum decurrentibus. ♃. In locis graminosis circa Slankamen in Slavonia. (Kan.) Vis. fl. dalm. 216 in pascuis locisque apricis asperis Pontamica et Babindub prope Zara, nec non in insula Pago. Rchb. fl. g. 582. (C. variegatus Hoppe.) Mr.-Apr. **C. reticulatus Stev.**

7 Stigmatibus tripartitis laciniis longissimis filiformi clavatis deflexis crenulatis stamina superantibus. Vide supra 4.

Stigmatibus elongatis clavatis crassis incisisve stamina subaequantibus aut illis brevioribus. — Bulbus orbiculatus depressus; spathae binae e bulbi apice ortae equitantes obtusae scariosae folia floresque includentes; folia coëtanea, post anthesim longiora laxa supra linea alba notata et vix canaliculata, margine utroque subtus unisulcata, medio plana, spathae florales binae lanceolato-lineares equitantes acutae a basi germinis ortae, foliis aequales, sed illis breviores; flos unicus vel geminus pedicello scapiformi suffultus tubo longissimo tereti gracili albido vel flavescente, fauce dilatata violacea, intus lutea staminifera, limbo campanulato, laciniis ovalibus violaceis venosis. ♃. Vis. fl. dalm. 219 in collibus saxosis apricis et in dumetis circa Zara, Derniš, Zagorje, Milievci, Sebenico, Boraja, Trau, Salona et Spalato; in insulis Bua, Solta, Brazza et Meleda. Rchb. fl. g. 589. (C. odorus Vis.; C. Thomasii Ten.; C. longiflorus Rchb.; C. serotinus Bert.) Oct.-Nov. . . . . **C. Pallasii M. B.**

Fam. CXV. **Orchideae Juss. Kačunovice.**

Flores hermaphroditi irregulares bracteati spicati vel axillares; perigonium corollinum superum 6-partitum subringens laciniis biseriatis, tribus exterioribus et binis interioribus labium superius (galeam), tertia interiorum plerumque inferiore et ab illis difformi labium inferius (labellum) referentibus. Stamen unicum ovario uniloculari multiovulato insertum posticum cum stylo anteriore in columnam (gynostemium) arcte connatum, duobus lateralibus sterilibus (staminodia) vel nullis; antherae loculis binis polline in massas conglobato 2—8 (pollinaria) granulosas aut cereas; extremitate sua corpusculo glandulari (retinaculum) nudo vel in stigmatis plica (bursicula) incluso, adhaerentes et post loculi dehiscentiam stigmati vel immediate vel caudiculae ope affixas; stigma in anteriore et superiore styli parte locatum viscidum, superius in processum desinens (rostellum) forma laminae aut tuberculi glandulosi (proscolla); ovarium 6-costatum rimis tribus medio dehiscens, seminibus numerosis scrobiformibus testa membranacea laxa reticulata, albumine carnoso, embryone basilari. Vis. fl. dalm. I. p. 164; Koch syn. pl. p. 788; Rchb. fl. g. p. 118.

Herbae perennes foliis vaginantibus vel amplexicaulibus, interdum in squamas decolores contractis, radice fasciculata vel tuberibus 2 integris palmatisve, rarius unico.

Trib. I. **Ophrydineae Koch.** *Anthera adnata; massae pollinis lobulatae, ellastice cohaerentes; radix tuberosa.*

Gen. 680. **Orchis L. Kačun.**

Perigonium ringens laciniis 3 vel 5 fornicato-connirentibus subaequalibus labello lineari 3-fido aut obovato subtus postice calcarato; gynostemium breve; antherae adnatae loculis contiguis parallelis, pollinaria bina caudiculata, reticulo unico aut gemino, nudo aut bursicula incluso; stamina 2; stigma maculam transversam subcordatam lunatamve referens; ovarium contortum. — Vis. fl. dalm. I. pag. 166, g. 104; Koch syn. pl. pag. 788; Rchb. fl. g. pag. 122, g 183.

1 Laciniis perigonii omnibus 5 in galeam conniventibus, omnibus liberis vel coalitis; tuberibus indivisis 2

Laciniis perigonii 2 lateralibus exterioribus patentibus aut plane reflexis et tantum tertia una cum duabus interioribus in galeam conniventibus 10

2 Labello profunde 3-lobo aut 3-partito 3

Labello rhombeo crenato indiviso plus minusve emarginato et longe unguiculato. — Spithamea pedalis; tubera indivisa; folia 6—8 basi approximata lanceolata canaliculato-recurvata, 3 superiora abbreviata arcte vaginantia; bracteae magnæ roseae membranaceae; flores speciosi, in spicam abbreviatam laxam congesti laete rubri nervosi, laciniis perigonii lanceolatis labellum aequantibus; calcar subulatum rectum descendens ovario brevius; labellum subrotundo-ovatum. ♃. Vis. fl. dalm. 319 in pascuis circa Boccagnazzo prope Zara. Rchb. fl. g. 838. (O. papilionacea Alsch.) Mj.-In. . . . . **O. rubra Jacq.**

3 Labelli profunde 3-partiti aut trifidi lobo intermedio apice aut emarginato aut bipartito 4

Labelli 3-lobi lobis abbreviatis dilatatis medio truncato et emarginato. — Palmaris, rarius ultra; tubera rotunda; scapus erectus teres superne nudus et purpurascens reliqua parte foliis abbreviatis vestitus; folia radicalia oblonga, exteriora patentia, interiora erecta, reliqua spathaeformia vaginantia; bracteae lanceolatae purpurascentes; calcar cylindricum vel subclavatum et horizontale, vel adscendens ovariumque subaequans; perigonii laciniae obtusae purpureae venis viridibus validis pictae, rarius violaceae, roseae aut albae. ♃. In pratis, collibus apricis et pascuis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvaticis ad Rétfalu, in collibus circa Vukovar et Semlin. (Kan.), nec minus in comitatu Požegano. Rchb. fl. g. 828. — Vis. fl. dalm. 314 in pratis et pascuis circa Zara, Sebenico, Boraja,

Salona, Clissa, Zaostrog, Ragusa, Cattaro et Pastrovichio. „Vranjak.“ Mr.-Mj. . . . . **O. Morio L.**

4 Labelli ad medium usque 3-fidi lobo intermedio oblongo-integerrimo aut truncato-emarginato; bracteis ovarium subaequantibus aut illo plane longioribus 5

Labelli tripartiti lobo intermedio apice dilatata bifido et in excissura plerumque unidentato; bracteis ovario evidenter brevioribus 6

5 Labelli semitrifidi dependentis laciniis subaequalibus, media oblonga integra; calcare conico; laciniis perigonii acuminatis. — Tubera subrotunda; scapus erectus vestitus foliis ensiformibus lanceolatisve erectis acutis, inferioribus planis, superioribus marginibus conniventibus; bracteae lanceolatae membranaceae canaliculatae acutae; flores fragrantes cimicesque redolentes, labello velutino medio rubello punctisque obscure purpureis signato, aut viridi albo-marginato et rubro punctato, galea fusco-purpurea laciniis basi albidis, apice rubellis lanceolatis acuminatis emarginatis liberis; spica elongata laxiuscula. ♃. In pratis siccis collibussque apricis totius Croatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 323 in collibus et locis apricis ad Cerno prope Zara et Verlika, S. Gajo prope Salona, Sinj, in monte Sella et in pascuis Dversno in Krivoscie prope Cattaro. Rchb. fl. g. 840. Mj.-In. **O. coriophora L.**

Observ. variet. β. lacinia labelli media flabellata lateralibus duplo longior; calcare ovarium subaequante, laciniis perigonii lanceolato-acuminatis connatis apicibus liberis lateralibus emarginatis, est: O. fragrans Poll.; (O. Polliniana Spr.) Rchb. fl. g. 841 occurritque cum priori, cujus varietas habetur, praesertim in Dalmatia. —

Labelli semitrifidi porrecti laciniis oblongis, intermedia latiore truncatoque-emarginata; calcare arcuato subcylindraceo; laciniis perigonii ovatis cuspideque spathulata terminatis. — Tubera ovato-oblonga; scapus erectus teres; folia lanceolata acuta erecta, ad basin vaginantia; bracteae lanceolatae uninerviae acuminatae ovarium aequantes; flores purpurei labello punctato in spicam subrotundam densissimam congesti, leviter odorati. ♃. In pratis montanis collibusque apricis circa Samobor, in monte Oštrc, Sv. Ana pod Turnom et alibi, sed reliquis rarior. Syll. fl. cr. (Nigritella globosa Rchb. fl. g. 826.) Mj.-In. , . **O. globosa L.**

6 Bracteis ovario multoties brevioribus; laciniis perigonii basi connatis in galeam ovatam arcte conniventibus 7
Bracteis ovarium saltem dimidium aequantibus aut illud plane superantibus 9
7 Labello penicellato-punctato, laciniis lateralibus linearibus . . 8
Labello velutino-punctato laciniisque lateralibus angustissime linearibus elongatis, conformibus, integerrimis, incurvatis, intermedia bifida cum interjecto dente lineari. — Tubera ovata; scapus palmaris rarius ultra; folia oblonga; flores albido-lilacini, galea purpurascente-cinerea, labellum dilute purpureum vel albidum saturatiusque purpureo-punctatum; calcar oblongo obtusum ovario dimidio brevius; laciniae perigonii lanceolatae basi coalitae; spica subovata densa; bracteae squamiformes brevissimae. ♃. Vis. fl. dalm. 322 in argillosis apricis insulae Cherso, circa Zara et ad Troica prope Cattaro. Rchb. fl. g. 846. (O. tephrosantes Vill.; O. zoophora Thuill.) Mj.-In. . . . **O. Simia Lam.**
8 Lacinia labelli intermedia a basi sensim dilatata late obcordata plerumque cum dente interjecto setaceo. — Tubera magna oblonga; scapus teres superne aphyllus pedalis aut sesquipedalis; folia oblonga, inferiora longa lata glabra in vaginam amplexicaulem angustata; flores speciosi in spicam ovatam collecti leviter odori, atro-rubri labio albo rubroque punctato crenulato profunde trilobo, lobis distantibus lateralibus oblongo linearibus; calcar subclavatum ovario duplo brevius; bracteae squamiformes brevissimae. ♃. In sylvis montanis collibusque incultis circa Kalnik, Žibrinovec, in Moslavina circa Gornja-Jelenska, Miklouška et Šartovec; ad Zagrabiam et Samobor, nec minus circa Flumen, Žuta-Lokva, ad lacus Plitvicenses et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus et vineis circa Vukovar, inter frutices ad Čerević et Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 320 ad margines agrorum et in argillosis insulae Pago, nec non circa Zara, Sebenico, Derniš, Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 531. Mj.-In. . . . . **O. fusca Jacq.**
Lacinia labelli intermedia lineari apice dilatata bifida cum dente interjecto setaceo. — Tubera ovata; scapus erectus palmaris pedalisve infra medium foliis oblongis nitidis tectus; flores pallide rosei aut lilacini in spicam pyramidalem laxam congesti, galea cinerea vel pallide purpurea, labello dilute purpureo, medio albido punctisque purpureis picto; laciniae perigonii in galeam

ovato-lanceolatam conniventes, inferne coalitae; bracteae membranaceae brevissimae purpurascentes. ♃. In incultis collibusque herbidis totius Croatiae montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus circa Vukovar, in vineis et sylvis ad Čerević, in collibus sylvaticis circa Stražilovo et Karlovic. Rchb. fl. g. 848. (O. cinerea Sut.; O. Rivini Gou.) Apr.-Mj. . . **O. militaris L.**

9 Spica subglobosa; labello punctato-glabro; calcare ovario duplo breviore. — Tubera subrotunda; scapus spithamaeus erectus tortuosus angulatusque: folia oblongo-lanceolata breve cuspidata, decrescentia acuta, e glauco virentia, inferiora approximata, summa vaginantia; flores albido-lilacini labio purpureo-punctato velutino serrulato profunde 3-lobo, lobis distantibus oblongis, medio divaricate bilobo mucronato; calcar subulatum; perigonii laciniae attenuato-acuminatae; bracteae ovarium subaequantes aut paullo breviores erectae, acuminatae striatae carneae. ♃. In pratis et pascuis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis, pratis sylvisque humidiusculis circa Čerević, Stražilovo et Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 321 in pascuis ad Boccagnazzo et Crno prope Zara; in monte Svilaja supra Derniš, circa Ragusa, Scagliari prope Cattaro et Pastrovichio. Rchb. fl. g. 843. (O. Simia Vill.; non Lam.) Mj.-In. . . . **O. variegata All.**

Spica oblonga laxiuscula aut subcylindracea densaque; labello velutino-punctato; calcare ovario triplo breviore. — Tubera subrotunda; scapus spithamaeus pedalisve teres inferne squamis 2 aphyllis obvolutus; folia oblongo-lanceolata, inferiora majora patula in vaginam angustata, superiora minora augustiora caulemque amplectentia; flores omnium minimi, galea obscure atropurpurea, labellum album guttulisque intense purpureis pictum laciniis lateralibus oblongo-linearibus apice subcrenatis, intermedia bifida cum denticulo interjecto, lobis oblongo-linearibus subcrenatis; calcar ovario triplo brevius; laciniae in galeam subglobosam conniventes ovatae liberae, interiores subspathulatae obtusae; bracteae membranaceae canaliculatae purpureae ovarium dimidium aequantes. ♃. In pratis et pascuis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus herbidis circa Daruvar, Stražeman, Kutjevo et Požega. Vis. fl. dalm. 324 in collibus circa Pastrovichio. Rchb. fl. g. 842. (O. imbricata Vest.) Mj.-In. **O. ustulata L.**

10 Bracteis uninerviis ovarium aequantibus; tuberibus indivisis . . 11
Bracteis saltem 3-, saepius plurinerviis, inferioribus aut plane omnibus insuper venosis 15

11 Calcare crassiusculo cylindraceo aut conoideo ovario evidenter breviore; labello plus minusve crenulato aut dentato . . . 12
Calcare tenuissimo setaceo ovarium aequante aut plane illud superante; labello integerrimo. — Tubera ovata; scapus gracillimus palmaris aut humilior; folia oblonga maculata, radicalia erecta in petiolum elongatum angustata; spica elongata laxa; una cum bracteis laete purpurea, labellum velutinum profunde trilobum, basi punctis 2—4 rubris notatum, lobis subaequalibus oblongis apice rotundatis, medio apiculato; perigonii laciniae obtusae. ♃. In collibus apricis litt. cr., veluti ad Flumen et Praputnik. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 318 in saxosis apricis insularum Ossero, Crappano, Brazza et Lesina, nec non circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, in monte Marian, Vergorac, Mulla et Krivoscie prope Cattaro. Rchb. fl. g. 836 et 837. (O. Brancifortii Biv.; O. quadripunctata Ten.) Apr.-Mj. . **O. Hostii Tratt.**

12 Lobis labelli evidenter crenulatis velutinis 13
Lobis labelli latis evidenter dentatis basi hirtellis, lobo intermedio cum dente interjecto emarginato. — Tubera subrotunda; folia radicalia laete viridia oblonga obtusa lineata basi vaginantia, inferne maculis purpureis variegata; scapus pedalis vel plane ultra, inferne nigro punctatus; spica elongata laxa; flores purpurei; calcar anguste cylindricum curvato-adscendens, ovarium subaequans; laciniae perigonii ovatae obtusae. ♃. In pratis humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis et sylvis circa Čerević et Stražilovo. (Kan.); in pratis humidiusculis dumetosis ad Daruvar et Pakrac. Vis. fl. dalm. III. p. 352 in pratis aquosis palustribus circa Zara et in sylvaticis circa Ragusa. Rchb. fl. g. 834. Apr.-Mj. . . . . . . **O mascula L.**
Observ. variet. β. labello inciso-dentato; perigonii laciniis apice acuminato-subulatis, est: O. speciosa Host., (O. mascula Jacq.; O. palustris Alsch.) occurritque cum specie in Dalmatia.

13 Calcare horizontali aut adscendente ovarium subaequante aut illud plane excedente 14
Calcare descendente recto crasso ovario duplo breviore. — Tubera ovata; scapus spithamaeus aut ultra; folia fere omnia radicalia oblonga, basi longe angustata apice rotundata cum apiculo, cau-

lina sessilia vaginantia lamina lineari agustata vagina breviore; spica sesquipollicaris laxiuscula rachide flexuosa, bracteae lanceolato-lineares ovario subbreviores; flores majusculi rosei; laciniæ perigonii binae laterales rubro punctatae; labellum amplum profunde 3-lobum lobis omnibus rotundatis erosulis sinuato-divisis. ♃. Vis. fl. dalm. 317 in dumetis circa Lesina. Mr.-Apr.

O. patens Desf.

44 Foliis obovato-oblongis obtusis; spica ovata. — Tubera oblonga; scapus spithamaeus, vix ultra; folia magna sub anthesi aggregata nitida immaculata; flores in spicam ovatam collecti ochroleuci, rarissime purpurascentes Sambucum redolentes; bracteae flavescentes ovarium subaequantes; perigonii laciniae obtusae ovatae. ♃. In pratis montanis collibusque herbidis ad Zagrabiam, Vrabče, Samobor et alibi. Rchb. fl. g. 831. (O. sulfurea B. Mag.) Apr.-Mj. . . . . **O. pallens L.**

Foliis lanceolatis mucronulatis; calcare curvato, adscendente; spica laxa. — Praecedente major et laxior; folia lanceolata, suprema scapum vaginantia; flores ochroleuci labello medio flavo plicato late trilobo, lobo medio emarginato, pollinariis caeruleis; calcar carinatum obtusum ovario sublongius; laciniae perigonii obtusae. ♃. In collibus apricis litt. cr. veluti circa Praputnik et Hrelin. Vis. fl. dalm. 315 in collibus locisque saxosis apricis circa Boccagnazzo prope Zara et Trau; in montibus Promina, Marian, Radinje, supra Clissa, nec non in insulis Crappano et Brazza, in collibus circa Ragusa, in monte Kolovir prope Budua. Rchb. fl. g. 832. (O. Cyrilli Ten.; O. pauciflora Ten.; O. mascula Alsch.) Mr.-Apr. . . . . **O. provincialis Balb.**

15 Foliis oblongo-ovalibus aut oblongo-lanceolatis; tuberibus palmatis vel saltem caudatis lobatisve 16

Foliis lineari-lanceolatis acutis; tuberibus ovatis indivisis. — Scapus erectus teres pedalis aut sesquipedalis; folia erecta acuta inferne vaginantia; bracteæ lanceolatae canaliculatae purpurascentes; flores speciosi purpurei in spicam elongatam laxam dispositi; labellum velutinum crenulatum subtrilobum; calcar subarcuatum horizontale obtusum ovario brevius; laciniae perigonii obtusae, laterales deflexae. ♃. In pratis humidis et uliginosis totius Croatiae frequens. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Bukovec (Kan.), nec minus circa Daruvar, Pakrac, Stražeman et Kutjevo. Vis. fl. dalm. 316 in pratis uliginosis et aquo-

sis insulae Pago, ad lacum Boccagnazzo, nec minus circa Knin, Salona, Almissa, Ragusa et Pastrovichio. Rchb. fl. g. 830. (O. ensifolia Vill.) Mj.-In. . . . . **O. laxiflora Lam.**

Observ. variet. β. lobo labelli intermedio magis producto, (subligulato) bifido, est: O. laxiflora Jacq. occurritque cum priori.

16 Tuberibus evidenter palmatis; calcare cylindraceo ovario breviore, rarius inflato crassoque 17

Tuberibus caudatis obiterve fissis; calcare inflato conico demisso ovarium aequante. — Spithamaea et ultra; folia oblonga acuta; bracteae foliaceae flores ochroleucos in spicam densam oblongam congestos, sambucum leviter redolentes, aequantes; labellum rubro punctatum crenulatum subtrilobom; laciniae perigonii lanceolatae patulae liberae. ♃. In montibus sylvaticis collibusque herbidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Požega, Pleternica et Bekteš. Vis. fl. dalm. 325 in pascuis montis Velebit, Biokovo et circa Vergoraz. Rchb. fl. g. 853. Mj.-In. . . . . **O. sambucina L.**

Observ. variet. β. floribus purpureis, est: O. incarnata W.

17 Scapo fistuloso 4—6-folio; laciniis perigonii lateralibus demum sursum reflexis; floribus purpureis 18

Scapo solido 8—10-folio, foliis sperioribus diminutis bracteiformibus supremo a spica longe remoto, infimis oblongis, intermediis lanceolatis utrinque attenuatis; laciniis perigonii lateralibus patentibus. — Sesqui-bipedalis et ultra, gracilis; folia remota supra nigro aut fusco maculata, rarius immaculata; flores dilute lilacini maculis lineolisque purpureis variegati et in spicam oblongam congesti, rarius nivei et impunctati. ♃. In sylvis montanis collibusque graminosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Zvečovo (Kan.), in illis ad Daruvar et in collibus ad Požegam. Rchb. fl. g. 834. In.-Il. . **O. maculata L.**

18 Calcare omnino cylindrico descendente et ovario evidenter breviore 19

Calcare basi inflato crasso obtuso ovario subbreviore. — Tubera palmata; scapus pedalis aut sesquipedalis; folia fusco maculata infima obovata oblongave obtusa, reliqua lanceolata; flores purpurei in spicam elongatam laxam congesti; labellum crenulatum 3-lobum lobo medio acuto sublongiore laciniae perigonii semiovatæ patulae liberae; bracteae multinerviae foliaceae flore longiores. ♃. Vis. fl. dalm. 327 in rupestribus Trodo prope Cattaro. Mj.-In. . . . . **O. saccifera Ad. Brogd.**

Observ. O. maculatae L., persimilis, quae tamen differt caule solido, spica breviore et densiore; bracteis nonnisi 3-nerviis; lobo labelli medio minore et calcare cylindraceo, nec basi inflato.

19 Foliis erectis cauli subparallelis elongato-lanceolatis attenuatis apice cuculato-contractis, supremo basin apice superante. — Tubera palmata; scapus spithamaeus rarius ultra, 4—6-folius; flores purpurei in spicam laxiusculam congesti; bracteae omnes foliaceae flore longiores trinerviæ venosaeque; folium infimum reliquis brevius et patulum. ♃. In collibus apricis graminosis circa Merzla-vodica et Skrad- Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 326 in pratis Žerava prope Zara et in sylva Paklenica ad pedem montium Velebit. (O. angustifolia Wim. et Grab.; O. latifolia Rchb. icon. 6.769.) Mj.-In. . . . . **O. incarnata L.**

Foliis patulis, inferioribus ovalibus oblongisve obtusis, superioribus minoribus lanceolatis acuminatis. — Tubera palmata; scapus erectus pedalis et ultra; folia saepe maculata; flores purpurei in spicam densam congesti; bracteae lineari-lanceolatae inferiores et mediae flore longiores, omnes 3-nerviae simulque venosæ. ♃. In pratis humidiusculis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Pleternica, Bekteš et Kutjevo. Rchb. fl. g. 856. (O. comosa Scop.; O. divaricata Rich.; O. longebracteata Schm.) In.-Il. . . . . **O. latifolia L.**

Observ. variet. β. labello orbiculato 3-fido crenulato; laciniis perigonii lateralibus reversis floribusque magnis speciosis, est: O. majalis Rchb. fl. g. 858.

Gen. 681. **Anacamptis Rich. Vranjak.**

Galea fornicata; labellum 3-fidum basi bilamigerum; calcar ovario longius; antherarum loculi bursicula uniloculari conjuncti; massae pollinis retinaculo communi insertae; ovarium contortum. — Koch syn. pl. pag. 793; Rchb. fl g. p. 122, g. 182.

Labello integerrimo 3-fido, lobis oblongis obtusis subaequalibus; foliis lanceolatis acutis, supremis brevissimis cuspidatis. — Tubera subrotunda indivisa; scapus teres pedalis gracilis foliisque ferme totus tectus; bracteae lanceolato-acuminatae 3-nerviae ovarium subaequantes; flores rosei aut persicini in spicam dense pyramidatam congesti; laciniae perigonii ovato-lanceolatae, exteriores patulae; calcar filiforme. ♃. In pratis montanis fertilibus circa Lobor, in illis inter Mače et Sutinsko. nec minus in

parte montana ad Lokve et Mrzla-vodica, ad lacus Plitvicenses et in Farkašić-draga. In Slavonia in sylvis circa Bunica. (Kan.) Vis. fl. dalm. 329 in apricis circa Cerno et Boccagnazzo prope Zara; in insula Krappano prope Sebenico, circa Konjsko, in monte Mossor, circa Ragusa et Pastrovichio. Rchb. fl. g. 827. (O. pyramidalis L.) Mj.-In. . . . . . . **A. pyramidalis Rich**

Observ. variet. β. spica oblonga dense parviflora; foliis supremis bracteisque subuninerviis apice subulatis, est: A. condensata Desf. occurritque in apricis circa Salona et in insula Lesina.

Gen. 682. Gymnadenia R. Br. Goro-cviet.

Galea fornicata connivens; labellum patens longe calcaratum 3-fidum; laciniae perigonii laterales divergentes; stigma superne emarginatum; bursicula ad basin loculorum antherae nulla, glandulae pollinariorum exsertae. Koch syn. pl. p. 794; Rchb. fl. g. p. 120, g. 170.

1 Tuberibus radicis palmatis; calcare filiformi ovarium longitudine superante 2

Tuberibus radicis fasciculatis; calcare ovario multo breviore. — Radicis fibrae carnosae elongatae; scapus dodrantalis; flores parvi albidi; labellum integerrimum 3-lobum lobis acutis, intermedio majore obtuso; laciniae perigonii ovato-oblongae connniventes; calcar crassiusculum pendulum ovario triplo brevius, bracteae trinerviae ovarium aequantes; spica elongata laxiuscula; folia lanceolata. ♃. Vis. fl. dalm. III. p. 353 in graminosis montanis ditionis Ragusinae. Rchb. fl. g. 878. (Orchis albida Scop.; Satyrium albidum L.; Habenaria albida R. Br.) In.-Il. **G. albida Rich.**

2 Calcare filiformi ovario fere duplo longiore; foliis elongato-lanceolatis. — Tubera palmata; scapus erectus pedalis aut sesquipedalis teres fistulosus purpuraque suffusus, inferne foliorum vaginis tectus; folia inferiora patula, superiora multo minora cauliqne fere adpressa; bracteae ovato-lanceolatae acuminatae ovario longiores; flores purpurei, rarissime albi in spicam cylindricam elongatam congesti; laciniae perigonii exteriores patentissimae. ♃. In pratis montanis circa Radoboj, Lobor, Zlatar, nec minus in illis ad Samobor montis Ošterc et alibi in Croatia montana. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis derelictis ad Čerević, in sylvis montanis Zvečovo (Kan.), nec minus in collibus graminosis ad Požegam. Vis. fl. dalm. 428 in pascuis montium Velebit, Pro-

mina, Mossor et Biokovo, nec non supra Canali in ditione Ragusina. Rchb. fl. g. 822. (O. conopsea L.) Apr.-Mj.

G. conopsea R. Br.

Calcare filiformi ovarium subaequante; foliis lineari-lanceolatis linearibusque. — Tubera palmata compressa; scapus erectus pedalis gracilis; folia inferiora patula canaliculata, superiora planiuscula caulique adpressa; bracteae lanceolatae acuminatae floribusque breviores; flores purpurei aut rosei, rarissime albi in spicam densam elongatum congesti; laciniae perigonii laterales patentissimae. ♃. In pratis montium altiorum, veluti in illis montium Ivanščica, Ošterc, Klek, Modruš, Žuta-lokva, ad lacus Plitvicenses, in Vrebačka-staza et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis derelictis ad Čerević (Kan.); ad margines vinearum ad Požegam. Rchb. fl. g. 820. (O. odoratissima L.) In.-Il.

G. odoratissima Rich.

Gen. 683. Himanthoglossum Spr. Kozonoška.

Laciniae perigonii binae erectae; labellum lineare flabellatum tripartitum contortum et longissimum, postice breviter calcaratum; pollinaria basi connata; stigma superne emarginatum. — Koch syn. pl. pag. 794; Rchb. fl. g. pag. 119, g. 178.

Labello 3-partito, laciniis linearibus, intermedia longissima subcontorta, lateralibus multo brevioribus undulato-crispatis. — Tubera ovata indivisa; scapus erectus, 1—2-pedalis et ultra; folia erecto-patula late lanceolata acuta; flores virides rubro maculati in spicam oblongam congesti; laciniae perigonii ovatae conniventes; calcar brevissimum; bracteae lanceolato-lineares 3-nerviae ovarioque longiores. ♃. In collibus dumetosis et pascuis montanis ad Toplikam, Svibovec et Drenovec; circa Samobor, Sv. Ana pod Turnom et alibi, etiam in Croatia australi. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus graminosis ad Čerević et in vineis circa Dobšovac (Kan.), nec minus circa Požegam et Kutjevo. Vis. fl. dalm. 330 in apricis circa Boccagnazzo. Rchb. fl. g. 816. (O. hircinaSw.; Satyrium hircinum L.; Loroglosum hircinum Rich.) Mj.-In. . . . . **H. hircinum Spr.**

Gen. 684. **Coeloglossum Hartm.**

Laciniae perigonii in galeam conniventes; labellum lineare apice tridentatum dente intermedio brevissimo lateralibus porectis: calcar brevissimum scrotiforme: (Caetera ut Orchidis.) Koch syn. pl. p. 795.

Foliis ovatis decrescentibus; floribus flavo-viridibus. — Tuberibus fasciculatis carnosis cylindricis; scapus erectus spithamaeus 3--4-folius, superne angulatus; folia saturate viridia; flores in spicam laxam collecti; bracteae erectae lanceolatae acuminatae. ♃. In pratis montanis circa Vrbovsko, in graminosis montis Merzin et alpis Pliešivica. In pratis montanis comitatus Syrmiensis (Kan.) Rchb. fl. g. 813. (O. viridis Sw.; Gymn. viridis Rich.; Habenaria viridis R. Br.; Peristylus viridis Lindl.) In.-Il. **C. viride Hartm.**

Gen. 685 **Platanthera Rich. Vimenjak.**

Perigonium ringens laciniis quinis in galeam conniventibus; labellum patens ligulatum, subtus postice calcaratum; gymnostemium breve, antherae adnatae loculis basi divergentibus; pollinaria bina caudiculata retinaculis nudis; staminodia duo; ovarium contortum; stigma maculam ovatam referens; calcar filiforme. — Vis. fl. dalm. I. p. 165, g. 103; Koch syn. pl. p. 795; Rchb. fl. g. p. 120, g. 169.

Antherae loculis parallelis; labello lineari-elongato obtuso concolori. — Pedalis gracilis; tubera oblonga, scapus erectus angulatus; folia inferiora bina oblongo-ovata in vaginam angustata, superiora sessilia sensimque minora lanceolata; flores albidi fragrantes; laciniae perigonii obtusae; calcar ovario longius descendens rectiusculum et filiforme. ♃. In sylvis umbrosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 313 in umbrosis sylvaticis supra Perzagno prope Cattaro. Rchb. fl. g. 817. (O. bifolia L.; O. alba Lam.; O. solstitialis Boeng.; Habenaria bifolia R. Br.) In.-Il. . . . . **P. bifolia Rich.**

Antherae loculis apice contiguis inferne autem divaricatis; labello ovato-lanceolato discolori. — Praecedenti persimilis, sed robustior; folia radicalia obovata patentia; calcar horizontalis arcuatum apiceque clavatum; flores virescentes. ♃. In pratis collibusque dumetosis circa Crisium, Gotalovec, Zajezda et alibi praesertim in Zagoria inferiori. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 313 variet. β.

in pratis circa Žerava prope Zara. Rchb. fl. g. 818. (O. virescens Zollik.) Mj.-In. . . . . **P. chlorantha Cust.**

Gen. 686. **Tinea Biv.**

Perigonium laciniis omnibus fornicato-conniventibus subaequalibus, lateralibus basi subsaccatis, labello oblongo lineari-trifido subtus postice calcarato; gynostemium minimum; antherae loculis contiguis parallelis; pollinaria bina caudiculata granulis pedicellatis; retinaculis binis bursicula communi inclusis; stamina duo; stigma subsessile lunatum transversum; ovarium rectum. — Vis. fl. dalm. III. p. 353.

Foliis fusco-maculatis; floribus exiguis in spicam cylindricam secundam dense congestis. — Radix fibrosa cum tuberibus ovato-subrotundis integris geminis, scapus erectus spithamaeus pedalisve teres foliatus; superne subnudus compresso-angulatus, interdum fusco-maculatus; folia inferiora bina majora patentia obtusa, superiora erecta oblongo-lanceolata acuta sensimque minora; flores carnei lineolis rubris picti, suaveolentes; bracteae membranaceae ovato-lanceolatae acuminatae ovario breviores; perigonii laciniae acutae conniventes et simul reclinatae; labelli laciniae laterales filiformes, media late linearis apice obtusa vel acuta aut 2—3-fida; germen ellipticum rectum. ♃. Vis. fl. dalm. III. p. 353 in pascuis insulae Lesina et circa Ragusa. (Orchis secundiflora Bert.; O. atlantica W.; Satyrium maculatum Desf.; Ophrys densiflora Desf.) Apr.-Mj. . . **T. maculata Vis.**

Gen. 687. **Aceras R. Br. Bezostružka.**

Perigonium laciniis quinis conniventibus, interioribus multo angustioribus; labellum pendulum lineari-trifidum basi gibbosum ecalcaratum; gynostemium breve erectum, anthera adnata loculis discretis basi approximatis; pollinaria bina caudiculata retinaculis in unum connatis bursicula inclusis; staminodia obsoleta; stigma cordiforme gynostemio et labello marginatum. Vis. fl. dalm. I. pag. 174, g. 105; Koch syn. pl. p 798; Rchb. fl. g. p. 127, g. 185.

Scapo folioso, foliis basi approximatis lanceolatis; labello 3-partito lacinia intermedia lineari bifida saepe cum interjecto denticulo, lacinulis laciniisque lineari-filiformibus. — Palmaris pedalisve; tubera subrotunda; flores viriduli margine purpurascentes in spicam elongatam laxiusculam congesti; labellum scabrum laciniis omnibus profunde bifidis. ♃. Vis. fl. dalm. 331 in pineto insulae Lesina et circa Ragusa. Rchb. fl. g. 862. (Ophrys

anthropophora L.; Loroglossum athropophorum Rich.; Himanthoglossum anthropophorum Spr.) Mj.-In. **A. anthropophora R. Br.**

Gen. 688. **Ophrys L. Kokica.**

Perigonium laciniis 2 exterioribus patulis, suprema galeata, 2 internis minoribus erectis, labelio patente ecalcarato et gynostemio ad antheram usque adnato; anthera tota adnata quidem, sed loculis basi disjunctis et connectivo loculos excedente; pollinaria bina caudiculata retinaculis basi bursiculis duabus distinctis inclusis; stamina minuta; stigma subrotundum erostre; ovarium non contortum. — Vis. fl. dalm. I. p. 175, g. 107; Koch syn. pl. pag. 796; Rchb. fl. g. p. 128, g. 107.

1 Labelli basi utrinque plana et omnino ecorni . . . . . . - 2
Labelli basi utrinque gibbosa aut corniculata 7
2 Labello late cuneato-oblongo velutino aut simpliciter oblongo plano 3-lobo 3
Labello obovato-villosulo basi integro, supra medium aut plane apice trilobo 4
3 Labello late cuneato-oblongo supra medium 3-lobo, lobis lateralibus semiovatis obtusis, medio leviter emarginato aut truncato mutico duplo brevioribus. — Spithamaea scapo folioso; flores flavo-virides, perigonii laciniae internae lineares planae margine puberulae gynostemio mutico longiores; labellum planum atroviolaceum disco maculis binis parallelis oblongis contiguis azureis ornatum. ♃. Vis. fl. dalm. 342 in dumetis insulae Lesina. Apr.-Mj. . . . . **O. iricolor Desf.**
Labello oblongo 3-fido lobis lateralibus lanceolatis intermedio duplo longiore apiceque profunde bilobo exapendiculato. — Tubera ovata; scapus teres, basi squamis oblongis membranaceis obvolutus; folia oblonga crassiuscula ad basin vaginantia pauca subradicalia recta; bracteae lanceolatae convolutae florum longitudine; flores 3—4, atroviolacei; laciniae perigonii 2 interiores villosae lineares convolutae et filiformes; labellum intense purpureo-fuscum macula in medio griseo-caerulescente et basi gibberulis 2 nitidis atro-fuscis notatum. ♃. In pratis montanis siccis ad Toplikam; in dumetis ad Capellam St. Michaëlis prope Vugrovec. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 865. (O. myodes Jacq.; O. muscaria Scop.; O. musciflora Hall.) In.-Il. **O. muscifera Huds.**
4 Lobo labelli intermedio apice simpliciter emarginato aut obcordato bilobo 5

Lobo labelli intermedio apice evidenter trilobo, lobo medio minimo appendiculiformi glabro 6

5 Labello medio velutino, margine glabriusculo supra medium trilobo, lobis lateralibus semiovatis obtusis, medio latiore obcordato-bilobo paullo brevioribus. — Spithamaea laxe flexuosa; folia ovalia; flores 3—4, rarius plures flavissimi; labellum luteum disco sanguineo, basi maculis binis oblongis cinereis notato; laciniae perigonii internae oblongo-lineares planae glabrae gynostemio mutico subaequales. ♃. Vis. fl. dalm. 343 in pascuis umbrosis circa Zara non longe a fontana degli Artiglieri. Rchb. fl. g. 864. (O. insectifera ε L.) Apr.-Mj. . . . **O. lutea Cav.**

Labello aequaliter velutino integro convexo, apice emarginato mutico vel mucronulato et basi punctis duobus convexiusculis signato. — Spithamaea pedalis, flores 2—5 purpureo-fusci; labellum cinereo-fuscum margine lutescens lineis binis parallelis lividis notatum, laciniae perigonii internæ oblongo-lineares obtusæ glabrae planae gynostemio rostrato longiores. ♃. In collibus herbidis dumetosis ad Šestinam prope Zagrabia; in iisdem locis inter vineas ad Požegam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 335 in saxosis circa Lossin piccolo in insula Ossero et in olivetis ad Stolivo prope Cattaro. Rchb. fl. g. 871. (O. fucifera Curt.) Apr.-Mj. . . . . **O. aranifera Huds.**

Observ. variet. β. floribus parvis rubro-fuscis, labello elliptico basi integro, medio glabro nervoso, circum citrino-piloso, dorso lineis binis lividis brevibus formam litterae χ simulantibus picto, apice simpliciter emarginato, laciniis perigonii internis late lanceolatis, planis, glabris gynostemium cernuum, apice obtusum et attenuatum subaequantibus, est: O. Tommasinii Vis. occurritque in apricis saxosis insulae S. Pier di Nembo prope Lossin. Vis. fl. dalm. p. 354.

6 Laciniis perigonii internis linearibus planis gynostemium subaequantibus; labello atro-violaceo macula media obcordata nigricante glabra. — Spithamaea; folia oblongo-lanceolata basin versus attenuata; flores 2—3 magni; perigonii laciniae exteriores viridi-albentes lanceolatae obtusae, interiores lineares stamen aequantes; labellum medio nitidum glabrum basique integrum, apice subtrilobum. ♃. Vis. fl. dalm. 340 in saxosis apricis insularum Cherso.

Ossero et circa Zara, Spalato, Ragusa et Pastrovichio. Rchb. fl. g. 866. (O. Speculum Bert.; O. Scolopax Alsch.) „Kokica.“ Mj.-In.

O. Bertolonii Morett.

Laciniis perigonii internis lanceolato-linearibus planis gynostemium rostratum aequantibus; labello fascia flavo-viridi villosula circumcincto, medio macula oblonga apice acute bifida glabra fusca signato. — Tubera subglobosa; scapus 2—3-pollicaris gracilis biflorus; folia usque ad tertiam caulis partem lanceolata basi angustata plana acutiuscula; flores mediocres; bracteae lanceolatae subaequales; perigonii lacinia suprema obovato-spathulata vix galeata lateralibus externis elliptico-oblongis, intimis margine sparse et minute puberulis, apice obtusis. ♃. Vis. fl. dalm. 341 in saxosis montis Bernistrovica prope Trau. Mj.-In.

O. flavicans Vis.

7 Labello indiviso, apice emarginato 8

Labello evidenter 3—5-lobo 10

8 Labello obovato apice mutico vel mucronulato; laciniis perigonii internis glabris planis 9

Labello late obovato-triangulari, apicis apicula cristata inflexa; laciniis perigonii internis convoluto-corniculatis pubescentibus. — Spithamaea pedalisve 3—4-flora floribus remotiusculis; laciniae perigonii exteriores viridi vittatae, superiores roseae aut albidae viridi lineatae; labellum ferrugineum flavo lineolatum. ♃. In collibus apricis dumetosis ad Gračan et Šestinam prope Zagrabia, in iisdem locis circa Slavetić. In Slavonia in collibus graminosis apricis circa Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 333 in collibus et ad vineas circa Zara, Derniš et in Zagorje, nec non in olivetis ad Stolivo prope Cattaro. Rchb. fl. g. 870. (O. oestrifera M. B.; O. fuciflora Hall.) „Ljudidrag.“ Apr.-Mj.

O. arachnites Rchb.

9 Labelli villosi corniculis basilaribus conicis crassis obtusis; laciniis perigonii internis lanceolato-oblongis gynostemium subaequantibus. — Spithamaea pedalisve; flores 2—5 mediocres; labellum atro-violaceo-villosum inapendiculatum, valde gibbosum lineisque binis glabris subparallelis cyaneis longitudinaliter pictum; laciniae perigonii virides, internae olivaceae. ♃. Vis. fl. dalm. 334 in saxosis apricis insulae Ossero circa Lossin piccolo, nec non in insula Lesina. Rchb. fl. g. 872. Apr.-Mj.

O. atrata Lindl.

Labelli velutini gibbis baseos minutissimis, abbreviatis; laciniis perigonii internis oblongo-linearibus gynostemio evidenter longioribus. Vide 5.

10 Labello obovato, velutino; laciniis perigonii internis lanceolatis aut lanceolato-linearibus convolutis villosis 11

Labello ovato tenuissime velutino; laciniis perigonii internis subcordato-ovatis acutis margine revolutis obtusis villosis. — Tubera ovata; scapus gracilis spithamaeus, rarius ultra, biflorus; flores parvi: perigonium flavo-virens, carina laciniarum gynostemium muticum subaequantium viridi, labellum fuscum trilobum, lobis lateralibus abbreviatis lanceolatis acutis basi gibbis villosis, medio elliptico apice truncato 3-fido pennicellato-villoso recte appendiculato. ♃. Vis. fl. dalm. 339 ad vineas circa Zara. (O. distoma Biv.; O. pulla Ten.; O. brachyotus Rchb. fl. g.; O. hiulca Maur.) Mr.-Apr. . . . . **O. tabanifera W.**

Observ. Parvitate florum O. myodi Jacq. similis, ast gracilitate sua, scapo nonnisi bifloro, perigonii laciniis labelloque subelliptico, basi gibboso et lacinia suprema galeata satis diversa.

11 Perigonio roseo nervis virentibus picto; labello obovato aut obovato-subrotundo 12

Perigonio flavo-virente; labello obovato-triangulari trilobo lobis lateralibus longe subulato-corniculatis, medio emarginato inflexo appendiculato. — Spithamaea, rarius ultra; tubera ovata; folia lanceolata vaginantia; flores 3—4 speciosi; bracteae cuculatae acutae; labellum fuscum maculis lutescentibus pictum; laciniae perigonii flavo-virentis internae lanceolatae subconvolutae villosæ, gynostemio rostrato duplo breviores. ♃. Vis. fl. dalm. 337 in pascuis circa Boccagnazzo, Nona, Ragusa et Cattaro. (O. oestrifera Alsch.; O. Scolopax Host.) Apr.-Mj. . . **O. cornuta Stev.**

12 Labello obovato-subrotundo velutino medio glabro trilobo, lobis lateralibus triangulo-corniculatis, medio 3-lobo apice deflexo-appendiculato. — Pedalis et ultra, reliquis robustior; tubera ovata; scapus erectus infra medium teres, superne compressus; folia oblonga carinata marginibus conniventibus inferiore parte scapum vaginantia; bracteae inflatae, acuminatae membranaceae flore breviores; flores magni 3—10 in spicam laxam dispositi; laciniae perigonii rosei nervis viridibus picti internae lanceolatae, rostrum gynostemii duplo longioris elongatum demum flexuosum, labellum ferrugineum luteo-maculatum lineisque glabris

luteis signatum. ♃. In collibus apricis ad vineas circa Koprivnica, circa Carolostadium, ad Flumen, Novi et Cirkvenicam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 336 in pascuis intra Boccagnazzo et Dihlo prope Zara, nec non circa Cattaro. Rchb. fl. g. 869. „Pčelica." (O. insectifera ε L.) In.-Il. . . . **O. apifera Huds.**

Lebello exacte obovato velutino medio glabriusculo trilobo, lobis lateralibus abbreviatis conice breviterque corniculatis villosis, medio emarginato inflexo-appendiculato. — Dodrantalis rarius ultra; scapus erectus gracilis, tubera ovata; flores speciosi; labellum fuscum ad latera et apicem flavescens; laciniae perigonii rosei internae lanceolato-lineares convolutae obtusae villosae gynostemio rostrato paullo breviores. ♃. Vis. fl. dalm. 338 in graminosis apricis Mulla prope Cattaro. (O. bombylifera W.) Apr.-Mj. . . . . **O. bombyliflora Link.**

Gen. 689. Herminium R. Br. Mačje uho.

Perigonium campanulatum laciniis labelloque erectis; labellum basi saccato-gibbum, obtuse carinatum ecalcaratum trilobum; anthera subrotunda; pollinaria bina distincta; ovarium contortum; capsula triangularis. Koch syn pl. p. 798; Rchb. fl. g. p. 119, g. 177.

Laciniis perigonii interioribus trilobis, lobo medio elongato; labelli profnnde trifidi laciniis linearibus, lateralibus subhastato-patentibus, intermedia duplo longiore. — Tuber globosum minimum pilosum fibris pluribus auctum; scapus palmaris, rarius ultra; folia infra caulis medium bina lanceolata approximata, rarius 3—4; spica densiuscula, flores parvi flavo-virentes. ♃. In pratis montium altiorum ad Čubar. (Klinggraeff herb. viv.) Rchb. fl. g. 812. (Oph. Monorchis L.; Satyrium Monorchis Per.; Arachnites Monorchis Hoffm.) Mj.-In. . . . **H. Monorchis R. Br.**

Gen. 690. Serapias L. Kukavica.

Laciniae perigonii externae cuculato-conniventes, internae superiores e basi dilatata longe cuspidatae; labellum ecalcaratum geniculatum trilobum lobo medio majore refracto dependente, basi bilamellatum; gynostemium elongatum erectum apice in foliolum lanceolatum producto; antherae loculi basi bursicula communi uniloculari conjuncti; pollinaria bina, caudiculis retinaculo unico

bursicula incluso connexis; staminodia obsoleta; stigma oblongum erostre. — Vis. fl. dalm. I. pag. 180, g. 108; Koch syn. pl. pag. 798; Rchb. fl. g. pag. 129, g. 188.

1 Articulo labelli posteriore basi intus lamellis 2 oblongis obsito, anteriore basi barbato 2

Articulo labelli posteriore intus callo simplici obsito, basi glabra aut pilosiuscula, lobo medio ovali-lanceolato acuto; foliis omnibus patentibus. — Palmaris spithamaea; tubera obovata; scapus erectus; folia lanceolata acuminata planiuscula; flores purpurascentes in apice scapi approximati subcapitati; bracteae lanceolatae marginibus conniventes violaceo-purpurascentes; labellum incarnatum venis saturatioribus pictum disco radiato flavovirente. ♃. In collibus litt. cr. circa Flumen et Novi. Vis. fl. dalm. 344 in pratis locisque graminosis insulae Ossero, ad Žerava prope Zara, nec non circa Cattaro in valle Župpa et Bogdašič. Rchb. fl. g. 873. (Orchis Lingua Scop.; Helleborine Lingua Pers.; Or. macrophylla Col.) Mj.-In. . . **S. Lingua L.**

2 Labelli lobo medio amplissimo cordato-ovato acuminato; foliis summis adpressis. — Palmaris, praecedente robustior; folia distincte decrescentia; flores magni 8—12 in spicam densam congesti; bracteae cinereo- aut atro-rubentes labello venis saturatioribus picto. ♃. Vis. fl. dalm. 345 in pratis prope Stabilimento di Nona, circa Žerava prope Zara et circa Perzango prope Cattaro. Rchb. fl. g. 874. (Helleborine cordigera Sebast. et Maur.) Apr.-Mj. . . . . **S. cordigera L.**

Labelli lobo medio lanceolato vel oblongo-lanceolato, attenuato acuminato. — Pedalis aut sesquipedalis, subflexuosa; folia late lanceolata et pedetentim in bracteas maximas bipollicares transeuntia; pars caulis superior cum bracteis floribusque rubro-violacea, labium valde pilosum rubro-lateritium auriculis saturatioribus. ♃. In collibus apricis, litt. cr., veluti ad Flumen, Bukari et Portoré. (S. Lingua Bert.; S. pseudo-cordigera Moric.; Helleborine longipetala Seb. et Maur.) Rchb. fl. g. 875. Ap.-Mj.

S. longipetala Gollin.

Trib. II. **Limodoreae Koch.** *Anthera libera; massae pollinis e lobulis numerosis angulatis elastice cohaerentibus compositae vel farinaceae, glandulae nudae basi sua saepe adhaerentes; radix fasciculata aut repens ramosa.*

Gen. 691. **Epipogium Rich. Nadbradac.**

Perigonium resupinatum patens; labellum geniculatum, lamina erecta in calcar inflatum erectum postice terminata; anthera breviter stipitata apici stigmatis trifido immersa; massae pollinis lobulatae, stipitatae; ovarium non contortum. Koch syn. pl. pag. 799; Rchb. fl. g. p. 136, g. 200.

Aphyllum, scapo vaginato paucifloro, floribus pendulis. — Planta discolor, radix carnosa compressa ramosa; scapus erectus teres fistulosus nitidus simplex palmaris rarius ultra; bracteae lanceolatae vel ovatae; pedunculi breves, flores penduli resupinati pauci, perigonium flavescens, calcar dilute carneum. ♃. In sylvis umbrosis ad Grebengrad prope Madjarovo, in montibus Zagrabiensibus ad Vidovec et Markuševec. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis frondosis ad Daruvar. Rchb. fl. g. 898. (E. Gmelini Rich.; Satyrium Epipogium L.) Il.-Ag. . **E. aphyllum Gm.**

Gen. 692. **Limodorum Tourn. Šilorep.**

Laciniae perigonii omnes erecto patulae, internae multo angustiores, labellum transverse geniculatum articulo basilari calcarato, terminali indiviso gynostemium elongatum erectum, anthera mobilis dorso affixa loculis approximatis; pollen granulosum; staminodia nulla; stigma obcordatum rostello brevissimo proscolla instructo. — Vis. fl. dalm. I. pag. 181, g. 110; Koch syn. pl. p. 800; Rchb fl g. p. 131, g. 191.

Scapo vaginato aphyllo; labello ovato undulato, calcare subulato ovarium non contortum subaequante. — Sesquipedale rigidum; radix fibrosa fibris crassis in fasciculum collectis; scapus erectus teres ex violaceo virens squamis vaginantibus striatis vestitus; flores ex albo livescentes in spicam laxam congesti erecti scapoque adpressi; bracteae acuminatae ovarium et pedunculum amplexantes; pedunculi crassi. ♃. In sylvis montanis circa Bosiljevo; in litt. cr. circa Flumen, Praputnik et Cirkvenica. In iisdem locis circa Čerević in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 349 in dumetis collium circa Cattaro et Bogdašić. Rchb. fl. g. 880. (Orchis abortiva L.; Serapias abortiva Scop.) Mj.-Jn.
L. abortivum Sw.

Gen. 693. **Cephalanthera Rich. Naglavak.**

Laciniae perigonii erecte subconniventes; labellum transverse geniculatum ecalcaratum articulo basilari saccato, terminali apice reflexo; gynostemium elongatum erectum; loculi antherae mobilis dorso affixae discreti; pollinaria cy-

lindrica bina; staminodia nulla, stigma transversum erostre; ovarium contortum. — Vis. fl dalm. I. p. 180, g. 109; Koch syn. pl. p. 800; Rchb. fl. g. p. 132, g. 193.

1 Ovario glabro; floribus albis pallidisve, labello incluso lineis flavis aut saltem flavidis picto 2

Ovario pubescente; floribus purpureis, labello exserto albido lineisque parallelis longitudinalibus undulatis flavidis prominulis cristato. — Pedalis et ultra flexuosa; vaginae 3 remotae laxae infra folia lanceolata 3—4 multinervia, nervis primariis 9; bracteae foliaceae ovarium subaequantes; labellum exsertum, laciniæ perigonii omnes acuminatae. ♃. In sylvis collibusque dumetosis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Orahovica, ad claustrum Duzluk et in montanis sylvaticis circa Čerević. (Kan.) Vis. fl. dalm. 348 in sylvaticis montis Dinara. Rchb. fl. g. 882. (Serapias rubra L.; Epipact. rubra Sw.) In.-Il. . . . . **C. rubra Rich.**

2 Laciniis perigonii omnibus obtusis; bracteis foliaceis ovario longioribus; foliis oblongo-lanceolatis. — Pedalis flexuosa; radix repens; scapus erectus folia costata basi caulem amplectentia; flores a 3 ad 8 erecti ampli pallidi disco labelli lineis 3 prominulis flavis cristato; bracteae inferiores foliaceae 5—6 sensimque minores; ovarium bisulcum. ♃. In sylvis montanis ad Crisium, Kalnik, Zagrabiam et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Zoljan, et Stražeman. (Kan.), nec non circa Pakrac, Daruvar et Gaj. Vis. fl. dalm. 346 in sylvaticis montis Koziak supra Verlika. Rchb. fl. g. 884. (Serap. grandiflora L.; Epip. pallens W.; Ep. lancifolia Roth.) In.-Il. . . . . **C. pallens Rich.**

Laciniis perigonii nonnisi interioribus obtusis, exterioribus autem acutis; bracteis subulatis, superioribus ovario multo brevioribus; foliis ensiformibus acuminatis distichis. — Pedalis et ultra, præcedente strictior, vaginae 3 imbricatae; folia 9—10 nervis 5—9 percursa; flores albi, labelli sulcati apice flavo; bractea nonnisi infima foliacea. ♃. In sylvis dumetisque montanis ad Kalnik, Toplikam, Zagrabiam, et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis circa Vel. Motočina, Duzluk, Karlovic, Gergetek et alibi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 347 in umbrosis sylvaticis montium Velebit et in insulis circa Zara. Rchb. fl. g. 883. (Serap. ensifolia Roth.; Ser. grandiflora b.

L.; Ser. longifolia Scop.; Ser. Xiphophyllum L. supl.; Epip. ensifolia Sw.) Mj.-In. . . . . **C. ensifolia Rich.**

Gen. 694. **Epipactis Hall. Kruščika.**

Laciniae perigonii campanulato-patuli omnes patentes et subaequales; labellum ecalcaratum transverse geniculatum articulo basilari concavo nectarifero, terminali basi bilamellato; gynostemium erectum breve, antherae basi affixae liberae loculis longitudinaliter dehiscentibus contiguis; pollinaria bina ecaudata demum proscollae globosae aglutinata; staminodia nulla; stigma subquadratum rostello brevi proscolla terminatum; ovarium contortum basi in stipitem contortum attenuatum. — Vis. fl. dalm. I. p. 183, g. 113; Koch syn. pl. pag. 800; Rchb. fl. g. p. 133, g. 196.

1 Articulo labelli anteriore acuminato apice recurvato 2

Articulo labelli anteriore rotundato obtuso. — Radix carnosa repens; scapus erectus pedalis aut ultra; vaginae 3 amplae obtusissimae imbricatae; folia lanceolata venosa amplexicaulia; flores in racemum collecti rubelli; labellum subrotundum crenulatum lacinias perigonii aequans; bracteae omnes flore breviores. ♃. In pratis paludosis in Moslavina ad Okolje. Vis. fl. dalm 354 in paludosis prope Zara, ad Stobrez prope Spalato, ad Ombla prope Ragusa. Rchb. fl. g. 892. (Serap. longifolia γ L.; Ser. palustris Scop.; Helleborine latifolia Fl. dan.) In.-Il. **E. palustris Crntz.**

2 Foliis ovatis nervisque pubescenti-scabris . . . . 2.

Foliis ovali-lanceolatis aut simpliciter lanceolatis tantum margine pubescenti scabris, in nervis autem glabris. — Palmaris aut dodrantalis; radix fibrosa; scapus erectus superne pubescens; vaginae remotae; folia parva, vix pollicaria sessilia acuta integerrima; flores in racemum laxum dispositi nutantes flavo-virides suaveolentes; labellum ovato acutum lacinias perigonii aequans; bracteae omnes flore breviores; ovarium cano-tomentosum. ♃. In sylvis montanis circa Sutinsko, Gornja-Stubica et ad Zagrabiam circa Delnice et Fužine, nec minus in illis Croatiae australis veluti ad lacus Plitvicensis. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montanis haud rara. (Kan.) Vis. fl. dalm. 354 in sylvaticis ad pedem montis Dinara supra Glavač. Rchb. fl. g. 888. (Ser. microphylla Ehrh.) Il.-Ag. . . . . **E. microphylla Sw.**

3 Gibbis baseos labelli laevibus; laciniis perigonii omnibus glabris. — Radix repens fibrisque pluribus firmata; scapus erectus sesquipedalis; vaginae acutae; folia remota, infima subrotunda breviterque acuminata; flores copiosi in racemum congesti virides labello ovato-acuminato integro laciniis perigonii subbreviore rubente; bracteae inferiores flore breviores. ♃. In collibus dumetosis circa Markuševec, Šestinam et Podsused (1860). In Slavonia in sylvis umbrosis haud rara. (Kan.) Vis. fl. dalm. 352 in sylvis montium Velebit Dinara et Veliki-grad supra Clissa. Rchb. fl. g. 890. (Serap. latifolia Sm.; Ser. Helleborine latifolia L.) In.-Il. . . . . **E. latifolia All.**

Observ. variet. β. vaginis infundibularibus oblique truncatis; floribus atro-purpureis, est: E. atrorubens Hoffm. occurritque in sylvis montanis ad Samobor et in illis montis Klek. Syll. fl. cr.

Gibbis baseos plicato-crispis; laciniis perigonii exterioribus parce pubescentibus. — Pedalis aut ultra; vaginae erectae; folia oblongo-ovata, internodiis longiora; perigonium patulum sordide violaceum aut virens et ferrugineo suffusum. ♃. In sylvis umbrosis ad Toplikam, nec minus in illis montium Ivanščica et alibi in Zagoria. Syll. fl. cr. (Ep. media Fr.) In.-Il. **E. rubiginosa Gaud.**

Observ. variet. γ. floribus viridibus; laciniis perigonii ovario aequilongis, est: E. viridiflora Rchb. 891 occurritque cum specie in sylvis umbrosis Croatiae illaque frequentius. Syll. fl. cr.

Gen. 695. **Listera R. Br. Čopotac.**

Perigonium ringens laciniis in galeam conniventibus; labellum ecalcaratum, deflexum; gynostemium postice terminatum processu ovato in cujus basi vel apice anthera inserta est; anthera libera, sessilis, persistens; pollen farinaceum, rostellum lamellatum, lamella integra; ovarium non contortum. — Koch syn. pl. p. 801; Rchb. fl. g. p. 133, g. 195.

Scapo bifolio, foliis ovatis oppositis; labello lineari bifido. — Pedalis et ultra; radix fibrosa fibris cylindricis elongatis; scapus erectus basi vaginatus et supra foliorum insertionem pubescens; folia 9-nervia, nervis 3 primariis; flores in racemum elongatum dispositi, virentes; bracteae ovatae, acutae, glabrae, pedicello breviores; capsula ex ovato rotundata. ♃. In pratis sylvaticis montanis et in ipsis sylvis frondosis totius Croatiae vulgaris. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis ad Rétfalu et Kravica, nec

minus inter Gergetek et Karlovic. (Kan.); copiosa in sylvis frondosis ad thermas Daruvarenses. Rchb. fl. g. 387. (Ophrys ovata L.; Epipactis ovata All.; Neotia ovata Rich.) Mj.-In. **L. ovata R. Br.**

Gen. 696. **Neotia L. Gniezdovica.**

Perigonium campanulatum subgaleatum laciniis quinis conniventibus subaequalibus; labellum ecalcaratum porrectum, basi concavum non inclusum subtrilobum, lobo medio producto apice bifido; gynostemium breve erectum antherae mobilis basi affixae loculis medio disjunctis; pollen farinaceum; rostellum lamellatum, lingulaeforme, integrum; stigma trasversum; ovarium non contortum. Vis. fl. dalm. I. p. 182, g. 111; Koch syn. pl. p. 802; Rchb. fl. g. p. 132, g. 194.

Scapo vaginato; labello obcordato laciniis perigonii reliquis obtusis longiore. — Radix fibrosa-fasciculata fibris confertis carnosis cylindricis in nidi mondum intricatis; scapus pedalis erectus angulatus fistulosus aphyllus, sed vestitus squamis alternis ex albo testaceis membranaceis obtusis; flores flavo-virentes in racemum elongatum collecti. ♃. In sylvis umbrosis montanis parasitica ad radices arborum totius Croatiae et Slavoniae vulgaris. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 350 in sylvis convallium montis Biokovo supra Makarska. Rchb. fl. g. 885. (Ophrys Nidus-avis Schlecht.; Epip. Nidus-avis Sw.) Mj.-In.

N. Nidus Avis Rich.

Gen. 697. **Goodiera R. Br. Oštropeludka.**

Perigonium ringens; labellum calcaratum inclusum, inferne saccato-gibbum, superne recurvatum; anthera libera pone rostellum inserta, stipitata persistens; pollen e granulis angulatis; rostellum lanceolatum bifidum; ovarium non contortum — Koch syn. pl. p. 802; Rchb. fl. g. p. 131, g. 192.

Foliis radicalibus ovatis petiolatis reticulatis; scapo superne floribusque pilosis. — Rhizoma ramosum articulatum repens; scapus teres, spithamaeus aut semipedalis teres, inferne glaber squamisque vestitus; folia inferiora 5—6 ovata in petiolum decurrentia 5-nervia, in vivo superne albido-fasciata, superiora bracteiformia; spica decrescens 2—3-pollicaris secunda densa, flores albidi. ♃. In sylvis umbrosis montanis ad Greben-grad prope Madjarovo, nec minus in illis montis Ivanščica. Vis. fl.

dalm. III. p. 354 in sylvaticis montanis ditionis Ragusinae. Rchb. fl. cr. 881. (Satyrium repens L. ; Neotia repens Sw.) Il.-Ag.

G. repens R. Br.

Gen. 698. **Spiranthes Rich. Zasučak.**

Perigonium ringens laciniis conniventibus, binis exteriorum patulis, labello apice deflexo subfimbriato, basi unguiculato ecalcarato; anthera libera pone rostellum inserta, sessilis, persistens; gynostemium breve; pollinaria bina bipartita, demum proscollae apice affixa; staminodia nulla; stigma subrotundum rostello laminari bifido proscolla lineari instructo; ovarium non contortum. — Vis. fl. dalm. I. p. 175, g. 106; Koch syn. pl. p. 802; Rchb. fl. g. p. 127, g, 184.

Scapo foliato, foliis lanceolato-linearibus; spica spirali; labello oblongo-ovato, apice rotundato. — Dodrantalis aut plane ultra; gracilis; radix tuberosa tuberibus ovato-oblongis turione scapi laterali; scapus erectus, superne tortilis villosiusculus; folia radicalia in petiolum contracta, caulina parva sessilia caulem amplectentia; spica spiralis villosa; flores albidi, fragrantes. ♃. In pascuis humidis spongiosis montium Ivanščica, nec minus in illis montium Zagrabiensium et Samoboriensium. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 861. (Ophrys spiralis Hall.; O. aestivalis Lam.; Orchiastrum aestivum Mich.; Neotia aestivalis DC.) Il.-Ag.

S. aestivalis Rich.

Caule aphyllo vaginato, foliis radicalibus ovatis, vel ovato-oblongis in petiolum contractis, cauli lateraliter oppositis; labello obovato, crenato. — Spithamaea glaucescens, superne pubescens; tubera carnosa oblonga; scapus teres squamis vestitus superne spiraliter contortus; flores albidi in spicam collecti secundi fragrantes, Vanillam redolentes; bracteae oblongae violaceae, acuminatae, villosiusculae. ♃. In collibus graminosis apricis ad Zagrabiam et Toplikam. Syll. fl. cr. In comitatu Syrmiensi in iisdem locis. (Kan.) Vis. fl. dalm. 332 in graminosis circa lacum Boccagnazzo prope Zara. Rchb. fl. g. 860. (Oph. spiralis L.; Neot. autumnalis Host.; Satyrium spirale Hoffm.) Ag.-Sp.

S. autumnalis Rich.

Trib. III. **Malaxidineae Koch.** *Anthera libera; pollen ceraceum vel e granulis denique in massam ceraceam confluentibus.*

Gen. 699. **Corallorrhiza Hall. Koraljuša.**

Perigonium ringens laciniis 5 conniventibus subaequalibus, labio patente breviter calcarato trilobo, lobo medio maximo lineari-bicalloso; gynostemium oblongum; antherae liberae basi affixae transverse dehiscentis loculis contiguis; pollinaria rotunda quaterna proscollae globosae adglutinata; stigma triangulare rostello obsoleto, proscollae margine infero antherae adhaerente. — Vis. fl. dalm. I. p. 182, g. 112; Koch syn. pl. p. 803; Rchb. fl. g. pag. 131, g. 190.

Spica pauciflora, perigonii laciniis acutis, inferioribus deflexis; labello oblongo obtuso utrinque obtuse unidentato, disco longitudinaliter bicalloso. — Spithamaea gracilis; radix carnosa coralliformis, ramosa ramis in plurimos lobos divisis; scapus aphyllus, sed infra medium squamis vaginantibus tectus, infima brevissima; flores albido-virescentes nutantes. ♃. Vis. fl. dalm. 351 in sylvis vallium montis Biokovo et in monte Svilaja. Rchb. fl. g. 879. (Ophrys corallorrhiza L.; Corallorrhiza dentata Host.) In.-Il. . . . . **C. innata R. Br.**

Gen. 700. **Malaxis Sw. Mekača.**

Perigonium patentissimum laciniis subaequalibus; labellum laciniis conforme ecalcaratum, posticum; anthera terminalis libera sessilis persistens; pollen ceraceum, in massas 4 oblongas conglobatum; ovarium non contortum. — Koch syn. pl. p. 803; Rchb. fl. g. pag. 134, g. 198.

Folio subsolitario ovato acuto; scapo triquetro; labello concavo acuminato. — Spithamaeum-pedale; radix bulbosa bulbo squamis membranaceis tecto basique fibris plurimis aucto; scapus erectus vaginis duabus laxis cylindricis tectus; flores virescentes in racemum elongatum dispositi, pedicellati; bracteae lineari-lanceolatae. ♃. In pratis sylvaticis muscosis montium Ivanščica et Kunagora prope Pregrada, nec minus in monte Ljubel ad Toplikam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 896. (Ophrys monophyllos L.; Microstylis monophyllos Lindl.; Epip. unifolia Hall.) In.-Il.

M. monophyllos Sw.

Trib. IV. **Cypripedieae Koch.** *Flores diandri.*

Gen. 701. **Cypripedium L. Papučica.**

Perigonium patens; labellum ventricosum inflatum; gynostemium apice trifidum lobis lateralibus antheriferis, medio sterili; ovarium non contortum. — Koch syn. pl. p. 804; Rchb. fl. g. p. 134, g. 197.

Lobo gynostemii incurvi deflexo ovato obtuso; labello subcompresso perigonii laciniis breviore. — Dodrantale - pedale; radix repens nodosa ramosa ramis plurimis firmata; scapus erectus foliosus vaginisque 3 imbricatis tectus, tertia processu foliaceo cornuto provisa; folia 3—4 mogna ovali-acuminata 9-nervia plicata pubescentia, summum reliquis minus et 3-nerve; flos maximus speciosus perigonio purpureo-fusco, labello flavo. ♃. In sylvis montanis ad Rasinjam ibique ad pedem montis sylvatici, cui insident rudera vetustae arcis Rasinja; in monte Merzin ad Korenicam, et ad lacus Plitvicenses. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 894. Mj.-In. . . . . **C. Calceolus L.**

Fam. CXVI. **Dioscorideae R. Br. Juss. Jamovci.**

Flores hermaphroditi vel abortu unisexuales regulares ex axillis foliorum spicati vel racemosi; in mare perigonium subcoloratum sexpartitum tubo brevissimo, staminibus 6 laciniis perigonii basi insertis inclusisque, filamentis liberis, antheris supra basin dorso affixis, loculis contiguis longitudinaliter dehiscentibus; in femina perigonium tubo tereti aut trigono cum ovario connatum limbo supero sexfido laciniis persistentibus biserialibus, stamina abortiva glandulaeformia, pistillum stigmatibus tribus indistinctis, raro bilobis, stylis tribus basi connatis ovario e tribus arcte connexis 1—3-ovulatis 3-loculari, ovulis loculorum angulo centrali affixis superpositis; fructus perigonio obductus capsularis aut baccatus; semina subbina, in fructu baccato subglobosa, secus foliaceo-compressa, albumine cartilagineo, embryone parvo in hujus cavitate posito eademque minore. — Vis. fl. dalm I. p. 164; Koch syn. pl. p. 815.

Herbae tuberibus perennantes, caule sinistrorsum volubili, foliis petiolatis simplicibus, palmatinerviis, reticulato-venosis.

Gen. 702. **Tamus L. Bljust.**

Flores dioici; in masculis perigonium coloratum, in femineis perigonii tubus cylindricus; stigmata dilatata biloba; stylus 3-fidus; ovarium 3-gonum, bacca subglobosa, perigonii limbo coronata, 1—3-locularis, 3—6-sperma, seminibus globosis pendulis. — Vis. fl. dalm. I. p. 184, g. 102; Koch syn. pl. p. 815; Rchb. fl. g. p. 101, g 150.

Foliis cordatis acuminatis indivisis. – Radix tuberosa; scapus 4-6-pedalis volubilis; folia rugosa nervosa nitentia; flores luteoli

axillares racemosi; baccae globosae coccineae. ♃. In dumetis sylvisque montanis et ad sepes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 312 in iisdem locis aeque frequens. Rchb. fl. g. 687. Mj.-In. . . . . **T. communis L.**

Ordo II. **Endogeneae eleuterogynae.**

i. e. pl. monocotyledoneae ovario supero s. libero.

Subordo I. *Ovaria plura disjuncta vel basi connata, vel tota connata et maturitate ab axe centrali secedentia, singula stylifera vel stigmate sessili terminata.*

a) Ovaria multi-ovulata.

Fam CXVII. **Butomeae Rich. Kosanice.**

Flores hermaphroditi in scapi apice solitarii aut umbellati bracteati; perigonium 6-phyllum persistens biseriatum, phyllis 3 interioribus petaloideis; stamina plurima subhypogyna, externis interdum sterilibus, antheris introrsis terminalibus, longitudinaliter dehiscentibus; ovaria 6 aut plurima verticillata unilocularia multiovulata, stylis brevissimis liberis, stigmatibus simplicibus; carpidia sicca polysperma intus dehiscentia; semina plurima ex albuminosa placentae parietali reticulatim ramosae affixa erecta, embryone recto, radicula umbilico proxima basim fructus spectante. — Vis. fl. dalm. I. pag. 193; Koch syn. pl. pag. 773.

Herbae prrennes palustres glabrae scapigerae, foliis radicalibus confertis, petiolis semivaginantibus, lamina simplici integerrima.

Gen. 703. **Butomus Tourn. Vodoljuba.**

Perigonium 6-phyllum corollinum; stamina 9 hypogyna, 3 interiora; ovaria 6 inferne connata stigmatibus obtusis coronata; capsulae 6 uniloculares apice liberae, introrsum dehiscentes. — Vis. fl. dalm. I. p. 193, g. 123; Koch syn. pl. p. 773; Rchb. fl. g. p. 99, g. 143.

Foliis linearibus elongatis strictis; perigonii partitionibus ovatis obtusis. — Bi-tripedalis; radix tuberosa horizontalis; scapus erectus teres; folia longissima integerrima glabra laevia; flores speciosi rosei in umbellam collecti. ♃. In fossis et aquis lente fluentibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 377 in aquosis et palustribus circa Lossin piccolo, in insula Pago, nec non circa Narenta. Rchb. fl. g. 672. In.-Il.
B. umbellatus L.

Fam. CXVIII. **Colchicaceae DC. Mrazovci.**

Flores hermaphroditi vel abortu polygami regulares radicales, vel in scapo (caule) paniculati nudi aut bracteati; perigonium corollinum inferum ad basin 6-partitum aut plane 6-phyllum, fauce nuda; stamina 6 perigonii laciniis opposita eorumque basi inserta filamentis liberis, antheris dorso affixis, loculis contiguis; ovarium liberum stigmatibus stylisque ternis; fructus capsularis introrsumque dehiscens; semina testa membranacea, albumine carnoso, embryone incluso cylindrico. — Vis. fl. dalm. I. p. 155; Koch syn. pl. p. 835.

Herbae bulbis aut radice tuberosa vel fasciculato-fibrosa perennantes foliis simplicibus integris, saepius nervosis basi vaginantibus.

Gen. 704. **Bulbocodium L. Jarovac.**

Perigonium 6-phyllum infundibuliforme, ungues elongati in tubum conniventes et ad faucem dentibus lateralibus connexi; stamina apici unguium inserta; ovarium stylo apice trifido coronatum; capsulae loculi denique apice secedentes et introrsum dehiscentes. — Koch syn. pl. p. 835; Rchb. fl. g p. 98, g. 141.

Foliis linearibus strictis; perigonii partitionibus lanceolatis obtusis. — Bulbus ovatus; folia serotina; flos laete lilacinus aut e violaceo dilute purpureus. — Planta habitu Colchici arenarii WK. ♃. In collibus dumetosis litt. cr. ad Kukuljanovo et Praputnik lectum per clar. M. Sabljar nobisque communicatum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 667. Mr.-Apr. . . . . **B. vernum L.**

Gen. 705. **Colchicum Tourn. Mrazovac.**

Flores hermaphroditi; perigonium infundibuliforme tubo longissimo radicali; stamina apici tubi inserta antheris oblongis, loculis longitudinaliter et introrsum dehiscentibus; styli longissimi erecti stigmatibus clavatis; capsula inflata loculis denique secedentibus et apice introrsum dehiscentibus; semina subglobosa ad hilum carnoso-incrassata. — Vis. fl. dalm. I. p. 156, g. 96; Koch syn. pl. p. 835; Rchb. fl. g. p. 98, g. 142.

1 Foliis ovato-oblongis lanceolatisve hysterantiis; perigonii laciniis undulato-nervosis, aut venoso reticulatis utrinque attenuatis . . 2

Foliis linearibus complicatis reflexis synanthiis ciliatis nudisve; perigonii laciniis aveniis unicoloribus. — Reliquis multo minus; folia flori pallide carneo coaetana; laciniae perigonii lineari-oblongae; filamenta basi magis ac in reliquis incrassata. ♃. Vis. fl. dalm. 299 in collibus saxosis circa Zara, Sebenico, Trau, Derniš, Spalato, Cirkvenica et Braiki. Rchb. fl. g. 668. (C. montanum Bertol.) Dec.-Febr. . . . . . . **C. Bertolonii Stev**

2 Perigonii laciniis lanceolatis, undulato nervosis, exterioribus obovato-lanceolatis. — Flores carnei; limbus perigonii tubo suo multo brevior; stamina alterne altius inserta; bulbus plerumque pluriflorus; folia lato-lanceolata versus basim apicemque aequaliter attenuata stricta una cum fructu sequente vere provenientia. ♃. In pratis humidiusculis totius Croatiae et Slavoniae. Rchb. fl. g. 671. Sept.-Oct. . . . . **C. autumnale L.**

Perigonii laciniis ovali-oblongis utrinque attenuatis venoso-reticulatis. — Flores rosei venis purpureis reticulati; folia lanceolata canaliculata carinata glabra, elongata enervia. ♃. Vis. fl. dalm. 298 in pratis herbidis montium Velebit et Biokovo, nec non circa Derniš, Verlika, Salona et Ragusa. „Kačum ili Boluška." (C. Bivonae Guss.; C. latifolium Sibth.; C. autumnale Vis. non L.) Sept.-Oct. . . . . **C. variegatum Riv.**

Observ. C. variegatum Riv. simillimum C. autumnali L., a quo nonnisi venis purpureis, quibus perigonium eleganter variegatum et reticulatum conspicitur, differt. — Distinguuntur insuper duæ formae et quidem: stylis initio longitudine staminum, demum illis multo longioribus est: C. patens Schulz.; deinde floribus autumno inundationibus retentis, sequenti vere cum fructu et foliis provenientibus multoque minoribus cum genitalibus imperfectis, est: C. vernale Hoffm.

Gen. 706. Veratrum L. Čemerika ili Kihavka.

Flores polygami; perigonium 6-phyllum patens; antherae subrotundae loculis transverse et extrorsum dehiscentibus; styli breves divergentes stigmatibus obsoletis; capsulae 3 inferne connatae capsulamque tricornem referentes, introrsum dehiscentes polyspermae maturae saepe prorsus sejunctae; semina compressa membranaceo-alata — Vis. fl. dalm. I. p. 155, g. 95; Koch syn. pl, p. 836; Rchb. fl. g. p. 97, g. 140.

Racemis paniculatis tomentosis; bracteis pedicello brevioribus; floribus atro-purpureis. — Radix praemorsa oblonga fibrisque copiosis crassis aucta; scapus erectus; folia radicalia caulinaque inferiora petiolo vaginantia, ovalia, plicata, acuta integerrima glabra, subsequa sessilia et longe spathulata, summa linearia; perigonii laciniae integerrimae pedicellum aequantes. ♃. In sylvaticis montium altiorum Croatiae, veluti in monte Ivanščica, Klek et Merzin, nec minus in ipsa alpe Pliešivica et Visočica. In Slavonia in iisdem locis montis Papuk (Kan.) et nec minus

in illis ad Daruvar. Vis. fl. dalm. 297 in devexitatibus sylvaticis montis Svilaja. „Zdravac ili Kukuriek." Rchb. fl. g. 666. In.-Il. . . . . **V. nigrum L.**

Racemis paniculatis pubescentibus; bracteis pedicellum subaequantibus; floribus albidis subtus viridibus. — Pedale et ultra; scapus erectus teres fere totus foliorum vaginis tectus, inferne glaber, superne pubescens, basi bulbosus forisque nigrescens et fibris longis numerosis auctus; folia nervosa lineata plicata integerrima, inferiora late ovata et obtusa, superiora lanceolata at acuta; perigonii laciniae denticulatae pedicello ipso multo longiores constanterque bicolores. ♃. In pratis sylvaticis planitierum montiumque humiliorum et altiorum totius Croatiae. Copiosissimum in sylva Dubrava pone Zagrabiam, nec minus frequens in pratis dumetosis humidis ad Poljana, Gaj et Pakrac, in montibus Papuk et ad Orahovica in Slavonia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 296 in subalpinis montium Velebit, Prolog, Biokovo, Rillić et circa Sv. Gospoja ultra Cattaro. Rchb. fl. g. 664. Il.-Ag. . . . . **V. album L.**

Observ. variet. β. floribus dilute viridibus, vaginis foliorum transversim truncatis, ultra insertionem folii paullisper protractis vel oblique in folium transeuntibus, est: V. Lobelianum Bernh. occurritque hinc inde cum praecedenti, praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 665.

Gen. 707. **Tofielda Huds. Baluška.**

Flores hermaphroditi; perigonium 6-phyllum; antherae rimis longitudinaliter dehiscentibus; styli subulati; capsulae 3 ultra medium connatae introrsumque apice dehiscentes polyspermae; semina oblonga teretia. — Flores racemosi; folia equitantia graminea. — Koch syn. pl. p. 836; Rchb. fl. g. p. 97, g. 139.

Pedicellis bibracteatis, bractea altera oblonga basin pedicelli fulcrante, altera calyciformi triloba florique approximata. — Radix repens fibrisque plurimis firmata; scapus erectus teres glaber; folia ensiformia ad oras minutissimis aculeis exasperata, radicalia disticho ordine disposita ad basin sese invicem amplectentia, caulina alterna brevia remota vaginantia, omnia multinervia acutissima; flores flavidi in racemum modo ovatum, modo oblongum ditpositi; bracteae concavae obtusae. ♃. In pratis montis Klek, nec minus in illis montium altiorum ad Ču-

bar. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 663. (T. alpina Sm.; Anthericum Pseudo-Asphodelus Jacq.; Scheuchzeria Pseudo-Asphodelus Scop.; Heriteria anthericoides Schrk.; Helonias borealis W.; Hebelia allemannica Gmel.) Il.-Ag. . . . . . **T. calyculata Wahl.**

Pedicellis apice nudis, ad basin unibracteatis, bractea triloba. — Praecedente humilior, glabra; radix horizontalis fibris flexuosis aucta; scapus erectus teres; folia subtrinervia nervis remotis; flores pallide virides parvi, in spicam racemumve densum collecti sessiles scapoque arcte adpressi. ♃. In locis graminosis alpium Visočica et Pliešivica. Rchb. fl. g. 661. (T. palustris Huds.) Il.-Ag. . . . . **T. borealis Wahl.**

b) Ovaria 1—2-ovulata.

Fam. CXIX. **Alismaceae Rich. Kornjačnice.**

Flores hermaphroditi vel monoici terminales, racemosi, verticillati aut paniculati; perigonium 6-phyllum biseriatum phyllis omnibus vel saltem interioribus petaloideis caducis; stamina hypogyna saepius 6, rarius multipla phyllis perigonii oppostia antheris bilocularibus basi vel dorso affixis, longitudinaliter dehiscentibus; ovaria 3 v. 6 v. plurima unilocularia libera 1—2-ovulata, vel in ovarium unicum pluriloculare connata stylis totidem liberis stigmatibusque simplicibus vel plumosis coronata; carpidia sicca 1—2-sperma dehescentia; semen exalbuminosum solitarium erectum, aut bina, altero horizontali; embryo rectus aut curvatus, radicula umbilico proxima centripeta. Vis. fl. dalm. I. p. 191.

Herbae palustres, ut plurimum perennes glaberrimae, rhizomate carnoso repente; foliis radicalibus aggregatis petiolatis integerrimis, basi vaginantibus.

Gen. 708. **Triglochin L. Brula.**

Flores hermaphroditi spicati; perigonium 6-phyllum deciduum; stamina 6 antheris subsessilibus extrorsis; capsulae 3 vel 6 axi angulari affixae, basi denique solutae anguloque interiore longitudinaliter dehiscentes; flores virentes. — Vis. fl. dalm. I. pag. 191, g. 123; Koch syn. pl. pag. 773; Rchb. fl. g. pag. 96, g. 137.

Radice fibrosa; capsulis ovatis 6-locularibus. — Scapus pedalis et ultra; folia semiteretia crassa carnosa flexuosa; flores in spicam densam elongatam congesti 6-gyni; fructus angulati substigmatibus reflexis coarctati. ♃. In pratis humidis ad Slanje. Vis. fl. dalm. 373 ad littora maris prope Carin. Rchb. fl. g. 659. Apr.-Mj. . . . . **T. maritimum L.**

Radicis bulbis aggregatis; capsulis oblongo-conicis 3-locularibus. — Scapus spithamaeus subcompressus; radix e fibris incrassatis carnosis composita; folia linearia semiteretia carnosa basi dilatata et vaginantia, superne subcanaliculata; flores 3-gyni exigui in spicam elongatam laxam dispositi; fructus lineares angulati basin versus attenuati rachi adpressi in capsulas 3-secedentes; stigmata 3 sessilia. Praecedenti persimile, sed differt caule humiliori, 5—6-pollicari, spica 6—12-flora, fructibus erecto-patulis basique angustatis. ♃. In pratis humidis ad St. Helenam et Paukovec, non minus in illis ad Božakovinam et Trebarjevo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 374 in maritimis insulae Crappano prope Sebenico. Rchb. fl. g. 658. Apr.-Mj. **T. palustre L.**

Gen. 709. Alisma Juss. Kornjačnica.

Flores hermaphroditi; perigonium duplex, exterius 3-phyllum calycinum persistens, interius quoque 3-phyllum petaloideum deciduum; stamina 6 aut plura hypogyna antheris introrsis; ovaria 3, 6 aut plura singula stylo terminata, 1—2-ovulata ovulis suturae interiori affixis; stigmata simplicia; carpella sicca verticillatim disposita indehiscentia monosperma. Vis. fl. dalm I. p. 192, g. 124; Koch syn. pl. p. 771; Rchb. fl. g. p. 12, g. 13.

1 Scapo apice verticillato-paniculato aut verticillato-biumbellato; carpellis oblique ellipticis 5-angularibus acutis et in capitulum globosum congestis. — Radix fibrosa; folia lineari-lanceolata 3-nervia; pedunculi simplices teretes bracteis 3 4 ovatis acuminatis membranaceis suffulti; perigonium interius carneum aut lilacinum. ♃. In locis hieme inundatis et in ipsis lacubus in litt. cr. ad Novi et Cirkvenicam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 376 in lacu insulae Veglia, in lacu Boccagnazzo prope Zara, circa Narenta et in aquis fluentibus circa Stobrez prope Spalato. Rchb. fl. g. 49. Il.-Ag. . . . . . . **A. ranunculoides L.**

2 Carpellis apice rotundato-obtusis muticis dorso 1—2-sulcatis in fructum obtusum trigonum congestis. — Radix fibrosa fibris vallidis; scapus erectus trigonus ramis verticillatis; spithamaeus pedalisve; folia nervosa obtusa subcordata, acuta aut oblongo-ovata; perigonium interius roseum. ♃. In fossis et aquis stagnantibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 375 in aquosis circa Zara, Derniš, Knin, Salona, Almissa, Narenta, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 51. Apr.-In. **A. Plantago L.**

Observ. variet. β. foliis lanceolatis basi attenuatis 6-pollices longis et unum pollicem latis, est: P. lanceolata Wither. et
Variet. γ. foliis omnibus gramineis et natantibus, una alterave tantum lamina anguste lanceolata supra aquam emergente, est: A. graminifolium Ehrh. (A. nutans Poll. sed non L.) Utraque varietas praesertim in aquis lente fluentibus cum specie.

Carpidiis obovatis apice extrorsum rotundatis et introrsum aristatis multistriatis. — Radix praemorsa fibrisque numerosis aucta; scapus pauciflorus floribus albis, inferioribus longe pedunculatis verticillatis, superioribus alternis breviterque pedicellatis; bracteae oblongae membranaceae striatae; folia profunde cordata obtusiuscula longeque petiolata. ♃. In paludosis in Lonjsko-polje 1862. In Slavonia in lacu Palaša et Jašova. (Kan.) Rchb. fl. g. 50. Il.-Ag. . . . . **A. parnassifolium L.**

Gen. 710. **Sagittaria L. Strelara.**

Flores unisexuales, monoici; perigonium biseriale, exterius 3-partitum calycinum, interius 3-phyllum petaloideum; in flore masculo stamina numerosa, in femineo ovaria aggregata styligera; carpella numerosa receptaculo globoso imposita. Koch syn. pl. p. 773; Rchb. fl. g. pag. 12, g. 12.

Foliis sagittatis acuminatis; scapo simplici. — Radix tuberosa; scapus erectus pedalis et ultra; folia longe petiolata primordialia lineari-oblonga rectinervia, reliqua profunde sagittata; flores albi, unguibus purpureis. ♃. In stagnis, fossis et aquis lente fluentibus ad Mali-Bukovec et Kuzminec in Podravina, nec non in Lonjsko-polje et in ipsa Posavina. Syll. fl. cr. In.-Il.

S. sagittifolia L.

Observ. variet. β. foliis lanceolatis acuminatis ovatisque acutis, est: S. heterophylla Schrnb. occurritque hinc inde cum priori.

Fam. CXX. **Potameae Juss. Mrestnjače.**

Flores hermaphroditi, rarius unisexuales monoici; perigonium 4-partitum vel nullum; stamina libera 1, 2, 4; ovaria 4 aut plura disjuncta uniovulata stylo vel stigmate sessili terminata; carpella indehiscentia nucumentacea vel drupacea, semen exalbuminosum; embryo curvatus et involutus. Koch syn. pl. p. 774; Rchb. fl. g. p. 6.

Herbae sub aqua vivententes foliis omnibus submersis vel superioribus natantibus.

Gen. 711. **Potamogeton Tourn. Mrestnjak.**

Flores hermaphroditi spicati; perigonium tetraphyllum calycinum; stamina 4 unguibus phyllorum perigonii inserta filamentis brevissimis; ovaria 4 stylo nullo, stigmate peltato obliquo; drupae 4 sessiles; flores virentes. — Vis. fl. dalm. I. p. 190, g. 122; Koch syn. pl. p. 774; Rchb. fl. g. p. 7, g. 5.

1 Folia nonnisi floralia opposita reliqua, aut plane omnia alterna . 2

Folia omnia opposita conformia et pellucida. — Tota planta submersa, spicae sub anthesi tantum emersae; scapus dichotomus; folia patentia membranacea sessilia amplexicaulia elliptica, lanceolata vel lineari-lanceolata; spicae alares breviter pedunculatae, defloratae reflexae; fructus siccati compressi lato-carinati rostrati. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus in Lonjsko-polje, nec minus circa Topolovec et Mužilovčica in Posavina (1860). Rchb. fl. g. 28. (P. oppositifolium DC.) Il.-Ag. **P. densus L.**

2 Foliis omnibus conformibus membranaceis et pellucidis, tota planta submersa, spicis sub anthesi tantum emersis 3

Foliis diformibus variabilibus; floribus in spica spadiciformi aequaliter sparsis 7

3 Foliis angustissime linearibus vel plane filiformibus setaceisve . 4

Foliis lanceolatis aut lateralibus ad formam subrotundam usque dilatatis, rarius lineari-oblongis crispisque 5

4 Foliis basi vaginantibus exacte linearibus vel lineari-setaceis acutis uninerviis, transverse venosis, margine integerrimis planis; scapis teretibus. — Radix repens; scapi submersi ramosissimi ramis alternis approximatis; folia disticha approximata; ligulæ folio adnatae margine membranaceae, apice bifidae acutae; spicæ interruptae e flosculis fasciculatis compositae et longe pedunculatæ; fructibus oblique obovatis subsemiorbiculatis compressis, siccatis dorso carinatis. ♃. In stagnis et fossis in Posavina, veluti ad Martinska-ves, Siscium et in Lonjsko-polje. In Slavonia in iisdem locis circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 372 in aquis fluvii Kerka supra Scardona et in locis palustribus prope Trau. Rchb. fl. g. 12. (P. Vaillantii R. S.) Il.-Ag. . **P. pectinatus L.**

Foliis sessilibus linearibus obtusis breviterque mucronatis 3—4-nerviis; scapis compressis. — Planta tota submersa; scapi tenues ramosi striati; folia basi patentia, summa opposita; ligulae discretae; pedunculi axillares, spicae emersae ovatae parvae pauci-

florae, saepe interruptae pedunculo duplo triplove breviores; fructus oblique elliptici. ♃. In rivis et aquis stagnantibus ad Mali-Bukovec et Selnica in Podravina. Syll. fl. cr. In Slavonia in paludosis ad Drenovac versus Jankovac. (Kan.) Il.-Ag. **P. pusillus L.**

5 Foliis planis, nec unquam crispis 6

Foliis undulato-crispis, omnibus submersis membranaceo-pellucidis obtusiusculis. — Scapus angulatus; folia semiaplexicaulia lineari-oblonga serrulata; pedunculi emersi crassi teretes; carpelli compressi, dorso obtusi, apice rostrati. ♃. In stagnis et aquis lente fluentibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Našice et Jankovac, ad Maradik et in canali Bosut. (Kan.) Vis. fl. dalm. 370 in aquis fluentibus circa Zara et in fluviis Kerka et Narenta. Rchb. fl. g. 17. Mj.-Ag. **P. crispus L.**

6 Foliis basi cordata-amplexicaulibus, omnibus submersis membranaceis pellucidis subovatis obtusis serrulatis. — Tota planta, spicis exceptis, submersa; scapi in ramos alternos divisi; folia nervosa fragilia glaberrima; spicae erectae solitariae breves fuscæ; carpella compressa, dorso obtusa, apice mucronata. ♃. In stagnis in Posavina ad Siscium et Topolovec, nec non in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 371 in aquis fluviorum Kerka prope S. Angelo et Narenta. Rchb. fl. g. 18. (P. Loeselii R. S.) Mj.-Ag. **P. perfoliatus L.**

Foliis petiolatis utrinque attenuatis ovalibus lanceolatisve acutis, submersis membranaceis nitidis margine serrulato-scabris. — Scapus angulatus; stipulae intrafoliaceae magnae amplexicaules sub pedunculo oppositae; spica densa multiflora e fusco virens; pedunculi superne incrassati; fructus recentes compressi, margine obtusi leviterque carinati. ♃. In stagnis et aquis lente fluentibus in Moslavina. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 369 in aquis stagnantibus lacus Boccagnazzo prope Zara et in fluentibus torrentis Cikola prope Derniš et fluvii Narenta. Rchb. fl. g. 19. Il.-Ag. . . . . **P. lucens L.**

7 Foliis submersis etiam sub ipsa anthesi persistentibus 8

Foliis submersis sub anthesi putredine jam consumtis et destructis, hinc petiolis submersis isto tempore aphyllis; foliis natantibus basi leviter cordatis ovalibus oblongisve. — Radix fibrosa; scapi longissimi teretes; folia omnia longe petiolata coriacea integra, inferiora lanceolata; stipulae convexae petiolo duplo breviores; carpella carinata, recentia compressa, margine obtusa.

♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Semlin, nec minus in canali Bosut et in palude Jašova (Kan.); in amne Vuka prope Vukovar. Vis. fl. dalm. 366 in aquis stagnantibus et rivulis prope Zara. Rchb. fl. g. 27. In.-Il. . . . . **P. natans L.**

8 Foliis omnibus petiolatis; pedunculis aequalibus 9

Foliis submersis sessilibus pellucidis. — Radix repens; scapi ramosi; folia natantia coriacea obovata obtusa in petiolum folio breviorem attenuata, submersa sessilia membranacea lanceolata, basi apiceque attenuata obtusiuscula, margine laevia; fructus recentes lenticulari-compressi, margine acuto instructi. ♃. In aquis stagnantibus circa Bregi ad St. Brixium et in Lonjsko-polje; in fluvio Gačka ad Otočac. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 21. (P. semipellucidum Koch.; P. obscurum DC.; P. serratum Roth.; P. fluitans Sm.; P. annullatum Bellar.; P. alpinum Balb.; P. purpurascens Seidl.; P. obtusus Ducr.) In.-Ag. **P. rufescens Schrad.**

9 Caule ramosissimo; foliis submersis lineari-lanceolatis linearibusve 10

Caule simplicissimo; foliis submersis lanceolatis, natantibus oblongis, summis ovatis, basi leviter cordatis. — Reliquis minor ac tenuior; folia natantia coriacea, submersa membranacea petiolis supra plano-concaviusculis; stipulis convexis petiolo triplo brevioribus; pedunculis aequalibus; fructibus compressis ecarinatis. ♃. In fossis et stagnis cum P. natante L., a quo nonnisi foliis submersis sub anthesi adhuc persistentibus, fructibus minoribus ecarinatisque differt. Vis. fl. dalm. 367 in aquis fluentibus torrentis Čikola prope Derniš. Rchb. fl. g. 26. (P. Plantago Bost.; P. polygonifolius Pour.; P. parnassifolius Schrad.) Il.-Ag. **P. oblongus Viv.**

10 Foliis submersis elongato-lanceolatis membranaceis, natantibus oblongis ovalibusve coriaceis. — Radix fibrosa; scapus teres ramosus; petioli supra convexi; stipulae bicarinatae; fructus recentes compressi margine acutiusculo. ♃. Vis. fl. dalm. 368 in aquis stagnantibus lacus Boccagnazzo prope Zara; in fluentibus torrentis Čikola ad Derniš et in illis Narentae. Rchb. fl. g. 25. (P. oblongus Mey.) Il.-Ag. . . . . . . **P. fluitans Rth.**

Foliis submersis lineari-lanceolatis; pedunculis apice incrassatis. — Caulis gracilis teres flexuosus, ramosus; folia alterna patentia approximata obtusiuscula subserrulata; stipulae tubulosae;

spicae ovatae pauciflorae. ♃. In fluvio Gačka ad Otočac. Rchb. fl. g. 22.. . . . . **P. gramineus L.**

Gen. 712. **Zannichellia Mich. Žabokrečina.**

Flores polygami axillares solitarii sessiles stipula membranacea suffulti, masculi et feminei in una eademque vagina; mares, perigonio nullo, stamine unico, filamento filiformi, anthera sagittata; hermaphroditi perigonio campanulato, stamine unico, ovariis 4, stylo brevi, stigmate peltato sublaterali, nuculae 3—6 coriaceae stipitatae stylo persistente rostratae. Vis. fl. dalm I. p. 188, g. 119; Koch syn. pl. p. 782; Rchb. fl. g. pag. 6, g. 4.

Spatha ovata aperta. — Folia terna longissima; filamentum ovarium vix superans; umbella subsessilis; nuculae breviter stipitatae dorso integrae aut subrepandae, stylo iisdem dimidio breviore rostratae. ♃. In stagnis et fossis in Posavina circa Topolovec et Preloščica, nec non in Lonjsko-polje. (1860.) Vis. fl. dalm. 363 in aquis fluminis Kerka ad Cascata di Scardona et in lacu Boccagnazzo. Rchb. fl. g. 10. (Z. gibberosa Rchb. fl. 6; Z. palustris Sm., non L.) Mj.-Sept. . . . **Z. major Boengh.**

Observ. variet. β. umbella fructifera pedunculata, nuculis dorso cristatis, saepius plane spinulosis, est: Z. pedunculata Rchb. fl. g. 9 occurritque in aquis stagnantibus iu Turovopolje, praesertim circa Staro-Čiče et Velika-Gorica. Syll. fl. cr. In Dalmatia in lacu insulae Cherso. Vis. fl. dalm. 363 var. β.

Spatha campanulata exacteque clausa. — Fructus breviter pedicellati stylo dimidium longiores; filamentum demum longissimum. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus, nec non in fossis ad vias totius Croatiae vulgaris. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis in comitatu Syrmiensi; in paludibus ad Karlovic, nec non in rivulis inter Bankovci et Radovanci. (Kan.) Rchb. fl. g. 5. Il.-Sept. . . . . **Z. palustris Mich.**

Subordo II. *Ovarium unicum; flores non glumacei.*

a) Perigonium corollinum 6-phyllum aut profunde 6-partitum.

Fam. CXXI. **Liliaceae DC. Lierovnice.**

Flores hermaphroditi terminales solitarii aut racemosi aut umbellati, bracteati; perigonium corollinum inferum plus minusve 6-fidum aut 6-phyllum, fauce nudum; stamina 6 vel receptaculo, vel ipsi perigonio inserta filamentis liberis vel basi dilatata connexis, antheris introrsis, basi vel medio affixis; ovarium liberum 3-loculare multiovulatum ovulis biseriatis angulo centrali affixis; stylus

1, stigmata 3 aut unicum triquetrum; fructus siccus dehiscens valvis medio septigeris; embryo intra albumen. — Vis. fl. dalm I. pag. 129; Koch syn. pl. pag. 816.

Herbae bulbosae aut tuberosae scapigerae foliis simplicibus linearibus lanceolatisve, integerrimis basi vaginantibus aut amplexicaulibus.

Trib. I. **Tulipeae Koch.** *Perigonium 6-phyllum; capsulae loculi polyspermi; semina plana seriatim dense superimposita; testa seminis semper pallida vel fusca, non crustacea.*

Gen. 713. **Tulipa Tourn. Tulipan.**

Perigonium campanulatum 6-phyllum deciduum laciniis nudis; stamina receptaculo inserta inclusa filamentis subulatis, basi barbatis, antheris basi affixis: stigma magnum sessile lobis tribus complicatis patentibus; capsula obtusa 3-gona, 3-valvis seminibus obovatis planis. Vis. fl. dalm. I. p. 132, g. 83; Koch syn. pl. p. 816; Rchb. fl. g. p. 103, g. 156.

Scapo unifloro glabro; flore ante anthesim nutante; phyllis perigonii interioribus staminibusque basi barbatis. — Spithamaea-pedalis; bulbus ovatus fibris copiosis firmatus; scapus erectus, in medio foliosus; folia lineari-lanceolata; flos flavus speciosus suaveolens. ♃. In sylvis montanis pratisque montium dumetosis Croatiae australis, veluti in Vrebačka-staza, in monte Vratnik, Sveto-Brdo, ad Mali-Halan, et alibi in devexitatibus dumetosis montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 241 in sylvaticis montium Velebit Svilaja, Mossor, Biokovo, Vlastica, Kolovir, nec non in vineis circa Vergoraz, Breno, Budua et in agris insulae Lesina. Mj.-In. . . . . **T. sylvestris L.**

Scapo unifloro; flore erecto, phyllis perigonii obtusiusculis et una cum staminibus glabris. — Scapus erectus semipedalis-pedalisve; folia lanceolata oblongave; flos speciosus flavus, albus, ruber aut plane variegatus, campanulatus. ♃. In plurimis formis et varietatibus in hortis culta. Mj.-In. . . . . . . **T. Gesneriana L.**

Gen. 714. **Fritillaria L. Kapula.**

Perigonium campanulatum 6-phyllum phyllis foveola nectarifera oblongo-lineari superbasilari praeditis, deciduis; stamina imo perigonio inserta et inclusa filamentis subulatis rectis, antheris antice supra basim affixis; stylus apice 3-

fidus stigmatibus filiformibus; *capsula obtuse 3-gona, apice 3-valvis*; *semina obovata plana.* — *Vis. fl. dalm. I. p. 130, g. 81; Koch syn pl. p. 816*; *Rchb. fl. g. p. 102, g. 153.*

1 Foliis omnibus vel saltem imis summisve oppositis 2

Foliis omnibus alternis. — Spithamaea pedalisve; bulbus parvus solidus, scapus erectus uni-, rarissime biflorus; folia linearia canaliculata; flos majusculus speciosus rubro ochraceoque tessulatus, secus carneus vel lutescens vel rarissime albus et immaculatus. ♃. In sylvis pratisque humidis circa Lovrečinam, St. Helenam prope Paukovec, in illis ad aquas acidulas Jamnicenses et alibi praesertim in planitiebus Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Essekinum, Našice et alibi. (Kan.) Rchb. fl. g. 690. Apr.-Mj. . . . . **F. Meleagris L.**

2 Foliis etiam floralibus solitariis alternis aut oppositis, sed nunquam verticillatis 3

Foliis inferioribus floralibusque suboppositis, a caulinis longe remotis. — Pedalis; scapus erectus, superne paucifolius; folia lanceolato-linearia: flos plerumque solitarius e viridi-rubens tessulatus phyllis oblongo-obovatis obtusis rectis patulisque; fovea nectarifera obovata. ♃. In montibus herbidis litt. cr., veluti circa Flumen in valle Rečina, circa Praputnik, Hrelin, in monte Vratnik et alibi in declivibus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 237 in pascuis montium Velebit, Promina, Svilaja, Beljak, Visočnica, Mossor, Biokovo, nec non in montibus Ragusanis. Rchb. fl. g. 691. (F. tenella M. B.) Mr.-In. **F. montana Hopp.**

3 Foliis inferioribus linearibus alternis floralibus lanceolatis saepius oppositis aequaliter distantibus. — Pedalis aut sesquipedalis; scapus erectus; flores luride purpurascentes laciniis perigonii medio viridi-lutescentibus cuneiformibus obtusis, margine rectis nervosis, internis obovatis latioribus, medio discoloribus, foveola nectarifera oblonga. ♃. Vis. fl. dalm. p. 351 in pascuis montis Prolog. Apr.-Mj. . . . . **F. messanensis Rafin.**

Foliis summis sive floralibus 3 verticillatis; foliis aequaliter distantibus. — Scapus foliosus plerumque biflorus phyllis perigonii apice rectis; folia longe linearia. ♃. In montanis herbidis Croatiae australis, praesertim in illis provinciae Likanae, veluti in subalpinis alpium Visočica et Badanj. Syll. fl. cr. — Vis. fl.

dalm. 237 var. β. in graminosis collium montiumque ditionis Ragusinae. (F. nervosa W.; F. pyrenaica Clus.) Rchb. fl. g. 692. Apr.-Mj. . . . . **F. involucrata All.**

Gen. 715. **Petilium L. Zvonik.**

Perigonium campanulatum 6-partitum laciniis singulis fovea nectarifera rotunda supra basilari notatis; stylus simplex; stigmata 3; capsula acute hexagona. Rchb. fl. g. p. 103, g. 154; Pers. syn. pl. I. p. 359.

Foliis lineari-lanceolatis integerrimis. — Radix bulbotuber imbricatum basi fibris copiosis firmatum; scapus 1—2-pedalis strictus, apice foliosus foliis verticillatis; flores cernui violaceo-carnei maculis striisque purpureo-fuscis signatis, rarius lutei unicolores sub coma foliorum scapum terminantium in verticillum dispositi. ♃. Ex Oriente adlatum et modo frequenter in hortis cultum. Rchb. fl. g. 693. (Frit. imperialis L.) Mr.-Apr.
P. imperiale Rchb.

Gen. 716. **Lilium L. Lier, Žilj ili Krin.**

Perigonium campanulatum 6-phyllum vel 6-partitum laciniis interdum revolutis sulco nectarifero a medio ad basim instructis, deciduum; stamina imo perigonio vel plane receptaculo inserta filamentis subulatis, antheris antice medio affixis; stylus indivisus cylindricus stigmate capitato trigono terminatus; capsula obtusa trigona, apice trivalvis; semina obovata plana. Vis. fl. dalm. I. p. 131, g. 82; Koch syn. pl. p. 817; Rchb. fl. g pag. 103, g. 155.

1 Foliis omnibus sparsis 2
Foliis intermediis verticillatis, caeteris sparsis. — Pedale-bipedale pyramidato-multiflorum; bulbus jubatus fibris crassis; scapus erectus teres solidus pubescenti-scaber punctisque nigris adspersus; folia obverse lanceolata acuminata plana subnervosa integerrima; flores reflexi laciniis perigonii revolutis, persicini aut venosi, intus fusco punctati, aut dilute violaceo-carnei et maculis parvis purpureo-fuscis variegati. ♃. In sylvis montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 239 in sylvis montium Velebit, Promina, Svilaja, Beljak, Biokovo et alibi. Rchb. fl. g. 694. Mj.-In. . . . . **L. Martagon L.**
2 Floribus erectis; perigonio campanulato 3
Floribus nutantibus, phyllis perigonii revolutis 4
3 Foliis lanceolatis, basi attenuatis; perigoniis intus glabris candidis. — Bipedale et ultra arrecti-foliosum, racemiflorum, floribus

speciosis odoratissimis. ♃. Ubique in hortis cultum. Rchb. fl. g. 698. In.-Il. . . . . **L. candidum L.**

Foliis oblongo-lanceolatis acutis; perigoniis intus fibrillosis aurantiacis. — Pedale aut bipedale strictum divergenti-foliosum; bulbus subovatus e squamis crassis laxis sibi mutuo incumbentibus formatus; scapus erectus striatus glaber aut pilis paucis adspersus; folia integerrima subnervosa sessilia et in axillis bulbillum unum alterumve gerentia; flores speciosi aurantiaci aut crocei maculis fusco-rubris notati. ♃. In pratis sylvaticis Croatiae montanae, veluti ad Skrad, Mrzlavodica, ad Kamenjak, Merkopalj et Fužine, nec non ad Priboj et Korenicam inferiorem, secus hinc inde in hortis cultum. Rchb. fl. g. 697. In.-Il.

L. bulbiferum L.

4 Foliis lineari-lanceolatis acutis planis subtus pubescentibus margine nervisque 5—7 in pagina inferiori scabris, superioribus sensim minoribus. — Bipedale et ultra; bulbus e squamis carnosis arcte imbricatis compositus; scapus erectus teres omnino glaber et superne nudiusculus; folia facie glabra; flores miniati graveolentes, intus fusco-lineati et verruculosi, basi virentes. ♃. In sylvis pratisque dumetosis montanis, veluti in monte Oštrc prope Samobor, in monte Klek, in monte Kapela ad Modruš et alibi in Croatia australi, praesertim in sylvis et graminosis dumetosis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 240 in sylvis montium Velebit, Gnjat, Visočica et Beljak. Rchb. fl. g. 695. (L. chalcedonicum Jacq., non L.) Mj.-In.

L. carniolicum Bernh.

Foliis lanceolatis utrinque attenuatis, apice ipso obtusis, subtus glabris et margine tantum pubescenti-scabris, contortis, in medio caulis subito minoribus, linearibus et fere cauli adpressis. — Scapus 1—3-pedalis ad florem usque foliosus sed foliis tandem minimis fere squamaeformibus, striatus et in striis pubescenti-scaber; flores cinabarini verruculis concoloribus signati. ♃. E Persia adlatum et modo frequenter in hortis cultum. In.-Il.

L. chalcedonicum L.

Observ. Lilio carniolico persimile, est: L. pomponium L., praesertim quo ad florem; differt tamen foliis multo copiosioribus et densioribus, lanceolato-linearibus, superioribus sensim angustioribus denseque congestis patentibus, qua ultima nota etiam a L. chalcedonico L. discrepat.

Trib. II. **Asphodeleae Koch.** *Perigonium 6-phyllum; capsulae loculi oligospermi; semina formae variae, saepe testa atra instructa.*

Gen. 717. **Erythronium L. Košutovina.**

Perigonium campanulato-reflexum persistens 6-phyllum phyllis inferne conniventibus, tribus interioribus basi bicallosis; stamina 6, exteriora receptaculo, interiora phyllis perigonii inserta filamentis lanceolato-subulatis erectis, antheris basi affixis; stylus filiformis persistens stigmatibus ternis; capsula triquetra loculis polyspermis, seminibus ovoideis pendulis appendiculatis. Vis. fl. dalm. I. pag. 154, g. 94; Koch syn. pl. pag. 818; Rchb. fl. g. pag. 102, g. 151.

Foliis oblongo-ellipticis glabris nigroque maculatis; phyllis perigonii acutis. — Spithamaeum; bulbus oblongus subcylindricus vel conico-dentiformis; folia bina subopposita divergentia; flos plerumque unicus, cernuus amoene ruber, rarius albus, basi flavus. ♃. In sylvis montanis umbrosis totius Croatiae frequens. Syll. fl. cr. In Slavonia in valle Jagodnjak prope Požega (Dr. Pavić); in sylvis frondosis circa Daruvar, Pakrac et alibi haud rarum. Vis. fl. dalm. 295 in sylvaticis montium Velebit, Visočica, Beljak, Biokovo et supra Rillić. Rchb. fl. g. 688. Mr.-Apr.
E. Dens canis L.

Gen. 718. **Asphodelus L. Crenjuša ili Čepljez.**

Perigonium profunde 6-partitum patens deciduum; stamina 6 receptaculo inserta, alterna breviora filamentis basi fornicato-dilatatis, erectis, antheris dorsi medio affixis; stylus filiformis aut subclavatus stigmate trilobo; capsula sicca, loculis 1—2-spermis, semina angulata transverse rugosa. — Vis. fl. dalm. I. p. 153, g. 93; Koch syn. pl. p. 818; Rchb. fl. g. p. 117, g. 174.

1 Foliis late linearibus carinatis; radice tuberosa 2
Foliis strictis subulatis fistulosis; radice fibrosa. — Pedalis et ultra, obscure glaucescens; scapus erectus teres ramosus, inferne vaginis foliorum tectus; folia conferta trigono-semiteretia; flores racemosi albi vittis dorsalibus rubris signati; bracteae inferiores pedunculo fructifero subbreviores; filamenta e basi ovata villosa abrupte subulata, apice clavata. ♃. Vis. fl. dalm. 294 in herbidis circa Zara, Sebenico, Trau, Spalato, Lesina et Ragusa. Rchb. fl. g. 800. (A. minor Clus.; A. ramosus Sturm. Apr.-Mj.
A. fistulosus L.

2 Scapo ramoso; racemis densifloris; floribus albis, laciniis linea rubro-fusca extus diremptis 3

Scapo simplici, rarius basi subramuloso; racemo thyrsoideo densifloro; floribus albis lineaque atropurpurea signatis. — Bi-tripedalis; folia canaliculata viridia; bracteae inferiores pedunculos superantes; filamenta e basi oblonga pilosa angustato-lanceolata; capsula ovata trigona. ♃. In pascuis Croatiæ montanæ litt. cr. totiusque Croatiae australis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 293 in saxosis montis Dinara. Rchb. fl. g. 804. In.-Il. **A. albus L.**

3 Bracteis inferioribus pedunculos subaequantibus; filamentis e basi subrotundo-ovata pilosa abrupte filiformibus. — Bi-tripedalis robustus; folia longissima glaucescentia basi dilatata; capsula subrotunda coriacea. ♃. In collibus lapidosis litt. cr.; veluti circa Flumen, Novi, Pavile, Segniam et alibi, nec minus in provincia Likana circa Gospić, Sv. Rok et Medak. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 291 in saxosis apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 803. (A. primus Clus.) Apr.-Mj. . . . . . . **A. ramosus L.**

Bracteis inferioribus pedunculo duplo longioribus; filamentis e basi ovata glabra attenuato-lanceolatis. — Folia lanceolato-ensiformia acuta laevia; capsula obovato-oblonga prismatice-hexagona. Praecedenti persimilis, sed notis citatis adfatim distinctus. ♃. Vis. fl. dalm. 292 in apricis saxosis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 802. Apr.-Mj. . . . . **A. neglectus Schult.**

Gen. 719. **Asphodeline Rchb. Morodak ili Zlatoglav.**

Perigonium 6-phyllum reflexo-patens deciduum tubo brevissimo subgloboso; stamina nonnisi 3 tubo inserta, alterna breviora filamentis supra basim fornicato-dilatatam geniculato-adscendentibus, antheris dorsi medio affixis; stylus filiformis stigmate simplici; capsula carnosa loculis dispermis; seminibus acute triquetris. — Vis. fl dalm. I. pag. 152, g. 92; Rchb. fl g. p. 116, g. 173.

Foliis lineari-triquetris striatis laevibus; bracteis membranaceis magnis subcordato-ovatis acuminatis pedunculos superantibus. — Radix tuberosa tuberibus carnosis cylindricis; scapus 1 – 3-pedalis strictus imbricato - foliosus bracteatusque; flores speciosi flavi laciniis linea viridi diremptis. ♃. In collibus lapidosis apricis circa Flumen, Bukari et Praputnik. Vis. fl. dalm. 289 ad margines vinearum insulae Pago et in sterilibus circa Sebenico, in collibus supra Riviera dei Castelli, nec non circa Almissa, Vergorac et Ragusa. Rchb. fl. g. 798. (Asphodelus luteus L.) Apr.-Mj. . . . . **A. lutea Rchb.**

Foliis filiformi-triquetris serrulato-scabris; bracteis membranaceis exiguis, apice setaceis pedunculos subaequantibus. — Radix tuberoso-fibrosa; scapus pedalis, rarius bipedalis, gracilis simplex vaginisque foliorum tectus; folia conferta reclinata flexuosa fistulosa; flores flavi laciniis linea nigricante signatis. ♃. Inter dumeta litt. cr., veluti circa Flumen, Svilno, Vlaka, Selce et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 290 ad margines agrorum insulae Veglia, Lesina et Pago; circa Belesnik et Slimnica prope Zara. Rchb. fl. g. 799. (Asphodelus liburnicus Scop.; Asph. creticus Lam.; Asph. tenuior Fisch.; Asphodeline liburnica Rchb.) Mj.-In. . . . . **A. cretica Vis**

Gen. 720. **Anthericum L. Vesika.**

Perigonium 6-phyllum patens persistens; nectarium nullum; stamina receptaculo inserta filamentis filiformibus patulis, antheris paullo supra basim affixis; stylus teres indivisus stigmate capitato; capsula obtuse trigona apice 3-valvis, loculis 4—6-spermis; semina acutangula dorso convexa. — Vis fl. dalm. I. p. 151, g. 91; Koch syn. pl. p 819; Rchb. fl. g. p. 117, g. 175.

Foliis planiusculis; scapo paniculato ramoso; stylo recto. — Bi-tripedale, superne patenti-ramosum; radix nodosa fibrisque longis crassis aucta; folia graminea carinata acuta lineata; scapus erectus, teres foliisque altior; bracteae brevissimae; flores albi striis diaphanis signati, apice extus viriduli; capsula subrotunda obsolete triquetra. ♃. In collibus apricis montibusque lapidosis circa Toplikam, Kalnik, Samobor, Sv. Ana pod Turnom, Slavetić, Modruš, Janči et alibi in Croatia australi et litt. cr. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus circa Duzluk, Čerević et Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 805. (Phalangium ramosum Lam.) Vis. fl. dalm. 288 in collibus saxosis apricis circa Derniš. In.-Ag.
A. ramosum L.

Foliis canaliculatis; scapo simplicissimo; stylo declinato. — Pedale aut bipedale; radix fibrosa fibris crassis albis et longis; scapus erectus teres, rarissime racemulo laterali auctus; folia ensiformia acuta carinata erecta; flores albi laciniis lineari-lanceolatis, interioribus tribus latioribus; capsula ovata subtrigona. ♃. In locis rupestribus Croatiae australis, veluti in monte Klek et Merzin, in Vrebačka-staza et in monte Vratnik, nec minus ad rupes calcareas Kalnikenses et Rekenses. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 287 in locis herbidis insulae Pago, circa Novegradi

et Ragusa, nec non in montibus Velebit, Prolog, Biokovo et Krivoscie. Rchb. fl. g. 806. (Phalangium Liliago Schr.) Mj.-In.
A. Liliago L.

Gen. 721. Ornithogalum L. Ptičje mlieko.

Perigonium 6-phyllum laciniis patentibus persistentibus albis, saepissime discoloribus; nectarium nullum; stamina receptaculo inserta filamentis liberis, antheris dorso affixis incumbentibus; stylus triqueter indivisus; stigma trigonum obtusum; capsula obtusa trigona apice dehiscens loculis oligospermis, seminibus ovato-subglobosis angulatisve; flores corymbosi aut racemosi. Vis. fl. dalm. I. pag. 145, g. 86; Koch syn. pl. p. 820; Rchb. fl. g. p. 108, g. 164.

1 Floribus racemosis, racemis demum elongatis 2
Floribus corymbosis umbellatisve; foliis linearibus lineaque media alba notatis 7
2 Pedunculis fructiferis scapo adpressis 3
Pedunculis fructiferis patentibus vel arcuatim adscendentibus, rarius plane deflexis 6
3 Floribus albis, vel ex albo viridulis; foliis glaucis lineari-lanceolatis canaliculatis 4
Floribus pallide sulfureis, phyllis dorso stria lutescenti - viridi signatis. — Bipedale et ultra; folia lanceolato-linearia viridia planiuscula apiceque cucullato-obtusa; bracteae ovato-lanceolatae sensim in acumem attenuatae; phylla perigonii lineari-oblonga; ovarium ovatum apicem versus angustius. ♃. In prunetis collibusque herbidis circa Zelinam superiorem, Biškupec et St. Helenam, nec minus in Croatia australi ad Vrhovinam et in Vrebačka-staza. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 747. (Or. stachioides Host; Or. pyrenaicum Bertol.; Anthericum sulfureum WK.) Mj.-In. . . . . **O. sulfureum R. et S.**
Observ. Or. pyrenaico L., persimile, differt tamen tempore florendi praecociori, florum colore, foliisque planiusculis viridibus.
4 Phyllis perigonii lanceolato- aut lineari-oblongis; ovariis ovalibus 5
Phyllis perigonii cuneato-oblongis lacteis; ovariis urceolatis. — Pedale aut sesquipedale; folia canaliculata unicoloria glabra; racemus demum longissimus; pedunculi fructiferi stricti; bracteae lanceolato-subulatae pedunculis breviores; filamenta apice longe subulata. ♃. In graminosis circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 276 in collibus insularum Ossero, Selve et Lesina; in herbidis et satis circa Zara, Sebenico, Derniš, Trau et alibi in

apricis saxosis haud rarum. (O. pyrenaicum Engl. bot.; O. pyramidale Vis.) Rchb. fl. g. 744. Mj.-In. . . **O. narbonense L.**

5 Bracteis ovato-lanceolatis, sensim in acumen attenuatis; phyllis perigonii lineari-oblongis; stylo stamina aequante. — Bipedale et ultra; bulbus subovatus; folia canaliculata glauco-viridia glabra praecocia sub anthesi jam emarcida; scapus teres; flores in racemum longissimum digesti, reliquis minores flavo-virentes vitta dorsali saturatiore; pedunculi fructiferi stricti, supremi bractea ovata apice subulata breviores; filamenta ovato-lanceolata, apice angustata; capsula subglobosa. ♃. In graminosis asperis montanis, veluti circa Kalnik, Zagrabiam, Samobor, Ozailj et Mrzla-vodica, ad Korenicam, in Vrebačka-staza et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in dumetis circa Virovitic, in agris et pratis in comitatu Syrmiensi, circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. III. p. 352 in pratis circa Narenta et in insula Ossero prope Lossin grande. Rchb. fl. g. 746. In.-Il. **O. pyrenaicum L.**

Bracteis ovatis, sed subito in acumen longum contractis; phyllis perigonii lanceolato-oblongis albis, dorso stria viridi notatis; stylo stamina parum superante. — Praecedenti persimile et fors nil nisi illius varietas, differt tamen floribus majoribus albis, pedunculis brevioribus et jam sub anthesi erectioribus et insuper forma bractearum. ♃. In dumetis locisque sylvaticis umbrosis, veluti in horto ad scaturiginem thermarum Toplikensium; circa Podsused prope Zagrabia et ad Slatinam in Moslavina; in Croatia australi ad Žuta-Lokva, Korenica et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g, 745. Apr.-Mj. . . . . **O. stachyoides Ait.**

6 Staminibus tridentatis; floribus jam sub anthesi secundis nutantibus, demum plane deflexis. — Bulbus subovatus; scapus spithamaeus pedalisve; folia longissima canaliculata; flores speciosi omnium maximi sub anthesi penduli; stamina alterna dimidio breviora; ovarium ovatum apiceque profunde umbilicatum; pedicelli sub anthesi ovario longiores. ♃. In prunetis hortisque graminosis in comitatu Syrmiensi circa Vukovar et Sotin (Dr. Streim.) Rchb. fl. g. 748. (Albucea nutans Rchb.; Myogalum nutans Lk.) Apr.-Mj. . . . . **O. nutans L.**

Staminibus lanceolatis omnibus simplicibus; pedunculis sub anthesi angulo recto patentibus, fructiferis arcuatim adscendentibus, hinc floribus nec unquam nutantibus. — Bulbus ovatus; scapus erectus teres, palmaris; folia linearia canaliculata unico-

loria glauca, ciliata aut nuda; racemi thyrsoidei, pedunculis infimis bracteam lanceolato-linearem demum subaequantibus; filamentis omnibus apice subulatis; flores candidi, stria dorsali viridi. ♃. In agris et inter segetes ad Crisium, Zagrabiam et Krapinam, nec non in collibus incultis in litt. cr., veluti ad Flumen, Sv. Lucija et Praputnik. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 275 in saxosis apricis circa Zara, Boccagnazzo, Sebenico, Derniš et Zagorje, nec minus in montibus Promina, Svilaja et circa Cattaro. Rchb. fl. g. 738. (O. collinum Rchb., non Guss.; O. garganicum Ten.; O. saxatile Vis.; O. tenuifolium Guss.) Mj.-In. **O. comosum L.**

7 Pedunculis fructiferis inferioribus aut angulo semirecto aut plane horizontaliter patentibus 8

Pedunculis inferioribus fructiferis a scapo divaricato refractis, fructu adscendente 10

8 Pedunculis tam floriferis, quam fructiferis angulo semirecto patentibus, inferioribus longioribus. — Quadri-sexpollicare; bulbus ovatus; folia pollicaria, flaccida viridia linea media alba notata, ciliata; flores in corymbum diffusum digesti candidi dorso phyllorum perigonii stria viridi notato. ♃. In collibus asperis apricis litt. cr. circa Tersat, Čavle et Jelenje. Syll. fl. cr. (O. saxatile Vis.) Mj.-In. . . . . **O. collinum Guss.**

Pedunculis nonnisi fructiferis horizontaliter patentibus, fructu ipso adscendente 9

9 Foliis linearibus canaliculatis glabris lineaque alba longitudinali notatis; bracteis lanceolato-linearibus pedunculis fructus multo brevioribus. — Bulbus subrotundus prolifer; scapus teres palmaris aut spithamaeus erectus; bracteae membranaceae; flores in racemum corymbosum pauciflorum digesti pedunculis inferioribus valde elongatis, demum patentissimis; phyllis perigonii oblongi obtusiusculi albi dorso stria viridi notatis. ♃. In agris pratisque Croatiae et Slavoniae vulgare. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 273 in cultis incultisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 472. (O. refractum Rchb. icon. bot. II. pag. 33.; Stellaris corymbosa Mnch.) Apr.-Mj. . . . . **O. umbellatum L.**

Foliis lanceolatis canaliculatis unicoloribus, bracteis cordato-lanceolatis. — Spithamaeum aut plane pedale; flores speciosi omniumque maximi candidi, phyllis perigonii concoloribus, externis emarginato-mucronatis; ovarium apice atroviride. ♃. Vis. fl. dalm.

272 in saxosis circa Ragusa ad St. Giacomo. Rchb. fl. g. 743. Apr.-Mj. . . . . **O. arabicum L.**

10 Bracteis oblongis acutis pedunculo longioribus; floribus corymbosis pedunculis aequilongis divaricatis; phyllis perigonii oblongis obtusis. — Quadri-quinque pollicare; bulbus globosus; folia glabra stria media alba notata, scapum aequantia aut illo breviora. ♃. In agris collibusque incultis circa Semlin. (Kanitz.) Rchb. fl. g. 740. Apr.-Mj. . . . . **O. refractum WK.**

Bracteis lanceolato-linearibus pedunculum aequantibus; phyllis perigonii lanceolato-oblongis acutiusculis mucronatisve. — Scapus brevissimus, vix 1—2-pollicaris aut plane nullus; folia glabra, supra glauca lineaque pallida longitudinali notata scapumque longe superantia; florum corymbus confertus, pedunculis fructiferis capsulam, duplo superantibus patentissimis, demum reclinatis apiceque incurvis. ♃. Vis. fl. dalm. 274 in saxosis apricis circa Lossin piccolo in insula Ossero, nec non in insula Veglia et circa Sebenico. (O. refractum Vis.) Ap.-Mj. **O. exscapum Ten.**

Gen. 722. **Gagea Salisb. Batuška.**

Perigonium 6-partitum laciniis patentibus persistentibus discoloribus, (flavis, extus viridibus); stamina imo perigonio inserta filamentis apice subulatis, basi planis liberis, antheris basi affixis; stylus indivisus trigonus stigmate subtrilobo; capsula trigona apice dehiscens, loculis oligospermis, seminibus rotundatis. — Vis. fl. dalm. I. pag. 147, g. 87; Koch syn. pl. pag. 823; Rchb. fl g. p. 107, g. 163.

1 Bulbo solido unico erecto scapum basi ambiente foliumque solitarium, (rarissime bina lineari-filiformia), agente, bulbo accessorio nullo 2

Bulbis 2—3 4

2 Folio radicali angustissime lineari aut subfiliformi canaliculato . 3

Folio radicali erecto lineari-lanceolato, abrupte acuminato plano. — Bulbus parvus tunicatus; scapus spithamaeus angulatus; folium glabrum argute carinatum scapo longius; folia floralia bina subopposita umbellam involucrantia; laciniae perigonii oblongae obtusae; stigma villosum. ♃. In prunetis, nemoribus pratisque sylvaticis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Semlin (Kan.), nec non circa Daruvar, Pakrac

et Požega. Rchb. fl. g. 737. (Orn. luteum L.; O. sylvaticum Pers.; O. Personii Hopp.) Apr.-Mr. . . . . . . **G. lutea Ker.**

3 Folio radicali semper nonnisi unico anguste lineari canaliculato-triquetro, floralibus binis suboppositis; scapo subtetragono 1—3-floro; pedunculis simplicibus umbellatis glabris. — Tri-quadripollicare; folia floralia inaequalia, inferius majus convolutum spathaceum; umbella sessilis pedunculis partialibus simplicibus glabris; laciniae perigonii oblongae obtusae. ♃. In collibus arenosis ad Sv. Duh prope Zagrabia. Syll. fl. cr. In Slavonia in locis lapidosis sylvaticis ad Slankamen. (Kan.) Vis. fl. dalm. 278 in locis udis circa Zara et herbidis montis Biokovo. (G. Clusiana Schult; Orn. pusillum Schmid; O. Clusii Tsch.) Feb.-Apr. **G. pusilla Schult.**

Folio radicali (interdum gemino) lineari-filiformi canaliculato, floralibus alternis; scapo teretiusculo unifloro, pedunculo lanuginoso. — Uni-bipollicare; scapus striatus folio brevior, basi glaber, inter folia villosus; folia floralia 3 lanceolato - attenuata amplexicaulia; pedunculus ut plurimum folio supremo longior; laciniae perigonii oblongae subaequales, 3-striatae, utrinque attenuatae; genitalia perigonio dimidio breviora; foliorum floralium margo, pedunculus et perigonii basis extus lanuginosi. ♃. Vis. fl. dalm. 279 in collibus apricis circa Zara. (Orn. pygmaeum W.) Mr.-Apr. . . . . **G. pygmaea Schult.**

4 Bulbis binis erectis tunica communi inclusis, quorum alter fibris radicalibns instructus est, alter accessorius 5

Bulbis ternis horizontalibus nudis, neque tunica communi inclusis, ex his 2 hornotini et aphylli, tertius biennis folio unico scapoque instructus. — Scapus 3—4-pollicaris; folium radicale unicum lineare basi apiceque attenuatum argute carinatum, floralia 2 opposita; pedunculi glabri simplices, deflorati undique patentes. ♃. In agris circa Toplikam, Crisium, Verbovec et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Pakrac, Kamensko et Šandorovec. Rchb. fl. g. 727. (Orn. glaucum Deth.) Mr.-Apr. **G. stenopetala Rchb.**

Observ. variet. β. folio florali inferiore spathaeformi, basi ovata concava pedunculos infra ambiente; pedunculis defloratis secundis, est: G. pratensis Koch. (Orn. pratense Pers.) Rchb. fl. g. 728 occurritque in agris arenosis ad Vojakovec et Sokolovec.

5 Folio radicali unico erecto lineari, subtus plano vel subcarinato, florali solitario spathaceo lanceolato; laciniis perigonii lineari-lanceolatis acuminatis. — Gracillima; scapus debilis 2—3-pollicaris; umbella 3—5-flora pedunculata, pedunculis partialibus simplicibus ramosisve glabris. ♃. In arvis agrisque desertis ad Drenovec et Svibovec prope Toplikam; in collibus dumetosis ad Slatinam in Moslavina. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 710. (Orn. minimum L.; O. Sternbergii Hoppe; O. gracile Hagen.) Apr.-Mj. **G. minima Schult.**

Foliis radicalibus geminis linearibus canaliculatis recurvis, floralibus oppositis; laciniis perigonii oblongis acutis. — Obscure virens; scapus subpalmaris angulatus multiflorus pedunculis corymboso-ramosis lanuginosis; bulbus subrotundus. ♃. In agris locisque cultis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Karlovic et Semlin (Kan.), nec minus circa Požegam, Kutjevo et Stražeman. Vis. fl. dalm. 277 in cultis circa Zara, Sebenico et Spalato. „Baloška.“ (Orn. arvense Pers.; O. minimum W. et Rth.; O. villosum M. B.) Febr.-Apr. **G. arvensis Schult.**

Gen. 723. Scilla L. Kapula ili Lučika.

Perigonium 6-partitum rotato-patens vel subcampanulatum, persistens (caeruleum vel amethystinum, rarius album); nectarium nullum; stamina imae basi perigonii inserta filamentis subulatis et antheris dorso medio affixis; stylus filiformis stigmate obtuso; capsula obtuse trigona trivalvis apice dehiscens; semina rotundata. — Vis. fl. dalm. I. pag. 142, g. 85; Koch syn. pl. pag. 825 Rchb. fl. g. p. 106, g. 162.

1 Bulbo plurifolio 2

Bulbo bi (rarissime 3-folio), foliis lineari-lanceolatis longe vaginantibus, apice convolutis; bracteis minimis aut plane nullis. — Spithamaea rarius ultra; scapus teres; folia patentia aut recurvata canaliculata; flores laxe racemosi caerulei subcoaetanei; pedunculi erectiusculi; capsula subrotundo-trigona obtusa. ♃. In locis dumetosis herbidis humidiusculis circa Crisium, St. Helenam, Paukovec, ad Podsused et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in comitatu Syrmiensi; circa Karlovic et Semlin (Kar.), nec minus circa Daruvar, Požega et Pleternica. Vis. fl. dalm. 268 in umbrosis collium montiumque

Velebit, Promina, Klinovac, Sella et alibi. Rchb. fl. g. 720. (Stellaris bifolia Mnch.; Orn. bifolium Lam.) Mr.-Apr. **S. bifolia L.**

2 Floribus bracteatis, licet bracteis saepius minimis 3

Floribus exacte ebracteatis. — Palmaris vel plane ultra; bulbus subrotundus; folia linearia canaliculata; flores racemosi parvi, dilute caerulei vel subrosei; pedunculi adscendentes; capsula elliptica apiculata. ♃. In collibus graminosis circa Flumen et Bukari. Vis. fl. dalm. 267 in collibus et pascuis saxosis circa Zara, Sebenico, Derniš, Clissa et Ragusa, nec non in insulis Brazza et Lesina et in montibus Promina et Sella. Rchb. fl. g. 717. (Orn. autumnale Lam.; Anthericum autumnale Scop.) Sept.-Oct. . . . . **S. autumnalis L.**

3 Florum racemis laxis, elongatis; capsulis subrotundo-ovatis; foliis late linearibus oblongisve 4

Florum racemis densis abbreviatis; foliis lineari-lanceolatis, apice convolutis ternis quaternisve 5

4 Foliis late linearibus coaetaneis; bracteis abbreviatis truncatis; capsula subrotundo-ovata acuta. — Bi-tripedalis; racemus cylindricus longissimus pedunculis elongatis patentibus, floribus caeruleo-violaceis; perigonii laciniis ovario sesquilongioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 270 in saxosis hortorum prope Sv. Martin circa Sebenico, nec minus circa Ragusa. Rchb. fl. g. 725. Mr.-Apr. **S. hyacinthoides L.**

Foliis oblongis acutis hysteranthiis; bracteis linearibus recurvatis; capsula subrotundo-ovata obtusa. — Bulbus maximus e tunicis crassis succulentis formatus; scapus teres 1—2-pedalis et ultra strictus; racemus cylindricus longissimus pedicellis teretibus patulis; flores albi carina laciniarum perigonii viridi aut rubescente. ♃. Vis. fl. dalm. 271 in saxosis apricis circa Castell Andreo prope Sebenico, loco Torretta prope Spalato; copiose in in insula Lissa, loco Danče dicto, prope Ragusa et circa Cattaro et Budua. Rchb. fl. g. 726. (Ornith. Squilla Gawl.) Sept.-Oct. **S. maritima L.**

5 Racemo paucifloro, pedunculis alternis flore brevioribus, porrectis coloratis. — Bulbus ex ovato subrotundus; scapus palmaris teres, aut angulatus, sub anthesi erectus, dein prostratus; folia supra medium plana, patula, apice compressa, infra medium angustiora et canaliculata; bracteae minimae carnosae; flores majusculi belle caerulei, distantes, pauci; capsula subrotunda rugulosa. ♃. In

graminosis apricis ad Jelenj, Grobnik, Portoré, Novi et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 718. Apr.-Mj. **S. amoena L.**

Racemo oblongo conico densifloro successive evoluto. — Bulbus subovatus; scapus palmaris aut parum ultra, angulatus; folia lineari-lanceolata canaliculata, apice convoluta, primo erecta, dein patula; flores saturate caerulei aut amethystini; pedicelli filiformes, primo breves et erecti, dein elongati et patentes; laciniae perigonii oblongae apice inflexae; bracteae minimae obtusae; capsula obcordato-triloba. ♃. In pratis lapidosis circa Vrhovnina, Babin-Potok et Korenica in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 269 in pratis insulae Pago, prope Zara, Nona, Derniš, Režnik prope Trau, Salona, Vragnica et Ragusa. Rchb. fl. g. 721. (S. italica Host.; S. amethystina Vis.; S. nutans Alsch.) Mj.-In. . . . . **S. pratensis L.**

Gen. 724. **Allium L. Luk.**

Perigonium 6-phyllum vel 6-partitum laciniis patentibus aut campanulato-conniventibus persistentibus; stamina magis minusve basi laciniarum perigonii adhaerentia, aut basi sua dilatata subconnata, alterna interdum tricuspidata antheris dorsi medio affixis; stylo filiformi stigmate simplici obtuso; capsula trisulca aut triloba, trivalvis stylo coronata; loculis 1—2-spermis, seminibus ovato-reniformibus; spatha 1—2-phylla umbellam ante anthesim includens. — Vis. fl. dalm. I. p. 133, g. 84; Koch syn. pl. p. 826.

1 Foliis evidenter petiolatis; umbellis capsuliferis; staminibus edentulis 2

Foliis exacte sessilibus aut vaginantibus 3

2 Foliis breviter petiolatis lanceolatis ellipticisve; umbella globosa; staminibus perigonium superantibus. — Bulbus cylindricus insigniter reticulato-tunicatus; scapus 1—2-pedalis ad medium foliatus, teres, superne angulatus; folia plana glabra nervosa; spatha univalvis persistens; flores albi in viridem vergentes, siccati ochroleuci; capsula subrotunda, triquetra. ♃. In sylvis umbrosis tractus montium Velebit, veluti ad pedem alpis Visočica et nec minus in ipsa Pliešivica. Rchb. fl. g. 775. (A. plantagineum Lam.; A. victoriale All.; Victorialis longa Clus.) Il.-Ag. **A. Victorialis L.**

Foliis longe petiolatis, lanceolatis aut elliptico-lanceolatis; umbella fastigiata laxa; staminibus perigonio brevioribus. — Bulbus oblongus; scapus palmaris pedalisve aphyllus, trigonus, basi

vaginatus; folia acuta glabra; spatha univalvis 2—3-fida umbellam subaequans; laciniae perigonii lanceolatae acutae patentes; flores albi; capsula 3-loba, 1-locularis, 3-sperma. ♃. In sylvis umbrosis humidis, ad dumeta, ad sepes agrestes totius Croatiae. Syll. fl. cr. In iisdem locis comitatus Syrmiensis (Kan.) et nec minus in illis comitatus Požegani. Vis. fl. dalm. 249 in umbrosis tractus montium Velebit. Rchb. fl. g. 783. (A. petiolatum Lam.; Ophioscordon ursinum Wallr.) Apr.-Iu **A. ursinum L.**

3 Foliis perfecte fistulosis teretibus aut semiteretibus, interdum apice canaliculatis 4

Foliis exacte planis aut canaliculatis linearibus carinatisque, interdum quidem fistulosis, sed hoc in casu omnino graminosis et deplanis; vel teretibus filiformibus setaceisve solidis et nec minime fistulosis 11

4 Foliis teretibus plus minusve canaliculatis; scapo tereti ad medium usque foliato; antheris perigonio longioribus 3-cuspidatis 5

Foliis exacte et perfecte fistulosis. 7

5 Foliis perfecte teretibus; cuspide intermedia antherifera filamento ipso longiore 6

Foliis semiteretibus facie profunde canaliculatis; cuspide intermedia antherifera filamento ipso duplo breviore. — Pedale aut sesquipedale; bulbus simplex extus sobolifer; scapus teres; spatha univalvis 2—3-fida umbella globosa densa brevior; flores rubri aut albidi carina virentes; antherae exsertae. ♃. In agris, vineis et collibus apris totius Croatiae. Syll. fl. cr. In vineis derelictis circa Čerević (Kan.), nec minus inter segetes ad Požegam et Bekteš. Vis. fl. dalm. 264 in saxosis apricis circa Zara et Spalato, nec non in insula Veglia. Rchb. fl. g. 750. (A. veronense Poll.; A. multiflorum Desf; Scorodoprasum montanum Mich.; Porrum sphaerocephalon Rchb.) Iu.-II.

A. sphaerocephalon L.

6 Foliis teretibus non canaliculatis; spatha univalvi longissime rostrata umbellam subglobosam multifloram superante; perigonii albidi, quandoque rosei, laciniis lineari-oblongis obtusis laevibus. — Bulbus aggregatus, rarius simplex; scapus striatus ad medium foliatus teres; stamina longe exserta. Habitum A. rotundi L. reffert, sed differt ab illo, foliis teretibus, spathae longitudine et forma, umbellae laxitatae et staminibus multo longioribus. Ab. A. sphaerocephalo L. distinguitur bulbo intra tuni-

cas composito (rarissime omnino simplici), nec extus sobolifero, forma spathae, floribus duplo minoribus, staminibus lacinias perigonii angustiores multo excedentibus et filamentorum cuspidibus lateralibus intermedia antherifera multo longioribus. ♃. Vis. fl. dalm. 265 in apricis circa Ragusa vecchia. In.-Il.

A. margaritaceum Sibth.

Foliis teretibus evidenter canaliculatis; spatha univalvi, sed umbella globosa congesta bulbifera breviore; laciniis perigonii oblongis. — Pedale et ultra gracile; flores parvi rubelli bulbis numerosis minimis intermixti; ovarium trigonum stylo longo coronatum. ♃. Inter segetes totius Croatiae. Syll. fl. cr. In iisdem locis circa Karlovic et Semlin (Kan.), nec minus ad Požegam, Kutjevo et Daruvar. Vis. fl. dalm. 266 in cultis et herbidis circa Zara, Makarska, Ragusa et Pastrovichio. (Porrum arenarium Rchb. fl. g. 753.) In.-Il. . . . . . **A. vineale L.**

Observ. variet. β. umbella florali in capitulum bulbiferum omnino conversa, est: A. compactum Vis.

7 Staminibus omnibus liberis, alternis trifidis 8

Staminibus omnibus simplicibus basi dilatata connexis. — Bulbus oblongus in scapum attenuatus tunicisque fuscis longe vaginatus; scapus teres basi foliosus; folia glaucescentia teretia fistulosa crassa, utrinque, sed apice longius attenuata; spatha univalvis basi laciniis ovatis mucronatis scariosis umbellam semiglobosam bulbiferam subaequans; flores albi aut laevissime carnei undequaque radiantes, laciniae perigonii ovato-trigoni nervo rubello diremptae ellipticae apice rotundatae apiculatae ovario duplo longiores, stamina subaequantes aut illis breviores. ♃. Vis. fl. dalm. 257 ad scopulos secus mare prope Budua. **A. cornutum Clementi.**

8 Foliis aequaliter teretibus lineari-subulatis 9

Foliis scapoque ventricoso-inflatis; umbella capsulifera 10

9 Spatha umbella bulbi- vel capsulifera evidenter breviore; staminibus perigonium denique paullum superantibus, alternis basi utrinque breviter unidentatis. — Bulbus oblongus; scapus cylindricus nonnisi basi foliatus; folia exacte cylindrica; flores pallide rosei nervo atropurpureo; laciniae perigonii ovato-oblongae. In vineis litt. cr. circa Flumen et Bukari quasi spontaneum, secus in hortis cultum. Vis. fl. dalm. 258. „Kozjak ili Ljutika.“ (Porrum ascalonicum Rchb. fl. g. 749.) In.-Il. **A. ascalonicum L.**

Spatha umbellam nonnisi capsuliferam subglobosam subaequante; staminibus perigonio evidenter brevioribus edentulisque. — Cæspitosum, bulbus oblongus subcylindraceus; scapus nudus vel basi paucifolius, palmaris vel subpedalis; folia subulato-filiformia scapum subaequantia, teretia vel subcompressa fistulosa; flores dilute purpurascentes, rarius carnei, laciniae perigonii lanceolatae acutae. ♃. Colitur in hortis in usum culinarium. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 762. „Drobnjak ili Vlašac." In.-Il. **A. Schoenoprasum L.**

10 Scapo infra medium ventricoso-inflato; staminibus basi utrinque breviter unidentatis. — Bulbus depressus; scapus 2—3-pedalis ample fistulosus basique foliatus; flores albo-virentes; spatha bivalvi umbella globosa breviore; stamina perigonio longiora. ♃. Ubique in usum culinarium cultum. Syll. fl. cr. „Crvenac ili crven Luk." Vis. fl. dalm. 259. „Kapula ili Ljutika glavata." (Porrum Cepa Rchb. fl. g. 752.) Il.-Ag. . . . . . **A. Cepa L.**

Scapo in medio inflato; staminibus edentulis perigonium superantibus. — Pedale aut sesquipedale; scapus nonnisi basi foliatus; folia subulata scapum subaequantia; umbella globosa compacta; flores albo-flavescentes. ♃. Colitur in usum culinarium. „Crvenac zimski." In.-Sept. . . . . **A. fistulosum L.**

11 Staminibus alternis dilatatis tricuspidatis, cuspide intermedia antherifera, lateralibus filiformibus, plerumque compressis; foliis omnium planis 12

Staminibus omnibus simplicibus, aut alternis dilatatis, nunquam tricuspidatis, sed interdum basi denticulo brevi obtusoque provisis 15

12 Foliis margine glabris; umbella capsulifera; floribus roseis aut pallide purpurascentibus 13

Foliis margine scabris; umbella bulbifera; floribus atropurpureis. — Bipedale et ultra, gracile; scapus erectus, ad medium foliatus foliis linearibus margine carinaque subaculeatis; bulbilli umbellae pauci, majusculi floribusque longe pedicellatis intermixti; stamina perigonio breviora. ♃. In pratis collibusque graminosis arenosis circa Sv. Duh et Goljak prope Zagrabia (1865). In Slavonia in dumetis circa Virovitic et Našic; in collibus apricis circa Semlin (Kanitz), nec minus ad margines vinearum circa Požegam. (Porrum Scorodoprasum Rchb. fl. g. 754; A. arenarium Sm.) In.-Il. . . . . **A. Scorodoprasum L.**

13 Staminibus perigonio longioribus 14
Staminibus perigonio brevioribusve; antheris illud aequantibus. — Bulbus e bulbillis numerosis tunicaque inclusis formatus; scapus teres ad medium usque foliatus, pedalis aut sesquipedalis, gracilis; folia linearia plana; spatha univalvis umbella subgloboso-ovata densiflora brevior; flores parvi rubri, perigonii laciniæ carina laeves; stamina inclusa. ♃. In agris collibusque apricis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 263 ad vineas et in locis saxosis circa Ragusa et in insula Giuppana. (A. Ampeloprasum WK.; Porrum rotundum Rchb. fl. g. 758.) Il.-Ag. . . . . **A. rotundum L.**

14 Cuspide intermedia antherifera filamento ipso duplo breviore. — Bulbus simplex; scapus teres 2—3-pedalis ad medium usque foliatus; folia late linearia; spatha univalvis umbella globosa multiflora brevior; flores albidi, sed carina scabriuscula rubelli; capsula tricarinata superne angustata. ♂ vel ⨀. Colitur ubique in usum culinarium. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 261. „Porluk ili Pras; Prasluk ili Por.“ (Porrum commune Rchb. fl. g. 760.) In.-Il. . . . . **A. Porrum L.**

Cuspide intermedia antherifera filamentum ipsum aequante. — Bulbus e bulbillis copiosis aggregatis tunicaque inclusis compositus, omnino globosus; scapus 1—2-pedalis teres basi foliatus; folia linearia plana; spatha univalvis umbella globosa multiflora brevior; flores rubelli vel sordide viridi-rubescentes; perigonii laciniae carina denticulata scabrae. ♃. In locis incultis collibusque dumetosis Croatiae australis circa Karlobago, Brušane, Gospić, Otočac et in Vrebačka-staza, nec minus in cultis litt. cr., veluti ad Flumen, Bukari et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 262 in cultis et incultis frequens circa Zara, Sebenico, Derniš, Spalato, Ragusa, Castel-nuovo et Castel St. Stefano. (Porrum Ampeloprasum Rchb. fl. g. 759.) „Lučac ili Luk divji.“ In.-Il. . . . . **A. Ampeloprasum L.**

15 Scapo evidenter evoluto plus minusve foliato, rarius nudo . . 16
Scapo plane nullo, sed caudice subterraneo. — Bulbus ovalis; caudex brevissimus inclusus; folia linearia; acuminata, carinata ciliata, pilosaque; spatha univalvis mucronata pedunculos superans; umbella pauciflora; flores albi; laciniae perigonii carina roseae, oblongo-lineares staminibusque duplo longiores; capsulae subglobosae cernuae. ♃. Vis. fl. dalm. 248 ad margines

agrorum et sepes circa Lossin piccolo in insula Ossero, circa Zara et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 782 b. Jan.-Mar. **A. Chamae-Moly L.**

16 Scapo acute angulato; foliis linearibus planis plus minusve carinatis 17

Scapis omnino teretibus 19

17 Foliis subtus exacte et acute carinatis 18

Foliis obsolete nervosis ecarinatis. — Bulbus oblongus rhizomati repenti impositus; scapus basi foliatus, superne nudus acuteque uni-angulatus; folia linearia scapum latitudine subaequantia obtusa obliqua; spatha 2—3-partita pedunculis multo brevior; umbella fastigiata; flores rosei; antherae exsertae. ♃. Ad rupes calcareas Kalnikenses et in illis ad arcem vetustam Reka et Okićgrad, nec minus ad Markuševec et Vidovec prope Zagrabia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 244 in saxosis circa Boccagnazzo prope Zara et in pascuis montanis inter Derniš et Verlika. (A. senescens Host.) Ag.-Sept. . . . . **A. fallax Schult.**

18 Bulbo ovato; scapo trigono nonnisi ima basi folioso foliis late linearibus acuminatis glabris. — Scapus spithamaeus pedalisve; spatha univalvis acuminata pedunculis duplo brevior; umbella fastigiata; flores albi; laciniae perigonii ovato-ellipticae erosae nitidae; stamina dimidio longiora. ♃. Vis. fl. dalm. 247 ad muros hortorum circa Trau et Spalato. (A. lacteum Sibth.; A. altum Sant.) Mr.-Mj. . . . . **A. neapolitanum Cyr.**

Bulbo rhizomati transversali adnato tunicisque integris tecto; scapo fere ad medium foliato, superne acute angulato; foliis linearibus scapum latitudine subaequantibus. — Spithamaeum aut pedale; folia subtus 5-nervia et nervo medio prominulo acute carinata scapumque angustissime fistulosum subaequantia; spatha trifida umbella subfastigiata capsulifera duplo brevior; flores pallide rosei, ovarium album medio dilatatum; stamina edentula perigonium subaequantia antheris cinereo-aenneis nigrescentibus. ♃. In pratis montanis locisque udis inter Kalnik et Ljubeščicam (1862). In Slavonia in locis similibus comitatus Syrminsis et circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 767. (A. angulosum Pollich. et Jacq.; A. spirale W.; A. senescens B. Mag; A. baicalense W.) Il.-Ag.. . . . . **A. acutangulum Schrad.**

19 Scapis nonnisi ima basi foliatis aut plane aphyllis; staminibus edentulis; foliis planis late-linearibus lanceolatisve 20

Scapo a basi ad medium usque folioso 23

20 Staminibus omnibus simplicibus liberisque 21

Staminibus omnibus quidem simplicibus, sed basi dilatata connexis 22

21 Floribus candidis; umbella fastigiata. — Bulbus subrotundus; scapus pedalis aut sesquipedalis, basi subtrifoliatus foliis late linearibus acuminatis carinatis planis, margine pilosus; spatha univalvis demum lacera pedunculisque dimidio brevior; laciniae perigonii ovato-lanceolatae obtusae staminibus longiores. ♃. Vis. fl. dalm. 245 in dumetis et ad sepes frequentissimum circa Zara, Sebenico, Derniš, Trau, Spalato, Almissa, Makarska, Ragusa et Pastrovichio, nec non in insulis Ossero et Lesina. Rchb. fl. g. 774. (A. ciliatum Cyr.; A. Clusianum Portschl.; Moly Dioscoridis Clus.; A. subvillosum Salzm.) Apr.-Mj. **A. subhirsutum L.**

Floribus roseis; umbella hemisphaerica, basi non raro bulbifera. — Spithamaeum, pedale aut ultra; bulbus ovatus basi bulbillis stipatus; folia late linearia acuminata plana, apice involuta, basi scapum arcte involventia, dorso leviter carinata, margine obsolete ciliolata aut omnino-nuda, spatha univalvis 2—4-loba pedunculis brevior; stamina perigonio nitido eroso breviora; capsula ovata. ♃. In vineis et olivetis litt. cr., veluti circa Flumen, Portoré, Bribir, Novi et Segniam. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Čerević. (Kan.) Vis. fl. dalm. 246 copiosissime in vineis, dumetis et fruticetis circa Zara, Sebenico, Spalato, Salona, Makarska et Ragusa, nec minus in insulis Pago et Lesina. Rchb. fl. g. 776. (A. illyricum Jacq.; A. carneum Bert.; A. ambiguum Sibth.; A. Tenorii Spr.) Apr.-In . . **A. roseum L.**

22 Umbella fastigiata; floribus atropurpureis; perigonii laciniis linearibus. — Bipedale et ultra; bulbus subrotundus fere turbinatus, basi fibris numerosis firmatus; folia late lanceolata, acuminata, plana, glabra, patentia, extus striata et marginibus albidis scabra, subserrulata; spatha univalvis 2—3-loba umbellam amplam laxam subaequans; laciniae perigonii carina virentes, stellato-patentes staminibusque dimidio breviores; ovarium primo viride, demum styloque atro-purpureum; capsula fusca et glabra; semina compressa. ♃. In agris et pratis litt. cr. ad Bribir et Novi. Syll. fl. cr. In agris in comitatu Syrmiensi. (WK.) Vis. fl. dalm. 250 inter segetes circa Trau, Spalato et Salona. Rchb. fl. g. 772. Apr.-Mj. . . . . **A. atropurpureum WK.**

Umbella hemisphaerica; floribus albidis stria laciniarum perigonii dorsali virente; ovario atro-viridi. — Bipedale et ultra, speciosum: bulbus depresso-globosus; folia late lanceolata acuminata plana margine glabra; spatha bi-triloba persistens; umbella capsulifera convexa; stamina perigonio duplo longiora. — Bulbi structura, foliorum latitudine, florum multitudine et petalorum situ proximum est praecedenti, a quo tamen umbella haemisphaerica, colore florum et laciniis perigonii latitudine affatim diversum. ♃. In agris et vineis comitatus Syrmiensis. (Kan.) (A. multibulbosum Jacq.) Mj.-In. . . . **A. nigrum L.**

23 Staminibus ima basi perigonii insertis alternatim latioribus vel alternatim basi utrinque unidenticulatis 24

Staminibus supra basin perigonii insertis vel basi dillatata connexis, sed omnino simplicibus; spatha bivalvi valvula altera longe rostrata 27

24 Foliis setaceis subulatisve teretibus, anguste profundeque canaliculatis; staminibus omnibus simplicibus liberisque 25

Foliis linearibus omnino planis 26

25 Laciniis perigonii oblongo-lanceolatis stamina evidenter superantibus; foliis margine ciliato-scabris. — Bulbus oblongus tunicis fibroso intertectis obductus; scapus spithamaeus, gracilis ima basi foliatus; folia filiformia superne angustissime canaliculata; pauciflora erecta; flores albidi aut rosei, nervo laciniarum rubro. ♃. In rupestribus litt. cr. circa Flumen, Bukari, Praputnik, Hrelin et Novi, nec minus in campo Grobnikensi. Syll. fl. cr. Circa Semlin (Kan.) Vis. fl. dalm. 242 in collibus locisque saxosis apricis circa Zara, Sebenico, Ragusa et Cattaro, nec non in insulis Brazza et Lesina. Rchb. fl. g. 761. (A. setaceum WK.; A. capillare Cav.) Ag.-Sept. . . . . **A. moschatum L.**

Laciniis perigonii oblongis staminibus dimidio brevioribus; foliis subulatis, margine glabris. — Bulbus oblongus tunicis membranaceis integris vestitus; folia lineari-subulata profunde canaliculata; spatha bivalvi in folium subulatum producta; flores pallidi exsiccatione ochroleuci, quandoque pallide carnei. ♃. In fissuris rupium calcarearum ad Kalnik et Okićgrad (1863). Vis. fl. dalm. 243 in saxosis apricis et rupestribus in monte Svilaja contra Derniš, in Biokovo et in illis circa Narenta. Mj.-Il. **A. saxatile MB.**

26 Staminibus alternatim latioribus, edentulis subulatis et perigonio duplo longioribus; foliis subtus acute carinatis. — Bulbus oblongus; scapus erectus pedalis aut sesquipedalis teretiusculus; folia anguste linearia subtus basi scapum arcte amplectentia vaginis apice transversim truncatis; spatha bivalvis pedunculis brevior. ♃. In locis rupestribus graminosis alpium Visočica et Badanj, nec non inter Pinum Pumilionem locis saxosis cacuminis alpis Sveto-brdo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 771. Il.-Ag. **A. ochroleucum WK.**

Staminibus basi utrinque unidentatis dentibus abbreviatis obtusiusculis, alternis trifidis perigonium subaequantibus; foliis late linearibus planis subtus subcarinatis. — Bulbus aggregatus bulbillis ovato-oblongis membrana involutis; scapus teres 2—3-pedalis ad medium foliatus foliis latiusculis subcanaliculatis; spatha univalvi longissime rostrata; umbella bulbifera; flores sordide albidi. ♃. Colitur ubique in usum culinarium. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 260. „Luk bieli ili Češnjak.“ (Porrum sativum Rchb. fl. g. 756.) In.-Ag. . . . . **A. sativum L.**

27 Floribus violaceis roseisve concoloribus 28

Floribus albidis aut albo-virentibus, interdum ex albido triste rubescentibus 30

Floribus eleganter flavis. — Bulbus ovatus; scapus teres ad medium foliatus pedalis aut sesquipedalis; folia pulposa laevissima, subtus convexa, supra leviter canaliculata, margine obtusa, basi arcte vaginantia; spatha bivalvis persistens valva altera longe rostrata; umbella capsulifera; stamina perigonio duplo longiora edentula filiformia. ♃. In saxosis litt. cr., veluti circa Bribir, Novi, Crkvenica et alibi. Syll. fl. cr. In collibus apricis circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 255 in apricis saxosis circa Zara, Sebenico, Ragosnizza, Clissa, Almissa et Makarska; in insula Bua, in montibus Marian, Biokovo et Zurina prope Ragusa. (Codon. flavum Rchb. fl. g. 792.) In.-Il. . **A. flavum L.**

28 Staminibus perigonium oblongum aut cylindraceum aequantibus; floribus roseis 29

Staminibus perigonio obovato-trigono duplo longioribus; floribus violaceis aut plane atro-violaceis. — Scapus teres 1—2-pedalis ad medium foliosus; folia linearia semeteretia canaliculata, apicem versus plana striisque 3—5 prominulis signata; spatha bivalvis longissime rostrata et umbellam effusam longe superans;

laciniae perigonii obtusissimae conniventes. ♃. In agris sterilibus circa Divo selo, Sv. Mihajl et Sv. Rok in provincia Likana. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 251 in agris circa Zara et Salona, nec non in dumetis montanis in Promina, Biokovo et Svilaja. (A. violaceum W.; A. foetidum Lk.; Codon. carinatum Rchb. fl. g. 785.) In.-Il. . . . . **A. carinatum L.**

Observ. variet. α. umbella capsulifera, foliis subtus fere laevibus aut obsolete obtuseque striatis et nec carinatis nec sulcatis est: A. montanum Sibth. (Codon. paniculatum Rchb. fl. g. 788.) occurritque in iisdem locis ac praecedens in Dalmatia illoque frequentius.

Variet. β. umbella bulbifera, foliis linearibus anguste canaliculatis flaccidis, perigonio trigonio connivente, est: A. flexum Wk. (A. flexuosum Host; Codon. flexum Rchb. fl. g. 286.)

29 Perigonii campanulati laciniis oblongis rectis stamina subaequantibus, ovario longioribus roseis concoloribus. — Scapus teres ad medium foliosus foliis linearibus semiteretibus canaliculatis; spatha bivalvis umbellam laxam effusam capsuli- aut bulbiferam 2—3-ve superans. ♃. Vis. fl. dalm. 252 in saxosis, in dumetis et ad sepes circa Zara, Derniš, Sebenico et Salona, nec non in sylvaticis montium Velebit, Promina et Svilaja. (A. paniculatum Alsch.; Codon intermedium Rchb. fl. g. 787.) In.-Ag. **A. intermedium Lam.**

Perigonii cylindracei laciniis oblongis acutiusculis stamina aequantibus ovario oblongo dimidio longioribus, roseis, nervo dorsali saturatius rubro. — Scapus teres pedalis, rarius ultra, ad medium foliosus, foliis semiteretibus anguste canaliculatis; spatha bivalvis umbellam (rarius bulbiferam) superans. ♃. Vis. fl. dalm. 253 in apricis circa Almissa et in cultis insulae Veglia. In.-Il. **A. tenuiflorum Ten.**

30 Umbella capsulifera; foliis semiteretibus aut angustissime linearibus carinatisque 31

Umbella bulbifera (rarissime simul capsulifera); folia tereti-canaliculata, scabra subtus sulcata. — Pedale aut bipedale; flores e viridi albentes, carina margineque violascentes aut purpurascentes, in locis fertilibus subnulli. — Odore suo oleraceo, (nec minime alliaceo) distinctissimum. ♃. In agris, dumetis, et ad oras sylvarum in Croatia haud rarum. (Ab A. carinato L. non-

nissi colore florum et odore suo oleraceo, nec non perigonio oblongo et non trigono, distinctum.) Rchb. fl. g. 784. In.-Il. **A. oleraceum L.**

31 Flores albidi vel ex albido triste rubescentes in umbellam subglobosam densifloram congesti. — Pedale aut sesquipedale; folia linearia semiteretia canaliculata; spatha bivalvis lanceolato-subulata nervosa; perigonii breviter campanulati laciniae obovatæ rotundatae truncatae stamina et ovarium subaequantes. ♃. Vis. fl. dalm. 254 in saxosis apricis montium Velebit, Marian, Šaba, nec non in iisdem locis circa Sebenico, Derniš, Knin, Clissa, Ragusa, Krivoscie et Cattaro. (Codon. pallens Rchb. fl. g. 791.) In.-Il. . . . . **A pallens L.**

Floribus basi virescentibus, margine sordide rubescentibus dorsoque pallidioribus in umbella laxa, effusa. — Pedale, rarius ultra; folia linearia semiteretia carinata; spatha bivalvis longissima; laciniae perigonii campanulati oblongo-ellipticae apice rotundatae ovario dimidio longiores, stamina subaequantes. ♃. Vis. fl. dalm. 256 in agris insulae Veglia et in herbidis montis Biokovo. (Codon. fuscum Rchb. fl. g. 790.) A. praecedente nonnisi florum colore, umbella laxiori et ovario sub anthesi perigonio multo breviore diversum. Ag.-Sept. . . . . **A. fuscum WK.**

Trib. III. **Hemerocallideae R. Br.** *Perigonium monophyllum divisum; capsulae loculi oligospermi; semina figura varia, testa atra.*

Gen. 725. **Bellevalia Lapeyr. Zarevak ili Lusanj.**

Perigonium angulato-campanulatum deciduum, ad medium 6-fidum laciniis patulis; stamina basi laciniarum inserta et inclusa, filamentis basi dilatatis liberis, antheris basi subcordatis, dorsi medio affixis; stylus teres stigmate trigono; capsula triquetra, trisulca loculis oligospermis, seminibus globosis. — Vis. fl. dalm. I. p. 150, g. 90; Rchb. fl. g. p. 105, g. 159.

Bracteis subtus appendiculatis; perigonii laciniis oblongis; capsula obovata. — Spithamaea; bulbus ovatus albidus; scapus erectus teres foliis brevior; folia lineari-lanceolata erecta subcanaliculata; flores albi extus leviter caerulescentes, ante et post anthesim ferruginei aut fusci; filamenta lanceolata plana. ♃. Vis. fl. dalm. 285 ad margines agrorum et in satis circa Diklo prope Zara, Divulje prope Trau et in Riviera dei Castelli. Rcbh. fl. g. 710. (Hyacinthus romanus L.; Scilla romana Gawl.) Apr.-Mj. **B. romana Rchb.**

*

Bracteis exapendiculatis; perigonii semi-6-fidi laciniis ovato-rotundatis; capsula profunde emarginata. — Praecedente minor et gracilior; folia longissima; flores inferne caerulei, superne albovirescentes, ante anthesim sordide virides; filamenta basi membranacea plana, apice subulata. ♃. Vis. fl. dalm. 286 in herbidis circa Lesina. — Rchb. fl. g. 711. (Hyac. dubius Guss.) Mr.-Apr. . . . . **B. dubia Rchb.**

Gen. 726. **Hyacinthus L. Sumbul.**

Perigonium infundibulare-campanulatum deciduum limbo 6-fido patulo; stamina tubo perigonii inserta et inclusa filamentis tubo adnatis, antheris supra basin affixis; stylus trigonus stigmate obtuso: capsula obtuse trigona et triquetra loculis dispermis, seminibus subglobosis. — Vis. fl. dalm. I. pag. 149, g. 89; Rchb. fl. g. p. 105, g. 158.

1 Foliis canaliculatis enerviis obtusis; floribus (ubi spontaneus) intense caeruleis; (in cultis caeruleis, albis et rubellis) . . . 2

Foliis lineari-lanceolatis acutis planiusculis, nervosis erectis; floribus pallide caeruleis. - Bi-tripollicaris; racemus semipollicaris perigonia cylindrico-campanulata, basi non inflata, nec ventricosa, lobis erecto patulis, nec unquam reflexis. ♃. Vis. fl. dalm. 283 in saxorum fissuris collium supra Breno prope Ragusa. (Muscari pallens Fisch.) Mj.-In. . . . . **H. pallens MB.**

2 Perigonii basi ventricosa lobis patenti-recurvis. — Spithamaeus; folia lineari-lanceolata apice convoluto obtusa, demum humifusa; perigonii lobis patenti recurvis. ♃. Vis. fl. dalm. 284 sponte ad rupes prope eremum S. Girolamo in monte Marian supra Spalato; secus ubique cultus floribus variabilibus. Rchb. fl. g. 709. Apr.-Mj. . . . . **H. orientalis L.**

Observ. variet. β. bracteis in folia linearia longissima racemum superantia productis, est: H. phyllanthus Vis. occurritque in agris circa Cittavecchia insulae Lesina.

Perigonii basi non ventricosa, sed aeqaliter cylindrica lobis obovatis obtusis. — Bulbus ovatus; scapus erectus palmaris, rarius ultra; folia linearia flaccida; flores pedicellati in racemum collecti bracteisque lineari-lanceolatis membranaceis fulti, intense cærulei aut amethystini. ♃. In pascuis montanis lapidosis, veluti ad Jelenje prope Flumen, Kapela-velika et Pliešivica. Syll. fl. cr. (H. hispanicus Lam.) Apr.-Mj. . . . . **H. amethystinus L.**

Gen. 727. **Muscari Tourn. Presličina ili Lužana.**

Perigonium subgloboso-tubulosum deciduum, ore constrictum, limbo brevissimo 6-dentato; stamina perigonii tubo inserta et inclusa filamentis brevissimis liberis, antheris supra basin affixis; stylus erectus stigmate subtrigono; capsula acute triquetra loculis dispermis, seminibus subglobosis. — Vis. fl. dalm. I. p. 148, g. 88; Koch syn. pl. p. 834; Rchb. fl. g. p. 104, g. 157.

1 Perigoniis globosis ovatisve uniformibus 2

Perigoniis angulato-cylindricis, summis longe pedunculatis comosis, abortivis. — Scapus teres 1—2-pedalis; bulbus ex ovato-subrotundus squamis arctissime imbricatis; folia late linearia subserrulata albo-ciliata aut nuda canaliculata; flores in racemum elongatum laxum collecti, inferiores remoti et horizontaliter patentes, lividi, superiores longius pedicellati, erecti, approximati, comosi neutri, caerulei. ♃. In agris et vineis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In iisdem locis circa Essek, Čerević et Semlin. (Kan.) nec non circa Pakrac, Požega, Kutjevo et alibi in Slavonia. Vis. fl. dalm. 282 inter segetes et in locis herbidis totius Dalmatiae. (Hyac. comosus L.) „Balučka ili Losanja." Rchb. fl. g. 706. Ap.-In. . . . . **M. comosum Mill.**

2 Racemo sub anthesi laxo; perigoniis globosis; foliis late linearibus canaliculatis. — Palmare aut spithamaeum; folia erecta, stricta, basin versus angustata; flores caerulei dentibus perigonii albis; capsula obcordata. ♃. In collibus apricis ad Jelenje et in vineis praesertim Croatiae australis et littoralis, veluti ad Flumen et alibi. Syll. fl. cr. Circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 280 in cultis et incultis dumetisque totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 704. (Hyac. botryoides L.) „Rigavica ili Kapula." Mr.-Apr. . . . . **M. botryoides Mill.**

Racemo etiam sub anthesi denso; perigoniis ovatis; foliis anguste linearibus convoluto-canaliculatis humifusis. — Bulbus ut et antecedentis ovatus squamis carnosis arcte imbricatis albis, basi fibris copiosis auctus et supra has numerosos bulbillos in circuitu gerens; scapus erectus teres, palmaris aut ultra; folia arcuato-recurva flaccida; flores saturate caerulei, pruinosi; dentes perigonii apice albentes. ♃. In agris, arvis et vineis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In iisdem locis circa Čerević et Semlin, (Kan.), nec minus frequens circa Daruvar, Pakrac, Požega et

alibi in comitatu Požegano. Vis. fl. dalm. 281 in iisdem locis totius Dalmatiae. (Hyac. racemosus L.) Feb.-Apr. **M. racemosum Mill.**

Gen. 728. **Hemerocallis L. Liljan.**

Perigonium infundibuliforme tubo cylindrico, limbo 6-partito, irregulari; stamina basi perigonii inserta, subulata, declinata; capsula trigona; semina globosa. (Tubera aggregata: flos porrectus.) — Koch syn. pl p. 833; Rchb. fl. g. p. 115, g. 169.

Perigonii laciniis planis nervosis, aveniis, flavis. — Radix fibrosa fibris nonnullis in tubera oblonga incrassatis; scapus erectus ramosus, 1 - 2-pedalis et ultra; folia ensiformi-linearia, acuta, integerrima, glabra; perigonii laciniae exteriores interioribus latiores; flores suaveolentes. ♃. In pratis paludosis sylvaticis secus viam Zagrabia Pisarovinam ducentem inter pagos Bratina et Velika. (1858), nec minus in pede montis Sluinsko-brdo prope Tušilović, secus hinc inde in hortis culta. Rchb. fl. g. 793. In.-Ag. . . . . **H. flava L.**

Perigonii laciniis nervosis venosisque fulvis, interioribus margine undulatis. — Bipedalis et ultra: folia linearia carinata; laciniæ perigonii obtusae; antherae oblongae; stigma hemisphaericum; flores inodori. ♃. In hortis frequentissime culta. Rchb. fl. g. 794. Il.-Ag. . . . . **H. fulva L.**

Fam. CXXII. **Smilaceae R. Br. Tetivike.**

Flores hermaphroditi vel abortu unisexuales, axillares vel terimnales pedicellis saepissime articulatis bracteolatisve; perigonium corollinum inferum 6-divisum, raro 4—8-partitum fauce nuda; stamina laciniis perigonii numero aequalia illisque opposita et illorum basi inserta filamentis liberis, raro in androphorum triantheriferum connatis, antheris basi vel dorso affixis, loculis contiguis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium liberum triloculare loculis uni- vel pluriovulatis, ovulis angulo centrali affixis; styli 1—3 connati liberive stigmatibus distinctis; fructus succulentus indehiscens 3-locularis, quandoque abortu unilocularis, unispermus; semina subglobosa, testa membranacea Vis. fl. dalm. I. p. 158; Koch syn. pl. p. 812.

Herbae rhizomate perennantes, caulescentes foliis alternis verticillatisve simplicibus integris nervosis, interdum squamiformibus.

Gen. 729. **Paris L. Krstac ili Krstovka.**

Flores hermaphroditi; perigonium patens ad basin usque 8 vel 10-partitum laciniis 4 vel 5 exterioribus calycem, 4 vel 5 interioribus angustioribus corol-

lam referentibus; stamina 8, rarius 10, filamentis basi coalitis et perigonio insertis, connectivo ultra antherae apicem in acumen longum producto; styli 4; stigmata simplicia; bacca 4-locularis loculis 4—8-spermis; semina obovata. — Vis. fl. dalm. I. p 159, g 97; Koch syn. pl. p. 813; Rchb. fl. g p. 99. g. 144.

Foliis quaternis, rarius quinis; perigonii laciniis exterioribus lanceolato-linearibus, interioribus lineari-subulatis. — Spithamaea pedalisve; radix repens carnosa; scapus teres simplex; folia verticillatim in apice scapi inserta elliptica, acuminata, integerrima glabraque; flos viridis; bacca nigro-caerulea. ♃. In nemoribus umbrosis humidiusculis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 300 in sylvaticis montium ad confinia Croatiae et in monte Sella supra Cattaro. Rchb. fl. g. 673. Mj.-Il. **P. quadrifolia L.**

Gen. 730 **Ruscus L. Veprinac ili Breberina.**

Flores dioici ramulis foliiformibus insidentes; perigonium ad basin usque 6-partitum subcoloratum patens persistens; in mare stamina 3 filamentis coalitis in androphorum ventricosum antheris reniformibus apice coronatum; in femina pistillum androphoro sterili basi cinctum, stigmate capitato, stylo brevissimo, ovario 3-loculari loculis biovulatis; bacca carnosa abortu unilocularis submonosperma, semine subgloboso. — Vis. fl dalm. I. p. 159, g. 98; Koch syn. pl. p. 815; Rchb. fl. g. pag. 100; g. 147.

1 Foliis oblongo-ovatis aut oblongo-lanceolatis acuminatis inermibus 2

Foliis ovatis in mucronem acutissimum acuminatis; florum fasciculis subbifloris basi folio minuto scarioso cuspidato uninervi fultis. — Fruticulus 1—2-pedalis ramosissimus erectus: folia perennantia rigida apice valde pungentia; pedunculus (ramulus) axillaris folii faciei adnatus florem unicum squamis stipatum ferens; flores albo-virescentes androphoro violaceo; bacca miniata. ♃. In sylvis montanis, praesertim saxosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 301 in incultis, saxosis sylvaticis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 680. Febr.-Apr. **R. aculeatus L.**

2 Foliis oblongo-lanceolatis inermibus facie floriferis; fasciculis pluri-floris basi folio minuto herbaceo lanceolato acuto 3—5-nervi fultis. — Fruticulus humilis gracilis spithamaeus pedalisve; radix horizontaliter repens dentata fibrisque numerosis firmata; folia 3-pollicaria sessilia coriacea acuta glabra, inferiora terna aut quaterna, reliqua opposita vel alterna; flores virescentes; bacca rotunda rubra. ♃. In sylvis montanis circa Toplikam et

Drenovec, in illis montium Ivanšćica, ad Zagrabiam, Samobor, in Moslavina et alibi in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in convallibus montium Papuk, circa Klokočavac, Čerevič et Stražilovo (Kan.), nec minus in rupibus calcareis umbrosis ad officinam vitri Jankovac, in valle prope Kutjevo et in sylvis circa Daruvar et Pakrac. Vis. fl. dalm. 302 in sylvaticis insularum Cherso et Ossero, nec non in illis circa Nona et Stretto. Rchb. fl. g. 681. Mr.-Mj. . . . **R. Hypoglossum L.**

Foliis oblongo-ovatis acutis muticis subtus floriferis, fasciculis plurifloris nudis. — Fruticulus gracilis erectus flexuosus superne angulatus; folia nitida acuminata, inferiora terna vel quaterna, reliqua alterna; ex folii dorso emergunt pedunculi uniflori, longi, basi squamulis cincti; flores virentes, baccae miniatae. ♃. In sylvis et fruticetis circa Flumen. (Host.) Ap.-Mj. **R. Hypophyllum L.**

Gen. 731. Smilax Tourn. Tetivica ili Titivika.

Flores dioici; perigonium coloratum ad basin usque 6-partitum laciniis exterioribus latioribus; in mare stamina 6 libera perigonio inserta antheris linearibus; in femina stamina abortiva decidua, pistillum stigmatibus 3 subincrassatis reflexis, stylis brevissimis; ovarium 3-loculare 3-ovulatum; bacca carnosa 1—3-locularis, 1—3-sperma seminibus globosis, hilo magno colorato. — Vis. fl dalm. I- p. 161, g. 100; Koch syn. pl. p. 815; Rchb. fl. g. p. 101, g 149.

Foliis subhastato-cordatis lanceolatis margine et costa subtus spinosis; floribus ex albo virescentibus; baccis rubris nitidis. — Suffruticosum, scandens; radix repens; folia coriacea nervosa glabra petiolo geniculato canaliculato et aculeato innixa, infima lanceolato-ovata, subsequa oblongo-ovata basi excisa, superiora hastato-cordata; flores odori in racemum collecti. ♄. In dumetis et ad sepes litt. cr., veluti ad Flumen, Tersat, Seguiam et Karlobago. Vis. fl. dalm. 306 ad sepes et in dumetis totius Dalmatiae vulgatissima. Ag.-Sept. . . . . **S. aspera L.**

Foliis profunde cordatis oblongo-lanceolatis, margine subinermibus, costa laevibus; floribus pallide carneis; baccis nigris opacis. — Praecedenti simillimum; sed folia hujus supra lobos baseos marginibus vel rectis, vel extus incurvis sive convexis apicem versus excurrunt; in praecedente autem supra lobos intus curvantur et utrinque sinum efficiunt; costa hujus est omnino inermis; bacca non rutilans, sed opaca. ♄. Vis. fl. dalm. 307 copiosissima ad sepes circa Ragusa vecchia. Mj.-In. **S. nigra W.**

Gen. 732. **Asparagus L. Šparga.**

Flores hermaphroditi, sed abortu dioici: perigonium subcoloratum campanulatum 6-partitum, apice patens aut connivens, basi in tubulum angustissimum abrupte constrictum, laciniae interiores latiores: stamina 6 laciniis perigonii inserta filamentis distinctis; ovarium 3-loculare loculis 2-ovulatis; stylus 1, stigmata 3 reflexa; bacca subcarnosa 3-locularis, 6-sperma seminibus globoso-angulatis. — Folia ramea ad squamas reducta, in axillis fasciculum foliorum filiformium, quae ex ramulo contracto, non elongato formata sunt, gerunt. — Vis. fl. dalm. I. p. 160, g. 99; Koch syn. pl. p. 812; Rchb. fl. g. p. 118, g. 176.

1 Caule (scapo) herbaceo tereti, stricto; foliis fasciculatis . . . 2
Caule (scapo) frutescente angulato scandente, superne ramisque hirto. — Scaberrimus; folia fasciculata acicularia pungentia perennantia; flores luteoli; filamenta antheris cordatis longiora. ♄. In dumetis montosis et inter frutices totius littoralis croatici et nec minus in provincia Likana. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 305 in iisdem locis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 810. (A. Corruda Scop.) Il.-Ag. . . . . **A. acutifolius L.**

2 Filamentis florum masculorum longitudine antherae oblongae . 3
Filamentis florum masculorum anthera subrotunda multo longioribus. — Gracilis, elegans et ramosissimus; folia setacea semiverticillata aut plane verticillata; stipulae solitariae membranaceae fuscescentes lanceolatae, inferiores integerrimae, summae caules ramosque amplectentes, dentatae; flores axillares bini e singulo florum verticillo, singuli ad rami latus penduli in pedunculis folia subaequantibus filiformibus purpurascentibus, sub flore in nodum incrassatis; baccae pendulae globosae laeves coccineae nitidae lineis punctisque albidis notatae. ♃. In dumetis pratis locisque graminosis asperis circa Korenica, Petrovo-selo, Gospić, Trnava et alibi in Croatia australi, et praesertim in provincia Likana. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 352 in umbrosis vallis Reska in insula Veglia. Rchb. fl. g. 808. (A. sylvaticus WK.) Mj.-In. . . . . **A. tenuifolius Lam.**

3 Foliis ramulisque teretibus laevibus; stipulis subsolitariis inermibus. — Bi-quadripedalis ramosissimus ramis subadscendentibus; folia fasciculata setacea glaberrima et laevia; flores virescenti-albi, tubulo perigonii limbum dimidium aequante; baccae coccinae. ♃. In pratis fertilibus circa Siscium et alibi in campo Posavano, secus ubique in hortis cultum et hinc inde ad sepes, in ruderatis dumetisque quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis.

fl. dalm. 303 in pratis udis circa Stagno et Narenta. Rchb. fl. g. 807. Iu.-Il. . . . . **A. officinalis L.**

Foliis angulatis ramulisque scabris; caulibus rigidis scabris. — Strictus pyramidato-rigens, ramosissimus, omni ex parte scaber; folia fasciculata, tetragona, rigida mucronata; stipulae spinescentes; flores ex albido viriduli, tubulo perigonii limbum dimidium subaequante; baccae rubrae. ♃. In graminosis asperis, in ruderatis et ad sepes in litt. cr., veluti circa Flumen, Tersat, Novi, Segniam et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 304 in in maritimis prope Nona. Rchb. fl. g. 809. (A. maritimus Pett.; A. marinus Clus.; A. ámarus DC.) Apr.-Mj. **A. scaber Brign.**

Gen. 733. Streptopus Mich. Čepnjak.

Flores hermaphroditi; perigonium ad basin usque 6-partitum campanulato-patens laciniis basi fovea nectarifera oblonga provisis; ovarium triloculare loculis multiovulatis; stylus unicus, stigma obtusum; bacca sphaerica miniata. — Koch syn. pl. p. 813; Rchb. fl. g. p 100, g. 147.

Foliis bracteisque amplexicaulibus cordato-acuminatis glaberrimis; pedunculis unifloris, medio geniculatim refractis. — Pedalis et ultra, gracilis, flexuosus et ramosus; radix nodosa fibris plurimis aucta; folia integerrima nervosa; flores e viridi rubelli; laciniae perigonii lanceolato-lineares, obtusae, primo erectae, dein supra medium revolutae. ♃. In sylvis alpinis et subalpinis Croatiae australis, veluti in alpe Pliešivica inter Pinum Pumilionem. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 679. (Str. distortus Mich.; Uvularia amplexifolia L.) Il.-Ag. . . . **St. amplexifolius DC.**

Gen. 734. Convallaria L. Jasenak ili Pečatnik.

Flores hermaphroditi; perigonium monophyllum campanulatum vel tubulosum petaloideum 6-dentatum; stamina 6 perigonio inserta et inclusa filamentis distinctis, antheris subsagittatis; ovarium 3-loculare loculis 2-ovulatis; stylus simplex stigmate obtuso trigono; bacca carnosa 3-locularis loculis monospermis, seminibus subglobosis. — Vis. fl. dalm. I. p. 162, g. 101; Koch syn pl. p. 814; Rchb. fl. g. p. 99, g. 145.

1 Perigonio cylindrico-tubuloso; floribus albis apice viridibus . . 2

Perigonio subgloboso-urceolato s. campanulato, toto albo. — Radix gracilis teres repens articulata; scapus nudus semiteres 4—6-pollicaris, basi vaginatus et bifolius foliis breve petiolatis ob-

longo-ellipticis acuminatis; flores albi fragrantes, racemosi nutantes urceolato-campanulati pedicellati; stamina basi perigonii inserta; stigma bifidum; bacca rubra. ♃. In sylvis umbrosis locis humidiusculis dumetosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 208 in sylvaticis et pascuis montium Velebit. „Bokarić, Carevo cvietje, Gjurgjevo cvietje. Dragoljub, Ljer gorski, Gjurgjica.“ Rchb. fl. g. 674. Mj.-In. **C. majalis L.**

2 Foliis alternis; baccis violaceis 3

Foliis verticillatis; baccis rubris. — Stricta, pedalis et ultra, tenera; radix crassa carnosa, valde repens; scapus erectus subteres, superne flexuosus; folia sessilia lanceolata, subtus glauca, serrulata; pedunculi axillares ramosi, flores nutantes bracteis lineari-lanceolatis membranaceis deciduis suffulti; dentes perigonii apice barbati; bacca globosa. ♃. In sylvis montanis circa Toplikam, in illis montis Ivanšćica, ad Zagrabiam et in Moslavina, nec minus in Croatia australi in monte Merzin prope Korenicam et in ipsa alpe Pliešivica, sed ubiqqe rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 678. Mj.-In. . . . . **C. verticillata L.**

3 Foliis amplexicaulibus alternis 4

Foliis breviter petiolatis ovatis acuminatis alternis, subtus in nervis pubescentibus. — Pedalis aut sesquipedalis gracilis; radix repens carnosa; scapus angulatus puberulus; folia ciliata in petiolum brevem canaliculatum basi contracta; pedunculi axillares 1—4-flori pubescentes bracteolati; stamina tubo perigonii subcylindrici inserta. ♃. In sylvis montanis totius Croatiae intermixte cum C. multiflora L. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis montis Papuk, in sylvis circa Essek, Vukovar, Slankamen, Illok et Čerević (Kan.), nec minus in illis ad Daruvar, Pakrac et Kamensko. Vis. fl. dalm. 311 in sylvis montis Svilaja. Rchb. fl. g. 676. Mj.-Il. . . . . . . **C. latifolia Jacq.**

4 Scapo tereti; pedunculis 3—5-floris, filamentis pilosis. — Pedalis aut sesquipedalis et ultra; radix repens carnosa; scapus glaber; folia ovato-oblonga aut ovalia obtusiuscula, facie viridia, dorso glaucescentia; pedunculi axillares; perigonium medio constrictum; stamina tubo inserta. ♃. In sylvis subhumidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 310 in sylvis montium Velebit, Promina, Svilaja et Sniežnica, nec non ad sepes agri Petrovopolje prope Derniš. Rchb. fl. g. 677. Mj.-Il. **C. multiflora L.**

Scapo angulato: pedunculis nonnisi 1—2-floris; filamentis glabris. — Spithamaea, pedalis, rarius ultra; radix carnosa repens; scapus striatus subflexuosus; folia ovato-oblonga aut ovalia obtusiuscula; pedunculi axillares; perigonia cylindrica; filamenta longitudine antherarum supra medium tubi inserta. ♃. In sylvis montanis lapidosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 309 in sylvis montium Velebit, Svilaja, Karban, Mossor et Biokovo. „Kolinčevo zelje, Pečat Salumonov, Perdelj." Rchb. fl. g. 675. Mj.-In. . . . . . . **C. Polygonatum L.**

Gen. 735. **Majanthemum Wigg. Pociepak.**

Flores hermaphroditi; perigonium profunde 4-partitum laciniis horizontaliter patentibus reflexisve; stamina 4; stylus 1, stigma obtusum subbifidum; bacca bilocularis loculis monospermis. — Koch syn. pl. pag. 814; Rchb. fl. g. pag. 101, g. 148.

Scapo bifolio, foliis alternis petiolatis cordatis. — Spithamaeum; radix gracilis teres, articulata repens; scapus inferne teres vaginisque membranaceis duabus, superne foliis 2 breviter petiolatis, facie glabris margineque puberulis vestitus; flores albi pedicellati in racemum collecti; baccae coccineae. ♃. In sylvis umbrosis submontanis montanisque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 683. (Maj. Convallaria Wigg.; Conv. bifolia L.; Bifolium cordatum Fl. Witt.; Smilacia bifolia Desf.) Mj.-In. . . . . **M. bifolium DC.**

b) Perigonium membranaceum vel margine saltem scariosum calycem 6-sepalum referens.

Fam. CXXIII. **Najadeae Lk. Podvodnice.**

Flores unisexuales, rarius hermaphroditi, sparsi et spatha multiflora in folium terminata, vel uniflora et perigonium urceolatum referente inclusi; stamina libera 1 vel 3, filamenta nulla, anthera sessilis; ovarium unicum uniloculare et uniovulatum; stigma 1, sessile, (in Najade vix conspicuum) vel 2, 3, filiformia; pericarpium indehiscens, nucumentaceum vel drupaceum; semen exalbuminosum erectum vel pendulum; embryo rectus vel arcuato-flexus. — Koch syn. pl. p. 782.

Herbae aquaticae, saepius submersae caulibus nodoso-articulatis ramosis; foliis simplicibus nervosis petiolatis, stipulis intrapetiolaribus membranaceis amplexicaulibus.

Gen. 736. **Najas L. Podvodnica.**

Flores monoici vel dioici; in flore masculo, spatha monophylla urceolata apice 2—3-dentata perigonium simulans et antheram arcte includens, anthera (plerumque) 4-locularis, in valvulas 4 revolutas dehiscens; in flore femineo ovarium subturbinatum, stigma sessile obtusum, aut vix conspicuum. — Koch syn. pl. pag. 782; Rchb fl g. p. 150, g. 204.

Foliis linearibus; vaginis integerrimis; stylo nullo. — Dichotoma; folia opposita aut terna recta sinuata denticulato-spinulosa; anthera 4-locularis; perigonium urceolatum; nux oblonga compressa, saepius utrinque spinula abbreviata gibbosa instructa. ⊙. In lacubus hinc inde, veluti in campo Podravano inter Mali-Bukovec et Selnica; in campo Posavano in lacubus circa Topolovec et Mužilovčica, praesertim autem in Lonjsko-polje. (1858 et 1860.) In Slavonia frequentissime in lacu Jalšova et in illis, quas format Bosut. (Kan.) Rchb. fl. g. 918. (N. fluviatilis Lam.; N. marina α L.; N. muricata Thuill.; N. monosperma W.; Ittnera Najas. Gm.; Fluviatilis latifolia Michel.) Il.-Sept. . . . . **N. major Rth.**

Foliis anguste linearibus; vaginis ciliato-denticulatis; stylo filiformi abbreviato. — Scapus dichotomus; foliis oppositis, rameis ternis, summis congestis lineari-subulatis recurvatis, sinuato denticulatis rigidulis; floribus monoicis sessilibus axillaribus terminalibusque, anthera uniloculari, perigonio bifido. ⊙. In stagnis et fossis totius Croatiae et Slavoniae frequens. Rchb. fl. g. 919. (N. fragilis Rostk.; Caulinia fragilis W.; Ittnera minor Gm.) Ag.-Sept. . . . . **N. minor All.**

Gen. 737. **Posidonia Koen. Porost.**

Flores hermaphroditi secus spadices 3—6 intra spatham bivalvem congesti, singuli spathula bivalvi muniti, perigonio nullo; stamina 9 filamentis dilatatis aristatis, tribus sterilibus; ovarium unicum stigmate subsessili echinato coronatum; fructus ovoideus pulposus loco seminis gemmam nudam gerens. — Vis. fl. dalm. I. p. 189, g. 120; Rchb. fl. g. pag. 137, g. 2. b.

Scapo ramosissimo, foliis in apice ramorum congestis linearibus obtusissimis integerrimis aut serrulatis. — Rhizoma longissimum articulatum repens, ramosum, basi dense paleaceo-setosum; folia disticha loriformia basi vaginae complicatae inarticulata; scapus 2—3-pollicaris crassiusculus e foliorum centro exortus; inflores-

centia subcymosa. ♃. Vis. fl. dalm. 364 in mari secus oram dalmaticam copiosissime. (Z. marina Vis.; Z. oceanica DC.; Tænidium oceanicum Targ.) Mr.-Apr. . . . . **P. Caulini Koen.**

Gen. 738. **Zostera L. Voga ili Svilina.**

Flores monoici secus spadicem compressum e rima longitudinali spathae foliaceae prodeuntem, antice biseriatim digestis, nudis; in flore masculo anthera unica subsessilis; flores feminei cum masculis alternantes ex ovario solitario, stylo subulato persistente et stigmatibus binis capillaribus; utriculi membranacei spadici alterne adhaerentes irregulariter dehiscentes sessilesque. — Vis. fl. dalm. I. pag. 189, g. 121; Koch syn. pl. pag. 783; Rchb. fl. g. p. 6, g. 2.

Foliis 3-nerviis; spathae pedunculo superne latiore; nucibus striatis. — Radix fibrosa; scapi teretes glabri geniculati, inferiore parte decumbentes, radicantes, superiore nutantes; folia alterna petiolata linearia obtusiuscula integerrima ad basin vaginantia, supra basin rima longitudinali dehiscentia spadicemque planum emittentia; perigonium nullum; ovarium sessile oblongum; utriculus ellipticus. ♃. In mari prope Flumen, Bukari et alibi in Quarnero. (1864.) Vis. fl. dalm. III. p. 355 in fundo maris totius orae Dalmatiae, praesertim circa Zara et Sebenico. Rchb. fl. g. 2. Ag.-Sept. . . . . **Z. marina L.**

Foliis uninerviis; spathae pedunculo aequalis latitudinis; nucibus maturis laevibus. — Scapus repens, compressus nodosusque; spathae foliaceae pedunculo filiformi, aequali compresso; stipulae membranaceae. ♃. Vis. fl. dalm. 365 in profundo maris prope Budua. (Z. uninervis Rchb. fl. g. p. 137, n. 2. b.; Z. angustifolia Fl. dan.; Phucagrostis minor Cavol.) Mr.-Ap. **Z. nana Rth.**

Fam. CXXIV. **Lemnaceae Lk. Okrieci.**

Flores monoici aut abortu dioici duobus masculis, tertio femineo; perigonium monophyllum compressum integrum vel margine crenulatum; stamina 1—2 hypogyna altero serius explicato; antherae didymae biloculares; ovarium liberum 2—6-ovulatum ovulis erectis; stylus brevis, stigma obtusum; fructus utricularis, hyalinus; semina albuminosa; embryo breviter arcuatus, inversus, radicula supera, ad chalazam seminis apicem occupantem versa — Vis. fl. dalm III. p 355 (inter addenda); Koch syn. pl. p. 783.

Herbulae aquaticae natantes, aphyllae caule in formam folii dilatato, articulato, plura folia, unum ex altero egrediens, aemulantes.

Gen. 739. **Lemna L. Okriek.**

Character generis idem ac familiae.

1 Radice solitaria simplicique 2
Radicibus fasciculatis. — Frondes aut subrotundo-obovatae, subtus globoso-convexae, utrinque purpurascentes; flores emergunt inter duplicaturam laminae utriusque eo latere, ubi frondes sibi invicem inseruntur. ☉. In aquis stagnantibus tam in campo Podravano, quam Posavano; copiosissima in stagnis Moslavanis, praesertim in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. In stagnis et paludibus totius Slavoniae. (Kan.) Rchb. fl. g. 31. (Spirodela polyrrhiza Schleid.) Apr.-Mj. . . . . **L. polyrrhiza L.**
Observ. variet. β. foliis suborbiculatis supra nitide viridibus, subtus purpurascenti-nigris; radicibus fasciculatis et fasciculis divergentibus, est: L. orbicularis Kit. occurritque in aquis stagnantibus ad Dravum non procul Essekino.

2 Frondibus obovatis: prolificationibus sessilibus 3
Frondibus lanceolatis, denique petiolatis; prolificationibus cruciatim cochaerentibus — Frondes subrepandae vel denticulatae acutiusculae subtusque e medio utrinque frondem exserentes, hinc trisulcae, laterales majores longius petiolatae; flores e rima marginali frondium provenientes solitarii. ☉. In aquis stagnantibus lenteque fluentibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 32. Apr.-Mj. . . . . **L. trisulca L.**

3 Fronde utrinque plana. — Pusilla; frondes basi conjunctae integerrimae; flores hermaphroditi margini frondium inserti; perigonium bilobum. ☉. In aquis stagnantibus totius Croatiae et Slavoniae natans. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 29. Apr.-Mj. **L. minor L.**
Fronde convexiuscula, subtus spongioso-hemisphaerica. — Flores dioici, rarius monoici perigonio obsoleto bilobo. ☉. In iisdem locis ac praecedentes ubique. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. pag. 355 in aquariis hortorum circa Sebenico. Rchb. fl. g. 30. (Telmatophace gibba Schleid.) Apr.-Mj. . . . . **L. gibba L.**

Fam. CXXV. **Aroideae Juss. Kozličine.**

Flores unisexuales et nudi, vel hermaphroditi et perigonii rudimentis squamaeformibus praediti, secus spadicem carnosum simplicem spatha basi circumdatum, in unisexualibus medio staminiferum, inferne pistilliferum, apice nudum, spicato-congesti; stamina plurima; in hermaphroditis perigonii squamis oppo-

sita, antheris saepius bilocularibus; in unisexualibus filamentis brevissimis instructa, ovariis intermixta; vel supra ovaria collecta; ovaria plurima libera, 1—3-locularia multiovulata, stigmate unico; pericarpium non dehiscens 1—3 loculare, mono- vel polyspermum; semina albuminosa, testa saepius crassa, embryo in axi albuminis rectus teres, rima longitudinali, in qua plumula posita est. — Vis. fl. dalm I. p. 183; Koch syn. pl. pag. 786.

Herbae tuberosae, scapigerae, acres; folia nervosa aestivatione convoluta petiolis basi dilatato-vaginantibus.

Trib. II. **Aroideae verae. Brown.** *Flores perigonio destituti.*

Gen. 740. **Arum L. Kozlac.**

Spatha cucullata, basi convoluta marginibus distinctis; spadix androgynus; floribus masculis a femineis distantibus vel contiguis, apice subclavatus, nudus; perigonium nullum; flores masculi e sola anthera, feminei e pistillo constructi; antherae multiseriales, superiores; pistilla ad basin spadicis inserta; bacca monosperma. — Vis. fl. dalm. I. pag. 184, g. 113; Koch syn pl. p. 787; Rchb. fl. g. pag. 10, g. 7.

1 Floribus masculis a femineis distantibus 2
Floribus masculis femineisque contiguis. — Planta speciosa 2—3-pedalis; scapus petiolis vaginatus; vaginis livide striatis; folia pedata integerrima albo-venosa; spadix conicus fistulosus spatha intus atro-rubente paullo brevior; flores atro-purpurei foetidi; baccae rubrae. ♃. In dumetis litt. cr., veluti ad Bukari, Draga et Sv. Cosmo. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 358, in sylvaticis circa Bristivica prope Trau; circa Clissa, in insula Solta et Ragusa prope Bergato. Rchb. fl. g. 37. „Zmajno zelje ili Zmijnac velji.“ Ap.-Mj. . . . . **A. Dracunculus L.**

2 Foliis albo-venosis; staminodiis plus minusve verticillatis . . 3
Foliis unicoloribus aut fusco-maculatis; staminodiis plurimis sparsis. — Radix tuberosa; scapus nudus spithamaeus pedalisve; folia hastata lobis deflexis vel conniventibus; spatha pallide virens, interne maculis purpureis variegata; spadix clavatus atropurpureus spathaque duplo brevior; baccae miniatae. ♃. Ad sepes, in dumetis et nemorosis umbrosis planitierum montiumque humiliorum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis ad monasterium Duzluk, in illis circa Kravica, Županje, Vukovar et Semliu (Kan.), nec minus circa Daruvar, Pakrac, Kamensko et Požega. Vis. fl. g. 355 in umbrosis, nemorosis circa

Umljanović prope Derniš et ad Bogdašić prope Cattaro. Rchb. fl. g. 35. Apr.-In. . . . . **A. maculatum L.**

3 Foliis hastato-sagittatis lucidis lobis divaricatis lanceolatis, spadice spatha triplo breviore; staminibus multiserialibus subverticillatis. — Radix tuberosa; scapus pedalis aut sesquipedalis; folia longe petiolata; spatha extus virescens, intus basi purpurascens, caeterum albida, ampla, membranacea, ventricosa; spadix flavus teres, superne clavatus; baccae rubrae. ♃. Ad sepes, in dumetis et vineis litt. cr., veluti circa Flumen, Bribir, Cirkvenica, Novi et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 356 in iisdem locis totius Dalmatiae frequens. „Kozalac, Brada Aronova, Kozalac konjski.“ Rchb. fl. g. 36. Apr.-Mj. **A. italicum Lam.**

Foliis cordato-hastatis, lobis deflexis divaricatisve; spadice spatha duplo breviore; staminodiis verticillatis 1—2-serialibus. — Tuber radicis subrotundum; scapus petiolis brevior; folia apice plus minusve acuta lobis baseos semiovato-oblongis deflexis, rarius divaricatis et nunquam rectangulo divergentibus uti in antecedente; spatha basi convoluta, atro-purpurea, basi extus virescens, intus albida, apice longe acuminata spadicem atro-purpurpureum duplum longa; clava terminalis spadicis cylindrica aut leviter conica, stipiti suo aequilonga; baccae 1—3-spermae rubrae. ♃. Vis. fl. dalm. 357 in sylvaticis collium supra Bergato prope Ragusa et montis supra Bogdašić prope Cattaro. (A. pictum Pett.) Apr.-Mj. . . . . **A. orientale MB.**

Gen. 741. **Biarum Schott. Lopar.**

Spatha basi convoluta marginibus distinctis; spadix androgynus floribus masculis a femineis distantibus vel contiguis, apice subclavatus, inclusus; genitalia abortiva setacea supra et infra stamina; antherae distinctae bilabiato-dehiscentes; ovaria plurima, ovulo unico basilari; stylo distincto; stigmate subcapitato; bacca monosperma. — Vis fl. dalm. I p. 186, g. 115.

Foliis lanceolatis oblongisve hysteranthiis; spatha lanceolata, spadice vermiformi declinato exserto. — Radix tuberosa rotunda fibris cappillaribus aucta; scapus brevissimus aut subnullus; folia elongata in vaginam apice purpuream angustata viridia splendentia serotina; flores atropurpurei, spatha sessilis recurvata, spadix nitidus, longissime exsertus; ovariorum rudimenta in spadice albida; baccae albae in racemum collectae. ♃. Vis. fl. dalm. 359 in saxosis collinis circa Sebenico, in insula Curzola

et in peninsula Sabioncello. (Arum tenuifolium L..) Rchb. fl. g. 34. Sept.-Oct. . . . . **B. tenuifolium Schott.**

Gen. 742. **Arisarum Tourn. Kozlić.**

Spatha inferne tubulosa; spadix androgynus floribus utriusque sexus contiguis, apice clavatus; genitalia abortiva nulla; antherae distinctae, rarae, filamentis instructae, bilabiato-dehiscentes; ovaria pauca ovulis plurimis basilaribus, stylo distincto; stigmate subpeltato; bacca 2—8-sperma. — Vis. fl. dalm. I. pag. 186, g. 116.

Foliis hastatis lobis baseos spathaeque apice obtusis; spadice exserto nutante. — Radix tuberosa, teres, horizontalis, sobolifera; scapus nullus; folia cordato-sagittata sive hastata, acuta, integerrima, nitida, glabra; spatha viridula rubro albidoque alternatim striata, cucullata; spadix cylindricus, apice subclavatus, incurvatus. ♃. In umbrosis, ad sepes et in vineis circa Flumen, Bukari, Konjsko et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 360 ad vineas et in argillosis insularum Ossero, Pago, Melleda, Lesina et Curzola, nec minus circa Lapad prope Ragusa. (Arum Arisarum L.) Rchb. fl. g. pag. 138, n. 33. b. Nov.-Febr. . . . . **A. vulgare Targ.**

Gen. 743. **Calla L. Zmijinac.**

Spatha explanata; spadix cylindricus undique tectus staminibus et paucioribus ovariis his intermixtis; perigonium nullum; in flore masculo stamen 1, anthera didyma; in femineo ovarium 1; stigma sessile; fructus bacca. — Koch syn. pl. p 787; Rchb. fl. g. p. 10, g. 7.

Foliis cordatis; spatha plana. — Radix stolonibus repens; folia longe petiolata glabra nitida; scapus teres; spatha lata ovata discolor, intus alba, extus pallide virens, patens et in cuspidem teretem angustata; spadix stipitatus; baccae coccinae uniloculares in fundo polyspermae. ♃. In locis humidiusculis ad sepes et in fruticetis circa Toplikam, Sv. Ilija, Ivanec, Liepoglava et alibi in convallibus regionum montanarum Croatiae. Syll. fl. cr. In dumetis ad Gaj et Poljana in Slavonia. Rchb. fl. g. 33. Il.-Ag.

C. palustris L.

Trib. II. **Orontiacae R. Br.** *Flores perigonio praediti.*

Gen. 744. **Acorus L. Jeljirot.**

Spatha nulla; perigonium 6-phyllum persistens; spadix cylindricus floribus undique tectus; stamina filiformia, receptaculo inserta; stylus nullus; stigma obtusum sessile; capsula 3-locularis indehiscens. Koch syn. pl. p. 787; Rchb. fl. g. pag. 11, g. 9.

Scapi apice foliaceo longissimo. — Radix (rhizoma) repens aromatica crassa carnosa; scapi foliacei ancipites, basi triquetri vel semicylindrici 2—4-pedales; folia ensiformia odora; spadix nudus lateralis, solitarius cylindricus floribus viridibus minimis tectus. ♃. In aquis stagnantibus, in fluviis et paludibus totius Croatiae et Slavoniae, praesertim in planitiebus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 38. In.-Il. . . . . **A. Calamus L.**

Fam. CXXVI. **Typhaceae Juss. Rogoznice.**

Flores monoici secus rachidem dense spicati vel capitati squamis aut setis qua perigonio muniti; flores masculi superiores feminei; in flore masculo stamina 3 libera vel connata, vel potius antherae 3 pluresve filamento simplici insidentes; in fl. femineo, ovarium liberum uniovulatum ovulo pendulo; stylus 1; stigma simplex; pericarpium non dehiscens, siccum stylo persistente mucronatum, monospermum; semen inversum albumine subcarnoso copioso; embryo rectus in centro albuminis. Vis. fl. dalm. I. pag. 187; Koch syn. pl. pag. 785.

Gen. 745. **Typha Tourn. Rogoz.**

Flores spicati spicis cylindricis vel denique ellipticis bracteis caducis alternantibus interstinctis; mares e filamento filiformi apice antheris tribus pluribusve 4-locellatis instructo, basi setis stipato constantes; feminei ex ovario unico setis obsito, demum pedicellato; flores neutri clavati, obtusi mucrone stylum aemulante imposito, longe stipitati, stipite basi setis elongatis adsperso; utriculus ovalis monospermus. (Spicae in omnibus speciebus anthesi incipiente tenues sunt, peracta autem anthesi duplo triplove crassiores evandunt.) Vis. fl. dalm. I. p. 187, g. 117; Koch syn. pl. p. 785; Rchb. fl. g. p. 11, g. 10.

1 Foliis linearibus culmo florente longioribus 2

Foliis lanceolatis culmo florente multo brevioribus. — Radix repens; culmus gracilis pedalis aut sesquipedalis; folia scaporum fertilium lanceolata, fasciculorum sterilium autem anguste linearia aut plane setaceo-linearia, canaliculata vel plana; spicae cylindricae, feminea florigera anguste cylindrica, fructifera crassa ovalisque a mascula remota. ♃. In arenosis humidis ad fluvium Dravum circa Legrad et Dubrava. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 39 et 40. (T. minor Sm.; T. elliptica Gmel.) Apr.-Mj. **T. minima Hopp.**

*

2 Spicis masculis et femineis a se invicem remotis; stigmate elongato anguste lineari, longe attenuato longeque ultra setas emergente. — Culmus 3—6-pedalis teres; folia anguste linearia dorso convexiuscula subcanaliculata; spicae cylindricae remotae; filamenta florum masculorum anthera sesquilongiora; flores feminei plerique basi bractea filiformi apice subspathulato-dilatata setasque aequante fulti; spicae femineae rufo-fuscae, anthesi incipiente $1\frac{1}{2}$—2 lineas latae, anthesi autem peracta 5—6 lineas in diametro transversali habentes. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus, nec minus in paludibus totius Croatiae et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 41. In.-Ag. . . . . **T. angustifolia L**

Observ. variet. β. foliis complanatis, spica mascula a feminea parum remota, est: T. elatior Bungh. occurritque cum priori in stagnis ad Crisium et in Lonjskopolje.

Spicis masculis et femineis subcontiguis, rarius remotiusculis; stigmate obliquo spathulato-ovato acuto cum colorata parte ultra setas emergente. — Radix valde repens; culmus altissimus, teres, solidus, strictus, basi tantum foliosus; folia lato-linearia integerrima erecta; filamenta florum masculorum anthera duplo triplove longiora; flores feminei bractea destituti. Folia 3--6-lineas lata; spicae femineae nigrae in viridem vergentes, sub anthesi incipiente 2 lineas, fructiferae 6—7 lineas in diametro transversali habentes. ♃. In stagnis, paludibus et fluviis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 361 in aquis stagnantibus locisque palustribus insulae Pago et circa Narenta. Rchb. fl. g. 43. In.-Ag. . . . . **T. latifolia L.**

Gen. 746. **Sparganium Tourn. Ježinac.**

Flores in spicas (capitula) globosas dense congesti bracteisque foliaceis alternis persistentibus interstincti et perigonio setaceo segregati; mares squama membranacea, filamentis subternis et antheris totidem bilocularibus, loculis indivisis, constantes; feminei ex ovariis binis, squamis 3—6 circumdatis sessilibus facti; fructus drupaceus, drupa oborata, angulata, sessili. Vis. fl. dalm. I. p. 187, g. 118; Koch syn. pl. p. 786; Rchb. fl. g. p. 12, g. 11.

1 Scapo simplici; foliis lateralibus planis 2

Scapo ramoso; foliis lateralibus concavis. — Scapus pedalis et ultra, superne in plures ramos florigeros divisus; folia erecta ensiformia basi, triquetra; stigma lineare. ♃. In fossis, stagnis et ad rivos totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl.

dalm. 362 in fossis et ad fluviorum ripas circa Obrovazzo, Nona, Zara, Salona, Narenta et Zuppa. Rchb. fl. g. 46. (Sp. erectum α L.) Il.-Ag. . . . . **S. ramosum Huds.**

2 Foliis basi triquetris; stigmate lineari. — Praecedente omnino minus et gracilius; scapus erectus, simplex; florum capitula inferiora pedunculata, reliqua sessilia. ♃. In stagnis et fossis totius Croatiae. Syll. fl. cr. Ad fossas et in pratis paludosis circa Lipik in Slavonia. Rchb. fl. g. 45. (Sp. erectum β. L.) Il.-Ag. **S. simplex Huds.**

Foliis planis prostratis aut natantibus; stigmate oblongo; spica mascula subsolitaria. — Planta reliquis hujus generis multo tenerior et pallidior; stigma brevissimum subovatum obliquum. ♃. In fossis aestate exsiccatis, in paludibus et in stagnis tenuibus in Posavina circa Topolovec, Mužilovčica et in Lonjsko-polje ad Osekovo in Moslavina. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 44. Il.-Ag. **S. natans L.**

Fam. CXXVII. **Juncaceae Bartlg. Sitače.**

Flores hermaphroditi aut abortu unisexuales cymosi, spicati aut capitati in anthelas congesti, rarissime solitarii, singuli bracteola scariosa suffulti; perigonium inferum 6-phyllum phyllis glumaeformibus biserialibus persistentibus, interioribus interdum petaloideis; stamina 6, (rarius 3) perigonii laciniis opposita filamentis subulatis strictis, antheris bilocularibus, loculis parallelis longitudinaliter dehiscentibus; ovarium 1; stylus 1; stigmata 3 filiformia pilosa; capsula polysperma, 3-valvis, valvulis medio septiferis et placentiferis, vel tantum 3-sperma, valvulis septo destitutis et semen unicum basi gerentibus; semina erecta anatropa, embryo cylindricus basi albuminis carnosi inclusus et prope hilum situs. Vis. fl, dalm. I. p. 111; Koch syn. pl. p. 837.

Herbae perennes, rarius annuae rhizomate repente, culmo nodoso foliato vel vaginato, foliis alternis simplicibus integris basi vaginantibus.

Gen. 747. **Juncus L. Sita.**

Perigonium 6-phyllum phyllis herbaceo-scariosis, basi bibracteatum; stamina 6, interdum tantum 3, phyllis exterioribus opposita; stigmata 3 plumosa; capsula 3-valvis, valvulis medio septigeris, hinc trilocularis, polysperma. — Vis. fl. dalm. I. pag. 111, g. 69; Koch syn. pl. p. 838; Rchb. fl. g. p. 93, g. 136.

1 Culmis exacte aphyllis, i. e. foliis plane nullis aut tantum radicalibus; floribus cymosis 2

Culmis evidenter foliatis, foliisque culmeis non raro articulatis . 10

2 Foliis radicalibus plane nullis culmisque sterilibus (si adsunt) subulatis et floriferis similibus; cyma laterali 3
Foliis radicalibus teretibus et pungentibus aut planiusculis canaliculatis, cyma aut corymbo terminali 7
3 Cyma (anthela) decomposita 4
Cyma simplici subseptemflora. — Radix teres repens; culmi nudi filiformes humiles nutantes glabri, exsiccati subtilier striati: vaginae radicales aphyllae; laciniae perigonii lanceolatae acutæ, ex albo, viridi et purpurascenti variegatae; stylus subnullus; capsula subrotunda obtusissima breviterque mucronata. ♃. In paludosis montium altiorum circa Kalnik, Slatinam et Gornja Jelenska in Moslavina et alibi in Croatia montana. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 635. In.-Il. . . . . **J. filiformis L.**
4 Anthela conferta; laciniis (phyllis) perigonii lanceolatis acutissimis 5
Anthela decomposita laxa ramis exterioribus prolifero elongatis; phyllis perigonii acutis. — Radix repens; culmus strictus nudus profunde striatus, medulla loculoso-interrupta farctus; cyma pallida; capsulae pallescentes oblongo-ellipticae obtusae mucronatae. ♃. Ad littora maris inter Flumen et Volosca (1864). In.-Il. **J. paniculatus Hopp.**
5 Culmo medulla continua farcto; capsulis obovatis; floribus triandris 6
Culmo medulla loculoso-interrupta praedito; capsula oblongo-elliptica obtusa styloque persistente mucronata; floribus hexandris. — Radix crassa lignescens; culmi in densum caespitem collecti, erecti, teretes, glauci apiceque non raro inflexi; anthela (cyma) conferta suberecta. ♃. In locis humidis et ad fossarum margines totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 202. „Zukva." Rchb. fl. g. 633. In.-Ag. **J. glaucus Ehrh.**
6 Capsula obovata retusa styli basi mamillae elevata insidente. — Radix teres crassa; culmi caespitosi erecti teretes subtiliterque striati, 2—3-pedales; vaginae radicales aphyllae, testaceae; cyma decomposita conferta; laciniae perigonii lanceolatae patulae, exteriores 3 carinatae et acuminatae, interiores 3 mucronatae. ♃. In paludosis locisque humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 631. In.-Ag. . . . **J. conglomeratus L.**
Capsula obovata impresso-retusa styli basi abbreviata foveola insidente. — Radix lignescens; culmi caespitosi erecti teretes lævissimi, exsiccati autem striati, acuminati; vaginæ rdicales aphyllae; anthela decomposita effusa, superne e fissura culmi emergens; pe-

rigonii laciniae erectae acutae pallidae. ♃. In locis humidis, ad fossas et rivulos totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 632. In.-Ag. . . . . **J. effusus L.**

7 Foliis radicalibus teretibus pungentibus aut omnino setaceis, supra anguste canaliculatis, subtus convexiusculis, exacte enodibus . 8

Foliis radicalibus linearibus canaliculatis rigidis. — Radix fibrosa; culmi stricti teretes aut subangulati, spithamaei, rarius ultra, striati et aphylli; folia rigida compressa acuminata patentia, saepius arcuato-squarrosa; cyma terminalis composita ramis corymbosis; laciniae perigonii ovato-lanceolatae acutae vel obtusiusculae capsulam obovatam mucronatam aequantes; filamenta anthera quadruplo breviora. ♃. In pratis uliginosis et in turfosis Croatiae montanae circa Delnice et Brod. (Clar. Klinggræff; a nobis ibidem non visus.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 642. (J. Sprengelii W.) Il.-gAg. . . . . **J. squarrosus L.**

8 Foliis radicalibus exacte teretibus et pungentibus; culmis sterilibus subulatis et fertilibus basi vaginis foliiferis aphyllisque inclusis 9

Foliis radicalibus setaceis, supra anguste canaliculatis, subtus convexiusculis; culmis sterilibus nullis. — Caespitosus, palmaris spithamaeusve; radix repens; culmus filiformis dichotomus; cyma terminalis elongata subsimplex, capitulis remotis 3-phyllis; perigonii 3-andri phyllis lanceolatis capsula oblongo-obtusa mucronata brevioribus, exterioribus acutis, interioribus obtusis. ♃. In pratis montanis humidis et paludosis in Zagoria ad Thermas Krapinenses, ad Svedruša et Pregrada. Syll. fl. cr. (erronee qua J. trifidus L. syll. cr. inscriptus.) Il.-Ag. . . **J. supinus Mnch.**

Observ. variet. β. culmis decumbentibus radicantibus, est: J. uliginosus Rth. occurritque in paludosis et uliginosis cum specie.

9 Capsula elliptica mucronata perigonium aequante. — Radix lignescens ramosa; culmi erecti 1—2-pedales, nudi teretes aut compressi; folia radicalia teretia pungentia; cyma terminalis laxa elongata prolifera; involucri foliolo infimo pungente cymamque multo superante; flores straminei; capsulae pallide-castaneæ. ♃. In humidis et paludosis ad littora maris ad Flumen, Bukari et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 204 in maritimis totius Dalmatiae. „Brulla, Kosan.“ Rchb. fl. g. 638. (Schoenus coarctatus Seen.) In.-Ag. . . . . **J. maritimus Lam.**

Capsula subrotundo-ovata acuminata perigonio duplo longiore. — Radix lignosa dense caespitosa; culmi 2—3-pedales erecti, me-

dulla farcti, omninoque nudi; folia radicalia teretia pungentia, culmis sterilibus similia; anthela terminalis compacta erecta; involucri foliolum infimum cymam adaequans, pungens; flores nitidi feruginei. ♃. In humidis ad littora maris ad Flumen, Kraljevica; in insula Veglia prope Castel Muschio. Vis. fl. dalm. 203 in maritimis littoralis circa Zara et in insula Lesina. „Zukva." Rchb. fl. g. 637. (J. pungens Moris.; J. subulatus Forsk.) Mj.-In. **J. acutus L.**

10 Foliis culmeis articulatis, loculoso fistulosis; cymis terminalibus. 11
Foliis setaceis aut linearibus canaliculatis solidis et nec unquam loculoso-fistulosis 13

11 Foliis tereti-compressis; phyllis perigonii inaequalibus . . . 12
Foliis teretibus; phyllis perigonii inter se omnino aequalibus omnibus rotundato-obtusis et capsulam ovatam acutam subaequantibus. — Radix valde repens ramosa, teretiuscula; culmi adscendentes omnino teretes, 1—2-pedales; folia brevia medulla spongiosa dissepimentis per intervalla distincta, hinc articulata; cyma decomposita, divaricata ramulis lateralibus refractis; flores viriduli; capsulae e flavido ferrugineae. ♃. In fossis et stagnis Croatiae, praesertim in Lonjsko-polje. In Slavonia in iisdem locis circa Kutinja, Lipik et Pakrac. Vis. fl. dalm. III. p. 350 inter addenda, in fossis locisque udis circa Narenta. Rchb. fl. g. 657. (J. aquaticus Pers.; J. bifolius Hopp.; J. retroflexus Rafn.; J. divergens Koch; J. Neesii Heller.) Il.-Ag. **J. obtusiflorus Ehrh.**

12 Phyllis perigonii aequilongis rectis apiceque mucronatis, aut exterioribus acutis, interioribus autem obtusis omnibusque capsula ovato-lanceolata mucronata brevioribus. — Culmus foliatus adscendens spithamaeus pedalisve et una cum foliis tereti-compressiusculis nodulosus; cyma (anthela) decomposita ramulis divergentibus; flores straminei; capsulae castaneae nitidae. ♃. In fossis locisque humidis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 206. — Rchb. fl. g. 653. (J. aquaticus Roth.; J. articulatus β. L.; J. adscendens Host.; J. foliosus Hopp.) Il.-Ag. . . . . **J. lamprocarpos Ehrh.**
Phyllis perigonii acuminatis aristatis inaequalibus, interioribus nempe longioribus apiceque recurvis, omnibus capsula ovata acuminato-rostrata brevioribus. — Radix teres horizontalis; culmi 2—3-pedales erecti, 2—3-foliati et una cum vaginis tereti-com-

pressiusculi, nodulosi et loculoso-fistulosi, evidenter articulati, glaberrimi et exsiccatione subtilissime striati, anthela terminalis decomposita ramulis divaricatis. ♃. In fossis locisque paludosis in campo Posavano ad Sissek, Topolovec et in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 655. J. sylvaticus W.; J. subnodulosus Schr.; J. articulatus γ. L.) Il.-Ag. . **J. acutiflorus Ehrh.**

13 Ramulis cymae terminalis compositae corymbosis; foliis radicalibus caulinisque linearibus canaliculatis; radice perenni . . . 14

Ramis cymae elongatis 2-fidis, floribus solitariis remotis, rarius fasciculatis; foliis setaceis aut filiformibus basi canaliculatis; radice annua 15

14 Culmo compresso; phyllis perigonii ovato-oblongis obtusissimis capsula subglobosa fere dimidio brevioribus. — Radix repens; caespitosa folia radicalia in fasciculos congesta; culmi erecti in medio unifolii; rami anthelae erecti; stylus apiculatus, ovario dimidio brevior; capsulae castaneae nitidae. ♃. In pascuis humidis, ad vias pratorum et in locis hieme inundatis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 207 in pascuis humidis circa Zara, Derniš, Knin et Narenta. Rchb. fl. g. 651. (J. bulbosus L.) In.-Ag. . . . . . **J. compressus Jacq.**

Culmo teretiusculo in medio unifolio; phyllis perigonii ovato-oblongis obtusis capsulamque oblongo-ovalem subtrigonam fere aequantibus. — Praecedenti gracilior; culmus spithamaeus, rarius pedalis, strictus; stylus ovario aequilongus; capsulae brunneae. ♃. In pratis humidis et paludosis, praesertim sylvaticis circa Sv. Helena, Paukovec et Božakovina, nec minus in illis in Moslavina et Posavina et circa Lipik in Slavonia frequentissimus, sed in Syll. fl. cr. erronee exmissus. Rchb. fl. g. 650. (J. botnicus Wahlb.; J. consanguineus Ziz. et K.; J. attenuatus Viv.; J. bulbosus Engl. bot.) In.-Ag. . . **J. Gerardi Loisl.**

15 Ramis anthelae (cymae) patulis; phyllis perigonii ovato-lanceolatis acutis mucronatis capsula subrotunda obtusissima paullo longioribus aut illam saltem aequantibus. — Radix fibrosa; culmi humiles graciles dichotomi ramis primo erectis, dein divaricatis, inferiores longiores flexuosi; flores straminei remoti unilaterales; stigmata aspergilliformia. ☉. In arenosis humidis praesertim hieme inundatis Croatia haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. p. 350 in campis humidis circa Gelsa in insula Lesina. Rchb.

fl. g. 649. (J. sphaerocarpus N. ab E.; J. gracilis Lej.; J. Vaillantii Thuill.) Iu.-Ag. . . . . **J. Tenageja Ehrh.**

Ramis anthelae erectis; phyllis perigonii lanceolatis acuminatis capsula oblonga obtusa longioribus 16

16 Floribus omnibus solitariis alternis distantibus; phyllis perigonii inaequalibus, exterioribus acuminatis, interioribus brevioribus acutis. — Radix fibrosa; culmi palmares aut spithamaei erecti vel obliqui, dichotomi, subramosi; flores straminei, dein brunnei. ⊙. In locis humidis totius Croatiae et Slavoniae vulgatissimus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. p. 350 in agris humidis insulae Veglia, insulae Lesina ad Poljizza et circa Narenta. Rchb. fl. g. 648. Il.-Ag. . . . . **J. bufonius L.**

Floribus in dichotomia solitariis, apice ramorum fasciculatis subternis pallide viridibus; phyllis perigonii interioribus obtusiusculis, exterioribus acutis. — Praecedenti persimilis et fors nil nisi illius varietas; recedit tamen ab illo inflorescentia; nam in illo sunt flores unilaterales solitarii secus cymae ramos dispositi, in hoc autem est flos solitarius in dichotomia, in apice vero bini vel terni aggregati, ramis ipsis caeterum nudis. ⊙. Vis. fl. dalm. 205 circa lacum subsalsum Morinje dictum prope Sebenico. Apr.-Mj. . . . . **J. insulanus Viv.**

Gen. 748. Luzula DC. Bieka ili Biekica.

Perigonium 6-phyllum phyllis herbaceo-scariosis, basi bibracteatum; stamina 3; stigmata 3-plumosa; capsulis unilocularibus 3 valvis valvulis septo destitutis, 3-spermis. (Flores in corymbos v. anthelas supra fastigiatas congesti, paucis glomerati; folia graminea.) — Vis. fl. dalm. I. p. 114, g. 70; Koch syn. pl. p 845; Rchb. fl. g. pag. 91, g. 135.

1 Pedunculis apice tri- aut plurifloris; seminibus aut plane exappendiculatis aut appendice parva apice vel basi instructis. . . . 2

Pedunculis unifloris; seminibus apice appendicula magna cristæformi provisis. — Radix teres fibris copiosis aucta; culmi subteretes glabri laeves; flores in corymbos simplices congesti ramis subtrifloris erectis, pedunculi uniflori post anthesim refracti; appendicula seminis falcata; perigonium capsula obverse-pyriformi brevius; folia radicalia lanceolata pilis longis deciduis adspersa, varie flexa, facie plana, margine scabriuscula, basin versus angustata inferne convexiuscula; vaginae glabrae. ♃. In sylvis et ad margines vinearum et agrorum totius Croatiae. Syll. fl. cr.

In comitatu Syrmien i in iisdem locis, (Kan.), sed nec minus in comitatu Požegano ad Daruvar, Pakrac et Požegam. Rchb. fl. g. 629. (L. vernalis DC.; Junc. vernalis Ehrh.; J. luzulinus Vill.; J. Luzula Krock.; J. pilosus α. L.; J. nemorosus Lam.) Apr.-Mj. . . . . **L. pilosa W.**

2 Floribus in spiculis ovato-subrotundis quinis aut plane pluribus; seminibus basi appendice conica provisis 3

Floribus in ramulis cymarum (anthelarum) supra decompositarum binis quaternisve: seminibus aut plane exappendiculatis, aut appendice minima vixque conspicua in ipsa apice instructis . . 4

3 Spiculis breviter pedunculatis demum subcernuis; anthera deflorata filamentum ter superante. — Radix repens; folia lanceolato-linearia, margine pilosa, demum glabra; flores rubelli; spiculae ovatae umbellatae pedunculatae, centrali sessili; capsula subrotundo-trigona obtuso-mucronata phyllis perigonii brevior. ♃. In pascuis, ericetis, in arvis et ad margines vinearum viarumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 208 in pascuis et graminosis circa Zara, Vrlika et Sinj. Rchb. fl. g. 617. (Junc. campestris L.; J. nemorosus Host.) Mr.-Mj. **L. campestris DC.**

Spiculis subsessilibus spadiceis strictis; anthera deflorata filamenta bis superante. — Praecedente gracilior, insigniter caespitosa; radix fibrosa; folia linearia margine pilosa, denique glabra; pedunculi tenues; capsula ovato-trigona perigonium paullisper superans aut saltem adaequans. ♃. In collibus sylvaticis circa Toplikam, Crisium, Samobor et alibi in Croatia, praesertim montana. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 618. (L. erecta Desf.; L. intermedia Spenn.; Junc. multiflorus Ehrh.; J. erectus Pers.; J. intermedius Thuill.) Apr.-In. . . . . **L. multiflora Lej.**

Observ. variet. β. floribus breviter pedunculatis sessilibusve in capitulum spadiceum vel luteo-fuscum congestis, est: L. congesta L. Variet. γ. spicis pedunculatis sessilibusque atro-fuscis; foliis basi tantum pilosis vel plane glabris, est: L. nigricans Desv. Utraque var. occurrit hinc inde cum specie.

4 Spiculis albis aut lutescentibus, rarius rubentibus 5

Spiculis brunneis aut castaneis. — Radix teres lignescens; culmus erectus subteres 2—3-pedalis; folia lanceolato-linearia margine pilosa; anthela (cyma) effusa supra decomposita divaricata in-

volucrum superans: pedunculi apice 3-flori; perigonium capsulam subaequans phyllis cuspidatis. ♃. In sylvis montanis circa Kalnik, in sylva Paka inter Sudovec et Novimarof, in illis montium Ivanšćica, ad Zagrabiam, Klek, Kapela et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 626. (L. sylvatica Gaud.; Junc. maximus Ehrh.; J. latifolius Wulf.; J. sylvaticus Sm.; J. montanus Lam.) Mj.-In. . . . . **L. maxima DC.**

5 Anthela effusa supra decomposita, pedunculis subquadrifloris; antheris subsessilibus. — Radix ramosa lignescens; culmi erecti teretes vaginis foliorum vestiti; folia lineari-elongata margine pilosa; flores sordide albidi; perigonium phyllis exterioribus mucronulatis capsulam elliptico-trigonam rostratam excedens; antherae subsessiles. ♃. In sylvis montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 209 in graminosis montium Velebit et Biokovo, nec non in sylvis agri Sibenicensis. Rchb. fl. g. 623. (Junc. albidus Hoffm.; J. angustifolius Wulf.; J. luzuloides Lam.; J. leucophobus Ehrh.) In.-Il. **L. albida DC.**

Observ. variet. β. floribus rubellis, i. e. in carneum vel cupreum colorem vergentibus, est: L. rubella Hopp. occurritque in iisdem locis ac species, sed multo rarius.

Anthela fasciculata decomposita patente, involucrum non attingente; filamentis longitudine antherarum. — Radix repens; culmi pedales et ultra erecti teretes; folia margine pilosa denique glabra; flores albi aut plane nivei; capsula phyllis perigonii acutis muticis brevior. ♃. In sylvis montium altiorum et in subalpinis, veluti in illis montium Ivanšćiica, Klek, Merzin et in ipsa alpe Plieŝivica. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 622. (Junc. niveus L.) In.-Il. . . . . **L. nivea DC.**

c) Perigonium glumaceum, i. e., e gluma calycina et corollina formatum, utraque 1—2-valvi.

Fam. CXXVIII. **Cyperaceae Juss. Šiljevice.**

Flores glumacei hermaphroditi aut unisexuales in spicas dispositi et tunc singuli sessiles in axilla glumae, raro solitarii in gluma bivalvi aut multivalvi; perigonium vel nullum (flores nudi), vel utriculare apice pervium, vel e setis hypogynis formatum; stamina plerumque 3, rarius unicum vel 2, hypogyna antheris erectis connectivo destitutis; stylus unicus stigmatibus 3 vel 2, interdum bifidis, ovario libero uniovulato; nux (carcerula) saepius trigona, raro complanata, non raro styli basi rostrata; semen liberum albumine farinaceo, em-

bryone in basi axis albuminis posito, centrico. — Vis. fl. dalm. I. p 99; Koch syn. pl. p. 848; Rchb. fl g p. 54.

Herbae annuae, aut rhizomate perennantes, aut tuberosae, culmo simplicissimo, basi foliato aut vaginato, raro ramoso foliato, foliis alternis simplicibus vaginantibus, ligula nulla; spicae solitariae, aut fasciculatae, aut umbellatae, aut spicatae, aut capitatae, aut flores in anthelas sive cymas, saepius bracteatas et involucratas, congesti.

Trib. I. **Cypereae Koch.** *Flores hermaphroditi; glumae distichae.*

Gen. 749. **Cyperus L. Šilj.**

Flores nudi in spicas sive anthelas basi bracteis radiantibus involucratas digesti spiculis multifloris compressis, bracteolis (glumis) disticke imbricatis, carinatis, numerosis, univalvibus, omnibus floriferis aut binis infimis sterilibus et vacuis; stamina 2—3; stylus unicus 2—3-fidus, basi teres et deciduus, nucula sive carcerula chartacea. — Vis. fl. dalm. I. pag. 104, g. 62; Koch syn. pl. pag. 848.

1 Culmis gracilibus, evolutis palmaribus aut spithamaeis; involucris subtriphyllis; radice annua 2

Culmis sub anthesi 2—3-pedalibus, rarius unipedalibus; involucris (plerumque) 4—8-phyllis; radice omnibus perenni 4

2 Stylo bifido, stigmatibus nonnisi duobus 3

Stylo trifido, stigmatibus tribus. — Radix fibrosa; culmi superne nudi, inferne foliorum vaginis tecti; folia linearia canaliculata, tantum superne ad oras scabra; anthela subcomposita involucro brevior spiculis confertissimis lineari-lanceolatis, glumis (bracteolis) atro-fuscis stria dorsali lata viridi in apicem excurrente signatis; squamae patentes acutiusculae; nuculae ellipticae utrinque attenuatae argute triquetrae. ◯. In pascuis humidis locisque uliginosis et ad stagna totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr, — Vis. fl. dalm. 187 in locis udis et aquosis circa Zara, Sebenico, Derniš et Knin. Rchb. fl. g. 503. II.-Ag. **C. fuscus L.**

Observ. variet. β. glumis flavescentibus carina viridi vel pallida, stria fusca juxta carinam viridem signatis, est: C. virens Hoffm. (C. glaber Stev.) Rchb. fl. g. 504 occurritque cum specie intermixte.

3 Spiculis lanceolatis; culmis erectis; radice fibrosa. — Culmi inferne vaginis foliorum vestiti; folia angustissima erecta et in cuspidem longum protracta, ad margines carinamque scabra; anthela subcomposita involucro suo brevior; spiculae flavescentes

plaga dorsali lata viridi ante apicem evanescente, demum badiæ confertae oblongae; bracteolae erectae obtusae; nuculae subrotundo-obovatae compresae. ⊙. In pascuis humidis, in locis udis, paludosis et ad rivulos totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 186 in iisdem locis circa Zara, Derniš, Salona et Budua. Rchb. fl. g. 501. (Pycreus flavescens P. B.) II.-Sept. . . . . **C. flavescens L.**

Spiculis ovatis plerumque quaternis; culmis prostatis; radice fibrosa. — Culmi plures ex eadem radice obsolete triquetri, inferne vaginis pluribus aphyllis, quarum exteriores brevissimae, suprema vero quandoque folio canaliculato glabro, laevi terminatur; nonnulli erecti, alii decumbentes vel plane prostrati; spicularum bracteolae pallidae disco nigro signatae. ◯. Ad vias sylvestres hieme inundatas circa St. Helenam et Paukovec, nec non circa Koproncam et Gjelekovec (1862), nec minus ad Brušane et Kaniža in provincia Likana. In iisdem locis in comitatu Syrmiensi (Kan.) Rchb. fl. g. 500. (Pycreus pannonicus P. B.) II.-Ag. . . . . **C. pannonicus L.**

4 Stylis trifidis, stigmatibus tribus 5

Stylis nonnisi bifidis et stigmatibus tantum duobus. — Pedalis aut bipedalis glaucescens; culmi erecti laeves inferne foliorum vaginis vestiti; folia erecta canaliculata carinata laevia, in cuspidem attenuata; anthela involucris 4 foliaceis elongatis suffulta, spiculae rufo-ferrugineae laxe spicatae; bracteolae (glumae) obtusae, demum remotiusculae; nucula obovata compressa marginibus rotundatis. ♃. Ad fossas et scaturigines, in uliginosis et paludosis circa Glogovnica, Marinovec et Apatovec prope Crisium, nec non circa Zagrabiam, in Posavina et Moslavina haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 193 in aquosis circa Budua. Rchb. fl. g. 502. (C. serotinus Rth.; Pycr. Monti P. B.) II.-Sept. **C. Monti L.**

5 Radice longe lateque repente fibris tuberosis aucta, tuberibus filipendulis obovatis zonatisque 6

Radice repente fibrisque simplicibus filiformibus, nec unquam tuberigeris, firmata 7

Radice simpliciser fibrosa, i. e. nec tuberigera, nec repente; spiculis dense capitatis globosisque 9

6 Tuberibus oblongis zonatis; anthela decomposita; spiculis lineari-lanceolatis, alternis distantibus. — Pedalis; radix teres ramosa

ramis plerisque in tuber oblongum incrassatis; culmus erectus laevis triqueter basi foliosus vaginisque foliorum tectus: folia erecta canaliculata in cuspidem triquetrum attenuata, superne ad oras carinamque scabra; spiculae ferrugineo-testaceae. ♃. Colitur hinc inde, praesertim in litt. cr. et in Dalmatia. Rchb. fl. g. 506. Il.-Ag. . . . . **C. esculentus L.**

Tuberibus subovatis; anthela composita multiradiata; spiculis distichis lanceolatis. — Calmus triqueter basi foliatus, 1—2-pedalis; folia apicem versus, margine et carina serrulato scabra; spiculae alternae distantes acutae, ferrugineo-rubescentes, bracteolae ovatae obtusae, infimae discolores. ♃. Vis. fl. dalm. 188 ad fossas secus vias circa Ragusa et Budua. Rchb. fl. g. 507. (C. radicosus Sibth.; C. rotundatus DC.; C. Hydra Ten.) Mj.-Nov. **C. olivaris Tragion.**

7 Bracteolis (glumis) ovatis, obtusis, dorso striatis 8

Bracteolis (glumis) linearibus acutis, dorso glabris. – Culmus triqueter laevis, 1—2-pedalis inferne foliorum vaginis tectus, superne nudus; folia canaliculata laevia; anthela decomposita spicis densissime conglomeratis globosis ovalibusve; nuculae oblongae triquetrae; involucrum longissimum. ♃. In glareosis ad pontem Savanum Zagrabiensem; ad littora maris circa Flumen, Bukari et Segniam. Syll. fl. cr. In Slavonia in glareosis fluviorum Dravi et Danubii ad Essekinum et Vukovar (1864). Rchb. fl. g. 511. (C. australis Schrad.) Il.-Ag. . . . . **C. glomeratus L.**

8 Anthelae supradecompositae ramis longioribus apice umbellatis, pedunculis umbellularum erectis inaequalibus. — Radix crassa lignescens; culmi erecti 2—3-pedales laete virentes, laeves et tantum superne denticulis maximis exasperati; folia lata canaliculata in brevem cuspidem attenuata, facie scabra, ad margines carinamque aculeata; anthela involucro 4—6-phyllo longissimo, carina et marginibus serrulato-scabro fulta; spiculae lineares acutae badiae bracteolis arcte imbricatis obtusis. ♃. In lacubus et ad stagna circa St. Helenam prope Paukovec, ad fluvium Lonja prope Prečec et in Lonjsko-polje, nec non ad stagna in litt. cr. circa Portoré et Cirkvenica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 189 ad fluviorum ripas, in paludosis et pratis uliginosis circa Zara, Trau, Castelli, Salona, Ragusa et Cattaro, nec non insulis. Rchb. fl. g. 508. In.-Ag. . . . . **C. longus L.**

Anthelae decompositae spicis pedunculatis sessilibusque in ramis longioribus apice ternis quaternisve, ramulis lateralibus angulo subrecto egredientibus. — Praecedenti persimilis, sed foliis angustioribus versus apicem insigniter serrulatis, radiis spiculisque multo brevioribus hisque spadiceis nitidis, et evidenter brevioribus sed latioribus, in apice radiorum congestis affatim differt. ♃. Vis. fl. dalm. 190 in locis udis insularum Lesina et Curzola, nec non in palustribus circa Narenta. Rchb. fl. g. 509. In.-Ag. **C. badius Desf.**

9 Spiculis pedunculatis laxeque capitatis aut fasciculatis; bracteolis emarginato-mucronatis. — Radix fibroso-fasciculata; culmi laeves inferne trigoni foliorumque vaginis tecti, reliqua parte triquetri nudique; folia canaliculata, facie scabra, ad margines carinamque aculeata; anthela decomposita; involucrum subtetraphyllum longissimum; spiculae lineari-elongatae, dorso spadiceae margine virentes, carina scabrae. ♃. Ad ripam fluvii Dravi circa Essekinum et ad scaturigines et rivulos circa Illok (Kan.). Vis. fl. dalm. 192 in hortis et cultis in insula Lesina. Rchb. fl. g. 510. (C. patulus Kit.) Ag.-Sept. . . . . **C. glaber L.**

Spiculis sessilibus pedunculatisque dense capitatis; bracteolis obtusis. — Pedalis aut bipedalis; culmi triquetri nudi; spiculae sordidae brunneae in capitula densa globosa congestae; bracteolæ arcte imbricatae obtusae. ♃. Vis. fl. dalm. 191 in coenosis ad Naronis ripas inter Viddo et Vergoraz. Rchb. fl. g. 512. Il.-Sept. **C. difformis L.**

Gen. 750. Schoenus L. Šiljak.

Flores nudi in spicam terminalem compositam bracteis suffultam capitato-congesti; spiculae distichae uni- aut pauciflorae; glumae (bracteolae) 6—9, univalves; infimae 3—6 minores vacuae (steriles); stamina 3; stylus basi teres deciduus; carcerula (nucula) crustacea. — Vis. fl. dalm. I. p. 104, g. 61; Koch syn. pl. p. 850.

Foliis subulatis culmum dimidium aequantibus; spica ovata foliolis binis erectis, altera spicam superante, involucrata. — Pedalis, rarius ultra; culmus teres nudus; capitulum spiculis 5—10 nigricantibus compositum; involucri foliolum exterius oblique adscendens. ♃. In litt. cr. circa Flumen, Draga et Bukari. Vis. fl. dalm. 184 in arenosis et saxosis maritimis continentis et insularum. Rchb. fl. g. 514. Mj.-In. . . . . **Sch. nigricans L.**

Foliis planis; spica hemisphaerica capitata; involucri foliolis 3—5 patentissimis spiculas multo excedentibus. -- Radix teres repens; culmi erecti 1—2-pedales triquetri medullaque candida farcti, inferne foliorum vaginis vestiti, secus nudi; folia brevissima linearia plana subcanaliculata apice compressa; capitulum terminale; glumae spicularum e rubro spadiceae margine pallidae; involucrum capituli 3—6-phyllum patentissimum. ♃. Ad stagna, in paludosis salsis ad fontes vivos Jamnicenses (1860), nec minus ad ripas piscinae ad Trakostjan. Vis. fl. dalm. 185. — Rchb. fl. g. 513. In.-Il. . . . . . . **Sch. mucronatus L.**

Trib. II. **Scirpeae Koch.** *Flores hermaphroditi; glumae (bracteolae) undique imbricatae.*

Gen. 751. **Cladium Patric Brow. Kalac.**

Flores nudi in fasciculos paniculatos (spiculis 1—2-floris constantes) dispositi; spiculae undique imbricatae; bracteolae (glumae) subsex inaequales, 3 infimae minores steriles; setae hypogynae nullae; stamina 2—3; stylus 2—3-partitus filiformis deciduus; nucula cortice crustaceo fragili instructa et styli basi tereti mucronulata, drupacea. — Vis. fl. dalm I. pag. 107, g. 63; Koch syn pl. pag. 851; Rchb. fl. g. p. 75, g. 116.

Foliis foliolisque involucri margine carinaque serrulatis scaberrimis. — Radix repens; culmus 3—6-pedalis fistulosus septatus, superne triqueter; anthela decomposita terminalis pluresque laterales spiculis ferrugineis aut fuscis capitato-glomeratis; folia in cuspidem triquetram longissime attenuata; nuculae acutae spadiceae. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus Croatiae australis, veluti ad lacus Plitvicenses, in stagnis fluvii Gačka ad Otočac et ad stagna prope Trnava ad Gospić. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 194 in aquosis circa Boccagnazzo, Kerka, Sinj, Vrlika et Narenta. Rchb. fl. g. 523. (Cl. germanicum Schrad.; Cl. effusum Sw.; Schoenus Mariscus L.) Il.-Ag. **Cl. Mariscus R. Br.**

Gen. 752 **Rhynchospora Vahl.**

Flores in fasciculos subcorymbosos aut capitatos terminales axilaresque congesti spiculis undique imbricatis paucifloris; glumae (bracteolae) univalves, 2—3 fertiles, inferiores 3—4 minores steriles; setae hypogynae inclusae 6—10; basis

styli dilatata persistens compresso-conica, indurata et una cum nucula articulata. — Koch syn. pl. p. 81; Rchb. fl. g. p. 74, g. 113.

Foliis linearibus carinatis; florum fasciculis terminalibus subcorymbosis involucrum aequantibus. — Spithamaea - pedalis; radix fibrosa; culmi erecti laeves; folia canaliculata margine aculeis minimis exasperata; spiculae sub anthesi albae; setae hypogynae 10 longitudine nuculae. ♃. In pratis paludosis montanis ad Čubar et Brod (cl. Klinggraeff.) Rchb. fl. g. 516. (Schoenus albus L.) Il.-Ag. . . . . **R. alba Vahl.**

Gen. 753. **Scirpus N. ab E. Iglinka ili Sitina.**

Flores in spicas laterales terminalesve fasciculatas bracteis (foliolis) involucratas congesti; glumae (bracteolae) multifariae subaequales; perigonium e setis hypogynis subsenis; stamina 3; stylus 2—3-partitus basi aequalis deciduus; nuculae styli basi apiculatae plano-convexae. Vis. fl. dalm. I. p. 108, g. 66.

1 Anthela exacte terminali; foliis culmi et involucri gramineis . . 2
Anthela spurie laterali, i. e. involucri foliolo (bractea) majori erecto et ita quasi culmi continuationem referente 5

2 Glumis bifidis fimbriatisve ferrugineis et rubro variegatis fuscisve 3
Glumis apice indivisis et integerrimis; spiculis viridibus vel atrovirentibus 4

3 Glumis apice mucronatis bifidisque, lacinulis acutis denticulatis; spiculis ferrugineis fuscisve; stigmatibus ternis pubescentibus. — Radix teres, demum nodosa aut plane tuberosa; culmus triqueter foliosus superne retrorsum asper, sub anthesi erectus, deinde oblique aut plane decumbens; folia lata canaliculata, in brevem triquetrem cuspidem attenuata, ad margines carinamque scabra; spicae ovato-oblongae fasciculatae multibracteatae. ♃. Ad littora maris circa Flumen et Bukari; ad fossas et ripas fluvii Kulpa ad Carolostadium, Petrinjam et Siscium, nec minus ad Podsused. Syll. fl. cr. In iisdem locis circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 199 in pratis udis inundatis maritimis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 546. (Sc. tuberosus Desf.) In.-Ag. **Sc. maritimus L.**

Observ. variet. β. spiculis omnibus sessilibus glomeratis, est: Sc. compactus Krock. occurritque cum specie intermixte in Dalmatia.

Variet. γ. spiculis elongatis subcylindricis, fere pollicaribus, est: Sc. macrostachys W. et habitat in paludosis et fossis ad fontem soterum Jamnicensem.

Glumis emarginatis fimbriatisque; stigmatibus nonnisi binis omnino glabris. — Radix repens; culmus teres basi vaginis foliiferis glaucis tectus 2—3-pedalis et ultra; spicis in anthela terminali ovatis congestis subsessilibus; bracteae binae erectae inaequales, altera elongata foliacea viridis, altera abbreviata spadicea margineque albo-scariosa; bracteolae (glumae), punctato-scabræ ferrugineae rubroque variegatae. ♃. Vis. fl. dalm. 198 in aquosis lacus subsalsi Morinje dicti prope Sebenico. Rchb. fl. g. 534. (Sc. Tabernamontanus Gm.; Heleogiton glaucum Rchb.) In.-Il.

Sc. glaucus Sm.

4 Spiculis fasciculatis, fasciculis pedicellatis, glaucis obtusis mucronulatis; setis perigonii hypogynis rectis retrorsum hispidis. — Radix repens; culmus trigonus 1—2-pedalis foliosus geniculatus laevis, sub anthesi erectus, dein non raro decumbens; folia lata canaliculata in cuspidem triquetram attenuata, ad margines carinamque scabra; anthela corymbosa supra decomposita, spiculae parvulae viridi-fusculae, involucrum planifolium; nuculæ minimae triquetrae. ♃ In pratis sylvaticis humidis, in locis uliginosis et paludosis, nec non ad stagna, ripas et fossas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 547. Mj.-In.

Sc. sylvaticus L.

Spiculis omnibus pedicellatis; glumis obtusis muticis; setis perigonii hypogynis contortis laevibus. — Radix teres crassa fibrisque copiosis aucta; culmus triqueter foliosus geniculatus medulla candida farctus, superne scaber, reliqua parte laevis; folia canaliculata in cuspidem triquetram attenuata, ad margines carinamque scabra; anthela corymbosa supra decomposita; involucrum planifolium; nuculae parvae carinatae. Praecedente gracilior; spiculae minus copiosae, sed majores; culmi steriles demum deflexi apiceque radicantes. ♃. In locis hieme inundatis, ad margines paludum limosos et in arenosis humidis, veluti ad fluvium Lonjam circa St. Helenam, in Moslavina in Lonjsko-polje et in Posavina circa Topolovec et Svinjičko. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin (Kan.) et in pratis paludosis aqua thermali iroratis circa Lipik. Rchb. fl. g. 548. In.-Ag. **Sc. radicans Schkr.**

5 Stylo bifido, stigmatibus duobus 6

Stylo trifido, stigmatibus tribus; culmo omnino tereti. — Tri-sexpedalis et ultra; radix crassa non raro lignescens; culmi erecti medulla spongiosa farcti, inferne foliorum vaginis vestiti, reliqua

parte nudi; folia brevissima canaliculata cuspidata et ad margines scabra; anthela composita (spurie lateralis); spiculae ovatæ fasciculato-aggregatae pedunculatae sessilesque; glumae laeves fimbriatae et cum mucrone emarginatae; nuculae trigonae laeves; setae perigonii retrorsum aculeatae. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 197 in aquosis circa Zara, Scardona, Salona, Almissa, Knin et Narenta. Rchb. fl. g. 545. Mj.-In. **Sc. lacustris L.**

6 Culmo omnino tereti; glumis punctato-scabris; nucula trigono-convexa. Vide 3.

Culmo exacte triquetro; glumis laevibus; nucula laevi dorso convexa. — Bipedalis et ultra; radix repens; culmus crassus insignis medulla candida farctus, inferne foliorum vaginis vestitus; folia brevissima canaliculata laevia, apice compressa; anthela composita et involucri folio majore erecto spurie lateralis; spiculae ovatae fasciculato-aggregatae; glumae margine fimbriatae cum mucrone emarginatae lobulis obtusis; setae perigonii retrorsum aculeatae. ♃. In paludosis ad Zagrabiam et Ozalj. Ad ripas Danubii ad Vukovar, copiosissimus ibidem in insula Danubiali. (1866.) Rchb. fl. g. 535. (Sc. mucronatus Pollich.; Sc. Hoppii Whe.; Heleogiton triquetrum Rchb.) Il.-Ag. . **Sc. triqueter L.**

Gen. 754. **Holoschoenus Lk. Glavica.**

Flores nudi: spiculae capitato-conglobatae capitulis tuberculato-globosis; capitula lateralia sessilia et circa capitulum sessile alia minora pedunculata; bracteolae (glumae) sensim decrescentes; stylus filiformis; stigmata terna. — Vis. fl. dalm. I. p. 110, g. 68; Rchb. fl. g. pag. 76, g. 119.

Florum capitulis tuberculato-globosis, stigmatibus exsertis; vaginis culmi integris, infima aphylla. — Radix repens, crassa, lignescens; culmi erecti inferne squamis acuminatis cincti, 1—2-pedales, alii teretes, alii compressi, multi versus apicem tortuosi; folia dorso convexa, facie canaliculata, ad margines scabra; foliorum vaginae antice membranaceae in subtilissimas fibras fatiscentes; involucri foliolum (bractea) majus erectum elongatum; capitula densissime compacta; glumae truncatae mucronatae; nux glabra; setae perigonii nullae; capitula fusca; herba glauca. ♃. In pratis humidis ad St. Helenam, circa Božakovinam et in Moslavina circa Okolje et Dolnja-Jelenska. Syll. fl. cr. In Slavonia in fossis viarum et in arvis arenosis humidis

circa Selo, Bizovac, Tenje, Karlovic et Semlin (Kan.); in pratis uliginosis ad Daruvar et Pakrac. Vis. fl. dalm. 201 in pratis udis, locis aquosis et palustribus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 530. (Sc. Holochoenus L.; Isolepis Holoschoenus R. et S.) In.-Ag. **H. vulgaris Lk.**

Observ. variet. β. culmo humili, tenui; capitulis minutis, vix Pisum adaequantibus, uno solitario sessili paucisque pedunculatis, est: H. filiformis Rchb. fl. g. 528. (Sc. australis L.); et Variet. γ. culmo humili; capitulo majore magnitudinem nucis Avellanae attingente, uno duobusve minoribus pedicellatis fulto, est: H. australis Rchb. fl. g. 529, (Sc. romanus L.) occurritque utraque cum specie ipsa intermixte.

Gen. 755. **Dichostylis N. ab E. Šiljastica.**

Flores nudi; spiculae multiflorae in capitulum terminale compositum bracteisque foliaceis involucratum congestae, bracteolis (glumis) multifariam imbricatis subaequales; stamina 3; stylus basi vix incrassata persistens bifidus stigmatibus glabris; nuculae trigonae styli basi mucronatae. Vis. fl. dalm. I. p. 110, g. 67; Rchb. fl. g. p. 75, g. 115.

Bracteolis lanceolatis in mucronem patulum attenuatis. — Radix fibrosa annua; culmi brevissimi triquetri laeves foliosi et quasi toti foliorum vaginis vestiti, primo erecti, dein obliqui aut plane terrae adpressi; folia recurva canaliculata, in cuspidem attenuata, ad margines carinamque scabriuscula; capitulum terminale subrotundo-lobatum; involucrum planifolium. ⊙. In locis humidis hieme inundatis lacubusque aestate exsiccatis circa Crisium, Lovrečinam, Zagrabiam, in Moslavina et Posavina, nec non alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad fluvium Dravum, circa Essek, Karlovic et Semlin (Kan); frequentissima circa Kutinjam, Poljanam, ad Pakrac et Požegam. Vis. fl. dalm. 200 in locis udis aquosis insularum Veglia et Ossero, Rchb. fl. g. 522. (Cyperus Michelianus Lk.; Scirp. Michelianus L.; Fimbristylis Micheliana Rchb.; Isolepis Micheliana R. S.) Il.-Sept. . . . . . . **D. Micheliana N. ab E.**

Gen. 756. **Isolepis R. Br. Ščetica.**

Flores nudi in spicas sublaterales simplices foliolis (bracteis) plerumque binis deciduis, superiore longiore, involucratas congesti; glumae (bracteolae) multifa-

riae, subaequales omnesque fertiles, apice integrae mucronatae; stamina 3; stylus 3-partitus filiformis, deciduus; nucula trigona styli basi mucronata. — Vis. fl. dalm. I. pag. 108, g. 65; Rchb. fl. g. p. 75, g. 118.

1 Nucula trigona aut triquetra transverse rugosa aut punctata . 2
Nucula compressa longitudinaliter costata. — Bipolicaris dense cæspitosa multiscapa; scapi (culmi) teretes; spiculae solitariae, geminae aut ternae spurie laterales; vaginae foliiferae; folia setacea filiformia, involucri bina culmo breviora, superiore majore erecto, denique subreflexo. ○. vel ♃. In humidis locisque uliginosis circa Crisium, Božakovinam et Zagrabiam; frequentissime in Lojnskopolje. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 525. (Scirp. setaceus L.; Sc. filiformis Sav.) Il-Sept. . . . **I. setacea R. Br.**

2 Spica solitaria sessili subterminali ovata; nucula acute triquetra punctulata. — Pollicaris palmarisve; culmi erecti setacei basi radicantes angulati triquetri; vaginae in folia setacea productæ; spica constanter unica; involucri foliolum superius setaceum culmi apici insertum spicamque excedens, deciduum, inferius squamaeforme ovatum concavum; glumae ovatae apicibus patulae, spadiceae, extus viridi carinatae, obtusiusculae, omnes florigerae. — Praecedenti valde similis, differt tamen specifice prae caeteris: culmo triquetro et spica semper solitaria. ○ vel ♃. Vis. fl. dalm. 196 in locis aquosis prope Petrovoselo; in collibus supra Malfi ditionis Ragusinae et circa Perzago prope Cattaro. Mj.-Sept. . . . . **I. tenuis Presl.**

Spiculis pluribus in fasciculum aggregatis sessilibus spurie lateralibus; nucula trigona transverse rugosa. — Palmaris prostrata; radix fibrosa; culmi apicem versus compressi, reliqua parte autem teretes; folia brevissima canaliculata; spiculae ventricosae unibracteatae; glumae ovatae, obtusae mucronulatae. ○. In locis udis et ad ripas rivulorum circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 526. (Scirp. supinus L.) Il.-Ag. . **I. supina R. Br.**

Gen. 757. **Heleocharis Lestib. Jezerovnjak.**

Flores in spicam simplicem basi nudam vel foliolo unico involucratam congesti spiculis undique imbricatis; bracteolae (glumae) univalves, inferiores majores et infimae 1—2 steriles; setae hypogynae perigonium substituentes subsenae inclusae, rarissime nucula longiores et prominulae; stylus 2—3-partitus basi in-

crassata nuculam siccam coronante persistens. Vis. fl. dalm. I. pag. 107, g. 61; Koch syn. pl. p. 852.

1 Stylo bipartito; nucula compressa vaginis omnino aphyllis . . 2
Stylo tripartito; nucula trigona; vaginis subaphyllis 3

2 Spica oblonga, glumis acutiusculis; marginibus nuculae obtusis; rhizomate repente. -- Spithamæa-pedalisve et ultra; culmus teres basi vagina aphylla cinctus; spica basi bibracteata; glumae ferrugineae acutae apicibus patulis; nucula obovata compressa. ♃. In paludosis, in fossis et ad lacuum margines totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 195 in uliginosis et ad aquas lente fluentes circa Zara, Sebenico, Derniš, Knin, Salona et alibi. Rchb. fl. g. 533. (Scirp. palustris L.) In.-Ag. **H. palustris R. S.**

Spica subrotundo- vel lato-ovata; glumis lato-ovatis rotundato-obtusis; marginibus nuculae acutis; radice fibrosa. — Palmaris, spithamaea; culmus teres, siccus subtiliter striatus basique vagina membranacea cinctus; glumae brunneae; nuculae pallidae et stylopodio compresso triangulari coronatae. ⊙. In locis hieme inundatis et ad margines paludum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 531. (Scirp. ovatus Rth.; Sc. capitatus Schreb.; Sc. compressus Mnch.; Sc. multicaulis Gm.; Sc. annuus Thuill.; Sc. turgidus Pers.; Eleogenus ovatus N. ab E.) In.-Ag. . . . . **H. ovata R. Br.**

3 Culmo tereti aut teretiusculo; spica oblonga; radice perenni . . 4
Culmo exacte quadrangulo; spica ovata. — Pollicaris-palmarisve gracilis tenella; radix annua fibrosa fibris filiformibus horizontaliter repentibus; culmi foliosi; folia canaliculata, apicem versus triquetra, superne ad margines carinamque scabriuscula; spica terminalis; glumae (bracteolae) ovatae, obtusae, infima majore; nucula oblonga, subtiliter multicostata. ⊙. In paludosis, inundatis et ad margines aquarum stagnantium totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 541. (Scirp. acicularis L.; Eleocharis acicularis R. S.; El. costata Presl.; Limochloa acicularis Rchb.) In.-Ag. . . . . **H. acicularis R. Br.**

4 Vagina suprema in folium breve terminata; gluma infima mucronata spiculam subaequans eamque amplectens. — Dense caespitosa; culmi erecti steriles laeves palmares pedalesve basi vaginati; spica terminalis; gluma infima mucronata mucrone crassiusculo subfoliaceo, reliquae obtusae; setae nucula laevi longiores.

♃. In uliginosis paludosis montium altiorum circa Čubar et Delnice. (cl. Klinggraeff in herb. musei cr.) Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 543. (Scirp. caespitosus L.; Limochloa caespitosa Rchb.) Mj.-In. . . . . **H. caespitosa Schloss. et Vuk.**

Vaginis omnibus aphyllis; glumis omnibus muticis. — Bipollicaris aut palmaris caespitosa; radix gracilis repens; culmi erecti laeves basi vaginati, sterilibus intermixti; spica terminalis; gluma infima major spiculam amplectens nervo dorsali ante apicem evanescente; setae nucula laevi paullo brevioris. ♃. In inundatis et ad rivulos totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Semlin (Kan.), nec non circa Poljana, Gaj, Lipik et Pakrac. Rchb. fl. g. 542. (Scirp. pauciflorus Light.; Sc. Beotryon Ehrh.; Sc. Halleri Vill.; Sc. campestris Rth.; Sc. caespitosus Pollich.; Limochloa Beotyon Rchb.) In.-Il.

H. pauciflora Schloss. et Vukot.

Gen. 758. **Eriophorum L. Suhopernik.**

Flores spicati bracteis foliaceis involucrati, bracteolis (glumis) multifariam imbricatis subaequalibus, inferioribus interdum sterilibus; perigonium e setis capillaribus bracteolas demum superantibus; stamina 3; stylus filiformis deciduus trifidus stigmatibus pubescentibus; nucula trigona setis perigonii persistentibus et in lanam elongatis obtecta. Vis. fl. dalm. I. p. 349; Koch syn. pl. p. 859; Rchb. fl. g. p. 79, g. 124.

Foliis planis; pedunculis scabris. — Pedale aut bipedale; radix teres plurimis fibris aucta; culmus erectus foliosus subtrigonus; folia in cuspidem triquetram attenuata, margine carinaque scabra; pedunculi hispiduli; coma speciosa. ♃. In pratis humidis et paludosis tam planitierum, quam montium humiliorum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In iisdem locis circa Poljana, Daruvar, Pakrac et Lipik in Slavonia. Rchb. fl. g. 554. (E. polystachium β. L.) Apr.-Mj. . . . . . **E. latifolium Hopp.**

Foliis canaliculatis; pedunculis laevibus. — Pedale aut bipedale; radix repens lignescens; culmus teretiusculus laevis et nonnisi superne subtrigonus, interne fistulosus; folia margine et ad superiorem carinae partem scabra, apicem versus subtriquetra; spicae oblongae ventricosae pedunculatae, demum nutantes; bracteolae late ovatae membranaceae rufescentes aut plane ferrugineæ, coma candida longissima. ♃. In pratis humidis et paludosis totius Croatiae, tam in planitiebus, quam in montibus. Syll. fl. cr.

In pratis montanis humidis ad Kutinjam, Ulinjak et Daruvar in Slavonia. Vis. fl. dalm. p. 350 in pratis udis circa Narenta. Rchb. fl. g. 553. (E. polystachium α. L.) Apr.-In.

E. angustifolium Ehrh.

Gen. 759. Blysmus Panz. Trešnica.

Flores in spicam terminalem solitariam congesti spiculis distichis approximatis; bracteolae (glumae) decrescentes ferrugineae; stylus filiformis bifidus; stigmata bina; setae perigonii retrorsum aculeatae. (Vaginae foliiferae,) — Rchb. fl. g. pag. 74, g. 114.

Foliis gramineis, subtus carinatis; spiculis 6—8-floris. — Palmaris vel spithamaeus; radix repens; culmus erectus trigonus foliosus; folia canaliculata, apicem versus triquetra margine carinaque scabriuscula; spica oblonga compressa disticha castanea, bracteola infima angustissima; setae perigonium excedentes. ♃. In pratis et pascuis humidis circa Radoboj, ad Svedruša et Klemenovo in Zagoria. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 518. (Sc. caricinus Schrd.; Sc. Caricis Retz.; Sc. compressus Pers.; Carex uliginosa L.; Schoenus compressus L.) Il.-Ag. **B. compressus Panz.**

Trib. III. **Cariceae Koch.**

Gen. 760. Carex L. Saš.

Flores unisexuales, monoici, rarius dioici aut gynandri; spiculae bi-multiflorae; gluma (bracteola) univalvis; perigonium utriculare apice pervium persistens; stamina 3; stylus unicus, stigmata 2 vel 3; fructus utriculum spurium, e perigonio (involucro) persistente et aucto formatum, nucem includentem exhibens. (Involucrum sive perigonium respondet bracteae interiori ramulorum ptantarum Cyperacearum hermaphroditarum.) — Vis. fl. dalm. I. p 100, g. 69; Koch syn. pl. p. 861.

1 Spica terminali unica et simpliciuscula 2

Spicae plures, aut spica unica, sed e pluribus spiculis in capitulum vel paniculam congestis, composita 4

2 Stylo bifido, stigmatibus duobus; floribus dioicis 3

Stylo trifido; stigmatibus tribus; spicula androgyna 3—4-flora flore masculo terminali subsolitario. — Repens, humilis; culmi trigoni, 2—3-pollicares palmaresve; folia canaliculato-triquetra laevia; spica albida, demum straminea subcompressa; fructus oblongi acuminati, laeves horizontaliter patentes, demum reflexi. ♃. Maly enum. pl. aust. p. 30, g. 70, n. 8 in pratis monta-

nis turfosis et spongiosis Croatiae, sed ubi? a nobis in Croatia nec dum lecta. Rchb. fl. g. 420. (C. pauciflora W.; C. psylophora Hartm.) Mj.-In. . . . . **C. leucoglochin Ehrh.**

3 Fructu ovato; culmis foliisque glabris; radice stolonifera. — Gracilis spithamaea, dodrantalis; radix gracilis; culmi erecti; folia dorso convexa facie plana; fructus nervosi superne margine hispiduli; glumae (bracteolae) ovatae acutae. ♃. In pratis spongiosis et paludosis ad Bosiljevo, Čubar et Brod, (Klinggr. herb. Musei Zagrabiensis); in pratis uliginosis et turfosis circa Žabnik prope Varasdinum. (C. Linnaeana Host.; C. laevis Hoppe; C. parallela Laest.; Vignea dioica Rchb. fl. g. 376.) Mj.-In. **C. dioica L.**

Fructu oblongo-lanceolato; foliis margine, culmis utrinque scabris; radice fibrosa. — Spithamaea pedalisve; culmi erecti in densum caespitem collecti trigoni, fructiferi elongati; folia basin versus canaliculata, apicem versus triquetra; fructus recurvato-patentes subtiliter multinervii, superne ad margines scabriusculi. ♃. In pratis turfosis ad Žadnik prope Vara dinum, in pratis humidis ad Stubicam superiorem et circa Dobri-Zdenci ibidem. Syll. fl. cr. (C. scabra Hoppe; C. dioica Host. Rchb. fl. g. 377.) Mr.-Apr. **C. Davalliana Sm.**

Observ. variet. β. spica androgyna, est: C. Sieberi Opiz.

4 Spiculae androgynae in capitulum subrotundum, vel in spicam continuam vel interruptam congestae 5

Spicae vel saltem spiculae monoicae 24

5 Spiculae in spicam continuam vel plus minusve interruptam dispositae 6

Spiculae in capitulum globosum involucro subtriphyllo elongato cinctum congestae. — Radix fibrosa; culmi erecti spithamaei pedalesve fistulosi triquetri superne ad angulos scabri; folia canaliculata laete viridia supra medium ad margines carinamque scabra; stylus elongatus bifidus, stigmata 2; fructus elongati longissime rostrati bicuspidati. (Habitus Cyperi.) ♃. Ad ripas piscinae majoris prope Trakostjan et ad margines stagnorum et lacuum in Lonjskopolje (1862). In Slavonia ad lacum Jašova prope Djakovo. (Kan.) (C. bohemica Mich.; Schelhammeria capitata Mnch.; Sch. cyperoides Rchb. fl. g. 499.) Ag.-Sp. **C. cyperoides L.**

6 Stylo bifido; stigmatibus nonnisi duobus 7

Stylo trifido; stigmatibus tribus 23

7 Spiculis basi masculis; fructibus rostratis 8
Spiculis superne masculis, aut spiculis monoicis gynandris intermixtis 14
8 Radice stolones elongatos agente; rostro fructus bifido, margine subtiliter denticulato 9
Radice caespitem densum foliorum culmorumque agente, stolonibus plane destituta, aut stolonibus brevissimis praedita 10
9 Spiculis confertis rectis ovato-oblongis; fructibus oblongo-ovatis. — Tenuis palmaris et ultra; culmi trigoni; folia patula margine scabra; spica composita e spiculis subquinis alternis spadiceis aut ferrugineis; fructus erecti glumam aequantes plano-convexi, a basi fere margine serrulato-ciliati. ♃. In arenosis et ad vias praesertim sylvestres totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis humidis ad Essekinum, in hortis graminosis ad Karlovic et Semlin (Kan.), nec minus circa Daruvar, Kamensko et Požega. (C. praecox Schreb.; Vignea Schreberi Rchb. fl. g. 397.) Mr.-Mj. . . . . **C. Schreberi Schrk.**
Spiculis oblongo-lanceolatis curvatis; fructibus lanceolatis laevibus; spica subdisticha. — Radix valde repens; culmus tenuis pedalis et ultra, erectus triqueter, ad angulos scaber; folia angustissima longissima canaliculata margine carinaque scabra; spiculae stramineae vel albidae; glumae ovato-acutae nervo viridi; fructus carina utraque alata ciliato-serrata. ♃. In sylvaticis locisque graminosis umbrosis herbidis circa Crisium, Zagrabiam, Samobor, Carolostadium et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Čerević et Semlin (Kan.) ad Požegam, Stražeman et Velika. (Vignea bryzoides Rchb. fl. g. 392.) Mj.-In. . . . . **C. bryzoides L.**
10 Fructibus in rostrum apice dorsoque subintegrum glumisque paullisper longioribus attenuatis 11
Fructibus in rostrum apice bidentatum bifidumve acuminatis . 12
11 Fructibus lanceolatis patentibus, dorso convexiusculis antice posticeque nervoso-multistriatis in rostrum subintegrum margine scabriusculum attenuatis; spiculis approximatis cylindricis. — Caespitosa; radix lignescens; culmi sesquipedales triquetri, retroscabri erecti aut obliqui; folia canaliculata in apicem triquetrum attenuata, superne margine carinaque scabra; spica elongata; spiculae numerosae stramineae, demum patenti-divergentes; glumae (bracteolae) spadiceae albo-marginatae nervo dorsali viridi. ♃. In pratis paludosis circa Crisium, Božakovinam, Okolje

et Dolnja-Jelenska in Moslavina, in Posavina ad Topolovec et Preloščica et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Poljana, Lipik, et Pakrac. (C. multicaulis Ehrh.; C. divergens Thuill.; C. pinnata Mnch.; Vignea elongata Rchb. fl. g. 402.) Mj.-In. . . . . **C. elongata L.**

Fructibus ovatis erectis; spiculis ovato-oblongis remotiusculis, terminali basi longe attenuata. — Caespitosa; radix gracilis repens; culmi erecti triquetri inferne laeves, reliqua parte ad angulos scabri; folia pallide viridia canaliculata in cuspidem triquetram attenuata, margine carinaque scabra; spica spiculis subsenis; fructibus plano-convexis acutiusculis gluma ovata acuta virente margine albida longioribus. ♃. In pratis humidis, ad fossas et stagna totius Croatiae; copiosissima ad Crisium et Toplikam. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Kutinjam et Lipik. (C. curta Good.; C. cinerea With. et Pollich.; Vignea canescens Rchb. fl. g. 394.) Mj.-In. . . . . **C. canescens L.**

12 Spiculis omnibus, aut saltem inferioribus remotiusculis; fructibus ovatis plano-compressis 13

Spiculis subsenis omnibus approximatis subrotundo ellipticis; fructibus plano-convexis ovatis nervoso-striatis margineque alato serrulato-scabro cinctis. — Radix repens; culmi breves erecti superne ad angulos scabriusculi, pedales et ultra; folia brevia canaliculata; spica composita spiculis subsenis ferrugineis vel ferrugineo-viridulis; fructus erecti margine alato rostroque bidentato serrulati; bracteolae ovales cuspidatae. ♃. In pratis, pascuis et ad vias totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in fossis ad Zvečevo (Kan.), nec minus in pratis et pascuis comitatus Požegani. Vis. fl. dalm. III. p. 346 in pascuis agri Ragusani. (C. ovalis Good.; Vignea leporina Rchb. fl. g. 396.) Mj.-Il. **C. leporina L.**

13 Fructibus inferioribus 3—4 remotis erectis, bractea culmum superante basi fultis. — Radix lignescens fibris plurimis firmata denseque caespitosa; culmi graciles debiles arcuatim nutantes subtrigoni foliosi angulisque scabri; folia alterna canaliculata margine carinaque scabra, floralia vagina destituta; spiculae ovatæ alternae stramineae; supremae approximatae; fructus ovato-lanceolati nervosi in rostrum serrulato-scabrum bidentatumque attenuati; bracteae ovato cuspidatae. ♃. In pratis, locis umbrosis et pascuis humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. —

Vis. fl. dalm. III. p. 345 in umbrosis udis ditionis Ragusinae. (Vignea remota Rchb. fl. g. 399.) Mj.-In. . . . **C. remota L.**

Fructibus inferioribus sub-4, remotiusculis squarroso-patentibus, bracteis spicula brevioribus. — Caespitosa pedalis, raro ultra; radix fibrosa; culmi laeves erecti; folia erectiuscula margine carinaque scaberrima; fructus ovato-acuminati bidentati margine ciliato-serrati, demum horizontales; bracteolae ovatae acutae spadiceae nervo pallido percursae, margine albidae. ♃. In pratis humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavoniae in pratis humidis circa Lipik, Pakrać et Daruvar. (C. echinata Murr.; C. muricata Pollich.; Vignea stellulata Rchb. fl. g. 389.) Mj.-In. **C. stellata Good.**

14 Radice stolones subterraneos elongatos agente 15

Radice fibrosa demum foliorum culmorumque caespitem agente, stolones autem nullos aut brevissimos 18

15 Spiculis conformibus omnibus androgynis 16

Spiculis difformibus, aliis tantum masculis, aliis tantum femineis, pluribus adrogynis 17

16 Spiculis in capitulum ovatum oblongumve aggregatis; fructibus 9—11-nerviis in rostrum apice albido-membranaceum, dorso emarginatum serrulato-scabrum acuminatis. — Radix gracilis repens; culmi palmares vel ultra, triquetri glabri, apice scabriusculi, erecti vel inclinati; folia superne valde angustata complicata, ad margines carinamque scabra; bracteolae (glumae) spadiceae pallide marginatae acutae. ♃. In collibus herbidis arenosis ad Crisium, Zagrabiam, Samobor et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Požegam, Kutjevo et Bektež. (C. juncifolia et C. glomerata Host; C. Hostii Schk.; Vignea stenophylla Rchb. fl. g. 382.) Ap.-Mj. . . **C. stenophylla Wahlb.**

Spica oblongo-ovata; fructibus lato-ovatis, dorso convexis 3—11-nerviis, in rostrum profunde et acute bifidum, margine serrulato-scabrum acuminatis; bracteolis oblongis acutis submucronatis fuscis rigidulis fructumque aequantibus. — Rigidula pedalis et ultra; radix articulata valde repens crassa; culmi triquetri apice scabriusculi, inferne foliorum vaginis vestiti; folia rigida canaliculata superne valde attenuata scabriuscula; spica compacta; spiculae sessiles oblongae alternae, basi bracteatae; fructns erecti ovati. ♃. In collibus herbidis arenosis ad Toplikam, Ludbreg et Čukovec, nec minus in Martinčica ad Flumen. Syll. fl. cr. —

Vis. fl. dalm. 177 in arenosis siccis insulae Ossero; circa Zara, Derniš, Salona et Ragusa. (C. Schoenoides Host; C. austriaca Schk.; C. hybrida Lam.; C. marginata Gært.; C. cuspidata Bertol.; C. Hostii Hopp.; Vignea divisa Rchb. fl. g 398.) Mj.-In. **C. divisa Huds.**

17 Spiculis superioribus masculis, inferioribus femineis, intermediis apice masculis; fructibus 7—9-nerviis a medio ala dilatata serrulato-scabra cinctis. — Radix crassa geniculata valde repens; culmi triquetri superne ad angulos scabri; folia pleraque culmum superantia canaliculata ad margines et superiorem partem carinae scabra; spica decomposita oblonga spiculis confertis alternis oblongis ferrugineis; fructus convexo-concavi bracteolas ovato-acuminatas aequantes. ♃. Vis. fl. dalm. III. p. 346 in herbidis et ad vias ditionis Ragusineae. (Vignea arenaria Rchb. fl. g. 405) Mj.-In. . . . . **C. arenaria L.**

Spiculis supremis et inferioribus femineis, intermediis masculis; fructibus ovatis 7—11-nerviis margine angusto serrulato-scabro cinctis. — Radix crassa valde repens; culmi triquetri erecti aut apice inclinati inferne laeves, reliqua parte ad angulos scabri, demum pedales aut sesquipedales; folia apicem versus triquetra scabra; spica decomposita oblonga densa vel inferne inrerrupta spiculis alternis spadiceis, infimis bractea ovata setaceo-producta spicam subaequante fultis; fructus plano-convexi bracteola longiores. ♃. In pratis humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin (Kan.), nec minus in pratis fertilibus ad aquas vivas Lipikenses. (C. intermedia Good.; C. spicata Pollich.; C. arenaria Leers.; Vignea intermedia Rchb. fl. g. 403.) Mj.-In. . . . . **C. disticha Huds.**

18 Spicis paniculatis; culmo superne scaberrimo triquetro; fructibus ovatis gibbo-convexis, in rostrum bidentatum margine serrulato-scabrum acuminatis 19

Spiculis in spicam compositam aut decompositam ovatam aut oblongam aggregatis 20

19 Fructibus enerviis laevibus dorso basi substriatis; culmi triquetri faciebus planis. — Caespitosa 1—2-pedalis et ultra; radix fibrosa dense caespitosa plurimos culmos foliorumque fasciculos agens; culmi fructiferi longissimi; panicula demum patens; bracteolae (glumae) ovato-acuminatae ferrugineae, albo marginatae nervo dorsali viridi fructum rostro curvulo instructum subaequantes.

♃. In locis paludosis et ad fossas viarum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Poljanam, Gaj et Lipik. (Vignea paniculata Rchb. fl. g. 411.) Mj.-In. . **C. paniculata L.**

Fructibus dorso et antice nervoso-striatis; culmi triquetri faciebus convexiusculis. — Radix caespitosa plures culmos et foliorum fasciculos agens; culmi erecti, demum bipedales; folia margine carinaque scaberrima; panicula erecta ramis brevibus rachi adpressis demum patulis, inferioribus remotiusculis; fructus subrotundo-ovati bracteolas lanceolatas ferrugineas late albido-marginatas aequantes ♃. In pratis turfosis et paludosis ad Žabnik prope Varaždinum, ad Martianec, Ludbreg et Bukovec in campo Dravano, nec minus in iisdem locis in Moslavina et Posavina. Syll. fl. cr. (C. canescens Host; Vignea paradoxa Rchb. fl. g. 410.) Mj.-In. . . . . **C. paradoxa W.**

20 Fructibus dorso aequaliter convexiusculis egibbosis; spica composita oblonga vel elongata 21

Fructibus ovatis, dorso gibbo-convexis nitidis enerviis laevibus; spica decomposita dense aggregata. — Radix obliqua subrepens caespites tenues agens; culmus erectus triqueter, superne ad angulos scaber faciebus utrinque convexiusculis, pedalis, demum multo altior; folia ad margines carinamque scaberrima, scapum excedentia; spica ferruginea; bracteolae fructum margine serrulatum apice bidentatum subaequantes. ♃. In pratis paludosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ac prior. (C. diandra Rth.; Vignea teretiuscula Rchb. fl. g. 409.) Mj.-In. **C. teretiuscula Good.**

21 Fructibus plano-convexis obsolete nervosis vel plane enerviis, culmi triquetri angulis obtusiusculis 22

Fructibus compresso-triquetris nervosis; culmi angulis membranaceis. — Radix fibrosa; culmi erecti striati, ad angulos aculeis minutis exasperati, 1—2-pedales stricti; folia lata scabra; spica oblonga ramosa compacta spiculis sessilibus ovatis congestis ferrugineis; fructus squarroso-patentes ovato-acuminati, in rostrum bifidum margine dense serrulato-scabrum acuminati, 5—7 nervii; bracteolae acuminatae fructu breviores; bracteae setaceae. ♃. In paludosis, ad fossas et stagna totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 176 in iisdem locis totius Dalmatiae. (Vignea vulpina Rchb. fl. g. 408.) Apr.-In. . **C. vulpina L.**

Observ. variet. β. bracteolis præter striam dorsalem viridem albidis, margine pallide bruneis, est: C. nemorosa W. (Vignea nemorosa Rchb. fl. g. 407) in umbrosis cum priori.

22 Spica subramosa laxa elongata spiculis alternis superioribus approximatis, caeteris remotis, infima longius remota, plerumque pedicellata; culmo gracili subnutante. — Badix dense caespitosa fibrisque validis aucta; culmi triquetri superne scabri; folia facie rugulosa, ad margines carinamque scabra; spiculae flavo-virentes aut virides, infimae bractea elongata angustissima fultae; fructus enervii bidentati, margine laeves erectiusculi; bracteolæ ovatae acutae fructu breviores. ♃. In dumetis, nemoribus et sylvis circa Zagrabiam, veluti in sylva Dubrava dicta, circa Redkovec et Sesvete (1865). Vis. fl. dalm. 174 ad sepes et in locis umbrosis circa Sebenico, Zara, Derniš, Spalato, Ragusa et in insula Lesina. (Vignea divulsa Rchb. fl. g. 406.) Mj.-In.

C. divulsa Good.

Spica subcylindrica spiculis omnibus confertis; culmo erecto aut plane stricto. — Radix dense caespitosa; culmi superne ad angulos scabri; folia (ut omnium) canaliculata ad margines carinamque scabra; fructus stellatim divergentes ovato-acuminati bidentati obsolete nervosi ciliato-serrati; bracteolae ovatae cuspidatae fructu breviores; ferrugineae. ♃. In fossis et stagnis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 175 in graminosis et ad sepes circa Sebenico et Derniš. (C. canescens Leers.; C. spicata Huds.; C. contigua Hopp.; Vignea muricata Rchb. fl. g. 390.) Apr.-In. . . . . . . **C. muricata L.**

Observ. variet. β. spica elongata spiculisque remotioribus laxa, bracteolis pallide virentibus, demum testaceis fructibusque viridibus et quidquam majoribus, est: C. virens Lam. occurritque in nemorosis et umbrosis cum ipsa specie. (C. loliacea Schreb.; (C. muricata Hopp.; Vignea virens Rchb. fl. g. 391.)

Observ. C. divulsa Good., C. muricata L. et C. virens Lam. tam parvis notis, nec constantibus, ab invicem distinguuntur, ut rectius unam eandemque speciem constituere videantur.

23 Spiculis sessilibus linearibus; fructibus ovato-triquetris binerviis laevibus, utrinque acuminatis, apice subbifidis; bracteolis oblongo-lanceolatis in fructu patulis. — Spithamaea pedalisve; culmi erecti; spiculae pallidae alterne distantes laxiflorae superne masculae, infima pedunculata; bracteolae (glumae) margine ferru-

gineae; bractea basilari foliacea culmum superante; fructus rostro apice membranaceo integro aut breviter bilobo. ♃. In graminosis montium altiorum Croatiae, veluti in monte Klek, in alpe Pliešivica et Visočica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 178 in collibus graminosis circa Sebenico et Ragusa, nec minus in montibus Velebit et Biokovo. (C. ambigua Lk.; C. dimorpha Brot.; C. Linkii Schk.; C. tuberosa Lois.; C. distachya Desf.; C. Mülleri Steudl.; C. gynandra Sieb.; Vignea Linkii Rchb. fl. g. 425.) Apr.-Mj. . . . . **C. gynomane Bertol.**

Spiculis exserte pedunculatis inferne femineis laxis, inferioribus subradicalibus pedunculatis longissimis filiformibus; fructibus oblongo-lanceolatis glabris trigonis, basi multinerviis, apice brevissime rostratis sphacelatis; bracteolis ovato-acuminatis. -- Glauca uni- vel sesquipedalis; radix repens; culmi compressi; folia linearia plana, margine serrulato-scabra, apice acuminato-subulata caule longiora; spicae ternae duabus inferioribus longe pedunculatis pedunculis subradicalibus vaginatis, superne exsertis gracillimis, omnibus androgynis; fructus laeves glabri majusculi; bractea basilari foliacea longissime vaginante. ♃. Vis.fl.dalm. p.346 in sylvaticis insulae Lesina. (Pharia.) Apr.-Mj. **C. pharensis Vis.**

24 Stigmatibus nonnisi binis; nuculis complanatis 25

Stigmatibus ternis; nuculis subtrigonis 31

25 Spica suprema mascula solitaria et lateralibus femineis, rarius suprema feminea vel pluribus masculis 26

Spiculis supremis et infimis spicae decompositae femineis, vel superioribus masculis, inferioribus femineis et intermediis apice masculis; fructibus 7—11 nerviis. Vide 17.

26 Fructibus aut plane erostratis, vel rostro brevissimo tereti, truncato, oblique abscisso vel bidentato terminatis 27

Fructibus in rostrum marginatum antice planum, margine ciliato-scabrum, apice bifidum sensim attenuatis. — Palmaris-spithamaea; culmi erecti, tantum superne uno latere plani, altero convexi margineque scabri, reliqua parte teretes et laeves; folia setacea apicem versus compressa, demum elongata recurvata; spica mascula solitaria lanceolata, femineis 2—4 approximatis; dimidio brevioribus elliptico-subrotundis sessilibus; vaginam amplectentes infima in apicem setaceum foliaceum terminata; fructus pubescentes; bracteolae (glumae) acutae fructu breviores. ♃. In pascuis lapidosis montium altiorum, veluti in monte Klek et in

alpe Plieśivica. (C. setacea Froel.; C. bracteata Sutt.) Rchb. fl. g. 437. In.-Ag. . . . . **C. mucronata L.**

27 Vaginis foliorum omnium aut saltem floralium (bracteantium) reticulato-fissis fimbriatisve; radice repente stolonibus destituta, sed densissimos caespites agente 28

Vaginis foliorum omnium integerrimis; radice stolonifera . . . 29

28 Spica mascula tereti fusiformi unica, rarius binis; culmi stricte erecti acute angulati scabri; folia culmo breviora stricta. — Pedalis et ultra rigens, glaucescens; spicae femineae 2—3 erectæ elongato-cylindricae; bracteae basi utrinque auriculatae vagina destitutae, infima foliacea; fructus elliptici nervosi glabri brevissime rostrati et bracteola lanceolata spadicea nervo dorsali late viridi perscursa longiores. ♃. In pratis paludosis spongiosis totius Croatiae et Slavoniae densissimas caespites formans. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 415. Apr.-Mj. . . . **C. stricta Good.**

Spicis masculis 2—3; culmis erectis apiceque inclinatis ad angulos scabriusculis; foliis flaccidis. — Spithamaea pedalisve gracilis, laete virens; spicae femineae 3—4 cylindricae; folia scapum florentem subaequantia, canaliculata margine carinaque scabra, summa basi plerumque crispa; fructus ovati acuti glabri, laeves, basi plicati, apice indivisi; bracteolae ovatae spadiceae nervo viridi, fructu breviores. ♃. In pratis paludosis et spongiosis circa Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 416. Mj.-In. **C. caespitosa L.**

29 Foliis erectis strictisve 30

Foliis recurvis rigidis; fructibus lenticulari-compressis subtrigonis. — Radix stolonibus elongatis repens; culmi acutanguli scabri; spica mascula solitaria, femineis 3, infima pedunculata; bracteis basi biauriculatis vagina destitutis, infima foliacea; fructus glabri elliptici laeves et brevissime rostrati rostello tereti indiviso. ♃. In pascuis lapidosis montium altiorum Croatiae australis, veluti in alpe Visočica, Badanj et in ipsa Plieśivica. (C. saxatilis W.) In.-Ag. . . . . **C. rigida Good.**

30 Spica mascula solitaria, femineis 2—4 erectis oblongo-cylindricis sessilibus, infima interdum pedunculata; fructibus antice planis, dorso convexiusculis et multinerviis. — Radix laxe caespitosa stolonifera; culmi stricte erecti acute angulati angulis scabris; bracteae basi brevissime auriculatae vagina destitutae, infima foliacea culmo breviore, rarius illum aequante. ♃. In pratis udis, pascuis sylvaticis humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Sla-

vonia in insula Danubiali „Kriegsinsel“ dicta. (Kan.), nec minus in pratis montanis humidis ad Daruvar. (C. caespitosa Good.; C. Goodenowii Gay.) Apr.-Mj. . . . . **C vulgaris Fries.**

Spicis masculis 2—5, femineis 3—4 elongato-cylindricis, sub anthesi nutantibus; fructibus subinflatis, utrinque convexiusculis obsolete nervosis. — Radix repens; culmi triquetri ad angulos scaberrimi, graciles pedales aut sesquipedales, alii erecti, alii apice inclinati; folia striata, primo glaucescentia, dein laete viridia, radicalia longissima, floralia brevia, basi inaequalia culmum amplectentia; fructus glabri breviter tenueque rostrati, rostello tereti integro. ♃. In paludosis, ad fossas et ripas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 417. (C. gracilis Curt.) Mj.-In. . . . . **C. acuta L.**

31 Fructibus erostratis, vel in rostrum tereti-truncatum oblique abscissum aut breviter bidentatum terminatis 32

Fructibus evidenter rostratis, rostro marginato, dorso convexiusculo, antice plano, apice bifido dentibus porrectis, rarius integro; spicis masculis solitariis, quandoque apice femineis; rarius spicis masculis binis 50

32 Bracteis non vaginantibus aut brevissime vaginantibus; fructibus omnino glabris 33

Bracteis evidenter vaginantibus 40

33 Fructibus nudis glabrisque 34

Fructibus pubescentibus vel tomentosis 35

34 Fructibus subrotundo-ovalibus obtusis lenticulariter compressis rostello minuto truncato apiculatis; spicis femineis longe tenuiterque pedunculatis pendulis. — Repens, stolonifera glaucescens, spithamaea pedalisve; folia angusta in cuspidem longissimam triquetram attenuata, primo glauca, dein laete viridia, canaliculato-complicata, margine a basi fere carinaque scabra; bracteola ovata mucronata fructum lineis longitudinalibus notatum aequans, brunneo-fusca. ♃. In locis uliginosis arvisque paludosis circa Crisium in Široko-brezje; circa Sv. Leonard et Noršicevo selo prope Samobor. (1865.) Rchb. fl. g. 472. (C. elegans W.) Mj.-In. . . . . **C. limosa L.**

Fructibus subgloboso-ellipticis triquetris nitidis; spicis femineis 1—2-approximatis sessilibus. — Palmaris; radix gracilis valde repens; culmi erecti triquetri scabri; folia canaliculata margine carinaque scabra; spica mascula oblonga acuta, femineae dimidio

breviores subrotundae; bracteae membranaceae, inferior cuspidata; bracteola ovata ex fusco spadicea fructum glaberrimum in rostrum apice scariosum bilobum acuminatum adaequans. ♃. In collibus apricis arenosis ad Zagrabiam, Carolostadium, circa Žuta-Lokva, Otočac, Medak et alibi, praesertim in Croatia australi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 444. (C. glomerata Schk.; C. campestris Host.) Mj.-In. . . . . **C. supina W.**

35 Bractea inferiore omnino foliacea; bracteolae (glumae) nervo dorsali in apicem excurrente notatae 36

Bracteae vel omnino membranaceae vel saltem margine scariosae et amplexicaules 37

36 Radice fibrosa; spicis femineis subtribus approximatis subrotundis; bractea inferiore lineari-subulata non vaginante erecto-patula. — Spithamaea pedalisve; culmus erectus triqueter, fructifer reclinatus; spica mascula solitaria oblonga; spica feminea infima axillaris pedunculo brevissimo innixa, reliquae sessiles; fructus subgloboso-ovati trigoni pubescentes; bracteolae nervo excurrente viridi mucronatae brunneae. ♃. In pratis sylvaticis submontanis circa Slatina et Gornja-Jelenska in Moslavina; in collibus dumetosis in Zagoria circa Stubicam superiorem et Dobri-Zdenci. (1860.) Rchb. fl. g. 438. (C. filiformis Pollich.; C. decumbens Ehrh.) Apr.-Mj. . . . . **C. pilulifera L.**

Radice repente; spicis femineis 1—2 subsessilibus cylindricis obtusis nigricantibus; bractea inferiore brevissime vaginante horizontaliterque patente. — Pedails et ultra; culmus stricte erectus; vaginae foliorum purpureae; spica mascula solitaria; fructus subgloboso-obovati trigoni hirto-tomentosi; bracteolae acutae rufæ nervo viridi, fructu breviores. ♃. In pratis, pascuis locisque herbidis humidiusculis circa Toplikam, Crisium, Gradec et Zagrabiam. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. III. p. 348 in pratis udis ad Petrovopolje prope Derniš. Rchb. fl. g. 443. (C. sphaerocarpa Ehrh.) Mj.-In. . . . . **C. tomentosa L**

37 Bracteis totis membranaceis vel apice foliacea instructis, acutis vel aristatis; spicis femineis 1—2 ovatis 38

Bracteis nonnisi margine membranaceis; spicis femineis 1—3 oblongo-ovatis; fructibus obovatis, ore emarginatis pubescentibus; bracteolis mucronulatis 39

38 Radice fibrosa dense caespitosa; fructibus oblongo-obovatis ore emarginatis hirto - pubescentibus; bracteolis obtusis retusisve mucronatis. — Basi sublignosa, vaginis foliorum sanguineis aut purpureis stipata, palmaris vel spithamaea; folia angustissima rigidula culmo dimidio breviora; spicae compactae; bracteolae atro-fusce; fructus virentes. ♃. In sylvis dumetisque umbrosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In iisdem locis circa Daruvar, Pakrac et Požegam. Rchb. fl. g. 439. (C. collina W.) Apr.-Mj.
C. montana L.

Radix repens; fructibus obovatis ore truncatis pubescentibus; bracteolis obovatis breviter ciliatis obtusissimis nervo ante apicem evanescente signatis. — Palmaris aut spithamaea; folia culmum trigonum subaequantia, apice triquetra latiuscula et rigidula; fructus canescentes; bracteolae brunneo-fuscae nervo viridi, pallide marginatae. ♃. In ericetis locisque arenosis siccis ad Crisium in Široko-brezje, ad Samobor, Sv. Ana pod Turnom et alibi in Croatia montana haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 441. (C. montana Leers.; C. ciliata W.; C. globularis Sut.) Apr.-Mj. . . . . **C. ericetorum Pollich.**

39 Radice fibrosa dense caespitosa fibrisque copiosis aucta; fructu pubescente. - Culmi trigoni spithamaei aut pedales et ultra debiles decumbentes, demum erecti trigoni ad oras racheos scabri; folia tenuia longissima laxe decumbentia, plerumque homomalla; spica mascula solitaria crassa lutea obovata, femineae subternæ binis inferioribus exserte pedunculatis; bracteolae brunneae nervo viridi excurrente mucronatae. ♃. In sylvis humidiusculis ad Toplikam, Ludbreg in Moslavina et alibi in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Daruvar. Rchb. fl. g. 446. (C. umbrosa Hopp.; C. longifolia Host.) Apr.-Mj.
C. polyrrhyza Wallr.

Radice repente simulque stolonifera; fructu puberulo. — Palmaris, nec ultra; folia latiuscula apice triquetra culmumque trigonum subaequantia; spica mascula oblonga, femineis subgeminis approximatis oblongo-ovatis, infima non raro pedunculata; fructus trigonus obovatus ore subemarginatus; bracteolae brunneae nervo viridi. ♃. In collibus incultis, pratis siccis et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 182 in iisdem locis circa Zara, Derniš, Sebenico, Spalato, Clissa et

Ragusa. Rchb. fl. g. 442. (C. filiformis Leers.; C. verna Vill.; C. praceps Brkh.; C. stolonifera Ehrh.) Mr.-Apr. **C. praecox Jacq.**

40 Fructibus obovatis pubescentibus; spicis femineis 2—3; radice fibrosa caespitosa 41

Fructibus omnino glabris 44

41 Fructibus trigonis; spicis femineis pedunculatis, pedunculis bractea membranacea vaginante inclusis 42

Fructibus triquetris subtiliter pubescentibus; spicis femineis subquinquefloris, superioribus approximatis, infima subradicali longissime pedunculata. — Palmaris et ultra; radix demum lignescens fibris vallidis copiosis firmata, multiceps; culmi aphylli, intermedius longissimus subtrigonus, superne scaber, laterales graciles breves compressi; folia margine superiorique parte carinae scabra; spica mascula solitaria teres pedunculata, femineae 2—5 dilute ferrugineae; fructus apice inaequaliter dentati multinervii laeves; bracteolae (glumae) ovales mucronatae; bractea basilaris setacea. ♃. In collibus dumetosis circa Podsused et Bistra, nec minus in pascuis montium altiorum Klek et Merzin, nec minus in collibus herbidis Korbaviae et provinciae Likanae haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 179 in collibus et locis asperis insulae Cherso, nec non circa Zara, Sebenico et Salona. Rchb. fl. g. 445. (C. alpestris All.; C. diversiflora Host.) Apr.-Mj. **C. gynobasis Vill.**

42 Fructibus undique pubescentibus, ore subemarginatis; spicis femineis linearibus 43

Fructibus nonnisi apice puberulis, ore truncatis; spicis femineis 2—3 remotis subtrifloris. — Vix palmaris, rarius altior; radix demum lignescens fibris copiosis firmata; culmi incurvi subteretes; folia rigida canaliculata demum culmum superantia, ad margines carinamque scabra; spica mascula oblonga solitaria pedunculata, femineae incluse breviterque pedunculatae; fructus obovato-triquetri tristriati, brevissime rostrati subintegri; bracteolae ex albo et ferrugineo variae scariosae oblongae obtusae, inferiores majores; bractea, basilaris vaginans setaceo-mucronata secus obtusa, margine membranacea. ♃. In collibus graminosis circa Toplikam, Zagrabiam, ad Murkuševec et Samobor, praesertim autem in provinciae Likana, veluti in Vrebačka-staza, ad Sv. Rok, Medak, Gospić. Vilena-Draga et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fi. dalm. 181 in herbidis montis Biokovo. Rchb. fl. g.

432. (C. clandestina Good.; C. scariosa Lam.; C. prostrata All.; C. argentea Vill.) Apr.-Mj. . . . . **C. humilis Leyss.**

43 Spicis femineis remotiusculis; bracteolis fructum aequantibus. — Palmaris aut spithamaea, rarius ultra; radix gracilis squamis purpureis tunicata; culmi subtrigoni, superne ad angulos scabri, alii erecti, alii inclinati et nonnulli deflexi; folia canaliculata, culmea brevissima et angustissima, reliqua primo erecta et culmo breviora, dein deflexa culmoque longiora; vaginae foliorum culmeorum atropurpureae, facie planae, dorso carinatae et ad margines plus minusve scabrae; spica mascula teres solitaria, femineae 2—3 pedunculatae lineares, demum distantes; fructus apice emarginati, binerves nitidi; bracteolae pallide ferrugineae obovato-truncatae; bractea basilaris spathaeformis margine membranacea. ♃. In sylvis umbrosis et ad margines viarum sylvaticarum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 180 in sylvaticis montium circa Vrlika et in illis insulae Ossero. Rchb. fl. g. 431. Mr.-Mj. . . . . . . **C. digitata L.**

Spicis femineis dense confertis; bracteolis fructu brevioribus. — Pallens, tenella, praecedente multo gracilior et elegantior; radix ramosa; culmi palmares setulis brevissimis inspersi trigoni; folia culmea angustissima et brevissima, reliqua primo brevia et erecta, dein elongata et deflexa; spica mascula solitaria sessilis, feminae 3—4 lineares confertae; fructus obovati rostellati triquetri; bracteolae ferrugineae obovatae; bracteae vaginantes margine membranaceae. — Praecedenti persimilis et nonnisi spicis femineis approximatis denseque confertis ab illa diversa; insuper est spica mascula sessilis, proxima feminea pedunculata brevior et ideo potius lateralis, quam terminalis videtur. ♃. Ad rupes calcareas montium altiorum, Kalnik et Ivanšćica, veluti ad Ivanec, Lepoglava et ad Belecgrad, nec minus ad illas circa Podsused. (1865.) Rchb. fl. g. 430. Apr.-Mj. **C. ornithopoda W.**

44 Spica mascula solitaria 45

Spicis masculis subbinis, femineis 2—3 distantibus. — Radix repens stolonifera; culmus erectus pedalis et ultra, triqueter lævis, apice inclinatus; folia latiuscula patentia margine carinaque scabra, facie laete viridia, dorso glaucescentia; spicae masculae erectae, femineae demum pendulae bractea foliacea basi subvaginante breviores, utrinque subgeminae pedunculis teretibus; fructus elliptici aut obovati punctato-scabri obtusi integri, basi

triquetri bracteolas ovatas ferrugineas viridique varias subaequantes. ♃. In pascuis, sylvarum locis denudatis pratisque uliginosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis humidis circa Čerević (Kan.), nec minus ad fossas viarum et in dumetis humidis circa Kutinja, Poljana, Gaj et Lipik. Vis. fl. dalm. III. p. 347 ad fossas et rivulos totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 455. (C. flacca Schreb.; C. recurva Good.; C. cuspidata Host.) Apr.-Mj. . . . . **C. glauca L.**

Observ.: forma spicis erectis, breviter pedunculatis; bracteolis fructus superantibus, est: C. erythrostachys Hoppe, et forma bracteolarum intermedia in mucronem herbaceum longitudinem totius bracteolae vel saltem dimidiae attingentem producta, est: C. acuminata W.

45 Fructu elliptico aut elliptico-oblongo; radice caespitosa fibrosa . 46
Fructu globoso-ovato vel globoso-obovato; radice repente . . . 47

46 Spica mascula femineisque arcuatis, demum pendulis, femineis plerumque 4 cylindricis; fructibus triquetris. — Repens, elata, 2--3-pedalis glaucescens rigida; culmus triqueter, superne scabriusculus; folia longissima lanceolato-linearia rigida striata, ad margines carinamque scaberrima, dorso flavescentia, facie laete viridia; spica mascula longa, inferiore parte angustata, saepe 3 bracteis stipata; spicae femineae longissemae basi laxiores; fructus elliptici triquetri breviter rostrati glabri rostro trigono emarginato, bracteolam ovatam cuspidatam brunneam aequantes. ♃. In sylvarum locis humidis, ad rivulos, in fossis aliisque locis aquosis in Podravina et Posavina haud rara et frequentissima ad margines viae Pakensis inter Sudovec et Novimarov. Syll. fl. cr. In Slavonia ad rivulos circa Gergetek et nec minus ad scaturigines in sylvis circa Jankovec et Vučin (Kan.) Rchb. fl. g. 488. (C. agastachys Ehrh.; C. pendula Good.) Mj.-In. **C. maxima Scop.**

Spica mascula erecta, femineis 2—3 approximatis cernuis oblongo-ovatis densifloris; fructibus elliptico-oblongis. — Caespitosa spithamaea pedalisve; radix fibrosa; culmus erectus triqueter superne ad angulos scaber; folia canaliculata pallide viridia et una cum vaginis inferioribus pilosa; spica mascula triquetra, femineæ exserte pedunculatae viridulae suprema sessili semperque erecta; bracteae foliaceae vaginantes; fructus obtusi erostrati utrinque convexi, obsolete nervosi glabri, ore minuto truncato; bracteolae oblongae, cuspidato-mucronatae testaceae. ♃. In pascuis, pratis-

que dumetosis et sylvis caesis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Orahovica et Semlin (Kan.), nec minus in illis ad Daruvar et Pakrac. Rchb. fl. g. 456. Mj.-In. **C. pallescens L.**

47 Bracteis omnibus, vel saltem inferiore, foliaceo mucronatis . . 48

Bracteis membranaceis vaginantibus aphyllis dorsoque stria herbacea notatis. — Gracilis stricta palmaris aut spithamaea; radix gracilis; culmi erecti trigoni pubescentes; folia angustissima; spicula mascula oblonga subteres acuminata, fomineae 2 pedunculatatae subquinqueflorae, bracteae ventricosae albae; fructus globoso-ovati striati glabri rostro brevi tereti apice membranaceo breviterque truncato; bracteolae obovatae hyalinae disco viridi. ♃. Ad rupes calcareas Kalnikenses prope Vratno, ad illas circa Samobor et Rude; nec minus in Croatia australi, veluti in monte Merzin et in alpe Pliešivica. Syll. fl. cr. In sylvis montanis circa Velika-Motočina in Slavonia (Kan.) Rchb. fl. g. 433. (C. nemorosa Schrk.) Apr.-Mj. . . . . **C. alba L.**

48 Bracteis omnibus foliaceis: spicis femineis laxifloris; rostro fructus truncato 49

Bractea nonnisi inferiore foliaceo mucronata; spicis femineis densifloris; rostro-fructus albido-membranaceo bilobo. — Radix valde repens; culmus erectus palmaris, demum spithamaeus triqueter et ad angulos scaber; folia nitida canaliculata in cuspidem longam attenuata; spica mascula subclavata sessilis; femineae subgeminae oblongae distantes, infima pedunculata; fructus subglobosi nitidi glabri luteo-ferruginei; rostro brevissimo inaequaliter bilobo vel bidentato; bracteolae late ovatae obtusae ferrugineae, margine membranaceae albidae, dorso virides; bractea basilaris foliacea basi semivaginante scariosa. ♃. In collibus apricis ad Toplikam et Zagrabiam, praesertim autem in litt. cr., veluti ad Flumen et Portoré (1864). Vis. fl. dalm. III. p. 346 in iisdem locis circa Sebenico. Rchb. fl. g. 448. (C. verna Schkr.; C. alpestris Lam.; C. conglobata Kit.) Apr.-Mj. . **C. nitida Host.**

49 Culmis basi subnudis; fructibus subgloboso-obovatis glaberrimis striatis trigonis, rostro apice membranaceo oblique truncato; foliis fasciculorum sterilium culmos superantibus lato-linearibus piloso-ciliatis. — Radix valde repens, squamis oblongis tecta fibrisque ramosissimis aucta; culmi pedales aut sesquipedales triquetri ad angulos pilis brevibus inspersi; folia lata basin ver-

sus angustata margine scabra utrinque pilosa, juniora mollia pallideque viridia, dein duriuscula et saturate viridia, culmea pauca et brevia, radicalia demum longissima terraeque adpressa; spica mascula oblonga, femineae 2—3 pedunculatae et distantes pedunculis trigonis; bracteola ovata fructu brevior ex albo et rufo varia. ♃. In sylvis umbrosis planitierum montiumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 436. Apr.-Mj. . . . . **C. pilosa Scop.**

Culmis laevibus basi foliosis, foliis linearibus glabris margine scabris; fructibus subgloboso-ovatis breviterque rostratis rostro truncato. — Radix valde repens stolonifera; culmi erecti subtrigoni dodrantales pedalesve; folia brevia canaliculata ad margines et superiorem carinae partem scabra, facie pallide viridia, dorso glauca; spica mascula pedunculata, rarius 2, femineae plerumque 2, remotae erectae infima exserte pedunculata; bracteolae ovato-cuspidatæ fructum aequantes, fusco-purpureae viridivittatae. ♃. In pratis humidis, praesertim montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 454. Mj.-Jn. **C. panicea L.**

50 Rostro fructus dorso convexiusculo, antice planiusculo, apice plerumque bifido dentibus porrectis strictisque, rarius subintegro; spica mascula solitaria, quandoque apice feminea, rarissime masculae binae 51

Rostro tereti vel bicuspidato, cuspidibus patulis; spicae masculae plerumque plures 62

51 Spica mascula plerumque solitaria, rarissime binae 52

Spicae masculae binae, femineae 3 ovatae. — Repens palmaris aut spithamaea, pallens; culmi laeves erecti aut adscendentes subtrigoni; folia canaliculata latiuscula apice triquetra, basi vaginantia; spicae femineae ovatae densiflorae, infima exserte pedunculata; bracteae vaginantes erectae foliaceae et una cum foliis radicalibus culmo multo longiores; fructus elliptici trigoni laeves glabri in rostrum acute bifidum marginatum margineque serrulato-scabrum acuminati; bracteolae oblongae mucronatae stramineae, femineae nervo dorsali scabro. ♃. In graminosis humidis et in uliginosis circa Toplikam, Crisium, Verbovec, Zagrabiam et alibi, praesertim in campo Posavano et in Moslavina. Syll. fl. cr. In Slavonia in fossis ad Banovce et Maradik (Kan.),

nec minus circa Daruvar et Pakrac. Rchb. fl. g. 462. (C. secalina Wahlenb.; C. hordeiformis Host.) Apr.-Mj. **C. hordeistichos Vill.**

52 Spicis femineis binis pluribusve 53

Spica mascula et feminea semper unica et solitaria. — Radix fibrosa; culmi erecti triquetri; folia linearia angustissima, canaliculata; spica feminea a mascula remota, utraque oblonga; bractea basilaris angustissima pedunculum subaequans, basi vaginans striata; fructus ovali-oblongi utrinque attenuati subtrigoni, margine hispidi, apice scariosi bilobi bracteolas ovatas obtusas spadiceas nitidasque subaequantes. ♃. In pascuis alpis Plieśivica, Visočica et Badanj, nec minus in dumetis circa Žuta-Lokva. Vis. fl. dalm. III. p. 348 in iisdem locis montium Velebit et Biokovo. Rchb. fl. g. 473. (C. sempervirens Vill.; C. distachya Kit.; C. varia Host.) Mj.-Jn. . . . . **C. laevis Kit.**

Observ. Affinis C. ferrugineae Schk. et nonnisi spica feminea constanter unica, fructibus bracteolas obtusas subaequantibus foliisque lineari angustissimis diversa.

53 Marginibus rostri fructus omnino et exacte glabris 54

Marginibus rostri fructus serrulato-ciliatis aut saltem serrulato-scabris 56

54 Fructu elliptico vel oblongo utrinque attenuato triquetro glaberrimo; spicis femineis linearibus aut filiformibus demum pendulis laxifloris 55

Fructu ovato utrinque convexo nervoso, rostro breviter bidentato; spicis femineis oblongo-ovalibus subrotundisve densifloris, superioribus sessilibus; foliis anguste linearibus glaucis. — Radix caespitosa; culmi erecti trigoni laeves pedales vel ultra; spicae femineae subternae approximatae, infima remotior breviterque pedunculata; bracteae basilares foliaceae, longissimae, vaginantes; fructus erecto-patuli bracteolas ovatas mucronatas, ex fusco et viridi varias superantes. ♃. Ad littora maris circa Flumen, Martinsčica et Kraljevica (1864). Vis. fl. dalm. III. pag. 348 in maritimis circa Sebenico, Zlosela et Crappano, nec non in insulis Sansego et Ossero. Rchb. fl. g. 458. Mj.-Jn. **C. extensa Good.**

55 Culmis subtriquetris laevibus; foliis late linearibus; spicis femineis virentibus. — Repens denseque caespitosa, 2—3-pedalis; culmi fructiferi inclinati vel plane arcuati; folia laete viridia rigidula, culmum florentem subaequantia, canaliculata, ad margines carineaeque partem superiorem aspera; spica mascula gra-

cilis erecta, femineae elongatae primo erectae, dein pendulae aut cernuae; fructus rostrati bifidi, bracteolas albidas dorso vitta saturate viridi percursas ovatas, membranaceas mucronatasque subaequantes. ♃. in sylvis umbrosis totius Croatiae et Slavoniae frequens. Rchb. fl. g. 459. (C. Drymeja Ehrh.; C. pendula Scop.; C. capillaris Leers.) Apr.-Mj. . . . . . . **C. sylvatica Huds.**

Culmis compressis laevibus; foliis angustissimis setaceisve laevissimis; spicis femineis ferrugineis aut purpurascentibus. — Gracilis, spithamaea pedalisve, radix fibrosa; spicae femineae 2—3 filiformes, infima remota longius pedunculata, nutantes vel pendulae; fructus oblongi utrinque attenuati glabri bidentati; bracteolae oblongae emarginatae mucronatae fructu breviores. ♃. In pascuis lapidosis alpis Pliešivica et Visočica. Rchb. fl. g 466. (C. tenuis Host.; C. gracilis R. K.) Mj.-In. . **C. compressa W.**

56 Spicis femineis 2—3 subapproximatis subrotundo-ovatis, superioribus sessilibus, infima incluse pedunculata; bracteis foliaceis denique patentissimis vel plane refractis; fructibus inflatis nervosis glabris; culmo glabro; radice fibrosa, dense caespitosa . 57

Spicis femineis oblongis, nec unquam rotundato-ovatis, infima plerumque exserte-pedunculata 58

57 Rostro fructus rotundati recto. — Palmaris vel spithamaea rigidula; culmi trigoni laeves; spicae luteae, mascula trigona oblonga, femineae ovatae confertae; fructus patentes bracteolis membranaceis longiores rostro apice bifido, ad margines scabro aut plane aculeato. ♃. In pratis paludosis ad margines lacuum et in fossis exsiccatis ad Dubrava, in Lonjskopolje, circa Topolovec et Siscium. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 483. (C. divisa Fl. dan.) Mj.-Il. . . . . **C. Oederi Ehrh.**

Rostro fructus ovati recurvato. — Caespitosa, praecedenti affinis sed major et pallidior pedalis et ultra; culmi erecti, superne triquetri et ad angulos scabri; folia lato-linearia plana margine carinaque scabra; spica mascula subclavata, femineae subrotundo-ovatae subapproximatae, vaginae bractearum breves pedunculum includentes; bracteolae obovatae flavescentes fructu breviores ♃. In pratis paludosis ad Šestinam et Vrabče, nec minus ad Stubicam superiorem et Karivaroš; in Moslavina in locis paludosis circa Okolje, Potok et Gračenica. Syll. fl cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 348 in palustribus ad lacum Boccagnazzo. Rchb. fl. g. 484. (C. lepidocarpa Tsch.; C. patula Host.) Mj.-In. . . **C. flava L.**

58 Spicis femineis (infima excepta) sessilibus 59

Spicis femineis omnibus exserte pedunculatis distantibus laxifloris. — Radix repens simulque stolonifera; culmi spithamaei-pedalesve erecti triquetri ad angulos scabri; folia linearia erecta culmo breviora ad margines carinamque scabra; spicae femineæ 2—3 primo nutantes, dein erectae; fructus elliptico-oblongi in rostrum serrulato-scabrum, antice planum, apice breviter bidentatum acuminati; bracteae vaginantes; bracteolae oblongae acutae atro-fuscae, demum ferrugineae. ♃. In pascuis alpis Plješivica et Visočica in societate C. laevis W., nec non in monte Merzin. Rchb. fl. g. 469. (C. varia Host; C. arida Schl.; C. saxatilis All.) Mj.-In. . . . . **C. ferruginea Schk.**

Obser. C. laevis W. persimilis et nonnisi spicis femineis 2—3; bracteolis acutis fructu brevioribus foliisque latiusculis planis diversa.

59 Fructibus ovatis evidenter uninerviis; spica feminea infima a reliquis remota et exserte pedunculata 60

Fructibus obovatis obsolete nervosis ventricoso-trigonis; spicis femineis 1—2 ellipticis 6—12-floris. — Radix repens simulque stolonifera; culmus dodrantalis pedalisve erectus subtrigonus tantum superne ad angulos scaber; folia latiuscula, culmea brevissima; bracteae vaginantes spicam subaequantes, culmo multo breviores; fructus glabri, in rostrum lineare elongatum margine serrulato-scabrum, apice acute bifidum subito acuminati; bracteolae flor. mascul. oblongae acutae testaceae, fl. fem. lanceolato-cuspidatae pallidae. ♃. In sylvis montanis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin (Kan.), nec minus circa Daruvar, Stražeman et Velika. (C. rostrata Schott.) Apr.-Mj. **C. Michelii Host.**

60 Bracteolis acutis; fructibus utrinque convexis. 61

Bracteolis ovatis obtusis mucrone scabro terminatis; fructu ovato trigono subinflato nervoso, nervis lateralibus paullo magis prominulis. — Radix caespitosa fibris plurimis aucta; culmi erecti pedales aut sesquipedales trigoni laeves; folia latiuscula acuminata; spica mascula subclavata pedunculata ferruginea aut badia, femineae subternae oblongae discretae, pedunculatae, ex badio viridique variegatae; fructus erecti ovato-acuminati biscupidati bracteola longiores; bractea basilaris foliacea vaginans. ♃. In pratis humidis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in palude

Palaša prope Tenje et Essekinum; in pratis humidis circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. III. pag. 347 in pratis circa Zara, Knin, Derniš, Sebenico, Spalato, Salona et Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 452. (C. fulva Fl. Wett.; C. striata Kit.) Apr.-Mj. . . . . **C. distans L.**

61 Fructibus patentibus, infimis saepe horizontaliter expansis. — Radix caespitosa breviterque stolonifera; culmi erecti trigoni scabri superne uno latere convexi, altero canaliculati, pedales, rarius ultra; folia laevia latiuscula planana, acumine scabra culmumque florentem aequantia; spicae femineae binae, infima remota exserte pedunculata, vel 3 et tunc superioribus 2 approximatis, omnibus erectis, ovato oblongis densifloris; bracteae longe vaginantes, infima foliacea spicam masculam attingente vel plane superante; bracteolae brunneae nervo viridi, margine pallido. ♃. In pratis humidis circa St. Helenam, Paukovec et Božakovinam, nec minus in Moslavina in montes altiores adscendens. In Slavonia ad rivulos inter Zvečevo et Kamenska; in pratis humidis in comitatu Syrmiensi (Kan.), nec minus circa Lipik et Pakrac. Rchb. fl. g. 449. (C. juncea Scop.; C. Hosteana Spr.) Mj.-In. **C. fulva Good.**

Fructibus adscendentibus; bracteolis acutis. — Radix repens stolonifera; culmi erecti glabri vel apice scabriusculi; spica mascula oblonga basi attenuata, femineae subternae cylindricae inferiores pedunculatae, suprema sessilis. — Praecedenti persimilis, sed folia angustiora; scapus brevior; spica fem. inferior semipollicaris in pedunculo elongato a sequenti longe distat, secunda et tertia multo breviores, decrescentes; bractea infima spicam masculam vix superat; fructus pallide virentes. ♃. In pratis humidis circa Zelinam inferiorem et Paukovec (1865). Rchb. fl. g. 450. (C. binervis Wahlb.; C. speirostachya Sm.; C. distans Fl. dan.; C. Hosteana DC.) Mj.-In. **C. Hornschuhiana Hoppe.**

62 Fructibus hirto-pubescentibus hirtisve 63
Fructibus omnino glabris 64

63 Bractea infima longe vaginante. — Valde repens simulque stolonifera, spithamaea pedalisve; culmi foliosi triquetri erecti vel adscendentes, superne pilis inspersi, ad angulos scabri; folia canaliculata pilosa, margine carinaque scabra, apicem versus attenuata triquetraque; spicae masculae binae, femineae subternæ distantes breviter pedunculatae, oblongae, masculae dilute fer-

rugineae, femineae flavo-virides, demum fuscescentes; bractea foliacea longissima pilosa spicam excedens, fructus ovato-conici striati hirti, basi compresso-triquetri, apice acuminati bicuspidati; bracteolae lanceolato-cuspidatae. In locis arenosis humidis siccisque totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia ad scaturigines in montibus circa Duzluk et ad Semlin (Kan.), non minus in arenosis humidis circa Poljana, Daruvar, Lipik, Pakrac et Požegam. Vis. fl. dalm. III. p. 347 circa lacum Boccagnazzo prope Zara in locis udis. Rchb. fl. g. 463. (C. hordeiformis Pett.) Apr.-Mj. . . . . **C. hirta L.**

Observ. variet. β. foliis vaginisque omnino glabris, est: C. hirtæformis Pers. occurritque cum specie.

Bractea infima aut plane non vaginante aut tantum breviter vaginante. — Radix repens sparsimque caespitosa; culmi erecti 2--3-pedales, apice incurvi, superne triquetri et ad angulos scabri; folia canaliculata culmo vix latiora secus longissima erecta et in cuspidem longissimum attenuata; superne ad margines carinamque scabra; spicae masculae 1—2, femineae 2—3 oblongo-ovatae densiflorae sessiles vel infima pedunculata; bracteolae mucronatae aut cuspidatae spadiceae, fructus oblongo-ovati turgidi hirto-pubescentes in rostrum breve cuspidatum vel bifurcatum transeuntes. ♃. In aquis stagnantibus et in paludibus profundis in campo Podravano ad Mali-Bukovec, Selnice, Imbriovec et Gjelekovec, in campo Posavano ad Siscium, Topolovec et Mužilovčica; frequentissima in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 479. (C. lasiocarpa Ehrh.; C. splendida W.) Mj.-In. **C. filiformis L.**

64 Culmo aut omnino aut tantum ad angulos scabro 65

Culmo obtusangulo angulisque glabro. — Radix valde repens; crassa fibrisque copiosis aucta; culmi erecti striati trigoni; folia canaliculata glaucescentia glabra in cuspidem longissimum triquetrum attenuata; spicae masculae 1—3, femineae 2—3 remote cylindricae, breviter pedunculatae, flavescentes densiflorae; fructus patentissimi subglobosi inflati, dorso sub-7-nervii, rostro lineari compresso bicuspidato; bracteolae lanceolatae. ♃. In fossis, ad stagna et ripas fluviorum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in stagnis fluvii Vuka ad Vukovar (1866). Vis. fl. dalm. III. p. 349 in paludosis circa Narenta. Rchb. fl. g. 491.

(C. vesicaria Rth.; C. obtusangula Ehrh.; C. rostrata With.) Mj.-In. . . . . **C. ampulacea Good.**

65 Spicis femineis pedunculatis, demum pendulis 66

Spicis femineis sessilibus breviterve pedunculatis, omnino erectis 67

66 Fructibus ovato-lanceolatis striatis bracteolam angustissimam aequantibus; bracteis aut omnibus evaginatis, aut infima breviter vaginanta; spicis femineis omnibus pedunculatis pendulisque. — Caespitosa; radix fibrosa; culmi erecti triquetri et acutanguli angulis scabris; folia lata, canaliculata, ad margines carinamque scabra facie aspera; spica mascula solitaria; femineae 4—6 cylindricae pallide virides, densiflorae; bracteae foliaceae; fructus patentissimi rostro bifido terminati; bracteolae lineari-subulatae scabrae virentes. ♃. In fossis et stagnis Crisii, in fluvio Lonja procul St. Helena et in ipso Lonjskopolje. Syll. fl. cr. In Slavonia in palude Palaša. Rchb. fl. g. 486. In.-Il. **C. Pseudo-Cyperus L.**

Fructibus oblongis laevibus, bracteola oblongo-lanceolata longioribus; bracteis foliaceis omnibus vaginantibus; spica feminea suprema sessili, reliquis pedunculatis demum pendulis. — Radix repens; culmi elati 1—2-pedales; folia latiuscula glaucescentia; spica mascula solitaria fusiformis, femineae 4—5 laxiflorae; fructus rostrati rostro bifido; bracteolae brunneae. C. maximae Scop. persimilis et nonnisi rostro fructus longiusculo bifido, spicis brevioribus bracteolisque oblongo-lanceolatis mucronatis, nec unquam ovatis cuspidatis diversa. ♃. Inter Pinum Pumilionem in alpe Plieševica (Kit iter bot. 1808); in umbrosis sylvaticis subalpinis alpis Visočica et Badanj. Rchb. fl. g. 489. In.-Il. **C. psilostachya Kit.**

67 Fructibus ovato-conicis utrinque convexis inflatisve et nec unquam compressis trigonisve 68

Fructibus ovatis aut oblongo-ovatis compressis subtrigonis nervosis. — Repens simulque stolonifera, glauca 1—2-pedalis; culmi acutanguli angulis scabris; folia latiuscula aspera, facie laete viridia, dorso glaucescentia; spicae masculae 2—3 bracteolis inferioribus obtusis, femineae 2—3 cylindricae erectae densifloræ; fructus in rostrum breve bidentatum acuminati glabri; bracteolæ lanceolato-cuspidatae fuscæ nervo dorsali viridi. ♃. In locis paludosis, ad stagna et in fossis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Daruvar et Pakrac. Rchb. fl. g. 481. (C. acuta Curt.; C. acutiformis Ehrh.) Mj.-In. **C. paludosa Good.**

68 Fructibus inflatis dorso plerumque 7-nerviis oblique patentibus. — Repens simulque stolonifera bipedalis gracilis pallida; culmi striati erecti, aut apice inclinati; folia canaliculata glabra, facie subrugosa, ad margines superioremque carinae partem scabra; spicae masculae 1—3, femineae 2—3 remotae oblongo-cylindricæ erectae densiflorae viridi-albidae; bracteae foliaceae evaginatae; bracteolae testaceae nervo viridi, margine albido. ♃. Ad fossas et stagna; in locis paludosis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin (Kan.), nec minus circa Kutinja, Banova-Jaruga, Poljana et Lipik. Rchb. fl. g. 492. (C. inflata Huds.; C. torfacea Gm.) Mj.-In. . . . . **C. vesicaria L.**

Fructibus utrinque convexis margine rotundatis, tenuiter multinerviis, in rostrum bifurcatum productis. — Repens et stolonifera; glauca 3—4-pedalis; culmus erectus aut angulatus, ad angulos scaber; folia lata canaliculata, dorso et ad margines scabra; spicae masculae 3 – 5 bracteolis cuspidatis nigris, femineae 3—4 bracteolis lanceolatis cuspidatis brunneis, cylindricae erectae densiflorae; bracteae foliaceae non vaginantes. ♃. Ad fossas et ripas fluviorum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Poljanam et Gaj, nec minus circa Lipik. Vis. fl. dalm. III. p. 349 ad fossas, ripas lacuum et fluviorum totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 482. (C. crassa Ehrh.; C. vesicaria Leers.) Mj.-In. **C riparia Curt.**

Fam. CXXIX. **Gramineae Juss. Trave.**

Flores glumacei hermaphroditi, unisexuales aut polygami, singuli bracteolis binis difformibus (glumellis) inclusi, nunc solitarii et bracteis binis (gluma bivalvi) involucratis, nunc in spiculas (locustas) bi-multifloras bracteis binis aut unica (gluma bivalvi aut univalvi) involucratas dispositi. Perigonii loco squamulae (paleolae) hypogynae binae, rarius ternae et rarissime plane nullae; stamina hypogyna aut plurimum 3, raro 1—2, filamentis capillaribus, antheris incumbentibus connectivo destitutis; styli 3 liberi vel basi connati, raro tres aut unicus stigmatibus totidem piliferis, ovario unico libero uniovulato; caryopsis fructum nudum referens, semen pericarpio tenui corticatum albumine farinaceo, embryone extra albumen (ad hujus basin) posito (ideo excentrico) et albumini vitelli ope adhaerente. — Vis. fl. dalm. I. p. 44; Koch syn. pl. pag. 888; Rchb. fl. g. p. 15.

Herbae annuae aut perennes (rarissime suffrutescentes) culmo simplici, rarius alterne ramoso; foliis alternis simplicissimis basi vaginantibus, vagina ad faucem membranula aut pilorum serie (ligula) coronata; spiculae in spicam, thyrsum aut paniculam digestae.

Trib. I. **Olyreae N. ab E.** *Flores monoici masculi femineis dissimiles.*

Gen. 761. **Zea L. Kukuruz.**

Flores monoici, masculi terminales racemoso-paniculati spiculis bifloris bracteis bracteolisque bivalvibus; feminei in spicas axillares vagina involutas dispositi, spiculis unifloris, bracteis bracteolisque bivalvibus, stylo longissimo filiformi pendulo, stigmate simplicissimo subtiliter ciliato; caryopsides subrotundo-reniformes in series 8 per paria approximatas dispositae, axi carnoso insertae. — Vis. fl. dalm. I. p. 46, g. 15; Koch syn. pl. p. 889; Rchb. fl. g. p. 54, g. 103.

Foliis integerrimis margine scabris; glumis (bracteis) masculis lanceolatis acutis pilosiusculis ciliatis. — Variat magnitudine staturae, seminibus vitellinis, albis, spadiceis et variegatis. ⨀. Ex America australi adlata modo in usum oeconomicum ubique culta. Il.-Ag. . . . . **Z. Mays L.**

Trib. II. **Andropogoneae Kunth.** *Spiculae a dorso compressae uniflorae cum rudimento floris inferioris palleaceo vel cum flore inferiore masculo; valva inferior major; styli longi; stigma aspergilliforme sub apice floris emergens.*

Gen. 762. **Saccharum L. Sladorovac.**

Flores hermaphroditi paniculati spiculis geminatis aristatis, bractea (gluma) bivalvi uniflora coriacea extus lanata, bracteola (glumella) 3-paleacea membranacea; paleolae truncatae; stigmata aspergilliformia. — Vis. fl. dalm. I. pag. 52, g. 22; Koch syn. pl. pag. 889; Rchb. fl. g. pag. 34, g, 70.

Foliis margine inferius setosis, radicalibus basi hirtis, ligula laniformi sericea. — Radix crassa lignescens; culmi erecti altissimi basi hirti et compressi, secus teretes laeves glabri medullaque farcti; folia longissima lata canaliculata scabra; panicula ampla sericea ramosissima, rachis ad ramorum insertionem pilosa, superne scabra; spiculae fusco-purpureae oblongae pedicellatae pedicellis dense pilosis, bracteae (glumae) albam lanuginem subaequantes. ♃. Ad littora maris prope Portoré et Cirkvenica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 48 in aquis subsalsis prope Scardona ad ripas fluminis Kerka, nec non in insulis Cherso, Sansego et Veglia. Rchb. fl. g. 215. (Andropogon Ravennae L.; Erianthus Ravennae P. B.) Sept.-Oct. . . . **S. Ravennae Murr.**

Foliis glabris, vaginis ore subpilosis, ligulis scariosis obtusis fissis ciliatisque. — Radix horizontalis crassa lignescens; culmus altissimus teres laevis ad genicula et paniculae basin pilosus; folia lata lanceolata margine scaberrima, canaliculata, superne in cus-

pidem longam attenuata, ligulae breves; panicula stricta contracta sordide rubens vel atrorubens rachide villosa ad angulos scabriuscula, rami rigidi divisi in ramulos secundos triquetros; spiculae imbricatae lanceolato-ovatae, plerumque geminae, quarum una sessilis, altera pedunculata, bracteae (glumae) lanuginem subfuscam superantes. ♃. In graminosis circa Zvečevo, in sylvis et vineis ad Essekinum et Vinkovce, nec minus frequens ad ripam Danubii Vukovarino Petrovaradinum et Semlin usque (Kan.) Vis. fl. dalm. 49 in pratis sylvaticis prope Slivnica ditionis Jadrensis, in paludibus circa Ombla prope Ragusa et ad Giunchetto, in collibus circa Naješić prope Cattaro. Rchb. fl. g. 214. (Andropogon strictus Host; Erianthus Hostii Gries.; Er. strictus Fingh.; Sacch. adpressum Kit.) Il.-Ag. . . . **S. strictum Spr.**

Gen. 763. **Pollinia Spr. Brkaš.**

Flores polygami; spiculae geminatae uniflorae, altera hermaphrodita sessili bractea (gluma) bivalvi, valva interiore aristata, bracteola (glumella) bipaleacea coriacea, palea interiore aristata; altera mascula pedicellata bractea (gluma) univalvi, bracteola (glumella) bipaleacea valva exteriore aristata. — Vis. fl. dalm. I. p. 49, g. 19; Rchb. fl. g. p. 34, g. 67.

Stylo unico; panicula effusa patente ramis verticillatis simplicibus 3-floris, pedicellis barbatis; foliis vaginisque villosis. — Tota planta purpurascens, rarius flavescens; radix lignescens fibris validis firmata; culmus erectus subcompressus 2—3-pedalis ad genicula villosus; folia canaliculata ad margines carinamque scabra, ligula brevissima truncata, ciliata; panicula erecta, rachis setis consita, rami graciles elongati apice incrassati; spiculae lividae purpurascentes, pedicellorum barba luteo-fulva. ♃. In collibus graminosis pratisque montanis et ad vinearum margines circa Vrtlinovec prope Toplika; in litt. cr. circa Tersat, Kukuljanovo, Hrelin et Cirkvenica. Syll. fl. cr. In Slavonia ad fossas viarum, margines sylvarum et in pratis planitierum haud rara. Vis. fl. dalm. 42 in pascuis siccis locisque asperis apricis incultis circa Zara, Sebenico, Derniš, Knin, Sinj, Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 208. (Andropogon Gryllus L.; Chrysopogon Gryllus Trin.) Mj.-In. . . . . **P. Gryllus Spr.**

Stylis binis; spicis geminis; foliis pilosis. — Radix fibrosa; culmi teretes glabri laevesque, aliqui erecti, alii ad unum alterumve

geniculum infracti et inferiori parte decumbentes; folia plana, ligula brevis obtusa; spicae terminales pedunculatae virescentes; dentes racheos barbati; spiculae oblongae geminae, quarum una sessilis et hermaphrodita bracteola exteriore bipartita dorso aristata, altera pedicellata masculaque. ♃. In graminosis ad Flumen teste Host, sed a nobis in ditione florae Croatiae necdum lectus. Vis. fl. dalm. 43 in herbidis locisque saxosis insularum circa Zara et Ragusa. Rchb. fl. g. 207. (Androp. distachyos L.) II.-Sept. . . . . **P. distachyos Spr.**

Gen. 764. **Andropogon L. Vlaska.**

Flores monoici vel polygami in spicas digitatas dispositi, spiculae geminae, altera sessili hermaphrodita, bractea exteriore colorata laevi, interiore hyalina, nervosa, bracteola exterior ad aristam reducta, interior membranacea enervis; altera pedicellata mascula mutica, bractea solitaria colorata et bivalvi, bracteola solitaria (sive unipaleacea) membranacea et enervi; stigmata aspergilliformia. — Vis. fl dalm. I. p. 50, g. 29; Rchb. fl. g. p. 33, g. 66.

1 Spicis terminalibus geminis, flosculis masculis et femineis alternis villosissimis aut hirsutis; ligula foliorum membranacea oblonga 2

Spicis 5—10 digitato-congestis; flosculis masculis et femineis alternis pubescentibus pilosisve; ligula foliorum piliformi. — Radix fibrosa; culmi teretes simplices vel ramosi, plerique ante anthesim prostrati, dein erecti aut saltem adscendentes; folia ad margines carinamque scabra, ad vaginae exortum pilosa, vaginæ glabrae, ligula brevis in lacinias filiformes divisa; rachis teretiuscula denticulata denticulis distantibus pilosis, rami villosi; spicae fuscae vel sordidae rubescentes. ♃. In siccis apricis collibusque graminosis praecipue solo calcareo, nec non ad vias et margines vinearum totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 44. — Rchb. fl. g. 204. (And. angustifolius Sm.) II.-Sept. . . . . **A. Ischaemum L.**

2 Pedunculis apice pilis longis distiche barbatis; foliis late linearibus elongatis; culmo ramosissimo. — Radix fibrosa fibris validis; culmi erecti ad genicula pilosi, superne ramosi, uno latere convexi, altero plani, rami compressi geniculati, inferne cincti vaginula oblonga membranacea ancipiti, apice bifida, alii simplices, aliqui in ramulos pilosos divisi; folia glauca scabra, ad margines aculeata, in cuspidem longam attenuata, summa ad basin pilosa; vaginae ramos ramulosque vestientes pilosae; ligula

truncata; spicae lineares geminae ramorum ramulorumque apice affixae; rachis articulata ad margines et dentes pilosa; spiculae geminae purpurascentes. ♃. Vis. fl. dalm. 45 in graminosis apricis insulae Lesina, circa Ragusa, Zuppana, Perzagno et in monte Vermaz prope Cattaro. Rcbh. fl. g. 205. Il.-Ag. . . **A. hirtus L.**

Pedunculis apice pubescentibus; foliis angustissimis brevibus; culmo subramoso. — Radix fibrosa fibris validis; culmi caespitosi erecti bipedales teretes glabri colore paleaceo, geniculis fuscis; folia glauca ad oras scabra, caulina basi latiora vaginantia vaginis compressis ad oras sparse pilosis ibique scariosis, ligula obtusa erosa vel ciliata, vel irregulariter fissa; spicae in apice sericeo pubescentes, inquovis pedicello binae, undique hirsutae flosculis alterne masculis femineisque, spiculae e viridi purpurascentes. ♃. Vis. fl. dalm. 46 in apricis saxosis, praesertim ad mare, Spalato in monte Marian, Grippi, Stobrez, circa Salona, loco Dobarcae dicto prope Vrullia inter Almissa et Macarsca, in insula Curzola et prope Ragusa in Lapad et in monte Zarovika. Rchb. fl. g. 206. Il.-Ag. . . . . **A. pubescens Vis.**

Gen. 765. **Heteropogon Pers. Kitaš.**

Flores monoici spicati unilaterales, bracteis herbaceis bracteolisque bipaleaceis palea altera bracteolae femineae arista intorta longissima instructa; paleolae,. (perigonium), turgidae; stigmata aspergilliformia. Vis. fl. dalm. I. p. 51, g. 21; Rchb. fl. g. p 33, g. 65.

Spica terminali imbricata glabra; foliis carinatis glaucis; culmo compresso subsimplici. — Radix fibrosa; culmi erecti, alii adscendentes; folia rigidiuscula; spicae virides aristis pallide ferrugineis, spiculae ad articulos geminae, terminales 3, sessilium inferiores herbaceae et masculae, superiores cartilagineae et femineae staminibus abortientibus, pedicellatae omnes masculae et glabrae. ♃. Vis. fl. dalm. 47 in asperis sterilibus maritimis circa Macarsca, in insulis Brazza loco Stipansko dicto et in scopulis circa insulam Lesina. Rchb. fl. g. 203. (H. Allionii K. HB.; Andr. contortum All.; Andr. Allionii DC.) Ag.-Sept. **H. glaber Pers.**

Gen. 766. **Sorghum Pers. Sirak.**

Flores paniculati polygami spiculis 1—2-floris; bractea (gluma) bivalvi coriacea clausa; bracteola (glumella) in flosculo hermaphrodito sessili bipaleacea

palea exteriori aristata, in neutro mutica et univalvis, in masculo pedicellato bipaleacea et mutica; paleolae (perigonium) emarginatae; stigmata aspergilliformia. — Vis. fl. dalm. I. pag. 48, g. 18; Rchb. fl. g. pag. 34, g. 68; Koch syn. pl. p. 890.

1 Radice fibrosa annua 2

Radice repente simulque stolonifera et perenni; bracteae valvis lanceolatis acutis sericeis nitidis; fructibus ovatis; foliis angustis lanceolatis margine scabris. — Radix teres crassa; culmi 2—4-pedales subcompressi laeves; paniculae patentis rami scabri; spiculae rubentes, hermaphroditae oblongo-lanceolatae; masculae lanceolatae pedicello spiculam dimidiam subaequanti insidentes. ♃. In collibus sterilibus et ad margines vinearum litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari, Kraljevica, Cirkvenica et alibi. Colitur in Posavina et Moslavina. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 41 in collibus herbidis, in pratis locisque apricis totius Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 212. (Holcus halepensis L.; Andr. arundinaceus Scop.) Mj.-In. . . . . **S. halepense Pers.**

2 Panicula coarctata, ovato-oblonga aut ovata 3

Panicula effusa ramis sub anthesi patentissimis et ad medium fere nudis. — Culmus 4—6-pedalis et ultra glaber; folia lato-lanceolata; paniculae fructiferae rami erecti, dein cernui, spiculæ flavescentes, hermaphroditae obovato-ellipticae, masculae lanceolatae pedicello spicula quadruplo breviori insidentes, valvae bractearum oblongae, villosae acutae; fructus compressi. ⨀. Ex India orientali adlatum et modo in usum oeconomicum ubique cultum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 39. — Rchb. fl. g. 211. (Holcus saccharatus L.) Il.-Ag. . . . . **S. saccharatum Pers.**

3 Panicula ovato-oblonga erecta ramis demum divaricatis, bracteis obovatis nitidis apice pubescentibus; seminibus compressis. — Culmus 2—4-pedalis compressiusculus; folia lineari-lanceolata; spiculae atropurpurascentes; fructus (caryopsis) brunnei nitidi. ⨀. Ex India adlatum et modo ubique in usum oeconomicum cultum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 38. — Rchb. fl. g. 209. (Holcus Sorghum L.) In.-Ag. . . . . **S. vulgare Pers.**

Panicula ovata ramis scabris dense coarctatis cernua, bracteis ovatis villosis; fructibus globosis. — Culmus 3—6-pedalis erectus laevis teretiusculus; folia lato-lanceolata scabra; bracteae canescentes aut albidae; fructus albidi. ⨀. Colitur hinc inde uti an-

tecedentia, sed multo rarius. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 40. — Rchb. fl. g. 210. (Holcus cernuus W.) In.-Ag. **S. cernuum W.**

Trib. III. **Paniceae Kunth.** *Spiculae a dorso compressae et dorso convexae, antice planae vel planiusculae, uniflorae, vel uniflorae cum rudimento floris inferioris valvam tertiam referente; bractea (gluma) bivalvis, valva inferior minor, saepe minima, lateri plano vel planiusculo spiculae adpressa; styli elongati; stigmata aspergilliformia sub apice floris emergentia.*

Gen. 767. **Lappago Schr. Toričina.**

Flores polygami in spicas subracemosas congesti; spiculae ternae 1-florae, intermedia neutra, lateralibus hermaphroditis; bractea (gluma) bivalvis, valva inferiore minima membranacea laevi, superiore majore coriacea echinata; bracteola (glumella) bipaleacea palea inferiore superiorem obvolvente; paleolae (perigonium) truncatae; stigmata apicem versus plumosa; caryopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. I. pag. 55, g. 26; Koch syn. pl. pag. 891; Rchb. fl. g. pag. 24, g. 42.

Foliis ciliatis; valvis bracteae inaequalibus echinatis. — Radix fibrosa; culmi teretiusculi glabri simplices aut inferne ramosi, aliqui erecti, alii adscendentes, alii terrae adpressi et ex geniculis radices agentes; folia brevia firma scabriuscula; panicula racemosa purpurascens fere spicaeformis, rachis tetragona, ad angulos hispida, rami brevissimi patentes. ○. In collibus asperis litt. cr., veluti ad Flumen, Portoré, Segniam, Karlobago et alibi in apricis incultis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 55 in arenosis sterilibus maritimis, ad vias circa Zara, Sebenico, Spalato, Salona, Clissa, Breno et Budua. Rchb. fl. g. 127. (Conchrus racemosus L.; Tragus racemosus Desf.; Tr. muricatus Mnch.) In.-Il. **L. racemosa W.**

Gen. 768. **Chaeturus Lnk. Troskot.**

Flores laxe paniculato-spicati pedicellati; bractea (gluma) uniflora bivalvis compressa valvis acuminatis, altera longe aristata; bracteola (glumella) bipaleacea mutica palea inferiore trifida, superiore bifida; paleolae (perigonium) subtruncatae; stigmata plumosa. Vis. fl. dalm. III. pag. 336.

Foliorum ligula elongata; paniculae fusco-virentis ramulis erectis subspicatis. — Radix fibrosa; culmi erecti palmares, rarius ultra. ○. Vis. fl. dalm. 336 in locis asperis apricis circa Zara. (Polypogon subspicatus W.; P. fasciculatus Pers.) Apr.-Mj. **Ch. fasciculatus Lk.**

Gen. 769. **Digitaria Scop. Svačica.**

Flores hermaphroditi in spicas digitatas unilaterales dispositi; bractea (gluma) 2—3 valvis uniflora valvis inaequalibus; bracteola (glumella) bipaleacea oblonga persistens bracteam excedens, palea inferiore superiorem includente; stigmata apice plumosa; caryopsis bracteola corticata. — Vis. fl. dalm. I. pag. 54, g. 25; Rchb. fl. g. p. 23, g. 39.

1 Foliis vaginisque subpilosis; spicis subquinis; spiculis oblongo-lanceolatis 2

Foliis vaginisque glabris plerumque ternis; spiculis ellipticis pubescentibus. — Radix fibrosa; culmi basi decumbentes demum adscendentes 1—2-pedales plerumque colorati. ⊙. In agris arenosis et ad margines vinearum circa Zagrabiam, Samobor, Sv. Ana pod Turnom et alibi haud rara. Syll. fl. cr. In comitatu Syrmiensi in iisdem locis (Kan.) Rchb. fl. g. 121. (Panicum Ischaemum Schreb.; P. glabrum Gaud.; P. humifusum Kunth; P. lineare Krok.; Syntherisma glabrum Schrad.) Il.-Ag. **D. filiformis Koel.**

2 Palea flosculi neutrius inferior in nervo laterali extimo ciliis destituta. — Radix fibrosa; culmi subteretes laeves, tantum ad genicula inferiora infracti et pilosi; folia lata plana pilosa; vaginae compressae, inferiores valde pilosae; paniculae rachis angulata scabra; spiculae oblongo-lanceolatae alternae, subgeminae purpurascentes. ⊙. In locis cultis, ad vias vineasque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 53 in iisdem locis circa Sebenico, Trau, Spalato et Cattaro. Rchb. fl. g. 122. (Pan. sanginale L.; Paspalum sanginale Lam.; Dactylon sanguinalis Vill.; Syntherisma vulgare Schrad.) In.-Oct. **D. sanguinalis Scop.**

Palea flosculi neutrius inferior nervo laterali extimo hispido-ciliata. — Radix fibrosa; culmi teretes ad superiorem internodiorum partem pilosi pilis patentibus; folia mollia plana pilosa; vaginæ teretes punctato-pilosae; ligulae loco pilorum series; paniculae rachis inferne teres et pilosa, superne angulata et scaberrima; spiculae ovato-lanceolatae viridi-purpurascentes alterne, geminae biseriales. ⊙. In oleraceis cultisque fertilibus in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Sllavonia circa Gradac, nec non in comitatu Syrmiensi in iisdem locis ac in Croatia (Kan.) Rchb. fl. g. 123. (Pan. ciliare Retz.; Paspalum ciliare DC.; Syntherisma ciliare Schrad.) In.-Oct. . . . . . . **D. ciliaris Koel.**

Gen. 770. **Echinochloa Beauv. Koštan.**

Spicae alternae decrescentes in paniculam simplicem dispositae, spiculae distichae unilaterales polygamo-biflorae, infra neutrae; bractea (gluma) exterior minor mucronata, interior flosculo hermaphrodito aequalis subaristata; bracteola (glumella) exterior neutrius aut masculi aristata, bracteatae hermaphroditi aequales cartilagineae et muticae; paleolae (perigonium) obovatae; stigmata aspergilliformia. Rchb. fl. g. p. 23, g. 40.

Spicis alternis sessilibus pilosis secundis; culmo ramoso infracte geniculato; foliis glabriusculis scabris. — Radix fibrosa perennis; rarius annua; culmi caespitosi basi decumbentes, dein adscendentes graciles, spithamaei pedalesve diffusi, ad genicula alba lanugine ornati, superius aphylli; folia lanceolata ligulaque piliformi praedita; spicae virides, interdum purpurascentes flosculis distichis pedicellatis unilateralibus rachique pilosis; bracteae apicae ciliatae et una cum bracteolis glabrae, valvae ovatae muticae; flosculi neutri bracteola univalvi exigua acutiuscula; caryopsis nitida oblonga utrinque obtusa, extus convexa flavida, intus concava virescens. ♃ vel ⨀. Vis. fl. dalm. 67 in graminosis Bergato prope Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 126 b. inter addenda p. 140 1. (Panicum cruciforme R. S.; P. eruciforme Siebth.) In.-Il. . . . . . **E. cruciformis Rchb.**

Spicis alternis conjugatisve secundis hispidis breviterque pedunculatis; dentibus racheos pentagonae pilosis; foliis utrinque glabris. — Radix fibrosa annua; culmi subteretes glabri laeves, plurimi erecti, nonnulli basi decumbentes, aliqui toti prostrati; folia lata margine carinaque scabra; rachis paniculae 5-angularis et ad angulos hispida, rami basi setis longis cincti; spiculae ovatae, facie planae, dorso convexae. ◯. Ad fossas, in stagnis, in locis cultis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae frequentissima. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 68. — Rchb. fl. g. 126. (Pan. Crus galli L.; Orthopogon Crus galli Spr.) In.-Sept. **E. Crus galli Beauv.**

Gen. 771. **Orthopogon R. Br. Pravobradac.**

Spiculae uniflorae in spicas alternas secundas breves, vel in fasciculos paucifloros congestae rachique communi alternatim per intervalla insidentes; bractea exterior minor longissime, interior plerumque brevius aristata flosculoque her-

maphrodito aequalis; flosculi neutrius bracteola exterior subaristata, hermaphroditi bracteolae aequales cartilagineae; paleolae (perigonium) obovatae curvae; stigmata aspergilliformia. Rchb. fl. g. p. 23, g. 40.

Fasciculis subdecem in spicam interruptam dispositis paucifloris, rachi, culmo vaginisque hirsutis pilis patentibus. — Radix gracilis fibrosa; culmi subteretes inferiori parte decumbentes et ex geniculis ramos radicesque agentes; folia ovato-lanceolata undulata pilosa margine scabriuscula, ligula brevis truncata villosa; panicula erecta. ○. In fruticetis locis humidis inter Flumen et Volosca (1864). Rchb. fl. g. 125. (Pan. undulatifolium Ard.; P. hirtellum All.; P. Burmanni M. B.; Oplismenus undulatifolius Kunth.) Ag.-Sept . . . . . **O. undulatifolius Spr.**

Gen. 772. **Panicum L. Proso.**

Panicula effusa, spiculae biflorae nudae; bractea (gluma) bivalvis valva exteriore minima; flosculi hermaphroditi bracteola (glumella) bipaleacea, neutri vel masculi 1—2-paleacea mutica; paleolae (perigonium) truncatae; stigmata aspergilliformia; caryopsis bracteola corticata. Rchb. fl. g. p. 29, g. 54.

Paniculae ramis capillaribus effusis erectis; bracteolis acuminatis laevibus; foliorum vaginis hirsutis. — Radix fibrosa; culmi teretes ad superiorem internodiorum partem pilosi pilis patentibus, alii erecti, alii decumbentes; folia mollia plana pilosa, margine scabra; vaginae teretes, loco ligulae pilorum simplicium series; rachis paniculae inferne teres et pilosa, superne angulata et scaberrima, rami graciles angulati et aculeati. ○. Ex America boreali adlatum, in hortis cultum et hinc inde in ruderatis quasi spontaneum, veluti circa Varasdinum, Čakovec, Perlog et alibi in Medjumurje et campo Podravano. Rchb. fl. g. 172. In.-Il. . . . . **P. capillare L.**

Panicula effusa laxe nutante, spiculis muticis foliis vaginisque pilosis. — Radix fibrosa; culmi subteretes ad genicula villosi; folia lanceolata erecta hirsuta, margine et ad superiorem carinae partem scabra; paniculae ramosissimae rachis angulata glabra, rami elongati compressi scabri; spiculae ovatae ventricosae acutæ. ○. Ex Oriente adlatum, modo in usum oeconomicum ubique cultum et in ruderatis agrisque hinc inde quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 173. — Vis. fl. dalm. 69. Il.-Ag. **P. miliaceum L.**

Gen. 773. Setaria Beauv. Bar ili Umuhar.

Flores polygami spicato-paniculati sive thyrsoidei; involucellum multisetum spiculis binis suppositum; spiculae biflorae; bractea (gluma) bipaleacea palea exteriore minima, flosculi hermaphroditi, bracteola (glumella) bipaleacea mutica; paleolae (perigonium) truncatae; stigmata aspergilliformia; caryopsis bracteola corticata. — Vis. fl. dalm. I. p. 60, g. 32; Koch syn. pl. p. 893; Rchb. fl. g. pag. 29, g. 53.

1 Panicula spiciformi cylindrica, erecta 2
Panicula nutante lobata decomposita 4

2 Denticulis involucri antrorsum directis, hinc setis involucelli sursum scabris 3
Denticulis involucri reversis, hinc setis involucelli deorsum scabris. — Radix fibrosa; culmi subteretes erecti vel adscendentes superne aculeis reflexis scabri; folia scabra facie paucis pilis adspersa; vaginae laeves ciliatae, illa folii supremi teres, reliquorum compressae; paniculae (thyrsi) subverticillatae laxae virides, lappaceae, adhaerentes; rachis angulata et aculeata, rami brevissimi triquetri scaberrimi; spiculae ovatae muticae obtusae, dorso convexae, facie planae; paleae floris hormaproditi laeviusculae; involucella biseta flosculos vix superantia. ⨀. In locis cultis et in fluviorum glareis totius Croatiae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 70. — Rchb. fl. g. 167. (Panicum verticillatum L.) II.-Sept. . . . . **S. verticillata Beauv.**

3 Paleis floris hermaphroditi transverse undulato-rugosis. — Radix fibrosa; culmi subteretes, tantum superne setulis brevissimis exasperati, alii erecti, alii adscendentes; folia canaliculata glauca margine aculeata, supra medium aspera, pleraque inferne pilosa; vaginae compressae glabrae laeves; rachis paniculae cylindricae sordide-flavae villosa; spiculae setis purpurascentibus vel flavescentibus flosculos duplo superantibus cinctae. ⨀. In cultis, pascuis et arvis arenosis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 72. — Rchb. fl. g. 168. (Panicum glaucum L.; P. flavescens Mnch.) II.-Sept. . **S. glauca Beauv.**
Paleis floris hermaphroditi laeviusculis. — Radix fibrosa; culmi teretes glabri, superne aculeis exasperati, nonnulli erecti, alii adscendentes, alii plane prostrati; folia glabra laete viridia ad margines carinamque scabra; vaginae ciliatae; rachis paniculae viridis laeviusculae scabra; spiculae setis flosculos duplo supe-

rantibus viridibus aut sordide purpureis cinctae. ⊙. In cultis, arvis et pascuis praesertim arenosis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 71. — Rchb. fl. g. 169. (Pan. viride L.; P. bicolor Mnch.; P. reclinatum Vill.) II.-Sept. . . . . **S. viridis Beauv.**

4 Paleis floris hermaphroditi transverse rugulosis; panicula lobata nutante; pedunculis villosis; involucellis subbisetis antrorsum scabris flosculos striatos subaequantibus vel parum superantibus. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes in paniculae vicinia scaberrimi; folia lata scabra, margine aculeata; vaginae pilis adpressis inspersae, rachis pilis longis mollibus dense tecta; pedicelli pilis longis stipati et aculeati; spiculae in ramulis brevibus conglobatae obtusae muticae. ⊙ Ex India adlatum modo hinc inde in usum oeconomicum cultum et in agris ruderatisque regionum, praesertim australium, veluti litt. cr. et Dalmatiae quasi spontaneum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 73. — Rchb. fl. g. 171. (Pan. italicum C. B. Moris.) II.-Ag. . **S. italica Beauv.**

Paleis floris hermaphroditi laevissimis; panicula obscure lobata subnutante; pedunculis pilosis. — Praecedenti persimilis, sed multo gracilior, folia multo angustiora; involucra spicula paullo tantum longiora; rachis pilis hirsuta. Satione constantissima, nec unquam in priorem formam mutatur. ⊙. Colitur hinc inde, praesertim in Slavonia et in Croatia australi, nec minus circa Carolostadium, Severin, Skrad et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 170. (Pan. germanicum C. B. Moris.) II.-Ag. **S. germanica Beauv.**

Trib. IV. **Phalarideae Kunth.** *Spiculae a latere compressae uniflorae cum rudimento paleaceo secundi tertiique floris inferioris, vel cum flore masculo solitario binisve inferioribus; stylus longus; stigmata fili- vel subaspergilliformia ex apice spiculae emergentia.*

Gen. 774. **Phalaris L. Svietlika.**

Panicula thyrsoidea aut arcte spicata; spiculae uniflorae flosculi alterius rudimento squamaeformi; bractea (gluma) bivalvis valvis a latere carinato-compressis dorsoque alatis, membranaceis subaequalibus bracteola (glumella) longioribus; bracteola floris perfecti bipaleacea, cartilaginea, mutica glauca; paleolae (perigonium) oblongae; styli longi; stigmata erecta filiformia breviterque

plumosa; caryopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. I. p. 62, g. 33; Koch syn. pl. p. 893; Rchb. fl. g. p. 32, g. 61.

1 Culmi nodis aequalibus, non incrassatis 2
Culmi nodis inferioribus globoso-incrassatis. — Radix perennis demum lignescens; culmi erecti 1—2-pedales et ultra; panicula cylindrico-attenuata; spiculae obovatae, bracteae valvis navicularibus integris erosisve, bracteolae omnes villosae, accessoria unica lineari-subulata minima. ♃. Vis. fl. dalm. III. p. 337 in herbidis insulae Lesina. (Ph. tuberosa L.) Mj.-In. . **Ph. nodosa L.**

2 Valvis flosculi fertilis margine nonnisi uninerviis 3
Valvis flosculi fertilis trinerviis in medio dorsi alatis. — Radix fibrosa; culmi teretes scabri inferne ramosi; folia scabra; vaginae duae superiores inflatae, vagina ramorum basin obvolvens membranacea in acumen longum attenuata; panicula thyrsoidea oblonga basique attenuata abortiva viridi-flavescens; spiculae oblongo-obovatae; bracteae valvis navicularibus eroso-dentatis, flosculi intermedii fertilis cuspidatis, paleis bracteolae accessoriæ binis ovatis obtusis. ☉. Ad margines vinearum circa Flumen, Bukari et Cirkvenica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 337 in satis insularum Onie et Lesina, nec non circa Ragusa. Rchb. fl. g. 199. Mj.-In. . . . . **Ph. paradoxa L.**

3 Valvis acuminato-mucronatis, alis dorsi eroso-denticulatis; panicula spiciformi oblonga 4
Valvis acuminatis, alis dorsi integerrimis; panicula thyrsoidea ovali. — Radix fibrosa; culmi erecti subcompressi scabri, simplices vel ramosi: folia scabra; vaginae foliorum duorum summorum inflatae; ligula oblonga acuminata; spica ventricosa viridiflavescens; spiculae obovatae; bracteae valvis navicularibus integris, bracteolae paleis accessoriis binis lanceolatis. ☉. Hinc inde in hortis culta. Vis. fl. dalm. 74 in agris et cultis insulæ Uljan versus Zara. Rchb. fl. g. 197. In.-Il. . **P. canariensis L.**

4 Culmo basi tuberoso incrassato; paleis floris fertilis glabris. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes laeves simplices vel ramosi; folia scabra, diverse flexa; vagina una alterave superior inflata; ligula oblonga; panicula spiciformi cylindrica subventricosa viridique flavescens; rachis compressa scabra; spiculae lanceolato-obovatae compressae, infimae plerumque inperfectae et deciduae bracteae valvis navicularibus denticulatis; bracteola accessoria

unica subulata minima. ○. In locis humidis ad litt. maris inter Flumen et Lovrana (Host fl. aust. I. pag. 86.), a nobis ibidem necdum visa. Vis. fl. dalm. 75 in agris et cultis circa Zara et Ragusa. Rchb. fl. g. 198. Mj.-In. . . . **Ph. aquatica L.**

Culmo basi aequali; paleis floris fertilis adpresso-pilosis. — Radix fibrosa; culmi erecti, teretes glabri; panicula spiciformi cylindrica; spiculae obovatae; bractea valvis navicularibus erosis; bracteolæ omnes villosae, accessoria unica lineari-subulata minima. Ph. nodosae L. persimilis et fere tantum culmi basi aequali, non incrassata radiceque annua, nec perenni, ab illa diversa. ☉. Ad littora maris ad Flumen, Bukari et Cirkvenica. (1864.) Vis. fl. dalm. III. pag. 337 in herbidis et agris circa Sebenico, Salona et Breno prope Ragusa, nec non insulis Ossero in et Lesina. (Ph. aquatica W.) Mj.-In. . . . **Ph. minor Retz.**

Gen. 775. **Baldingera Gaert. Vezanka.**

Flores paniculati, panicula sub anthesi effusa; spiculae flosculo unico hermaphrodito et fertili, duobus sterilibus squamaeformibus pilosisque; bractea (gluma) bivalvis compressa bracteola bipaleacea vix longior paleis carinatis apteris; paleolae (perigonium) oblongae; stigmata plumosa, careopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. III. p. 338; Rchb. fl. g. p. 32, g. 62.

Panicula patente, spiculis fasciculato-congestis; flore hermaphrodito glabro. — Radix stolonifera; culmi non raro hominem alti, erecti, glabri, laeves; folia arundinacea lanceolato-linearia, supra medium scabra, ligula alba obtusa vel fissa; panicula acuta ante et post anthesim stricta, albida vel ex albido et purpureo varia, ramis aculeatis plures spiculas ovato-lanceolatas acutas in glomerulum collectas ferentibus. (Genus habitu proprio, inflorescentia paniculata patula et bracteae valvis compressis quidem et carinatis, sed ala omnino destitutis, optimum genus sistit.) ♃. In aquis stagnantibus, ad fossas et fluviorum ripas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 338 in pratis montanis prope Zara. Rchb. fl. g. 200. (Phalaris arundinacea Trin.; Arundo colorata Ait.; Bald. colorata Fl. Wett.; Digraphis arundinacea Trin.) In.-Il. **B. arundinacea Rchb.**

Observ. variet. β. foliis viridi-alboque vittatis, est: Bal. arund. picta Rchb. coliturque in hortis.

Gen. 776. **Hierochloa Gm. Darika.**

Flores paniculati; bractea (gluma) bivalvis 3-flora; flores 2 inferiores masculi, triandri; palea superiore bicarinata, flos superior diander, palea superiore unicarinata; bracteola (glumella) bipaleacea mutica vel ex apice vel e dorso breviter aristata; styli longi; stigmata subplumosa ex apice spiculae emergentia. Koch syn. pl. pag. 894; Rchb. fl. g. p. 53, g. 96,

Pedicellis glabris; palea inferior flosculi masculi sub apice brevissime aristata. — Radix repens simulque stolonifera; culmus erectus teres glaber laevis; folia margine dorsique apice scabra, vaginae glabrae laeves, ligula brevis denticulata; panicula erecta, rachis glabra laevis; spiculae ovatae. ♃. In agris arenosis comitatus Syrmiensis, veluti circa Maradik et Čerević, nec non circa Karlovic et alibi vulgaris. (Kan.) Rchb. fl. g. 365. (H. borealis R. S.; Holcus repens Host; H. borealis Schrad.; Poa nitens Web.) Mj.-In. . . . . **H. odorata Wahlb.**

Pedicellis ad spicularum basin pilosis; palea inferiore flosculi masculi inferioris infra apicem brevissime aristata, arista recta, flosculi autem superioris e dorsi medio arista exoriens geniculata. — Radix teres ramosa vix repens; culmus erectus compressus glaber; folia plana glabra, ad margines scabra, dorso laete viridia, facie glauca, vaginae glabrae, suprema longissima, modo aphylla, modo folio brevissimo terminata, ligula brevis acuta; paniculae rachis superne scabriuscula, ramuli apice pilosi; spiculae ovatae obtusae 3-florae. ♃. In sylvis lapidosis circa Zagrabiam, Samobor et Sv. Ana pod Turnom, praesertim autem in illis Croatiae australis, praeprimis provinciae Likanae, veluti ad Perušić, Ternava et Brušane. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 366. (Holcus australis Schrad.; H. odoratus Host.) Mr.-Apr. **H. australis R. S.**

Gen. 777. **Anthoxanthum L. Mirisavka.**

Flores paniculato-spiciformes polygami; bractea (gluma) bivalvis 3-flora, floribus 2 inferioribus neutris unipaleaceis dorosoque aristatis, terminali hermaphrodito, minori, bipaleaceo mutico; valva inferior dimidio brevior, superior flores superans; stamina 2; styli longi; stigmata filiformia pilosa, ex apice spiculae egredientia. — Vis. fl. dalm. I. pag. 47, g. 16; Koch syn pl. p. 895; Rchb. fl. g. pag. 53, g. 97.

Panicula spiciformi oblonga laxiuscula; valva inferiore spicula dimidio breviore acuta, palea florum sterilium adpresse pilosa ro-

tundato-obtusa, valva interiore dimidio breviore. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri laeves spithamaei pedalesve aut ultra; folia brevia plana glabraque, vaginae ore barbatae, secus glabrae vel pubescentes, ligula brevis; flosculi subsessiles arista longiores; bracteolis exterioribus carina ciliatis. ♂ vel ♃. In herbidis, collinis, dumetosis et in sylvis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 35. — Rchb. fl. g. 364. „Zlatno koljeno." Apr.-Mj. . . . . **A. odoratum L.**

Gen. 778. **Imperata Cyrill. Zubdad.**

Flores racemoso-spicati (thyorsus) hermaphroditi, spiculis geminatis muticis diandris; bractea (gluma) bivalvis uniflora cum flore inferiore neutro unipaleaceo; valvae convexo-compressae, nervo medio carinatae flore longiores; bracteola bipaleacca membranacea; paleolae oblongae; styli 2 longi a basi ad medium connati; stigmata elongata filiformia pilosa ex apice spiculae egredientia. — Vis. fl. dalm III. p. 335; Koch syn. pl. p. 895; Rchb. fl. g. p. 34, g. 69.

Foliis involutis; inflorescentia argenteo-sericea. — Radix repens; culmus erectus, ad genicula pilosus; folia margine scabra, basin versus attenuata, culmea brevissima; vaginae laeves; ligulæ coriaceae truncatae; thyrsus cylindricus pilis longissimis candidis stipatus. Gramen strictum speciosum. ♃. In locis asperis et ad vineas litt. cr. veluti circa Flumen, Novi, Cirkvenica, Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. pag. 335 in graminosis insulae Sansego, in agris circa Gelsa insulae Lesina, nec non in insula S. Pietro prope Ragusa. Rchb. fl. g. 213. (Lagurus cylindricus L.; Sacchar. cylindricum Lam.; Imp. arundinacea Cyr.) In.-Il. . . . . . **Imp. cylindrica Beauv.**

Trib. V. **Alopecuroideae Koch**. *Spiculae a latere compressae uniflorae, vel uniflorae cum rudimento floris superioris, paniculatae vel in racemo simplici alternae; valvae flores aequantes vel superantes; styli longi; stigmata elongata filiformia, pilosa ex apice spiculae egredientia.*

Gen. 779. **Alopecurus L. Repak.**

Panicula spiciformis (thyrsus); bractea (gluma) uniflora compressa bracteolae aequales, valvis subaequalibus apice conniventibus, basi connatis; bracteola (glumella) uni-paleacea utriculiformis altero margine fissa, infra medium dorsi aristata; paleolae (perigonium) lineares; styli longi connati; stigmata elongata

pilosa ex apice spiculae emergentia; caryopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. I. p. 64, g. 35; Koch syn. pl. p. 896; Rchb. fl. g. p. 30, g. 57.

1 Valvis herbaceo-coriaceis dorso aequalibus et non gibbosis; panicula spiciformi cylindrica 2

Valvis coriaceo-cartilagineis dorso evidenter gibboso-convexis; panicula (thyrso) ovata ex albo et viridi variegata; vagina foliorum suprema utriculose inflata. — Radix fibrosa; culmi teretes glabri laeves, aliqui erecti, alii adscendentes; folia brevia glabra, tantum superne ad margines scabra; vagina folii supremi valde ampliata; ligula brevis denticulata; bracteae valvis a medio ad apicem viridibus lanceolatis, extus medio callo albido protuberante et in basim excurrente gibbosis, basi connatis acutis glabris. ⨀. In litt. cr., veluti in graminosis fertilibus circa Grišane, Bribir et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 81 in pratis et herbidis circa Zara, Sebenico, Derniš Knin, Radigne, Salona et Narenta. Rchb. fl. g. 178. (Phalaris utriculata L.; Tozzettia pratensis Savi.) Mj.-In. . . . . . . **A. utriculatus Pers.**

2 Culmis erectis; valvis infra medium, aut plane ultra, connatis . 3

Culmis e basi prostrata adscendentibus; valvis obtusis ciliatis, basi tantum connatis 5

3 Valvis infra medium connatis obtusiusculis, superne ciliolatis. — Radix fibrosa; culmi erecti palmares aut spithamaei glabri, supra scabriusculi; panicula spiciformi cylindrica obtusa; bracteolae horizontaliter truncatae; stylus concretus. ⨀. In vineis et inter segetes litt. cr., veluti ad Flumen, Portoré, Cirkvenicam, Novi, Segniam, Karlobago et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 180. Mj.-Il. . . . . **A. creticus Trin.**

4 Culmo glabro; valvis infra medium connatis villoso-ciliatis; panicula spiciformi cylindrica obtusa. — Rhizomata obliqua brevia vel breviter stoloniformia fibrisque copiosis aucta; culmi laeves ad basin incrassati; folia scabra, vaginae laeves; illa folii supremi ampliata; ligula brevis truncata denticulata; rachis flexuosa, rami brevissimi; spiculae lanceolato-ovatae erectae; antherae sulfureo-violascentes. ♃. In hortis graminosis pratisque fertilibus, ad vias et vineas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 184. Mj.-In. . . . . . . **A. pratensis L.**

Culmo superne scabriusculo; valvis brevissime ciliatis; panicula spiciformi cylindrica, sed utrinque attenuata. — Radix fibrosa;

culmi stricti; folia laxa scabra; ligula brevis denticulata; panicula cylindrica densissima albo-virescens, quandoque flosculis apice purpurascentibus; rachis angulata scabra; spiculae rachi adpressae oblongae. ⊙. In agris inter segetes, in vineis et ad vias totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 80. Rchb. fl. g. 179. Mj.-In. . . . . . **A. agrestis L.**

Observ. A. bulbosus in Syll. fl. cr. p. 11 citatus et in collibus herbidis ad Vrebačka-staza et alibi in montanis asperis provinciæ Likanae a nobis lectus acuratiore examine instituto non comprobatus fuit qua verus A. bulbosus L., sed quam macra specimina A. agrestis L. culmo basi valde incrassato et fere bulbiformi.

5 Palea sub medio aristata. — Radix fibrosa perennis; culmi ad genicula infracti decumbentes et ex geniculis non raro ramos et radices agentes; folia brevia glabra, dorso laevia, facie margineque scabra; ligula oblonga acuta; panicula spiciformi densissima cylindrica, rachis subteres; rami brevissimi hispidi; spiculae ovatae obtusae; arista palea sua duplo fere longior. ♃. In fossis, locis humidis et paludosis totius Croatiae et Slavoniae. Rchb. fl. g. 183. Mj.-Ag. . . . . . . **A. geniculatus L.**

Palea e medio aristata. — Radix fibrosa annua; culmi dodrantales pedalesve glabri; spiculae ellipticae; arista glumam subaequans. — Planta pruinosa, color vaginarum amplarum caesius, antherae fulvae et post pollinis emissionem fuscae; paniculae spiciformes densissimae, non raro bipollicares et ultra. ⊙. In aquis stagnanantibus, in locis humidis et paludosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 182. (A. paludosus Poll.; A. caesius Neilr.) Mj.-Ag. . . . **A. fulvus Sm.**

Gen. 780. **Crypsis Ait. Trnica.**

Flores paniculato-spiciformes (thyrsoidei) mutici; bractea (gluma) bivalvis, uniflora flore brevior; valvae carinato-compressae, inferior brevior; bracteola (glumella) bipaleacea paleis lanceolatis subaequalibus, superior unicarinata vel obsolete bicarinata; paleolae (perigonium) truncatae; stamina 2—3; styli elongati; stigmata filiformia undique pilosa, ex apice spiculae emergentia. — Vis. fl. dalm. I. p. 65, g. 36; Koch syn. pl. p. 897; Rchb. fl. g. p. 30, g. 56.

1 Culmis ramosis subcompressis 2

Culmis simplicibus teretiusculis. — Radix fibrosa; culmi ad genicula infracti, alii erecti, aliqui adscendentes, multi in orbem

dispositi terraeque adpressi; folia brevia plana glabra, ad margines scabra; ligulae loco pilorum series; panicula spiciformis subclavato-cylindrica e vagina demum exserta, nigricans, basi nuda; rachis angulata, rami brevissimi pilosi; spiculae lineari-lanceolatae compressae, parum incurvatae bracteis (glumis) ciliatis; flores triandri. ⊙. In stagnis exsiccatis, ad vias campestres hieme inundatas et in uliginosis totius Croatiae et Slavoniae. Vis. fl. dalm. 82 in pascuis et ad vias hieme inundatas circa Stagno, Derniš et Narenta. Rchb. fl. g. 171. (Heleochloa alopecuroides Host.) In.-Sept. . . . **C alopecuroides Schrad.**

2 Paniculis spiciformibus ovali-oblongis basi vagina folii supremi inclusis; floribus triandris. — Radix fibrosa; culmi alii erecti, alii adscendentes, plerique prostrati; folia plana scabra, basin versus hirsuta et ad margines aculeata; ligula truncata pilosa; rachis angulata, rami brevissimi setulis adspersi flores perfectos cum intermixtis imperfectis gerentes; spiculae lanceolatae, compressae; bracteae ciliatae; paleola superior binervis. ⊙. In humidis et inundatis ad Toplikam, Slanje et Ludbreg. In locis humidis circa Karlovic, nec non inter India et Neo-Pazna in Slavonia (Kan.) Vis. fl. dalm. 83 in pascuis udis et subsalsis circa Narenta. Rchb. fl. g. 176. (Heleochloa schoenoides Host; Phleum schoenoides L.; Spartina phleoides Rth.) In.-Sept.

C. schoenoides Lam.

Paniculis spiciformibus hemisphaericis involucro foliaceo immersis; floribus diandris. — Radix fibrosa; culmi partem erecti, adscendentes plurimique prostrati; folia brevia ad margines carinamque aculeata et basin versus utrinque pilis longis barbata, superiora brevissima, basi dilatata et concava, paniculam amplectentia; vaginae compressae; ligulae loco pilorum series; spiculae lineari-lanceolatae compressae; bracteae glabrae; paleola superior uninervis; carinata. ○. Ad fossas et stagna in litt. cr. veluti circa Portoré, Zagorje et Novi. Syll. fl. cr. In Slavonia in locis humidis in comitatu Syrmiensi et ad Karlovic haud rara. (Kan.) Vis. fl. dalm. 84 in pascuis udis circa Narenta. Rchb. fl. g. 175. (Anthoxanthum aculeatum L.; Heleochloa diandra Host; Schoenus aculeatus L.; Phleum schenoides Jacq.; Agrostis aculeata Scop.) Il.-Ag. . . . . . **C. aculeata Ait.**

*

Gen. 781. **Phleum L. Maćica ili Mačji rep.**

Flores paniculato-spiciformes s. thyrsoidei; bractea (gluma) bivalvis uniflora cum vel absque pedicello floris secundi, carinato compressa valvis subaequalibus cuspidatis, bracteola longioribus, apice truncatis vel acutis, aristatis submuticisve; bracteola (glumella) bipaleacea membranacea truncata mutica vel subaristata; paleolae (perigonium) lanceolatae acutae; stylus brevissimus; stigmata longissima e medio tenue plumosa vel pilosa, ex apice spiculae emergentia; caryopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. I. p. 62, g. 34; Koch syn. pl. p. 897; Rchb. fl. g. p. 31 et 32, g. 59 et 60.

1 Spiculae exacte uniflorae, i. e. absque omni rudimento floris secundi . . . 2
Spiculae uniflorae quidem, sed cum rudimento floris superioris pedicelliformi 6

2 Palea inferiore 3-nervia obtusa 3
Palea inferiore 5-nervia truncata. — Radix fibrosa; culmus teres glaber laevis, apice plerumque rubellus, erectus vel adscendens palmaris aut spithamaeus, rarius ultra; folia canaliculata scabra; ligula oblonga acuta glabra; panicula (thyrsus) spiciformis tenuis viridis cylindrica, basi truncata; rachis inferne laevis, superne scabriuscula ramis brevissimis pilosis; spiculae lineari-lanceolatae aut ovales glabrae, valvis dorso semilunari-curvatis breviter mucronatis glabris subtilissime tuberculato-scabris. ◯. In locis herbidis apricis litt. cr. circa Flumen, St. Kosmo, Bribir et Novi, nec minus in Vrebačka-staza et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 76 in graminosis apricis, in asperis vineisque totius Dalmatiae insularis et littoralis. Rchb. fl. g. 187. (Ph. Bellardii W.; Phalaris bulbosa L.; Ph. cylindrica DC.; Ph. tenuis Host; Ph. subulata Sav.; Ph. sativa Pers.; Achnodon Bellardii Lnk.) In.-Il. . . . . **Ph. tenue Schrad.**

3 Aristis bracteam (glumam) aequantibus aut illa brevioribus, valvis oblongis transverse truncatis; radice perenni 4
Aristis bractea longioribus patulis scabrisque; valvis ovato-oblongis transverse quidem truncatis, sed in aristam subito attenuatis. — Radix fibrosa annua; culmi humiles teretes glabri adscendentes; folia brevia, apice compressa, margine subaculeata, supra medium scabra; ligula oblonga glabra; panicula (thyrsus) spiciformis subovata ex viridi et pallescente varia; spiculae oblongae sessiles, infimae reflexae intermediae patentes, reliquæ erectae; bracteae oblongae carina hispido-ciliatae. ⊙. In asperis apricis et in graminosis totius litt. cr. totiusque Dalmatiae fre-

quentissimum. Syll. fl. cr. et Vis. fl. dalm. 79. — Rchb. fl. g. 192. (Ph. felinum Sm.) Apr.-Mj. . . . **Ph. echinatum Host.**

4 Aristis bractea (gluma) triplo brevioribus; vaginis foliorum cylindricis 5

Aristis bracteam aequantibus vel eadem vix dimidio brevioribus; vagina folii supremi inflata. — Radix teres fibrisque copiosis tenacibus aucta; culmus teres, glaber, adscendens; folia plana ad margines scabra, ligula lata denticulata; panicula (thyrsus) spiciformis cylindrica basi truncata; flosculi oblongo-lineares undique carina ciliati erecti bracteis acuminato - aristatis oblique truncatis, aristis ciliatis strictis. ♃. Vis. fl. dalm. III. p. 338 in montibus elatioribus Ragusinis. Rchb. fl. g. 190. In.-Ag. **Ph. alpinum L.**

5 Radice fibrosa; culmo erecto; panicula (thyrso) spiciformi cylindrica elongata, basi truncata viridi. — Radix teres fibris plurimis firmata; culmus teres glaber; folia utrinque plus minusve scabra, vaginis glabris laevibusque; flosculi oblongi carina ciliati bracteis mucronato-aristatis truncatis, aristis bractea duplo brevioribus. ♃. In hortis graminosis pratisque fertilibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 77 in pascuis ad sepes et agrorum margines Dalmatiae montanae haud rarum. Rchb. fl. g. 189. In.-Il. . . . . **Ph. pratense L.**

Radice nodosa; culmo adscendente; panicula (thyrso) spiciformi cylindrica basi attenuata viridi, demum straminea. — Radix bulboso-nodosa plures emittens culmos basi decumbentes, dein adscendentes, ad genicula infractos, ibique nigricantes; folia lanceolata obliqua glabra, ligula membranacea obtusa lacera, vaginis compressis, suprema subinflata; flosculi paniculæ confertissimae inferiores inmperfecte evolutae; bracteae sulcatae pilis sursum longioribus rarisque dorso ciliatae utrinque puberulae, et carina in cuspidem quadruplo illis breviorem producta; bracteolae inclusæ glabrae. ♃. Vis. fl. dalm. 78 in pascuis siccis Dalmatiae montanae, praesertim circa Derniš et Sinj. Il.-Ag. **Ph. Bertolonii DC.**

Observ. Phleo nodoso L. persimile et affine, sola aristarum brevitate et spica basi attenuata diversum; hinc probabiliter nil, nisi illius varietas, quae teste clar. Kanitz etiam in Slavonia circa Našić et Karlovic occurrere dicitur.

6 Valvis lanceolatis, in aristam brevem acuminatis, dorso carinave hispido-ciliatis 7

Valvis lineari-oblongis cuneatisve truncatis apiceque mucronatis . 8

7 Radice perenni culmis fertilibus fasciculisque foliorum sterilium caespitosa; valvulis dorso hispido-ciliatis. — Culmi erecti glabri; folia erecta ad margines cartilaginea et aculeata basin versus ciliata vaginis glabris laevibus, illa folii supremi longissima, ligulis ovatis obtusis glabris; panicula spiciformis (thyrsus) cylindrica longissima; rachis inferne teres, glabra aut laevis, superne angulata et hispida; spiculae lanceolatae. ♃. In locis herbidis pratisque montanis fertilibis Dalmatiae. Host fl. aust. I. p. 82, n. 7. Rchb. fl. g. 196. (P. Michelii All.; P. Hostii cat. hort. vind.; P. hirsutum Sut.; Phalaris alpina Haenke; Chilochloa cuspidata Beauv.; Ch. Michelii Rchb.) Il.-Ag.

Ph. triginum Host.

Radice annua simpliciterque fibrosa, hinc absque stolonibus fasciculisque foliorum sterilium. — Culmi humiles teretes glabri, inferne plerique ad unum alterumve geniculum infracti; folia brevia ad margines scabra vaginis inflatis striatisque, ligulae obtusae; panicula (thyrsus) spiciformis cylindrica et basi plerumque attenuata; flosculi oblongo-lanceolati; bracteae (glumæ) acuminato-mucronatae superne ciliatae. ⊙. Vis. fl. dalm. III. p. 338 in arenosis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 188. (Phalaris arenaria W.; Chilochloa arenaria R. S.; Achnodon arenarius Trin.) In.-Il. . . . . **Ph. arenarium L.**

8 Valvis lineari-oblongis oblique truncatis acuminato-mucronatis compressis, dorso hispido ciliatis; radice perenni. — Radix culmis fasciculisque foliorum sterilium caespitosa; culmi erecti glabri teretes; folia erecta glabra, margine carinaque scabra vaginis glabris, ligulis brevibus truncatis; panicula (thyrsus) spiciformis cylindrica erecta densissima; rachis compressa scabriuscula; flosculi ovato-lanceolati. ♃. In pratis sterilibus siccis collibusque apricis totius Croatiae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis tractus montium Kŕndia, circa Daruvar, Karlovic et Semlin (Kan.), nec non circa Pakrac, Kamensko et Požegam. Rchb. fl. g. 194. (Ph. phalaroides Koel.; Phl. glabrum Bernh.; Phalaris phleoides L.; Chilochloa Boehmeri Beauv.) Mj.-In. . . . . **Ph. Boehmeri Wib.**

Valvis cuneiformibus truncatis apice inflato-angulatis mucronato-scabris; radice annua. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes glabri simplices vel ramosi, in planta florente toti vaginis foliorum tecti; folia erecta glabra, margine et superiore carinae parte scabriuscula, vagina folii supremi ventricosa, ligula oblonga acuta; panicula (thyrsus) spiciformis viridula, cylindrica, basi plerumque truncata; flosculi obovati compresso turgidi. ○. In collibus apricis inter Krapinam et Radoboj; nec minus ad margines agrorum et vinearum litt. cr., veluti circa Novi, Cirkvenica et Bribir. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 338 in cultis circa Gelsa insulae Lesina. Rchb. fl. g. 193. (Ph. paniculatum Huds.; Ph. ventricosum Much.; Phalaris aspera Retz.; Chilochloa aspera Beauv.) Mj.-In. . . . . **Ph. asperum Vill.**

Trib. VI. **Chlorideae Kunth.** *Spiculae a latere compressae uniflorae in spicas unilaterales dispositae, et quidem lateri inferiori racheos spicarum insertae; valva inferior florem superans, vel paullo tantum brevior; styli mediocres vel longi, quandoque in unum connati; stigmata elongata filiformia ve subaspergilliformia, pilosa.*

Gen. 782. Cynodon. Rich. Zubača ili Troskot.

Flores spicati spicis digitatis, spiculae unilaterales uniflorae cum rudimento secundi floris pedicelliformi clavato; bractea (gluma) bivalvis patens basi tantum florem amplectens; bracteola (glumella) bipaleacea bractea paullo longiorl palea inferiore ovata, naviculari-compressa superiorem linearem dorso sulco exaratam includens; styli longi; stigmata subaspergilliformia, sub apice flosculi emergentia. — Koch syn. pl. p. 899; Rchb. fl. g. p. 22, g. 36.

Spicis 3—5-digitatis; paleis glabris subciliatis; foliis subtus pilosis; stolonibus prostratis. — Radix valde repens simulque stolonifera e geniculis culmos, foliorum faciculos stolonesque ramosissimos per terram undequaque serpentes emittens; culmi subteretes glabri erecti, vel inferiore parte decumbentes et ex geniculis terrae adpressis radices ramosque agentes; folia plana scabra vaginis glabris; ligulis brevissimis truncatis; spicae rachis brevis angulata, dentata et ad dentes pilosa; spiculae ovatae, compressae solitariae, aliae sessiles, aliae pedicellis brevissimis scabrisque affixae, purpurascentes. ♃. In agris et arvis arenosis, pratis siccis et ad vias totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiæ. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 53. — Rchb. fl. g. 118. (Panicum Dactylon L.; Digitaria stolonifera Schrad.; Paspalum Dactylon

et P. umbellatum Lam.; Fibichia umbellata Koel.; Dactylis stolonifera Schrad.; D. officinalis Vill.) In.-Ag. **C. Dactylon Rich.**

Gen. 783. **Spartina Schreb. Troskočić.**

Flores spicati spicis pluribus, spiculis unilateralibus; bractea (gluma) bivalvis uniflora; valvae carinato-compressae, inferior brevior; bracteola (glumella) bipaleacea paleis membranaceis muticis, inferior compresso-carinata, superior longior, navicularis dorso binervis; styli elongati, saepe inferne connati; stigmata elongata filiformia ex apice spiculae egredientia. — Koch syn. pl. p. 900; Rchb. fl. g. pag. 22, g. 35.

Spicis 2—4 adpressis; spiculis pubescentibus laxe imbricatis erectis; foliis involutis. — Radix teres, crassa, geniculata repens; culmus erectus foliorum vaginis vestitus; folia glabra laevia, dorso convexa viridia, facie canaliculata glauca; ligula brevissima ciliata; spicae erectae terminales; spiculae secundae oblongae. ♃. In locis paludosis ad littus maris prope Cirkvenica et in insula Veglia prope Castel Muschio. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 117. (Limenitis pungens Rich.; Dactylis stricta Ait.; Trachynotia stricta DC.) Ag.-Sept. . . . . **Sp. stricta Rth.**

Trib. VII, **Oryzeae Kunth.** *Spiculae a latere compressae; valvae nullae vel minimae.*

Gen. 784. **Leersia Solander. Tajnica.**

Flores paniculati panicula patente; spiculae uniflorae; (gluma) nulla; bracteolae (glumella) bipaleacea chartaceae paleis compresso-carinatis, muticis, subaequalibus, inferior multo latior; styli mediocres; stigmata plumosa e latere spiculae egredientia; caryopsis paleis inclusa. — Koch syn. pl. p. 900; Rchb. fl. g. pag. 33, g. 63.

Ramis paniculae patentis flexuosis, spiculis triandris semiovalibus ciliatis. — Radix repens; culmi simplices aut ramosi ad genicula villosi et e geniculis terrae adpressis vel aquae immersis radices agentes, alii erecti, alii adscendentes; folia scabra vaginis scaberrimis, duae supremae longissimae et ampliatae; spiculae ovales compressae aculeis minimis exasperatae. ♃. In fossis et ad ripas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 201. (Oryza clandestina Web.; Phalaris oryzoides L.; Homalocenchrus oryzoides Pollich.; Ehrharta clandestina Wigg.; Asperella oryzoides Lam.) Il.-Sept. . . . . . **L. oryzoides Sw.**

Trib. VIII. **Agrostideae Kunth.** *Spiculae a latere plus minusve compressae uniflorae vel uniflorae cum rudimento floris superioris; bracteae (glumae sive lodiculae) 2; styli nulli vel brevissimi; stigmata plumosa ad basin spiculae emergentia; caryopsis paleis membranaceis tecta.*

Gen. 785 **Polypogon Desf. Bradica.**

Flores in paniculam coarctatam (thyrsum) lobatam congesti; bractea (gluma) uniflora bivalvis compressa valvis subaequalibus, bracteola (glumella) longioribus; bracteola bipaleacea obtusa denticulata, palea exteriore sub apice aristata; paleolae obovatae; stigmata plumosa, ad latera spiculae emergentia; styli subnulli; caryopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. I. pag. 53, g. 24; Koch syn. pl. p. 901; Rchb. fl. g. p. 24, g. 44.

Bracteis (glumis) hirsutis oblongo-obovatis ciliatis scariosis bifidis ex apice aristatis aristaque triplo brevioribus. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes glabri; folia mollia scabra vaginis supra medium scabriusculis, ligulis oblongis acutis scabris; thyrsus erectus oblongus lobatus, florens patulus sericeus, flavo-virens; spiculae secundae. ○. Vis. fl. dalm. 51 in palustribus salsis lacus Morinje prope Sebenico et circa Trau. (Milium paniceum Host.) Mj.-In. . . . . **P. maritimum W.**

Bracteis (glumis) glabriusculis aut puberulis, sed margine omnino glabris, et infra apicem integrum aristatis, arista valvam ter superante. — Radix fibrosa; culmus erectus glaber; folia scabriuscula; vaginae puberulae; thyrsus coarctatus lobatus; bracteae scabrae sub apice breviter emarginato (sed non bifido) aristatae arista bracteam ter superante; bracteolae sub summo apice aristatae, Praecedenti persimile, et nonnisi bracteis subglabris apiceque subintegerrimis diversum, hinc potius pro varietate illius habendum. ○. In locis humidis incultis in litt. cr., veluti circa Flumen, ad Martinščicam, Bukari et Novi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 129. (Alopecurus monspeliensis L.; A. paniceus Lam; A. aristatus Huds.; Agrostis panicea W.; Phleum crinitum Schreb.; Santia plumosa Sav.) In.-Ag.

P. monspeliense Desf.

Gen. 786. **Agrostis L. Rosulja.**

Flores paniculati; bractea (gluma) bivalvis compressa uniflora flore longior, valvis acutis, inferiore longiore; bracteolae (glumellae) bipaleaceae membranaceae basi pilorum fasciculis brevissimis fultae, dorso aristatae vel muticae, aristis tenuissimis; paleolae oblongae; styli brevissimi; stigmata plumosa ad basin

spiculae emergentia; caryopsis bracteola vestita — Vis. fl. dalm. I. pag. 56, g. 28; Koch syn. pl. p. 91; Rchb. fl. g. p. 25, g. 47.

1 Foliis omnibus aut saltem radicalibus planis; palea superiore nunquam deficiente 2

Foliis radicalibus complicato-setaceis; palea superiore plerumque deficiente 6

2 Panicula thyrsoidea lobata, verticillis approximatis; ligulis exsertis laceris barbatisve 3

Panicula laxiflora verticillis distantibus; ramis basi nudis, patulis, rarius erectis, hinc panicula contracta spiciformi, sed neutiquam lobata aut thyrsoidea; ligulis exsertis elongatis 4

3 Foliis omnibus planis; ramis paniculae compactae undique densifloris. — Radix annua repens simulque stolonifera et caespitosa; culmi teretes glabri; plerique erecti, aliqui ad unum alterumve geniculum infracti; folia erecta scabra glaucescentia vaginis subventricosis; panicula flavo-virens; spiculae brevissime pedicellatae pubescentes; bracteolae muticae. ⊙. Vis. fl. dalm. 60 in aquosis pratisque udis circa Sebenico, ad lacum di Castell Andreis, circa Spalato et St. Trinita prope Cattaro. (A. stolonifera Engl. bot.) Mj.-In. . . . . **A. verticillata Vill.**

Observ. variet. β. foliis glaucis rigidis et panicula spiciformi compacta, est: A. maritima Lam. occurritque in arenosis maritimis insulae Ossero et Cherso.

Foliis distichis; revolutis rigidis; ramis paniculae compactae, acutae apice densifloris. — Radix repens; perennis; culmi prostrati, steriles non raro repentes; panicula contracta spiciformis folio supremo vaginata, ramis abbreviatis sparsis, spiculis pedicellatis glabris, bracteolis muticis; folia subpungentia; ligulae barbatæ. ♃. Vis. fl. dalm. III. p. 336 ad littus scopulorum circa insulam Lesina. Rchb. fl. g. 139. b. (Phalaris disticha Forsk.) Il.-Ag. **A. pungens Schreb.**

4 Foliis omnibus planis; paniculae ramis horizontaliter patentibus . 5

Foliis caulinis apice involutis rigidis; panicula contracta laxe florigera. — Radix repens; caulis basi decumbens; folia inferiora plana, superiora apice involuta; ligula primum integra, demum fissa; panicula flavo-virens, spiculae nitidae pedicellos subaequantes; bracteae acuminatae, carina hispidae, bracteolae muticae. ♃. Vis. fl. dalm. 59 in locis udis circa Sebenico. Rchb. fl. g. 139. c. (A. subrepens DC.) In.-Il. . . . **A. frondosa Tenore.**

5 Ligula oblonga; panicula florifera oblongo-conica; ramis horizontaliter patentibus, fructifera contracta. — Radix repens simulque stolonifera et caespitosa; culmi teretes glabri laeves et ex geniculis inferioribus ramos agentes, plerique decumbentes radicesque ex geniculis promentes, alii erecti; folia rigida scaberrima vaginis glabris laevibusque, ligulis scabriusculis; panicula oblonga, sub anthesi patens, ante et post anthesim contracta, rachis tantum superne aculeata, rami capillares elongati, fructiferi una cum pedicellis scabri; bracteolae muticae. ♃. In pratis, pascuis et sylvis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 58. — Rchb. fl. g. 139. (A. alba Schrad.; A. capillaris Pollich.) In.-Il. . . . . **A. stolonifera L.**

Observ. Variat etiam absque stolonibus; ligula foliorum nunc integra, nunc bifida vel multifida; glumellis muticis, vel, nunc (sed raro) aristatis. Forma vulgaris ubique occurrens habet modo paniculam virentem et est: A. alba Schrad. et A. stolonifera Host; nunc paniculam coloratam et est: A. diffusa Host.; A. decumbens Haller.

Ligula brevi, truncata; panicula oblongo-ovata sub anthesi et postea patentissima. — Radix repes fibrisque copiosis aucta; culmi teretes glabri, alii erecti, alii adscendentes et e geniculis terræ adpressis radices agentes; folia brevia omnia linearia planaque scabra et in cuspidem attenuata; ligulae breves obtusae hispidae, in foliis inferioribus truncatae; rachis paniculae patentissimae superne angulata, scabriuscula; spiculae oblongae muticæ, primo e viridi et purpurascenti variegatae, demum spadiceae. ♃. In pascuis, sylvis, pratis et ad vinearum margines totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 138. (A. capillaris L.; A. hispida W.; A. tenella Hoffm.) In.-Il. **A. vulgaris With.**

Observ. Stolonibus elongatis repentibus, est: A. stolonifera Leers. Forma humillima, floribus ustilagine consumtis, est: A. sylvatica Pollich. et tandem, forma spiculis spadiceis, demum pallescentibus aut luteo virentibus, est: A. pallida Lej. occurruntque hinc inde permiscue cum specie.

6 Palea inferiore sub medio dorsi aristata, apice crenulata; panicula diffusa ovata ramis sub anthesi divergentibus, defloratis contractis. — Radix repens simulque stolonifera; culmi laeves erecti aut e basi decumbente adscendentes; folia radicalia complicato-setacea scabra vaginis laevibus, ligulis oblongis obtusis; rachis

paniculae viridis inferne teres et laevis, superne angulata aculeisque scabra; spiculae lanceolatae, valvis bracteolae valde inaequalibus, altera dorso aristata. ♃. In pratis locisque graminosis humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 57 in pascuis et ad sepes prope Derniš. Rchb. fl. g. 137. (Agraulus caninus Beauv.; Trichodium caninum Schrad.) In.-Ag. . . . . **A. canina L.**

Observ. Spiculae plerumque ornantur arista tortili geniculata, rarius breviore et erecta, quandoque sunt plane muticae.

Variat spiculis majoribus, et est: A. hybrida Gaud.; specimina parva semipedalia minusque multiflora, sunt: A. alpina Leys.; forma bracteis stramineis vel pallide flavescentibus et arista brevi, bracteam vix excedente, est: A. pallida Schk.

Palea inferiore basi aristata, apice breviter bisetosa, superiore minima; panicula semper patente. — Radix fibrosa densum foliorum caespitem multosque culmos nutriens; culmi pumili erecti teretiusculi glabri; folia radicalia complicato-setacea scabra vaginis glabris laevibus, ligulis oblongis, villosis hispidulisve; rami paniculae ipsique pedicelli scabri; spiculae oblongae. ♃. In pascuis montium tractus Velebit, veluti in alpe Plieśivica, Visočica et Sveto-brdo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 136. (Trichodium rupestre Schrad.; Agraulus alpinus Scop.) Il.-Ag. **A. alpina Scop.**

Gen. 787. **Apera Adans. Svrakoperac.**

Flores paniculati; spiculae cum pedicello qua rudimentum floris secundi ad basin valvulae superioris sito; bractea (gluma) exterior brevior; bracteola (glumella) exterior sub apice longissime aristata, interior bifida; paleolae lanceolatae; stigmata plumosa. — Koch syn. pl. p. 904; Rchb. fl. g. p. 24, g. 46.

Panicula ampla diffusa; antheris lineari-oblongis. — Radix fibrosa; culmi 1—2-pedales et ultra, glabri laeves erecti; folia plana scabra pilisque longissimis inspersa vaginis glabris, ligulis oblongis acuminatis; rachis paniculae tantum superne scabra, rami graciles tortuosi elongati cum intermixtis brevioribus; sub anthesi patuli, fructiferi contracti; spiculae oblongae; aristae rectae vel subflexuosae paleam ter quaterve superantes. ⨀. Inter segetes et in collibus incultis; in pratis et pascuis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 134. (A. Spica-venti L.; Anemagrostis Spica-venti Trin.) In.-Il. **Ap. Spica-venti Beauv.**

Panicula anguste contracta; antheris subrotundo-ovalibus. — Radix fibrosa; culmi erecti spithamaei pedalesve; folia brevia scabra, apice compressa et callosa vaginis apicem versus scabriusculis, ligulis oblongis glabris; rachis paniculae apicem versus aculeata, rami breves erecti paniculam contractam et interruptam sistentes; spiculae oblongae; aristae rectae vel subflexuosae. ☉. In cultis litt. cr., veluti ad Segniam, Novi, Bribir et alibi, praesertim in Vinodol. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 132. (Agrostis interrupta L.) In.-Il. . . . . **Ap. interrupta Beauv.**

Gen. 788. **Lagurus L. Baršunka.**

Flores hermaphroditi dense thyrsoidei; spiculae uniflorae cum rudimento floris secundi ad basin paleae superioris; loco bracteae (glumae) setae binae pinnato-plumosae; bracteola (glumella) bipaleacea setis minor, palea exterior apice bi-aristata et dorso longissime uniaristata, interior mutica; paleolae oblongae; stigmata plumosa. — Vis. fl. dalm. I. p. 53, g. 23; Koch syn. pl. p. 904; Rchb. fl. g. 24, g. 43.

Thyrso ovato denso conferto mollissimo et candido. — Gramen molle; radix fibrosa; culmi erecti spithamaei vel semipedales, rarius ultra; folia lanceolato-linearia, basi latiora, vaginis superiorum ampliatis, ligulis brevibus truncatis; thyrsus erectus lanuginosus, rachis angulata, denticulis exasperata, rami brevissimi multiflori; spiculae lanceolatae. ☉. In collibus apricis asperis litt. cr., veluti ad Flumen, Novi, Segniam, Karlobago et alibi haud rarus. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 50 in sterilibus arenosis circa Nona, Sebenico, Forte di S. Nicolo, Trau et Ragusa. Rchb. fl. g. 128. Mj.-Ag. . . . . **L. ovatus L.**

Gen. 789. **Calamagrostis Rth. Milava.**

Flores paniculati; spiculae uniflorae cum rudimento flosculi secundi pedicelliformi piloso ad basin valvulae superioris, vel nullo; bractea (gluma) bivalvis laevis, valvis inaequalibus, exteriore majore; bracteola (glumella) gemina aristata, minor membranacea; paleae lanceolatae basi pilis diametrum paleolae transversalem superantibus fultae; stigmata plumosa; caryopsis paleola tecta. — Vis. fl. dalm. I. pag. 55, g. 27; Koch syn. pl. pag. 905; Rchb. fl. g. pag. 26, g. 48.

1 Spiculis cum rudimento floris secundi pedicelliformi piloso e basi paleae superioris egrediente 2
Spiculis absque omni rudimento flosculi secundi; paleis membranaceis pellucido-albis 3

2 Pilis bracteolam (glumellam) aequantibus, vel dimidio fere brevioribus; arista dorsali geniculata valvas vix excedente. — Radix lignescens fibrisque plurimis firmata; culmi 2—3-pedales et ultra erecti glabri, versus apicem scabriusculi; folia cuspidata, ad margines carinamque scabra, facie paucis pilis inspersa, in dorsi basi ad carinae latus pilis densis cincta, ligulis obtusis; panicula purpurascens vel straminea longissima erecta, sub anthesi patula bracteis lanceolatis acuminatis bracteolae pilos superantibus; arista ex imo dorso proveniens geniculata, paleae bracteolae exterioris pilos superantes. ♃. In sylvis montanis Croatiae haud rara, veluti in monte Ivanščica, Klek, Vratnik et alibi in sylvaticis tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. —Vis. fl. dalm. III. p. 336 in montosis circa Ragusa. Rchb. fl. g. 145. (A. Clarionis Lois.; A. arundinacea Vill.; Arundo monta Gaud.; A. varia Schrad.) Il.-A. . . . . **C. montana Host.**

Pilis bracteola quadruplo brevioribus; arista dorsali geniculata valvas excedente. — Radix gracilis valde repens fibrisque tenacibus aucta; culmi 2—3-pedales erecti scabri; folia laxa scabriuscula, ad margines dorsoque pilosa vaginis scabris, ligulis oblongis; panicula erecta tota vel apice tantum nutans, rachis teres scabra, rami filiformes scabri semper patentes; spiculae ovatae. ♃. In sylvis montanis Croatiae, veluti in illis montium Ivanščica, Zagrabiensium, Samoboriensium et aliorum, haud rara. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 142. (C. arundinacea Rth.; Agrostis arundinacea L.; Arundo sylvatica Schrad.; Deyeuxia sylvatica Kunth.) Il.-Ag. . . . . **C. sylvatica DC.**

Observ. variet. β. culmis altissimis; panicula erecta pyramidali, radice subrepente, est: C. pyramidalis Host occurritque in monte Klek. Syll. fl. cr.

3 Arista dorsali recta; valvis lanceolatis 4

Arista terminali; valvis anguste lanceolatis 5

4 Valvis in apicem subulatum compressum desinentibus; arista e medio dorsi egrediente; panicula glomerato-lobata. — Radix valde repens; culmi 2—3-pedales erecti, sub panicula scaberrimi; folia lata in longum cuspidem attenuata, facie et ad margines scabra vaginis superiorum glabris, inferiorum pilis reflexis inspersis, ligulis in foliis culmeis oblongis glabris; rami paniculae virescentes aut purpura adspersae; bracteae compressae; bracteolae pilos subaequantes. ♃. In dumetis locisque sylvaticis planitie-

rum montiumque totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 56 in devexitatibus montium Velebit et Promina. Rchb. fl. g. 156. (C. glauca Rchb. fl. g. 155; Arundo Epigeios L.; A. Calamagrostis M. B.) II.-Ag. . . . **C. Epigeios Rth.**

Observ. Modificatio spiculis margine anguste tantum coloratis, est: C. Hübneriana Rchb.; et spiculis totis viridibus, est: C. glauca Rchb.

Valvis simpliciter acuminatis; arista infra medium dorsi egrediente; panicula patente spiculisque subaequaliter sparsis. — Habitu gracilima, 2—3-pedalis; radix teres repens squamisque tecta; culmi erecti scabri; folia laxa scabra vaginis pilosis, pilis reflexis, ligulis brevibus scabriusculis; panicula sub anthesi patens, ante et post anthesim contracta violacea, vel pallida; spiculae ovatae acutae. ♃. In pratis sylvaticis montium altiorum totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Daruvar et Pakrac. Rchb. fl. g. 146. (C. varia Host; C. Clarionis Lois.; C. pulchella et C. nutans Sunt.; Arundo Pseudophragmites Schrad.; A. Halleriana Gaud.; A. Calamagrostis Hall. fil.; A. Clarionis Lois.) II.-Ag. . . . **C. Halleriana DC.**

5 Valvis acuminatis; arista ex emarginatura brevissima egrediente eamque vix superante. — Radix repens; culmi erecti ramosi, tantum superne scabriusculi; folia plana scabra vaginis scabriusculis, ligulis truncatis glabris; panicula erecta, rachis scabriuscula, rami filiformes aculeati, sub anthesi patentes, ante et post contracti; spiculae parvulae. ♃. In pratis humidis in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 151. (C. ramosa Host; Arundo Calamagrostis L.; A. Leersii Oett.) II.-Ag. . **C. lanceolata Rth.**

Observ. Modificatio panicula pallida, subcanescente, est: C. Gaudiniana Rchb. vel C. canescens Wigg. cum specie in nemoribus umbrosis.

Valvis in apicem subulatum compressum attenuatis; arista valvam suam dimidiam aequante vel illam superante. — Radix valde repens; culmi elati glabri laeves fistulosi erecti vel basi decumbentes et ex geniculis radices ramosque agentes; folia longissima, supremum paniculam excedens, in longam cuspidem attenuata, dorso laevia, facie scabra vaginis glabris longissimis, summa paniculae approximata, ligulis oblongis; panicula ampla subsecunda, sub anthesi laxa et apice nutans; rachis superne scabra, rami fructigeri rachi adpressi. ♃. In arenosis litt. cr. ad

Novi. Syll. fl. cr. In glareosis et ad ripas fluviorum in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Rchb. fl. g. 152. (C. laxa Host; Arundo littorea Schrad.; A. effusa Gm.; A. glauca M. A.) Il.-Ag. **C. littorea DC.**

Gen. 790. **Psamma Beauv.**

Flores spicato-compositi; spiculae uniflorae cum rudimento flosculi secundi jubato; bractea (gluma) bivalvis acuta, bracteola (glumella) brevior minor bipaleacea basi lanata, apice mucronata; paleolae lanceolatae; stigmata 2—3 plumosa. — Vis. fl. dalm. I. pag. 78, g. 45; Koch syn. pl. pag. 907; Rchb. fl. g p. 28, g. 49.

Panicula (thyrsus) spiciformi; valvis bracteae acutis; pilis bracteola triplo brevioribus; foliis involutis. — Radix repens; culmi erecti glabri laeves ad unum alterumve geniculum infracti; folia facie villosula, dorso et ad margines glabra vaginis glabris, ligulis villosis; thyrsus pallidus erectus oblongus, rachis glabra, rami erecti decurrentes, ramuli hispiduli apicem versus incrassati, spiculae oblongae, superne compressae. ♃. In arena mobili ad mare prope Nona. Vis. fl. dalm. 118. — Rchb. fl. g. 157. (Arundo arenaria L.; Ammophila arenaria Lk.; A. arundinacea Host.; Calamag. arenaria Rth.; Phalaris Ammophila Lk.) Mj.-In. **Ps. arenaria Beauv.**

Gen. 791. **Gastridium Beauv.**

Flores in paniculam spiciformem (thyrsum) lobatam congesti; spiculae uniflorae; bractea (gluma) utraque basi ventricosa flosculo multo longior apice compressa mutica; bracteola (glumella) basi glabra, externa sub apice truncato-aristata; stigmata plumosa. — Koch syn. pl. p. 907; Rchb. fl. g. p. 24, g. 45.

Bracteis lanceolatis subulato-acuminatis. — Gramen gracile spithamaeum aut paullo majus; radix fibrosa; culmi teretes; folia scabra vaginis margine membranaceis, duabus superioribus ampliatis, ligulis oblongis; thyrsus sericeo-nitidulus albidus aut flavovirens spicae ad instar contractus, rachis superne angulata. ○. In cultis et incultis asperis litt. cr., veluti ad Flumen, Martinščica, Kraljevica, ad Segniam et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 61 in pascuis locisque herbidis apricis circa Zara et Castel-nuovo di Cattaro. Rchb. fl. g. 131. (G. australe Beauv.; Agrostis australis L.; Milium lendigerum L.) Mj.-Ag. **G. lendigerum Gaud.**

Trib. IX. **Stipaceae Kunth.** *Spiculae convexae a dorso paullisper compressae aut teretes uniflorae absque rudimento flosculi secundi; valva inferior major; bracteae (glumae vel lodiculae) 3, (in Milio tantum 2); styli nulli vel breves; stigmata plumosa e latere spiculae emergentia; caryopsis paleis induratis cartilagineis vel chartaceis arcte involuta.*

Gen. 792. **Milium L. Prohulja.**

Flores paniculati; spiculae uniflorae; bractea (gluma) gemina ventricosa flore longior; bracteola (glumella) bipaleacea, denique cartilaginea mutica, palea inferior ovata ventricoso-convexa; stigmata aspergilliformia; caryopsis corticata. Koch syn. pl. pag. 907; Rchb. fl. g. p. 28, g. 50.

Panicula effusa; paleis acutis; culmo vaginisque laevibus. — Radix lignescens fibris copiosis aucta; culmi teretes erecti; folia laxa, lata, plana, ligulæ oblongæ denticulatæ; panicula viridis erecta, rachis apicem versus scabriuscula, rami filiformes, primo erecti, dein patentes, tandem divaricati; spiculae ovatae muticæ. ♃. In sylvis umbrosis circa Crisium et Kalnik; in sylva Tuškanec ad Zagrabiam, et alibi in sylvis frondosis montanis in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia ad margines vinearum prope Virovitic; in sylvis montanis comitatus Syrmiensis (Kan.), nec non in illis ad Daruvar, Pakrac et Kamensko. Vis. fl. dalm. 63 in herbidis montis Mossor. Rchb. fl. g. 159. Mj.-In.
M. effusum L.

Panicula conferta pauciflora; culmo vaginisque scabris. — Radice fibrosa; culmi erecti pedales aut sesquipedales et non raro multo breviores; folia angusta linearia scabrida, ligulae oblongae sublacerae; panicula contracta ramis erectis rachi fere adpressis, spiculae oblongae muticae. ☉ v. ♂. Ad littus maris prope Portoré et in platea Castelli ibidem (1864). In.-Il. . **M. confertum Guss.**

Observ. Praecedente multo gracilius et minus, pauciflorum rigens scabrumque; hinc nequaquam M. confertum Mill., quod est præcedente elatius et robustius.

Gen. 793. **Piptatherum Beauv. Sćevar.**

Flores paniculati; spiculae uniflorae; bractea (gluma) bivalvis utrinque convexa et ventricosa valvis ovato-lanceolatis acuminatis; bracteolae (lodiculae vel glumellae) 3, palea inferior apice aristata, arista basi articulata decidua; stigmata plumosa; caryopsis paleis chartaceis involuta. Koch syn. pl. pag. 908.

Bractea (gluma) exteriore 5-nervi; paleis glabris. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri pluribus geniculis intercepti; folia ad

margines scabra vaginis glabris, ligulis brevibus obtusis pubescentibus; paniculae multiflorae, rachis inter dentes inferiores laevis, inter superiores scabra; rami graciles tortuosi, elongati, scabri et patentes; spiculae oblongae virides vel purpurascentes. ♃. In dumetis locisque asperis litt. cr., veluti ad Portoré, Novi, Cirkvenica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 62 in iisdem locis simulque ad sepes et muros totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 161. (Agrostis miliacea L.; A. oseroensis Seen.; Milium arundinaceum Sibth.; M. multiflorum Caven.) Mj.-In. **P. multiflorum Beauv.**

Bractea (gluma) utraque nonnisi 3-nervi; paleis pubescentibus. — Radix fibrosa fibris validis; culmi erecti teretes scabriusculi; folia lata glabra dorso laevia, facie et ad margines scabra; vaginae scabrae ciliatae; ligulae brevissimae; panicula elongata nutans pauciflora, florens diffusa, ante et post contracta, rachis longissima subteres, aculeis exasperata, rami elongati, capillares scaberrimi; spiculae ovatae luteo-virides. ♃. In sylvis frondosis montanis Croatiae, praesertim australis, veluti in monte Klek, Merzin et in Farkašić-draga prope Zavalje, nec minus circa Flumen in valle Rečica, ad Lopazza et Grahovo. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis comitatus Syrmiensis. (Kan.) Vis. fl. dalm. III. p. 336 in sylvis umbrosis agri Ragusini. Rchb. fl. g. 162. (Milium paradoxum L.; Agrostis paradoxa L.; Urachne virescens Trin.; U. paradoxa Lk.) Mj.-In. . . . **P. paradoxum Beauv.**

Gen. 794. **Stipa L. Kovilje.**

Flores paniculati; spiculae uniflorae; bractea (gluma) bivalvis flore longior valvis acutis vel ex apice aristatis; bracteola bipaleacea, denique cartilaginea; palea inferior cylindrico-convoluta terminata arista torta, basi articulata, sed persistente; lodiculae 3; caryopsis paleis cartilagineis arcte involuta. — Koch syn. pl. p. 908; Rchb. fl. g. pag. 28, g. 51.

1 Aristis plumosis villosisve 2
Aristis nudis glabrisque 3

2 Aristis longis basi contortis et una cum bracteola exteriore villosis superne glabris. — Radix fibrosa annua; culmi erecti spithamaei pedalesve; folia canaliculata, facie pubescentia, dorso scabriuscula; panicula contracta spiciformis basi involuta; spiculae oblongae aculeis exasperatae glochidatae vestimentisque

adhaerentes. ☉. Vis. fl. dalm. III. p. 337 in apricis saxosis aridis insulae Lesina. (St. paleacea Sibth.) Apr.-Mj. **St. tortilis Desf.**

Aristis longissimis plumosis, basi ad quartam longitudinis partem nudis. — Radix fibrosa perennis; culmi erecti, inferne glabri, superne hispiduli; folia glabra, glauca, rigida, canaliculata; ligulae brevissimae ciliatae; panicula longissima flavo-virens aristis sericeo-plumosis; spiculae cylindricae. ♃. In pratis sterilibus collibusque herbidis lapidosis, veluti circa Lobor et Radoboj; in monte Ošterc ad Rude, in monte Klek, in Vrebačka-staza et alibi in Croatia, praesertim australi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in montibus ad Čerević et circa Karlovic. Vis. fl. dalm. 64 in collibus, montibus locisque apricis totius Dalmatiae. — Rchb. fl. g. 165. Mj.-In. . . . . **St. pennata L.**

3 Aristis longissimis genuflexis; palea inferiore inferne lineis 5 sericeis notata. — Radix fibrosa; culmi scabriusculi foliorum vaginis tecti erecti aut obliqui; folia compresso-canaliculata superne in cuspidem attenuata, dorso glabra, facie pilosa, ad margines carinamque scabra; vaginae scabrae et margine externo ciliatae; ligulae oblongae villosae; panicula longissima nutans, ramis filiformibus scabris; spiculae oblongae teretiusculae. ♃. In collibus arenosis sterilibus ad Gornja-Jelenska et Šartovec in Moslavina. In Slavonia in arvis sterilibus circa monasterium Duzluk, circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 164. (St. juncea Flor. germ.) In.-Il. . . . . **S. capillata L.**

Aristis erectis flore duplo longioribus; paleis undique adpresso-puberulis. — Radix fibrosa fibris tenuisissimis; culmi erecti glabri laeves; folia convoluto-filiformia scabra vaginis margine ciliatis, ligulis brevissimis truncatis; panicula erecta contracta virescens ramis secundis angulatis; spiculae oblongae. ♃. In locis asperis apricis litt. cr. et Croatiae australis, veluti circa Flumen, Svilno, Praputnik, Karlobago, nec non ad Vrebačka-staza et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 66 in dumetis insulae Cherso; ad sepes circa Zara et Stretto di Morter. Rchb. fl. g. 163. (Calamagrostis gracilis Seen.; Agrostis bromoides L.) Il.-Ag. **St. Aristella L.**

Gen. 795. **Lasiagrostis Lk. Hrapovača.**

Flores paniculati; spiculae uniflorae; bractea (gluma) bivalvis flore longior valvis acutis, inferiore majore; (bracteola (glumella) bipaleacea, denique subcoriacea, palea inferior dorso pilis elongatis obsita, aristam sub apice emittens

validam, basi tortilem, genuflexam, non articulatam; paleolae (lodiculae) 3; caryopsis paleis arcte involuta. — Koch syn. pl. pag. 909; Rchb. fl. g. pag. 29, g. 52.

Aristis bractea duplo-longioribus nudis; antherarum loculis apice piloso-penicellatis; bracteolae valva exteriore barbata; foliis planis. — Gramen speciosum; radix lignescens fibrosa; culmi 2—3 pedales et ultra glabri, sed apicem versus scabriusculi; folia cuspidata, facie pilis paucis inspersa, in dorsi basi ad carinae latus pilis densis cincta; ligula obtusa; panicula longissima, erecta sericea vel viridi-argentea, rachis scaberrima, rami breves, pilosi, patuli; spiculae lanceolatae acuminatae. ♃. In rupestribus subalpinis tractus montium Velebit haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 65 in rupestribus aridis montis Biokovo, in collibus prope Imoschi et Cattaro. Rchb. fl. g. 166. (Agrostis Calamagrosis L.; Stipa. Calamagrostis Wahlb.; Calamag. montana Host; Arundo speciosa Schrad.; Achnatherum Calamagrosis Beauv.) In.-Il.. . . . . **L. Calamagrostis Lk.**

Trib. X. **Arundinaceae Kunth.** *Spiculae biflorae; styli elongati; stigmata aspergilliformia in medio, vel supra medium floris emergentia.*

Gen. 796. **Phragmites Trin. Trska ili Trstica.**

Flores paniculati; spiculae 3—7-florae; bractea (gluma) bivalvis, flos inferior masculus nudus, sequentes hermaphroditi pilis elongatis cincti; bracteola (glumella) bipaleacea mutica, palea inferior apice integra; stylus longus; stigmata aspergilliformia. — Koch syn. pl. p. 909; Rchb. fl. g. p. 54, g. 100.

Panicula effusa; foliis planis glabris cuspidatis; 4—5-floris. — Radix crassa valde repens simulque stolonifera; culmi altissimi, fistulosi, scabri, erecti; folia tantum superne ad margines scabra; vaginae glabrae, loco ligulae series pilorum brevissimorum; panicula ampla laxa, violacea, demum rufa, spiculae oblongae acuminatae. ♃. In stagnis, fossis, lacubus et ad ripas fluviorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 117 in fluviis locisque inundatis palustribus totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 369. (Arundo Phragmites L.; Cynodon Phragmites Rasp.) Il.-Ag. . . . . **Ph. communis Trin.**

Gen. 797. **Arundo L. Trskovača.**

Flores paniculati; spiculae 2—7-florae flosculis omnibus hermaphroditis, bractea (gluma) bivalvis convexo-compressa, flosculos adaequans; bracteola (glu-

mella) bipaleacea, apice 3-fida laciniis mucronatis, intermedia in aristam setaceam longiorem producta, basi pilis persistentibus barbata; paleolae (perigonium) lanceolatae; styli elongati; stigmata aspergilliformia. Koch syn. pl. p. 909; Rchb. fl. g. p. 54, g. 101.

Foliis lanceolatis longe attenuatis; spiculis subtrifloris. — Radix crassa lignosa; culmi erecti altissimi basi lignosi, vaginis foliorum tecti fistulosi septisque horizontalibus intercepti; folia longissima scabra, ad margines aculeata, basin versus ciliata; panicula amplissima purpurascens erecta, rachis scabra, ad ramorum basin pilosa, superne angulata; spiculae oblongae acuminatae. ♃., In stagnis locisque palustribus Croatiae australis, veluti ad catarractas Sluinčicae, ad lacus Plitvicenses et ad ripas fluvii Gačka prope Otočac; teste clar. Noë in vineis ad Flumen, sed a nobis ibidem non visa. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 115 ad catarractas fluminum Kerka, Cettina et Narenta. Rchb. fl. g. 371. (Donax arundinacea Beauv.; Scolochloa arundinacea M. K.; Sc. Donax Gaud.) Oct.-Nov. . . . . **A. Donax L.**

Foliis lato-linearibus longe attenuatis, panicula anguste oblonga; spiculis 1—2-floris. — Praecedente multo gracilior, folia angustiora; panicula elongata sub anthesi patens, dein contracta; spiculae multo minores, sordide albentes; valvae bractearum subaequales; culmus gracilis inferne semifarctus. ♃. In litt. cr. ad mare prope Flumen et Bukari. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 116 in maritimis insulae Cherso et San Pietro prope Ragusa. Rchb. fl. g. 370. (A. Plinii Vilm.; A. collina Ten.; A. mauritanica Desf.; Calamagrostis mauritanica Spr.; Donax mauritanica Presl.) Sept.-Nov. . . . . **A. Pliniana Turra.**

Trib. XI. **Festuceae Kunth**. *Spiculae bi-multiflorae pedicellatae, flore terminali saepe tabescente; bracteae valvulae flore proximo breviores; styli brevissimi vel nulli; stigmata e basi floris utrinque egredientia.*

Gen. 798 **Briza L. Treslica.**

Flores paniculati, bractea (gluma) 2-valvis 3-multiflora floribus muticis in spiculam distichам dense imbricatis bipaleaceis, palea inferiore ovata obtusa, inflato-ventricosa, basi auriculato-cordata, interiore ovato-oblonga; paleolae acutae; ovarium glabrum; styli breves; stigmata undique plumosa ad latera floris

emergentia. — *Vis. fl. dalm. I. p. 84, g. 48; Koch syn. pl. p. 924; Rchb. fl. g. p. 48, g. 90.*

1 Foliorum ligulis elongatis lanceolatis acutis; radice annua . . 2
Foliorum ligulis brevissimis truncatisque; radice bienni aut plane perenni. — Radix tenuis fibris copiosis aucta; culmi 1—2-pedales erecti glabri; folia brevia erecta glabra, ad margines et superiorem carinae partem aspera vaginis glabris laevibus; panicula erecta patens, rachis flexuosa angulata scabra, rami graciles, ramuli apice incrassati nutantes; spiculae subcordato-ovatæ 5—9-florae purpurascentes, bractea flosculis breviore. ♂ v. ♃. In pratis, collibus et ad margines agrorum totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl cr. — Vis. fl. dalm. 135 in graminosis sylvaticis circa Mavice prope Vrlika, in monte Dinara et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 327. Mj.-Il. . . . . **B. media L.**

2 Panicula erecta ramosissima; spiculis 7—9-floris 3
Panicula apice nutante subsimplici; spiculis oblongo-cordatis 13—17-floris. — Radix fibrosa; culmi pedales et ultra erecti, glabri, laeves; folia plana lata mollia, ad oras scabra; rachis paniculae compressa flexuosa scabra, rami pauci graciles plerique tantum unica spicula terminati; spiculae magnae speciosae nitidæ et e viridi flavescentes bracteis basi fusco-ferrugineis, in umbrosis viridibus, flosculos subaequantibus. ☉. In graminosis asperis totius littoralis croatici. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 134 in collibus locisque herbidis apricis circa Zara, Derniš, Sebenico, Spalato, Almissa, Ragusa, nec minus in istis insulis. Rchb. fl. g. 328. Mj.-In. . . . . **B. maxima L.**

3 Spiculis exacte triangulis; bracteis flosculis longioribus. — Radix gracilis fibrosa; culmi humiles, 4—6-pollicares, rarius ultra, glabri, laeves; folia canaliculata, tantum superne ad oras carinamque scabra vaginis glabris laevibusque; rachis paniculae flexuosa, angulata, scabra, rami graciles, ramuli apice incrassati nutantes; spiculae glabrae, nitidae et ex albo, viridi et purpureo variegatae ☉. In locis graminosis asperis litt. cr., veluti circa Flumen, versus Voloska, ad Tersat, Crnik, Hrelin, Novi et Segniam. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 325. Mj.-In. **B. minor L.**
Spiculis ovato-subrotundis; bracteis flosculos aequantibus. — Radix fibrosa fibris gracillimis; culmus tenuis 4—6-pollicaris, rarius ultra; panicula ramosissima, rachis aspera, rami filiformes; spiculae ex albido et viridi variae. Praecedenti persimilis et non-

nisi forma spicularum ab illa diversa. ○. Vis. fl. dalm. 136 in pratis humidis circa Narenta. Rchb. fl. g. 326. Mj.-In. **B. viridis L.**

Gen. 799. **Eragrostis Beauv. Kosmatka.**

Flores paniculati; bractea (gluma) bivalvis 2-multiflora valvis flore proximo brevioribus, deciduis; spiculae ovatae vel lanceolatae, dorso carinato-compressae, margine interiore ventricosae; bractea bipaleacea, palea inferiore decidua, superiore cum axi persistente; ovarium glabrum; styli breves; stigmata plumosa ad basin floris egredientia; axis non articulatim secedens. Koch syn. pl. pag. 924; Rchb. fl. g. p. 48, g. 89.

1 Ramis paniculae solitariis geminisve; floribus obtusis; foliis margine glanduloso-denticulatis 2

Ramis paniculae inferioribus semiverticillatis quaternis quinisve; spiculis linearibus 5—12-floris, floribus acutiusculis. — Radix fibrosa; culmi teretes gabri basi decumbentes, dein adscendentes simplices vel ramosi; folia ad basin utrinque pilorum fasciculo barbata, vaginis barbatis, ligulis brevibus; panicula purpurascens, aequalis oblonga valde ramosa ramis ad basin pilosis, in fructu patulis, rachis flexuosa, superne angulata scabra. ☉. In locis cultis, praesertim in oleraceis, ad vias et in sylvis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 342. in cultis et ad vias ditionis Ragusinae. Rchb. fl. g. 322. (E. verticillata Beauv.; Poa verticillata Cav.; Poa pilosa L.) Il.-Ag. **E. pilosa Beauv.**

2 Floribus in apice obtuso subemarginato breviter mucronatis; spiculis 15—20-floris. — Radix fibrosa; culmi teretes glabri ramosi, alii decumbentes, alii adscendentes, plerique erecti; folia lata, plana, glabra, dorso laevia, facie scabra, ad oras tuberculata et inter tuberculos (glandulas) minutissimis denticulis exasperata; vaginae ad margines pilosae, ligulae loco series pilorum brevissimorum; panicula aequalis ramis alternis patentibus; spiculae livide-purpureae subcordato-lanceolatae flosculis basi nudis nervosis obtusis. ☉. In cultis litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari, Novi et alibi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in cultis circa Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 127 copiosissime in agris littoralis Dalmatici. Rchb. fl. g. 324. (E. major Host; Briza Eragrostis L.; Poa Eragrostis Alsch.; P. megastachya Koel.; Megastachya Eragrostis Beauv.) In.-Ag. **E. megastachya Lk.**

Floribus obtusis apice non mucronatis; spiculis lanceolato-linearibus nervosis basi nudis 10—20-floris. — Radix fibrosa caespitosa; culmi subteretes, glabri, laeves simplices vel ramosi, plerique decumbentes aut plane prostrati; folia brevia plana, ad oras scaberrima, dorso pilosa; vaginae subcompressae pilosae et ad oras barbatae; ligulae brevissimae, truncatae, pilosae; panicula aequalis ramis alternis patulis, rachis flexuosa, tantum superne aculeata; spiculae lividae, vel virides et ex fusco purpureae. ⊙. In cultis, vineis campisque arenosis totius Croatiæ et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 126 ad vias, in hortis et agris Dalmatiae montanae, copiosissima ad Derniš et alibi. Rchb. fl. g. 323. (E. minor Host; Poa Eragrostis L.; Er. pooides Beauv.) Il.-Ag. . . . . **E. poaeformis Lk.**

Gen. 800. **Poa L. Vlasnjača.**

Flores paniculati; bractea (gluma) bivalvis bi-multiflora valvis flore proximo brevioribus; flores ovati vel lanceolati dorso carinato-compressi cum articulo axeos, denique articulatim secedentis, decidui; bracteola (glumella) bipaleacea; ovarium glabrum; styli breves vel nulli; stigmata plumosa ad basin flosculi egredientia Koch syn. pl. p. 925, Rchb. fl. g. p. 45, g. 88.

1 Spiculis pedicellatis in paniculam sparsim dispositis: floribus liberis, vel pilis lanatis crispis cochaerentibus, acutis vel acuminatis 2

Spiculis pedicello brevissimo crasso insidentibus in paniculam confertam, e spicis simplicibus unilateralibus formatam dispositis; rachi spicarum compressa flexuosa rigida. — Radix fibrosa; culmi rigidi caespitosi humiles compressi, glabri vaginis foliorum tecti, nonnulli terrae arcte adpressi, alii adscendentes, pauci erecti; folia canaliculata glabra, tantum superne ad oras carinamque scabra; vaginae compressae, ligulae breves; panicula spicata secunda compacta rigida simplex; spiculae sessiles alternae lanceolatae obtusae 3—5-florae virides flosculis nudis nervosis. ⊙. In pascuis et ad vias totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 129. — Rchb. fl. g. 224. (Sclerochloa dura Beauv.; Cynosurus durus L.; Festuca dura Vill.; Sesleria dura Kunth.) Mj.-In. . . . . **P. dura Scop.**

2 Radice repente simulque stolonibus elongatis longe lateque repentibus aucta 3

Radix fibrosa, stolonibus nullis 5

3 Floribus dense pubescentibus lanaque longe protrahenda connexis 5-nerviis 4

Floribus dorso margineque basin versus tenuiter puberulis liberis, rarius lana parca subcochaerentibus obsolete nervosis. — Culmi obliqui compressi glabri. ad genicula aliquot infracti, nonnulli erecti, alii basi decumbentes et ex geniculis terrae adpressis radices ramosque agentes; folia brevia canaliculata, ad oras carinamque scabra vaginis compressis glabris, ligulis brevibus; panicula subsecunda pauciflora contracta ramulis subgeminatis, spiculis oblongo-ovatis sub-5-floris. ♃. In locis siccis incultis, in arvis sterilibus et in pascuis lapidosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 122 in pratis et pascuis apricis circa Zara, Derniš, Mavice et Vrlika. Rchb. fl. g. 314. Mj.-In. . . . . **P. compressa L.**

Observ. variet. β. purpurascens, est: P. rubens Alsch.

4 Nervis flosculorum prominulis; ligulis truncatis abbreviatis; ramulis paniculae subquinatis, semiverticillatis scabriusculis. — Radix valde repens; caules erecti teretes laeves; folia glabra, ad oras carinamque scabra; panicula aequalis laxa, apice subnutans, ramulis erecto-patulis; spiculae ovatae sub-5-florae, nunc pallide virentes, nunc flavidae, nunc rubro-variegatae. ♃. In pratis, pascuis, ad margines viarum et agrorum totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 124. — Rchb. fl. g. 317. (P. glabra et P. humilis Ehrh.; P. trivialis Leys.) Mj.-In. . . . . **P. pratensis L.**

Observ. variet. β. foliis radicalibus brevibus planis glaucis caesiisve, est: P. depressa Presl. (P. subcaerulea Engl. bot.)

Variet. γ. foliis radicalibus complicato- vel convoluto-setaceis, margine scabris, vaginis striatis laevibus, panicula patente, est: P. setacea Kit. occurritque in graminosis asperis vallis Farkašić-draga prope Zavalje in Croatia australi.

Variet. δ. panicula contracta subspiciformi, foliis omnibus angustissimis glaucescentibus, demum convolutis, est: P. strigosa Hoffm. occurritque in locis asperis apricis litt. cr. ad Karlobago et Sv. Juraj.

Nervis lateralibus flosculorum obsoletis; ligulis brevibus, superiore ovata; ramulis paniculae subgeminis laevibus. — Radix repens fibrisque copiosis aucta, plures culmos et foliorum fasciculos agens; culmi erecti subteres basique subaequales; folia brevia glabra,

ad oras carinamque scabra, vaginae compressae carinatae; ligulae acutae; panicula oblongo-ovata laxiuscula, rachis scabra, rami sub anthesi patentes, dein erecti rachique fere adpressi; spiculae late ovatae 5—9-florae nitidae et ex albido purpureoque variae, flosculi basi sericei. ♃. Vis. fl. dalm. 120 in collibus locisque apricis saxosis circa Sebenico, nec non in montibus Velebit et Biokovo. Rcbh. fl. g. 309. (P. badensis W.; P. cenisia All. et Bertol.; P. stolonifera Bell.; P. distichophylla Gaud.; P. alpina Alsch.) Apr.-In. . . . **P. collina Host.**

5 Ramis paniculae inferioribus quinis scabris, vel quinis semiverticillatis, rarius ternis 6

Ramis paniculae solitariis geminisve 10

6 Bracteis obsolete 5-nerviis et praeter lanam, illos quandoque constringentem, glabris simulque linea in nervo dorsali et utrinque in nervo marginali sericeo-pubescente praeditis 7

Bracteis nervis 5 vallidis instructis, secus glabris aut basi obsolete pilosis, linea autem pilosa marginali exacte destitutis . 9

7 Ligulis foliorum oblongis acutis; culmis vaginisque glabris. — Radix fibrosa caespitosa; culmi erecti teretes laeves ex inferioribus geniculis non raro ramos florigeros promentes; folia plana scabra ligulis denticulatis; panicula aequali laxa ramulis erecto-patulis; spiculae ovali-lanceolatæ subtriflorae flosculis basi villo nexis obsolete nervosis flavescentibus. ♃. In pratis humidis, in graminosis fertilibus et ad ripas fluviorum circa Crisium, St. Helenam, Zagrabiam et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in prunetis et ad margines vinearum circa Karlovic et Semlin (Kan.), nec minus circa Lipik, Pakrac et Daruvar. Vis. fl. dalm. 125 in pratis udis circa Narenta et Vrlika. Rchb. fl. g. 316. (P. serotina Ehrh.; P. palustris Koel.; P. effusa Kit.; P. angustifolia Wahlb.) Il.-Ag. . . . . **P. fertilis Host.**

Ligulis foliorum brevissimis aut plane subnullis; culmis subcompressis, ad nodos denudatis et una cum vaginis laevibus . . 8

8 Vaginis foliorum internodio longioribus et nodos culmeos tegentibus; suprema folio suo longiore. — Radix fibrosa caespitosa; culmi caesii, erecti aut adscedentes, superne scabri, rarius omnino laeves; panicula patens vel subcoarctata ramis scabris; flores obsolete nervosi, margine dorsoque pubescentes. ♃. Ad rupes in montibus Zagrabiensibus teste clar. Klinggræff, sed a nobis

in Croatia nec dum lecta. Rchb. fl. g. 313. (P. aspera Gaud.) Il.-Il. . . . . **P. caesia Sm.**

Vaginis foliorum internodio brevioribus, nodis culmi denudatis, vagina suprema folio suo breviore; ligula brevissima vel subnulla. — Radix caespitosa breviter stolonifera, fibris capillatis firmata; culmi erecti superne nudi; folia brevia plana ad oras costamque scabra; panicula elongata laxiflora stricta demum nutans ramulis scabris; spiculae acutae trinerviae virentes vel ex purpureo variae. ♃. In sylvis, dumetis locisque herbidis totius Croatiae et Slavoniæ. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 342 in sylvaticis montis Velebit. Rchb. fl. g. 315. In.-In. **P. nemoralis L.**

Observ. Admodum variabilis; distinquuntur autem:

Variet. α. forma vulgaris et genuina, gramineo-viridis, culmis debilibus et tenuibus cum panicula nutante, spiculisque bifloris, et est: P. nemoralis L. (genuina).

Variet. β. firmula, gramineo-viridis, culmis rigidis, vaginis foliorum glaqris; panicula erecta; spiculis 3—5-floris et est: P. firmula Gaud. (P. caespitosa Poir.)

Variet. γ. glauca, magis minusve glauco-viridis, culmis rigidis, panicula erecta, demum nutante, spiculis copiosis dense obsita, et est: P. glauca Sm., et tandem,

Variet. δ. montana, culmis gracilibus; panicula rara, spiculis magnis 2—5-floris parce obsita, est: P. montana Gaud.

9 Ligula vaginarum superiorum protracta, oblonga acuta; vaginis subcompressis, scabris. — Radix fibrosa; culmi subcompressi erecti glabri, superne scabri, rarius basi decumbentes et e geniculis terrae adpressis radices agentes; folia canaliculata; panicula aequalis laxa ramulis subquinis, semiverticillatis erectis; spiculae ovatae subsexflorae. ♃. In pratis, dumetis et sylvis, praesertim humidis et ad margines viarum totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 123. — Rchb. fl. g. 318. (P. dubia Leers.; P. scabra Ehrh.; P. pratensis Pollich.) Apr.-Mj. . . . . **P. trivialis L.**

Ligulis brevibus; fasciculis foliorum sterilibus distichis, planocompressis; vaginis ancipitibus. — Radix fibrosa; culmi erecti compressi; folia e basi lanceolato-lineari sensim attenuata acutissima, fasciculorum sterilium sub anthesi plerumque emarcida; spiculae ovato-oblongae 2—5-florae floribus elevato-5-nerviis, basi pilis lanatis parce adspersae. ♃. In sylvis montanis circa

Radoboj, Krapina et Pregrada, nec non illis montis Ivanščica et Ljubelj. Rchb. fl. g. 319. Il.-Ag. . . . **P. hybrida Gaud.**

10 Radice perenni; panicula oblongo-ovata: spiculis ovatis; flosculis basi villo connexis . . . , ... 11

Radice annua; panicula subsecunda ramulis demum divaricatis; spiculis oblongis; flosculis basi nudis. — Radix fibrosa gracilis; culmi subteres glabri ad unum alterumve geniculum infracti, nonnulli erecti, alii adscendentes, plerique decumbentes; folia mollia glabra ad oras et superiorem carinae partem scabra; vaginae compressae laeves, ligulae oblongae acutae; panicula erecta; rachis superne scabra, rami primo erecti, dein patentes, tandem divaricati; spiculae compressae acutae 3—5 florae et ex albo et viridi variae. ☉. In cultis, ad vias et in ruderatis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 121. Rchb. fl. g. 305. (P. variegata Scr.) Apr.-Oct. . . **P. annua L.**

11 Culmo basi aequali; spiculis late ovatis 5—9-floris; villo flosculorum sericeo. — Radix fibrosa; culmus erectus subteres glaber; folia canaliculata glabra, subito iu apicem acutum contracta, ligulae inferiores truncatae, superiores oblongae acutae, fasciculi foliorum basi cum culmo florente vaginis communibus inclusæ; panicula erecta, sub anthesi patentissima. ♃. In pratis subalpinis tractus montium Velebit, veluti in Samar, Visočica, Debelo-brdo Sveto-brdo et Pliešivica. Rchb. fl. g. 308. Mj.-In. . **P. alpina L.**

Observ. variet. β. foliis brevibus latis rigidis, margine albo cartilagineo cinctis, ligulis fasciculorum sterilium longioribus paullo exsertis, sed tamen truncatis, est: P. baldensis Haenke. occurritque in iisdem locis ac species illaque frequentius.

Variet. γ. floribus in gemmas foliaceas mutatis, est: P. alp. vivivara L.

Culmo una cum foliorum fasciculis basi bulbosisis; spiculis ovatis sub-5-floris, floribus oblongo-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus lanaque copiosa longe protrahenda cohaerentibus. -- Radix fibrosa; culmi erecti, teretes, laeves; folia brevia glabra; vaginae laeves, culmeae superiores teretes, radicalium foliorum ampliatae incrassatae simulque unitae bulbum efficientes; panicula erecta patens ramis scabris; spiculae ex albibo et rubello variae. ♃. In pascuis, collibus incutis, in ruderatis et ad vias totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 119. Apr.-Mj. . . . . **P. bulbosa L.**

Observ. variet. β. flosculis viviparis, i. e. floribus in gemmas foliaceas mutatis, est: P. bulb. vivipara Host.

Gen. 801. **Glyceria R. Br. Pirevina.**

Flores paniculati; spiculae teretiusculae multiflorae sub anthesi pyramidatae muticae; floribus obtusis, dorso cylindricis, introrsum sub ventricosis; bractea (gluma) bivalvis, bractcola (glumella) bipalcacea obtusa margineque membranacea; paleolae connatae truncatae; stigmata undique plumosa. — Vis. fl. dalm. I. p. 83, g. 47; Koch syn. pl. p. 932; Rchb. fl. g. 45, g. 86.

1 Spiculis 4—11-floris. 2

Spiculis nonnisi 2-floris, rarissime plurifloris linearibus. — Radix fibrosa; culmi glabri laeves inferiore parte decumbentes et ex geniculis radices et ramos agentes; folia plana glabra, ad oras carinamque scabriuscula vaginis compressis, laxis; panicula verticillata patente, rachi tereti glabra et laevi; spiculae ovatae violaceae, apice albidae; bracteae obtusae erosae, bracteolae apice scariosae obtusae muticae bractea longiores. ♃. In aquis stagnantibus, in rivulis locisque inundatis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 91 in aquosis circa lacum Boccagnazzo. Rchb. fl. g. 296. (Catabrosa aquatica Beauv.; Aira aquatica L.; Molinia aquatica Wib.; Hydrochloa airoides Hart.; Colpodium aquaticum Trin.; Glyc aquatica Presl.) In.-Il.

G. airoides Rchb.

2 Panicula aequali aut saltem subaequali s. verticillata, floribus obtusis 3

Panicula secunda ramis sub anthesi rectangulo-patentibus; spiculis 7—11-floris ramo adpressis, floribus lanceolatis acutiusculis. — Radix repens; culmi teretes glabri ex inferioribus geniculis radices agentes; folia scabra, novella simpliciter plicata vaginis carinatis, ligulis oblongis acuminatis; panicula longissima secunda nutante; spiculae lineares virides flosculis imbricatis margine nitidis septemnerviis. ♃. In rivulis, fossis et aquis stagnantibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 130 ad fossas et in aquosis circa Derniš et Knin. Rchb. fl. g. 300. (Festuca fluitans L.; Hydrochloa fluitans Host; Poa fluitans Scop.) In.-Ag. . . . . **G. fluitans R. Br.**

3 Panicula aequali non verticillata 4

Panicula evidenter verticillata, ramis inferioribus subquinis. — Radix repens; culmi basi decumbentes radicantes glabriusculi;

folia novella pluries plicata vaginis carinatis glabris, ligulis elongatis acutis; panicula oblonga, rachis glabra laevis; spiculæ 7—11-florae floribus ovali-oblongis obtusissimis obsolete 3-crenatis, 7-nerviis, nervis validis prominentibus. ♃. In aquis stagnantibus in Lonjsko-polje copiosissime. (1865.) Koch syn. pl. p. 932, g. 50, n. 2. In.-Il. . . . . **G. plicata Fr.**

4 Floribus obsolete 5-nerviis; radice fibrosa, stolonibus destituta . 5

Floribus 7-nerviis, nervis validis; radice repente. — Radix crassa valde repens; culmi altissimi erecti glabri, inferne subcompressi; folia lata glabra, ad oras et superiorem carinae partem scabra vaginis carinatis, ligulis cuspidatis; panicula ampla ramosissima, rachis superne ad angulos scabra; spiculae oblongae viridulae aut ex fusco purpurascentes, 5—9-florae floribus obtusis. ♃. Ad fossas et rivulos, nec non in stagnis circa Guščerovec prope Crisium, circa Božakovinam, Zagrabiam et alibi in Croatia haud rara, praesertim in campo Podravano et Posavano et in Moslavina. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis circa Daruvar, in palude Jašova et Palaša, ad ripas Dravi et Danubii, et circa Vukovar (Kan.), nec non circa Lipik et Pakrac. Rchb. fl. g. 301. (G. spectabilis M. et K.; Poa aquatica L.; P. altissima Moench.; Molinia maxima Hartm.; Hydrochloa aquatica Hartm.) Il.-Ag. **G. altissima Schloss. et Vukot.**

5 Panicula patente, ramis fructiferis rachi adpressis vel erecto-patulis; floribus lineari-oblongis obtusis apiceque subtricrenatis. — Radix teres fibris copiosis aucta; culmi glabri teretesque basi decumbentes et ex geniculis inferioribus radices agentes, pauci breves erectique, plurimi sesquipedales aut longiores; folia crassa firma profunde stricta, facie scabra ligulis oblongis pubescentibus; panicula elongata erecta, rachis superne gracilis, scaberrima; spiculae nitidae e viridi flavoque variae 5—7-florae floribus imbricatis obsolete nervosis. ♃. Vis. fl. dalm. 133 in pratis udis circa Zemonico prope Zara. Rchb. fl. g. 297. (G. capillaris DC.; Poa festucaeformis Host; Festuca Hostii Kunth.; F. palustris Seen.) Mj.-In. . . . . . **G. festucaeformis Heynh.**

Panicula divaricata, ramis fructiferis deflexis; floribus ovato-oblongis truncato-obtusis. — Radix fibrosa; culmi teretes glabri ad unum alterumve geniculum infracti, inferiore parte decumbentes radices ramosque agentes; folia scabra vaginis glabris, ligulis obtusis; panicula erecta, rami graciles; spiculae com-

pressae sub-5-florae flosculis distinctis, obsolete nervosis et colore virescente et atro-purpureo pictis. ♃. In locis humidis, inundatis et ad stagna in Croatia haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis circa Karlovic (Kan.), nec minus in illis circa Kutinja, Poljana et Gaj. Vis. fl. dalm. 132 in salsis maritimis prope Zara, Sebenico circa lacum Morinje, Trau, Spalato ad Paludi, Salona, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 298. (P. distans L.; P. salina Pollich.; P. retroflexa Curt.; Festuca distans Kunth.; Molinia distans Hartm.) Mj.-In. . . **G. distans Wahlb.**

Gen. 802. **Molinia Schrk. Bezkolienka.**

Flores paniculati; spiculae conico-subulatae 2—4-florae muticae flosculis valde remotis; bractea (gluma) bivalvis, bracteola (glumella) bipaleacea, acuta, bracteolae basi ventricosae coriaceae, exterior apice integra; paleolae oblique obcordatae distinctae; ovarium glabrum; stigmata colorata pilisque denticulatis plumosa; caryopsis libera bicuspidata. — Vis. fl. dalm III. p. 343; Rchb. fl. g. p. 44, g. 85.

Panicula coarctata; bracteis obsolete 3-nerviis; foliis utrinque læviusculis viridibus 9-nerviis. — Radix fibrosa fibris crassis tenacibus; culmus subnudus erectus uninodus basi bulbi adinstar incrassatus; folia dura, ad oras scabra et pilosa, dorso glabra, ligulae loco series pilorum brevissimorum; panicula oblonga erecta contracta; rachis superne angulata ramis modo brevibus rachique adpressis, modo longioribus patentibus; spiculae subtriflorae 9-nerviæ atro-violaceæ. ♃. In sylvis pratisque sylvaticis humidis circa Crisium, Toplikam, Zagrabiam et alibi in Croatia etiam australi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis ad Selce et Ćerević. (Kan.) Vis. fl. dalm. in sylvis agri Ragusani. Rchb. fl. g. 294. (Melica et Aira caerulea L.; Enodium caeruleum Gaud.) Il.-Ag. . . . . . **M. caerulea Mnch.**

Panicula longissima; bracteis distincte 3-nerviis; foliis utrinque scabris caesiis 13-nerviis. — Radix lignescens fibris crassis tenacibus repentibus aucta; culmi erecti altissimi teretes glabri uninodi basi subincrassati; folia longissima in cuspidem longam attenuata, ad oras scabriuscula, secus glabra, basi utrinque pilosa, ligula brevissima; panicula longissima, spithamaea pedalisve aut plane ultra, rachis angulosa, rami filiformes laxi scabrique; spiculae acuminatae laxiflorae ex viridi et purpureo variae. ♃. In solo, praesertim argillaceo, in montosis collibusque apricis, in

sylvis et vineis circa Crisium, Toplikam, Krapinam, Zagrabiam, ad Podsused et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. in sylvaticis circa Trau. Rchb. fl. g. 295. (Molinia arundinacea Schkr.; M. altissima Lk.; Enodium sylvaticum Lk.) Il.-Ag. **M. littoralis Host.**

Gen. 803. **Diplachne Beauv.**

Flores paniculati; spiculae multiflorae compressae; bractea (gluma) gemina inaequalis, bracteola (glumella) quoque gemina exserta, exterior e fissura breviter aristata arista erecta; paleae obovatae; stigmata aspergilliformia. — Rchb. fl. g. p. 41, g. 79.

Spiculis subquinquefloris, flosculis remotis aristatis; foliis lanceolatis distiche patentibus. — Radix fibrosa fibris crassis tenacibus; culmi glabri laeves multis geniculis intercepti et ad apicem fere foliorum vaginis tecti, alii decumbentes, alii adscendentes, nonnulli erecti; folia brevissima plana striata scabriuscula vaginis glabris, ligulis brevissimis trunctis ciliatisque; panicula sub anthesi patula, ante et post contracta, rachis scabra; spiculae oblongae racheos ramis adpressae, breviter aristatae, nervosae atro-violaceae. ♃. In collibus apricis asperis et ad vias in litt. cr., veluti circa Flumen, Zagorje, Cirkvenica et alibi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Semlin et alibi in comitatu Syrmiensi. (Kan.) Vis. fl. dalm. 111 ad vias, in ruderatis locisque asperis circa Zara et Sebenico. Rchb. fl. g. 265. (Agrostis serotina L.; Molinia serotina M. K.; Festuca serotina Schrad.; Schedonorus serotinus R. S.) Ag.-Sept. . . . . . **D. serotina Lk.**

Gen. 804. **Festuca L. Vlasulja.**

Flores paniculati; spiculae compressae multiflorae cum pedicello filiformi articulatae; flores lanceolati vel lanceolato-subulati dorso teretes, cum et absque nervo prominente; bractea (gluma) bivalvis valvis subinaequalibus; bracteola bipaleacea paleis acuminatis, vel exterioris apice in aristam attenuato; paleolae oblongae superiore subtilissime ciliata; stigmata villosa; caryopsis bracteola corticata. — Vis. fl. dalm. I. pag. 74, g. 42; Rchb. fl. g. p. 37, g. 78

1 Ligulis biauritis, i. e. brevissimis et utrinque in auriculam subrotundam protractis; (foliis omnibus complicato-setaceis, rarius culmeis planis) 2

Ligulis truncatis, rarius protractis vel elongatis, sed nunquam biauritis 4

2 Foliis radicalibus complicato-setaceis, culmeis planis; panicula sub anthesi patente; spiculis 4—5-floris 3

Foliis omnibus complicato-setaceis; spiculis 5—8-floris. — Radix fibrosa fusca; culmi breves tetragoni, superne scabri primo obliqui, dein erecti; folia scabra, primo glaucescentia, dein viridia vaginis compressis scabriusculis, ligulis brevissimis; panicula parva coarctata secunda erecta, rachis scabra, rami florentes patuli, ante et post anthesim rachi adpressi spiculae compressae glabrae, flores lanceolati mutici aut aristati, arista brevis vel longior floremque dimidium aequans; palea inferior obsolete 5-nervia, superior oblongo-lanceolata apiceque bidentata. ♃. In pratis sterilibus, pascuis locisque incultis graminosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 106 in iisdem locis, praesertim montanis circa Zara, Vrlika, Sebenico, Spalato et Cattaro. Rchb. fl. g. 235. (F. duriuscula Bertol.) Mj.-In.

F. ovina L.

Observ. Occurrit sub plurimis formis et varietatibus, quarum praecipuae:

Variet. α. foliis viridibus aut paullulum tantum glaucescentibus, tenuissimis, spiculis parvis breviterque aristatis, est: F. tenuifolia Sibth. (F. capillata Merat.; F. setacea Koel.)

Variet. β. foliis glabris; panicula e paucis spiculis composita, sed spiculis majoribus nitidis colore violaceo, luteo et viridi eleganter variegatis, est: F. violacea Gaud. occurritque in pascuis asperis alpium Pliešivica et Visočica. Rchb. fl. g. 240.

Variet. γ. sesquipedalis vel altior, spiculis pubescentibus majoribus, oblongis; foliis crassiusculis rigidis scabrisque, est: F. duriuscula Host. Rchb. fl. g. 241.

Variet. δ. spiculis lanceolatis aristatis, culmo angulato foliisque rigidis laevibus glaucescentibus, est: F. glauca Lam. occurritque in saxosis montium Kalnik, Ivanščica, Ošterc ad Rude et alibi in apricis asperis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 242.

Variet. ε. vaginis foliorum hirsutis; rachi scaberrima, ramis brevissimis, plerisque tantum unicam spiculam gerentibus, est: F. hirsuta Host, occurritque ad margines viarum circa Sv. Ana pod Turnom et Slavetić. (1865.)

Variet. ζ. foliis viridibus vel glaucescentibus rigidis, fere pungentibus; spiculis oblongis submuticis, bractea et bracteola exteriore ciliatis culmisque amethystinis subteretibus, est: F. ame-

thystina Host occurritque in montibus altioribus, veluti Kalnik, Klek, Oštere et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 236.

3 Radice fibrosa densos caespites agente. — Culmi superne setulis minimis inspersi, plerique ad unum alterumve geniculum infracti, alii erecti; folia villosula, ad oras et superiorem dorsi partem aculeis minimis exasperata; panicula secunda erecta vel nutans, sub anthesi patens, rachis angulata hispida, rami graciles tortuosi hispidi; spiculae oblongae compressae 4—5-florae, flores lanceolati aristati. ♃. In sylvis montanis ad Zagrabiam, Vidodovec, Samobor et Rude; nec minus Croatia australi ad Priboj, Belaj, Koronicam, in monte Merzin, in subalpinis Plješivica et alibi in declivibus tractus montium Velebit. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad Kamensko et Požegam. Rchb. fl. g. 254. (F. nemorum Leys.; F. duriuscula L.) Mj.-In. **F. heterophylla Lam.**

Radice repente simulque stolonifera caespitesque laxos agente. — — Culmi teretiusculi glabri laeves erecti vel basi decumbentes; folia dorso glabra, facie villosa, ad oras carinamque scabra vaginis teretibus glabrisque; panicula erecta sub anthesi patens, ante et post anthesim contracta; spiculae oblongae sub-5-florae plerumque purpurascentes, flores lanceolati aristati. ♃. In pratis, pascuis collibusque graminosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 253. Mj.-In. . . . . **F. rubra L.**

Observ. variet. β. spiculis villo brevi adspersis, est: F. dumetorom L. (F. barbata Schkr.)

Variet. γ. spiculis magnis lanuginoso-villosis, est: F. cinerea DC. (F. arenaria Osbeck.)

4 Foliis omnibus complicato-filiformibus subteretibus; ovariis apice pilosis 5

Foliis omnibus planis 6

5 Palea inferiore obsolete 5-nervia lanceolata, a medio sensim angustiore; spiculis 5—8-floris. — Radix fibrosa; culmi teretes, superne scabriusculi, pedales aut sesquipedales; folia apice calloso-pungentia, facie villosa, dorso et ad oras scabra, illa fasciculorum sterilium longissima; panicula contracta, sub anthesi patens ramis solitariis geminisve; spiculae pallidae vel flavescentes breviter aristatae aut muticae. ♃. In rupestribus mon-

tium tractus Velebit, veluti in alpe Pliešivica. (Host. fl. aust. I. p. 162, n. 22.) Rchb. fl. g. 249. (F. xanthina R. S.) Il.-Ag. **F. flavescens Bell.**

Palea inferiore obsolete 5-nervia oblongo-lanceolata, supra medium subito acuminata; spiculis nonnisi 3—4-floris. — Radix fibrosa dense caespitosa culmis palmaribus spithamaeisve erectis subteretibus scabris; folia acuminata, ad oras aculeata, facie villosa, culmea dorso aspera vaginis glabris, laevibus, ligulis hispidulis; panicula erecta contracta, rachis una cum ramis scabra; spiculae oblongae compressiusculae ex fusco, viridi et purpureo variae. ♃. In pascuis lapidosis alpium Pliešivica, Visočica et Debelo-brdo. Syll. fl cr. — Rchb. fl. g. 247. (Poa varia Pers.) Il.-Ag. **F. pumila Vill.**

6 Vaginis foliorum fasciculorum sterilium herbaceis, saltem nec unquam cartilagineo-incrassatis 7

Vaginis foliorum fasciculorum sterilium denique convolutorum cartilagineo incrassatis. — Radix fibrosa denseque caespitosa; culmi erecti laeves, 1—2-pedales; folia rigida facie profunde striata ad oras scabriuscula, culmea brevissima linearia, primo canaliculata, demum plana concoloria; panicula secunda nutans, ampla, ramis inferioribus solitariis geminisve, ramulis scabris; spiculæ oblongae acutae muticae compressae flosculis primo flavescentibus, demum spadiceis; palea inferiore subtilissime punctulata 5-nervia nervis 3 prominentibus; ovarium apice pilosum. ♃. In pascuis subalpinis tractus montium Velebit haud rara, veluti in alpe Badanj, Visočica et Sveto-brdo. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 257. (F. aurea Lam.; Anthoxanthum paniculatum L.; Poa Gerardi All.; P. spadicea Koel.; P. triflora Mnch.; Sclerochloa spadicea R. S.) Il.-Ag. . . . . **F. spadicea L.**

7 Ovario apice piloso 8

Ovario omnino nudo glabroque 9

8 Foliis concoloribus, utrinque viridibus elongato-linearibus, facie scabris; panicula secunda nutante. — Radix fibrosa fibris crassis tenacibus; culmi erecti teretes 1—2-pedales; foliorum fasciculi inferne squamis aphyllis sensim in folia abeuntibus tecti, folia plana demum involuta; rami paniculae amplae geminati aut subverticillati; spiculae ovales subquinqueflorae compressae flavescentes flosculis mucronatis, palea inferior subtilissime punctulata conspicue 5-nervia. ♃. In sylvaticis subalpinis alpinisque

tractus montium Velebit, veluti in Vilena- et Farkašić-draga, in declivibus montis Kapela, in monte Merzin et in alpe Pliešivica. Vis. fl. dalm. III. p. 341 in graminosis sylvaticis montium Velebit. In.-Il. . . . . **F. spectabilis Jan.**

Foliis discoloribus, facie glaucescentibus, dorso laete viridibus lineari-lanceolatis, margine scabris; panicula diffusa ramosissima. — Radix teres geniculata per intervalla squamis fuscis tecta, valde repens simulque stolonifera; culmi erecti 3—4-pedales, superne scabri; folia ad basin ciliata lanceolato-linearia ligulis oblongis obtusis ciliatis, vaginis scabris; panicula apice nutans, rachis angulata scabra ramis gracilibus compressis, ad basin bractæ stipatis, florentes diffusi, ante et post anthesim subcontracti; spiculae oblongae sub-5-florae muticae; palea inferior acuminata mucronata subtilissime punctata 5-nervia nervis 3 magis prominulis. ♃. In sylvis montanis humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. – Rchb. fl. g. 261. (F. montana Stern.; F. exaltata Presl.; F. sylvatica Host.) In.-Il. . **F. drymeia M. et K.**

9 Floribus muticis aut simpliciter mucronatis; foliis lanceolato-linearibus 10

Floribus evidenter aristatis aristis flexuosis palea sua duplo longioribus; foliis linearibus planis. — Radix crassa lignescens fibris plurimis aucta; culmi teretes glabri erecti aut adscendentes 3—4-pedales; folia longa lata, ad margines partemque carinae superiorem aspera vaginis glabris laevibus, ligulis brevibus truncatisque; panicula patentissima ramis apice flaccide nutantibus ramis longissimis laxis flexuosis scabris; spiculae lineari-lanceolatae 5—8-florae; floribus sub apice aristatis. ♃. In dumetis nemoribus sylvisque umbrosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 289. (Bromus giganteus L.) In.-Il.

F. gigantea Vill.

Observ. Variat culmo humili, foliis angustis, spiculisque nonnisi 3-floris et est: F. triflora Engl. bot. (Bromus triflorus L.)

10 Panicula diffusa nutante, ramis ramulosis spiculas 5—15 gerentibus, spiculis ovato-lanceolatis 4—5-floris. — Radix fibrosa fibris crassis densos caespites agens; culmi altissimi, glabri, laeves; folia profunde striata scabra, ad basin ciliata ligulis truncatis ciliatisque; panicula ampla sparsa laxaque, rachis superne ad angulos scabra ramis elongatis subgeminatis; spiculae e viridi flavescentes, flosculis imbricatis. ♃. In dumetis, pratis et pas-

cuis totius Croatiae et Slavoniae in ipsas alpes adscendens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 108 in graminosis circa Sebenico; in pratis udis circa Breno prope Ragusa et in pascuis montium Velebit. Rchb. fl. g. 263. F. elatior Sm.; F. spadicea Mnch.; Bromus arundinaceus Rth.; Br. littoreus Retz.; Poa Phoenix Scop.) Il.-Il. . . . . **F. arundinacea Schreb.**

Panicula secunda contracta erecta, sub anthesi patente, ramis geminis scabris, altero brevissimo spiculam unam, altero racemoso spiculas 3—4 gerente, spiculis linearibus 5—10-floris. — Radix lignescens fibris plurimis firmata; culmi in paniculae vicinia scabri, alii erecti, aliquis adscendente 2—3-pedales; folia ad basin ciliata plana lanceolato-linearia ligulis brevissimis truncatisque; panicula oblonga rachi scabra, ramis ad angulos scaberrimis; spiculae acutae subcylindraceae virentes flosculis imbricatis mucronatis. ♃. In pratis fertilibus et ad vias totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 107 in cultis graminosis et ad vias circa Derniš. Rchb. fl. g. 262. (F. elatior L.; Bromus elatior Koel.; Poa curvata Koel.) In.-Il. **F. pratensis Huds.**

Gen. 805. **Vulpia Gm. Brčak.**

Panicula contracta arcte secunda aut subspicata ramulis crassiusculis vel apicem versus conspicue incrassatis et subclavatis; floribus lanceolato-subulatis longe aristatis; bractea (gluma) exterior minima vel subnulla; bracteola exterior longe aristata; paleolae ovales acutae; stamen plerumque unicum, stigmata plumosa. (Radix parva fibrosa annua aut biennis; fasciculis foliorum sterilibus destituta; spiculae multiflorae.) Rchb. fl. g. p. 37, g. 77.

1 Panicula contracta secunda subspicata aut thyrsoidea 2

Panicula secunda sub anthesi stricte erecta ramis infimis dimidium paniculae aequantibus. — Radix fibrosa; culmi teretes erecti spithamaei, superne hispiduli; folia mollia plana vaginis pilosellis, ligulis biauritis; panicula a vagina supremi folii longe remota subracemosa; spiculae sub-5-florae bractea majori acuta, altera breviori setacea; flores lanceolati subulato-attenuati longe aristati arista breviores, scabri. ♂. In locis incultis collibusque arenosis litt. cr., veluti ad Tersat, Svilno, Hrelin, Grišane et alibi; teste clar. Klinggr. in agris sterilibus circa Zagrabiam, sed a nobis in his locis necdum lecta. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 232. (Fest. bromoides Sm; F. sciuroides Roth.; Mygalurus bromoides Lk.) Mj.-In. . . . . **V. sciuroides Rchb.**

2 Floribus scabriusculis aut plane glabris nudisque 3
Floribus villosis denseque ciliatis. — Radix fibrosa; culmi breves glabri laeves; folia brevia canaliculata, demum convoluta ligulis truncatis; panicula racemosa erecta; spiculae flavo-virentes sub-5-florae; valva bracteae exterioris obtusa interiore triplo brevior; bracteolae et basi et margine longe ciliatae aristam suam subaequantes. ⊙. In locis incultis sterilibus litt. cr. circa Flumen, Bukari et Segniam; nec minus in provincia Likana ad Perušić, Gospić, Sv. Rok et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 110 in iisdem locis circa Derniš, Zagorje, Sebenico, Spalato et Clissa, nec non circa Gradec prope Derniš et ad Mavice prope Vrlika. Rchb. fl. g. 230. (F. myuros L.; F. ciliata Pers; Vulp. myuros Rchb.) Mj.-In. . . . . **V. pilosa Gm.**

3 Panicula laxe racemosa stricta 4
Panicula longe racemosa gracili subsecunda nutante. — Radix fibrosa; culmi subteretes glabri erecti spithamaei pedalesve ad genicula non raro infracti; folia canaliculata ad margines carinaeque partem superiorem scabra, facie pilis brevibus inspersa vaginis glabris, ligulis truncatis ciliatis; paniculae rachis triquetra ad angulos scabra; spiculae lineares sub-5-florae, e viridi flavescentes, valva bracteae exterior acuminata interna duplo brevior; bracteolae scabrae arista sua multo breviores. ♂. In locis incultis, in ruderatis, ad sepes et in campis arenosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 109 in pratis circa Narenta et Vrlika. Rchb. fl. g. 231. (V. pseudomyurus Rchb.; F. myurus Poll.; Mygalurus caudatus Lk.) Mj.-In. **V. myuros Gm.**

4 Valva bracteae exteriore minima aut plane subnulla, bracteolis scabris arista multo brevioribus. — Radix fibrosa; culmi teretes ad genicula non raro infracti superne hispiduli; folia brevia plana facie hispidula, demum convoluta; rachis paniculae scabra angulata; spiculae oblongae sub-6-florae. ○. In locis sterilibus siccis et in ruderatis litt. cr., veluti ad Portoré et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. pag. 341 in arenosis scopuli Busi prope Lesina. Rchb. fl. g. 234. (V. membranacea Lk.; F. uniglumis Sol.; Megalurus uniglumis Lk.) Mj.-In. **V. uniglumis Rchb.**
Valva bracteae exteriore quadruplo breviore; bracteolis arista ex apicis bifidi sinu producta longioribus. — Radix fibrosa; culmi erecti spithamaei glabri teretes pedales, rarius ultra; folia plani-

uscula facie pilosa vaginis glabris striatisque; panicula laxe racemosa straminea 1—2-pollicaris; spiculae subquadriflorae floribus subulatis. ⊙. Vis. fl. dalm. III. p. 342 in arenosis scopuli Busi prope insula Lesina. Rchb. fl. g. inter addenda pag. 140 b. n. 234 b. (Bromus Michelii Savi; Fest. Michelii Kunth; Koeleria macilenta DC.; Avena puberula Guss.) Mj.-In.

V. Michelii Rchb.

Gen. 806. Sclerochloa Beauv. Tvrdika.

Panicula rigida pedicellis brevissimis crassis vel cuneiformibus a spiculis articulatim distinctis; spiculae pluriflorae secundae; bractea (gluma) gemina carinata obtusa, major 3—5-nervis; bracteola, (glumella) exterior carinata obtusa; paleolae emarginatae; stylus brevis; stigmata plumosa, basi nuda. (Inflorescentia rigens.) Rchb. fl. g. p. 36, g. 75.

Spiculis erecto-patulis oblongis in pedicellis brevissimis crassis; panicula distiche unilaterali coarctata. — Radix fibrosa; culmi humiles teretiusculi, glabri laeves erecti, rarius ad unum alterumve geniculum infracti; folia brevia scabra ligulis oblongis acuminatis; paniculae rachis angulata, ad angulos scaberrima ramis ramulisque triquetris rigidis; spiculae acutae rigidae 6--12-florae approximatae, laterales ramorum brevissime pedicellatae; flores lineares virides vel purpurascentes, obtusi laeviterque emarginati, brevissime mucronati. ⊙. In locis graminosis incultisque siccis, ad vinearum viarumque margines litt. cr., veluti circa Flumen, Bukari, Piket, Hrelin et alibi haud rara. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 128 ad muros, vias et in locis siccis incultis circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 225. (Poa rigida L.; Festuca rigida Kunth; Glyceria rigida Sm.; Megastachya rigida Beauv.) In.-Il. . . . . **Scl. rigida Lk.**

Observ. variet. β. ramis paniculae patentibus, spiculis 4-floris, est: Scl. patens Presl occurritque teste Vis. in locis siccis circa Cattaro.

Spiculis sub anthesi divaricato-patulis linearibus in pedicellis cuneiformibus complanatisque; panicula rigida ramis triquetris. — Radix fibrosa; culmi humiles erecti superne scabriusculi; folia plana rigidula; spiculae 6—12-florae floribus lineari-lanceolatis obtusis breviterque emarginatis. ⊙. In locis asperis aridisque litt. cr. veluti ad Flumen, Selce, Novi, Segniam et Karlobago. Rchb. fl. g. 302. (Sphenopus divaricatus Trin.; Fe-

stuca divaricata Desf.; Schedonorus divaricatus R. et S.; Dactylis membranacea Spr.) Apr.-Mj. . . . . . **Scl. articulata Lk.**
Observ. Scl. spiculis subsolitariis sessilibus alternis lanceolatis 3 - 5-floris, flosculis nudis nervosis; panicula spicata secunda rigida, culmis rigidis depressis et caespitosis, vide pag. 1240 sub gen. 792; Poa dura Scop.

Gen 807. **Catapodium Lk. Luljolika.**

Flores racemosi racemo spiciformi disticho, rachi plana fractiflexa; spiculae alternae secundae multiflorae breve pedicellatae; bractea et bracteola gemina; paleae lanceolatae. Rchb. fl. g. p. 19, g. 29.

Spiculis lineari-oblongis distantibus, inferioribus breviter pedicellatis, interdum geminis, superioribus sessilibus; racemo subnutante. — Radix fibrosa; culmi erecti aut adscendentes varieflexi vaginisque foliorum tecti, palmares aut spithamaei, saepius minores; folia plana convoluta lanceolato-linearia facie scabra vaginis glabris; racemus spiciformis rigidus secundus, pallide virens, basi subramosus, rachis incrassata marginibus hispida; spiculae 5 - 7-florae approximatae, valvae bractearum 3-nerviae, flosculi mutici. ⊙. In graminosis cultisque litt. cr. veluti ad Flumen, Segniam, Sv. Juraj, Cirkvenica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 161 in siccis et arenosis maritimis prope Zlosela, in insula Crappano prope Sebenico, circa Spalato, in insula Curzola loco dicto alla Badia et circa Ragusa. Rchb. fl. g. 90. (Festuca loliacea Huds.; F. elongata Ehrh.; F. adscendens Retz; F. Phoenix Thuill.; Lolium festucaceum Lk.; Triticum loliaceum Sm.; Tr. unilaterale Host.) Mj.-In. **C. loliaceum Rchb.**

Gen. 808. **Bromus L. Ovsik.**

Flores paniculati; spiculae compressae multiflorae; bractea (gluma) bivalvis inaequalis valvis flore proximo brevioribus, bracteola (glumella) bipaleacea exteriore sub apice emarginato aristata, (rarissime mutica), arista erecta vel recurva, interiore ciliata; paleolae lanceolatae integrae; ovarium apice pilosum in latere anteriore supra medium stylos emittens; styli breves; stigmata plumosa, versus floris basin egredientia; caryopsis bracteola (glumella) corticata. — Vs. fl. dalm. I. pag. 72, g. 41; Koch syn. pl. pag. 945; Rchb. fl. g. pag. 42, g. 83.

1 Spiculis apicem versus latioribus; bracteola superiore setis rigidulis remote pectinato-ciliata 2
Spiculis apicem versus angustioribus 6

2 Panicula pedunculisque erectis, floribus lanceolato-subulatis vel lanceolatis attenuato-acutis 3

Panicula laxa, denique nutante, ramis apice pendulis, aut panicula secunda, primo laxiuscula, demum contracta 4

3 Culmo inferius glabro, superne sub panicula pubescente aut plane villoso; spiculis sub-12-floris; aristis rectis bracteola longioribus. — Radix fibrosa; culmi humiles teretes erecti vel adscendentes, basi glabri laevesque, superiori parte villosi; folia brevia villosa vaginis ad apicem pubescentibus, ligulis acutis; rachis paniculae stricta villosa, rami brevissimi simplices, apicem versus incrassati, primo erecti, dein patentes; spiculae lanceolatae scabræ sub-12-florae et una cum pedunculis apice incrassatis purpurascentes. ⊙. Vis. fl. dalm. 100 in collibus aridis circa Lossin piccolo, Ragusa et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 178. (Br. rubens Host.) Apr.-Mj. . . . . **Br. rigidus Rth.**

Culmo ubique nudo glabroque; spiculis nonnisi sub-6-floris; aristis rectis bracteolam aequantibus. — Radix fibrosa; culmi humiles teretes tantum ad paniculae exortum scabri; folia rigida villosa, ad margines superioremque carinae partem scabra; paniculae oblongae rami filiformes, scabri et ad apicem incrassati, primo erecti, dein patentes, plerique tantum unam spiculam ferentes et virescentes; stamina plerumque tantum 2. ◯. Vis. fl. dalm. 99 ad muros et in sterilibus circa Zara, Sebenico, Derniš, ad rupes arcis Clissa prope Spalato et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 276. (Br. diandrus Curt.; Br. gynandrus Rth.; Br. polystachyos DC.) Mj.-In. . . . . **Br. madritensis L.**

4 Rachide ramisque paniculae pubescentibus, pedunlis apice incrassatis; spiculis sub-5-floris 5

Rachide ramisque paniculae nutantis nudis scabrisque, pedunculis filiformibus aequalibus. — Radix ut omnium fibrosa, caulis erectus, ad paniculae basin scabriusculus, secus glaber; folia plana mollia pubescentia, ad ligulae exortum pilosa vaginis villosis, ligulis laceris; panicula ampla nutans ramis spiculis longioribus, demum pendulis; spiculae scabrae sub-7-florae, modo virides, modo purpurascentes; aristae rectae bracteola longiores. ◯. Ad muros, sepes et vias agrestes, nec minus in ruderatis locisque sterilibus totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 98. — Rchb. fl. g. 275. (Br. distichus Mnch; Br. grandiflorus Weig.) Mj.-Il. . . . . **Br. sterilis L.**

5 Aristis rectis bracteola sublongioribus; panicula apice nutante. — Radix fibrosa; culmi superne pubescentes teretes erecti vel adscendentes, striati pedales et ultra; folia plana pilosa, aut glabra vaginis pilosis; panicula secunda nutante, demum cernua, spiculae lineares subteretes virescentes. ☉. Ad muros et sepes, in agris arvisque sterilibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 340 in agris et ruderatis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 274. (Br. murorum Bernh.) Mj.-Il. **Br. tectorum L.**

Aristis rectis bracteolam bis terve superantibus; panicula secunda laxiuscula, demum contracta. — Radix fibrosa; culmi erecti, vel basi decumbentes et dein adscendentes; folia plana pubescentia ciliataque; spiculae longo pedunculatae pedunculis angulosis scabrisque. ☉. In ruderatis et asperis graminosis litt. cr., veluti circa Flumen, Portoré, Bribir, Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 341 in ruderatis et sterilibus arenosis insulæ Lesina et scopuli Busi. Rchb. fl. g. 277. Apr.-Mj. **Br. maximus Desf.**

Observ. variet. β. paniculae laxæ pedunculis subverticillatis, inferioribus spicula paullo brevioribus, est: Br. Gussonii Parlat.

6 Valva inferiore uni-, superiore 3-nervia: palea superior margine pilis brevissimis pubescente; radice perenni 7

Valva inferiore 3—5-nervia, superiore 5- vel multinervia; palea superiore setis rigidulis remote pectinato-ciliata; radice annua aut bienni 9

7 Panicula aequali erecta; floribus lanceolatis 8

Panicula ramosa flaccide nutante; floribus lineari-lanceolatis acutis. — Radix lignescens fibrisque copiosis firmata; culmi erecti teretes scabri setisque consiti, interne farcti solidi, 2—3-pedales et ultra; folia hirta lata subcanaliculata scabra, margine dorsoque, praesertim ad basin pilosa vaginis inferioribus hirsutis, ligulis latis obtusis; panicula laxa, rachi scabra, ramis flexuosis scaberrimis; spiculae oblongae teretiusculae 7—9-fiorae. ♃. In nemoribus sylvisque, praesertim montanis, totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis locisque graminosis, in montibus Viroviticensibus et Lisinaënsibus, ad scaturiginem Iskrica prope monasterium Duzluk; circa Čerevic et Karlovic, nec minus circa Daruvar et Bukovec. (Kan.) Rcbh. fl. g. 293. (Br. ramosus Murr.; Br. nemoralis Huds.; Br. nemorosus Vill.; Br. hirsutus Curt.; Br. montanus Pollich.; Br. altissimus Web.) In.-Il. **Br. asper L.**

8 Foliis margine ciliatis, radicalibus angustioribus; palea inferiore apice bidentata et ex emarginatura aristata aristamque superante. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes glabri; folia erecta duriuscula ad oras carinamque scabra, facie glabra, dorso pilosa, vaginis pilosis, ligulis obtusis ciliatis; rachis paniculae scabra; rami subdivisi; spiculae lineari-lanceolatae subcompressæ sub-8-florae, scabrae, pallide virides aut purpurascentes, flosculis demum patentibus teretiusculis. ♃. Ad agrorum margines, in collibus incultis apricis pratisque siccis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 130. — Rchb. fl. g. 291. (Br. agrestis All.; Br. perennis Vill.; Br. angustifolius Schrk.; Br. montanus Fl. wett.; Br. arvensis Pollich.; Br. pseudoarvensis Koel.; Festuca montana Savi.) Mj.-In. **Br. erectus Huds.**

Foliis glabris; palea inferiore apice brevissime bidentata et ex emarginatura mucronata vel brevissime aristata. — Radix teres repens squamis oblongis acuminatis tecta fibrisque copiosis aucta; culmi erecti teretes laeves et ad genicula villosi, 2—3-pedales; folia plana rigida glabra, ad oras costamque scabra vaginis glabris, ligulis brevissimis truncatis; rami paniculae flexuosi scabri bracteaque lanceolata acuta, alii vel ad basin, vel in medio, vel sub spicula instructi, alii ebracteati; spiculae subteretes virides aut purpurascentes. ♃. Ad vias, pratorum agrorumque margines et in collibus incultis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia ad Selo versus Pušina, nec non circa Čerević, Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 264. (Festuca inermis DC.; F. speciosa Schreb.; F. Leysseri Mnch. In.-Il. **Br. inermis Leyss.**

9 Floribus etiam fructiferis margine imbricatim se tegentibus vel tantum paullulum remotiusculis; foliis vaginisque plus minusve pilosis aut pubescentibus 10

Floribus fructiferis margine contractis teretibus, non se invicem tegentibus; foliis vaginisque glabris aut subpilosis. — Radix gracilis fibris copiosis aucta; culmi erecti teretes glabri; folia lata ciliata ad oras costamque scabra, facie pilosiuscula vel nuda; ligula brevis obtusa; panicula laxa patens apiceque nutans pallideque virens ramis subdivisis scabris flexuosis; spiculae oblongo-ellipticae sub-8-florae flosculis demum patentibus turgidis, aristae erectae flexuosae bracteola multo breviores. ♂. In agris inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. cr. — Vis. fl. dalm,

104 in graminosis circa Cattaro; in sylvaticis circa Zara et Derniš. Rchb. fl. g. 288. (Br. vitiosus Weig.) In.-Il. **Br. secalinus L.**

Observ. variet. β. spiculis hirto-velutinis; nervis valvulae majoris quinis obsoletis, est: Br. velutinus Schrad.

Variet. γ. spiculis scabris nudis; aristis bracteola longioribus; nervis valvulae inferioris septenis, est: Br. multiflorus Sm.

10 Bracteola inferiore superiorem longitudine superante; spiculis ovato-oblongis lanceolatisve 11

Bracteola superiore inferiorem longitudine subaequante; spiculis lineari-lanceolatis. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes ad paniculae ortum scabri, geniculati et ad genicula inferiora pubescentes: folia plana pilis inspersa vaginis villosis, ligulis longis; panicula laxa patens apiceque nutans ramis divisis; spiculae compressae virides vel ex viridi et purpurascente variae, 10-florae floribus elliptico-lanceolatis, arcte imbricatis; aristae rectæ glumellam aequantes. ⊙. Ad sepes et domus, in ruderatis et pratis nec non inter segetes totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 101 ad sepes et margines agrorum fossarumque circa Zara, Derniš et Sinj. Rchb. fl. g 279. (Br. versicolor Poll.; Br. multiflorus Weig.) In.-Il. . . **Br. arvensis L.**

11 Aristis porrectis paleola sua aequilongis 12

Aristis inflexis, contortis aut demum divaricato-reflexis aut contorto-divaricatis 13

12 Palea inferiore margine rotundata; spiculis glabris. — Radix fibrosa; culmi erecti aut e basi decumbente adscendentes teretes glabri; folia latiuscula et una cum vaginis inferioribus pilosa, rarius subnuda; panicula erecta vel apice subnutans; demum racemoso-contracta; spiculae ovato-oblongae flosculis lato-ellipticis imbricatis; bracteola exterior apice indivisa. ♂. In pratis, dumetis et pascuis hinc inde in Croatia, praesertim montana, sed est reliquis rarior. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 282. (Br. pratensis Ehrh.: Br. multiflorus Rth.; Br. hordeaceus Wahlb.; Br. Gaudinii R. et S.) Mj.-In. . . . . **Br. racemosus L.**

Palea inferiore margine supra medium angulum obtusum exhibente, superiorem conspicue superante; spiculis molliter pilosis, rarissime subglabris. — Radix fibrosa; culmi erecti ad genicula apicemque pubescentes; folia mollia dense villosa vaginis pilosis; panicula erecta contracta ramis divisis, rachi pubescente; spiculae oblongo-ovatae compressae glauco-virentes, sub-8-florae

flosculis lato-ellipticis imbricatis. ♂. In pratis, pascuis et ad vias totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae frequens. Rchb. fl. g. 283. Mj.-Jn. . . . . **B. mollis L.**

Observ. variet. β. panicula conferta racemosa; culmo vix palmari; est: Br. nanus Weig. occurritque in pascuis siccis locisque apricis aridis litt. cr. et dalm.

13 Panicula laxa patente, apice nutante; aristis divaricatis . . . 14

Panicula conferta erecta ramis densis; aristis hispidis siccitate contortis flexisque. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes sub panicula scabri; folia plana et una cum vaginis pubescentia; panicula stricta ramis scabris; spiculae 6—10-florae virides, demum purpurascentes flosculis imbricatis; aristae hispidae bracteola sublongiores. ⊙. Inter segetes litt. cr., veluti ad Portoré, Cirkvenica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. pag. 341 in herbidis apricis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 284. (Br. ovatus Gaert.; Br. intermedius Guss.) Mj.-Jn. . . . **Br. confertus MB.**

Variet. β. ramis paniculae paniculatis, est: Br. polystachyos Bonan., cum specie in Dalmatia.

14 Panicula deflorata unilateraliter nutante; floribus fructiferis remotiusculis; aristis maturitate divaricato-reflexis. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes glabri, aut ad genicula villosi; folia mollia plana patula et una cum vaginis pilosa; panicula sub anthesi patula ramis elongatis scabris; spiculae lanceolatae compressae sub-8-florae flosculis elliptico-lanceolatis; palea inferior 7-nervia margine supra medium angulum obtusum exhibente superiorem conspicue superans. ♂. Inter segetes hiemales in campo Podravano ad Ludbreg et Bukovec; in vineis et pratis circa Novi-grad, Gjurgjevo, Virovitic, Drenovac et Orahovica in Slavonia, nec minus circa Karlovic. (Kan.) Rchb. fl. g. 280. (Br. multiflorus Host; Br. commutatus Koch et Ziz.) Mj.-Jn. **Br. patulus M.K.**

Observ. Br. arvensi L. persimilis, differt tamen ab illo: antheris triplo brevioribus, palea inferiore conspicue breviore et florendi tempore praecociore.

Panicula patente flaccideque nutante; floribus fructiferis margine imbricatim arcte se tegentibus; aristis demum contorto-divaricatis. — Radix fibrosa: culmi teretes villosi erecti aut e basi decumbente adscendentes; folia plana mollia villosa vaginis denso villo tectis, ligulis brevibus villosiusculis; panicula laxa apice nutans; rachis ad dentes pilosa ramis compressis scabris: spiculæ

magnae compressae, oblongo-lanceolatae, sub-10-florae arcte imbricatae et ex viridi albidoque variae. ⊙. In agris, in locis graminosis et inter segetes totius Croatiae, Slavoniae et Dalma-Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 105. — Rchb. fl. g. 287. In.-Il.

Br. squarrosus L.

Observ. variet. β. spiculis dense villosis aut molliter pilosis, est: Br. villosus Gm. (Br. hirsutus Schrk.) occurritque intermixte cum specie.

Gen. 809. **Brachypodium Beauv. Kostrva.**

Flores racemosi-spicati, sive in spicas compositas muticesce dispositi; rachis excissa articulata; spiculae multiflorae breviter pedicellatae flosculis lanceolatis vel lanceolato-subulatis; palea superior margine setulis rigidis pectinata, rarissime subtiliter-ciliata, bracteola exterior ex vel sub apice aristata; stigmata plumosa ad basin floris egredientia. — Koch syn. pl. pag. 943; Rchb. fl. g. pag. 19, g. 31.

1 Palea superiore setulis rigidis pectinato-ciliata 2

Palea superiore margine subtilissime ciliata. — Radix fibrosa; culmi erecti subtrigoni glabri, superne tantum scabriusculi; folia gracilia brevia, dorso glabra, facie villosa, ad oras et superiorem carinae partem scabra vaginis glabris laevibus, ligulis minimis; racemo simplici spiculis brevissime pedicellatis distichis unilateralibus; floribus lanceolato-linearibus acutissimis et in mucronem abbreviatum aristatum, vel elongatum attenuatis. ○. In locis incultis apricis litt. cr., veluti ad Flumen, Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 92. (Festuca tenuiflora Schrad.; Fest. tenella W.; Triticum tenellum Lam.; Trit. Nardus DC.) In.-Il. . . . . **B. tenellum Beauv.**

2 Spica e spiculis 2—5 composita, vel spiculis 1—3-terminalibus alternis 3

Spica disticha, spiculis numerosis; foliis planis lanceolatis . . 4

3 Spicis 1—3 terminalibus alternis; aristis palea longioribus. — Radix annua fibrosa fibris tenacibus; culmi humilis erecti subteretes, ad genicula villosi; folia brevia profunde striata, pilis longis adspersa, ad oras costamque scabra vaginis glabris, ligulis brevibus truncatis ciliatis, spica rigida pallide virens; spiculae sessiles 6—12-florae, infimae brevissime pedicellatae; flosculi aristati ciliati aristis valva acuminata duplo longioribus. ○. In locis cultis, in vineis et ad vias circa Flumen, Bukari,

Novi et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. Vis. fl. dalm. 162 in asperis siccis apricis circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa, nec minus in insulis. Rchb. fl. g. 91. (Trachynia disticha Lk.; Festuca diandra Mnch.; Fest. monostachya Poir.; Bromus distachyos L.; Triticum ciliatum DC.) Mj.-In. . . . **B. distachyon R. et S.**

Spicis e spiculis 2—5-compositis; aristis palea brevioribus; foliis patentibus convoluto-angustissimis. -- Radix teres, repens, perennis; culmi aculeis minutissimis reflexis exasperati, ad genicula villosi, basi ramosissimi; folia disticha, dorso scabra, facie setulis inspersa vaginis scaberrimis, ligulis truncatis ciliatis; spiculae alternae subteretes pedicellatae pedicellis brevibus ciliatis; spiculae alternae subteretes pedicellatae pedicellis brevibus ciliatis, non raro bractea oblonga membranacea fultis. ♃. Vis. fl. dalm. 165 in sterilibus locisque asperis apricis totius Dalmatiae. Rchb. fl. g. 96. (Bromus ramosus L.; Br. Plukenetii All.; Br. Hostii Lk.; Fest. caespitosa Desf.; Triticum caespitosum DC.) In.-Il. **B. ramosum R. et S.**

4 Aristis florum superiorum palea longioribus; radice fibrosa. — Radix gramosa lignescens fibris gracilibus copiosis firmata; culmi erecti, ad internodia et genicula inferiora pilosi, 1—2-pedales et ultra; folia plana lanceolato-linearia flaccida mollia plus minusve pilosa aut plane villosa, vaginis pilosis, ligulis obtusis; spica disticha nutans viridis spiculis numerosis subteretibus erectis; rachis ad exortum spicularum villosa. ♃. In sylvis et dumutis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 163 ad sepes et in dumetis circa Derniš et Sinj. Rchb. fl. g. 93. (Bromus sylvaticus Pollich.; Br. dumosus Vill.; Br. gracilis Mnch.; Triticum sylvaticum Mnch.; Tr. teretiflorum Wib.; Bachyp. gracile Rchb.) Mj.-Il. . . . **B. sylvaticum R. et S.**

Aristis palea brevioribus; radice repente. — Radix teres repens, squamis oblongis tecta fibrisque copiosis aucta; culmi erecti, ad genicula inferiora villosi, basi ramosi 2—3-pedales et ultra; folia plana linearia rigidiuscula pilisque brevibus inspersa, vaginis ligulisque ciliatis; spica disticha viridis erecta spiculis numerosis aristatis, rachi scabra. ♃. In collibus apricis incultis locisque lapidosis dumetosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 164 in dumetis, ad sepes et in locis sylvaticis prope Derniš, Vrlika, Clissa et Salona. Rchb. fl. g. 94.

(Bromus pinnatus L.; Festuca pinnata Mnch.; Triticum pinnatum Mnch.; Tr. bromoides Wib.) In.-Il. . **B. pinnatum Beauv.**

Gen. 810. **Beckmannia Host. Proha.**

Flores racemoso-paniculati secundi; spiculae bifariam imbricatae orbiculatae biflorae; bractea (gluma) bivalvis valvis navicularibus flosculos subaequantibus; bracteola (glumella) bipaleacea palea exteriore oblonga, flosculi superioris mutica, inferioris aristata; paleolae lanceolatae; stylus brevissimus, stigmata a basi plumosa; caryopsis libera. — Vis. fl. dalm. I. pag. 87, g. 52; Rchb. fl. g. pag. 22, g. 37.

Gramen elegantissimum 2—3-pedale; radix fibrosa; culmi erecti teretes laeves, basi bulbosi nodisque crassis interstincti; folia plana lineari-lanceolata glabra acuta, retrorsum scaberrima ligulis membranaceis lanceolatis acutis; panicula spiciformis stricta secunda rachi angulata scabriuscula, ramis alternis secundis, dorso rachidi adpressis erectis, demum divergentibus, infimis basi ramulis 2—3-ve aucti; spiculae compressae pedicellatae glabriusculae unilaterales; bracteae margine albo-scariosae, dorso virides lineisque obliquis parallelis pallidis variegatae. Vis. fl. dalm. 143 in fossis secus viviam regiam prope Derniš. Rchb. fl. g. 119. (Phalaris erucaeformis L.; Cynosurus erucaeformis Ait.; Joachimia phalaroides Ten.) In.-Il. . . . . **B. erucaeformis Host.**

Gen. 811. **Cynosurus L. Krestac.**

Flores racemoso-spicati secundi; spiculae involucro distiche pinnato suffultae; bractea (gluma) bivalvis 2—3-flora; bracteola (glumella) bipaleacea paleis lineari-lanceolatis apice aristatis; paleolae oblongae; pilosiusculae; stigmata undique plumosa; caryopsis bracteola corticata. — Vis. fl dalm. I. p. 85, g. 49; Koch syn. pl. p. 934; Rchb. fl. g. p. 17, g, 23.

Racemo coarctato ovato; involucri pinnis longe aristatis; foliis lanceolatis. — Radix fibrosa; culmi erecti subteretes glabri laeves; folia erecta canaliculata, facie et dorsi superiori parte aspera, ad oras scabra vaginis subcompressis laevibus, ligulis oblongis; racemus glomeratus secundus, rachis scabriuscula; spiculae oblongae ventricosae pallide virides aristis fuscis. ⊙. In locis cultis, in vineis et pascuis circa Toplikam, Crisium, Zagrabiam et Samobor, nec non alibi in Croatia, praesertim australi et in litt. cr. frequentissime. Syll. fl. cr. In Slavonia circa Karlovic. (Kan.) Vis. fl. dalm. 137 in pascuis locisque graminosis

apricis circa Selve, Uljan, Zara, Derniš, Sebenico, Spalato, Ragusa et Cattaro. Rchb. fl. g. 71. (Chrysurus echinatus Beauv.) Mj.-In. . . . . **C. echinatus L.**

Racemo spiciformi lineari elongato; involucri pinnis muticis; foliis linearibus. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri laeves; folia glabra, ad oras carinamque scabra ligulis brevibus truncatis; spica oblonga secunda, dorso plana, facie convexa; rachis scabra; spiculae ovatae compressae virentes. ⨀. In pratis locisque graminosis, ad vias et vineas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 138 in pratis circa Zara, Derniš et alibi, sed non in montosis. Rchb. fl. g. 72. (Phleum cristatum Scop.) In.-Il. . . . . **C. cristatus L.**

Gen. 812 **Dactylis L. Oštrica.**

Flores glomerato-paniculati; spiculae compressae multiflorae; bractea (gluma) bivalvis valva altera bracteolam aequante, carinata majore; bracteola (glumella) bipaleacea palea exteriore sub apice aristata; paleolae oboratae; stigmata bipinnata. — Vis. fl. dalm. III. pag. 76, g. 43; Rchb. fl. g. p. 36, g. 76.

4 Palea inferiore 5-nervia; radice caespitosa, stolonibus nullis . . 2

Palea inferiore 9—11-nervia; radice stolones longissimos agente. — Culmi breves erecti teretes, foliorum vaginis tecti, superne scabri; stolones diffusi longe lateque repentes et ex geniculis foliorum fasciculos agentes; folia culmea disticha rigida brevia patentia scabraque vaginis brevissimis; spicae strictae secundæ compositae; spiculae imbricatae ovatae nervosae; bracteola exterior apice angustata mutica. ♃. Ad littora maris prope Flumen, Bukari, Cirkvenica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 114 ad littora maris in insula Arbe. Rchb. fl. g. 227. (D. marina Suffr.; D. distichophylla Bring.; Poa littoralis Gou.; P. maritima Cav.; P. pungens M. B.; Festuca littoralis Sibth.) In.-Il. **D. littoralis W.**

2 Panicula pyramidali secunda supra decomposita, glomerata ramulis basi nudis, spiculis puberulis; foliis viridibus. — Radix crassa lignescens fibris copiosis aucta; culmi teretes, superne nudi et scabri 2—3-pedales, erecti aut e basi decumbente adscendentes; folia scabra, ad oras carinamque aculeata vaginis compressis, ligulis oblongis acuminatis; rachis paniculae erectae scabra; spiculae ovatae, plus minusve pilosae pallide virentes, rarius quidquam rubentes. ♃. In graminosis locisque umbrosis, ad vias

et vineas totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 112. — (Bromus glomeratus Scop.; Festuca glomera All.) Mj.-Il. . . . . **D. glomerata L.**

Panicula semicylindrica secunda glomerato-spicata, basi interrupta ramulis undique florigeris; spiculis villosis; foliis glaucescentibus. — Praecedenti persimilis, sed ex omni parte minor, culmi stricti; paniculae spiciformis rami brevissimi; spiculae magis pubescentes aut plane villosae pauciflorae flavo-virentes, quandoque purpura adspersae; folia breviora et angustiora. ♃. Ad litt. maris circa Flumen, Kraljevica et Novi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 113 in collibus apricis, campis aridis locisque siccis totius Dalmatiae littoralis. Rchb. fl. g. 228. (D. hispanica Rth.; Festuca phalaroides Lam.) In.-Ag. . . . . . **D. villosa Ten.**

Trib XII. **Avenaceae Kunth.** *Spiculae biflorae flore terminali saepe tabescente; bractea (gluma) magna spiculam fere cingens; styli brevissimi vel nulli, stigmata plumosa e basi floris utrinque egredientia.*

Gen. 813. **Koeleria Pers. Smilica.**

Flores in thyrso lobato hermaphroditi; spiculae sub-3-florae compressae, bractea (gluma) compresso-carinata bivalvis valvis inaequalibus; bracteola (glumella) bipaleacea paleis nervosis, inferior ex apice integro bifidove mucronata vel aristata arista setacea recta; styli brevissimi; stigmata plumosa ad latera spiculae emergentia. — Vis fl. dalm. I. p. 71, g. 40; Koch syn. pl. p. 912.

1 Palea inferiore aut mutica, aut breviter mucronata 2
Palea inferiore sub apice evidenter aristata. — Radix fibrosa; culmi humiles erecti vel adscendentes superne scabri; folia latolinearia mollia, plana villosa aut pilosa, vaginis praesertim ad oras pilosis, ligulis brevibus laceris; thyrsus spiciformis cylindricus, rachis hispida, ramis brevibus scabris in multos ramulos divisis; spiculae nitidae flavo-virentes ovatae compressae 4—5-florae villosae, aristae setaceae molles floremque superantes. ○. In cultis et ad vias litt. cr., veluti circa Flumen, Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 97 in graminosis apricis circa Zara, Sebenico, Spalato et Ragusa. Rchb. fl. g. 273. (Lophochloa phleoides Rchb.; Festuca cristata L.; F. phleoides Vill.; Bromus trivialis Sav. Trisetum phleoides Trin.) Apr.-In. . . . . **K. phleoides Gaud.**

2 Foliis glabris glaucis; palea inferiore obtusiuscula 3

Foliis saturate viridibus pubescentibus ciliatisque; palea inferiore acuminata. — Radix fibrosa; culmi erecti laeves, superne non raro pubescentes, 1--2-pedales et ultra; folia plana ad oras scabra rigida vaginis emarcidis indivisis, ligulis minimis; thyrsus laxus basi interruptus; spiculae lanceolatae compressæ sub-3-florae nitidae. ♃. In collibus herbidis pratisque siccis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 96 in herbidis circa Zara, Sebenico et Derniš. Rchb. fl. g. 329. (Aira cristata L.; Poa aristata L.; Festuca cristata Vill.; Dactylis cristata MB.; Airochloa cristata Lk.) In.-In. . . . . . . **K. cristata Pers.**

Observ. variet. β. spiculis villoso-canescentibus, est: K. canescens Vis. occurritque in collibus saxosis apricis loco Poljice prope Sebenico.

3 Palea inferiore mucronulo apici obtuso imposito instructa; foliis angustissimis, demum convolutis. — Radix fibrosa; culmi graciles spithamaei aut subpedales erecti; panicula spiciformi basi interrupta, spiculae 2—3-florae pallide virentes, siccatione canescentes. Praecedenti persimilis et nonnisi statura minore, glaucedine foliorum et palea inferiore obtusa ab illa diversa et fors illius varietas. ♃. In collibus apricis arenosis lapidosisque ad Šestinam et Markuševec, nec non ad Rude prope Samobor et alibi, praesertim in montanis in ipsas alpes adscendens. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 331. (Poa glauca Schrk.) Mj.-In. **K. glauca DC.**

Palea inferiore scabra et omnino obtusa absque mucrone; panicula spiciformis lobata; folia plana rigidiuscula. — Radix caespitosa multiculmis, culmi 1—3-pedales, 2-, rarius 3-nodi basi subbulbosi substriati glabri, superne pubescentes, secus glabri; folia radicalia lineari-lanceolata, culmea linearia acuminata, omnia plana, sed exsiccatione convoluta, rigida, sulcata, margine serrulato-scabra, supra subtusque glabra, ad basin non raro pubescentia vaginis praelongis striatis glabris, ligulis brevissimis truncatis, demum ciliato-laceris; spiculae confertae 2—3-florae, rachis teres et una cum ramulis pubescens; flosculi flavidi nitentes, bracteolae inaequales obtusissimae, carina hispidulae. ♃. In collibus graminosis apricis pratisque siccis ad Vrtlinovec prope Toplika et ad margines vinearum in promontorio Varasdinensi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. in addendis 329 b. (Aira dactyloides Rochel.) In.-Il. . . . . **K. dactyloides Rchb.**

*

Gen. 814. **Lamarkia Mnch. Zlato-klasak.**

Flores paniculato-racemosi secundi; spiculae hermaphroditae biflorae cum neutris pluribus mixtae, (flosculus hermaphroditus inferior, sterilis aristatus, superior cum neutris plurifloris); bractea (gluma) bivalvis, valvae angustae aristato-acuminatae flores aequantes aut illis longiores; flos inferior perfectus stipite a valvis remotus; bracteola (glumella) bipaleacea palea inferiore ex apice bifido aristata, arista recta; ovarium glabrum; stylus brevis; stigmata elongata breviterque pilosa; flos imperfectus stipitatus sub apice aristatus; spiculae neutrae bractea bivalvi 5—8-flora; flores unipaleacei genitalibus nullis, palea ovata, rotundato-obtusa; caryopsis bracteola laxe circumdata. — Vis. fl. dalm. III. p. 343; Koch syn. pl. p. 913; Rchb. fl. g. p. 36, g. 74.

Pedicellis laxis pilosis horizontalibus bracteisque spicularum abortientium obtusis dentatis; foliis mollibus, ligulis dentatis. — Radix fibrosa; culmi subcompressi palmares aut spithamaei; folia glabra, ad oras carinamque scabra; panicula thyrsoidea secunda, ex albo, viridi et flavescente varia; rachis ad ramorum originem pilosa ramulis arcuatis apice cum pedicello spiculas gerente auriculatis. ☉. In asperis apricis circa Flumen et Tersat (1868). Vis. fl. dalm. in apricis sterilibus insulae Ossero, Veglia et Lossin. Rchb. fl. g. 223. (Chrysurus aureus Beauv.; Cynosurus aureus L.; Chrys. cynosurioides Pers.) Mj.-In. **L. aurea Mnch.**

Gen. 815. **Aira L. Bus ili Busika-**

Flores paniculati; spiculae biflorae; bractea (gluma) bivalvis nitida mutica flosculis perfectis; bracteola (glumella) bipaleacea palea exteriore aristata basilari rarius mutica, palea interior libera (non inclusa) basique pilis stipata; paleolae lanceolatae; stigmata undique pilosa; caryopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. I. pag. 67, g. 38; Rchb. fl. g. p. 50, g. 43.

1 Flosculis sessilibus; bracteolae valva exteriore bifida, radice annua 2
Flosculis evidenter pedicellatis; bracteolae valva interiore bifida, exteriore tridentata aut crenulata; radice perenni 4

2 Panicula divergenti-patente, flosculis bractea minoribus . . . 3
Panicula contracta, spiciformi; flosculis bracteam subaequantibus. — Radix fibrosa; culmi humiles erecti teretes et sub supremo geniculo hispiduli; folia minima setacea gracilia, una cum vaginis scabra, ligulis oblongis; panicula erecta, rachis angulata aculeata, ramis rachi adpressis; spiculae oblongae albo-virentes; aristae geniculatae valvam superantes. ☉. Vis. fl. dalm. 88 in

sterilibus circa Spalato. Rchb. fl. g. 335. (A. pusilla Web.; Trisetum praecox Dum.) Apr.-Mj. . . . . **A. praecox L.**

3 Spiculis in ramulorum apice subcongestis, pedicellis saepe spicula brevioribus. — Radix ut omnium, ramosa; culmus gracilis erectus tetragonus ad angulos aculeis minimis reflexis scaber; folia brevia compresso-canaliculata setacea scabra, ligula oblonga acuminata; panicula lata, valde ramosa, rachis trigona scabra ramisque compressis; spiculae minimae lanceolatae ex albo et purpureo variae. ◯. In campis arenosis, arvis sterilibus, ericetis sylvarumque oris totius Croatiae et Slavoniae, praesertim montanae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 90 in herbidis asperis apricis et in arenosis circa Lossin in insula Cherso et circa Derniš. Rchb. fl. g. 336. (Avena caryophyllea Wigg.; A. pulchella Web.) Mj.-Ag. . . . . **A. caryophyllea L.**

Spiculis aequaliter sparsis, pedicellis elongatis plerisque spicula longioribus; flosculorum altero mutico. — Radix fibrosa; culmi graciles erecti superne scabriusculi, inferne ad genicula infracti; folia brevia setacea scabra, vagina suprema inflata paniculam ante anthesim involvente; rami paniculae capillares, primo contracti, dein patentissimi; rachis tetragona flexuosa, superne ad angulos scabra; spiculae ovatae et ex viridi alboque variae, interdum purpurascentes. ⊙. In collibus locisque sterilibus circa Toplikam, Samobor, Sv. Ana pod Turnom et alibi in Croatia haud rara; in Slavonia in iisdem locis circa Daruvar, Pakrac et Požega. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 90 var. β. in locis apricis sterilibus circa Zara et Arxano. Rchb. fl. g. 337. (A. elegans W.) Mj.-Il. . . . . **A. capillaris Host.**

4 Foliis setaceis teretiusculis 5

Foliis planis linearibus supra scaberrimis. — Radix fibrosa culmos plurimos foliorumque fasciculos in densum caespitem collectos agens; culmi nudiusculi erecti glabri laeves 1—2-pedales et ultra; folia facie profunde striata, ad oras aculeata vaginis glabris laevibusque; panicula oblonga laxa verticillata incurva; rachis superne angulata scabra ramis elongatis gracilibus; spiculae stramineae vel e viridi et purpureo variae; bracteae apice erosae aut emarginatae flosculos subaequantes; bracteolae basi pilosae valva exteriore truncata crenulata dorsi basi aristata, interiore bifida. ♃. In pratis fertilibus locisque sylvaticis humidis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III.

p. 339 in pratis circa Trau. Rchb. fl. g. 340. (Deschampsia caespitosa Beauv.; Campella caespitosa Lk.) In.-Il. **A. caespitosa L.**

Observ. variet. β. valvis ochroleucis dorso viridibus, paleis viridiflavescentibus, apice albis, est: A. altissima Lam. (A. parviflora Thuill.) occurritque intermixte cum specie.

5 Arista brevi stricta, basi nec inflexa, nec torta; foliis glaucis. — Radix fibrosa; culmi erecti vel e basi decumbente adscendentes, basi foliis setaceis scabris striatis fasciculatis stipati, superius uno alterove folio muniti, in paniculae demum patentis ramos scabros verticillatos et ad ramificationem incrassatos partiti; spiculae in ramorum apice ut plurimum ternae nitentes ex albido et purpurascente variae, in umbrosis pallidae; bracteae apice denticulatae, rarissime integerrimae, extus glabriusculae; bracteolae valva exterior arista subaequali et recta dorso munita, interior bifida, interdum fere bipartita laciniis acutis integrisque. ♃. Vis. fl. dalm. 89 in pascuis siccis agri Petrovo-polje dicti prope Derniš et ad pedem montium Promina et Svilaja. (Deschampsia media R. et S.) In.-Il. . . . . . **A. media Gou.**

Arista evidenter inflexa basique torta; foliis angustissimis teretifiliformibus solidis viridibus. — Radix ut omnium fibrosa; culmi erecti subteretes glabri, superne scabri; folia scabra vaginis pubescentibus; panicula erecta lata, sub anthesi patens, ante et post anthesim contracta; rachis flexuosa angulata scabra; spiculae oblongae compressae, ex albo, purpureo et viridi variae, flosculis basi pilis cinctis. ♃. In sylvis et ericetis totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in iisdem locis ad monasterium Duzluk et circa Drenovac (Kan.) nec minus in sylvis et dumetis ad Daruvar, Pakrac, Stražeman, Kaptol et Kutjevo. Rchb. fl. g. 339. (A. montana Rth.; Avena montana Web.; A. flexuosa M. B.) In.-Ag. . . . . **A. flexuosa L.**

Gen. 816. Corynephorus Beauv. Batica.

Flores paniculati; spiculae biflorae cum rudimento floris tertii piloso; bracteae valvae subaequales; bracteola bipaleacea, palea interiore integra aristata, arista dorsali recta, medio articulata, superne clavata, ad geniculum barbata; stigmata a basi pinnata et ad floris basin egredientia.— Koch syn. pl. p. 915; Rchb. fl. g. pag. 49, g. 42.

Panicula patente, conferta; floribus bractea brevioribus; foliis setaceis. — Radix fibrosa; culmi erecti subteretes, superne scabri,

plerique ramosi; folia scabra ligulis oblongis acuminatis lævibusque; rachis paniculae angulata et una cum ramis aculeis minimis exasperata; spiculae ovatae. ♃. In pratis montanis et arvis sterilibus circa Kalnik, Sudovec, Psarjevo, Zagrabiam, Samobor et alibi in Croatia montana haud rara. Syll. fl. cr. In iisdem locis ad Daruvar, Stražeman, Pleternicam et Požegam. Rcbh. fl. g. 334. (Aira canescens L.; Avena canescens Web.; Weingaertneria canescens Bernh.) Il.-Ag. . **C. canescens Beauv.**

Gen. 817. **Holcus L. Pahulja.**

Flores polygami paniculati; spiculae biflorae flosculo inferiore hermaphrodito mutico, superiore masculo aristato, arista dorsali recta, denique reflexa; bractea bivalvis; bracteola (glumella) bipaleacea, palea inferior apice integra; paleolae lanceolatae; styli brevissimi; stigmata plumosa ad basin floris emergentia. — Koch syn. pl. pag. 916; Rchb. fl. g. 53, g. 99.

Arista floris masculi recurvata bractea inclusa; radice fibrosa. — Culmi erecti teretes villo molli, ut folia et stipulae dense tecti; folia mollia ligulis brevibus truncatis; panicula erecta, patens; spiculae oblongae compressae, albidae, non raro purpurascentes, demum cinereae. ♃. In pratis, pascuis et sylvis locisque graminosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 37 in pratis udis et ad fossas circa Zara, Vrlika, Knin et Dugopolje prope Clissa. Rchb. fl. g. 368. (Avena lanata Koel.) Mj.-Ag. . . . . **H. lanatus L.**

Arista floris masculi geniculato-inflexa bracteam excedente; radice repente. — Culmi teretes ad genicula villosi, alii adscendentes; folia plana mollia pubescentia, demum glabrescentia, ad oras scabra vaginis glabris, ligulis truncatis elongatis dentatis; panicula oblonga patens; rachis scabra ramis hispidis; spiculae ovato-lanceolatae acutae. ♃. In sylvis et dumetis, ad sepes viarumque margines totius Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis montium Papuk et in illis ad Čerević (Kan.), nec minus in sylvis dumetisque ad Daruvar, Pakrac, Kamensko et Stražeman. Rchb. fl. g. 367. (Avena mollis Koel.) In.-Ag. . **H. mollis L.**

Gen. 818. **Arrhenatherum Beauv. Pahovka.**

Flores polygami paniculati; spiculae biflorae, flosculo inferiore masculo arista basilari geniculata instructo, superiori hermaphrodito sub apice recte-aristato,

rarius mutico; bracteola bipaleacea; stylus nullus; stigmata plumosa, ad basin floris emergentia. Koch syn. pl. pag. 916; Rchb. fl. g. p. 53, g. 96.

Foliis planis; panicula aequali; culmi geniculis glabris. — Radix teres fibris copiosis aucta; culmi teretes erecti aut adscendentes; folia laxa glabra scabra et ad oras aculeata; panicula oblonga erecta, tota vel saltem apice nutans, sub anthesi patens, ante et post anthesim contracta; spiculae oblongae flosculis basi pilis cinctis. ♃. In pratis, pascuis, ad viarum, vinearum sylvarumque margines totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 36 in pratis agri Petrovo-polje dicti prope Derniš, circa Castell Andreis prope Sebenico et in agro Spalatensi. Rchb. fl. g. 363. (Avena elatior L.; Holcus avenaceus Scop.; Arrhen. avenaceum Beauv.) In.-Ag. . . . . . . **Ar. elatius M. K.**

Observ. variet. β. culmi geniculis villosis; radice tuberosa, i. e. culmo basi in tubera 2—3 superimposita incrassato, est: Ar. bulbosum Schleich. (Avena bulbosa W.; Holcus bulbosus Host.) occurritque hinc inde cum specie, praesertim in litt. cr. et in Dalmatia.

Gen. 819. **Avena L. Zob ili Ovas.**

Flores paniculati hermaphroditi; spiculae 2-multiflorae; bractea (gluma) bivalvis valvis lanceolatis; bracteola (glumella) bipaleacea paleis lanceolatis, exteriore bidentata vel biaristata, quandoque bifida, laciniis irregulariter denticulatis, arista dorsali genuflexa, basi torta; paleolae (perigonium) oblongae; ovarium apice pilosum vel glabrum; styli nulli; stigmata undique plumosa ad basin floris emergentia — Vis. fl. dalm. I. p. 69, g. 39; Koch syn. pl. p. 916; Rchb. fl. g. p. 50, g. 94.

1 Ovario glabro nudoque 2

Ovario apice piloso aut pubescente 4

2 Flore inferiore dorso aristato; valvis nonnisi 1—3-nerviis . . 3

Flore inferiore ex ipso apice, et non ex dorso, aristato; valvis 7—9-nerviis. — Radix fibrosa; culmus erectus teres setulisque brevissimis inspersus; folia mollia villosa aut pilosa, ad oras scabra vaginis glabris ligulis acutis; panicula oblonga, aequali erecta vel apice inclinata; rachis angulata scabra, ramis elongatis filiformibus; spiculae oblongae subtriflorae flore inferiore apice in aristam acuminato, sequentibus apice cuspidato-biaristatis dorsoque arista geniculato-inflexa instructis. ⊙. In collibus montibusque apricis sterilibus ad Crisium, Kalnik, Toplikam et alibi in Croa-

tia frequentissima. Syll. fl. cr. In Slavonia in vineis ad Virovitic et Karlovic (Kan.), nec non in arvis sterilibus collibusque apricis ad Daruvar, Pakrac, Kamensko et Požegam. Rchb. fl. g. 342. (A. dubia Leers.; A. triaristata Vill.; A. striata Lam.; A. fertillis All.; Bromus triflorus Pollich.; Holcus biaristatus Wigg.; Trisetum tenue R. et S.; Ventenata bromoides et Ven. avenacea Koel.) In.-Ag. . . . . **A. tenuis Mnch**

3 Radice annua fibrosa; foliis radicalibus demum convolutis striatis omnino glabris. — Culmi erecti spithamaei pedalesve glabri; panicula ramosissima multiflora patula ramis semiverticillatis; spiculae exiguae pedicellatae compressae, pallide virentes, nitidæ subbiflorae bractea inferiore 1-nervia, superiore 3-nervia; flosculi dorso aristati basi brevissime piloso-penicellati bractea sua subbreviores; valvae bracteolae exterioris 2—4-fidae laciniis setaceis linearibusve. ⨀. Vis. fl. dalm. III. pag. 340 in agris circa Trau. (A. mediolanensis Buls. et Not.; A. tenuiflora Bert.; Trisetum myrianthum Fisch. et Mey.) In.-Il. . . **A. myriantha Bert.**

Radix teres repens fibrisque copiosis aucta, et perennis; culmi 2—3-pedales erecti vel adscendentes ad genicula villosi, secus laeves; folia plana villosa aut dense pubescentia ligulis brevibus, truncatis ciliatisque; paniculæ diffusæ aequalis ramis longioribus spiculas 5—8 gerentibus, ante et post anthesim contracta rachide compressa scabraque; spiculae lanceolato-ovatae 3-florae; valva superiore 3-nervia oblongo-lanceolata, supra medium acuminata, palea inferiore breviter setaceo-bicuspidata. ♃. In pratis et ad margines viarum ad Zagrabiam, in Moslavina, Posavina et alibi in locis fertilibus haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis ad Megjurić, Gaj et Lipik. Rchb. fl. g. 346. (Trisetum pratense Pers.; T. flavescens Beauv.; T. splendens Presl.) In.-Il. . . . . **A. flavescens L.**

4 Spiculis plus minusve erectis (saltem nec unquam pendulis) valvis nonnisi 1—3-nerviis 5

Spiculis saltem post anthesim cernuis pendulisve; valvis 5—9-nerviis; radice omnibus annua 9

5 Foliis facie dorsoque glabris, ad oras plerumque scaberrimis . . 6

Foliis utrinque villosis. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes glabri vaginisque foliorum tecti; folia plana, mollia brevia linearia vaginis saltem inferioribus villosis; panicula aeqnalis ramosa, demum nutans; spiculae oblongae 2—3-florae flore in-

feriore in medio dorsi aristato, bracteis nitidis hyalino-scariosis, flosculis bracteam superantibus basi barbatis. ♃. In pratis fertilibus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 95 in pascuis montanis prope Vrlika et in montibus Dinara et Mossor. Rchb. fl. g. 351. (A. sesquitertia L. Maut.) Mj.-In.

A. pubescens L.

6 Panicula diffusa patente, non raro ramosissima 7

Panicula contracta spiciformi aut racemosa 8

7 Radice perenni; panicula erecta, demum secunda ramis divisis; flosculis basi pilosis bracteam suam subaequantibus; foliis glaucis; valvulis bracteolae exterioris apice bicuspidatis. — Radix fibrosa; culmi erecti pedales aut sesquipedales glabri laeves; folia demum convoluta, intus striata ligulis filiformibus; paniculae ramis inferioribus ternis quaternisve, rachide villosa; spiculæ 3--4 florae ex albido et purpureo variae valvis nitidis erectisque; flosculi pilosi. ♃. In rupium fissuris ad viam publicam Karlobago ducentem. Vis. fl. dalm. 94 in collibus apricis locisque asperis, nec non inter domos totius Dalmatiae, praesertim littoralis et insularis. (A. fallax R. et S.; A. sempervirens Alsch.) Apr.-In. . . . . **A. striata Lam.**

Radice annua; panicula ramosissima ramis verticillatis; valvis bracteolae exterioris 2—4-fidae laciniis setaceis. Vide 3.

8 Paniculae racemosae ramis inferioribus geminis, superioribus solitariis; flosculis sola basi brevissime barbatis caeterum omnino nudis; foliis supra scaberrimis demum convolutis. — Radix fibrosa fibris copiosis tenacibus; culmi erecti teretes uni- aut sesquipedales; folia canaliculata brevia vaginis teretibus; panicula oblonga rachide scabra, ramis brevissimis hispidis, plerumque unica spicula terminatis; spiculae oblongae 4—5-florae floribus dorso in medio aristatis; valva superiore 3-nervia, axi pilosa pilis articulorum superiorum callo triplo longioribus. ♃. In pratis siccis collibusque herbidis in Zagoria circa Radoboj, Thermas Krapinensis, ad Zagrabiam, Samobor et alibi in montanis. Syll. fl. cr. In Slavonia in collibus apricis ad Stražeman et Kutjevo versus Bekteš. Rchb. fl. g. 350. (A. bromoides W.) Il.-Ag. . . . . **A. pratensis L.**

Panicula spiciformi stricta ramis omnibus solitariis; flosculis barbatis; foliis convoluto-setaceis striatis glabrisque. — Radix fibrosa; culmi in caespitem dense aggregati erecti striati pal-

mares; folia acuminata laevia ligulis lanceolatis acutis, apice pilosis, vaginis teretibus; panicula vix pollicaris e spiculis 3—5 sessilibus formata, rarius infimis breviter pedunculatis solitariis; bracteae lanceolato-acuminatae glabrae stramineae, axis ad flosculorum insertionem pilosus, caeterum glaber; valvae coloratae; flosculi subsessiles; valvae bracteolae lanceolatae acutae longe barbatae, apice membranaceae glabrae, exterior bifida, dorso aristata, arista basi complanata contorta et supra bracteolam geniculata, erecta. ♃. Vis. fl. dalm. III. p. 339 in graminosis apricis rupestribus montis Orien. In.-Il. . . **A Neumayeriana Vis.**

9 Axe spicularum glabro; foliis lanceolatis 10

Axe spicularum hirsuto, vel axe quidem glabro, sed ad basin flosculi infimi aut supremi fasciculo pilorum brevi stipato . . 11

10 Floribus glabris, apice cuspidato-bifidis; spiculis bifloris. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri laeves; folia lata plana, ad oras aculeata vaginis glabris laevibus, ligulis scabriusculis; paniculæ rachis tortuosa superne scaberrima ramis compressis gracilibus, floriferis patulis; spiculae oblongae subcylindricae 2—4-florae flosculo terminali plerumque imperfecto; palea inferior herbaceo-membranacea nervis vallidis percursa. ⊙. Colitur et hinc inde in ruderatis et inter segetes quasi spontanea. Rchb. fl. g. 355. Il.-Ag. . . . . **A. nuda L.**

Floribus a basi fere ad medium setoso-pilosis, apice 2-dentatis aut 2-fidis; spiculis subquadrifloris. — Radix fibrosa; culmi erecti tantum ad genicula pilosi; folia canaliculata scaberrima vaginis infra medium pilosis; panicula secunda nutans ramis inferioribus subramosis; spiculae pallide virides, dein stramineae, demum nigricantes, longissimae flosculo uno alterove sterili, fertilibus aristatis hirsutis, bractea sua brevioribus, sterilibus glabris; valvae bracteolae exterioris bifidae laciniis lineari-lanceolatis fissis. ○. Inter segetes in litt. cr., veluti circa Flumen, Tersat, Praputnik, Bribir et alibi haud rara. Syll. fl. cr. In Slavonia in agris circa Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. III. p. 339 in cultis et incultis circa Zara et in insulis Ossero, Veglia et Lesina. Rchb. fl. g. 357. (A. macrocarpa Mnch.) Mj.-In. . . . **A. sterilis L.**

11 Flosculis a basi ad medium usque setoso-pilosis lanceolatis dorsoque aristatis; valva superiore 9-nervia; axe hirsuto 12

Flosculis glabris aut apice tantum fasciculato-pilosis; spiculis plerumque bifloris 13

12 Panicula aequali patente; spiculis plerumque 3-floris; floribus lanceolatis apice dentato 2-fidis. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri laeves; folia lata scabra ad oras aculeata ligulis brevibus truncatis; panicula diffusa ramis simplicibus; spiculæ pallide virides, demum flavescentes et dein nigricantes flosculis nutantibus aristatis bractea sua brevioribus; valvae bracteolae exterioris bifidae laciniis lanceolatis. ☉. Inter segetes in Croatia et Slavonia haud rara, sed non ubique. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 93 in cultis et inter segetes circa Knin, Derniš, Sebenico, Zara et Spalato. Rchb. fl. g. 358. In.-Il. . . . . **A. fatua L.**

Panicula secunda patula; spiculis plerumque tantum 2-floris, floribus lanceolatis apiceque simpliciter bifidis laciniis setaceis in aristam rectam excurrentibus. — Radix fibrosa; culmi erecti spithamaei pedalesve rarius ultra erecti vel e basi decumbente adscendentes supra scabriusculi; folia pilis brevibus adspersa ad oras scabra vaginis pilosis, ligulis brevibus; panicula laxa ramis inferioribus divisis; spiculae oblongae, subteretes; bracteae plerumque biflorae valva superiore 9-nervia; flores lanceolati dorso aristati, a basi fere ad medium setoso-pilosi apice bifida, axi hirsuta. ♃. Inter segetes et in locis graminosis asperis litt. cr., veluti ad Flumen, Tersat, Kukuljanovo, Novi et alibi; nec minus in insulis Veglia et Ossero. Vis. fl. dalm. I. p. 69, sub n. 92 absque diagnosi, in apricis graminosis incultis circa Zara, Sebenico, Derniš, Spalato et Ragusa. (A. barbata Brot.; A. strigosa Vis.; A. atherantha Presl.) Il.-Ag. . . . **A. hirsuta Rth.**

13 Floribus apice breviter bifidis denticulatisque superiore mutico; bractea flosculos excedente, valva superiore 9-nervia; axe ad basin flosculi infimi breviter fasciculato-piloso 14

Floribus apice bifidis laciniis aristatis, aristis rectis, arista dorsali geniculatim flexa; bractea floribus aequilonga; axe glabro, ad basin floris superioris fasciculo pilorum brevi. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri laeves 1—3-pedales et ultra; folia mollia scabra, vaginis apicem versus ciliatis, ligulis brevibus obtusis; panicula secunda plerumque apice nutans; rachis flexuosa ramis gracilibus scabris; spiculae oblongae subteretes 2—3-florae floribus aequalibus glabris apicem versus attenuatis dorso aristatis arista geniculata, valva superiore 7—9-nervia. ♃. Colitur hinc inde et passim in agris inter segeter quasi spon-

tanea, praesertim in Croatia australi et litt. cr. Rchb. fl. g. 356. (A. nervosa Lam.; Dantonia strigosa Bauv.) Il.-Ag. **A. strigosa Schrb.**

14 Panicula secunda contracta. — Radix fibrosa fibris validis; culmi erecti altissimi glabri laeves; folia lata plana laxa scabraque ligulis brevibus obtusis, vaginis glabris laevibusque; panicula longissima, apice nutans; rachis superne compressa scabra ramulis apicem versus incrassatis; spiculae oblongae 2-florae, flore superiore quandoque sterili, uno mutico, altero aristato, bracteis flores superantibus, valva superiore 9-nervia. ◯. Colitur passim praesertim in Croatia australi et ibidem non raro inter segetes quasi spontanea. Rchb. fl. g. 360. (A. heteromalla Mnch.) Il.-Ag. . . . . **A. orientalis Schreb.**

Panicula aequali patente erecta et divaricata. — Radix ut omnium fibrosa; culmi erecti glabri laeves; folia lata scabra ligulis obtusis villosis; paniculae rami divisi compressi aculeati; spiculæ oblongae subteretes biflorae bracteis flores glabros lanceolatos apicemque versus attenuatos superantibus, valva superiore 9-nervia. ⊙. Colitur et hinc inde inter segetes, ad sepes et in ruderatis quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 92 culta et ad sepes, agrorum aggeres et inter segetes quasi spontanea. Rchb. fl. g. 359. Il.-Ag. . . . . **A. sativa L.**

Observ. Variat floribus omnibus muticis paleisque in fructu albidis nigrisque.

Variet. β. spiculis exacte trifloris, flosculis bractea sua minoribus, flore uno alterove aristato, tertio mutico; seminibus 2 corticatis flavescentibus, est: A. trisperma Schrb. Rchb. fl. g. 361 occurritque passim cum specie.

Gen. 802. **Danthonia DC. Šilj.**

Flores racemosi; spiculae bi-multiflorae; bractea (gluma) ovato-lanceolata ampla ventricoso-convexa bivalvis, saepe flores aequans vel plane superans; bracteola bipaleacea, basi barbata; paleis ovalibus, interiore concava, apice bifida, inter lacinias aristam inferne complicatam et spiraliter tortam emittens; paleolae (perigonium) subrotundo-obovatae; ovarium glabrum; styli breves; stigmata plumosa e latere floris egredientia. — Vis. fl. dalm. III. pag. 340; Koch syn. pl. p. 923; Rchb. fl. g. 52, g. 96.

Racemo subsimplici; foliis linearibus glabris, vaginis apice barbatis. — Radix fibrosa; culmi stricti semipedales, rarius ultra, foliosi glabri et laeves; folia plana striata, ligulae loco pilorum

series; racemus abbreviatus. ♃. In pascuis lapidosis ad Jelenje et Kamenjak (1864.) in asperis circa Novigrad et secus viam ducentem a Novigrad versus Lešće (1868). Vis. fl. dalm. in pratis montanis prope Zara. Rchb. fl. g. 362. (D. provincialis DC.; D. alpina Vest.; Avena calycina Vill.; A. stricta Host.) In.-Il. . . . . **D. calycina Rchb.**

Gen. 821. **Triodia R. Br. Trozubka.**

Flores paniculato-racemosi; spiculae teretiusculae 3—5-florae; bractea (gluma) bivalvis ampla, ventricoso-convexa flores amplectens; exterior major; bracteolae (glumellae) bipaleaceae, palea inferior apice bifida interjecta arista recta; ovarium glabrum; styli breves; stigmata plumosa ad basin floris egredientia. — Koch syn. pl. pag. 923; Rchb. fl g. p. 41, g. 81.

Bracteola exteriore laevi basi ciliata. — Radix fibrosa plures culmos in orbem dispositos emittens, subteretes, superne tantum scabriusculos spithamaeos pedalesve, decumbentes erectosque; folia plana pilosa, margine scabra vaginis pilosis ligulisque brevibus villosis; racemus oblongus rachi compressa scabra, ramis simplicibus, spiculam solitariam, vel inferioribus spiculas 2—3 gerentibus; spiculae oblongae. ♃. In pascuis saxosis collibusque graminosis Croatiae praesertim australis, veluti in Vrebačka-staza, Vilena- et Farkašić-draga prope Zavalje, ad Gospić, Sv. Rok et alibi in provincia Likana et Otočana. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 271. (Festuca decumbens L.; Poa decumbens Scop.; Sieglingia decumbens Bernh.; Melica rigida Wib.; Danthonia decumbens DC.) In.-In. . . . . **T. decumbens Beauv.**

Gen. 822. **Melica L. Zona.**

Flores paniculati; spiculae subbiflorae cum rudimento flosculi sterilis; bractea (gluma) bivalvis laxa membranacea nitida; bracteola (glumella) bipaleacea cartilaginea mutica; paleolae truncatae; styli mediocres; stigmata tenue plumosa versus basin flosculi emergentia; caryopsis bracteola tecta. — Vis. fl. dalm. I. p. 66, g. 37; Koch syn. pl. p. 923; Rchb. fl. g. 41, g. 80.

1 Palea inferiore dense ciliata; radice fibrosa 2
Paleis non ciliatis; spiculis ovatis; radice repente 3
2 Palea inferiore a basi ad apicem usque dense ciliato-villosa; flore neutro oblongo; panicula spiciformi. — Radix teres fibris plurimis aucta; culmi erecti teretes 1—2-pedales plerumque erecti; folia canaliculata. facie pubescentia, ad margines et superiorem

carinae partem scabra, vaginis asperis, ligulis oblongis acuminatis; racemus spiciformis aequalis albidus vel ex viridi flavescens ramis brevissimis villosis; spiculae teretiusculae acuminatæ 3-florae. ♃. In sylvis umbrosis locisque asperis saxosis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 87. — Rchb. fl. g. 266. In.-Il. . . . . **M. ciliata L.**

Palea inferiore ante marginem a basi ultra medium ciliato-pilosa; flore neutro turbinato basique attenuato; panicula laxa subsecunda. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes glabri laeves, ex infimis geniculis non raro radices ramosque agentes; folia plana facie villosa et scabra, ramis superioribus nutantibus hispidis unicamque spiculam ferentibus, inferioribus glabris et in plures ramulos hispidos divisis; spiculae ovatae 3-florae. ♃. In locis asperis litt. cr. et quidem ad mare prope Bukari et ad rupes prope Draga superior (1864). Rchb. fl. g. 269. (M. pyramidata Desf.) In.-Il. . . . . **M. Bauhini All.**

3 Spiculis nutantibus 3-floris, floribus duobus inferioribus perfectis; ligulis brevissimis truncatis 4

Spiculis erectis cum flosculo unico perfecto; foliis planis, ligulis oppositifoliis acuminatis subherbaceis. — Radix valde repens; culmi graciles ad basin subtrigoni, superne compressi erecti, vel basi decumbentes et radicantes; folia laxa scabra ligulis brevibus truncatis; panicula primo erecta, deinde inclinata, rachis scabra, ramis erecto-patentibus inclinatisve, superioribus unicam spiculam, reliquis duas tresve ferentibus; spiculae purpurascentes ovatae biflorae flore inferiore perfecto, altero tantum e valvulis duabus membranaceis formato. ♃. In sylvis umbrosis, præsertim montanis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 85 in pratis subalpinis montium Velebit. Rchb. fl. g. 268. (M. Lobelii Vill.; M. nutans Pollich.) In.-Il.
M. uniflora Retz.

4 Panicula in racemum simplicem secundum contracta; spiculis pendulis ovatis ventricosis purpurascentibus. — Radix gracilis repens; culmi erecti subcompressi, superne flexuosi; folia plana scabra vaginis compressis, ligulis brevissimis; panicula racemiformis secunda subsimplex, rachis scabra, ramuli abbreviati hispidi bractea oblonga stipati; spiculae nutantes subtriflorae flosculis duobus inferioribus perfectis, tertio terminali e squamis 2 cartilagineis obtusis formato. ⊙. In sylvis umbrosis totius

Croatiae. Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis ad Drenovac et Jankovec, nec non ad Karlovic (Kan.), non minus in illis ad Daruvar, Pakrac, Kamensko et Stražeman. Vis. fl. dalm. 86 in umbrosis herbidis insulae Lesina. In.-Il. . . . . . **M. nutans L.**

Panicula spiciformi secunda ramosissima, sed ramis brevissimis; spiculis oblongo-lanceolatis pallidis vel ex albido flavescentibus nitidis. — Radix gracilis repens; culmi erecti 1—2-pedales et ultra, erecti subteretes apicemque versus nudi scabri, secus foliosi; folia disticha lata laxa, ad oras et superiorem dorsi partem scabra; vaginae scabrae, ligulae obtusae et aculeis exasperatae; panicula erecta apice inclinata, rachis scabra, rami erecti; spiculae nutantes flosculis 2 inferioribus perfectis, tertio terminali imperfecto, sterili; valvae oblongae acutae aequales dorso lineis 5 notatae. ⨀. In litt. cr. ad margines vinearum ad Kukuljanovo (1864). In Slavonia in sylvis montanis ad Čerević et in vineis ad Vukovar et Karlovic. (Kan.) In.-Ag. **M. altissima L.**

Trib- XIII. **Sesleriaceae Koch.** *Spiculae bi-multiflorae; bractea (gluma) magna florem fere tegens; styli nulli vel brevissimi; stigmata filiformia ex apice floris egredientia denticulata vel breviter pilosa.*

Gen. 823. **Echinaria Desf. Ježenka.**

Flores in thyrsum capitatum congesti; bractea (gluma) bivalvis 2—4-flora; bracteola (glumella) bipaleacea basi membranacea, palea inferior palmato-5-fida laciniis lanceolato-subulatis herbaceis rigidis, superior bifida; stylus nullus; stigmata filiformia longissima, apice denticulata et ex apice floris egredientia. Koch syn. pl. pag. 910; Rchb. fl. g. pag. 35, g. 71.

Paleola externa 5-aristata aristis rectis. — Radix fibrosa; culmi teretes laeves 4—6-pollicares aut spithamaei; folia rigida villosa; thyrsus subrotundus; spiculæ infimae imperfectae involucrum echinatum mentientes, reliquae perfectae 2--3-florae; bracteae compressae ciliatae arista brevissima mucroniformi terminatae. ⨀. In herbidis incultis litt. cr. ad Novi, Karlobago. (In Syll. fl. cr. aust. p. 15, g. 24.; Host fl. aust. I. p. 141.) Rchb. fl. g. 216. (Sesleria echinata Host; Cenchrus capitatus L.; Panicastrella capitata Mnch.) Mj.-In. . . . . **E capitata Desf.**

Gen. 824. **Sesleria Scop. Šašika.**

Flores spicati; spiculae multiflorae, inferiores involucratae; bractea (gluma) bivalvis acuminata; bracteola (glumella) bipaleacea paleis membranaceis, in-

ferior integra mucronata aut aristata, vel apice 3—5-dentata dentibus mucronatis aristatisve; paleolae acuminatae; styli brevissimi vel nulli, stigmata filiformia longissima tenuissime plumosa aut puberula, ex apice floris egredientia; caryopsis bracteola tecta.— Vis. fl. dalm. I. p. 86, g. 50; Koch syn. pl p. 910; Rchb. fl. g. p. 35, g. 73.

1 Spica elongata oblongo-cylindrica vel ovali-oblonga, composita aut basi laxiuscula 2

Spica elongata quidem, sed interrupta et pauciflora spiculis alternis 2—3-floris, sessilibus. — Glauca glabra, sesquipedalis; radix fibrosa fibris copiosissimis, jubatis; culmi anguloso-triquetri sulcati, basi vagina fibroso-reticulata turgida cum foliis inclusis, ideoque quasi bulbosi, undique laeves, erecti et graciles; folia filiformia canaliculata laevia, apice cuspidata, radicalia culmo parum breviora, culmeum brevissimum vel nullum, ligulae truncatae minimae multifido-ciliatae; spica racemosa; bractea (gluma) cuspidata flosculis longior. ♃. In rupium fissuris tractus montium Velebit, veluti in alpe Visočica, Sveto-brdo, ad Mali-Halan et Podprag. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 142 in rupestribus loco Furnasa dicto secus flumen Cetina prope Almissa. Rchb. fl. g. 221 b. Apr.-Mj. . . . . **S. interrupta Vis.**

2 Vaginis foliorum integris, denique margine fissis 3

Vaginis (denique) in fila flexuoso-intertexta solutis. — Radix cæspitosa simulque stolonifera; culmi erecti teretes glabri laeves, primo humiles, dein valde elongati, pedales et ultra; folia rigida glabra laevia, radicalia subteretia, culmo florente longiora, culmea canaliculata; spica erecta, spiculae subtriflorae ovatae compressae, primo aggregatae, dein remotae, inferiores bractea membranacea, apice ciliata fultae; valvae bracteae (glumae) acuminatae, carina aculeatae. ♃. In locis saxosis ad Kalnik, Markuševec, Kidovec et in monte Ošterc ad Rude, nec minus in asperis ad Kamenjak et praesertim i rupium fissuris litt. cr., veluti ad Flumen, Novi, Segniam et Karlobago. Syll. fl. cr. In locis asperis saxosis Dalmatiae. (Host fl. aust. I. p. 139, n. 3.) Mj.-In. . . . . **S. tenuifolia Schrd.**

3 Spica elongato- vel oblongo-cylindrica; radice caespitosa simulque stolonifera 4

Spica ovali-oblonga subsecunda foliis complicatis, linearibus planiusculis apice subito in mucronem scabrum contractis; radice caespitosa quidem, sed stolonibus nullis. — Radix tenuis fibris

copiosis jubata; culmus erectus compressus ad apicem pubescens; folia ad margines carinamque scabra, facie glauca et villosula ligulis truncatis pubescentibus; spica compacta spiculis 2—3-floris; palea inferior in setas 2—4 aristamque intermediam terminata, aristis bractea brevioribus. ♃. In pratis montanis sylvaticis Zagoriae superioris, veluti ad Pregrada et Klanjec, sed sequentibus rarius. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 219. (Cynosurus cæruleus L.) Mr.-Apr. . . . . **S. caerulea Ard.**

4 Foliis rigidis canaliculatis; spiculis pedicellatis 5

Foliis omnino planis (nec minime canaliculatis). apice cuspidatis, margine scabris; spiculis subsessilibus. — Radix fibris copiosis firmata; culmi erecti aut e basi decumbente adscendentes, spithamaei pedalesve; spica compacta oblongo-cylindrica, basi involucrata phyllis involucri integris; spiculis 2—3-floris pallidis; bractea (gluma) cuspidata; bracteolae (glumellae) paleola exterior 3-dentato-mucronata dente aristato. (Praecedenti persimilis, differt tamen ab illa foliis planis et acutissime cuspidatis.) ♃. Vis. fl. dalm. 139 in rupium fissuris circa Priko prope Almissa et in saxosis apricis circa Ragusa. Ap.-Mj. **S. cylindrica DC.**

5 Involucris spicae oblongae, basi laxae integris ciliatisque; palea bracteolae exterior 3—5-dentata dente medio aristato. — Radix demum lignescens fibris copiosis firmata; culmi teretes glabri laeves et aphylli; folia brevia rigida cuspidata canaliculata, juncea, culmo sulcato dimidio breviora puberula, ad oras scabra, vagina folii infimi ciliata; rachis spicae laevis; spiculae oblongae compressae 3—4-florae caerulescentes. ♃. Ad rupes calcareas Kalnikenses, in saxosis montis Oštrc, ad Samobor, ad moenia arcis vetustae Okić-grad et alibi in asperis et rupestribus, praesertim Croatiae australis et littoralis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 141 in rupestribus montium Biokovo, Promina et in illis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 222. Apr.-Mj. . **S. juncifolia Host.**

Involucris spicae lineari-elongatae subintegris glabrisque; paleola bracteolae exterioris tridentato-mucronata dente medio aristato. — Radix teres fibris copiosis aucta; culmi erecti aut adscendentes ad genicula villosi; folia longissima rigida acuminata, margine et ad carinae partem superiorem scabra vaginis compressis, ligulis brevissimis truncatis; rachis spicae caerulescentis ad angulos scabra, ramis rachi adpressis; spiculae oblongae glabrae 2—3-florae. ♃. In rupium fissuris tractus montium Ve-

lebit, veluti in monte Vratnik, in subalpinis alpium Visočica, Samar et Debelo-brdo, Pliešivica et ad moenia arcis vetustae Merzin-grad. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 140 in dumetis, collibus locisque saxosis et rupium fissuris circa Zara, Sebenico, Derniš, Spalato, Brazza, Lesina et Ragusa. Rchb. fl. g. 220. Mj.-Il. **S. elongata Host.**

Trib. XIV. **Hordeaceae Kunth.** *Spiculae bi-multiflorae flore terminali saepe tabescente ad excissuras racheos sessiles, pedicelli nulli: styli brevissimi vel nulli; stigmata plumosa e basi flosculorum utrinque egredientia.*

Gen. 825. Gaudinia Beauv. Trtica.

Spica rachi edentula; spiculae solitariae in racheos excissuris sessiles, rachi parallelae; bractea (gluma) bivalvis 4—7-flora; bracteola (glumella) bipaleacea, palea inferior dorso aristata, arista basi torta et geniculato-deflexa; stigmata elongata supra medium plumosa. — Koch syn. pl. pag. 934; Rchb. fl. gen. pag. 17, g, 23.

Spica articulata ad articulos fragili. — Gramen gracile; radix fibrosa; culmi humiles glabri laeves, erecti vel e basi decumbente adscendentes; folia pilis brevibus adspersa, superne ad oras scabra vaginis pilosis, ligulis truncatis spica oblonga, rachis flexuosa, ad oras scabra; spiculae alternae oblongae compressae. ⊙. In locis incultis asperis litt. cr., veluti ad Flumen, Portoré, Novi, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 88. (Avena fragilis L.) Mj.-In. . . . . **G. fragilis Beauv.**

Gen. 826. Triticum L. Pšenica.

Flores spicati rachi excisa; spiculae solitariae in racheos excissuris sessiles, plano-convexae, rachi parallelae; spiculae plus minusve ventricosae turgidae, bractea (gluma) bivalvis valvis ovatis oblongisve, 3-multiflora flosculis inferioribus 2—3 fertilibus, superioribus 1—2 sterilibus; bracteola (glumella) bipaleacea paleis lanceolatis, inferiore ex apice aristata vel mutica; stigmata plumosa. (Pl. annuae aut biennes.) Rchb. fl. g. p. 21, g. 33.

1 Spica tetragona vel a latere compressa 2
Spica disticha villosa. — Radix fibrosa; culmus erectus glaber et laevis, pedalis aut sesquipedalis; folia plana lata pubescentia, vagina folii supremi inflata, ligula truncata; spica compacta viridis et albo colore variegata, rachis fragilis articulata margineque pilosa, spiculis 3-floris, flosculo medio pedicellato sterili; bracteolae obovato-emarginatae longissime aristatae fasciculato-

ciliatae. ⊙. Inter segetes in litt. cr., veluti circa Flumen, Sv. Kosmo, Zagorje, Selce et alibi haud rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia ad vias, in pratis et prunetis circa Čerević, inter Kamenic et Petrovaradinum, ad Karlovic et Semlin. (Kan.) Vis. fl. dalm. 157 ad agrorum margines et in arvis locisque sterilibus circa Zara, Sebenico, Spalato, Ragusa et Cattaro, nec non in insulis Dalmatiae locis montanis. Rchb. fl. g. 114. (Secale villosum L.) Mj.-In. . . . . **T. villosum M. B.**

2 Rachi fragili; caryopsi bracteola arcte corticata 3

Rachi tenace; caryopsi libera, non corticata 5

3 Spica a latere compressa, arcte imbricata 4

Spica subaequaliter compressa, laxe imbricata. — Radix fibrosa; culmi erecti ad genicula pubescentes; folia subcanaliculata sericea superne ad oras scabriuscula vaginis laevibus, ligulis brevissimis villosis; spica laxa glauca vel viridis; rachis margine glabra; spiculae sub-4-florae; bracteae truncatae cuspidatae carina erectiuscula, flosculi nonnisi laterales fertiles. ⊙ vel ♂. Colitur hinc inde, praesertim in Zagoria, Croatia australi et in Dalmatia. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 156· „Pir.“ Rchb. fl. g. 111. (T. Zea Host.) Mj.-In. . . . . **T. Spelta L.**

4 Valvis bracteae oblique truncatis, dentato-mucronatis, carina compressa valde prominente superne cum dente apice inflexa. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri laeves; folia plana puberula; spiculae 3-florae aristatae; bracteae ventricosae; semina triquetra, longa, acuta, gibba. ⊙ vel ♂. Colitur hinc inde, sed raro. Rchb. fl. g. 112. (T. atratum Host; T. amyleum Ser.) In.-Il. **T. dicoccum Schrk.**

Valvis apice bi-tridentatis, dentibus acutis carinaque apice rectis. — Radix fibrosa; culmi erecti, basi puberuli, apice scabriusculi, secus laeves et glabri; folia plana pilis brevibus inspersa; spica arcte imbricata viridi, dein flavescente, rachi glabra, spiculis 3-floris, sed flosculo unico fertili aristato, duobus sterilibus muticis; bracteae glabrae. ○ vel ♂. Colitur hinc inde in regionibus montanis Croatiae australis et Dalmatiae. Vis. fl. dalm. 155. — Rchb. fl. g. 113. Mj.-In. . . . . **T. monococcum L.**

5 Spica regulariter tetragona, valvis ovatis oblongisve 6

Spica irregulariter tetragona vel compressa; valvis oblongo-lanceolatis herbaceo-chartaceis conspicue multinerviis, dorso carinatis, apiceque breviter bidentatis. — Radix fibrosa; culmi erecti te-

retes glabri; folia plana ad oras scabriuscula; spica compacta, rachis margine pilosa; spiculae 3—4-florae; bracteae valvis subventricosis, latitudine multoties longioribus, brevissime 1--2-dentatis. ⊙ v. ♂. In Croatia australi et in insula Lesina cultum. Vis. fl. dalm. III. p. 345. — Rchb. fl. g. 110. In.-Il. **T. polonicum L.**

6 Valvis bracteae carinatis, carina tota prominente subalaeformi . 7

Valvis ventricosis ovatis, dorso rotundato-convexis, sub apice compressis, nervo obtuse prominulo. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri et laeves; folia scaberrima vaginis glabris laevibusque, ligulis truncatis; spica compacta, viridis vel glauca, demum paleacea aristis concoloribus vel nigricantibus, rarius plane nullis, rachis margine pilosa; spiculae 4-florae; bracteae valvis truncatis mucronatis, bracteolae ventricosae. ⊙ v. ♂. Ubique culta. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 154. — Rchb. fl. g. 107. (T. sativum Lam.) In.-Il. . . . . **T. vulgare L.**

Observ. Colitur qua T. aestivum L. spiculis plerumque longe aristatis, et qua T. hybernum L. spiculis laevibus et plerumque submuticis.

7 Valvis ovatis, truncatis, mucronatis. - Radice fibrosa; culmis erectis basi apiceque scabriusculis, secus laevibus; foliis planis scabriusculis; spica inclinata, laxe imbricata; rachis tenax, spiculae turgido-ventricosae plerumque 4-florae villosae subaristatae. ⊙. Hinc inde cultum. Rchb. fl. g. 108. In.-Il. . . . **T. turgidum L.**

Observ. variet. β. spica composita ramosa, est: T. compositum L.

Valvis oblongis latitudine sua triplo longioribus. — Radix, culmi et folia ejusdem formae ac in praecedente; spica compacta rachi tenaci margineque pilosa; spiculae 4-florae; bracteae late mucronatae; flosculi longissime aristati. ⊙. Colitur hinc inde in montanis Croatiae australis et in insula Lesina. Vis. fl. dalm. III. p. 345. — Rchb. fl. g. 109. (T. hordeiforme Host; T. algeriense Desf.) In.-Il. . . . . **T. durum Desf.**

Gen. 827. **Agropyrum Gaert. Pirika.**

Flores spicati rachi dentata; spiculae complanatae multiflorae flosculis omnibus fertilibus; bracteae flores amplectentes, inferior brevior valvis lanceolatis vel lineari-oblongis, apice rectis, nec extrorsum flexis; bracteolae ovales; stigmata plumosa. (Pl. omnes perennes.) Rchb. fl. g. p. 20, g. 32.

1 Spica elongata disticha spiculis 4–10-floris 2

Spica oblongo-ovata sub tetragona complanata, spiculis 5--10-floris

aristatis. — Radix repens fibris copiosis aucta; culmi erecti aut e basi decumbente adscendentes; folia plana, ad oras scabra, facie pubescentia vaginis glabris, ligulis truncatis; spicae rachis margine villosa; spiculae glabrae; bracteae (glumae) carina scabrae, apice in aristam brevem flexuosam attenuatae, sub anthesi patentes; bracteolae palea exterior oblonga, arista apicem, versus scabra, interior lanceolata membranacea acuta bifidaque et ad flexurae angulos ciliata. ♃. In asperis litt. cr., veluti circa Bukari, Selce, Novi, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr. In Slavonia in pascuis siccis circa Vrdnik, Karlovic et Slankamen. (Kan.) Rchb. fl. g. 106. (Trit. cristatum Schreb.; Bromus cristatus L.) Mj.-In. . . . . **A. cristatum Beauv.**

2 Nervi foliorum supra serie simplici aculeorum minutissimorum vel stellularum obsiti ideoque scabri 3

Nervi foliorum supra seriebus numerosis pilorum brevissimorum obsiti 3

3 Foliis supra setulis solitariis scaberrimis consitis; floribus obtusis muticis. 4

Foliis supra punctulis acutis solitariis vel utrinque plus minusve scabris; spiculis muticis vel aristatis 5

4 Bracteis (valvis) 9-nerviis lato truncatis vel obtusissimis: rachi setuloso-scabra; radice fibrosa caespitosa stolonibusque destituta. — Culmi erecti rigidi; folia supra setulis solitariis conspersa, scaberrima; spica disticha, spiculis 5—10-floris, inferioribus remotis, superioribus approximatis. ♃. In asperis ad littora maris prope Flumen et Bukari. (1864.) Rchb. fl. g. 101. (Trit. elongatum Host.) Il.-Ag. . . . . **A. rigidum R. S.**

Bracteis (valvis) 7-nerviis acutiusculis breviterve mucronatis spicula dimidia brevioribus; rachis glabra scabrave; radice repente. — Culmi firmi, alii erecti, alii adscendentes; folia basi plana glaucescentia apice involuta pungentia; spica aequali rigida; spiculae 5—10-florae approximatae, rarius remotiusculae, glaucescentes. ♃. In arenosis et in rupestribus ad littora maris circa Flumen, Bukari, Cirkvenica et alibi. Syll. fl. cr. — Vis fl. dalm. 159 ad rupes maritimas circa Spalato, nec non in arenosis ad lacum salsum Morinje prope Sebenico. Rchb. fl. g. 102. (Trit. pungens Pers.) Mj.-In. . . . . **A. pungens R. S.**

5 Foliis tantum facie scabris, dorso glabriusculis; radice repente . 6

Foliis utrinque scabris; radice fibrosa. — Culmi erecti ad genicula pilosi, secus laeves; folia lata plana ad oras scaberrima

vaginis scabris, ligulis truncatis denticulatisque; rachis spicae viridis erectae aculeis exasperata; spiculae alternae plerumque 5-florae, bracteae lanceolatae 4—7-nerviae acuminatae, flores acuminati aristati arista florem excedente. ♃. Ad sepes, in ruderatis et in sylvis umbrosis totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 160 ad sepes et in dumetis circa Derniš et Vrlika. Rchb. fl. g. 98. (Trit. caninum L.; Elymus caninus W.) Mj.-In. . . . . **A. caninum R. et S.**

6 Valvis bracteae 5—7-nerviis obtusissimis vel truncatis spicula dimidio brevioribus; floribus obtusissimis; rachi setuloso-scabra. — Radix repens gracilis; culmi glabri laeves ad unum alterumve geniculum infracti; folia tantum ad margines scabra, facie glauca, vaginis margine exteriori ciliatis; spica erecta glauca; spiculae oblongae compressae aristatae vel muticae arista setoso-scabra florem excedente. ♃. Ad margines viarum ripasque rivulorum totius Croatiae et Slavoniae. Rchb. fl. g. 100. (Tr. glaucum Desf.; Tr. intermedium Host.; Tr. rigidum Schleich.) In.-Il. **A. glaucum R. S.**

Valvis bractearum lanceolatis 5-nerviis acuminatis; floribus acuminatis, rarius obtusiusculis, muticis aut aristatis; rachi plerumque glabra. — Radix longe lateque repens; culmi teretes glabri, alii erecti, alii adscendentes; folia glabra facie et ad oras scabra ligulis truncatis; spica viridis erecta laxe imbricata compressa rigida; spiculae sub-5-florae. ♃. Ad sepes et vias, in agris et arvis arenosis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 158. (Tr. repens L.) In.-Ag. **A. repens Beauv.**

7 Foliis supra molliter, densissime brevissimeque velutinis; bracteis (valvis) 9—11-nerviis; spiculis 5—8-floris remotis. — Radix longe lateque repens squamis tecta; culmi altissimi ad genicula pubescentes; folia stricta profunde striata, dorso glabra, juniora convoluta; ligulae breves denticulatae; rachis spicae erectae glabra et laevis. ♃. In arenosis ad littora maris prope Flumen, Kraljevica, Novi et Cirkvenica. (1864.) Rchb. fl. g. 104. (Trit. junceum L. Tr. farctum Viv.; Bromus truncatus Scop.) Il.-Ag. **A. junceum R. S.**

Foliis supra punctulis acutis dense obsitis scabris; bracteis (valvis) 7-nerviis; spiculis 5—8-floris approximatis. — Radix longe repens; culmi glabri laeves; spica disticha; bracteae lineari-lanceolatae spicula tertia parte breviores; flores mutici breviterve aristati glabri, rachis plerumque glabra. ♃. In rupibus ad lit-

tora maris inter Flumen et Bukari, praesertim prope Martinšćica. Rchb. fl. g. 103. (Trit. acutum DC.) In.-Il. **A. acutum R. S.**

Gen. 828. **Secale L. Raž.**

Flores spicati rachi excissa; spiculae plano-convexae biflorae cum rudimento pedicellato floris tertii rachin pilosam facie spectantes; bractea (gluma) bivalvis valvis, angustissimis aequalibus acuminato-aristatis flosculis brevioribus; bracteola (glumella) bipaleacea paleis ovalibus; stigmata plumosa; caryopsis libera. — Vis. fl dalm. I. pag 96, g. 57; Koch syn. pl. pag. 954; Rchb. fl. g. p. 22, g. 34.

1 Rachi fragili et articulatim secedente; bracteis glabris; bracteolis aristatis 2

Rachi tenaci continua; bracteis ciliatis; bracteolis in aristam attenuatis. — Radix fibrosa; culmi erecti tantum superne pilis consiti, secus laeves; folia lata scabra et ad oras aculeata, nonnulla ad ligulae exortum pilis inspera, vaginis ligulisque brevissimis glabris; spica elongata virens; rachis ad oras pilosa; spiculae alternae sessiles biflorae cum rudimento floris tertii longe pedicellato; valvae bractearum angustae dorso lineis tribus notatae, in spiculis inferioribus acuminatae, in superioribus arista brevi terminatae; paleola exterior oblonga ciliata, dorso lineis 5 notata, interior bifida et ad flexurae angulos ciliata. ⊙ vel ♂. Colitur ubique in agris et hinc inde ad sepes, in ruderatis et inter segetes quasi spontanea. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 166. — Rchb. fl. g. 116. Mj.-In. . . . . **S. cereale L.**

2 Bracteolis longissime aristatis; radice annua. — Culmi erecti laeves apiceque pubescentes; folia mollia; facie pilosa, ad oras scabra vaginis foliorum inferiorum pilosis, ligulisque brevissimis pubescentibus; spica erecta, rachis fragilis ad oras pilosa; spiculae biflorae cum rudimento flosculi tertii pedicelliformi, bracteae compressae subaequales carina marginibusque ciliatae secus glabrae et in omnibus spiculis arista longissima armatae; paleola exterior dorso aculeata antice convexa, interior apice bifida et ad flexurae angulos aculeata. ○ rarius ♂. In collibus arenosis et pascuis montanis ad Thermas Varasdinenses, ad Radoboj et Šestinam prope Zagrabia. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 115. (S. sylvestre Host; S. campestre Kit.) In.-Il. . **S. fragile M. B.**

Bracteolis breviter aristatis aristis paleolas longitudine aequantibus aut paullisper longioribus; radice perenni. — Culmi non raro

caespitosi vel saltem plures ex eadem radice, pedales aut sesquipedales erecti, nodis simplicibus glabris et laevibus; folia lanceolato-linearia glauca, utrinque scabriuscula ligulis latis abbreviatis obtusis laceris integrisve; spica elongata compressa dense imbricata, pallide virens, demum paleacea; rachis utrinque pilosa; bracteae valvae lineari-acuminatae, superne in brevem aristam attenuatae; paleolae lanceolatae, exteriore aristata, carina ciliata, interiore complicata mutica bicarinata apicemque integrum versus margine membranacea et brevissime ciliata. ♃. Vis. fl. dalm. 167 in dumetis tractus montium Velebit, nec non montis illius, cui superstructa est arx St. Joannis supra Cattaro. In.-Il. . . . . **S. dalmaticum Vis.**

Gen 829. **Elymus L. Ječmika.**

Spica oblonga bracteis ipsis involucrata; spiculae distantes heteromallae 2—9-florae in racheos excisuris sessiles floribus omnibus hermaphroditis; bractea (gluma) bivalvis valvis ante flores positis et spicularum ternatum quasi involucrum hexaphyllum referentibus aristatisque; flos summus non raro tabescens; bracteola bipaleacea obovata; stigmata a basi plumosa; caryopsis corticata. — Koch syn. pl. p. 954; Rchb. fl. g. p. 17, g. 25.

Foliis glabris; vaginis pilosis; radice fibrosa perenni, demum lignescente. — Culmi erecti glabri; folia plana, ad oras costamque aspera; spica oblonga cylindrica rachi scabra; spiculae pedicellatae oblongae; spiculae ternae, ultima solitaria; involucri foliola lineari-lanceolata scabra, apice in aristam brevem attenuata; bracteae valva exterior oblonga, dorso convexa et scabra apiceque arista longa armata, interior lanceolata, apice bifida, ad flexurae angulos scabra, exserens e dorsi basi pedicellum scabrum, modo nudum et sterilem, modo flosculo perfecto terminatum. ♃. In sylvis montanis Croatiae australis, praesertim ad Otočac, ad lacus Plitvicenses, in Vilena-draga, in Vrebečka-staza, in alpe Urlaj et alibi in provincia Likana. Syll. fl. cr. (Hordeum cylindricum Murr.; Cuviera europaea Koel.) Rchb. fl. g. In.-Sept. **E. europaeus L.**

Foliis facie villosis; vaginis glabris; radice annua. — Culmi erectiusculi aut adscendentes, subteretes, superne scabri; folia brevia, ad oras carinamque scabra, dorso puberula, ligulis glabris; spica erecta; spiculae geminae oblongae ventricosae cum rudimento secundi floris; involucri foliola linearia scabra, apice in aristam

longam attenuata, valva bracteae exterior coriacea aculeis adpressis inspersa aristaque longissima terminata, interior lanceolata membranacea, ad flexurae angulos aculeata dorsoque aut pedicello flosculi aut flore perfecto aucta. ☉. In ruderatis et asperis litt. cr. circa Flumen, Martinščicam, Portoré et alibi. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 77. (Hordeum jubatum Lois.; Hor. crinitum Desf.) Mj.-In. . . . . **E. crinitus Schreb.**

Gen. 830. **Hordeum L. Ječam.**

Flores spicati polygami, rarius hermaphroditi, bracteis densis involucrati; spiculae distichae alternae 3-florae, flore medio hermaphrodito, lateralibus masculis vel neutris; bractea (gluma) denique flosculo involucriformi, 2—3-valvis valvulis setaceis; bracteola (glumella) bipaleacea palea exteriore apice aristata; paleolae obovatae conniventes; stigmata plumosa; caryopsis bracteolae adnata. Vis. fl. dalm. I. p. 97, g. 58; Koch syn. pl. p. 954; Rchb. fl. g. p. 18, g. 26.

1 Floribus lateralibus masculis vel neutris, omnibus aristatis . . 2
Floribus omnibus hermaphroditis vel lateralibus solum masculis iisque semper muticis 6

2 Radice fibrosa annua, rarissime perenni 3
Radice perenni et evidenter tuberosa, sive bulbosa saepe articulata fibrisque copiosis aucta. — Culmi erecti, glabri laevesque; folia mollia, scabra vaginis inferiorum pilosis; spica pallide-virens, oblonga compressa flosculis bifariis, intermedio aristato fertili, lateralibus sterilibus, rachis ad oras aculeata; foliola involucri lineari-lanceolata, in aristam longam attenuata dorso scabra; palea exterior oblonga, in flosculis lateralibus acuminata, in flosculo intermedio arista longa provisa; palea interior oblonga acuminata, ad flexurae angulos aculeata et basi sua amplectens setam apice pilosam. ♃. In ruderatis locisque incultis asperis litt. cr., veluti ad Flumen, Cirkvenicam, Novi et alibi. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 169 ad sepes et margines agrorum viarumque circa Zara, Trau, Sebenico, Salona et Ragusa. Rchb. fl. g. 80. (H. strictum Desf.) Mj.-In. . . . . . . **H. bulbosum L.**

3 Valvis saltem spiculae intermediae utrinque ciliatis 4
Valvis spiculae intermediae setoso-scabris, aut simpliciter scabris et nec unquam ciliatis 5

4 Valvis spiculae intermediae lineari-lanceolatis ciliatis, spicularum lateralium exteriore setacea scabra, interiore lineari-setacea et basin versus uno latere ciliata. — Radix fibrosa; culmi glabri

erecti aut basi decumbentes; folia scabriuscula pubescentia et ad oras carinamque scabra, vagina folii infimi hirta, summi inflata, ligulae breves truncatae; spica viridis oblonga compresso-teres spiculae oblongae ventricosae breviterque pedicellatae flosculis bifariis, omnibus aristatis; valvae bractearum exteriores setaceae scabrae, intimae lineari-lanceolatae ciliatae. ⊙. In ruderatis, ad domus, sepes et vias totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 170. — Rchb. fl. g. 81. „Stoklas." Mj.-Il. . . . . **H. murinum L.**

Valvis spiculae intermediae et lateralium interiore lineari-lanceolatis utrinque ciliatis, lateralium exteriore lineari-setacea basin versus uno latere ciliata. — Praecedenti persimilis, sed omnino gracilior, magis glaucescens, plerumque basi decumbens et praesertim valvis latioribus et spicularum laterali inferiore utrinque ciliata characteristice et specifice diversa facileque dignoscenda. ⊙. In ruderatis asperis et ad littora maris circa Segniam et Karlobago haud rarum. Syll. fl. cr. In.-Ag. . **H. pseudomurinum Toppein.**

5 Valvis omnium spicularum setaceis; radice perenni. — Culmi glabri laeves erecti, aut e basi decumbente adscendentes; folia plana mollia villosa, ad oras scabra vaginis foliorum inferiorum villosis, superiorum glabris, ligulis brevibus truncatisque; spica compressa, rachis ad oras scabra; spiculae oblongae ventricosae, intermedia subsessilis, laterales pedicellatae, flosculis bifariis, lateralibus sterilibus. ♃. In locis graminosis litt. cr., veluti circa Pavile, Segniam et Lukovo. Syll. fl. cr. In Slavonia in pratis circa Ruševo et Migalovce (Kan.), nec minus ad Kutjevo et Pleternica in comitatu Požegano. Vis. fl. dalm. 171 in pratis et ad fossas prope Derniš, circa lacum Morinje prope Sebenico, nec non circa Salona. Rchb. fl. g. 82. (H. pratense Huds.; H. nodosum M. B.; H. maritimum Fl. dan.) In.-Il. . . . . **H. secalinum Schreb.**

Valvis spicularum omnium scabris, inferioribus spicularum lateralium subulato-semilanceolatis, caeteris setaceis; radice fibrosa annua. — Culmi humiles glabri laeves, plerique ad genicula inferiora infracti et decumbentes; folia brevia plana glabra vel pubescentia vaginis pubescentibus, ligulis brevissimis truncatis; spica compressa pallide virens, demum fuscescens, rachis glabra, ad oras scabra, spiculae oblongae laterales pedicellatae flosculis bifariis. ○. In locis graminosis et in arenosis maritimis circa

Martinšćica, Bukari, Segniam et Karlobago alibique in litt. cr. Syll. fl. cr. In pratis ad Petrovaradinum. (Kan.) Vis. fl. dalm. 172 ad vineas et in graminosis circa Sebenico et in pratis circa Salona. Rchb. fl. g. 83. (H. geniculatum All.; H. rigidum Rth.) Mj.-In. . . . . **H. maritimum With.**

6 Spiculis lateralibus masculis muticisque, intermedia hermaphrodita simulque aristata 7

Spiculis omnibus aristatis 9

7 Spiculis hermaphroditis ovatis, masculis linearibus; spica disticha; radice annua aut bienni fibrosa 8

Spiculis omnibus lanceolatis; culmis basi tuberoso- sive bulboso incrassatis; radice perenni pseudo-bulbosa aut pseudo-tuberosa. Vide 2.

8 Aristis spicularum intermediarum erectis cum spica parallelis. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri, laeves; folia laxa aspera ligulis truncatis; spica disticha plana viridis, primo erecta, dein horizontalis aut nutans; rachis ad oras spinulosa; flosculus intermedius fertilis rachique adpressus et longissime stricteque aristatus, laterales steriles obtusi. ⨀. Colitur hinc inde in litt. cr. et Croatia australi. Vis. fl. dalm. 173. Rchb. fl. g. 85. In.-Il. **H. distichon L.**

Aristis spicularum intermediarum flabelliformi-patentibus. — Radix fibrosa; culmi erecti basi pilosi, superius puberuli et sub spica scabri; folia lata plana mollia plus minusve pilosa aut pubescentia, profunde striata, vaginis pilosis ligulis truncatis auriculatis; spica ovali-oblonga crassa aristis divaricatis, rachis pilosa, spiculae oblongae; semina angularia patentia corticata. ⨀. Colitur hinc inde. Rchb. fl. g. 87. In.-Il. . . . **H. Zeocriton L.**

9 Spiculis fructiferis sexfariam dispositis, sed seriebus binis utrinque prominentioribus. — Radix fibrosa; culmi erecti glabri laeves; folia scabra ligulis truncatis et in auriculas duas culmum amplectentes productis; spica oblonga glauco-virens; demum paleacea; rachis ad oras villosa; spiculae oblongae laterales minores, intermedia major sessilis. ◯. Colitur ubique et hinc inde inter segetes et ad agrorum viarumque margines quasi spontaneum. Rchb. fl. g. 84. In.-Il.. . . . . **H. vulgare L.**

Observ. variet. β. seminibus nigrescentibus est: H. nigrum W. et seminibus bracteola denudatis est: H. coeleste Vib.

Spiculis ovatis aequaliterque sexfariam dispositis. — Radix fibrosa; culmi erecti superne scabriusculi; folia lata plana striata facie puberula, dorso scabriuscula ligulis truncatis auriculatisque, vaginis pilosellis; spiculae reliquae omnes fertiles; involucri foliola lineari-lanceolata in brevem aristam attenuata, dorso hispidula, margine aculeata. ○. In prunetis et collibus ad Karlovic quasi spontaneum (Kan.), secus hinc inde in agris cultum. Rchb. fl. g. 86. In.-Il. . . . . **H. hexastichon L.**

Gen. 831. **Aegilops L. Ostika.**

Flores spicati polygami cum rachide plana continua alterne basi concreti bracteisque ipsis involucrati; spiuclae solitariae in racheos excissura sessiles rachi parallelae, ventricosae ovatae distichae 3—4-florae flosculo intermedio masculo, lateralibus hermaphroditis; bractea (gluma) coriacea bivalvis flosculis longior, valvis ventricosis nervosis multi-aristatis; bracteola (glumella) bipaleacea palea exteriore apice 1—4-aristata; paleolae ovato-lanceolatae; stigmata undique pilosa; caryopsis bracteolae adnata. — Vis. fl. dalm. I. pag. 89, g. 54; Koch syn. pl. p. 957; Rchb. fl. g. p. 17, g. 24.

1 Bracteis (glumis) nonnisi uni-aristatis 2
Bracteis omnibus 2—5-aristatis 3

2 Spica lineari-cylindrica elongata, e spiculis 6—8 composita, aristis spicularum inferiorum brevibus, terminalium longissimis. — Radix fibrosa; culmi glabri laeves erecti aut inferiore parte decumbentes; folia scabra; facie pilis raris inspersa vaginis ciliatis, ligulis brevissimis; rachis ad oras scabra; spiculae oblongae 3-florae flosculis duobus inferioribus perfectis, tertio plerumque imperfecto sterili; valvae aequales, dorso convexae pubescentes lineisque scabris distinctae, apice arista unica armatæ, paleola exterior oblonga, dorso convexa et lineis 5 distincta, apice trifida, lacinia intermedia acuminata, reliquis duabus obtusiusculis; palea interior oblonga, apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. ☉. In Slavonia in vineis inter Banovce et Surdok, nec minus ad Karlovic et Semlin. (Kan.) Rchb. fl. g. 76. (Aeg. cylindrica Host.) Mj.-In. . . . . . . **Aeg. caudata L.**

Spica oblongo-cylindrica abbreviata, e spiculis nonnisi 2—3 composita; aristis omnibus aequilongis. — Radix fibrosa; culmi (ut omnium) caespitosi geniculati adscendentes vaginis foliisque pubescentibus, superioribus ciliatis glabrisve; spica breviter cylindrica, pallide virens rachi aculeato-scabra; spiculae 3-florae in-

feriore et media fertili; bracteae oblongae ventricosae coriaceæ multinerviae scabrae, apice bidentatae, dente altero ovato mutico, altero basi lanceolato trigono, dein in aristam subulatam producto; flosculi 2 intra valvas sessiles et fertiles; palea exterior oblongo-lanceolata membranacea nitida 5-nervia marginibus complicatis, glabra, apice mucronibus binis coriaceis inaequalibus aculeatis vix lineam longis bicuspidata, interior ovalis membranacea pellucida ciliata apiceque emarginata; flosculus tertius supremus pedicellatus abbreviatus ex sola palea exteriore apice bifida formatus. ○. Vis. fl. dalm. III. p. 345 in herbidis circa Zara. Mj.-In. . . . . **Aeg. uniaristata Vis.**

Observ. Praecedenti persimilis, differt tamen specifice spica duplo breviore spiculas vix tres gerente, valvis omnibus longe uniaristatis et paleis exterioribus breviter mucronatis.

3 Spica abbreviata ovata aut oblongo-cylindrica aristis omnium spicularum aequalibus 4

Spica elongato-cylindrica e spiculis 5—6 formata; aristis spicularum inaequalibus, et quidem illis spicularum superiorum duplo longioribus. — Radix (ut omnium) fibrosa; culmi teretes glabri basi decumbentes, demum adscendentes simplices vel ramosi; folia scabra, pleraque pilis brevibus consita vaginis ciliatis, ligulis brevibus glabris; rachis spicæ lineari - elongatae virentis, dein fuscescentis compressa, ad oras scabra; spiculae oblongae alternae sessiles erectae, infima plerumque sterili; valvae omnes 3-aristatae, vel spicularum infimarum biaristatae; palea inferior 3-dentata dentibus acutis aristatisve, aristis palea brevioribus. ○. In locis cultis, inter segetes et in vineis circa Flumen, Bukari, Selce et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 148 in siccis et ad margines agrorum. Rchb. fl. g. 75. (Aeg. elongata Koel.) Mj.-In. . . . . **Aeg. triuncialis L.**

4 Spica ovata basique incrassata e spiculis 3—5 formata . . . 5

Spica breviter et oblongo-cylindrica, nonnisi e spiculis binis alternis formata; valvis inferioribus bi-, superioribus triaristatis, aristis valvularum illis palearum multo longioribus. — Radix fibrosa; culmi basi decumbentes; vaginæ foliorum superne pilosæ, rarius glabrae, fauce barbatae leviterque ventricosae, ligula truncata brevissima; folia linearia margine scabra aut ciliata, utrinque laevia, patentia; spiculae 3-florae flosculis lateralibus hermaphroditis et sessilibus, medio univalvi breviterque biaristato;

valvae multinerviae obovatae scabrae, palea externa 3-dentata biaristata aristis valde inaequalibus, margine complicata glabriuscula, interna apice bifida ciliataque. ○. Vis. fl. dalm. III. p. 344 ad margines agrorum insulae Lesina. In.-Il. **Aeg biuncialis Vis.**

5 Aristis spicularum ab ima basi margine scabris; valvis hirtis plerumque 4—5-aristatis. — Radix fibrosa; culmi teretes glabri inferne ramosi, basi decumbentes, dein adscendentes; folia plana brevia pubescentia aut plana villosa, basi ciliata, ad oras costamque scabra, vaginis apicem versus ciliatis; spica viridis, demum fusca ovata, e spiculis 3—4 composita; valvae coriaceae et hirtae, plerumque omnes 4-aristatae et omnium spicularum subaequales; palea inferior 2—3-aristata oblonga, ciliata dorso convexa lineata, aristis patulis palea multo longioribus; altera oblonga apice bifida et ad flexurae angulos ciliata. ○. In cultis et incultis litt. cr., veluti ad Flumen, Novi, Segniam et alibi frequens. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 147 frequens in siccis graminosis locisque asperis apricis totius Dalmatiae littoralis et insularis. Rchb. fl. g. 73. (Ae. geniculata Roth.; Phleum Aegilops Scop.) Mj.-In. . . . . **Aeg. ovata L.**

Aristis spicularum basi margine glabris; valvis hispidis, omnibus 2—3-aristatis. — Radix fibrosa; culmi e basi decumbente adscendentes glabri; folia brevia pilosa aut glabrescentia; spica ovata basi incrassata, superne attenuata, e spiculis 4—5-composita; palea inferior 2—3-aristata aristis erectis, palea multo longioribus. — Praecedenti similis, sed spiculis multo majoribus aristisque longioribus basi omnino glabris distinguitur, cujus tamen nonnisi varietas esse videtur. ○. In litt. cr. cum priori in iisdem locis. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 74. Mj.-In. **Ae. triaristata W.**

Gen. 832. **Lolium L. Ljulj.**

Flores spicati; spiculae solitariae in racheos excissuris sessiles rachimque alterne excavatam margine spectantes; bractea (gluma) univalvis exterior trimultiflora, saepe spiculam dimidiam, rarius integram adaequans, in spicula terminali bivalvis; bracteola (glumella) bipaleacea, inferior mutica, vel sub apice aristata. utraque lanceolata; paleolae bidentatae; stigmata undique plumosa.— Vis. fl. dalm. I. pag. 90, g. 55; Koch syn. pl. pag. 956; Rchb. fl. g. pag. 16, g. 22.

1 Radice perenni praeter culmos florentes simul et fasciculos foliorum steriles agente 2

Radice annua nonnisi culmos florentes agente 3

2 Foliis novellis simpliciter complicatis; floribus muticis vel breviter mucronatis. — Radix teres fibrisque plurimis aucta; culmi subteretes glabri erecti vel e basi decumbente adscendentes et ex geniculis hinc inde radices agentes; folia glabra ad oras costamque scabriuscula vaginis compressis; spica elongata plana, viridi; spiculae oblongae sub-8-florae muticae. ♃. In pratis, pascuis, agris et ad vias totius ditionis florae nostrae. Syll. fl. cr.— Vis. fl. dalm. 153. — Rchb. fl. g. 69. In.-Sept. **L. perenne L.**

Observ. variet. β. spica ramosa, spiculis multifloris, est: L. ramosum L. occurritque in locis sabulosis et pinguibus hinc inde cum specie.

Foliis novellis convolutis; floribus aristatis, rarissime muticis. — Radix fibrosa; culmi erecti, rarius ba i decumbentes, glabri; folia angustissima scabriuscula ligula abbreviata; spica elongata plana erecta; rachis compressa ad oras scabra; spiculae lanceolatae multiflorae bractea longiores; palea exterior oblonga obtusiuscula, dorso lineata, interior membranacea ad flexurae angulos ciliata. ♃. In pratis circa Zagrabiam teste clar. Klingg., a nobis hic locorum non visum. In locis graminosis circa Flumen, Novi et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. (L. Boucheanum Kunth.; L. multiflorum Poir.) In.-Sept . . **L. italicum A. Br.**

3 Spica plana; spiculis 4—6- vel plurifloris 4

Spica longissima subulata dimidium plantae totius adaequans; spiculis nonnisi 3-floris muticis valvaque adpressa brevioribus. — Radix fibrosa; culmi spithamaei pedalesve undique laeves, stricti, vaginis foliorum deorsum, spiculis autem sursum tecti; folia lanceolato-linearia laevia glabra; ligula oblonga obtusa integra; spica pallide virens ex tereti compressiuscula laevis et apice obtusa; spiculae alternae remotae; bractea lanceolata acuta nervosa triflora, flosculis lanceolatis nervosis muticis; paleola inferiore integra glabra, superiore apice ciliata utrinque unidentata ○. Vis. fl. dalm. 150 in satis circa Bergato, nec minus in insula Giuppa prope Ragusa. Mj.-In. . . **L. subulatum Vis.**

4 Flosculis caryopsi maturescente ellipticis; palea inferiore infra medium fere cartilaginea, palea superiore conspicue latiore et in fructu in latere utroque prominente 5

Flosculis etiam post anthesim lanceolatis, paleis membranaceis, superiore lanceolata. — Radix fibrosa; culmo stricto laevi, superne scabro; folia linearia glabra, rarius dorso scabriuscula, ligula brevi integra; compressa elongata; spiculae 5—10-floræ complanatae obovato-dilatatae muticae bracteamque apice patentem subaequantes; flosculis obtusis. ⊙. In locis asperis graminosis et ad vias circa Flumen, Portore et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. (L. asperum Rth.; L. strictum Presl.) In.-Il. **L. rigidum Gaud.**

5 Valvis spiculas ovatas oblongasve dimidias subaequantibus; floribus breviter aristatis vel plane muticis. — Radix fibrosa; culmi erecti teretes glabri, superne scabri; folia plana, facie scabra, apicem versus margineque aculeata; spica elongata; rachis supra medium ad oras scabra; spiculae primo teretiusculae, dein compressae 3—5-florae; valvulae acuminatae, dorso convexae et lineatæ, apicem versus scabriusculae; paleola exterior ovata, dorso lineis 5 notata, ad oras ciliata, interior lanceolato-ovata apice bifida. ○. In arvis et agris, praesertim inter Linum, totius Croatiae, Slavoniae, et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 149. — Rchb. fl. g. 65. (L. arvense Schrad.; L. remotum Hoffm.) In.-Il. . . . . **L. linicola Sond.**

Observ. variet. β. spiculis complanatis obovato-dilatatis floribusque fructu maturo patentibus, est: L. complanatum Schrd.

Valva longitudinem spiculae oblongae aequante aut illam plane superante; floribus longius breviusve aristatis. — Radix, ut omnium, fibrosa; culmi erecti glabri, superne ad spicae basin scaberrimi; folia plana laxa striata aspera vaginis scabriusculis; spica elongata plana virens; spiculae oblongae 6-florae flosculis crassis ellipticis longe aristatis; valvae dorso lineatae, apicem versus scabrae; palea exterior ovata dorso lineis 5 notata, interior ad flexurae angulos ciliata. ⊙. Inter segetes totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 152. — Rchb. fl. g. 67. In.-Il. . . . . **L. temulentum L.**

Observ. variet. β. flosculis breviter mucronato-aristatis, culmo vaginisque valde scabris, est: L. robustum Rchb. occurritque in pratis circa Narenta. Vis. fl. dalm. 151, sed nec minus alibi cum specie.

Variet. γ. Vaginis culmisque laevibus, bractea flosculos superante, spiculis angustis, omnibus ab invicem remotis; foliis duplo latioribus, glaucis, est: L. speciosum M. B. occurritque hinc inde cum specie.

Gen. 833. **Lepturus R. Br. Tankorepić.**

Flores arcte spicati racheos articulatae foveolis immersi; spiculae solitariae lanceolatae muticae 1—2-florae aut uniflorae cum rudimento pedicelliformi secundi floris, bractea (gluma) lateralis 1—2-valvis cartilaginea florem tegens; bracteola (glumella) bipaleacea membranacea; paleolae lanceolatae; styli breves; stigmata plumosa; caryopsis birostris libera. — V.is fl. dalm. I. p. 88, g. 52; Koch syn. pl. p. 958.

1 Bractea (gluma) bivalvi 2

Bractea nonnisi univalvi; foliis supra scabris. — Radix fibrosa; culmi teretiusculi basi decumbentes, dein adscendentes glabri; folia brevia plana; spica tereti subulata stricta; bractea ensiformis acuminata flori adpressa. ○. In arenosis maritimis in litt. cr., veluti ad Karlobago et Segniam. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. III. p. 344 in arenosis maritimis circa Zara, Fort Opus et in insula Lesina. Rchb. fl. g. 62. (Rottboellia cylindrica W.; Rottb. subulata Sav.; Monerma subulata Beauv.; Ophiurus subulatus Lk.) Mj.-In. . . . . **L. cylindricus Trin.**

2 Spica tereti subulata incurvata rigida; spiculis articulis racheos immersis. — Radix fibrosa; culmi compressi diffusi ramosi glabri; folia brevia plana glabra, facie et ad oras scabriuscula vaginis compressis, ligulis brevibus truncatis; spica longa varie flexa et arcuata, rachis glabra laevis; spiculae oblongae muticae acutae alternae; valvae subaequales, carina scabrae, latere externo convexae, lineatae, latere interno angustiores planae laeves, 3-nerviae; palea exterior oblonga glabra acuta dorsoque convexa, interior illa angustior, apice bifida et ad flexurae angulos pubescens. ⊙. In arenosis ad littora maris prope Flumen, Bukari et Cirkvenica. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 144 in arenosis maritimis insularum Sansego, Onie, Ossero, Morter prope Zlosela, Crappano et Lesina, nec non circa Ragusa. Rchb. fl. g. 63. (Rottboellia incurvata L. fil.; Aegilops incurvata L.) Mj.-In. **L. incurvatus Trin.**

Spica tereti subulata stricta flexili; spiculis excissuris racheos impressis. — Radix ut omnium, fibrosa; culmi teretes glabri lae-

ves diffusi, primo erecti, dein infracti et basi decumbentes; folia brevia plana glabra, ad oras autem scabra vaginis glabris lævibus, ligulis oblongis acutis; spica elongata; rachis ad oras scabra; spiculae oblongae alternae 2-florae, singulae singulis racheos dentibus insertae; valvae subaequales obtusiusculae, margine membranaceae, dorso lineatae scabraeque; palea exterior oblonga acuta, dorso convexa, carina scabra, apice compressa; interior lineari-lanceolata apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. ○. Vis. fl. dalm. 145 in salsis maritimis circa Traü. Rchb. fl. g. 64. (Pholiurus pannonicus Trin.; Rottboellia pannonica W.; Rottb. biflora Roth.) In.-Il.

L. pannonicus Schloss. et Vukot.

Gen. 834. **Psilurus Trin. Ščetinac.**

Flores arcte spicati in racheos filiformis articulatae foveolis immersi; spiculae 1—2-florae solitariae, rarius geminae; flos inferior tuberculo insidens, superior pedicellatus, plerumque abortiens; bractea (gluma) univalvis flore multo brevior; bracteola (glumella) bipaleacea palea inferiore aristata; stamen unicum; styli brevissimi 2, stigmata bina plumosa; caryopsis bracteolae adnata. — Vis. fl. dalm. I. p. 89, g. 53; Koch syn. pl. p. 959; Rchb. fl. g. 15, g. 19.

Gramen gracile filiforme; culmus erectus trigonus ad angulos scaber; folia longissima, supra vaginam angustissima convoluta et brevia culmumque usque ad exortum spicae tegentia; spica longa flexuosa straminea; rachis scabra; spiculae nunc omnes uniflorae, nunc inferiores biflorae, flore inferiore majore sessili, superiore minore pedicellato; valvae ovatae acutae, carina aculeatae; palea exterior oblonga dorso lineis tribus scabris notata, apice brevi arista armata, interior oblonga acuminata, ad angulos flexurae aculeata. ⨀. In asperis siccis sterilibus circa Flumen, Martinsčica, Portoré, Karlobago et alibi in litt. cr. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 146 in collibus et pascuis sterilibus circa Zara et Derniš. Rchb. fl. g. 60. (Rottboellia monandra Cav.; Asperella nardiformis Host.; Nardus aristata L.) Mj.-In. . . . . **P. nardoides Trin.**

Trib. XV. **Nardoideae Koch.** *Spiculae in excurvationibus racheos spicae sessiles; stigmata filiformia pubescentia, ex apice floris emergentia.*

*

Gen. 835. **Nardus L. Smiljka.**

Flores laxe spicati unilaterales racheos filiformis articulatae foveolis immersi, sessiles; spiculae uniflorae; bractea (gluma) marginalis brevissima ex dente racheos producta; bracteola (glumella) bipaleacea palea exteriore subulato-acuminata interiorem obtusam includens; stamina 3; stigma simplex filiforme pubescens ex apice floris emergens; caryopsis bracteola corticata. — Vis. fl. dalm. III. pag. 344; Koch syn. pl. p. 959; Rchb. fl. g. p. 54, g. 102.

Foliis convoluto-filiformibus; spica stricta, spiculis patentibus. — Radix horizontalis fibris copiosis tenacibus aucta; culmi erecti subtetragoni, ad angulos setulis adspersi; folia setacea scabra, dorso convexiuscula, facie sulcata, primo brevia erecta, dein elongata et deflexa vaginis glabris, laevibus, ligulis brevissimis; spica secunda; rachis in mucronem longum attenuata, ad oras aculeata; spiculae oblongae sessiles stipatae membrana ciliata per racheos marginem decurrente. ♃. In pascuis et arvis uliginosis montanis, veluti circa Lobor, Radoboj, ad Thermas Krapinenses, Klanjec et alibi in regionibus montanis. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. in locis montanis agri Ragusani. Rchb. fl. g. 372. In.-Il. . . . . **N. stricta L.**

Classis III. **Endogeneae Cryptogamae.**

s. acotyledoneae vasculares.

Embryo nullus; sporae sporodermide obductae; massa sporarum in corpus mutatur foliaceum aut coralloideum, in proëmbryonem plerumque enascens; contextus primitivos e simplicissimo vase articulato ad membranaceum, coriaceum et tandem carnosum usque perducens plantam producit novellam. Caulis scapusque plantis cotyledonaribus proprius desideratur, sed truncus simplex aut potius caudex e tela cellulosa regulari fasciculisque vasorum vario modo dispositis demum formatur; folia articulata vel cellulosa et squamiformia verticillata, vel imbricata et simplicia adducit ad composita et haec ad simplicia reducit; stamina et stigmata nulla; sexus etenim masculus femineusque passim in sporis minutis majoribusve indicatur in infimis, in superioribus autem ovariis astigmaticis accedunt rudera primitiva stigmatum staminumque, sed corolla necdum a calyce separata, bracteis tantum involvuntur. Hac ratione fit, ut plantae endogeneae cryptogamae foliationem illustrantes, tandem ex illa florem synclamideum producant; hinc potius synclamideae nuncupandae forent. — Koch syn. pl. p. 963.

Sunt ergo pl. endogeneae cryptogamae vegetabilia frondosa rhizomate squamoso et caudice elato instructa polymorpha prima vegetationis germina quasi praestantia, fructificationes radicales, axillares, terminales et dorsales in sporangiis rotundatis sessilibus, ut plurimum gyratis sporis (embryis foetis) proferentia, ex prolibus circinatis convolutis vernatia et hac ratione semet ita plane perficientia, ut ordines perfectiores saltem in habitu informando partibusque concinnandis attingere selectorumque symbola esse videantur.

Subclassis I. **Phyllopterides (Wallr.) Papratnjače.** *Vegetabilia cryptogama fronde foliacea plana simplici aut composita, pinnata aut decomposita, organa fructificationis sporangiis sporisque repraesentatia.*

Ordo I. **Stachiopterides Wallr.**

Sporangia indusio et annullo spirali destituta, fructificationes terminales varias praesentantia.

Fam. CXXX. **Lycopodiaceae DC. Crvotočine.**

Sporangia in axillis foliorum caulinorum sessila, vel in spicam amentaceam bracteatam congesta, in valvas dehiscentia; caudex basi decumbens vel tanquam rhizoma supra et infra terram repens ramis caudicibusve erectis; fibrae radicales vallidae; folia semper alterna, sed quandoque disticha vel tetrasticha, quae fructus fulcrant, in nonnullis in bracteas diminuta, quo fructificatio spicata fit. Koch syn. pl. pag. 969; Vis. fl. dalm. I. p. 34.

Herbae aut suffrutices terrestres aut arboribus affixae, caudicibus s. stipitibus foliatis saepe repentibus ramosis dichotomis, foliis numerosis, stipatis, parvis, acutis simplicibusque.

Gen. 836. **Lycopodium L. Crvotočina.**

Sporangia sessilia vel brevissime stipitata subrotunda reniformia vel transverse ovalia unilocularia rima transversali dehiscentia, omnia conformia antherasque bivalves reniformes polline repletas simulantia; sporae tenuissimae farinam simulantes globosae, quaternatim in corpuscula 3-gona cohaerentes. Koch syn. pl. pag. 969; Rchb. fl. gp. 152, g. 206.

1 Sporangia in spicas plus minusve evolutas congesta 2

Spicae planae nullae, sporongia in axillis foliorum sessilia. — Spithamaea et ultra, saturate virens; caudices erecti aut e basi decumbente adscendentes, a basi dense dichotome ramosi ramis fastigiatis; folia densa omnia conformia, nulla in bracteas dissimiles mutata, lanceolata integerrima, rarius subdenticulata, coriacea rigidaque. ♃. In sylvis umbrosis montanis ad rupes arborumque radices, veluti in monte Ljubelj prope Toplika, Ivanščica, Klek, et alibi in Croatia australi, praesertim in alpibus Plieŝivica, Visočica et Badanj, nec minus in monte Vratnik et Merzin. Rchb. fl. g. 926. Il.-Ag. . . . . . . **L. Selago L.**

Observ. variet. β. foliis patentibus aut plane reflexis ramisque recurvis, et est: L. recurvum Kit. occurritque ad rupes calcareas Kalnikenses, ad rudera vetustae arcis Merzin et ad rupes alpis Visočica.

2 Spicis distinctis ad ramorum apicem sessilibus aut pedunculo elongato impositis; bracteis foliis omnino dessimilibus 3

Spica in ramo erecto simplicissimo imperfecta; bracteis foliis omnino conformibus. — Caudices prostrati terraeque adpressi radicantes ramis dense foliosis erectis simplicissimis, apice spica solitaria terminatis; foliis lineari-lanceolatis attenuato-acutis sparsis integerrimis patulis omnibusque conformibus aut rarius summis

(bracteis) basi paullisper dilatatis et uno alterove denticulo instructis. ♃. In ericetis locisque sterilibus humidis in Moslavina, ad Crisium in Široko-briezje, in Zagoria circa Konjščina et Poznanovec. (L. palustre Lam.) Il.-Ag. . . . . **L. inundatum L.**

3 Spicis solitariis ad apicem ramorum sessilibus 4

Spicis pedunculo elongato apice plerumque 2—6-fido impositis . 5

4 Foliis lineari-lanceolatis acuminatis mucronatis, antice serrulatis, patentibus reflexisve. — Caudices repentes ramosissimi et una cum ramis adscendentibus erectisve basi semel pluriesve dichotome fissis, linea impressa e marginibus foliorum decurrente orta, notati, ramulisque simplicibus in spicas solitarias sessiles terminanti; foliis quinquefariis acerosis ad incrementa annua contractis. ♃. In sylvis umbrosis montium altiorum, veluti in illis tractus Ivanščica ad Ivanec et Liepoglava, in monte Klek et Merzin. Rchb. fl. g. 930; Wallr. comp. fl. germ. III. 64. (L. juniperifolium Lam.; Lepidotis annotina Beauv.) Il.-Ag.

L. annotinum L.

Foliis subcordato-ovatis acutis ciliato-denticulatis. — Caudices repentes ramosi; folia disticha; stipulae (bracteae) alternae conformes; spicae terminales abbreviatae, sporangia sphaerica trivalvia subtetraspora. ♃. Ad rupes humidiusculas tractus montium Velebit, veluti ad pedem alpis Visočica et Debelo-berdo, nec minus ad illas in Mali-Halan et Podprag. Vis. fl. dalm. 9 ad saxa et ad terram in umbrossis totius Dalmatiae. Il.-Ag.

L. denticulatum L.

5 Foliis sparsis lineari-lanceolatis acuminatis piloque elongato terminatis. — Caudices flagelliformes longe lateque repentes; rami adscendentes; folia enervia incurvato-setigera flacca; spicae pedunculatae geminae cylindricae; bracteae ovato-triangulares cuspidatae, margine scarioso eroso-denticulatae. ♃. In ericetis montosis sterilibus, praesertim arenosis totius Croatiae et Slavoniae. Rchb. fl. g. 929; Wallr. comp. fl. germ. III. 65. (L. officinale Neck.) Il.-Sept. . . . . **L. clavatum L.**

Foliis ramulorum quadrifariis, lateralibus ovatis connatis decurrentibus acuminato-mucronatis patulis omnino epilosis muticisque. — Albo-virens; caudices repentes ramisque flabellato-ramulosis deplani; folia in caudice altero latere 3—4-faria connata, altero minima uniserialia; pedunculi quadrifidi tetrastachyi; spicae cylindricae teretes; bracteae acuminatae lato-ovatae cuspidatae

eroso-crenulatae. ♃. In sylvis montanis subalpinis ipsasque alpes adscendens, veluti in illis tractus montium Ivanščica, in Zagrabiensibus ad Sv. Jakob et in Slemen, nec minus in illis Croatiae australis. Syll. fl cr. — Rchb. fl. g. 928; Wallr. comp. fl. g. III. 66. Il.-Ag. . . . . **L. complanatum L.**

Gen. 837. **Selaginella Spring.**

Sporangia biformia, alia reniformia vel subrotunda sporulis minutissimis quaternatim cohaerentibus muriculatis repleta; alia 3—4-cocca, 3—4 sporas majores continentia, quae striis tribus elevatis et in vertice conniventibus praedita sut. (Spicae terminales masculae, basi femineae) — Koch syn. pl. p. 971.

Foliis tetrastichis ovatis patulis; spicis geminis pedunculatis. — Gracilis, intricato-ramosa; caudices repentes procumbentes caespitosi basique radicantes ramis complanatis; folia obtusiuscula, superficialia disticha remotiuscula; spicae elongatae bifidae simplicesve pedunculo minute foliato impositae; bracteae ovatae acutae. ♃. Ad rupes calcareas alpis Visočica, nec minus in illis ad Mali-Halan. Teste clar. Klinggraeff ad rupes calcareas prope Severin, sed a nobis ibidem non visa. Rchb. fl. g. 933; Wallr. comp. fl. g. III. 69. (Lycop. helveticum L.; L. denticulatum Dill.; Diplostachyum helveticum Beauv.; Selag. helvetica Spring.) In.-Ag. . . . . . . **S. radicans Schrk.**

Fam. CXXXI. **Osmundeae R. Br. Pujanice.**

Sporangia exannullata disjuncta pedicellata, vasculoso-reticulata, dorso gibbere striato pellucido instructa, longitudinaliter a basi ad gibberem dorsalem in valvas duas subregulariter vel transversim dehiscentia, in spicas compositas subpaniculatas disposita. R. Br. prodr. p. 161.

Herbae erectae oligophyllae fructificatione racemosa vel spicata.

Gen. 838. **Ophioglossum L. Jednolistac.**

Sporangia in spicam unilateralem distiche disposita, lateribus spicis connata, transverse bivalvia; spica ante maturitatem nodoso-articulata, demum sporangiis apertis emarginato-dentata. Koch syn. pl. p. 973; Wallr. comp. fl. ger. III. pag. 31, g. 20.

Fronde sterili ovata obtusaque basi breviter decurrente, venisque laxis leviter reticulata. — Caudex brevissimus erectus simplex; frons fertilis arcte reticulata basi breviter decurrens; spica caulina simplex, rarius composita. (Variat magnitudine 2—3-polli-

cari ad semipedalem; fronde angustiore lanceolata, vel latiore subrotunda; spica solitaria vel gemina, simplici vel composita.) ♃. In pratis humidis sylvarumque locis graminosis, veluti in illis ad Greben-grad prope Novi-Marof, ad Melen-grad in monte Ivanščica, nec minus in monte Klek. Vis. fl. dalm. 32 in monte d' Ossero et Vrbica prope monte Beljak, circa Sinj. Wallr. fl. ger. III. 61. In.-Il. . . . . **O. vulgatum L.**

Fronde sterili lanceolata acuta, medio basin versus cuneato-attenuata; pusilla. — Praecedenti persimile, differt tamen fronde duplo breviore latioreque elliptico lanceolata, spica apice filiformi longiore. (Frons sterilis $1^1/_2$ pollicem longa, 2—3-lineas lata.) ♃. Vis. fl. dalm. in saxosis scopuli Clemente prope insulam Lesina. Apr.-Mj. . . . . **O. lusitanicum L.**

Gen. 839. Botrychium Sw. Miesečinac.

Sporangia disjuncta subglobosa in spicas compositas subpaniculatas unilaterales distiche disposita, rachide adnata, discreta nuda unilateralia semibivalvia, i. e. valvis binis ovato-rotundatis postice connexis transversim dehiscentia. — Wallr. comp. fl. ger. III. p. 30, g. 19; Koch syn. pl. p. 972.

Caudice superne unifrondoso, fronde pinnata pinnis flabelliformibus integerrimis crenulatis sensimque minoribus et angustioribus. — Frons sterilis solitaria longitudine sua duplo triplove angustior petiolum frondis fertilis ad medium usque et altius adnato-involvens pinnatipartita pinnis transverse latioribus cuneato-semilunaribus. ♃. In sylvarum locis denudatis graminosis pratisque montanis dumetosis haud rarum in Croatia, praesertim in asperis tractus montium Velebit, sed nec in Slavonia deest. Vis.fl.dalm.I. 33 in pascuis subalpinis montis Biokovo. Wall. comp. fl. ger. III. 59. (Osmunda Lunaria L.; Ophiogl. pennatum Lam.) Mj.-In. **B. Lunaria Sm.**

Gen. 840. Osmunda L. Pujanik.

Sporangia subglobosa pedicellata venoso-reticulata, dorso gibbere parvo pellucido instructa, lateraliter perfecte dehiscentia, bivalvia, fructificatione omnino racemosa aut paniculata. — Wallr. comp. ger. III. pag. 29, g. 18; Koch syn. pl. p. 973.

Frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis obsolete crenulatis, basi oblique truncatis, soris subrotundis alternis, dense spicatis, spicis in paniculam terminalem bipinnatam dispositis. — Pedalis aut

sesquipedalis erecta; pinnae frondium sterilium lanceolatae basi inferiore subauriculatae, inferiores oppositae venisque furcatis inscriptae, fertilium terminalium angustatae oblongae ad marginem prominulum sporangia conglomerata emittentes. ♃. In sylvis paludosis planitierum, veluti in illis ad Lekenik et Pieščenicam, ad Brebrovec et Okolje in Moslavina. Wallr. 58. (Aphyllocarpa regalis Cavan.) In.-Il. . . . . **O. regalis L.**

Ordo II. **Cnemipterides Wallr.**

Sporangia frondium margini appensa bivalvia, soros (embrya) circa columellam recolligentia.

Fam. CXXXII. **Hymenophylleae W.**

Sporangia marginalia, sori columnae centrali subclaratae affixi valvisque membranaceis indusia mentientibus inclusi. Wallr. comp. fl. g. III. 28.

Vegetabilia frondium foliacearum perbelle discissarum e caudice extructarum et vernationis ratione Gyrsopteridibus similia, sed fabrica tenera subpellucida, epidermide porisque corticalibus destituta hygrometrica s. elastica insignia, embrya annullata collumnae centrali subclaratae affixa continentia et sustinentia.

Gen. 841. **Hymenophyllum Gm.**

Character generis idem, qui ordinis et Familiae.

Fronde pinnata pinnis digittato-pinnatifidis, laciniis lineari-serratis; sporangiis supra axillaribus, valvis serratis; rachi alata subintegerrima; stipite tereti. ♃. In humidis umbrosis asperis ac rupestribus ad ripas Fiumare retro fabricam de charta. (Noë in litteris, et Klinggræff.) Wallr. 57. (Trichomanes tunbrigense L.; Hymen. cupressiforme Lobill.) In.-Ag. . **H. tunbringense Sw.**

Ordo III. **Gyropterides Oken.**

Sporangia hypophyla annullo articulato cincta, frondibus circinatum vernantibus.

Fam. CXXXIII. **Polypodiaceae R. Br. Papratnjače (prave).**

Sporangia capsularia dorso frondium secus nervos aut nervorum apici inserta, unilocularia polysperma pedicellata annuloque articulato longitudinali plerumque in altero latere incomplete cincta, transversim irregulariter rumpentia et

definite dehiscentia, in soros nudos aut indusio membranaceo tectos aggregata. Vis. fl. dalm. I. pag. 35; Koch syn. pl. pag. 973.

Herbae perennes frondibus foliaceis, caudice et stipite saepius paleaceo instructae, contextu vasculoso - cellulo in nervis venisque artificialiter digesto et epidermidae compositae, saepius perbelte arguteque dissectis, vernatione circinatis spiraliterque caudici affixis insignes.

Trib. I. **Polypodiaceae nudae Koch.** *Sori nudi, i. e. nec indusio membranaceo, nec margine frondis revoluto tecti.*

Gen. 842. **Ceterach W. Slatinjak.**

Sori lineares transversales disco frondis oblique pinnatim furcatimve impositi; indusium nullum. — Vis. fl. dalm. I. p. 36, g. 5; Koch syn. pl. p. 964; Wallr. comp. fl. ger. p. 11, g. 6.

Fronde lineari-oblonga profunde pinnatifida laciniis ovatis oblongisve alternis obtusis, subtus paleaceo-squamosis, paleis margine repando-denticulatis. ♃. In rupibus, maceriis murisque vetustis, veluti ad rupes Kalnikenses, ad illas Ivanščicenses ad Belec-grad, ad Liepoglava et Ivanec, ad moenia vetustae arcis Okić-grad et praesertim in muris vetustis in litt. cr. — Ad moenia fortalitii Petrovaradinensis. (Kan.) Vis. fl. dalm. 10 in iisdem locis totius Dalmatiae vulgaris. Wallr. 19. (Asplenium Cetarah L.; Scolopendrium Cetarah Sm.; Gymnogramme Cetarah Spr.) Iu.-Il. **C. officinarum W.**

Gen. 843. **Grammitis Sw. Goliš.**

Sori venis frondis furcatis insidentes indusio destituti, oblongi recti. — Vis. fl. dalm III. p. 334; Wallr. comp. fl. ger. III. p. 11, g. 6.

Frondibus bipinnatis rachique glaberrimis; pinnulis cuneiformi-obovatis flabellato-lobatis. — Tenera et gracilis pinnullæ obtusæ bidentatae. ⊙. Vis. fl. dalm. ad muros et rupes agri Ragusini. Wallr.17. (Gymnogramme leptophylla Desv.; Asplenium leptophyllum Gm.; Polypodium leptophyllum L.) Apr.-Mj. **G. leptophyllum Sw.**

Gen. 844. **Polypodium L. Oslad.**

Sori subrotundi dorsales sparsi vel seriati; indusium involucrumque nullum. Vs. fl dalm. I. pag. 36, g. 6; Koch syn. pl. pag. 974; Wallr. comp. fl. ger. pag. 12, g. 9.

1 Fronde pinnata, bipinnata, vel ternato-pinnata ambita, deltoideo aut triangulari 2

Fronde oblongo-lanceolata profunde pinnatisecta, segmentis approximatis lineari-lanceolatis, subserrulatis. — Rhizoma repens cylindricum paleaceum nodulosum glabrum dulce; frons 4—5-pollices longa pollicem vel sesquipollicem lata, oblongo-lanceolata pinnati-partita segmentis a basi apicem versus sensim decrescentibus et obtusiusculis; venae exteriores elevatae marginem non attingentes, demum cum sporis biseriatis supra impressae. ♃. In locis umbrosis muscosis sylvaticis, in saxosis et rupestribus, nec non in istis arborum truncis totius Croatiae et Slavoniae montanae. Vis. fl. dalm. 11 in umbrosis montanis montium Velebit, Svilaja, Biokovo et Snieżnica, nec minus circa Cattaro praesertim ad rupes. Wallr. comp. fl. ger. III. 20. In.-Il. **P. vulgare L.**

Observ. Variat segmentis frondis inferioribus basi superiore auriculatis, auriculis lanceolatis, et nec minus frondibus majoribus semipedalibus et ultra, evidenter serratis acutisque.

2 Fronde ternato-bipinnata ambitu triangulari aut deltoidea . . 3

Fronde bipinnata ambitu oblonga acuminata, utrinque pubescente aut plane hirsutus. — Rhizoma repens fibris tenacibus auctum; stipes hirsuta; frondis pinnae pinnatifidae margine ciliatae, infimae deflexae, pinnulis oblongis obtusis obsolete crenulatis, pari infimo pinnularum cum eodem pari lateris oppositi in figuram quadrangularem rhombeamve connatis. ♃. In locis saxosis et ad radices arborum vetustarum in sylvis humidiusculis planitierum et montium, veluti in Moslavina ad Garić-grad, in sylva Paklenica et Jelenščak; nec minus in illis montis Papuk. (Pavić.) (Wallr. fl. g. 23. In.-Il. . . . . **P. Phegopteris L.**

3 Fronde stipiteque glabris subnutantibus, soris semper disjunctis. — Rhizoma filiforme; rachis stipitesque nudi; pinnae frondis patulo-deflexae profunde pinnatifidae segmentis oblongis obtusis subintegerrimis, infimis crenato-pinnatifidis; sori biseriales submarginales. ♃. In nemoribus umbrosis ad arborum truncos et in locis rupestribus montanis, veluti ad rupes Kalnikenses, in sylvis tractus montium Ivanščica, ad Zagrabiam, Samobor et alibi praesertim in Croatia australi. In Slavonia in locis lapidosis circa Duzluk, Jankovec, Vučin et Gradac. (Kan.) Vis. fl. dalm. 12 in sylvaticis catenae montium Velebit. Wallr. fl. g. 25. (Polystichum Dryopteris Rth.) In.-Il. . . **P. Dryopteris L.**

Fronde glanduloso-pubescente recta; soris denique confluentibus. — Rhizoma fibris crassis firmatum; stipes basi paleacea glau-

cescens; pinnae frondis triangularis aut deltoideae adscendentes profunde pinnatifidae laciniis oblongis obtusis subintegerrimis, infimis crenatis. ♃. In locis lapidosis sylvaticis et dumetosis circa Toplikam, Liepoglavam, Samobor et Zagrabiam, praesertim autem in sylvis tractus montium Velebit. In Slavonia in sylvis circa Daruvar, Velika et Stražeman (Pavić). Vis. fl. dalm. 13 in fissuris rupium montis Velebit. Wallr. fl. ger. 26. (P. Robertianum Hoffm.) In.-Ag. . . . . **P. calcareum Sm.**

Observ. Persimile praecedenti; sori variant, discreti et confluentes; laciniae pinnularum nunc levius, nunc profundius crenatæ; hinc potius qua varietas illius censendum.

Gen. 845 **Woodsia R. Br.**

Sori subrotundi; involucrum calyciforme apertum, margine crinitum, includens capsulas pedicellatas. Koch syn. pl. pag. 975.

Frondibus ambitu oblongis lanceolatisve subtus rachi stipiteque paleaceo-hirsutis pinnatis. — Radix fibrosa stipes elongatus paleis elongatis capillaribus obsitus; pinnae frondis bipinnatae oblongo-lanceolatae obtusae pinnatifidae laciniis ovatis integris; sori submarginales pilis capillaribus obvolutae demum confluentes. ♃. Ad rupes calcareas et ad moenia vetustae arcis Kalnik in latere septemtrionali; nec minus ad illas arcis vetustae Okićgrad; in sylvis lapidosis montis Klek et ad rupes ibidem. In Slavonia in rupestribus sylvarum montis Papuk et in illis ad Klika. (Kan.) Wallr. fl. g. 22. (Polypod. ilvense Sw.; Aspidium rufidulum Sw.; Asp. distans Viv.; Polystichum Maranthæ Rth.; Acrostichum Maranthae Haenke.; Acr. ilvense L.) In.-Il. **W. ilvensis R. Br.**

Trib. II. **Polypodiaceae indusiatae Koch.** *Sori juniores indusio membranaceo tecti.*

Gen. 846. **Aspidium Sw. Preprat.**

Sori dorsales subrotundi sparsi indusio unico umbilicato, sive centro affixo, margine libero aut laterali, sive uno latere dehiscente tecti. — Vis. fl. dalm. I. pag. 37, g. 7; Wallr. comp. fl. ger. pag. 15, g. 10.

1 Indusio centrali, primum peltato aut reniformi, demum infundibuliformi, ambitu libero 2

Indusio laterali puncto marginis affixo, subrotundo vel ovato, denique corrugato et evanescente; frondibus bipinnatis; soris solitariis sparsisve 9

2 Indusio membranaceo orbiculato, peltato stipitato, puncto centrali affixo circum-circa libero 3

Indusio exstipitato, sessili, membranaceo reniformi puncto centrali et plica depressa affixo 5

3 Frondibus ambitu oblongo-lanceolatis bipinnatis, pinnis lanceolatis acutis 4

Frondibus ambitu elongato-lanceolatis simpliciter pinnatis, pinnis lanceolato-falcatis indivisis. — Radix crassa lignescens fibris copiosis tenacibusque aucta; rachis et stipites paleacei paleis membranaceis et hyalinis integerrimis, longe acuminatis; pinnae frondis acuminatae basi antice sursumque acute auriculatae, subtus paleaceo-pilosae, duplicato-serratae serraturis inaequalibus, majoribus spinuloso-cuspidatis, minoribus acutis inermibus. ♃. In saxosis rupiumque fissuris montium altiorum, veluti in latere septemtrionali rupium Kalnikensium ad Vratno in illis ad Markuševec et Vidovec prope Zagrabiam, circa Mrzla-vodica et Fužine, ita et in illis montis Klek et Merzin, nec non in asperis sylvaticis totius catenae montium Velebit· Vis. fl. dalm. 14 in umbrosis montis Biokovo. Wallr. fl. g. 27. (Polyp. Lonchitis L.; Polystichum Lonchitis Rth.) In.-Ag. . . . **A. Lonchitis Sw.**

Observ. Variat pinnis brevioribus latis, longioribus lanceolatis, leviter alteque inciso-serratis.

4 Pinnulis frondis bipinnatae oblique ovatis sublunulatis, antice saepe auriculatis et inaequaliter spinuloso-denticulatis breviterque petiolatis. — Radix valida, lignescens fibrisque copiosis aucta; rachis stipitespue dense paleacei paleis scariosis hyalinis acutis; frondes pedales aut sesquipedales exaltatae, pinnae elongatae subtus pilosiusculae et impresso-punctatae, pinnulae utrinque attenuatæ, inferiores ex auricula antica subcuneatae, superiores confluentes; sori biseriales, demum confluentes; indusium umbilicatum. (Differt a sequente pinnulis distincte petiolatis subfalcatis et basi sursum auriculatis.) ♃. In nemoribus sylvisque umbrosis humidis totius Croatiae montanae, praesertim in sylvis tractus montium Velebit. In Slavonia in iisdem locis montis Papuk (Kan.), nec minus circa Daruvar. Vis. fl. dalm. III. pag. 335 in umbrosis sylvaticis montium Velebit et Biokovo. Wallr. 28. (Polypodium

aculeatum L.; P. appendiculatum Hoffm., Polystichum aculeatum Rth.; Aspidium lobatum Schk.; A. Plukenetii Lois.) In.-Ag. **A. aculeatum Sw.**

Pinnulis frondis bipinnatae ellipticis obtusis mucronato-serratis, apice aristatis, infima superiore majore omnino exauriculata. — Radix lignescens fibris copiosis firmata; rachis et stipites dense paleacei; frondes exaltatae, subtus sparse paleaceae simulque pilosiusculae, rarius nudiusculae; sori biseriales, demum confluentes; indusium umbilicatum. (Affine praecedenti, discrepat tamen pinnulis obtusis, longe aristatis basique auriculatis.) Vis. fl. dalm. 16 in umbrosis sylvaticis montis Biokovo. Wall. fl. g. 28. (Polypodium lobatum Huds.) In.-Il. . . **A. lobatum Sw.**

Observ. variet. β. pinnis frondium infimis ovatis basique utrinque auriculatis, est: A. munitum Sadl. occurritque in dumetis et sylvis ad Skrad et Kamenjak.

5 Frondibus bipinnatis pinnulis incisis pinnatifidisve; stipite rachi costaque pinnarum subtus paleaceis 6

Frondibus simpliciter pinnatis pinulis pinnatipartitis 7

6 Frondibus ambitu ovatis aut oblongis, nonnisi pari infimo pinnarum primariarum caeteris breviore, lobis pinnularum oblongis obtusis serratisque, serraturis cuspidatis spinuloso-mucronatis. — Stipites elongati basi squamosi simulque paleacei; frondes exaltatae bipinnatae, pinnulis pinnatipartitis, lobis oblongis obtusis duplicato-serratis, dentibus spinula terminatis, costa flexuosa; indusia glandulosa, latere emarginata. ♃. In nemoribus et sylvis umbrosis totius Croatiae montanae. In Slavonia in sylvis ad monasterium Duzluk (Kan.), nec minus in illis ad Pakrac, Kamensko et Stražeman. Wallr. fl. g. 32. (A. dilatatum Godr.; Nephrodium spinulosum Sremp.; Polyp. cristatum Hoffm.; P. tanacetifolium Hoffm.; Polystichum spinulosum DC.) Il.-Ag. **A. spinulosum DC.**

Observ. Variat majus et minus, fronde ambitu latiore aut angustiore, stipite et rachi valde paleaceis vel paucis tantum paleis praeditis. — Distinguuntur itaque

Variet. β. lobulis pinnularum fere omnibus separatis rachique angusta conjugatis, supremis tantum confluentibus, et hoc est: A. dilatatum W. (Lastrea dilatata Presl.)

Variet. γ. lobulis pinnularum infimis tantum sejunctis, caeteris rachi lata confluentibus; fronde ambitu oblonga vel ovato-oblonga

infimoque pari pinnarum plerumque sterili magisque remoto, et haec est: (forma primitiva) A. spinulosum W.

Frondibus ambitu oblongo-lanceolatis, subtus glandulosis, pinnis secundariis lanceolatis pinnatipartitis, pinnulis ovatis oblongisve, apice dentatis, dentibus acutis mucronulatis. — Frondes spithamaeæ, pedales aut ultra stipite elongato, rachi costaque subtus paleaceis; pinnulae primariae cordato-lanceolatae pinnatifidae laciniis obtusis serratis; indusia umbilicata. ♃. In rupium fissuris montium altiorum Ivanšćicae ad Belec-grad, montis Klek et Merzin, nec non in illis alpium Visočica, Urlaj, Badanj et Svetobrdo. In Slavonia in sylvis montis Papuk (Pavić.) Vis. fl. dalm. 17 in umbrosis rupiumque fissuris montium Velebit, Svilaja et Biokovo, nec non circa Clissa frequens. Wallr. fl. g. 31. (Polypodium rigidum Hoffm.; P. frequens Vill.; P. Villarsii Bell.; Polystichum rigidum DC.; P. strigosum Rth.; Heliopteris Borkhausii Vill.) In.-Ag. . . . . **A. rigidum Sw.**

7 Pinnis primariis lineari-lanceolatis, pinnulis oblongis acutiusculis integerrimis repandisve 8

Pinnis primariis lanceolatis acuminatis pinnati-partitis, pinnulis glabris oblongis obtusis serratis muticis, subtus laevibus. — Radix (rhizoma) valida nodosa fibrisque copiosis firmata; rachis stipitesque paleacei; frondes exaltati 1—2-pedales et ultra, ambitu elliptico-oblongi pinnati bipinnatique pinnis profunde pinnatifidis; pinnulae glabræ subtus plerumque paleis oblongis, obtusis, subtruncatisve adpressisque inspersae, apice inaequaliter denticulatae; sori biseriales discum a basi pinnulae ultra medium occupantes, indusia umbilicata. ♃. In sylvis locisque lapidosis dumetosis totius Croatiae et Slavoniae, imprimis montanæ Vis. fl. dalm. 18 in umrbosis montium Velebit et Biokovo. Wallr. fl. g. 30. (Polypodium Filix mas L.; Polystichium Filix mas Rth.; P. Callipteris Berh.; Lastrea Filix mas Presl.) In.-Ag. **A. Filix mas Sw.**

8 Frondibus subtus resinoso-glandulosis ambitu lanceolato-oblongis, pinnis infimis minimis ambitu triangularibus. — Rhizoma caespitosum; rachis stipitesque nudi glabri et laeves, frondes exaltatæ 1--2-pedales et ultra a medio deorsum sursumque decrescentes laeves, pinnati pinnis pinnatipartitis, pinnulae oblongae integerrimae aut subrepandae obtusiusculae, rarius acutiusculae, infimae longiores; sori biseriales marginales contigui aut distincti. ♃. In nemoribus sylvisque montanis, veluti in cacumine montis

Ivanšćica, Kuna-gora prope Pregrada et Ljubelj prope Toplika. In Slavonia in sylvis circa fabricam vitrariam Jankovec. Wallr. fl. g. 34. (Pavić.) (Polypodium Oreopteris Ehrh.; P. Thelyopteris Huds.; P. montanum Vogl.; P. limbospermum All.; P. petroides Vill.; Polystichum montanum Rth.; P. Oreopteris DC.; Lastrea Oreopteris Presl.) Il.-Ag. . . . . **A. Oreopteris Sw.**

Frondibus eglandulosis ambitu anguste lanceolatis, pinnis lineari-lanceolatis pinnatipartitis; soris in disco pinnularum biserialibus, denique confluentibus. — Rhizoma repens fibrisque copiosis auctum; frondes effusae 2--3-pedales rachi et stipitibus glabris lævibusque; pinnulae oblongae acutiusculae integerrimae aut subrepandae, frondium fertilium margine revolutae, venis furcatis pellucidis excurrentibus signatae. ♃. In pratis paludosis et nemoribus humidis, nec non in alnetis totius Croatiae et Slavoniæ. Wallr. fl. ger. 35. (Nephrodium Thelypteris Stremp.; Polypodium Thelypteris L.; Polystichum Thelypteris Rth.; Acrostichum Thelypteris L. sp. pl. 1528.; Lastrea Thelypteris Presl.; Athyrium Thelypteris Spr.) Il.-Ag. . . . **A. Thelypteris Sw.**

Observ. Pinnulae in speciminibus luxuriantibus et sterilibus latiores margine non revolvuntur, quod si autem superiores fructificent, tunc accidit, ut, quemadmodum in minoribus et macrioribus omnibus, margine revolvantur, quo fit, ut sori marginem occupare videantur, qua propter hi ita confluunt, ut in macrioribus et in minoribus speciminibus totam superficem obtegant. —

9 Frondibus ambitu oblongis lanceolatisve bipinnatis tripinatisve . 10

Frondibus ambitu deltoideis ternato-tripinnatis pinnulis pinnatifidis. — Stipites paleacei; rachis contracta subflexuosa tenuiterque glandulosa; pinnulae glabrae distantes, lineari - lanceolatae laciniis obtusis, apice subdentatis; sori distincti. ♃. In rupibus montis Klek, ad lacus Plitvicenses, in monte Merzin et in ipsa alpe Badanj et Debelo-brdo. Wallr. comp. fl. g. III. 42. (Polyp. montanum All.; Cyathea montana Rth.; Polyp. myrthifolium Vill.) In.-Il. . . . . **A. montanum Sw.**

10 Pinnis frondium ovatis ellipticisve pinnatifidis, laciniis obtusis denticulatis, soris sparsis. — Frondes bipinnatae rachi alata, vel dilatata; pinnae distantes stipiteque fragili glabrae, pari infimo proxime sequentibus breviori, pinnulae inferiores lobulato-pinnatifidae vel basi pinnatipartitae lobulis obovatis, ovatis vel oblongo-ovatis, denticulatis dentatisve, dentibus acutiusculis;

sori sparsi. ♃. In umbrosis ad rupes et muros totius Croatiae. In Slavonia in asperis rupestribus montis Papuk et Krndia (Pavić), nec minus ad rupes in horto ad Thermas Daruvarenses. Wallr. fl. g. 39. (Polypodium fragile L.; Cystopteris fragilis Bernh.; Cyahea fragilis Sm.; Nephrodium polymorphum Opitz.) Il.-Ag. . . . . **A. fragile Sm.**

Observ. Occurrit sub plurimis formis et variationibus quarum intermediae evidenter confluunt ita, ut characteres specifici pedetentim evanescant et limes inter illas vix stabiliri possit. Distinguuntur tamen duae peculiares varietates et quidem:

Variet. α. lobato-dentata, pinnulis brevibus, ovatis lobatis vel pinnatifido-lobatis breviterque dentatis, et est: Aspidium dentatum Sw. (Cystea dentata Sm.; Polypodium dentatum Dicks.; Cyathea fragilis Rth.)

Variet. β. pinnatipartita; pinnulis oblongo-ovatis lanceolatisve pinnatipartitis, lobis lanceolato-oblongis inciso-dentatis, dentibus acutis, aut lobis ovatis apice tantum dentatis et quasi retusis, et est: Aspid. rhaeticum W. (Polyp. anthriscifolium Hoffm.; Cyathea cynapifolia Roth.; Cystea angustata Sm.)

Pinnis oblongis inciso-pinnatifidis, laciniis lineari-cuneatis obtusis, subbidentatis; soris solitariis. — Frons triplicato-pinnata tenera dodrontalis palmarisve; rachi et stipitibus glabris ac laevigatis et omnino nudis, pinnulis cuneato-ovatis incisis vel pinnatifidis. ♃. Ad rupes in sylvis montium altiorum tractus Velebit, veluti in monte Kapela, Merzin, et in ipsa Pliešivica. — Vis. fl. dalm. 20 in rupium fissuris montium Velebit et Dinara Wallr. fl. g. 41. Il.-Ag. . . . . **A. alpinum Sw.**

Gen. 847. **Asplenium L. Slezenica.**

Sori dorsales lineares vel ovales transversales disco frondis impositi; indusia membranacea linearia vel transverse ovalia recta vel subsemilunaria soris exterius affixa, interius apperta, hinc costam versus dehiscentia — Vis. fl. dalm. I. p. 40, g. 9; Koch syn. pl. p. 981; Wallr. comp. fl. ger. III. p. 21.

1 Frondibus evidenter pinnatis 2

Frondibus longe petiolatis apiceque foliola 2—4 petiolata gerentibus, secus nec pinnatis, nec pinnatifidis. — Dense caespitosum radicibus capillatis firmatum; frondes cum stipite elongato con-

fluentes nudae angustissimae, apice subbipartitae aut foliola 2-4 brevissime petiolata gerentes laciniis (foliolis) linearibus, apice subtridentato cuspidato sterili, basi integerrimis; sori submarginales, demum costam obliterantes. ♃. In rupium fissuris locisque siccis in montanis et subalpinis, veluti in illis montium Ivanšcica ad Belec-grad, ad Krapinam, ad Samobor et Rude, in monte Klek et Merzin. In Slavonia in rupibus circa Vučin, ad Zvečevo in valle Jedovica et circa Velika. (Kan.) Wallr. fl. g. 51. (Blechnum septemtrionale Hoff.; Acrostichum septemtrionale L.; Scolopendrium septemtrionale Roth.; Pteris septemtrionalis Sm.) In.-Il. . . . . **A. septemtrionale Sw.**

2 Frondibus ambitu oblongo-linearibus a basi ad apicem usque nonnisi simpliciter pinnatis, pinnis conformibus, versus apicem et basim frondis decrescentibus, integris, repandis vel crenatis, sed nec unquam pinnatifido-incisis 3

Frondibus ambitu ovatis, deltoideis aut triangularibus, inferioribus pinnatifido-laciniatis, vel pinnatifido-incisis vel plane bitripinnatis 4

3 Stipite glabro; pinnis ovalibus subrotundisve crenatis basi truncato-cuneatis; rachi margine angusto scarioso denticulato cincta. — Radix fibrosa fibris copiosis tenacibus; rachis stipitesque nitidi et fusci; pinnae suboppositae obtusae sessilesque. ♃. In rupium fissuris et muris vetustis in umbrosis Croatiæ, in regionibus montanis haud rarum. In Slavonia in iisdem locis montis Papuk. (Kun.) Vis. fl. dalm. 22 ad muros vetustos et in rupium fissuris totius Dalmatiae. Wallr. 47. (A. trichomanoides Web. et M.; Phyllitis rotundifolia Mnch.) In.-Ag. . **A. Trichomanes L.**

Stipite pilis articulatis adsperso; pinnis rhombeo-subrotundis inciso-crenatis, basi cuneatis integris; rachi margine scarioso destituta. — Radix fibris copiosissimis capillata; rachis stipitesque sulcati apice virides concolores, demum fragiles basique decidui; pinnae petiolatae. ♃. Ad margines viarum sylvaticarum, ad muros vetustos et in rupium fissuris totius Croatiae montanae. In Slavonia in iisdem locis ad Daruvar, Kamensko ipsamque Požegam. Vis. fl. dalm. 23 ad rupes montis Biokovo. In.-Ag.
A. viride Huds.

4 Frondibus ambitu ovatis; deltoideis aut triangularibus basique evidenter latioribus 5

Frondibus ambitu elliptico-oblongis acuminatis, basin versus angustioribus, bipinnatis. — Radix nodosa crassa fibrisque copiosis firmata; stipites effusi elongati paleacei; rachis alata; frondes exaltatae spithamacæ pedalesve et ultra; pinnae longe acuminatæ, pinnulae lanceolatae pinnatifidae aut pinnatipartitae lobulis ovatis oblongisve dentatis, dentibus acutis aut obtusiusculis muticis; indusiis transverse ovalibus margine fimbriato laceris, inferioribus pinnularum semilunaribus. ♃. In nemoribus et sylvis umbrosis, in virgultis locisque lapidosis totius Slavoniae et Dalmatiae praesertim montanae Wallr. 40. (A. cyathoides Bernh.; Aspidium Filix femina Sw.; Polyp. Filix femina L.; Pteris palustris Poir.; Athyrium depaupertatum Schum.; A. incisum Rth.) In.-Ag. . . . . **A. Filix femina Bernh.**

Observ. Multum variat obtutu frondium altitudine, pinnarum figura et circumscissione.

5 Frondibus undique bi-tripinnatis 6

Frondibus triangularibus et nonnisi basi bipinnatis, et a medio ad apicem usque tantum simpliciter pinnatis, pinnulis lanceolato cuneiformibus, apice inaequaliter profunde dentatis. — Rachis stipitesque virides; pinnae alternae remotae erectae cuneiformes, mediae apice 2—3-fidae, infimae 2—3-partito-pinnatifidae reliquis longiores, laciniis cuneatis; indusia margine integerrima. ♃. In rupium fissuris tractus montium Velebit haud rarum. Vis. fl. dalm. 24 in rupestribus Paklenica ad montem Velebit. Wallr. 43. (A. germanicum Weiss.; A. Breynii Retz.; Phyllitis heterophylla Mnch.; Scolopendrium alternifolium Rth.) In.-Ag. **A. alternifolium Wulf.**

6 Indusiis margine integerrimis; pinnulis cuneiformibus 7

Indusiis margine lacero-fimbriatis; pinnulis oblongo-rhombeis obtusis, apice subcartilagineo-crenulatis obtusisve. — Radix fibrosa; stipites 2—3-pollicares, rarius ultra et una cum rachi virides; frondes ambitu triangulari-ovatæ, 2—3-pinnatæ; sori demum confluentes. ♃. Ad muros et in rupium fissuris totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Vis. fl. dalm. 25. — Wallr. 45. (A. murale Bernh.; Scolopendrium Ruta muraria Rth.; Phyllitis Ruta muraria Mnch.; Adiantum Ruta muraria Tabern.) In.-Ag. **A. Ruta muraria L.**

7 Frondibus ambitu ovatis; pinnulis cuneiformibus tripartitis, laciniis apice acute 3-dentatis. — Stipites inferne nitidi; frondes

tripinnatae, pinnulae lineatae; dentes laciniarum emarginati; sori in pinnula solitarii aut bini. ♃. Ad rupes montium tractus Velebit, veluti in monte Klek et Merzin, in alpe Pliešivica, Visočica et Urlaj. Vis. fl. dalm. 27 in umbrosis rupiumque fissuris montis Velebit. Wallr. 44. (Aspidium acutum Fk.; Aspl. tenuifolium Guss.) In.-Il. . . . . **A. fissum Kit.**

Frondibus ambitu deltoideo-oblongis; pinnulis ovatis acute serratis, basin versus cuneatis integerrimisque. — Stipites inferius atropurpurei nitidi; frondes bipinnatæ pinnis oblongis a basi versus apicem frondis sensim decrescentes; pinnulae superiores confluentes apiceque acute dentatae. ♃. In umbrosis sylvaticis rupestribus, veluti ad Markuševec et Vidovec, in monte Klek, ad Vrbovsko, Delnice, Kamenjak et alibi in montanis Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Vis. fl. dalm. 26. — Wallr. 49. (A. lanceolatum Hoffm.; A. nigrum Lam.; Phyllitis lancifolia Mnch.) In.-Ag. . . . . **A. Adiantum nigrum L.**

Observ. variet. β. pinnulis parvis reniformibus, infimis profundius lobatis, est: A. Serpentini Tsch.

Variet. γ. pinnis longissime acuminatis, pinnulisque angustis, est: A. acutum Bory.

Gen. 848 Scolopendrium Sm. Jelenjak.

Sori dorsales lineares oblique transversales recti et paralleli; utroque latere indusio membranaceo supra sorum longitudinaliter dehiscente vel sorum versus apertis praediti. — Vis. fl. dalm. I. p. 39, g. 8; Koch syn. pl. p. 984; Wallr. comp. fl. ger. III. p. 25, g. 14.

Fronde late lanceolata glabra, basi cordata. — Radix lignescens fibris copiosis tenacibus firmata; stipes paleaceus 2—3-pollicaris, frons integerrima apice acuta venis ultra basin furcatis inscriptis soros transmittentibus instructa, 5—6-pollices longa et 1—2 pollices lata, non raro et ultra. ♃. In nemorosis umbrosis et saxosis Croatiae et Slavoniae montanae. Vis. fl. dalm. 21 in umbrosis et saxosis prope Zara et Macarsca. Wall. 53. (Aspl. Scolopendrium L.; Scol. vulgare Sm.; Scol. Phyllitis Rth.) In.-Il. **S. officinarum Sw.**

Observ. variet. β. fronde, praesertim sterili, crispa, est: Scol. crispum. (Bauh.)

Variet. γ. fronde apice obtuso divisa subpalmata, est: Scol. daedaleum (Willd.) occurritque utraque forma hinc inde intermixte cum specie, sed rarius.

Gen. 849. **Blechnum L. Rebranjača.**

Sori lineares recti, elongati, costae pinnarum utrinque paralleli et contigui; indusium membranaceum e disco pinnae ortum, continuum interiusque apertum. Koch syn. pl. p. 984; Wallr. comp. fl. gr. III. p. 24, g. 13.

Frondibus ambitu elongato-lanceolatis pinnatipartitis, fructiferis subduplo longioribus. — Radix lignescens fibris copiosis tenacissimis aucta; rachis stipitesque rugulosi nudi; frondes utrinque attenuatae biformes, fertilium pinnae lineares distichae integrae contractae, subtus soris omnino tectae; sterilium oblongo-lanceolatae acutiusculae subfalcatae, infimae obsoletae sive semirotundatae. ♃. In sylvis umbrosis locisque humidis, veluti in monte Ljubelj ad Toplikam, in monte Ivanščica ad Podbela, Ivanec et Liepoglava, in illis ad Zagrabiam, Samobor, Okić, Mrzla-vodica et Fužine. In Slavonia in iisdem locis montis Papuk. (Pavić.) Wallr. 52. (Bl. boreale Sw.; Acrostichum Spicant Vill.; Lomaria Spicant Desv.; Onoclea Spicant Hoffm.; Osmunda Spicant L.; Strathiopteris Spicant Scop.; Str. nemorale Lam.) In.-Ag.

B. Spicant Rth.

Gen. 850. **Pteris L. Bujad.**

Sori marginales lineares continui; indusium membranaceum e margine frondis ipso vel paullum ante marginem e disco oriens lineare, continuum, interius apertum. Vis. fl. dalm. I. p. 41, g. 10; Koch syn. pl. p. 984; Wallr. comp. fl. g. III. p. 24, g. 12.

Ramis frondis tripartitae (tripinnatae) bipinnatis, pinnulis subsessilibus, lineari-lanceolatis integerrimis, inferioribus pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis. — Radix fusiformis, rachis et stipites nudi et laeves, frondes exaltatae, 1--5-pedales et ultra, tripinnatæ pinnulis margine revolutis. ♃. In nemoribus, pratis sylvaticis arvisque lapidosis sterilibus totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae, praecipue Croatiae australis Dalmatiaeque montanæ. Vis. fl. dalm. 28. -- Wallr. 50. (Allosurus aquilinus Presl.) Il.-Ag.

Pt. aquilina L.

Observ. Occurrit frondibus pinnulisque utrinque, vel saltem subtus pubescentibus, spithamaeis aut brevioribus, pinnulis ovato cuneatis, estque: Pt. microphylla Wallr. occurritque in arvis lapidosis apricis sterilissimis ad Modruš et Ogulin.

Gen. 851. **Adiantum L. Gospin-vlas.**

Sori marginales oblongi aut subrotundi indusio ipsi, et non frondis paginae inserti; indusia initio membranacea, denique scariosa et subcoriacea e margine frondis prodeuntia, squamaeformia, subrotunda, oblonga vel linearia, saepe lunulata, versus frondem aperta Vis. fl. dalm. I. p. 41, g. 11; Koch syn. pl. p. 984; Wallr. comp. fl. ger. p. 26, g. 15.

Frondibus bipinnatis, pinnis obovato-cuneatis lobatis incisisve, laciniis fertilium soro oblongo transverso terminatis, sterilibus denticulatis serratisve aut crenatis. — Radix stipitesque laevissimi nitidi; frondes elongatæ non raro tripinnatae glabrae. ♃. In rupium humectarum fissuris, veluti in latere septemtrionali rupium Kalnikensium, in illis Ivanščicae ad Liepoglava, in illis ad Podsused prope Zagrabia, ad Samobor, Sluin, in monte Merzin et alibi in Croatia montana haud rarum; nec minus ad rupes calcareas prope Daruvar in Slavonia. Vis. fl. dalm. 29 ad puteos circa Zara, ad rupes humidas et aquarum stilicidia in Kerka supra Scardona. „Paprica vodena, Otoka vodena.“ Wallr. 54. (Ad. Capillus Sw.; Ad. coriandrifolium Lam.) In.-Ag.

Ad. Capillus Veneris L.

Observ. variet. β. fronde exaltata pedali aut sesquipedali pinnis pallidis, basi longe cuneatis, apice profunde divisis, laciniis late linearibus apiceque laceris, est: Ad. Visianii Schloss. et Vuk. occurritque in rupium fissuris insulae Pago (Vis.) et nec minus ad cataractus amnis Slunčica ad Sluin.

Gen. 852. **Cheilanthes Sw. Vodier.**

Sori marginales punctiformes, indusio e margine frondis reflexo squamiformi interius dehiscente, formato, tecti. — Vis. fl. dalm. I. p. 42, g. 12.

Frondibus bipinnatis glabris, pinnulis oblongis obtusis crenato-pinnatifidis. — Rachis stipitesque strigosi; frondes ambitu ovato-oblongæ, laciniae pinnularum rotundatae subintegerrimae; indusia subfimbriata. ♃. Vis. fl. dalm. 30 ad muros et in fissuris rupium insulae Giuppana aliarumque ditionis Ragusinae, nec non in sa-

xosis et muris apricis insulae Lesina. (Polyp. fragrans L.; Adian. fragrans Vis.; Ad. odorum DC.) In.-Il. . . . **Ch. odora Sw.**

Frondibus tripinnatis supra glabris, pinnulis ovato-subrotundis integris repandisve. — Radix (rhizoma) horizontalis fibris copiosis firmata; rachis stipitesque teretes nitidi strigis paleaceis rubro-fuscis conspersi; frondes ovato-oblongae tripinnatae pinnulis minutis obtusissimis, subtus margine squamiformi circum reflexo in indusium longissime fimbriatum producto, fimbriis piliformibus inferiorem pinnulae paginam omnino tegentibus; soris subrotundis sub margine positis. ♃. Vis. fl. dalm. 37 cum præcedente in iisdem locis simulque intermixte. In.-Il. **Ch. fimbriata Vis.**

Trib. III. **Polypodiaceae velatae Koch.** *Latera vel crenae pinnarum pinnularumve reflexae, soros totos vel earum partem tegentes, plerumque in marginem membranaceum angustiorem latioremve abeuntes, indusium suplentes.*

Gen. 853. **Nothochlaena R. Br. Plievika.**

Margo pinnularum revolutus, tenui linea membranacea cinctus sporangiaque pro parte tegens et indusium suplens; sporangia in margine pinnularum et in basi istarum sparsa (sub pilis paleaceis abscondita.) — Koch syn. pl. p. 985 Wallr. comp. fl. ger. p. 11, g. 7.

Frondibus bipinnatis, pinnis lineari-oblongis obtusis, subtus paleis imbricatis dense tectis integris vel infimis basi lobulato-pinnatifidis. — Radix caespitosa fibrisque copiosis capillaceis jubata; stipites teretes et una cum frondibus bipinnatis subtus ferrugineo-hirsuti et squamoso-paleacei pinnulis supremis confluentibus. ♃. Ad rupes calcareas circa Vidovec, Markuševec et in illis montis Sv. Jakob prope Zagrabiam, nec minus ad moenia vetustae arcis Okićgrad. In rupibus in monte Gradac prope monasterium Rakovac in Slavonia. (Kan.) Wallr. 18. (Cetarach Marantae DC.; Notholaena Marantae Desv.; Vittaria Cetarach Bernh.; Acrostichum Marantae L.; Polyp. Marantae Hoffm.; Polystichum Marantae Rth.) In.-Ag. . . . . **N. Marantae R. Br.**

Gen. 854. **Struthiopteris W. Bujadika.**

Pinnae frondis fertilis ad costam mediam usque revolutae, torulosae sorosque involventes, pars reflexa in marginem membranaceum abiens, denique horizontaliter expansa lobatoque fissa relictis fructillis costae mediae adhaerentibus;

sori totum discum pinnae densissime tegentes; sporangia pedicellata, aggregata. Koch syn. pl. p. 986; Wallr. comp. fl. ger. p. 26, g. 16.

Frondibus pinnatis, sterilibus ambitu lato-oblongis acuminatis basin versus angustatis, pinnis pinnatipartitis, pinnulis oblongis integerrimis, fertilibus lanceolatis, pinnis linearibus integris subteretibus, denique explanatis. — Radix dense caespitosa lignescens fibrisque copiosis tenacibus firmata; frondes spithamaeæ aut dodrantales biformes, fertiles centrales simpliciterque pinnatæ pinnis distichis, demum ex soris indusiatis magis minusve segregatis quasi articulatae, steriles periphericae bipinnatifidae lacinulis ovatis aequalibus. ♃. In convallibus montium altiorum ad rivulos montis Snieżnik prope Čubar. (Klinggræff herb. muzei Zagrabiensis.) Wallr. 55. (Osmunda Struthiopteris L.; Onoclea Struthiopteris Hoffm.; Struth. heterophylla Op.; Struth. Cordi Thal.) Il.-Ag. . . . . **Str germanica W.**

Ordo VI. **Rhizopterides Wallr.**

Sporangia radicalia sacculi- s. nuciformia, evalvia, uni- vel multilocularia.

Fam. CXXXIV. **Marsileaceae R. Br. Raznorodke.**

Sporangia dimorpha sporocarpiis inclusa; sporocarpia globosa vel oblonga nucibus capsulisve aemula basi foliorum aut petiolorum, vel intra fibras radicales inserta. (Herbae aquaticae.) Koch syn. pl. p. 967.

Trib. I. **Marsileae Koch.** *Sporocarpia coriacea basi foliorum petiolorumve inserta; rhizoma filiforme sub aqua prostratum et radicans; folia vernatione circinata.*

Gen. 855. **Marsilea L. Raznorodka.**

Sporocarpia ad inferiorem partem petiolorum pedicellata solitaria vel 2—3 in pedicello 2—3-fido subsessilia, subglobosa vel ovalia, coriacea, bilocularia v. transverse multilocularia, maturitate in lobos 2 dehiscentia; sporangia lineis parietalibus elevatis in locellis transversalibus inserta, majora minoribus mixta; majora spora unica ovali-oblonga non constricta praedita, minora sporulis copiosis minutissimis referta. — Koch syn. pl. pag. 968; Wallr. comp. fl. ger. pag. 4, g. 4.

Frondibus quadrifoliis foliolis obovato-cuneatis integerrimis glabris, sporangiis pedunculatis ellipticis obtusis subternis. — Rhizoma late repens fibris copiosis capillaribus firmatum; frons longe stipitata quadrifoliata (quasi folia quaterna longe petiolata) fo-

liolis in aqua natantibus, vel in exsiccatis limo terraeque adpressis. ♃. In fossis et aquis stagnantibus vel lente fluentibus, veluti in fossis ad viam in sylva inter Lipovčan et Maršane, in illis in Moslavina ad Potok, in stagnis ad Okolje, et praesertim in Lonjsko-polje, in Posavina et in Podravina. In Slavonia in iisdem locis ad Gaj, Poljana et Lipik, nec non in paludibus Jašova, Palača et fluvio Bosut. Wallr. 4. (Zaluzianskia marsileoides Neck.) Il.-Sept. . . . . **M. quadrifolia L.**

Trib. II. **Salvineaceae Bartl.** *Sporangia membranacea intra fibras radicales inserta vel stipitis ramorumve basi adnata et deorsum spectantia. Plantae liberae in aqua natantes foliis distichis, vernatione a latere involutis.*

Gen. 856. Salvinia Michel. Nepačka.

Sporangia globosa infra fibras radicales ramo brevi deorsum spectante inserta, 4—8 glomerata membranacea, non dehiscentia unilocularia, in basi loculi carpophoro, in stipites sporangia sustinentes fisso, praedita; sporangia in sporocarpiis exterioribus globosa, in uno alterove interiorum ovalia; spora sporangio conformis. Koch syn. pl. p. 968; Wallr. comp. fl. ger. p. 4, g. 3.

Foliis (frondibus) ellipticis obtusis, supra stellato-hispidulis; sporocarpiis glomeratis. — Frondes stipitibus brevissimis, radicibus copiosissimis complicatis, fibrillis tenuissimis pinnatis capillatisve in aqua natantes, supra fasciculato-setosae sporocarpiis sessilibus aggregatis copiosissimis. ♃. In aquis quietis, in stagnis et fossis in Moslavina, et ibidem praesertim in Lonjsko-polje, in Posavina et Podravina et alibi in Croatia haud rara. In Slavonia in stagnis circa Feričanec, Podgorač et Karlovic (Kan.), nec non in stagnis ad Gaj et Kutinja. Wallr. 3. (Marsilea natans L.; M, salvinioides Neck.) In.-Ag. . . . . **S. natans Hoffm.**

Subclassis II. **Goniopterides (Wallr.) Presličnice.** *Vegetabilia aphylla stipite ramisque articulatis tubulosis verticillatisque; propagatio per gemmas fit tuberosas involucro utriculato obductas vel bracteolis 5 linearibus connatis spiraliterque circumdatis, in aliis simul et per turiones absolvitur.*

Fam. CXXXV. Equisetaceae DC. Preslice.

Fructificatio verticillata, verticillis in spicam conicam terminalem digestis et totidem receptaculis peltatis pedicellatis constantibus, subtus sporangiis 4—7 in orbem dispositis unilocularibus conicis introrsum longitudinaliter dehiscentibus praedita; sporae numerosissimae globosae apiculatae filisque 2 fultae, filis utrinque in apicem spathulatum desinentibus, in crucem dispositis, cira sporam

spiraliter convolutis, siccitate autem elastice resilientibus. — Vis. fl. dalm. I, p. 33; Koch syn. pl. p. 963; Wallr. comp. fl. germ. p. 5.

Herbae aphyllae stipitibus sulcatis, silicea excretione in epidermide et lacunis aëreis regularibus internis insignibus, ramis conformibus verticillatis, vaginis membranaceis dentatis truncatisve ad basin articularum, raro nullis.

Gen. 857. **Equisetum L. Preslica.**

Character generis idem, qui familiae.

1 Stipitibus fructiferis et sterilibus difformibus; vaginis turbinato-tubulosis, superne scariosis 2

Stipitibus fructiferis et sterilibus conformibus 5

2 Stipitibus fertilibus praecocibus decoloribus (non viridibus) . . 3

Stipitibus fructiferis et sterilibus coëtaneis albidis rubellisve . . 4

3 Vaginis stipitum sterilium superne scariosis et in dentes 8 lanceolatos acutos passim cohaerentes fissis; ramis stipitum sterilium quadrangularibus. — Stipites steriles aerugineo-canescentes simpliciter ramosi scabriusculi, fructiferi simplices ex albido testacei vaginis cylindraceis incisis, dentibus acutis. ♃. In pratis et agris sterilibus limosis subhumidis, in aggeribus et pascuis totius Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 5. — Rchb. fl. g. 934. — Wallr. 8. Apr.-Mj. **E. arvense L.**

Observ. Multum variat obtutu loci natalis tempestatisque periodo, occurritque sub forma serotina, quae stipitem habet ramosum simulque spica fructifera terminatum; genicula ipsius obsita sunt ramulis exceptis 2—3 superioribus, quae nuda sunt, et est: E. campestre Schulz. (Rchb. fl. g. 940), provenit inter segetes ad Crisium, Zagrabiam et alibi.

Forma exaltata sesquipedalis aut plane bipedalis, inferne longe nuda ramis longissimis horizontalibus vel recurvato-patentibus nudis vel parce ramulosis, est: E. pratense Rth. occurritque cum specie in sylvis umbrosis humidis. Syll. fl. cr.

Vaginis stipitum fertilium superne scariosis 20—30-dentatis dentibus subulato-setaceis; ramis stipitum sterilium 6—8-gonis. — Stipites steriles simpliciter ramosi ramis scabris, saepius ultra pedales digitumque crassi albo-rubelli, vaginis albis, dentibus rubicundis, dein flavescentibus, fructiferi simplices vaginis infundibularibus amplis brunneis incisis dentibus unicoloribus, non raro 2—3-pedales albentes nitidi ramis elongatis tenuibus et satu-

rate viridibus. ♃. In nemoribus sylvisque humidis, nec non ad rivulorum fluviorumque ripas umbrosas totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 6 juxta ripas et umbrosos fossarum margines circa Zara, Derniš, Spalato et Narenta. Rchb. fl. g. 935. — Wallr. 14. (E. fluviatile Sm.; E. eburneum Rth.; E. macrostachyon Poir.) Apr.-Mj. . . . . **E. Telmateja Ehrh.**

4 Ramis stipitum fructiferorum et sterilium dense verticillatis elongatis tetragonis verticillato-ramulosis, ramulis triquetris. — Gracile strictum, laete virens et ad tripedalem altitudinem hinc inde acrescens, elegantissimum evadens; frondes duplicato-ramosae ramis elongatis apice arcuato-nutantibus vel plane deflexis; vaginae caulinae turbinato-tubulosae scariosae, superne in lacinias oblongo-lanceolatas inaequales 2—3-nervias muticas dentatasve, conjunctis; vaginae ramulorum 3-dentatae dentibus subulatis patentibus. ♃. In nemoribus frondosis sylvisque umbrosis humidis, nec non in pratis udis ad St. Helenam, Paukovec et Crisium, nec minus in Moslavina in sylva Jelenščak. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 936. — Wall. 16. (E. capillare Hoffm.) Apr.-Mj. **E. sylvaticum L.**

Ramis stipitum fructiferorum steriliumque dense verticillatis omnino simplicibus et triquetris. — Praecedente minus, stipitibus fructiferis eleganter variegatis, vaginis albido-viridibus, nitentibus dentibus pallide fuscis, dorso stria dein nigricante notatis, demum nigricantibus; frondes simpliciter ramosæ ramis scabriusculis elongatis et arcuato-nutantibus; vaginae stipitum turbinato-tubulosae 10—15-dentatae, dentibus scariosis acutis, ramorum 3-dentatis, dentibus ovatis acutisque. ♃. In agris, pratis, nemoribus sylvisque humidis in Zagoria circa Radoboj, in Moslavina ad Jelen- et Garić-grad. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 939. — Wallr. 15. (E. Ehrharti Mey.; E. pratense Ehrh.; E. amphibolium Retz.; E. Drumondii Hook.) Mj.-Jn. **E. umbrosum Mey.**

5 Spica obtusa; frondibus aestatem perdurantibus, sed hieme proxima emorientibus et evanascentibus 6

Spica acuminato-mucronata; frondibus hiemem perdurantibus, plusminusve scabris 7

6 Dentibus vaginarum turbinato-tubulosarum dorso longitudinaliter unisulcatis, lanceolatis, angustato-acuminatis, margine lato albomembranaceo cinctis; stipitibus profunde 5—8-sulcatis. — Stipites subramosi, rarius simplicissimi ex aerugineo et viridi canescentes 6-angulares, rami patentes 4—5-goni fertiles, aut ste-

riles spica terminali unica et solitaria. ♃. In pratis humidis locisque udis et ad fossas in Croatia haud rarum; in Slavonia in iisdem locis ad Daruvar et Pakrac. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 7 in uliginosis prope Nona, Derniš, Vrlika, Sinj, Salona et Narenta. Rchb fl. g. 938. — Wallr. 10. In.-Il. . . **E. palustre L.**

Dentibus vaginarum simpliciter tubulosarum dorso convexiusculis non sulcatis, lanceolato - subulatis, tenuiter acuminatis et angustissime membranaceo-marginatis. — Tripedale et ultra, stipites simplicissimi aut superne pauci-ramulosi, laeviter 10—20-striati fistulosi laeves laxe mobileque articulati spicam subsessilem ovatam sustinentes; vaginae cylindricae arctae apiceque paullo latiores 10 — 20-dentatae; rami (si adsunt) simplicissimi 5 —6-angulati vaginulis 5—8-dentatis, dentibus non diaphanis. ♃. In paludibus fossis et in aquis lente fluentibus in campo Podravano et Posavano, praesertim in Lonjsko-polje non rarum. Syll. fl. cr. In Slavonia in fossis ad vias circa Poljana, Gaj et Lipik. Rchb. fl. g. 941. — Wallr. 12. (E. fluviatile Poll.) In.-Ag. **E. limosum L.**

7 Vaginis convexo-costatis internodia laxe ambientibus, 6—8-dentatis 8

Vaginis omnibus cylindricis arctisque 15—25-dentatis, dentibus subpatulis rotundatis obtusis sub costarum apice subaequaliter 3-striatis, acumine imposito lanceolato-subulato membranaceo, cito crispato evanidoque terminatis. — Pedale et ultra; stipites erecti simplices scapiformes vel basi subramosi 14—20-costati costis vaginarum planiusculis, apice fertiles, vaginae discolores, basi nigrae margineque sphacelatae, supremae spicam ovatam mucronatam munientes dentibus hyalinis subulatis, demum deciduis. ♃. In asperis uliginosis et sylvis umbrosis humidisque circa Crisium, Zagrabiam, Samobor et alibi in Croatia haud rarum. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 944. — Wallr. 5. Mrz.-Apr.. . **E. hiemale L.**

8 Costis vaginarum linea dorsali impressa notatis, dentibus planis scariosis albo membranaceis, stria media nigricante praeditis, dejectaque cuspide ovatis. — Rhizoma repens, stipites caespitosi conformes, simplicissimi, humiles spithamaei et monostachyi, pallide virentes glabri scapiformes; vaginae breves sphacelatae dentibus diaphanis in aristas cuspidatas deciduas protractis ♃. In locis humidis agrisque montanis solo calcareo, sed humectis, veluti ad Stelnik, Bosiljevo et Plemenitaši. (Klinggraeff.) Rchb. fl. g. 943. — Wallr. 6. (E. repens W.; E. campanulatum Poir.; E. multiflorum Vauch.) In.-Il. . . . **E. variegatum Schleich.**

Costis vaginarum linea dorsali impressa destitutis; dentibus 4-striatis acumine imposito lanceolato-subulato membranaceo persistente terminatis. — Tri-quadripedale et ultra; stipites inferne ramosi polygoni ramis subterno-aggregatis octagonis laevibus; vaginæ cano-virentes concolores, dentes persistentes basi nigri, in setam hyalinam longe protracti; spica mucronata. ♃. Vis. fl. dalm. 8 ad margines agrorum circa Derniš et Ragusa. Rchb. fl. g. 945. — Wallr. 7. (E. ramosum Schleich.; E. Thunbergii Wick.; E. giganteum Thnb. a. L.; E. ramosissimum Desf.) Ap.-Mj.
E. elongatum W.

Fam. CXXXVI. **Characeae Cl. Rich. Porožnjače.**

Organa fructificationis sparsa ad nodos stipitum situata duplicis generis; globuli polline vermiculari articulato pleni, organa quasi mascula repraesentantes; sporangia unilocularia monosperma spiraliter 5-striata, striis apice saepe liberis coronam stigmatiformem simulantia, in germinatione valvis totidem dehiscentia sporamque ovoideam continentia, perispermate amylaceo. Vis. fl. dalm. I. p. 32; Wallr. comp. fl. ger. IV. p. 101; Rchb. fl. g. 147.

Herbae in aqua submersae tracheis stomatibusque destitutae, saepe calcarea excretione incrustatae, stigmatibus ramosis articulatis fragilibus tubo cylindrico hyalino conflatis, intus membrana viridi strato et fluido circulante globifero pleno, saepe tubulis connatis spiraliterque tortis exterius tecto, ramis ad nodos articulatis, apicem versus globos infraaxillares nudos et sporangia axillaria, spiraliter costata basique 2—3-bracteata gerentes.

Gen. 858. **Chara Vaill. Porožnica.**

Character generis idem, qui familiae.

1 Nuculis basi bracteatis, apice coronatis 2
Nuculis ebracteatis, apice ob coronam deciduam denique omnino nudis 6

2 Stipitibus tubulis connatis spiraliterque tortis exterius tectis . . 3
Stipitibus exterius nudis; nuculis ellipticis compressis, ad articulos aggregatis minutissime bracteolatis. — Viridissima, diaphana; stipites teretes ecorticati, ramorum internodiis utrinque angustatis, ad articulos utrinque sporangia 2—4 compressa pallida striata, apice cellulis 5 simplicibus cuspidatis viridibus coronata, bracteasque exiguas lanceolatas subquaternas gerentes. ⊙. Vis. fl. dalm. III. inter addenda p. 334 in fossis insulae Lesina. (Charopsis Stahlii Menegh.) In.-Il. . . . . **Ch. Stahlii Vis.**

3 Stipitibus (saltem superne) ramisque dense reverseque setoso-hispidi, ramis denis 4
Stipitibus diffusis gracilibus omnino inermibus, ramis suboctonis 5
4 A basi apicem usque setoso-hispida aut plane aculeata aculeis densis reversisque; stipite ramisque superne incrassatis. — Omnium maxima, non raro 3—4-pedalis, ex albo amoene virens, demum cinerascens, tandem canescens; stipites sulcato-contorti suberosi, extrorsum crassiores; verticillorum ramuli 6-articulati patentes; bracteae inaequales quaternae elongatae lineares nuculasque ovoideas superantes. ⊙. In fossis, stagnis et lacubus campi Podravani ad Mali-Bukovec, Selnica, Otok et Djelekovec, Posavani ad Topolovec, Čigoč et Mužilovčica, praesertim autem in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. 1 et III. p. 334 in aquis stagnantibus circa Narenta et in illis fluminis Kreka prope Cascata di Scardona. Rchb. fl. g. 914. — Wallr. 1336. In.-Il. . . . . **Ch. hispida L.**
Observ. variet. β. caulibus et internodiis abbreviatis, remotis, non setiformibus, sed multo crassioribus, nuculis ovatis breviterque pedicellatis et bracteis lanceolatis, est: Ch. dalmatica Vis. occurritque in aquis stagnantibus fluminis Kerka.
Stipite inferne nudo et inermi, superne hispido ramisque subulatis. — Gracilis, stipites et rami tenuissimi, sed rigidi, pallide virentes, demum albidi, superne sparsim breviterque hispidi; verticillorum ramuli suboctoni subulati striati articulati; bracteae quaternae nuculis breviores. ○. In stagnis aquae thermalis ad Lešće prope Bosiljevo. Rchb. fl. g. 913. — Wallr. 1343 var. ε. (Ch. intertexta Desf.; Ch. galioides DC.; Ch. radians Chav.) Il.-Ag. . . . . **Ch. aspera W.**
5 Stipitibus diffusis cinerascentibus; bracteis linearibus nuculas (plerumque) superantibus. — Palmaris, pedalis aut plane bipedalis; et fragilis, nec non incanescens. ○. In fossis, stagnis primo glauco-virens flexilis tenuisque; serius incrustata crassa; in lacubus totius Croatiae et Slavoniae. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. in aquosis insularum Veglia, Ossero et Lesina. Rcbh. fl. g. 911. -- Wallr. 1345. (Ch. foetida A. Bauch.; Ch. diffusa Wallm.; Ch. Hedwigii Ag.) In.-Il. . . . . . **Ch. vulgaris L.**
Stipitibus diffusis gracilibus laeteque viridibus; bracteis nuculis (plerumque) brevioribus aut illas subaequantibus. — Omnium maxima viridis, insigniter fragilis, nuculae turbinatae, reliquis

majores nigricantes, bracteae illis, ut plurimum, breviores, sed interdum, imprimis in inferioribus verticillis, illos subaequantes. ○. In iisdem locis, ac praecedens, in Croatia et Slavonia, nec illa rarius. Syll. fl. cr. — Vis. fl. dalm. in aquis pigris circa Knin et in illis insulae Lesina. Rchb. fl. g. 912. (Ch. Hedwigii Bruzel.; Ch. pulchella Wallr,; Ch. longibracteata Rabenh.) In.-Il.

Ch. fragilis Desv.

6 Stipitibus laevibus fragilibus pellucidisque; ramis subulatis. — Spithamaea, tenuissima diaphana, pyramidato-diffusa; nuculis subgeminis. Omnium tenerrima. ○. In stagnis aquae thermalis adhuc calidae ad Thermas Leščenses prope Bosiljevo. Rcbh. fl. g. 902. — Wallr. 1337. (Ch. hyalina Bisch.; Ch. tenuis Bauer.; Nitella gracilis Agd.) Il.-Ag. . . . . **Ch. gracilis Sm.**

Observ. var. β. caespitosa, atrovirens, stipitibus brevissimis filiformibus, ramulis numerosis conferte verticillatis, verticillis approximatis subcompactis, est: Ch. batrachosperma Thuil. occurritque in stagnis partim exsiccatis et in palludibus, praesertim turfosis ad Žabnik prope Varasdinum, nec minus cum specie ad Lešče. Syll. fl. cr. — Rchb. fl. g. 903.

Stipitibus flexilibus ramosis diaphanis, ramis oppositis, ramulis senis elongatis apice 2—3-furcatis. — Spithamaea pedalisve, saturate viridis ramulis crassitie sua cauli subaequalibus; nuculae ovato-subrotundae axillares subsolitariae. ⊙. In lacubus et stagnis campi Podravani et Posavani, praesertim autem in Lonjsko-polje. Syll. fl. cr. In Slavonia in fossis ad effluvium aqua Thermalis Daruvarensis et Lipikensis. Vis. fl. dalm. in rivulis lente fluentibus prope Derniš. Rchb. fl. g. 905. — Wallr. 1338. (Ch. stelligera Bauer.; Ch. Vaillantii Spr.; Nitella flexilis Agd.) In.-Ag.

Ch. flexilis L.

Observ. variet. β. ramulis fructiferis conglobatis contractis, nuculis distincte umbilicatis fusculis, est: Ch. nidifica Sm. (Nitella nidifica Agd.) Rchb. fl. g. 904, occurritque in saxosis littoralis maritimi circa Cittavecchia in insula Lesina.

A. Addenda et corrigenda in tabella I et II.

s. in analyzi Familiarum et Generum.

Pag.	l. a sp.	
11	12	loco individno legatur individuo.
12	8	„ Monochlamideae ponatur Monochlamydeae.
14	17	„ 33 pon. 23.
14	29	„ stamiuum leg. staminum
15	18	„ baccente leg. baccante.
16	37	postp. loc. 45 num. 46.
18	33	post floribus adde spicatis vel
33	4	loco anullo p. annullo.
39	7	„ et ponatur non
44	6	„ campanulato l. complanato.
46	7	„ reducto l. reducti.
50	9	„ cuculiformibus p. cuculliformibus.
51	1	„ cuculato- p. cucullato-
56	15	„ Rafanistrum p. Raphanistrum.
57	25	„ Abruetia l. Aubruetia.
58	37	„ pleioformis l. pleiospermis.
69	28	„ Circea p. Circaea.
72	37	„ Bupleurun p. Bupleurum.
78	23	„ Eleuteroginae p Eleuterogynae.
89	1	„ Acantaceae p. Acanthaceae.
89	29	„ Limosela p. Limosella.
91	3	„ chloroticeae p. chloroticae.
98	21	„ appendiculatis, p. exappendiculatis.
100	19	„ 53 p. 55.
102	33	„ Arnoseris Gaert. p. Aposeris Neck. et postea adde qua secund. membr. sub num. 80: Scapo 1—3-floro, superne incrassato; acheniis 10-striatis (Foliis obovato-oblongis, dentatis.) G. 535. Arnoseris Gaert.
109	17 18	„ Monochlamideae p. Monochlamydeae.
128	34	post involventibus adde G. 758. Eriophorum L.

B. Addenda et corrigenda in tabella III.

s. in analysi Specierum.

Pag.	l. a sp.	
3	24	loco absolventiu legatur absolventia.
4	38	„ S. junceum l. S. junens.
7	1	deleatur num. 5.
13	2	loco Debelo-brdo ponas Sveto-brdo.
13	10	post ♄. adde: In litt. cr. ad Flumen et Tersat.
16	12	loco Debelo-brdo, pon. Sveto-brdo.
23	17	post ◯. adde: In litt. cr. ad rupes circa Flumen.
28	34	loco H. circinata l. H. circinatus.

Pg. l. a sp.

31 17 Floribus, praepone num. 8.
32 3 loco glatrescentibus l. glabrescentibus.
32 29 „ eguminibus l. leguminibus.
40 15 „ Nokotac l. Kokotac.
41 30 „ dilatala l. dilatata.
41 33 „ denticulalis l. denticulatis.
42 9 Foliis praepone num. 7.
42 23 loco integirrimis lege integerrimis.
42 30 „ ○ ponas ♂.
44 11 „ M. officinaiis l. M. officinalis.
46 32 „ calycis l. calyces.
47 7 „ longioribis l. longioribus.
47 39 „ gemminotis l. geminatis.
48 26 „ Marinje l. Morinje.
48 31 „ bractaeformibus l. bracteaeformibus.
48 35 „ policlaris l. pollicaris.
49 21 post ⊙ adde: In aridis et apricis litt. cr. circa Flumen, Kraljevica et Segniam.
50 — „ lin. 6 adde qua 2 membrum: Foliis late ovatis; calyce fructifero urceolato-ovato, apice in callum paullum angustato, superne barbato hirsuto, pilis patentibus tuberculo insidentibus. -- Pl. spithamaea, rigida, praecedenti persimilis, sed differt notis praecitatis, nec minus dentibus calycis latioribus acuminatis, patentibus, inferiore duplo longiore, lato lanceolato et deflexo. ♃. In Dalmatia in valle Breno in apricis ad vias. Aschers. oest. b. Z. 1869 p. 70. Mj.-In. T. squarrosum Savi.
52 20 „ Klek, adde: ad lacus Plitvicenses; in litt. cr. circa Flumen et ad Kamenjak.
54 18 „ 3168. adde Ap.-Mj.
55 17 „ 3230 adde Ap.-Mj.
56 34 loco ⊙ ponas ♃.
61 31 „ 54 p. 53.
64 12 „ Boujeanea l. Bonjeanea.
65 24 angustissimis praepone leguminibus.
68 1 post impari-pinnata adde (excepta Caragana, cui sunt folia paripinnata.)
69 23 loco diadelphia pone monadelphia.
70 9 „ Foliis p. Foliolis.
71 7 „ Pscudacacia l. Pseudacacia.
71 12 „ medo l. modo.
74 10 „ num. 8 ponatur 9.
74 12 „ num. 9 p. 7b.
74 29 „ num. 7 p. 7 b.
76 — num. 12 adde qua secundum membr. Prostratus, pubescens; foliis lanceolatis obtusis pubescentibus, 8—10-jugis; stipulis ovatis; florum capitulis racemosis; calycis dentibus subulatis. — Radix gracilis; caules ramosi procumbentes pilis brevibus inspersi; folia denticulo terminata; flores odorati, vexillum caerulescens venis saturatioribus, alae albae carina breviores, carina antice violacea vexillum subaequans; legumina hirsuta. ♃. In pascuis graminosis montis subalpini Risnjak. (Sadl.) Il.-Ag. A. alpinus L.
78 24 loco laxioribus p. laevibus.
78 26 „ iutus l. intus.
81 10 „ lincaris l. linearis.
82 9 post ♂. adde: Inter segetes ad Zagrabiam et Samobor. Syll. fl. cr.
82 34 loco Floribus l. Foliolis.
83 1 „ luminaque l. laminaque.

Pg. l. a sp.

83 19 post Floribus adde aliter
84 — „ lin. 12 adde qua secundum membrum: Pedunculis axillaribus 4—6-floris, floribus flavis; pedunculo foliorum communi mucrone terminato. Vide gen. 32. Orobus L. p. 100.
85 15 loco margine sagrorum l. margines agrorum.
86 3 „ heterohylla l. heterophylla.
88 4 „ vlgatissima l. vulgatissima.
88 9 praepone num 30 et postpone 31.
88 10 dele num. 30.
89 18 loco intogris l. integris.
89 31 ante vix pon. corollis.
90 1 Dentibus praeponatur num. 3 et loco 7—12 pone 3—6.
90 3 loco 7—8 pon. 7—12.
90 4 „ brevioribus l. longioribus.
93 22 „ proveneens l. proveniens.
94 4 „ Gen. 32 l. Gen. 31.
95 24 „ num. 26 ponatur 6.
97 16 „ anualatus l. angulatus.
99 29 „ pullidus l. pallidus.
100 6 „ sylvestriis l. sylvestris.
105 4 „ multiforus l. multiflorus.
105 22 post ⊙. In cultis circa Flumen.
107 16 loco 9—10-floris l. 9—11-nisve.
110 9 „ companulatus l. campanulatus.
117 6 „ monte Santo pon. alpe Sveto- et
120 17 „ tomeutosus l. tomentosus.
121 23 „ glandaliferis l.glanduliferis.
124 15 „ procumtentes l. procumbentes.
124 34 post fissuris adde: rupium.
124 — „ lin. 11 a supra adde qua primum membrum: 13. Caule erecto corymboso multifloro; foliis quinatis, foliolis obovato-cuneiformibus profunde acuteque serratis. = Spithamaea pedalisve, foliis supra pilosis, subtus cauleque canescenti-tomentosis; petala obcordata calycem excedentia. ♃. In collibus saxosis apricis cum P. inclinata Vill., cujus varietas habetur. Rchb. fl. g. 4848. (P. recta Jacq.) Mj.-In. P. canescens Bess.
127 30 loco num. 16 p. 15.
129 25 „ notoba l. notata.
129 37 „ aras l. oras.
130 25 „ erraturis l. serraturis.
131 24 „ enom l. enum.
132 22 29 deleatur -jugis.
133 2 14 deleatur -jugis
134 1 22 32 deleatur -jugis.
136 38 deleatur -jugis.
138 24 deleatur -jugis.
138 32 ante Rchb. inser. In Dalmatia ad margines pratorum circa Crkvica. Aschers. oest. b. Z. 1869 p. 70.
142 18 loco quinque pone sex.
142 26 „ glaucam l. glaucum.
144 8 „ S. elegans Lj. p. S. nicaeense All.
146 17 „ rupes saxa l. rupes et saxa.
149 3 „ vatis l. ovatis.
152 9 „ Caule. praepone 8. et lin. 28 praepone num. 9.
153 19 ante Th. inseras: In Dalmatia in fruticetis ad fluvium Narenta Aschers. oest. b. Z. 1869 p. 68.

*

Pg. l. a sp.

163 37 postpone num. 1! et lin. 38 praepone num. 11.

163 — post lineam 37 inseras: Foliis radicalibus ovato-oblongis lanceolatisve 12

189 10 loco reponda l. repanda.

192 16 „ 3--4-gyuis 3--4-gynis.

195 15 „ Fam. IV pone Fam. IX.

200 26 „ folia l. foliola.

208 8 „ Dragušic l. Dragušac.

216 – post lin. 8 inseras qua tertium membrum: Foliis glabris, rarius pilis furcatis adspersis, radicalibus ovato-oblongis lanceolatisve; siliquis linearibus nervo longitudinali prominulo percursis, maturis arcuato-deflexis. — Caulis simplex glaber; caudiculi stoloniformes nulli; folia carnosa; petala magna saturate rosea v. persicina. ♃. In rupestribus montium Velebit ad Oštarije. (Maly.) In.-Il.
A. croatica Schott.

224 34 loco M. Orsiana M. l. M. Orsiana Ten.

229 21 „ longioribus l. non longioribus.

242 — post lin. 17 inseras: Gen. 119a. Aubruetia Adns Tarčuka. Calyx basi aequalis; petala indivisa; stamina longiora utrinque, breviora tantum basi breviter alata; siliculae oblongae turgidae loculis oligospermis, stylo dimidio longiores. Adns. Fam. II. 420.

Foliis obovatis integerrimis aut apicem versus 1—4 dentatis, subrhombeis; racemo paucifloro. — Caespitosa multicaulis, caulibus prostratis aut adscendentibus et una cum foliis stellato-pilosis; petala magna saturate rosea v. persicina. ♃. Ad rupes montis Malovan in tractu montium Velebit. (Maly.) (Abr. deltoidea DC.) Mj.-In.
A. croatica Schott.

247 17 loco Tured l. Turra.

259 31 post violaceis adde: albisve.

264 2 sub: L. perfoliatum L. adde: In Dalmatia in hortis oleraceis in insula Lacroma. Aschers. oest. b. Z. 1869 p. 69.

269 9 loco Žumnaka l. Žumanka.

269 25 „ Zillcae l. Zilleae.

274 16 „ Koprače l. Kaprače.

286 11 post obtusa adde: ♃. In declivibus et collibus montium Kalnikensium.

286 28 ante nec, inseras petalis.

288 28 ante nec non inseras: totius Croatiae, syll. fl. cr.

293 31 loco pasjački-stelac l. Pasjak-čistilac.

309 5 „ XXII ponatur XXIII.

313 25 „ styli; 2—2- p. styli 2—3;

313 36 „ obovatio-quadrifida, p.: involuto-obovatis.

317 1 „ Foliis, ponas: Floribus.

322 26 „ lata purpureis l. laete purpureis.

343 4 „ hypogyno p. perigyno.

344 8 ante Rch. in ser.: In Dalmatia in monte Orien. Achers. oest b.Z. 1869 p. 69.

377 35 loco A. rosca l. A. rosea.

384 18 ante R. inser.: In Dalmatia in pratis ad pedem montis Orien (Hutter).

384 27 post Vratnik adde: nec minus ad Tersat et Grobnik.

389 14 loco 3-sepatus, p. 3—5-sepalus.

400 14 „ folio, p. petiolo.

408 15 „ Turn p. Tourn.

409 15 „ Pustariljače l. Pustoriljače.

409 25 „ Pusterilj l. Pustorilj.

416 — num. 3 adde qua secundum membrum: Foliis elliptico-lanceolatis, duplicato-serratis, plerumque glabris; petalis erectis roseis. — Frutex trunco ramisque decumbentibus; pedunculi terminales et ex sum-

Pg.	l. a sp.	
		mis foliis axillares, ramosi, teretes, villosi, in cymam dispositi. ♄. Ad rupes alpis Plieśivica. (Kitaib. addit.) S. Chamaemespilus Crntz.
424	31	loco Fam. XLIII, p. Fam XLVIII.
426	32	„ Bartol. l. Bertol.
426	—	num. 3 adde qua tertium membrum: Foliis rosularum imbricatis margine 5—7-punctatis obtusissimis, integerrimis, sed basin versus fimbriatis, dorso convexis, obtuse carinatis glabris nitidisque. — Radix fibrosa; caulis erectus 1 ½—3″ altus et una cum pedunculis calycibusque pilis glanduliferis consitus; flores albi. ♃. In rupium fissuris montis Malovan et alpis Sveto-brdo. (Maly.) In.-Il. S. coryophylla Griesb.
431	37	loco merecarpiis, l. mericarpiis.
432	10	„ Hydrocatyleae l. Hydrocotyleae.
432	15	„ merecarpiis, l. mericarpiis.
432	29	„ Zdruvac, l. Zdravac.
434	12	„ Katrljan, l. Kotrljan.
436	7	„ 9, ponas 6.
436	26	„ merecarpia, l. mericarpia.
436	32	„ merecarpia l. mericarpia.
437	16	„ merecarpia l. mericarpia.
441	11	post ♂. In litt. cr. in dumetis ad Flumen. (Noë.)
442	14	loco merecarpia, l. mericarpia.
449	—	post lineam 2 adde qua secundum membrum: Foliis reticulato-nervosis 6
456	22	loco 276, p. 267.
456	24	„ merecarpia l. mericarpia.
464	2	„ Imperrati, p. Imperata.
475	3	„ Selin. Carvifolia L. p. Selin Cervaria Crntz.
495	22	„ 2 - 2-, p. 2—3
496	5	„ 9, p. 6.
501	28	„ Myrhis, p. Myrrhis.
504	10	post ♃. adde: In litt. cr. in pratis montanis ad Flumen. (Zeleb.)
505	29	loco Physasper, l. Physosper.
505	30	„ Alschingeria l. Alschingera.
510	36	post ♄. adde: Copiosissimum qua parasiticum in Junipero Oxycedro L. in litt. cr. ad Bukarica, Hrelingrad et alibi.
513	7	loco Fam. I., p. Fam. LIV.
514	17	„ cocolla leg. corolla.
514	25	„ ♃ pon. ⊙.
520	29	„ Lycyopsis l. Lycopsis.
523	33	„ bullosum l. bulbosum.
524	8	„ floribus p. foliis.
524	18	„ 1068 p. 1058.
526	1	post ♂. adde: In glareosis fluvii Una ad Martinbrod
528	27	loco parvifloruum leg. parviflorum.
529	18	post fl. cr. adde Teste clar. Sadler in asperis inter Skrad et Mrzlavodica.
533	25	loco 2201 p. 2301.
534	15	„ rivolutis l. revolutis.
536	35	„ brevioribus ponatur longioribus.
538	22	„ Fam. 45 p. LV.
539	10	„ Ticrma i. Despit l. Trma i. Despik.
540	11	preponatur numer. 3.
545	3	post fl. cr. adde: In regimine Sluinensi circa Rakovica et Petrovoselo. (Kit.)
557	4	deleatur ramosis.
558	19	loco 930 p. 950.

Pg.	l. a sp.	
561	38	post fl. cr. adde: Copiosissima in litt. cr. ad Flumen et alibi. (1868.)
563	8	„ ♃. adde: In asperis ad viam Josephinam circa Žuta-Lokva. (Kit.)
567	17	loco Aqi l. Apr.
572	37	ante evidenter inseras caule.
579	5	loco floribus l. floralibus.
583	23	„ 2118 p. 2218.
584	37	„ H. p. B.
596	4	post fl. cr. adde: In asperis montanis ad Brlog, Ozalj et Carolostadium (Sap.)
596	14	loco crenato- l. cuneato-
596	30	preponatur num. 9.
598	12	post graminosis adde alpis Pliešivica et
601	35	„ Melengrad adde nec minus in alpinis et subalpinis tractus Velebit.
603	13	loco 367 p. 376.
603	28	„ Medviedika l. Medviedica.
604	2	post ♄. adde: In alpinis et subalpinis tractus Velebit, veluti in alpe Samar, Badanj, Visoćica, Debelo- et Sveto-brdo, Pliešivica et in Jadrina Poljana.
604	—	„ lin. 5 in seras qua secundum memb.: Foliis obovatis, inaequaliter minute serratis glabris, deciduis. - Fruticulus ramosus, prostratus; folia alterna marcescentia, acuta, reticulato - venosa; flores albi, fauce viridescentes et cum foliis emarcescentes. ♄. In rupestribus alpis Badanj. (Kit.) Mj.-In. A. alpinus Spr.
609	26	loco iber l. liber.
614	8	„ Bn. p. R.
616	—	post lin. 26 inseratur qua secund. membr.: Caule superne volubili unifariam villosulo; foliis inferioribus et mediis oblongo- v. subcordato-ovatis, supremis cuneato-lanceolatis omnibusque acuminatis, mucronatis; corollae 5-partitae flavo-virentis laciniis oblongo-linearibus, obtusis. — Bi-tripedalis; folia subtus pallidiora, venosa petiolis villosulis; cymae 5—10-florae foliis floralibus breviores, pedicelli pedunculo multo longiores et cum illo villosuli; calycis 5-partiti laciniae lanceolatae acutae, patulae margineque villosulae, illae corollae obtusae, apice villosae, extus glabrae, intus dense villosulae, corona staminea 10-loba. ♃. In Dalmatia ad viam inter Risano et Cirkvica. (Aschrs. oest. bot. Z. 1869, p. 67. Mj.-In. C. Hutteri Aschers.
616	29	loco Bratlg l. Bartlg.
617	1	„ Apocineae p. Apocyneae.
620	1	„ Aduas p. Adans.
621	23	„ 5, ponas 4.
621	24	„ 4 ponas 5.
622	26	post herbidis adde circa Bosiljevo, Delnice, Skrad, Merzla-vodica, Fužine et Kamenjak, nec minus in istis locis
623	—	„ lin. 14 inseras qua 3 membr.: Floribus verticillatis, corollis 6—7-fidis, tubo campanulato; foliis sessilibus, non vaginantibus nervosis ellipticis, inferioribus petiolatis. — Radix longa crassa; caulis erectus, basi squamis 2—3-fidis vestitus; folia acuta integerrima nitida; corolla saturate purpurea punctis atropurpureis variegata, tubo pallide flavo. ♃. In graminosis asperis alpis Visočica, Ag.-Sp. G. pannonica Scop.
625	6	loco 341 ponatur 401.
634	10	„ foliis pon. floribus.
636	19	ante (Kan.) inseras: Syll. fl. cr. In Slavonia in sylvis et nemoribus humidiusculis.
638	29	loco Bunica l. Bunika.

Pg. l. a sp.

639 10 delatur Bunica.
654 20 ante Rchb. inseratur In Dalmatia in rupestribus umbrosis montis Orien. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 68.
657 2 loco subrotundis l. subrotundis.
657 23 „ lobio l. labio.
657 29 „ Elatiene l. Elatine.
658 13 „ triflido l. trifido.
658 24 „ lobio l. labio.
659 12 „ in cultis l. incultis.
660 6 „ palatoquo l. palatoque.
660 15 „ ucutis l. acutis.
660 17 deletatur acuto.
660 26 post ○. inseras: In locis asperis litt. cr. ad Flumen.
661 34 loco Loise l. Loisl.
662 26 „ Ževalica l. Zievalica.
663 14 „ mnros l. muros.
664 12 praepon. loco 2 num. 3.
665 10 praep. loco 3. num 4; lin. 12 postp. loco 4 num. 5 et lin. 16 praep. loco 4 num. 5.
667 8 loco capsu la l. capsula.
668 31 „ serphyllifolia l. serpyllifolia.
669 20 „ carolla l. corolla.
669 — post lin. 38 inseratur qua 2 membr. Capsula obcordato-subrotunda, rarius oblongo-obovata; racemo terminali paucifloro hirsuto, pilis patentibus articulatis eglandulosis. — Radix lignescens; caules 2-pollicares vel spithamaei, adscendentes, simplices et ex basi prostrata radicantes. ♃. In pascuis asperis alpis Pliešivica. Il.-Ag.
V. alpina L.
670 12 loco num. 1 ponatur num. 15.
670 36 „ geni culis l. geniculis.
671 13 deleatur pe-
671 31 loco longioribus l. longiore.
671 16 „ ob via l. obvia.
675 19 „ L. ponatur V.
687 18 post ○. adde: Ad rupes alpis Sveto-brdo. (Zelleb.)
689 11 loco bruneo- p. brunneo-
690 4 „ illaque p. illoque.
690 18 ante Rchb. inseras: In Dalmatia in pratis ad Cirkvica. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 70.
690 28 loco polisperma p. polysperma.
693 18 ante Rchb. inseras: In Dalmatia in pratis ad pedem montis Orien. Ascherson.
693 — post lineam 4 inseras qua 3 membr. Sepalis plurinerviis integris vel inaequaliter bifidis tubo corollae brevioribus; staminibus ipsi basi corollae insertis; stylo a basi apicem usque pilis glanduliferis obsito, apice subbarbato. — Caulis solidus, crassus 1—1½' longus; squamae, bracteae et calycis laciniae glanduloso-pilosae; corolla fusco-purpurea; stigma velutinum margine incrassato. — O. cruentae Bert. persimilis, quae tantum staminibus nonnisi supra glanduloso-pilosis et antheris abrupte acuminatis differt. ♃. In graminosis litt. cr. circa Flumen. (Noë.) Mj.-In. O. condensata Moris.
694 31 loco et ipsa, p. ut ipsa.
697 18 „ nectarii carneo flavum, p. nectarium carneo-flavum.
698 8 „ Jašava l. Jašova.
702 24 „ Velsbit l. Velebit.
703 24 post ♃. In inseras: graminosis montis Risnjak et in
707 1 loco Posvica l. Pasvica.

Pg.	l. a sp.	
710	5	loco Bukvica ponatur Močvarka.
711	27	post ⊙. adde: In paludosis maritimis litt. cr. ad Flumen.
715	10	loco conjunguit l. conjungit.
719	31	„ St. caucellata l. St. cancellata.
719	—	post lin. 31 inseras qua 3 membr. Foliis nonnisi radicalibus rosulatis, uninerviis, spathulato-oblongis, obtusis truncatisve, in petiolum attenuatis; calycis laciniis oblongis obtusis, demum patentissimis. — Caulis teres glaber a basi ramosissimus ramis inferioribus repetito furcatim divisis aphyllis et sterilibus, subpungentibus, summis fertilibus, floribus in 2—4 spicas recurvatas condensatis; bracteis anguste membranaceis. ♃. Ad rupes maritimas circa Flumen. (1868) Ag.-Sept. St. virgata W.
738	3	loco uniflores leg. unifloros.
741	29	„ radicantibus l. radiantibus.
742	20	„ terminata l. terminatae.
„	37	„ desiuentes l. desinente.
745	11	post ♂. adde.: In apricis asperis litt. cr. ad Flumen (Noë), Segniam et alibi.
746	10	loco labisquama- leg. latisquama-
751	22	„ Vide C ponatur Vide 6.
755	33	„ Bernii l. Berinii.
760	17	„ apiee l. apice.
765	—	post lin. 7 in seratur.: Observ. var. β. Foliis minus profunde pinnatifidis, segmentis et lobis late ovatis aculeis minoribus, flor. capitato-corymbosis, est: C. acheleus Aschers et Hutter, occurritque in declivibus glareosis ad Cattaro. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 67.
775	8	„ ○. adde: In apricis asperis litt cr. ad Segniam, Karlobago et alibi. Syll. fl. cr.
778	26	loco ecandatae l. ecaudatae.
779	9	„ heteroganum l. heterogamum.
789	11	post ♃. adde: In rupestribus alpinis tractus Velebit, veluti in Visočica, Badanj, Samar et alibi. Syll. fl. cr.
802	30	post ⊙. In adde: locis sylvaticis circa Crnilug, Ravnagora, Delnice, Mrkopalj et Mrzla-vodica, porro in monte Kapela inter Modruš et Jezerana, nec non
816	33	„ ♃ In sylvis adde circa Jaska, Draganić, Zdenčina, Pisarovina et Carolostadium, nec minus in illis.
817	25	Deleatur ante Radice num 4.
823	38	loco Debelo- p. Sveto-brdo.
827	13	post ⊙. adde: In vineis litt. cr. ad Flumen et Bukari (1868).
828	27	loco Konica l. Kunica.
829	14	post ♃. adde: In graminosis sylvaticis inter Dubrava et Reznik (1868).
841	3	„ ♃. adde: In rupestribus montis subalpini Crnopas. (Zelleb.)
853	13	loco cethnensis l. aethnensis.
860	3	„ Asterothria l. Asterothrix.
866	30	post ♂. adde: In rupestribus litt. cr. circa Novi. —
869	10	loco Praenanthes p. Prenanthes.
876	27	„ Arctium l. Aretium.
877	2	„ San l. Son.
880	37	„ Acthearhiza l. Actheorrhiza.
881	—	post lin. 19 inseras: Variet ♃. Caule ramoso pleiocephalo, capitulis. minoribus ac in praecedente, est: C. moesiaca Aschers. et Hutt. occurritque ad rupes calcareas prope Cirkvica. Aschers. oest. b Z. 1869, p. 67.
950	24	loco 22 ponatur num. 23.
959	5	„ Monochlamydeac l. Monochlamydeae.

Pg.	l. a sp.	
971	9	„ duobus l. duabus.
987	4	„ penicellatis l. penicillatis.
993	30	„ penicellatis l. penicillatis.
1012	31	ante Rchb. inseratur: In Dalmatia in paludosis fluvii Narenta. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 70.
1041	19	loco mucrocarpa l. macrocarpa.
1046	24	„ Monochlamideae p. Monochlamydeae.
1053	33	„ Iuglandieae l. Juglandeae.
1057	24	„ polispermis l. polyspermis.
1078	16	„ Spithamea l. Spithamaea.
1087	16	„ Himanthoglossum l. Himantoglossum.
1088	15	„ gymnostemium l. gynostemium.
1092	34	„ inapendiculatum l. inappendiculatum.
1094	30	„ cuculatus l. cucullatus.
1100	14	„ mondum l. modum.
1110	2	„ P. lanceolata l. A. lanceolatum.
1114	—	post lin. 2 inseratur: Gen. 711 b. Ruppia L. Teglica. Flores hermaphroditi, perig. nullum; stamina filamentis brevissimis spuamiformibus; antherarum sacculi filamento utrinque inserti basi divergentes, apice contigui. Koch syn. pl. p. 81. Rchb. fl. g. p. 6, g. 3. Antherarum sacculis obliquis; nuculis 4 ovatis, oblique erectis, denique longe stipitatis; foliis acutissimis. ♃. In fossis lacubusque salsis circa Cattaro, in valle Župpa ad Prevlaka. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 66. Rchb. fl. g. 4. Oct.-Nov. R. maritima L.
1137	9	loco ochrolu cum l. ochroleucum.
1137	37	„ semeteretibus l. semiteretibus.
1138	13	„ trigonio l. trigono.
1150	6	„ digestis, nudis l. digesti, nudi.
1151	27	ante Rchb. inseratur: In Dalmatia in iisdem locis inter Spalato et Salona. Aschers. oest. b. Z. 1869, p 67.
1152	36	loco Semliu l. Semlin.
1156	11	ante Rchb. inseras: In Dalmatia in iisdem locis ad fluvium Narenta et in paludibus ad Stagno. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 67.
1160	4	loco feruginei l. ferruginei.
1170	37	„ soterum l. sotereum.
1176	14	„ Beotyon l. Beotryon.
1178	17	„ Vara dinum l. Vurasdinum.
1181	18	„ adrogynis l. androgynis.
1189	6	„ fusce l. fuscae.
1190	2	„ praeceps l. praecox.
1191	31	ante Rchb. inseratur: In Dalmatia in monte Orien.
1193	3	post Pakrac inseratur. In Dalmatia in pratis circa Cirkvica. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 66.
1194	33	loco bifidnum l. bifidum.
1198	9	„ planana l. plana.
1198	37	„ canalicul ata, ver us l. canaliculata, verus.
1199	17	„ longissimnm l. longissimam.
1199	31	„ longissimum triquetrum l. longissimam triquetram.
1201	30	„ aut l. ut.
1208	5	„ apicc l. apice.
1214	19	„ careopsis l. caryopsis.
1216	29	„ Panieula l. Panicula.
1222	15	„ triginum l. trigynum.
1223	17	„ ve l. vel.
1223	22	„ longiorl l. longiori.
1224	17	„ Limenitis l. Limnitis.
1224	21	ante (gluma) pon. bractea.

Pg.	l. a sp.	
1225	30	post fl. cr. adde: In Dalmatia circa Stagno, Gravosa et Cattaro. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 66.
1231	33	loco glahri l. glabri.
1236	1	„ (lodicnlae) l. (lodiculae).
1240	21	„ cochaerentibus l. cohaerentibus.
1241	4	„ cochaerentibus l. cohaerentibus.
1243	12	„ distinquuntur l. distinguuntur.
1243	17	„ glaqris l. glabris.
1246	28	„ stricta l. striata.
1250	13	post Požegam adde: In Dalmatia in monte Orien.
1241	2	ante Rchb. inseratur: In Dalmatia in monte Orien in Krivoscije. Aschers. oest. b. Z. 1869. p. 69. (F. varia Haenke var. β. F. bosniaca Kum. et Sendt.
1251	16	loco iucrassatis l. incrassatis
1253	11	„ aliquis adscendente l. alii adscendentes.
1254	36	„ Megalurus l. Mygalurus.
1259	33	„ uuda l. nuda.
1262	10	deleatur muticesve.
1263	25	loco mutis l. metis.
1265	31	„ supra decomposita l. supradecomposita.
1274	33	„ Krapinensis l. Krapinenses.
1281	6	„ composita l. compacta.
1281	30	„ Kidovec l. Vidovec.
1284	22	„ dentc l. dente.
1285	38	„ sub tetragona l. subtetragona.
1286	15	„ 3 postponatur num. 7.
1287	—	post lin. 17 inseratur. Observ. var. β. Foliis laete viridibus, demum convolutis; spiculis aristatis glabris, aristis inferioribus spiculas adaequantibus, aut illis quidquam brevioribus, est: A. virescens (Panč.) occurritque in asperis ad margines viarum vallis Breno in Dalmatia. Aschers. oest. b. Z. 1869, p. 66.
1288	15	loco inspera l. inspersa.
1301	28	„ Stachiapterides l. Stachyopterides.
1306	28	„ circinatum l. circinatim.
1307	3	„ percnnes l. perennes.
1307	4	„ cellulo l. celluloso.
1307	5	„ epidermidae, perbelte, l. epidermide, perbelle.
1307	35	„ ambita, l. ambitu.
1308	17	„ hirsutus l. hirsuta.
1313	3	„ Thelyopteris l. Thelypteris.
1319	28	„ catarractus l. catarractas.
1322	9	„ Salvineaceae l. Salviniaceae.
1327	14	„ Kreka l, Kerka.
1328	25	„ aqua l. aquae.

Index

Familiarum et Generum Plantarum Florae Regnorum Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae.

A.

*) Prior numerus refertur ad paginam in analyzi familiarum et generum, alter autem ad illam in analyzi specierum querendam.

B.

C.

D.

E.

F.

*

G.

H.

I. J.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Z.